Universidad de Deusto
Biblioteca

PAGNINI

MYSTICI SENSUS

S. SCRIPT,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDISSIMO AC CO[illegible]
MO D. D. IOANNI [illegible] BELLAY, SACROSANC[illegible]
siæ Cardinali di[illegible]o, ac Episcopo Parisiensi, S[illegible]
gninus Luc[illegible] S. P. D



QVanquam [illegible] reuerendissime, ac colendissime [illegible]
nus plerisq[illegible] maioribus imbutis literis esse [illegible]
præter serie[illegible] paucula quædam nil propt[illegible]
men si uolu[illegible] tum Græcorum, tum latin[illegible]
dissent, ansa[illegible] detrahendi immensis a[illegible]
reperissent, qui [illegible] bonos euoluant autores, & [illegible]
munem deligant utilitatē, noctes pene ducun[illegible]
(si lubet) totum Plinium, & pia illius ex Aristotele & Theophrasto [illegible] Dioscoride (ut cæteros omittam) comperiēt furta. Epiphanium euoluant Græcum, [illegible] Psalmos quotquot ante se fuerunt expositores in unū collegit. Quem diuus Thomas [illegible], in quatuor Euangelia catenam ædidit auream. In Paulinas epistolas rursus quot diuorum cōmentaria fuere coacta? Reliquos consulto missos facio. Meminerint [illegible], multo satius esse maiorum hac tempestate insequi uestigia, quàm proprium præ se ferētes ingenium, scripturis diuinis deprauatis, in uarios hæresim conlabi laqueos errorum. Quod (prohdolor) multis hodie usuuenire cōspicimus. Ad hoc autem scribendi genus Eucherius Lugdunensis episcopus antiquus ecclesiæ doctor egregius, me plurimū incitauit, qui librum de mysticis dictionum significationibus ædidit, cui titulus est: Liber formularum spiritalis intelligentiæ undecim distinctum capitibus: ubi de diuinis agit nominibus, de membris domini, de supernis creaturis, de terrenis, de animantibus, de uarijs nominum, & rerum appellationibus, de interiori homine, de his quæ in usu, atq; in medio habentur, de uarijs uerbor[illegible] nominum significationibus, de numeris. Quæ cuncta e diuersis legit autoribus, [illegible] quæ [illegible] ntur uolumine, cunctis perspicuum erit. Quæ tamē omnia, & [illegible] in uolumine copiosius, clarius, multisq; scripturarum testimonijs prob[illegible] Alij farinæ non dissimilis periti: scripturarum duntaxat histori is oble[illegible] ro sensus, ut arbitrarios, aut flocci faciunt, aut fastidiunt, nec Apost[illegible] ntentiæ, qui ait: Omnia in figura contingebant illis: nec uerboru[illegible] um uidit scriptum intus, & foris: intus (inquam) per allegoriam, [illegible] per spiritalem intellectum, foris per sensum literæ simpli cen[illegible] em dicitur, Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dul[illegible] l, quoniam in promptu est, moralem indicat sensum: fauus uer[illegible] rimitur, allegoricum. Historia tanquam palea est, mysticus uer[illegible] nenta, hoc est, simplices, hoc rationales pascuntur homines. sed [illegible] Historia est tāquam folium, mysticus uero sensus tanquam fruc[illegible] a, mysticus uer[illegible] sus, nucleus suauissimus. Et quemadmodū nom[illegible] cernimus, ignorato corde, quod deinde ex collo[illegible] m cōspecta sola sacris in literis historia accider[illegible] uer[illegible] mus, profecto conspecta historia, tanquā illius [illegible] rinsecus, tenet sensum, quàm facilime penetrabim[illegible] ntaxat sequi de[illegible] spiritum qui uiuificat, [illegible] dere. Recte i[illegible] cipit Augustinus, non illis [illegible] ci faciunt significationem, au[illegible] tātias. Mihi (inquit) sicut m[illegible] m aliquid aliud præter [illegible] dere, qui prorsus ibi omnia [illegible] mē cul[illegible] pandi sunt, qui seru[illegible] intelligentiæ conantu[illegible]

1. Cor. 10 b
Ezech. 2 d
Hiere. 23 f

BIBLIOTHECÆ OMNIENSIS SOCIETATIS JESU
IHS
FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

t ænigmata, multi tropi, multæ figuratæ locutiones, ne
imo huius uoluminis libro, multas ad sacras literas expo
s antiqui,& orthodoxi tradidere patres,ubi & de mysticis
non modo scitu digna, sed & necessaria, ne in illis & ridi
alijs autem decem & octo libris mysticas dictionum signifi
rarum seriem,ut inuentu cuncta sint facilia. Et ne(ut multis
rum labores intraremus, nobisq; usurparemus,proprios ci
tigia,si secuti fuerimus, non erimus ridiculi, neq; in Scyllam,
abẽmur. Multarum quoq;,quas citamus,autoritatum,uarias
æsertim figuratis in locutionibus,adeo ut totum pene Canti
lon,& Apocalypsis partẽ (ut cæteros omittam libros)expo
autem quæ surrexerunt hæreses de Virginitate,& uenerabi
ut septimum prioris ad Corinthios epistolæ,& totum fer
loannis Euangelistę caput accuratissime,citatis ferme cunctis orthodoxis ex
, sa , superq; exposuimus, ut pauca sint desideranda. Debetur autem tibi
hoc opus,quo quod illi præsideas sedi,quæ totius Christiani orbis gym
masium est, tum quod ob tuam liberalitatem mecœnas studiosorum diceris, & es, tum
denicq; quod me, nullo præcedente merito,multis affeceris muneribus. Lęta igitur(ut as
soles)fronte hoc Santis tui munusculum accip, &quum paululum tibi fuerit ocij,perle
ge. Siquidem multa illic cognitu, scituq; dignissima reperies, cernesq; non mihi soli,ue
rum etiam uenturo me laborasse seculo,& magnum rum doctoribus, tum concionatori
bus commodum, & adiumentum præbuisse, & pauperibus consuluisse, qui tenuem ha
bent librorum supellectilem,diuitibus uero immensum dempsisse laborem,qui
bus tot euoluere libros non uacat,uel certe non lubet. Vale,tui ordinis
decor,& regiæ me commenda maiestati,cui iamdudum opta
ui,ac decreui,si uita comes fuerit,si facultas unquam
dabitur, Dauidicum dedicare Psalterium,
quod magnopere semp iudicaui Chri
stianissima dignũ maiestate, qui sua
uissimo concẽtu,paucis uniuer
sa Christi complectitur
mysteria.

SYMPHORIANI PE TOLA

IN LIBROS SANTIS PA LUCE
Icum à Turnone,Bituricensis Ecclesiæ atuisti
marem, sanctæq; Romanæ Ecclesiæ

Symphorianus Campegius Franciscò à Te
& felicissimam,atq; perpetuam beatitu ine



I qu quam sit reverendissime pra
pue colere debeamus, & doctrinæ
& religionis sacramento plurimum
teris observantię, ardentissimo cogamu
profecto cæteris fis omnibus ualde præferen
quibus ob eas causas, quas in genealogiam Turnoniæ familiæ, ex
qua diuus Iustus originem traxit,alibi narrauimus,nihil te uno esse
cõueniat,uel antiquius quicquã, uel omnino perfectius. Et quum nihil sit humanissime
præsul,quod nos ad deum optimum maximum tam prope accedere faciat, quàm si be
neficia conferamus. Quæ res,quum ab omnibus expeti debeat, tum præsertim si sese ob
tulerit occasio aliqua, non prætermittenda est. Obtulit autem se mihi bene merendi de
studiosis(quod sane dudum optaueram)tam honorifica, & ampla facultas, ut amplio
rem neq; nostra,neq; patrum memoria meminerim. Inuiseram enim officij causa(ut sæ
pe soleo doctos) excellentem uirum Santem Pagninum Lucensem, pietate,ac doctrina
illustrem. Hunc quum ego meditabundum inuenissem,mox id quod res erat,suspicarus
sum, ab eo aliquid commentari dignum, ubi uires ac neruos suos intenderet. Quod ille
uultu,gestu, & oratione omnino dissimulare nitebatur. Est autem uir iste patria Lucen
sis,honestus progenitus parentibus. Hic sextodecimo ætatis suæ anno, spretis humanas
rum rerum blanditijs, Dominicanum subijt ordinem,in quo sapientiæ studio,& Hæbre
arum,Græcarum, literarum cognitioni operam dedit, cœpitq; ad populos concionari
mira dicendi copia uerborum splendore, sententiarum grauitate,quas multiplicibus,ac
uarijs scripturarum testimonijs comprobabat. Erat in exhortando,dulcis,in redarguen
do uehemens,in probando,grauis,in persuadendo,fidelis,in laudandis uirtutibus,copi
osus,in flectendis populorũ mẽtibus,atq; animis,nunc frænis,nunc calcaribus utebatur.
in eo laudatissimo instituẽdi genere uersatus est, pseuerauit, perseueratq; adhuc,usq; ad
annũ ætatis suę sexagesimũ sextũ. Flagitiosos multos,atq; improbos à turpitudine,ac sce
lere abuocauit ad uirtutis amorẽ,ac bene uiuẽdi studiũ. Ad scribendũ quoq; animũ con
tulit, non intermisso prædicandi munere. Siquidẽ multa trãstulit,edidítq; uolumina nõ
pauca. Nam transtulit in primis uetus, ac nouũ instrumentũ, & librũ ædidit interpreta
tionis noĩm utriusq; testamenti. Hagogas itẽ tum Hebræas, tum Græcas,tam maiores,
quàm minores, Chaldaicũ Enchiridiũ, Lexicon magnum Hębraicum,cui nomen, The
saurus. Lexicon Græcum cum maioribus Institutionibus Græcis, Translationem quoq;
totius odysseæ ad uerbum,& nouem Iliados cum scolijs librorum, Grammaticam quoq;
R.Dauid,quæ Michol nũcupatur,in Latinum trãstulit eloquium:Item librum Ephod,
grammaticam continentem Hæbraicarum dictionis donauit hominibus, librum etiam cui
nomen Chaser,id est,corona,in quo ex agitur nominibus, uertit:Annotamenta
quoq; in totum uetus instrumentum quæ multa continent uolumina, catenam
argenteam in Pentatheucum,sex mag entem uolumina, & catenam argẽteam
in totum Psalter Hebræorum,Gr Latinorum continentem cõmentaria,
tria continenten uolumina,se in plurimos in euangelia,in Esaiam,
in Ioelem,in Za Apocalyp onatus est,conscripsit.
Itidem in epist quæ in ones quàm plurimos
composuit. N lit Isage os sacræ scripturę
sensus,quas a ionem eſt. Hic uir religi
osus hortatu f ju oro recipiendis
illis,qui peste musq; magnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

erexit impens… …nen magnis eleemosynis,tum ad pau
peres,tum pro… …uam Auenioni,atq; Florētiæ. Pro qui
bus omnibus da… …dei peccatorum remissionem, quæ eleemosynis redi
Daniel.4.f muntur,dicente… …na eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericor
Lucæ.11.f diis pauperum: E… …ipse ter: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt
Thob.4.b uobis: Et Thobi… …eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, &
non patietur ani… …ras. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosy
na omnium faci… …cupium quoq; p… …o his magnus ille cui fœneratus est,re
Prouer.19.c stituet,de quo scri… …eratur domino, qui miseretur pauperis. Cæterum ut hęc,
& alia,quæ illius f… …o,prospero sydere,fauente deo, efficere queat, Lugdunen
ses omnes aram illi… …nitatemq; precabuntur,Sed ut ad Santem nostrum Pagni
num,unde nostra cop… …oratio,reuertamur,Santes iste relictis rebus alijs, ad salutarem
se contulit Sapientiam, omnem operam, curam, studium,ac tempus illi accommodauit,
&,iuxta Stoicorum sententiam,neq; pecunias,neq; tecta magnifica,neq; opes, atq; impe
ria,neq; eas,quibus maxime astricti sunt homines, uoluptates in bonis rebus,aut expetē
dis esse duxit. Et uere Cicero dicebat: Omnia alia caduca,mobiliaq; sunt: una uirtus est
altissimis defixa radicibus,quæ nunquam ulla ui labefactari potest,nunquam dimoueri
loco. Ratio in promptu est,Nam qui eiusmodi rebus circunfluunt,maxime tamē deside
rant ea,quibus uehementer abundant. Neq; enim expletur unquam, neq; satiatur cupi
ditas sitis. Neq; solum ea, quæ habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amitten
di metu. Hanc Ciceronis sententiam tradidit optimis argumētis,rationibusq; disseruit.
Santes autem Pagninus uita,ac factis liquido,&perspicue illustrauit,eorum numero iu
re censendus,qui Lactantio prodente,contemptis omnibus,& priuatis,& publicis actio
nibus,ad inquirēdam, atq; inuestigandam ueritatem animum, ac studium contulerunt,
existimantes multo præclarius,ac laudabilius diuinarum, humanarumq; rerum scire,&
inuestigare rationē, quàm struendis opibus, cumulandis honoribus inhærere. Quibus
rebus,quoniam fragiles,tenerq; sunt,nemo melior,nemo beatior effici potest. Nam pul
Eccls 31.a chre quidem à sapiente dictum est: Beatus uir,qui post aurum non abijt,neq; sperauit in
Colos.3.a pecuniæ thesauris. Præcipit doctor gentium Paulus,Quæ sursum sunt (inquit) sapite,nō
quæ super terram. Sed non est par tantis laudibus dicendi facultas, sed nec temporis pa
tiuntur angustię longius euagari. Santes itaq; noster multorum extitit bonorum autor.
Quorundam etenim,aut superstitiosam Vualdētium,ac Lutheranorum uanitatem,aut
solutiorem uitæ licentiam non modo acriter improbauit, sed etiam sapienter substulit.
Ad te igitur præsul sapientissime,Santis Pagnini,uiri religiosissimi,simul & Symphoria
ni Campegij lucubrationes mittimus,ut quum seuerioribus Theologiæ,& rerum diui
narum studijs,quibus die, noctuq; inuigilas,defatigatus fueris, in ha… Sātis Pagnini,ac
Campegij amœnitates diuertas,in quibus tamen nonnulla exintimis Phi
losophiæ,ac Theologiæ penetralibus deprompta, atq; stylo theos
logico inscripta,reperies. Vale patriæ,& nostrum
decus. Lugduni pridie nonas Aprilis,

INDEX VERBORVM
MYSTICE IN HOC VOLVMINE EX-
plicatarum, ac sententiarum aliquot insi… …eon sine
delectu selectarum.

Abies, qui cœlestia contempla-
tur 896
abortiuus electus quisq; 56
abscondere faciem quomodo deus di
catur 43
abyssus diuinum iudicium 489
abyssus genus humanum 372
accipiter sanctus quisq; dicitur 58
accipiter renouata gentilitas 58
accipitris & herodij corpora pēnęq;
quales 377
acerum à charitate per superbiam re
cedens 327
adagia uel ęnigmata nonnulla 383
adam mens,Eua sensus 233
adamas indomitus 56
adamantis quatuor genera Ibidē
adamas dominus ac saluator 57
adamantes apostoli Ibidem
adipes operientes interiora, Christi
significant animam 401
adolescentulæ sunt ecclesiæ 58
adolescentula anima dicitur Ibid.
adoptio spiritalis generatio 215
ad sinistram ire,quid sit 139
ad dexteram ire quid sit Ibidē
adulterari uerbum dei quid sit 564
ædificatio, fideles in unum collecti
332
ædificantes aurum, argentum &c. q
sint 248
ædificatio singulorum operatio 247
ægyptus, præsens seculum significa
cat Ibidem
ænigma,obscura allegoria 542
ænigma,similitudo obscura ac diffi
cilis 543
ænigma quid 20
aer Israel,propter susceptam illumi
nationem 561
æs,æterna sententia 199
æs canorum laus & gratiarumactio
Ibidem
æs,longanimitatis constantia, perse
uerantia Ibidē
æs,patientia 854
æs regnum Macedonum 58
æstas, tranquillitas, hyems tribula
tio 262
æstus anxietas, & persecutionis ar
dos 58
æstas prosperitas, hyems aduersitas
Ibidem
æternitas, tempora comprehendit
344
æthiopia,præsens mundus & genti
litas 871
æthiopia abiectus,alijsq; 234
æthiopissa uxor,ecclesia gentiū 526
affectiones tres, dulcis prudens for
tis 268
affectiones humanæ quomodo sint
in deo 47
ager cor humanum 59
ager scripturæ latitudo Ibidē
ager actio humana Ibidē
ager,cor,mens,mundus 363
agminenses hæretici 312
agni q Christum sequuntur 587
agnus,fidei symbolum 525
agni duo,testamenta duo 524
agni duo,à peccatore oblati, quid si
gnificent 519
agricola deus trinitas 59
agricola homo Ibidē
agricola,Gabriel,uel Michael 210
ala dei quomodo in sacris literis ac
cipiatur 42
alæ sanctorum uirtutes 60
alæ quatuor genera credentium 60
albedo hypocrisis 520
allegorias refutantes redarguuntur
689
allegoriæ plures species 19
allegoriæ quatuor genera 15
allegoria quid 14
allegoria quid sit 542
alligamentum guttæ, corpus Chri
sti 186
alligamentum guttę,dogmatum cō
tinentia, diuinarum sententiarum
constrictio Ibidē
alma,siue halmah,qd significet 290
ambulare quomodo deus dicatur
44
amethystus uenena superat 65
amethystus,Iudas 334
amictus mentis geminus 168
amicus, rectæ amator actionis
576
amicus animæ custos dicitur Ibidē
amor carnalis à poetis cupido nun
cupatur 391
amor spiritualis interioris hominis
Ibidem
amor illicitus accidit exteriori & in
teriori homini Ibidē
amygdalus correctio & continentiæ
labor 61
analogia quid 14
anaphora 19
anastrophe Ibidē
ancillæ,prædicatores infirmi & abi
ecti 151
ancillæ animæ infirmæ 126
angelos cur Christus non apprehen
derit 144
angelus prædicator 62
angelus homo iustus Ibidem
angelus dicitur ipse saluator Ibid.
angelus,Christus 462
angelorum nouem ordines 491
angelus primus, id est Lucifer, cun
ctis angelorū agminibus fuit præ
latus 491
angelorū ministeria,siue officia 491
angeli nuncij Ibidē
angeli nomen officij est,non naturæ
Ibidem
angeli quomodo ascendunt & descē
dunt 563
angeli quomodo ad deum loquan
tur Ibid.
angeli qui mittantur,& qui nō 492
angelus superior est natura quolibet
homine 351
angeli minores mittuntur à maiori
bus 492
angeli & mittūtur & assistunt, Ibid.
angelus circunscriptus spiritus Ibi.
angeli uicinorum ordinum sortium
tur uocabula 492
angeli,doctores 870
angularis lapis 332
anima per cogitationem diuersa est
360
anima incorporea Ibidem
aīa infusa corpi est tota in toto Ibid.
anima uita carnis Ibidem
anima dei est uoluntas 47
animus sanctificat, aut polluit cor
pus 318
annos obseruare quid sit 206
annus prædicationis supernæ gratia
62
annus redemptorū multitudo Ibid.
annus illuminatio 143
annuli secretorum signacula 356
ansulæ cortinarum, præcepta cœle
stia 464
antemurale,prophetæ 718
antichristus de tribu dan 171
antichristus quæ sit facturus 355
antipater custos,siue,p curator 509
antiprosopon qd 10
antiptosis quid Ibid.
apes,prophetæ 685
apis, Christus Ibid.
apocalypsis Ioannis infinita cōtinet
mysteria 285
apocrypha nescit ecclesia 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

apollinaristę dicunt Christū non hauisse aīam 47
apostrophe quid 20
aquæ timor 413
aquæ, prædicatorum mentes 732
aqua scientiam signat 62
aqua niuis lamentum humilitatis Ibidem
aqua niuis cœlestis compunctio 63
aqua prophetia de Christo non intellecta 414
aquæ populi 863
aqua, sancti spiritus irrigatio 546
aquæ, populi 726
aqua timor 406
aqua scriptura sacra 252
aquæ iudiciorum, aquæ consiliorum 257
aqua de petra, umbra & figura sanguinis Christi fuit, 644
aquæ, doctrinæ fluenta 347
aquæ præsidij in tormentis è fonte uirtutum 258
aquæ desiderorum in duos partiuntur riuos, id est duo charitatis præcepta Ibidem
aqua, sapientia 697. 314
aquæ desideriorū &c. è fontibus manant saluatoris 257
aqua timor 415
aqua prophetia de Christo non intellecta 414
aqua sitim extinguit, quomodo mystice intelligendum 259
aqua irrigat, quomodo mystice accipiendum 259
aquæ, tribulationes 230
aquæ præsidiorum duplices de fonte uirtutis 258
aqua cur in calice miscetur 648
aquila malignus spiritus 64
aquila subtilis sanctorum intelligentia & contemplatio Ibidem
aquila sancti patres 64
aquila Assyriorum regnum 65
aquilæ iustorum animæ 65
aquilo diabolus Ibidem
aquila diabolus 386
aquila, Symmachus & Theodotion iudaizantes hæretici 10
aquilo, mentis torpor 532
aquilo, antiquus hostis 78
aquilo immundus spiritus 395
aquilo diabolus 545
aquilo, perfidiæ torpor 688
araneæ hypocritæ sunt 71
arbestos lapis Arcadiæ, semel accensus non extinguetur 444
arbor Christus 365
arbores in insula Tilo tegmine non nudantur 444
arbor fructifera Christus 274
arbor est anima, cuius fructus sunt opera 66
arbor quoq; uoluntatis est symbolum Ibidem
[illegible] 66
[illegible] nationis Christi mysterium 545
[illegible]clinus spiritus sanctus 410
[illegible] æreus, princeps tenebrarum 9
[illegible] extremum iudicium Ibi.
arcus cœlestis signum clementiæ 462
arcus cœlestis id est, iridis, quid duo significent colores 461
arcus quid in sacris literis significet 69
arcus insidias designat Ibidem
arcus extremum quandoq; iudicium designat Ibid.
arcus sacram quādoq; scripturam designat Ibid.
arcus etiam minas designat Ibid.
arcturi nomine ecclesia exprimit uniuersalis 70
arcturus, Apostoli 412
arcturus, populus gentilis 70
arcturus lex, siue uetus testamentum 71
argētum sensus bonus uerbum optimum 241
argentum niter sanctæ eloquentiæ 246
argentum, exterior sermo 717
argentum, nuptiæ 247
argentum proximi dilectio 248
aries cogitationis peccatum 383
arietum & pastorum discrimen 72
aries qñq; Christum significat 73
arietes quādoque apostoli dicuntur Ibidem
aries, sacerdotum primus ordo 336
aries, prælatus, 859
aristobulum uinctū Romam duxit Pompeius 509
arma, miracula, 325
armillæ, præpositorum opera fortia 356
aromata sanctæ operationis opiniones 395
arrius aliud esse patrē, aliud filium asseruit 427
arundinetum uita secularium 73
ascensus martyrum purpureus 548
asinus, stultorum pigritia 74
asinus immoderata petulantium luxuria 75
asinus gentilitas Ibidem
asini, gentiles credentes 175
asperſiones septem, uirtus septemplicis spiritus sancti 401
aspidis figura cœlum significabatur 83
astra angeli uocantur 75
astronomia mentem nō illuminat 1
atlas astrologus 1
atrium, cordis dilatatio, 854
atrium, resurrectionis initium 151
auaritia ab elatione, uel timore prosicisci 199
auditus quomodo deo attribuatur 39
auditorum uenerabilis uita custodia doctorum est 341
aues maligni spiritus 574
augustini uerba de sacramento & re sacramenti caute intelligenda 628
aures dei quomodo in sacris literis accipiantur 41
auriga doctor 353
aurora mens iusti est 76
aurora perfecta claritas uisionis internæ Ibidē
aurora sancta anima Ibidem
aurora ecclesia dicitur 75
aurū, intima diuinitatis claritas 76
aurum charitatis symbolum 76
aurum splēdor supernæ ciuitatis 77
aurum, angeli dicuntur Ibidem
aurum, sanctitatis splendor 77
aurum, occultus scripturæ sensus 77
aurum sapientia designat Ibidem
aurum, anima Christi Ibidem
aurum, sensus scripturæ Ibidem
aurum, immortalitas, impassibilitas 562
aurum, argentum, lapides pretiosi, præclara doctrina 245
aurum sapientia 701
aurum, diuinitatis pulchritudo 411
aurum, argentum, lapidem pretiosum ædificantes, utrum ædificent etiam lignū, fœnum, stipulam 248
aurum, diuinitas, sapientia 717
aurum, interior est scripturæ sensus Ibidem
aurum castimonia 247
aurum fides 338
aurum sapientiam denotat 455
aurum, sensus occultus sapientiæ 246
aurum bonum, Enos 235
aurum, claritatis sanctitas 589
aurum, uiuendi disciplina 235
aurum, fides 854
aurum, cœlestis patria 596
auster fluxa uiuendi remissio 78
auster, feruor spiritus sancti Ibid.
auster spiritus sanctus 395
auster semper in bonam partem 78
auster patris charitas 845
auxesis quid 20

BAculus tyranum figurat 79
baculus humanum adiutorium Ibidem
baltheus, castitatis cingulum 334
basiliscus, diabolus 60
baltheus cingulum, castitas est Ibidem
baptismus abluit omnia peccata 218
barba uirilis ætas 518
barba significat fortes, iuuenes, strenuos 80
basis, uerbi dei stabilitas 854
bases, propheræ 854
beatos à beatitudine cadere posse, dogma est hæreticum 494
bellum concitantes bello pereunt 354
bene agendi triplex uia 248
benedictio, siue consecratio, maioris est uirtutis, quàm natura, quæ benedictione mutatur 644
benignitas amoris in proximum inflammatio 279
beryllus Simon 333
byssus, carnis incorruptio 356
bestia, antichristus prædicator hypocrita 485
bethel ecclesia 500
bona indifferentia 386
bonitas, proprij boni in proximum diffusio 279
boni interpretis regula 8
bonum est honestas, & uirtus 386
bos populus Iudaicus 236
bos iuxta anagogen refertur ad Israel 75
botrus ille magnus, qui de terra promissionis allatus est, quid mysticè designet 657
botrus in ligno, Christus in cruce 856
boues iugum domini portantes 383
brachium dextrum, opera bona 854
brachium dei quomodo in sacris literis accipiatur 41
brachium, bona operatio 409
bruchus, Macedones & Alexandri successores 177
butyrum incarnationis 228
butyrum internæ pinguedinis uberas 478
buxus, uiriditatem fidei tenens 496
byssus, uirginitas 854

CAdere retro & in faciem, quid sit 172
calamus, Iudæorum regnum 74
calamus, siue arundo, mentis mobilitas Ibidem
calamus, siue arundo, nitor temporalis gloriæ Ibidem
calami, prædicatores 844
calamus prædicator 374
calceamenta dei quomodo in sacris accipiantur 43
calciamentum prædicationis munimen 199
caligo apertus error 546
calix, lex 182
calor charitas [illegible]
calx igne cādefacta, qua alia tenduntur [illegible]
calx usua cur dicitur [illegible]
calx, quum aqua extinguitur [illegible]
calx olēo non feruescit, quō mes ignis [illegible]ibidem
cæcus humanum genus 581
cæcus, qui non considerat quod iustū est, uel iniustum 502
calcedonius Ioannes, Iaspis Petrus, Sapphyrus Paulus 333
calydonia uirgo 295
cameli peccatores graui depressi peccatorum farcina 473
campestre, id est brachas 392
camilla uirgo 295
camus contritionem designat 266
candelabrum, principale nostrum, id est, mens 571
candelabrum, os oris Ibidem
candelabrum Christus 844
candelabri lux, Euangelica gratia 845
candelabrum status corporis 348
candelabrum, Christus 845
canes, uiuentes in impietate 682
canes, gentiles uel hæretici Ibidem
canes, fideles redeuntes ad peccata 681
canes, ueritatis oppugnatores Ibid.
canis amor nec iniurijs obliteratur 346
canis, sagacissimum animal 75
capilli dei quomodo in sacris accipiendi 41
caprea, ecclesia 355
capra peccatum 354
caput, mens 479
caprea synagoga 388
capilli decisi, sacramentorum subtilitas 864
caprea pernicitate & acumine uiget 389
caput principalis intentio 463
caput, mens 566
caput aureum, fides 854
caput dei quomodo in sacris accipiēdum 41
caput summa sacerdotij 864
caput, prima suggestio 165
calcaneus, lapsus 165
caput regere, peccatum in deum commissum operire 516
carbones leuissime franguntur ictu sed nullo humore corrumpuntur, nulla ætate minuuntur 443
carbones sunt qui alios iuxta se positos accendunt 483
carbunculus Enoch 235
carnem suam cur Christus nobis præbuit 614
carnes uetera sacrificia 651
carmen in bono, & in malo accipitur, [illegible] 428
[illegible] 414
ISTI corpus uitæ
caro Christi uiuifica 608
casia redemptio 187
cassius templum expoliauit 509
castitas perfecta mundicies 279
catēna potestatem denotat 698
catulorum dentes, prolis edacitas 507
cedrus, spes resurrectionis 523
centenarius numerus perfectus 68
centenarius fructus, æternę uitæ contemplatio 281
cētenarius numerus, perfectionis plenitudo 347
centena fertilitas martyrio, sexagena continentię, tricena coniugio adscribitur 279
centesimus fructus, cur attribuatur uirginibus 282
ceraستes, cornutus serpens, antichristus 171
cerui patres antiqui 388
cerui, proprietates 254
chana zelus 216
characterismus quid 20
charitatis feruor qualis 438
charitas omnium uirtutum prima 275
charitas aliorum fructuum caput Ibidem
cherinthi hæresis 859
cherubim duo, duo testamēta 862
cherub cur dictus Lucifer 493
cherubim qui uocentur spiritus 492
chiobar, grauitas 230
chresis uirgo 298
christus de tribu Iuda 509
christus natus sub Herode maiore rege alienigena 510
chrysolithus, Matthæus 333
chrysopassus Thomas 334
cicatrix uulneris signum quid signet, 515
cincinnus collectę cogitationes 429
cingulum, duplex pontificis 80
circulus intellectus uera fulgens sapientia 464
circulus omnipotentia 725
circulus, iudicij occulti adiutorium 725
claues accepit Ecclesia in Petro 110
clauis spiritualis quid sit 111
claues duæ sunt, scientiæ una, potestatis altera 112
clauis ordinis solis sacerdotibus cōuenit Ibid.
claues quibus datæ sint Ibi.
clauis iurisdictionis etiam non sacerdotibus conuenit Ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clauis
men
clemē
clibanꝰ
clibaꝰ
ris
clibanꝰ
clypeus ferreum index est 114
cœlum, sanctus uir 584
cocytus luctus 355
clypeus fides 373
coccum bis tinctum, charitas dei & proximi 356
coccus charitatem designat 114
coccus, cupiditatis ardor passio Ibi.
coccus, confessionis gloria 854
coccum tortum, Christi sanguis 516
coccus, charitatis flamma 475
cocytus fluuius 355
cocytus inferorum, id est, gehenna Ibidem
cœlum summum pater 351
cœlum sacrum eloquium 3[illegible]4
cœli, libri sacrarum scripturarum 146
cœlum, sacra scriptura 541
colles, scripturæ propheticæ 704
colles, ueteris testamenti uolumina 705
colles, qui non sunt scientia perfecti Ibidem
colles inferiores prædicatores 707
colles, patriarchæ prophetæ spirituales uiri 709
colles aereæ potestates Ibidem
columba spiritussanctus 114
columba ecclesia dicitur Ibidē
colles inferiores angeli 351
collum fides 739
columba anima Ibid.
collum prædicatores 701
collum intellectus Ibidē
columbæ oculi perspicaces 115
columbas uendere quid sit Ibidē
columbæ simplicitas 15
colūba ablatis pullis non dolet 116
columba insipiens hæreticus Ibidē
columba innocētiam & amorem spiritalem significat 118
columba, qui quærit quæ Iesu Christi, coruus qui quæ sua sunt quærit Ibidem
columbæ osculum, pacem designat Ibidem
columba ecclesiæ unitas Ibidē
columbæ proprietates Ibidem
cortices arborum prosperitates 375
cortinę tabernaculi, sancti sunt 464
cor curuum, quid sit 224
cor rectum quid sit 121
cordis recti & praui discrimen Ibid.
cordis mundatio 122
cor dei quomodo in sacris literis accipiatur 41
corona beatitudo 124
cor in bono & malo 120
cor alienum, hebraicum est idioma Ibi.
cordis induratio quid sit 121
corona, Christi discipuli, & generalis ecclesia 124
corpus Christi, non est figura 664
corpus Christi, alienum ab omni corruptione 644
corpus, quod conficimus, ex uirgine est præter naturæ ordinem 645
corpus Christi indigne sumentes, supplicium crucifigētium subeunt 615
corpus Christi, infantes non comedunt 633
corpus Christi amplius est, quā manna de cœlo 647
corpus Iesu, euangelium 324
corpꝰ Christi quomodo sit uel sit ex pane & uino 628
corpus Christi non sumitur in figura, uel signo 657
columnæ septem, dona septem spiritus sancti 859
columnæ argenteæ, prædicatores 548
Columna nubis figura 120
columnæ apostoli & omnes credentes Ibid.
columna angelum siue prædicatorē signat 119
culumna argentea, patientia rationalis 854
collirium gratia, sacræ scripturæ studium 114
collirium bona operatio Ibid.
collirium quod posuit super oculos nostros Christus, ut possimus uidere maiestatem eius per eius humilitatem 114
compunctionis duo genera 464
compago cogitatio 353
concubinæ, animæ quæ sub timore seruiunt 739
concupiscentia in iecore 185
concupiscentia bona & mala 375
confessor doctus discretusq; debet esse 465
conscientia pro spe 223
consecratio fit uerbis dñi Iesu 646
consilium 357
consilij conuiuium 214
consilia de sapientia manant 257
continentia nulla ad malum inflexio 279
conualles humiles montes superbi 254
conualles, populi humiles 323
conuallis humilitas 396
conuiuium quo pacto faciunt 214
cophinus stercoris, peccatorum memoria Ibidem
cornua, sapientia uita 485
cornua tria, multifariam exponitur 176
cornua quatuor, quatuor euangelia 401
cornua, dignitates, sublimitates, potestates 121
corruptiuum, corpus carens anima 154
cortices arborum tegmina bonorū operum 374
cortices arborum, operationes ad superna tendentes Ibidem
coruus, plebs Iudaica 125
coruorum pulli dicuntur apostoli Ibidem
coruus hominem teterrimum significat 118
corui, uiri religiosi 126
crater magnus, Christi corpus Ibid.
craticula igni suppositio furorē iraq; designabat 383
crines, populi multitudo 739
crux carnis mortificatio 126
crux carnis mortalitas Ibidem
crucis latitudo, hilaritas 127
crucis longitudo, tolerentia Ibidē
cubile cor nostrum significat Ibidē
cubilia, ferocium cogitationes 127
culpa iuste sine fine punitur 441
culpam non gignit deus nisi quatenus ab illa non liberat 344
cultriuli, discretio 370
cydaris, incomprehensibilis 889
cynomia, cynicorum secta 721
cyphi, auditorum mentes 844
cyrillus 427
cyrillus 393

DAemonia corpora habent aerea, ut multi aiunt 446
dæmones spiritus, corporei ignibus crutiantur 447
decimæ tres, fides trinitatis 524
decipere & decipi posse, parum differunt 521
denarij numeri significatio 11
denarius numerus plenus 606
dentes ecclesiæ prædicatores 327
dentes, peccatorum principes 145
dentes unde dicti 136
dentes detrahentium linguæ 130
dentes, maledicentes, uitiorum autores Ibidem
decor animæ qualis 127
decor, uirtutum ornamentum Ibid.
depinguntur historiæ in locis sanctorum non sine ratione ut uetustas permisit 450
descendere quomodo deus dicatur 43
desertum, seculum dicitur 136
depositum, anima & corpus 137
depositum imago dei Ibidem
depositū
depositum, Christus & spiritussanctus 137
depositum, sensus rationalis ingenium, memoria ibidem
desertum, uita præsens 130
desertum cor infidelium ibidē
desertum immundorum spirituum multitudo ibidem
desertum, mundus 455
dextera, inuisibilis creatura, sinistra visibilis 139
dextera æterna ineffabilisq; felicitas ibidem
desertum gentium sterilitas 384
deus animarum uita 360
deus est superior regendo, inferior portando, interior replendo, exterior circundando ibidem
deus ubiq; totus est ibid.
dextera, superba præsumptio, sinistra cura peccati delectatio 140
dextera corporis porti o præclarior ibidem
dextera, scribæ ac doctores ibidem
dextera potentia diuinitatis 141
dextera patris filius ibid.
dextera prospera pars ibid.
dextera potentia ibid.
dextera, locus iustorum ibid.
dextera uita æterna ibid.
dextera summa beatitudo, sinistra miseria 139
dextera, beata visio 480
dextera in malum accipitur 143
dextera, uita æterna 479
dextera Dei, angelorum pars electa 140
dextera uita perpetua 1
dextera, requiem & gloriam signat 139
dexteralia primæ operationis ornamenta 356
dextrum magnum: Sinistrum nihilū 347
diabolū purgationem uel indulgentiam polliceri, ecclesia ferre nequit 448
diabolum, depositā superbia, acturū pœnitētiam falso quidam opinati sunt 445
dies angeli boni 144
dies, peccati delectatio ibid.
dies Dei, æternitas ibid.
dies itidem ut nox diabolum significat 143
dies una regnum cœlorum 144
dies, pro seculo futuro ibid.
dies prosperitas, Nox aduersitas 142
dies Domini, dies iudicij 145
dies presentis uitæ dies hominis sunt ibid.
dies intellectus 143
dies temporalis prosperitas ibid.
dies, singula uirtus ibid.
dies, Christi præsentia 145
dies immaculatorum qui sunt ibidem
dies unaquæq; actio 981
dies Domini, tribulatio, iudicium 264
dies, mentis delectatio 863
digitꝰ maior ac minor, actio magna & extrema 479
digitus Dei, spiritus sanctus 145
digitus cur spiritum sanctum significet 146
digiti sacrarum literarum scriptores ibidem
digitus, diuinæ operationis effectus 446
digiti Dei quomodo in sacris literis accipiantur 14
dij interdum homines dicuntur & dæmonia 137
dij participatione, non natura 138
diaphoresis quid 10
dictum Pauli, Ipse autem saluus erit: quomodo intelligendum, nempe quod sanus & integer, ut ardeat, asseruabitur 447
diluculum electorum Ecclesia 147
diluculū ueritatis cognitio, fulgorq; iustitiæ 148
diluculum, lux scientiæ ibid.
diluculum, resurrectionis tempus ibidem
diluuij altitudo 15
diluuium, multiplicitas doctrinarum 148
disciplina ad animam pertinet 648
disciplina animæ medicina, diuiditur in coertionem & institutionem ibid.
disputare cum deo quid sit 564
diuitiæ, uerba sacra 149
diuitię præsentis seculi, non sunt nostræ 140
diuitiæ ueræ quæ dicantur 340
diuitiarum spiritualiū & terrenarum discrimen 141
dogmata, placita sectarum 364
doctorum intelligentia qualis 337
doctorum sermo pro qualitate auditentium formandus ibid.
domus, res quæ diligitur 150
domus, fauoris dilectio ibid.
domus, mens atq; conscientia 151
domus Petri, lex circuncisio 190
domus ecclesiæ, scriptura sacra 194
domus, ecclesia 706
domus id, cui desiderio & amore inhæremus 148
domus cor, mens & conscientia ibidem
domus uiui, doctrina mystica & moralis 194
dies obseruare & tēpora quo pacto Christianis congruat 206
dormire, pro requiescere 152
dormitio, peccatum post baptismum 155
dormitio Christi mors 509
dracones gentiles 374
dracones malitiosæ in aperto mōtes 377
draco, diabolus occulte insidians 264
diuitiæ, ueræ uirtutes 480
draco antichristus 846
drachma, imago dei in homine 165
drachma monetæ genus 166
drachma, fides, ibid.
dracones Iudæi 373
drachma utrunque testamentum 166
drachma non est denarius ibid.
drama, actus comœdiarum, rei repręsentatio 187
duodenario numero cur Apostoli significantur 464

EBion, Hebræis est pauper 75
ebrietas, sensus mutatio 544
ebrietas rerum omnium copia 160
ebrietas in bonam partem 169
ebrietatis gemina species 168
ebrietas bona, quæ sit 189
ebrietas gaudium & lætitia 170
ebrij qui dicantur 178
ebur antiquum, patres præcedentes 478
ebur, patres præcedentes 170
ebur sermo & lingua ibid.
ebur castitas ibid.
ecclesia corpus Christi est, non quod traditum est pro nobis 529
eden, voluptas 133.135
electrum prouidentia 171
electrum pro fulgore 435
electrum Christus 432
emphasis quid 20
energia quid ibid.
enoch quædam scripta reliquit 14
ensis, rigor conuersationis 552
epanalepsis quid 21
ephegesis quid 20
exergasia quid ibid.
epidiorthosis quid ibid.
epiphonema quid 21
epithrogasmos quid ibidem
epimone quid 20
epizeusis quid 21
episcopi conditiones, qualis esse debeat, explicantur, 193
equi, lasciuiētes ac superbientes homines 175
equi dæmones ibidem
equi quomodo subneruentur ibid.
equi labin qui dicantur 175
equi persecutores 176
equites, angeli mali ibidem
equites, aērij spiritus ibidem
equi luxuriosi, impudici 176
equi diaboli, qui ibidem
equi rufi, martyres 173
equi varij, sancti signorum varietate doctrinaq; varij ibidem
equi albi, virgines ibidem
equi, lasciuientes impetus ibidem
equus dignitas temporalis 171
equi sanctorum animæ 172
equi candida corpora resurgentium ibidem
equi albi, Medi & Persę 174
equi varij Macedones ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

equi rufi, romani 173
equus, præparatio rectæ intentionis 172
equus, sanctus prædicator ibidem
equus corpus, eques anima ibid.
equi, & equitatus animæ 174
equus albus, corpus & anima Christi ibidem
equus, gentilis populus 266
equi, proni ad libidinem 473
equus humana natura 700
equæ in Cappadocia vento concipiunt 444
equitatus vitiorum quomodo subneruatur 175
erotema quid 21
erugo lasciuia, libido, luxuria est 868
erugo, fornicatio 178
erugo rubigo, & carnicola dicitur ibidem
erugo, aura noxia ibidem
erugo, amor turpis ibidem
erugo, aura noxia, superbia occulta, ibidem
eruca, pœnarum extrema ibidem
eruca, luxuria 177
eruca, fortitudo Domini dicitur ibidem
eruca, Assyrij, Babylonij, Chaldęi ibidem
ethan fortis, id est diabolus 225
etymologia quid 14
ethopœia quid 21
euangelistæ, qui dicantur 688
euphrates vnde dicatur græce 234
euangelij prędicatiò, & scripturarum notitia 363
eunuchi qui dicantur, & eorum præmium 321
eunuchorum tria genera 312
euchertius epis. Lugdunensis 191
exallage quid 21
exetasmos quid ibidem
exercitus cœli, angelorum administrantium multitudo 140
exercitus, martyrum multitudo 172
exigi potest, quod debitum est 187
ezechiel, fortitudo dei 230

FAbas, tibus detestabilis Pythagoreis 178
fabri legis interpretes atq; doctores 179
fabri quatuor, quatuor euãgelistæ ib.
fabri angeli dicuntur 18
facies interna, mens 179
facies ecclesiæ prælatus 180
facies terræ, id est, dignitas terræ, mater domini virgo Maria 260
facies dei, manifestatio eius 842
facies auertere quid sit 181
facies Dei, notitia Dei, vel potentia, qua innotescit 181
facies dei, præsentia dei, ibidem
fœces, reliquiæ vini ibidem
fæces, ima atq; vltima vini ibidem
fæces corporalia sacramenta ibid.
fæces, corpora, vires, peccata ibid.
falx iudiciaria sententia. 183
falx dei sententia 356
familia, ignobiles insipientes 186
familia, cogitationes. ibidem
farinæ fata tria, spiritus, anima, corpus 185
farinę fata tria, pater & filius & spiritus sanctus vnius substantiæ ibi.
fasciculos ligare, quid sit 186
faui, prophetarum scripturę 685
faui subtiliores literę ibid.
fauus sermo bonus 189
fauus nouum testamentum 475
fauus occulta sapientia 188
fauus spiritualis 183
fauus peccati dulcedo, vel eloquentię dulcedo 189
fauus occulta doctrina sapientię 190
fauus, regni cœlestis dulcedo 189
faulla, ecclesia 188
faulla iniqui vita ibidem
febris, inuidia 190
febris, concupiscentia 191
febris, infidelitas ibidem
febris, intemperantia ibidem
febris ira 191
febris animi vehementior, quàm corporis 190
femur, caro 191
fenestræ quinq; corporis sensus 392
ferę, dęmones hęretici 195
ferculum, ecclesia 548
ferrum, vir fortis 198
ferrum prędicationis, iaculum virtutis 199
fermentum plerique Christum putant 196
fermentum, passio Domini, symbolum salutis 198
fermentum Christus ibidem
fermentum, typus improbitatis 198
fermentum, scripturarum intelligentia 185
ferę ludæi superbi homines 195
fermentum scripturarum intelligentia, dilectio, humana doctrina 165
ferrea arma, ministri diaboli 199
fermentum doctrina scripturarum 196
ferrum tribulatio dura 199
ferrum malorum duritia ibidem
fermentum Christi doctrina 196
fermentum Christus 197
fermentum, dilectio 286
ferrum fortitudo 199
festiuitas Angelorum 201
festiuitas quarta paschæ 204
festiuitas quinta azymorum tractatur in dictione fermentum ibid.
festum, qui peccat, non agit 202
festus dies, futuri seculi tractatur 205
festum diem acturus, egentium hębeat rationem ibidem
festiuitas sexta nouorum tractatur 204
festiuitas septima septimorum ibid.
festiuitas octaua afflictionis animæ ibidem
festiuitas tertia Neomeniæ tractatur 203
festiuitas Christi 261
festiuitas sempiterna quæ dicatur 206
festiuitas noua scenopogię tractatur 204
festiuitas secunda Sabbati Christiani 202
festus dies quid præferat 200
festiuitas indefinens describitur 202
fenestræ lex, & prophetæ 194
flatus dei, animaduersio 225
flatus externa operatio 224
flatus, spiritus, voluntas ibidem
flatus, gratia nei 567
ficus, mors 209
ficus bonæ, credentes ibidem
ficus malæ, iudęi increduli ibidem
ficus, spiritus sancti dona 210
ficus iudaica plebs 211
ficus quilibet homo 209
ficulnea lex 211
fici proprietates ibidem
ficus circuncisionis populus 208
ficus, mundus & eius consummatio & omnis qui saluatur 208
ficus genus humanum 209
ficus malitia & improbitas 215
ficus humana natura ibidem
ficus mundus, ramus fici ecclesia 208
ficus synagoga, folia hominum mandata, superstitiones 211
fides virtus, & fides domum in quo differunt 277
fides sine bonis operibus non saluat 238
filius doctrina 216
filius natura ibidem
fides recta, fundamentum 245
fidei gradus 359
fides sine operibus, non est vera fides 276
filij dei 217
figura & res non sunt idem 650
figuram locutionem non esse accipiendam ad literam 15
figuratus sermo qui dicatur ibid.
figurata locutio quid 624
figuras, & vmbras cur deus præmiserit, & postea è medio tulerit 403
filij Aegypti contrariæ fortitudines 263
filij dei boni qui Noe peccant 215
filię regnum, animę & ecclesię ciuitates 171
filij dei, Angeli electi 215
filius olei fidelis populus ibidem
filij Apostoli, prędicatores, filię plebes infirmiores auditores 214
filiæ tres, tres fidelium ordines ibid.
filij septem, septem spiritus sancti dona ibidem
filię tres, fides, spes, charitas ibid.
filij vocantur opera 219
filij gehennę ibidem
filij iręe 210
filij diffidentię ibidem
filij dei, homines renouati 216
filij diaboli, homines superbi ibi.
filij diaboli sunt filij seculi, sed non ediuerso 218

filiæ Hierusalem, animæ in ecclesia debiles 548
fimbria, uita hominũ extrema 221
fimbriæ, linguarũ uarietas & doctrina 220
fimbria, Christi uestigium Ibi.
finis perfectio Ibidem
finis consumptio Ibidem
finis cõsumens, & finis perficiẽs 221
firmamentum, exterior homo 223
floris more procedit homo 224
flos, Christus dicitur Ibid.
flores, uirtutum opera 277
flumen seculi actio 229
flumen, spiritus sanctus 232
flumina, omnia quæ amantur & transeunt Ibidẽ
flumina quatuor, quatuor Euangelia 256
flumina quatuor, quatuor uirtutes 236
flumẽ humani generis decursio 228
fluminis alueus uacuus, corpus exanime 210
filius imitatione 216
fluuius mutabilitatis status 230
fluuius æterna beatitudo 278
fluminis torrens, inundatio spiritus sancti 228
flumina, maximæ tribulationes 230
fons, ueritatis inundatio 260
fontes salutares, prophetæ euangelistæ apostoli 260
fons signatus, spiritualis, & propria doctrina deuotionis 261
fons sacræ scripturæ cur signatus dicatur 252
fons misericordię, ex quo aquę remissionis 259
fons sapientiæ, ex quo aquæ discretionis Ibidem
fons gratiæ, ex quo aquæ deuotionis Ibidem
fons charitatis, ex quo aquæ æmulationis Ibidem
fons misericordiæ, communis omnibus 259
fons paruo in loco pluribus riuis fluxum ministrat 260
fons interior, manans ueritas 260
fons aquarum, Christus dñs 256
fontes quatuor, è quibus quatuor aquarum genera hauriuntur, uidelicet, ueritas sapientia uirtus charitas 254
fons apud Garamantes diebus frigidus, noctibus feruidus 443
fons in Epiro in quo faces accensæ extinguuntur, extinctæ uero accenduntur Ibidẽ
flumina quatuor, prudentia temperãtia fortitudo iustitia 233
fœnum hypocrita 375
fœnum carnalis concupiscentia 438
fœnum, carnalium uita 237
femur, nuptiarum opera 191
femoralia, castitas 392
femur carnis appetitus 352
folia ficulnea, peccata 209
folia, traditiones, promissiones, iactatio, uerborum ornamenta 211
folium, uerborum doctrina 549
folia, uerba simplicia 684
fores, synagogæ maiores 262
foramina petræ, incarnationis mysteria 591
formica, strennus & prouidus operarius 262
fornicatio animæ duplex 263
fornicatio triplex Ibidem
fortitudinis conuiuium 214
fornax, cupiditas, concupiscentia 581
fornicatio animæ quid sit 265
fornicatio carnis execrabilis, sed animæ execrabilior 264
fornicatio spiritualis 265
fotinus Christum non deum, sed hominem tantum esse credidit 427
fratres Christi, fideles 266
fraternus, fratris filius 186
fratres duo, sermo legis & sermo euangelij. Mater dictorum fratrum sapientia, domus scriptura 269
frater prior per nouum testamẽtum mortuus est Ibidem
frenum unde dicatur 266
frenum, silentium significat 265
frenum prædicatio dicitur 266
frigida aqua dulcedo diuinæ uisionis 272
frigus in messe ges prædicantiũ Ibi.
fruges dei, bonæ animæ & conuersæ ad fidem 274
fructus cẽtenus uirginibus adscribitur, sexagenus uiduis, tricenus coniugatis 279
fructus perpetuus, quo perpetuo uiuimus 274
fructus sexagenarius bonorum operum perfectio 281
fructus tricesimus perfectio fidei in trinitate Ibidem
fructus centenarius æternæ uitæ contemplatio Ibidem
fructꝰ sexagesimꝰ, bona locutio Ibi.
fructus centesimus martyrum 393
fructus cur dicuntur spiritus sancti opera 245
frui quibus rebus dicimur 275
fructus pomorum, sanctorum opera 592
frumentũ siue triticũ Christus 323
frumentum, bonum in æternum resciens 322
frumentum sensus mysticus 512
fruimur in beatitudine tripliciter deo 481
fumus, hæreticorum perfidia 327
fulgurare, ẽ i honore clarescere 325
fulgor meridianus, uirtutis renouatio 324
fulgura, sancti uiri 323
fulgurare & spiẽdere, differũt 325
fumꝰ, error, stultitia 561
fulmen, extremi iudicij sentẽtia 325
fumus, caliginosa dubietas, obscura cogitatio 326
fumus, lachrymarum globus 708
fumus ex aromatibus, compunctio orationis 456
fumus lachrymosa precatio 327
fumus, elatio superbiæ Ibidem
fumus, incendium templi 327
fumi globus, multiplex præsentis uitæ cura 326
funda, sancta ecclesia 328
funda, longanimitas Ibidem
fundamentum, fidem esse informem, falso nonnulli putauerunt 250
fundamenta, prædicatores 330
fundamentum Christus in quo dicatur 244
fundamentum fundamẽtorum Christus 332
fundamenti origo summum tenet Ibidem.
fundamenta cur dicuntur apostoli & prophetæ Ibi.
fundamẽtum Christus, id est, Christi fides, 238
funes, sortes hęreditarię 334
funes diuina præcepta 335
funes peccatum significat 334

GAlli, prędicatores sancti, 336
gallus nocturni temporis horas discutit 337
galli in profundioribus horis noctis productiores ędunt cãtus, in matutino leniores 338
gallus antequam cantet, alas excutit 338
gallina sola cũ paruulis infirmatur 339
gallinæ uox rauescit, corpus fit hispidum, alæ demittuntur Ibidẽ
gallina ecclesia 340
gaudere bonorum est, gestire malorum 275
gaudium est de deo uiso perfecta fruitio 279
gazophylacium doctorum scientia, siue doctorum cor plenum sapientia & scientia 340
gazophylaciũ, qui bene uiuit, & prudenter prædicat Ibid.
gelu, torpor internus 224
gelu, glacies, præsentis uitæ aduersitas 345
genæ martyres 343
genæ prædicatores 342
genimina, bonæ operationes animæ 345
genu stans, recta operatio 347
genu cordis flectere diabolo ac uitijs quid sit 346
gibbus põdere depressus terrenæ solicitudinis 348

Universidad de Deusto
Biblioteca

g'gãtum fabulæ 14
gigas Christus 398
gladius ęterna dãnatio 351
gladius tribulatio 351
gladi⁹ spiritussanctí & maligni 354
gladius cur dicit uerbũ Dei 191
gladius oris, iniquitas persuasionis 353
gladius prędicatiõis sermo. 432
gladus quomodo à peccatorib⁹ euaginatur 354
glareæ tartarorum officia ac pœnæ ministri 355
glareæ lapilli fluminum, reprobi dicuntur 355
glebę, fideles populi 356
glebæ, peruersi p̃cipue p̃rincipes, 356
golias, supbiæ uitium 328
grabatum, corporis uoluptas 502
gradus animę ad cognoscẽdum deũ tres sunt 359
gradus quindecim, quib⁹ ad templũ ascendebatur, quid significẽt 361
gradus quidecĩ, tẽporaliũ cõtẽptus p scalam octo beatitudinũ 361
gradus uirtutũ merita 358
grad⁹ crescẽtiũ, mẽsuræ uirtutũ 361
gradus septem quibus ad cęlum ascẽditur 357
grando, cõminatio diuina. 363
grãdo, redargutio, increpatio 362
grando uerbera. 363
granũ sinapis fides Christiana 365
granũ sinapis, Christus. 363
granum tritici, Christus. 196
grani sinapis proprietates 365
gressus, humanæ actiones. 368
gressus dei quomodo in sacris accipiantur 43
gressus, singulæ operationes, alternantes cogitationes 367
gressus, motus animæ. 369
grex, imperiti populi. 369
greges, reprobi. 369
grex, fideliũ multitudo. 369
gutta, diuinitas. 187
guttur prædicatio. 370
guttur, nouũ testamentum. 370

Habitaculum, corpus 371
habitaculum mens 371
habitaculum leonũ & pascua catulo⁹ leonũ Roma dicitur 507
hęreticus per ignorantiam errans instruendus est &c 520
hamus, doctrina 728
harpalix uirgo 298
hastę & toracis discrimen 372
hebionitæ legem abolitã, putant esse seruandam. 402
hebræa uerba nonnulla cur nõ interpretata 1
hebræi dicti ab Heber 1
hebraicæ literę ante legem fuerũt 1
hebræo⁹ nomina corrupta in Græca & latina lingua 1
helias fuit uirgo 307
herodes rex alienigena 509
herodius electus 377
herba, est boni inchoatio 359
herba prædicãtium sustentatio 373
herba Christi incarnatio 236
herbę uirentes, sanctę doctrinæ congruę operationes 374
herba corporalis affectus ut ira, ut concupiscentia 375
hermonym, id est alienatio, id est alienus à se existens 229
hierusalem spiritaliter, ciuitas pacis 235
hierusalem uisio pacis 252
hinnulus Christus 388
hinnuli filij synagogæ 389
hinnitus, superbia, potẽtia, libidinis magnitudo 174
hircus peccatum in sermone 383
historia, tropologię fundamentum 187
historiæ ueritas primitus seruãda 15
hœdus peccator 386
holera, dogmata 364
holocarpomata 300
holocaustum quid sit & unde dicatur 389
holocaustum Christi passio Ibid.
holocaustũ hostia nostræ precis 286
holocaustum totum incẽsum dicitur Ibidem
holocausti & sacrificij discrimen 287
holocaustum offerre quid sit 490
homines Iudæi. Iumẽta gẽtiles 473
homo exterior bifariã accipit 391
hominem rectũ cur deus condidit, & nõ ut pecora pronum 392
homo & filius hominis, quomodo differant 220
homo interior & exterior 390
hominis interioris renouatio 390
hominis interioris membra sunt affectus Ibidẽ
hominis exterioris & interioris cibus potusq; 391
homo interior animus 317
hordeum, terrenarum rerum dispẽsatio 322
hordei proprietates conuenientes ueteri legi 393
hortus ecclesia anima 395
hortus uirtutum sanctificatio 396
hortus nucum, sanctorũ corda 395
hortus is, in cuius mente uirtutum semina oriuntur 252
hostiæ tres à peccatore conuerso offeruntur 519
hostiæ diuersæ cur mandabantur 401
hostiæ & uictimæ non principaliter à deo quæsitę 402
hostia pro peccato requirebatur pro pter peccatum 401
hostiæ minuebantur sicut & peccata Ibidem
hostia omnis Christi habet imaginem Ibidem
humerus, socialis uitæ coniunctio 409
humerus, operatio corporea 409
humerale gemmatum, operum fulgor 855
humilitas duplex 723
humilitas sublimioris philosophiæ mater 469
hyacinthus spes cœlestium 356
humus, res insensibilis 410
hyacinthus cœli habet speciem 464
hyacinthus, spes regni cœlorũ 854
hyacinthus, clara sanctorũ uita, spes cœlestium 411
hyacinthus, munus retributionis æternæ Ibid.
hyades, doctores sancti Ibid.
hydriæ sanctorum mentes perfectæ 437
hydria prima, compunctio 412
hydria secunda, confessio 412
hydria tertia, eleemosyna Ibid.
hydria quarta, remissio iniuriarũ Ibi.
hydria quĩta corporis afflictio Ibi.
hydria sexta, præceptorum obedientia 412
hydriæ sex, sex ætates 422
hydriæ cur lapideæ 413
hyems tribulatio, æstas tranquillitas 262
hyems iudicij dies 263
hypallage quid 21
hyrmos quid Ibid.
hyperbole quid Ibid.
hyperthesis quid 21
hypozeusis quid Ibidem
hyssopi natura, peccatorum expurgationem signat 517
hyssopus quam uim habeat 11

Iabin prudentia, uel sensus 175
Iacob electus quisq; Christ⁹ 429
Ianua Christus 427
ianua, Christus, ecclesia 719
iaspis, mens internis desiderijs uirẽs 488
iaspidum multa genera 427
ibices magistri spiritales 427
ibices auditores Ibidem
idolum dogma contra ueritatem 429
idola hæreticorum dogmata 430
idola auaritia 429
iecur, ira, penna iecoris, concitatus furor 401
iezabel mors æterna 474
ignis natura lucet, & concremat 440
ignis inferni lumen non habet Ibi.
ignis, deus cur dicatur 431
ignis tres species secundum materiam 251
ignis inferni inuisibilis 445
ignis ardor spiritussancti 461
igni mundus cremabitur Ibid.
ignis dei charitas 327

ignis inferni corpora, & animas cruciabit 403
ignis, tribulatio 437
ignis gehennæ corporeus inextinguibilis 403
ignis, charitas 438
ignis unus inferni non uno modo cruciat omnes 441
ignis lucidus adusta nigrescere facit, & lapides coctos nitescere facit, quanquam ille rubet 443
ignis duplicis naturæ 327
ignis inferni, ut magis torqueat, aliquid lucis habet 44
ignis inferni non lucet ad consolationem, sed ad pœnam 441
ignis infernicorporeus, spiritũ tenet & cruciat uidendo & experiendo Ibidem
ignis, charitatis accensio 363
ignis zelus 431
ignis, inuidia Ibidem
illocalis deus quare dicatur 41
imago interdum in materia dicitur 449
imago naturæ ac substantiæ 449
imago & æqualitas in patre & filio Ibidem
imago, similitudo & æqualitas est inter patrem & filium 549
imago dei in homine 46
imber, assidua tentatio 452
immutatio, pro glorificatione 155
impetigo, auaritia 453
impij, proprie infideles 557
inaures, subditorũ obedientia 356
incircunscriptus deus quare dicatur 41
inebriatio christi, & sanctorum qualis 169
infernus, desperatio 148
infirmitates, peccata 457
ingratitudinis mala 479
iniuria dei, & propria quo pacto cõdonanda 465
institores, prophetæ Apostoli 512
intentio recta in bono opere necessaria 225
interpretatio Itala cæteris præferenda 4
interpretum latinorũ infinita uarietas 1
ioannes uirgo fuit 256
ioannes usq; ad Traiani tempora uixit 288
iordanis descensio, i. humilitas 229
iphigenia uirgo 298
ira rationabilis & irratiõabilis 375
ira quomodo deo attribuatur 39
iris, misericordia 462
irenęus uir apostolicus & martyr 14
isis literas docuit 1
iubilum quid sit 181
iustitia, uirtutum parens 235
iustificationes dei, præcepta diuina 341
iũcus pusillus, ac tener auditor 374
iumenta terreni homines 472
iumenta, mentes brutæ 125
iumenta uiri ecclesiastici 126
iumenta simplices credentium 473
iugum euãgelij quo pacto lege fit leue 466
iugum, uerbum dei 466
iudicium de reprobis 257
iudas interfuit consecrationi corporis Christi, & accepit 655
iumenta, sensu pigriores 471

Labã, dealbatio diabolum significat 429
labia dei, iudicia dei 475
labia prædicatores 475
laban mundus 429
labrum scriptura sancta 843
lac, doctrina paruulos ecclesiæ nutriens 477
lac temporalis dispensationis administratio 478
lac, tenuis scripturæ sensus 478
læua, uita præsens 479
læua, charitatis Christi recordatio 480
lana, pietatis opera & simplicitatis 486
lancea, tentatio 487
lamina aurea corona gloriæ 859
lamina, Iudæorum simplicitas, & hypocritarum fictio 483
lampas, miraculorum claritas 483
lagæna corporum fragilitas 347
lapides, tam reprobi q̃ electi 487
lampades sensuum organa 485
lapides pretiosi, paupertas, uel eleemosyna 247
lapides quadri sancti in prosperis & aduersis fortiter stantes 490
lapides animæ fideles ob fidei fortitudinem sic nuncupatæ 341
lacus miseriæ, profunditas iniquitatis 182
latera duo, dilectio dei &, pximi 687
latitudo, amplitudo charitatis 867
latini codices Græcorum autoritate emendandi 4
lagunculæ, infirmæ conscientiæ, terrena corpora 483
latera portæ exterioris patres spirituales & populus 687
leæne uox, coniugis loquacitas 507
leæna quo pacto capiatur Ibid.
lectulus, quies otij, 503
lectulus, mens sancta 352
lectus, conscientia 460
lect⁹ doloris, carnis infirmitas 457
legat⁹ fidelis, doctor catholic⁹ 272
leo iracundia, uitulus concupiscentia 180
leo, Christus item q̃ diabolus 507
leonis catuli cur dicti sunt Apostoli 513
leonis rugitus, seueritas uiri 507
leonum cubilia, ministri principum 507
leonũ catuli, quilibet reprobi 507
leuiathan, diabolus 272
lepra superbię septempliciter nos occupat 527
lepra corporis, carnis uoluptas 528
lepra oris, impatientiæ uerbum in aduersis 528
lepra iactantiæ, in prosperis 528
lepra cordis, propria uoluntas, & prium consilium 528
leprosus, peccatis confixus 526
leprosa manus synagoga. 526
lignum scientię boni & mali, ordinata animæ integritas. 550
lignum uitę pietatis radix 399
lingua maris, scientia secularis 679
ligna oliua, uiri misericordiæ 862
lignum ficus Aegyptiæ mergitur, & madefactum emergit 999
lignũ cedrinum, crucis lignũ 516
lignũ uir iustus, & iniustus. 545
liberi arbitrij merito beatitudine si nõ peccasset, attigisset prim⁹ homo 710
libanus, dealbatio baptismæ est 252
lilia mundæ animæ 552
libido febre flagrantior 190
linũ sacerdotium 74
liliorum proprietates 227
liliũ munditia 359
linũ, Christi corpus ex uirgine matre 533
lim⁹ luti, cõcupiscẽtia carnalis. 182
litus maris, sæculi finis 679
loc⁹ Dei, eius maiestas. 557
locus, non localis deus 555
locus spiritalis animæ, iustitia, ueritas &c. 203
locutio, medi & persæ 177
logion, id est, rationale quid 555
loqui deus quõ dicatur 44
loqui deũ ad angelos, quid sit 563
loqui deũ ad diabolũ, quid sit 564
loqui homines cũ deo qd sit 564
loqui ex deo & corã deo, qd sit 564
loquitur Deus hominibus aut per se met ipsum, aut per angelum. 564
ligna fructifera, sancti 236
lignum uitæ, Christus 236
lignum imputribile, scientia, castitas 854
ligna syluę, gẽtes, & alij hoĩes 547
ligna quadrata, doctores. 549
lignũ uirę, & lignũ scientię dignoscẽdi bonũ, & malũ qd sunt 551
ligna, fœnũ stipula, bona opera figurant ut asserunt nonnulli. 250
ligna, fœnum, stipula, petan uenialia sunt 250
lignum, peccatum ueniale grauissimum: stipula, ueniale leue: fœnum, ueniale medium 250
lignum scientiæ boni & mali, transgressi mandati experimentũ 236
lignum, fœnũ, stipula rerum secularium licitæ cupiditates, 246

Universidad de Deusto
Biblioteca

lignum uiride, Christus 546
lignum aridum, homo Ibidē
ligna libani, sanctī permansuri 548
liber signatus, sensus scripturarū 533
liber uitæ quid sit 312
libertate arbitrij mens cōdita est 513
lumbi, mortalitatis propago 432
lumbi luxuria 574
lumbos succingere corporis & mentis quid sit 393
lucifer, stellas significat omnes, hoc est, tempora, à parte totum 573
lucerna, oculus interior mentis 166
lucernæ septem, septem spiritus sancti dona 845
lucerna, lux prædicationis 348
lucerna uerbum dei 570
lucerna carnale gaudium 567
lucerna, illuminatiōis uerbum 568
lucerna, lumen sacræ scripturæ 566
lucerna, bonorum operum claritas 574
lucerna, lucis exemplum 567
lumen dei cognitio 577
luna obscura, ecclesia 584
luna unde lumen habeat, à se, uel à sole Ibidem
luna humanum corpus 584
lunaticus qui à melioribus ad deteriora mutatur 552
lupus, iniustus, raptor 587
lupus patria æterna 576
lutum, terrenarum rerum multiplicitas, siue auaritia 559
lux æterna per scripturam, & creaturam sese declarat 577
lux hominū specialiter Christus 573
lux, gloria uitæ præsentis Ibidem
lux morientium quæ corporeis cernitur oculis 576
lux uiuentium, splendor internæ claritatis Ibidem

MAla in scripturis prohibentur, bona conceduntur media, suadētur perfecta, iustitia omnibus mandatur 301
mala punica qd mystice signent 225
malus arbor sancta crux 592
malus arbor Christus 547
malorum triplex uia 245
malogranatum, ecclesiasticum dogma, scripturarum scientia, ecclesia 210
malleus diabolus, percussio cœlestis 591
mane aduentus dominicæ incarnationis 672
mane gaudium, nox tristitia 673
mane, tempus saluatoris aduentus 602
mane seculi prosperitas 373
mane, clara meritorum cognitio 654
manna intelligibile, Christus 600
manna spiritale, spiritualis sapientia 598
manna sacrificium corporis Christi 651
manna umbra ac figura Christi 604
manna uerbum dei 654
manna quomodo habebat oīe delectamentum 598
manere in Christo, & Christum in se manentem habere, est effectus eucharistiæ, & non ipsum sacramentum 529
manus potestatem significat 141
manus dextera dei quomodo in sacris literis accipiatur 41
manus operationes 676
mansuetudo moderatus uindictæ in obstinatos appetitus 279
manipulus fides euangelica 675
mare turbatum, cor expauescēs 172
maris fluctus, cogitationes mentis 229
mare uita præsens 230
mare, mentiū amara inquietudo 679
magnes mirabilis ferri raptor 443
margaritum, euangelium 651
margaritæ, ueritatis mysteria 653
martyres uiri in sola eccla sunt 556
matutinum, lex & prophetæ 202
mater Iesu ecclesia 416
matrimonia non dānat ecclesia 298
mater ecclesiæ, synagoga 593
mulier obediens uirgini inobedienti præponitur 279
medullæ, terrenæ, & domesticæ diuitiæ 655
medetur diuina uirtus prius cordi, quàm corpori 258
mel, humanæ laudis fauor 656
mel diuinitatis dulcedo 228
mel sapientia 323
mel, cœleste gaudium, sapientiæ dulcedo 477
melchisedech fuit homo, & non angelus, aut spiritus sanctus, neq; filius dei in persona, sed in figura 649
melchisedech, typus Christi 666
mensæ, uirtutes multiplicatæ 690
mensæ quatuor exterioris portæ, id est, synagogæ, sacerdotes, seniores, scribæ & pharisæi 588
mēsæ binæ doctrina & prophetia, circuncisio & sacrificium 687
menses obseruare quid sit 206
mensa, corporis Christi sacramētum 845
mensa, altare sanctum, esca cœlestis 688
mensæ dei sanctorum corda 491
meridies, uitiorum ardor 693
mercurius trimegistus 1
messis, aperta operatio 694
messis bonorum operū fructus Ibi.
metretæ binæ uel ternæ, sancta trinitas 42
merita in ecclesia disparia 356
menstrua, pollutæ cogitationes 253
musca, insolēs cura desideriorum carnalium 720
millenarius numerus, bonę uitæ perfectio 696
ministrare & assistere, quo pacto differant. 492
modestia perfecta potentiarum inferiorum subiectio 279
modium, commodum temporale. 567
molæ occultę insidiæ 130
montes, magna regna 704
mons, prædicantium altitudo 702
mons, dominus Ibidem
mōres, apostoli, prophetæ. Ibi.
mors primogenita, superbia 709
mors carnis & animæ 711
mors exterior, & interior 440
mors naturæ & culpæ, & mori peccato quid 717
mors duobus accidit modis 710
montium capita, summæ personæ 507
montes in fide firmi 708
mons ecclesia 788
montes hæresiarchæ, aduersariæ potestates 706
montes superbi, impij 708
montes contemplatio 389
montes huius seculi potentes 507
montes hæretici superbi 254
montes sancti prædicatores Ibid.
mons elatio terrena 364
montes supremi spiritus 351
montes apostoli 679
monilia prædicatores 702
mulier fallax, huius mundi sapiētia 189
mulier caro 731
mulier ecclesia 197
mulierem non tangere bonum, quo modo intelligatur 282
mulier pulchra captiua, sacra scriptura 900
muli uirgines carne, nō spiritu 473
muscæ quæ dicantur 720
muscæ ignorantia non pauca claudi mysteria 11
mustum feruor spiritus sancti 483
murænulæ sermocinationes sanctorum 719
mutabile est corruptibile, sed non è conuerso 154
myrrha amara, & dura tribulatio 699
myrrha Christi mors 187
myrrha carnis mortificatio 455
myrrhę mons fortis, altitudo mortificationis in opere 455
myrteta, angelicæ potestates, apostoli, & apostolici uiri 173
myrrha Christi sepultura 397
myrmicaleon, diabolus 869

natura

NAtura cuiuslibet rei, diuersa figurare potest 507
naturę non culpæ deus est autor 344
nares, callidæ insidiæ 849
nazaræi, abstinētes, cōtinētes'q 477
naaman populum gentium figurauit 530
nares, fatuitas 724
nares insidiæ instigatio 725
nardi natura humilitatē signat 723
nauis, dilectio 206
nardus bona opera 721
nauis, ecclesia 728
nebula, caliginosum cor 729
neomenia, noua luna cur dicat 203
nidus, tranquilla quies fidei 730
nix candor uitæ cœlestis 478
nicolaus diaconus, coniuges fecit cō munes 522
nox tribulatio 143
nox obscuritas mystice uisionis 173
nox ignorantiæ obscuritas 143
noctes, tenebrosæ cogitationes 462
nox aduersitas, dies prosperitas 142
nubes prophetæ 733
nubes Apostoli Ibid.
nubes caro redemptoris 462
nuces perfecti 395
nubes prædicatores 577
numerorū imperitia multa facit non intelligi 11

OBliuio quomodo deo attribuatur 41
obedientiæ uirtus, magnum bonum 550
obedientia uictimis præponitur 454
obliuiscitur deus, quum in culpa relinquit 546
oculi dei quomodo in sacris literis accipiendi 41
oculi dilectio dei & proximi 739
oculus cogitatio & sensus 740
oculi ecclesiæ prædicatores 327
octonarius numerus imperfectus 739
odor deuotio, bona opinio 724
oleum doctrinæ uerbum 456
oleum misericordia 387
olei duplex usus quid significet 519
oleum charitatis 566
oleum charitatem signat 524
oleum unctio gratiæ 371
oleum gratia 570
olympus mons qualis 15
omnes quidem dormiemus quomodo intelligendum, & quid hoc loco legat Theodorus Heracleotes 152
omnes quidem dormiemus, quomodo intelligat Acatius episcopus Cęsarienſis 154
omnes quidem dormiemus, quomodo intelligat Apollinarius 153
onager hæreticum significat 136
omus peccatum 203
onagri Iudæi 373
opera carnis cur sic dicta 274
opera nostra, nostro indigent studio & ope diuina 275
ordo in supplicijs 186
oraculum, deus, diuinitas 862
oriens, Christus 235
ossa, dignitatum fortitudo, siue potestas 685
ostium lateris, uulnus lateris Christi 861
osanna uox lætantis 1
ostiola, scripturæ sanctarum expositiones 863
os tectum, sermo clausus ac prohibitus, 516
ouile catholica ecclesia 427
ostium claudere, quid sit 127
ouile, catholica ecclesia 427
ouis annicula, una simplex fides, 524

PAx est in ipso deo qescere 279
pax in deum & proximū 275
pedes dei quō in sacris literis accipiantur 43
peccatū ad mortem quid sit 266
peccatū non ad mortem qd Ibidē
peccatum in spm̄ sanctū 267
peccatoris & impij discrimen 335
peccatum impletur suggestione delectatione consensione 711
peccata magnorum uirorum cur scripta 16
pectusculum integrum, cor rectum 555
pennæ, contemplationes. 676
petra fides, sup quàm fundata ecclesia 110
petra Christus. 741
petrus ecclesiæ typus 110
petr⁹ prim⁹ in apostol. ordine 110
palea uim frigidam, & feruidam habet. 442
palma crucem signat 274
palm⁹, op⁹ extensum. 476
palpebræ dei quomodo in sacris literis accipiantur 41
panes subcinericij, pœnitentes. 186
panem uerum & potum, quē in altari suminus, non manducauerunt patres antiqui 623
panis de cœlo, domin⁹ Iesus 620
panis, mysticus sermo. 189
panes duodecim apostoli 606
paralyticus, solutus animo 582
paradisus, ecclesia 236
paradisus corporalis fuit 236
paries, uetus testamentum. 144
passiones, siue perturbationes, quatuor, tristitia, gaudium timor spes 177
patientia firma in deo stabilitas 279
pauimentum, auditorum humilitas 341
paulus uxorem nō habuit 311.307
phison fluuius, prudentiā signat 233
pharetra locus cordis 273
philo Iudęus diserti⁹simus 413
pietatis conuiuium 215
pictura hoc idiotis præstat, quod legentib⁹ scriptura 450
percunctatio & interrogatio differunt 32
petitio cordis quæ sit 133
petrę cognominati imitatores Christi 112
pilum radere, quid sit 518
pili caprarum, dura pœnitentium afflictio 356
pisces duo, retia ac sacerdotalis persona 394
pisces maris, curiosi hui⁹ seculi 471
pœnitentiæ locum semel esse in ecclesia, putauit Origenes 465
pœnitere quō deus dicatur 39
pœnarū octo genera 447
poderis castitas, 855
pœnitentia delet peccatum, quod homo deserit 249
poma in terra Sodomorum maturescunt, mortua uero pressaue euanescunt 444
porta interior, nouum testamentum 687
porta exterior, uetus testamentum 687
porci luxuriosi 683
porticus, uita, uel Christi conuersatio 860
porta intellect⁹ sacri eloquij 687
porci, ac cepe præsentis uitæ difficultates, 598
potestates qui dicantur spūs 492
ptolomę⁹ Aegypti rex sacras literas nosse studuit 3
præda, hypocritarū laus, 568
præcipiuntur quędam omnib⁹, nonnulla singulis 16
præscientia non est rerū præteritarum 48
præcepti & consilij discrimen 305
prasinus lapis, uita æterna 235
precationes pro defunctis quid, psint & quæ peccata purgent, 241
principatus qui dicantur spiritus 492
propugnacula, martyrum responsa 720
prouidentia dei, qua omnia gerūtur 39
propitiatorium, precium Christi 845
pudicitia semper tenuit principatū, etiam apud Barbaros 298
prudentia, ueritatis contemplatio, 235
purpura, passionum tolerantia 356
pudor, ætatis uiridioris ornamentum 49

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulices,culices,cimices,cur deus fecerit 177
puella captiua,congregatio ex gentibus 527
puella hebrea,prophetiæ gessit imaginem 530
puluis pigmentarij,uirtus bene operantis 456
purpura,charitatis fulgor 854
puteus occulta mysteria 262
putei scriptura in locis occultis 252
pythagoræ discipuli quinquennio silebant 463

QVadrigę angelicę potestates 437
quadragenarij numeri sacramentum 11
quasi similitudinem & ueritatem signat 557
quindenario numero actiua, & contemplatiua uita signatur 561
quadragenarius numerus uita præsens 119
quatuor flumina, quatuor uirtutes 235
quadratũ nulla ex parte uacillat 529
quinquagenarij numeri remissiõis 63
quinquagenarij numeri mystica interpretatio 11.

RAab ecclesiæ typũ gessit 891
racha uox indignantis 1
radix,occulta cogitatio 703
radicem deorsum mittere,est cogitationem bonam in abditis multiplicare. 272
radix iuniperi auaritia 474
rami,dogmatũ diuersitates. 363
raphael,medicina dei 491
rainnus spinosus frutex,diabolus 210
ratio contra scripturæ autoritatem non est uera 13
rationale ueritatem signat 889
rationale,euangelicus sermo 855
reclinatoriũ aureũ,claritas gentis 548
recordat Deus,quũ dona tribuit 546
redẽptio animę,misericordia 166
reges,qui carnem regunt 171
regine,pfectę charitatis animę 738
regnum dei,sacrę scripturę 500
religio a religando. 187
renunculi, genitalium partium motus. 401
renes,carnis delectatio 334
resurrectio animę & corporis. 716
resurrectionẽ mors prȩcedet 160
resurrectionem Christi sancta trinitas operata est 546
resurrectioni carnis uehementer contradicitur 584
ros,gratia 694
ros,intellectus sacrę scripturę 653
rota,sancta scriptura 844
riuulus aquarum, refectio scripturarum 477
riuus latus,doctrina ecclesię 227
riuuli fluminis,dona spũs sancti 228
rubor,desiderij flamma 478
rubigo romanorũ impiũ 177
rupes,arida & dura gẽtil.corda 256

SAbellius patrem & filium eundem esse dicit 427
sacerdotum potestas nec archangelis data 111
sacramentum ut à ieiunis sumatur placuit spiritui sancto 643
sacramentum & uirtus sacramenti diferunt 620
sacramenti forma 667
sacrificium indesinẽs qs offerat 202
sacrificium quid sit 388
sacrificia cur deus permiserit 403
sacrificium uespertinũ, Christi passio crux Christi 454
sagena,ecclesia 679
sagittæ,seductorum fallaciæ 586
sagittę eloquia dei 373
salamandra uiuit in igne 442
sal Argentinus igni admotus,feruescit,aquæ adiũctus,crepitat 443
sal uerbi sapientia 594
sancta & sancta sanctorum quid designent 855
sanguinis Christi mirabiles effectus 615
sanguis Christi te diluit in æternum 644
sanies,peccatum carnis 866
sapientia à scientia discernitur in hominibus,non in deo 49
sapphyri,animæ cœlestia appetentes 488
sator,Christus,homo ipse 363
sata tria quid sint 186
Satum unum & dimidium capit medium 185
scabies ignorantiæ delictum 520
scapula dei quomodo in sacris literis accipiatur 42
scientia quo pacto de deo dicitur 48
scientiarum mitia,perfectam non assequuntur scientiam 403
scire dei,scire facere 846
scirpus hypocrita 375
scripturarum locutio accipienda secundum cuiusq; linguæ proprietatem 15
scynifes,dialectici 721
seculum,beata uitæ æternitas 274
seculum impium designat 137
sedere quõ deo attribuatur 43
seleniitis lapidis candor luna crescente & decrescẽte crescit & deficit 444
semita, cœlestis præcepti angustum iter 171
semen bona intentio 359
sensus extra scripturam non est sanctus 77
senarius numerus perfectus 739
sepelire curam gerere 715
septem signacula notãtur 534
septenarius numerus cur dicatur perfectus 463
septuaginta interpretibus in linguæ utriusque græce & latinæ peritia nemo præferendus 3
septuaginta non uates sed interpretes fuere 9
septuaginta cellulæ sine autoritate iactantur Ibidem
sera,dilectionis unanimitas 854
sermo sapientiæ qui dicatur 340
sermo scientiæ quid sit Ibidem
serpentẽ pectore & uentre repere qd sit 393
sessio dei spiritalis 138
sexagenarius fructus, cur attribuatur uiduis 252
sexagenarius fructus,bonorum operum perfectio 251
signaculum fides 589
sibyllę uirgines 295
signacula septem, mysteria Christi septem 536
silex,gentium duricies, 703
similia mystice quid notet 519
simila,Christus.Oleum pater 656
simila mens munda 386
similitudinem preciosi sanguinis bibis,id est uerum Christi sanguinem non impropria specie, sed in uini specie 647
similitudo continuo non habet imaginem & æqualitatem 449
sinistra miseriam, dextera summam beatitudinem significat 139
sinistra,tormentorum tristitia Ibid.
sinistra,felicitas temporalis 142
sinistra,diuitiæ & gloria 480
sinistra dei quomodo in sacris literis accipiatur 41
sinistra dei, angelorum pars reproba 140
sinus occultum 573
sion,speculatio 235
sion,ecclesia 703
smaragdus nimiæ uiriditatis quid significet 462
sobria mens, & quando & præterita & futura cognoscit 169
sol,Israel,propter patrum fidẽ 561
sol,opus bonum 566
sol,Christus,luna, ecclesia,stellæ, sancti 675
solium dei,angelicæ potestates 140 730
somnia, imaginationes districti iudicij 502
somnus peccatum dicitur 155
somnus torpor negligentiæ 152
spadonum tres differentiæ 305
speculum,anima rationalis 542
sphærula prædicationis uolubilitas, prædicationis doctrina 844
spina,boni operis profectus 359
spina,culpa,pœna, falsus frater,uicinus malus 552
spinæ,uitiorum punctiones 718
spiritus, generale nomen incorporalis

substantiæ. 439
spiritus sanctus non est creatura sed deus 371
spiritus sanctus patri,& filio coæternus 431
spiritus sanctus, quomodo mobilis & stabilis dicatur Ibid.
spiritus sanctus quando deserit,& in quibus permanet 432
spiritus sanctus, patris & filij proprius 427
sponsus animę,uerbum dei, Christus 264
sponsa,ecclesia 186
stola,ecclesia 510
stare quomodo deus dicatur 43
statera,Christus 846
stellæ, recte uiuentes Ibid.
stella matutina,Christus 572
stellio,simplex,humilis 848
stellæ singulæ animæ 579
stellæ apostoli 848
stratum aliquid terrenum 457
stratum,requies temporalis 503
struthiones hypocritæ 377
sudes acuta sanctorum consilia, acuta sapientiæ uerba 849
sulphur,peccatum carnis Ibid.
supercilium, arrogantia, superbia 515
surdus,qui salutaria non suscipit uerba 552
susurrium,subtilitas locutionis intimę 850
sycomorus,mundi stultitia 850
syriæ rex,diabolus 526

TAbernaculum,corpus, habitatio terrenæ felicitatis 851
tabernaculum, corpus, cor,intentio 851
tabula cordis cogitationis latitudo 378
tabulata,tres bene uiuendi distinctiones 860
tædæ hypocritæ 485
talaris tunica,actio cõsummata 556
talenta quinq; donum quinq; sensuum,id est exteriorum scientia Ibi.
talenta duo intellectus & operatio Ibidem
talentum unum,intellectus Ibidem
tauri pingues, Iudæorum principes 859
templum Christi corpus Ibidem
tenebræ in carnis obscuritate uersantes 565
tenebræ,inflicta pœnitentiæ lamenta,occulta iudicia,cæcitas 563
tenebræ,peccatoris ignorãtia 864
tenebræ,uita præsens 576
tempora obseruare quid sit 206
tentatio humana quid sit 393
tentatio dæmoniaca Ibidẽ
terra,peccator 864
terra anima iusti,uerbum dei 866
terra uel puluis,peccator 146
terra imperitus,indocilis 220
testimonia,præcedentium dicta prophetarum 891
testa, caro 866
tigris,diabolus 869
tigris unde dictus 236
tigris hypocrita,simulator 868
timor triplex 416
timoris coniugium 215
tinea,Arrius,Fotinus 868
tinea,iniquorum mens 870
tintinnabulũ, aperta & publica prædicatio,dilectionis præceptũ 888
thesaurus,claritas bonorum operum 370
thesaurus scientię ubi absconditus 110
thalamus cor in amore deo fœderatum 866
theodorici regis mors, & damnatio reuelata 441
thronus anima fidelis 554
throni, qui nocentur spiritus 492
thorax patientiæ fortitudo 372
thuribulum cor denotat 455
thus,uirtus orationis Ibid.
tonitruus, superni terroris prædicatio,Christus incarnatus 871
topazius multis lucens uirtutibus 871
torrentes inuentores prauorum dogmatum 136
torrens non est perennis, & pro fluuio interdum ponitur 255
transire quomodo deus dicatur 43
traditiones apostolorum uerbo, uel scripto traditæ,tenendæ 451
tremor in angelis,est admiratio 120
trecenti, trinitatis perfectam cognitionem habentes 347
trinitatis sacramentũ indicatur 686
trinitatis subsitantia indiuisæ 371
tribulus,malum quod pungit 322
trigenarius numerus quid sacramenti contineat 68
triticum rerum omnium abundantia 169
tuba,uox secularium potestatũ 872
tuba,prædicationis clamor 347
tubæ clangor quid significet 154
turres dæmonum potestates 706
turtur,ecclesia,caro 730
turtur spiritussanctus 114
turtur pudica auicula 342
turtur mortuo compare non iungitur alteri 289

VAe,sepius de æterno luctu dicitur 542
ualles,nouissimi i ecclesia 705
uas aureum diuinitatis intelligentia 356
uas aureum anima fidelis, 603
uberã duo predicatores populi iudæorum & gentium 389
ubera sacri eloquij uerba 478
ubera uberes sapientiæ sensus 719
uelamen,boni tegmen operis 487
uelamen,adopertio prophetiæ 419
uenę causarum origines, 550
uenialiũ peccatorũ tria genera 250
uenter mens 500
uenter sinus cordis 453
uentus elatio superbię 374
uentus,immundus spiritus 732
uerbum cur Dei filius dicitur 577
uerecundia oĩm actuum tolerat principia 343
uermis conscientia. 437
uermis,Christus tribus modis 654
uesper,Antichristus 572
uespera, uetusta uita, mane nouæ uitæ claritas 651
uestibulum,populus 657
uestibulum interius,æternæ uitę latitudo 737
uestigia plantarum signa, sunt Apostoli. 368
uestimentum uerbi Dei, doctrina sapientiæ 187
uestimenta ecclesiæ, per fidem illi ad hærentes 78
uestimen.diffusa, peccata non operta 516
uestimentum dei quõ in sacris lris accipiendum 43
uestis lanea, uel linea, hæretica scriptura 523
uestis animæ,caro 870
uiæ,actiones. 363
uia,præsentis uitæ latitudo 171
uia dei, pax. humilitas. patientia 890
uidere dei quo in sacris lris accipiendum 44
uineæ,filij recenter in fide nati 226
uineæ florentes,filij ecclesiæ recenter geniti, 593
uirga Aarõ,doctri.sacerdotes 855
uirga,regnantis potentia 224
uirga imperiũ significat 648
uirginibus gaudium erit peculiare 316
uirginitatis autor dei filius 308
uirginitas uera puritas animi, 310
uirginitate nihil honestius 310
uirgo carne,non spũ 286
uirgo carne & spũ, hostia Christi est 286
uirginitas deo dicata 313
uirginitas etiam corporis spiritalis 313
uirgines populus Romanus semper in honore habuit, 299
uirgo.cœli signũ 299
uirgines quinquaginta pro pudicitia occubuerũt 299
uirginitas quid sit. 305
uirginitatis & nuptiarum diuersa dona 283
uirginitatem cur dñs non imperauit 284

Universidad de Deusto
Biblioteca

uirgula mentis subtilitas 455
uiui appellantur, qui nunq̃ peccato mortui sunt 157
uiri sex, sex hominum ætates 532
uirtutes connexæ 235
uirtutes qui dicantur spiritus 493
uiscera mentis interna, id est intentio desiderium 544
uita animæ deus 715
uitta sermo prædicationis fluxas restringens cogitationes 475
uitta aurea anima 335
uitulus concupiscentiam, leo iracundiam signat 180
uitulus innocẽs, adultus prædicator, martyr Christus 596
uiuentes in Christi aduentu, in aere morientur 159
urbs ecclesia 262
uri quid sit 317
urticæ prurientia desideria 718
ulmus mens secularium 596
umbra incarnatio domini 736
umbra, cordis refrigerium Ibid.
umbra, torpor frigidę mentis Ibid.
umbra mortis, legis duricia, obliuio. 863
umbra mortis, diuisionis obscuritas 440
umbra, mortis obliuio, imitatio diaboli, mors carnis 897
umbra, spiritalis gratiæ flatus 693
unguentum, spiritus sanctus 742
unguenta, uirtutes ex charitate 898
unguentum contritionis, deuotionis pietatis Ibid.
unguenta salubria uerba 397
uolatilia cœli, sublimia sapiẽtes 471
uoluntas propria cesset, & infernus non erit 529
uoluntas in uita, corruptio est uoluntatis Ibid.
uoluntas propria, quantum in se est, deum perimit 529
uolucres sanctæ animæ 363
uolucres animę fortitudines dei Ibi.
uolucres dæmonia 472
uolucres cœli superbè sublimia perscrutantes Ibid.
uotum coniugale, 316
uotum uirginitatis Ibid.
urna mannæ, intellectus uerbi dei subtilis ac dulcis 855
uterus, pietatis supernæ uiscera 344
uulcani olla, in quã Theodoricus rex fuit iactatus 441
uultus dei ueritas 257
uultus, cognitio 729
uulua conceptus cogitationis, occulta carnalium cogitatio 678
uxorem suam unusquisq̃ habeat, cur dictum 282

FINIS

SANTIS PAGNINI ISAGOGAE AD LITERAS SACRAS.

LINGVAM HEBRAE-AM FVISSE PRIMITVS IN HOMINVM VSV, & vnde nomenclaturam habet. Cap.I.

Linguam Hebrȩam fuisse primitus in hominum vsu & Hebræã ab Heber fuisse nuncupatam, quod multi negant, Augustinus fatetur, hoc pacto scribens li. de ciuitate Dei xvi. cap. xi. Quamobrem (inquit) sicut lingua vna, quum esset omnium, non ideo illi pestilentiæ defuerunt. Nam & ante diluuium vna erat lingua, & tamen omnes præter vnam Noe iusti domum, deleri diluuio meruerunt: ita quando merito elationis, impietatis gentes linguarum diuersitate punitæ, atq; diuisę sunt, & ciuitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est, appellata est Babylon. Non defuit domus Heber, vbi ea, quæ antea fuit omnium lingua, remaneret. Vnde, sicut supra memoraui, quum cœpissent enumerari filij Sem qui singuli, gentes singulas procrearunt, primus est cõmemoratus Heber, quum sit abnepos ipsius, hoc est, ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remansit hæc lingua, diuisis per alias linguas cæteris gentibus, quæ lingua prius humano generi nõ immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebræa est nuncupata. Tũc ergo opus erat eam distingui ab alijs linguis nomine proprio, sicut aliæ quoq; vocatę sunt nominibus propris. Quando autem erat vna, nihil aliud q̃ humana lingua, vel humana locutio vocabatur, qua sola vniuersum genus humanum loquebatur. Et dixerit aliquis: Si in diebus Phaleg filij Heber diuisa est terra per linguas, id est, homines, qui tunc erant in terra, ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa, quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, vt vocaretur Phaleg quod interpretatur diuisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra diuisa est, id est, ipso tempore, vt hoc sit quod dictum est, In diebus eius diuisa est terra. Nam nisi ad huc Heber viueret, quando linguarum facta est multitudo, non ex eius nomine nomen acciperet lingua, quæ apud illum potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis, quoniam de pœna venit illa multiplicatio, mutatioq; linguarum, & vtiq; præter hanc pœnam esse debuit populus dei. Nec frustra linguam istam, hoc est quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantũ, qui propagati per Iacob & insignius, atq; eminentius, in Dei populum coalescentes, Dei testamenta, & stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eandem linguam in vniuersam progeniem suam refudit, sed in eam tantum, cuius generationes producuntur ad Abraham. Quapropter etiam si non euidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum quando ab impijs Babylonia condebatur, nec ad hoc valuit hæc obscuritas, vt quærentis fraudaretur sed potius vt exerceretur intentio. Quum enim legitur vnam fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem commendatur Heber, quamuis ab illo quintus oriatur, & Hebrȩa vocatur lingua, quam patriarcharum & prophetarum, nõ solum in sermonibus suis, verumetiam literis sacris custodiuit autoritas. Profecto itaque quum quæritur in diuisione linguarum, vbi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit anté communis, quæ sine vlla dubitatione vbi remansit, non ibi fuit illa pœna, quæ facta est mutatione linguarum, quid aliud occurrit, nisi q̃ in huiusmodi gente remansit, à cuius nomine nomen accepit, & hoc iustitiæ gentis huius non paruum apparuisse vestigium, q̃ cum aliæ gentes plecterẽtur mutatione linguarũ, ad istam non peruenit tale supplicium. Diuus autem Hieronymus in primum Danielis caput hoc modo scribit: Philo arbitratur linguam Hebræorum ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldæis fuerit. Quod si recipimus, quærẽdum est quomodo nunc Hebræi pueri linguam, quam non nouerant doceri iubeantur, nisi forte iuxta quorundam opinionem duas Abraham linguas & Hębreorum & Chaldæorum scisse dicamus. Sed, vt idem ait Hieronymus in tertium Sophoniæ caput, lingua Hebræa omnium est matrix linguarum.

Augustin.

Babylon. Heber.

Humana lingua.

Phaleg.

Phaleg diuisio. Gene. 10. d

Linguarũ multiplicatio vnde.

Lingua hebræa in ꝙs transmissa est.

Hebręam linguam fuisse Chaldaicam Philo putauit.

Hebraicas literas nunq̃ in suæ linguæ proprietate non fuisse. Cap.II.

HEbraicas autem literas nunq̃ in suæ linguæ proprietate non fuisse, idem Augustinus lib. xviij. de ciuitate dei, cap. xxxix. hoc pacto prodidit. Non itaq; credendum est, quod nonnulli arbitrantur Hebræam tantum linguam, per illum qui vocabatur Heber, vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræi ab Heber Hebraicæ literæ ante legem fuerunt.

ber vnde Hebræorum vocabulum est fuisse seruatam, atq; inde peruenisse ad Abraham, Hebræas autem literas a lege cœpisse, quæ data est per Moisen: sed potius per illam successionē patrū, memorarā linguā cū suis literis custoditā. Deniq; Moyses in populo Dei cōstituit q docēdis literis præessent, priusq̄ diuinæ legis vllas literas nossent. Hos appellat scriptura grāmaton (vel Grammateos) isagogus qui latine dici possunt literarū inductores, vel introductores, eo quod eas inducāt, id est, introducant quodāmodo in corda discentiū, vel in eos potius ipsos quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate sapiētiæ sue super patriarchas, & prophetas nostros, quibus inerat diuina sapiētia, vlla se vanitate iniqua iactauerit, quando nec Aegyptus inuenitur, quæ solet falso, & inaniter de suarū doctrinarum antiquitate gloriari, qualicunque sapientia sua patriacharum nostrorum

Isis literas docuit. Astronomia mentem non illuminat. Philosophia. Mercurius trimegistus. Atlas astrologus.

tempore præuenisse sapientiā. Neq; enim quisq̄ dicere audebit mirabilium disciplinarū eos peritissimos fuisse, anteq̄ literas nossent, id est, anteq̄ Isis eo venisset, easq; ibi docuisset. Ipsa porro eorum memorabilis doctrina, quæ appellata est sapientia, quid erat nisi maxime astronomia, & siquid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia, q̄ ad illuminandas vera sapientia mentes valere solet? Namquod attinet ad philosophiā quæ se docere aliquid profitetur, vnde fiant homines beati circa tēpora Mercurij, quē Trimegistum vocauerunt in illis terris, eiusmodi studia claruerunt. Longe quidem ante sapientes q̄ philosophos habuit Græcia: sed tamen post Abraham & Isaac, & Iacob & Ioseph, nimirū etiam post ipsum Moysen. Eo quippe tempore, quo Moyses natus est, fuisse reperitur Atlas ille magnus astrologus Promethei frater, maternus auus Mercurij maioris cuius nepos fuit Trimegistus ille Mercurius.

Hebræam Græcamq; linguā, necessariam esse ad cognitionē literarū sacrarū. Cap. III.

Interpretū latinorum infinita varietas. Hebraea verba nonnulla cur non interpretata. Interiectio motum animi significat.

COntra ignota signa propria (vt idē ait Augustinus in antedicto libro cap. xi.) magnū remedium est linguarum cognitio. Et latinæ quidē linguæ homines, quos nunc instituendos suscepimus, & duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionē habēt opus, Hebræa scilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas, quanquam & Hebræa verba non interpretata sæpe inueniamus in libris sicut Amē, Alleluia, & Racha, & osanna & si qua sunt alia. Quorum partim propter sanctiorem autoritatem quamuis interpretari potuissent seruata est antiquitas, sicut est, Amen, & Alleluia, partim vero in aliā linguam transferri non potuisse dicuntur, sicut alia duo, quæ posuimus. Sunt enim quędam verba certarum linguarum, quæ in vsum alterius linguæ per interpretationem trā fire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, quæ verba potius motum animi significant q̄ sententiæ conceptæ vllam particulam. Nam & hæc duo talia esse perhibentur. dicunt enim Racha indignantis esse vocem, osanna lætantis. Sed nō propter hęc pauca, quæ notare, atq; interrogare facilimum est, sed propter diuersitates (vt dictū est) interpretum illarum linguarum est cognitio necessaria. Qui enim scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt linguam, numerari possunt, latini autem interpretes, vllo modo. Vt enim cuiq; primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus & aliquantulum facultatis sibimet vtriusq; linguę habere videbatur, ausus est interpretari. Præterea diuus Hieronimus in Ezechielem cap. xl. scribit: Diligentē, & studiosum lectorē admonendū puto, si tamē scīctia scripturarū, & nō vanis oratorū declamationibus ducitur, vt sciat oīa propē verba Hebraica & nomina, quę in græca & Latina translatione sunt posita, nimia vetustate corrupta, scriptorūq; vitio deprauata, & dū de inemēdatis scribuntur, inemendatiora de verbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imo nullius gentis, dum & hebræa esse desierint, & aliena esse non cœperint. Cognitionem itaq; Hebraicæ linguæ, vt hæc emendentur, necessariam esse, liquidū est. Quod si quispiā dixerit (vt modo multi dicūt) libros Hebræos esse falsatos, diuum audiant Hieronimum, qui in commentarijs in Esaiam cap. vi. exponens illud prophetæ, Excæca cor populi huius, &c. hoc pacto scribit. Quod si aliquis dixerit Hebræos libros postea a Iudęis esse falsatos audiat Origenē quid in octauo volumine explanationum Esaiæ huic respondeat quæstiunculæ, quod nunquam dominus & Apostoli, qui cætera crimina arguunt in scribis & pharisæis, de hoc crimine, q̄ erat maximum, reticuissent. Sin autem dixerint post aduentum domini saluatoris & prędicationem Apostolorum libros Hebræos fuisse falsatos, cachinnum tenere non potero, vt saluator, & euangelistæ, & Apostoli ita testimonia protulerint, vt Iudæi postea falsaturi erant.

Racha. Osanna.

Hebręorū nomina corrupta in Græca, & latina lingua.

Esaię 6.

Qua

Qua dispensatione prouidentiæ Dei scripturæ sacræ veteris testamēti vni ex Hebręo in Græcum eloquium translatæ sint vt verbis gentibus innotescerent. Cap. IIII.

HAs sacras literas etiam vnus Ptolemæorum regum Aegypti nosse studuit & habere. Nam post Alexādri Macedonis, qui etiā Magnus cognominatus est mirificētissimam, minimeq; diuturnam potētiam, qua vniuersam Asiā imó pené totum orbem partim vi, & armis, partim terrore subegerat, q̄do inter cætera Orientis regna, etiā Iudęā ingressus obtinuit, eo mortuo comites eius, quum regnum illud amplissimū nō pacifice inter se possessuri diuisissent, vel potius dissipassent bellis omnia vastaturi, Ptolemæos reges habere cœpit Aegyptus. Quorū primus Lagi filius multos ex Iudęa captiuos in Aegyptum transtulit. Huic autem succedens alius Ptolemæus, qui est appellatus Philadelphus, omnes, quos ille adduxerat subiugatos, liberos redire permisit: insuper & dona regia in templum Dei misit, petiuitq; ab Eleazaro tunc pontifice dari sibi scripturas quas profectó audierat, fama prędicante, diuinas: & ideo concupiuerat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei, quum idem pontifex misisset Hebræas, post etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuagintaduo de singulis duodecim tribubus senatio vt Ixx. vocetur, iam optinuit consuetudo. Traditur sané tam mirabilem, ac stupendum, planeq; diuinum in eorum verbis fuisse consensum, vt quum ad hoc opus separatim singuli sederint (ita enim eorum fidem Ptolemęo regi placuit explorare) in nullo verbo, quod idem significaret, & tantundem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet, sed tanquam si vnus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, vnū erat: quoniam re vera spiritus erat vnus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus accepe rant, vt illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur autoritas, credituris quandoque gentibus profutura: quod iam videmus effectum

Augustin. de ciuitate lib. 18. cap. 42. Ptolemęus Aegyptę rex.

Eleazar pontifex.

Septuagin interpres.

De autoritate Ixx. interpretum, quæ saluo honore Hebraicæ linguę omnibus sit interpretibus præferenda. Cap. V.

NAm quum fuerint & alij interpretes qui ex Hebræa lingua in Græcā sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodocion, sicut etiam illa est interpretatio, cuius autor non apparet, & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur: hanc tamen quæ Septuaginta est tanquam sola esset, sic recepit ecclesia, eaque vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique vtrum alia sit aliqua ignorant. Ex hac septuaginta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est quod ecclesiæ latinæ tenent. Quamuis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco sed ex Hebręo in latinum eloquium easdem scripturas conuerterit. Sed eius tantum literarum laborem, quamuis Iudęi fateantur esse veracem, Septuaginta vero interpretes in multis errasse contendant: tamē ecclesiæ Christi tot hominū autoritati ab Eleazaro, tunc pontifice ad hoc tantū opus electorū neminē iudicāt prędrēdū, quia etsi nō in eis vnus nō apparuisset spiritus, sine dubitatione diuinus, sed inter se verba interpretationis suæ, Septuaginta docti more hominū contulissent, vt q̄d placuisset omnibus, hoc maneret, nullus eis vnus interpres debuit anteponi. Quum vero tantū in eis signū diuinitatis apparuit, pfectó quisquis alius illarū scripturarū ex Hebræa inquālibet aliā linguā interpres est verax, aut cōgruit illis septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim, qui in prophetis erat, quando illa dixerūt, idem ipse erat etiam in septuaginta viris quādo illa interpretati sunt. Qui profectó autoritate diuina, & aliud dicere potuit, tāquā Propheta ille vtrūq; dixisset, qa vtrūq; idē spūs diceret, & hoc ipsum aliter, vt si nō eadē verba, idē tamē sensus bene intelligētibus diluceret, & aliq̄d preter mittere, & aliq̄d addere, etiā vt hinc ostēderetur nō humanā fuisse in illo opere seruitutē, quā verbis debebat interpres, sed diuinam potius potestatem, quæ mentem replebat, & regebat interpretis. Nonnulli autem codices Græcos interpretationis septuaginta, & ex Hebræis codicibus emendandos putarunt, nec tamen ausi sunt detrahere, quod Hebręi non habebant, & septuaginta posuerunt: sed tantummodo addiderunt, quæ in Hebręis inuenta apud septuaginta non erant. eaque signis quibusdam in stellarum modum factis, ad capita eorundem versuum notauerunt, quæ signa asteriscos vocant. Illa vero, quæ non habent Hebræi, habent autem septuaginta, similiter ad capita versuum iacen-

Augustin. lib. de ciuitate Dei, 18 ad Marcel linum cap. 43. Aquila. Symmach. Theodotion. Quinta ęditio Hieronim.

Ixx interpret. neminē prefere dū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus virgulis ſicut ſcribuntur vnciæ, ſignauerunt, & multi codices Græci has notas habentes vſquequaque diffuſi ſunt, & latini. Quæ autem non prætermiſſa, vel addita, ſed aliter dicta ſunt, ſiue alium ſenſum faciant, etiam ipſum nõ abhorrentem, ſiue alio modo eundẽ ſenſum explicare monſtrentur, niſi vtriſq; codicibus inſpectis nequeunt reperiri. Si igitur (vt oportet) nihil aliud intueamur in ſcripturis illis, niſi quid per homines dixerit Dei ſpiritus, quicquid eſt in Hebræis codicibus, & non eſt apud interpretes ſeptuaginta, noluit hoc per iſtos, ſed per illos prophetas dei ſpiritus dicere. Quicquid vero eſt apud ſeptuaginta in Hebræis autem codicibus non eſt, per iſtos maluit, quam per illos idem ſpiritus dicere, ſic oſtendẽs vtroſq; fuiſſe prophetas. Iſto enim modo alia per Eſaiam, alia p Hieremiã, alia per aliã, atq; alium prophetam, vel aliter eadem per hunc, ac per illum dixit, vt voluit. Quicquid porro apud vtroſq; inuenitur, per vtroſq; dicere voluit vnus, atq; idem ſpiritus: ſed ita, vt illi præcederent prophetando, iſti ſequerentur prophetice illos interpretando, quia ſicut in illis vera, et concordantia dicentibus vnus pacis ſpiritus fuit: ſic et in iſtis non ſecum conferentibus, et tamen tanquam vno ore cuncta interpretantibus idem ſpiritus vnus apparuit.

De incognitis ſignis ex eodem Auguſtino, et quod Itala tranſlatio cæteris eſt præferenda. Cap. VI.

2. in libro de doctrina Chriſtiana 2. cap. 14. &. 15.

DE ambiguis autem ſignis poſt loquemur, nunc de incognitis agimus, quorum duæ formæ ſunt, quantum ad verba pertinet. Nanq; aut ignotum verbum facit hærere lectorem aut ignota locutio. Quæ ſi ex alienis linguis veniunt, aut quærenda ſunt ab earum linguarum hominibus aut linguæ eædem, ſi & ocium eſt, & ingenium ediſcendę, aut plurium interpretum conſulenda collatio eſt. Si autem ipſius linguę noſtrę aliqua verba, locutionesq; ignoramus, legendi conſuetudine, audiendiq; innoteſcunt. Nulla ſane ſunt magis mandanda memoriæ q̃ illa verborum locutionumq; genera, quæ ignoramus, vt quum vel peritior occurrerit, de quo quæri poſſint, vel talis lectio, quæ præcedẽtibus vel conſequentibus, vel vtriſq; oſtendat quam vim habeat quidue ſignificet, quod ignoramus, facile adiuuante memoria poſſimus animaduertere, vel diſcere, quã q̃ tanta eſt vis cõſuetudinis, etiam ad diſcẽdum, vt qui in ſcripturis ſanctis quodãmodo nutriti, educatiq; ſunt, magis alias locutiones mirentur, easq; minus latinas putent, q̃ illas, quas in ſcripturis didicerunt, neq; in latinæ linguæ autoribus reperiũtur. Plurimum hic quoq; iuuat interpretum numeroſitas, collatis codicibus inſpecta, atq; diſcuſſa, tantum abſit falſitas. Nã codicibus emẽdandis prius debet inuigilare ſolertia eorum, qui ſcripturas diuinas noſſe deſiderant, vt emendatis, non emendati cedant, ex vno dũtaxat interpretationis genere veniẽtes. In ipſis autem interpretationibus Itala cæteris præferatur, nam eſt verborũ tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Et latinis quibuslibet emendandis, Gręci adhibeantur, in quibus Septuaginta interpretum quod ad vetus teſtamẽtum attinet, excellit autoritas, qui iam per omnes peritiores eccleſias tanta præſentia ſpiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit. Qui ſi (vt fertur, multiq; non indigni fide prædicant) ſinguli cellis, etiam ſingulis ſeparati, quum interpretati eſſent, nihil in alicuius eorũ codice inuentum eſt, quod non ẽ ſdem verbis, eodemq; verborum ordine inueniretur in cęteris. Quis huic autoritati conferre aliquid, nedum præferre audeat? Si autẽ cõtulerũt, vt vna omniũ cõmuni tractatu iudicioq; vox fieret, nec ſic qdẽ, quenq; vnũ hominẽ qualibet peritia ad emendandum tot ſeniorum, doctorumq; conſenſum aſpirare oportet, aut decet. Quãobrẽ etiã ſi aliquid aliter in Hebræis exemplaribus inuenitur, quã iſti poſuerint, cedendum eſſe arbitror diuinæ diſpenſationi, q̃ per eos facta eſt, vt libri, q̃s gens Iudæa cæteris populis, vel religiõe, vel inuidia prodere nolebat, crederentur per dñm gẽtibus miniſtra regis Ptolemæi poteſtate tãto antẽ proderẽtur. Itaq; fieri poteſt, vt ſic illi interpretati ſint, quẽadmodũ õ gruere gentibus, ille qui eos regebat, & q os vnũ oĩbus fecerat ſpiritus ſanctus iudicauit. Sed tñ (vt ſuperius diximus) horũ q̃q; interpretũ, qui verbis tenatius inhæſerunt collatio non eſt inutilis ad explanandam ſæpe ſententiã. Latini ergo (vt dicere cœperam) codices veteris teſtamenti (ſi neceſſe fuerit) Græcorum autoritate emẽdandi ſunt & eorum potiſſimum, qui cũ ſeptuaginta eſſent, ore vno interpretati eſſe phibẽtur. Libros aũt noui teſtamẽti, ſi qd in Latinis varietatibus titubat, Gręcis cedere oportere, nõ dubiũ ẽ, & maximẽ q apud eccleſias doctiores, & diligẽtiores reperiũt.

Codices emendandi.

Interpretatio Itala cæteris præferenda.

Latini codices Græcorum autoritate emendandi.

Ne diuus Hieronymus ex Hebræo diuina vertat volumina Auguſtinus dehortatur. Cap. VII.

Idem

IDem Auguſtinus in epiſtola ad Hieronymum viij. hoc pacto ſcribit. De vertendis autem in Latinam linguam ſanctis literis canonicis, laborare te nollem, niſi eo modo, quo Iob interpretatus es, vt ſignis adhibitis, quid inter hanc tuam & ſeptuaginta, quorum eſt grauiſſima autoritas interpretationem diſtet, appareat. Satis autem nequeo mirari ſi aliquid adhuc in Hebręis exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguæ peritiſſimos fugerit. Omitto enim ſeptuaginta, de quorum vel conſilij, vel Spiritus maiori concordia, quàm ſi vnus homo eſſet, non audeo in aliquam partem certam ferre ſententiam, niſi quód eis præeminentem autoritatem in hoc munere ſine controuerſia tribuendam exiſtimo. Illi me plus mouent, qui quum poſteriores interpretarentur, & verborum, locutionumq; Hebręarum viam atq; regulas mordicus (vt fertur) tenerent, non ſolum inter ſe non conſenſerunt: ſed etiam reliquerũt multa quæ tanto poſt eruenda, & prodenda remanerent. Et aut obſcura ſunt, aut manifeſta. Si enim obſcura ſunt, te quoq; in ei falli potuiſſe, non immerito creditur, ſi autem manifeſta, ſuperfluum eſt te voluiſſe explanare, quod illos latere non potuit. Huius igitur rei pro tua charitate expoſitis cauſis, certum me facias obſecrauerim. Et epiſtola decima ad eundem, hoc modo ſcribit: Iob ex Hebræo à te interpretatum, quum iam quandam haberemus interpretationem tuam eiuſdem prophetæ ex Græco eloquio verſam in Latinum, vbi tamen aſteriſcis nota ſti quæ in Hebræo ſunt, & in Græco deſunt, obeliſcis autem quæ in Græco inueniuntur, & in Hebræo non ſunt tam mirabili diligentia, vt quibuſdam in locis ad verba ſingula ſtellas ſignificantes videamus eadem verba eſſe in Hebræo, in Græco autem non eſſe. Porro in hac poſteriore interpretatione, quæ verſa eſt ex Hebręo, non eadem verborum fides occurrit, nec parum turbat cogitantem, vel cur in illa prima tanta diligentia figantur aſteriſci, vt minimas etiam particulas orationis indicent deeſſe codicibus Græcis, quę ſunt in Hebræis, vel cur in hac altera, quæ ex Hebræis eſt, negligentius hoc curatũ ſit, vt non eædem particulæ locis ſuis inuenirentur. Aliquid inde, exempli gratia volui ponere. Sed mihi ad horam codex defuit, qui ex Hebręo eſt. Veruntamen quia pręuolas ingenio, non ſolum quid dixerim, verumetiam quid dicere voluerim, ſatis (vt opinor) intelligis, vt cauſa reddita, quod mouet ediſſeras. Ego ſanè te mallem Gręcas potius canonicas nobis interpretari ſcripturas, quę Septuaginta interpretum autoritate perhibentur. Perdurum erit enim ſi tua interpretatio per multas eccleſias frequentius cœperit lectitari, quod à Græcis eccleſiis Latinæ eccleſiæ diſſonabunt, maxime quia facile contradictor conuincitur, Gręco prolato libro, id eſt, linguę notiſſimę. Quisquis autem in eo, quod ex Hebręo translatum eſt, aliquo inſolito permotus fuerit, & falſi crimen intenderit, vix aut nunquã ad Hebræa teſtimonia peruenitur, quibus defenſatur obiectum. Quod ſi etiam peruentum fuerit, tot Latinas, & Græcas autoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam conſulti Hebræi, poſſunt aliud reſpondere, vt tu ſolus neceſſarius videaris, qui etiam ipſos poſſis conuincere: ſed tamen qui iudicet, mirum ſi potueris inuenire. Nam quidã frater noſter epiſcopus, quum lectitare inſtituiſſet in eccleſia, cui præeſt, interpretationem tuam, mouit quiddam longé aliter abs te poſitum apud Ionam prophetam, quam erat omnium ſenſibus ibi memoriæq; inueteratum, & tot ætatum ſucceſſionibus decantatum. Factus eſt tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus, & inflammantibus calumniam falſitatis, vt cogeretur epiſcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum teſtimoniũ flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malitia, hoc eſſe in Hebræis codicibus reſponderunt, quod & Græci, & Latini habebant, atque dicebant. Quid plura? Coactus eſt homo, velut mendoſitatem corrigere, volens poſt magnum periculum non remanere ſine plebe. Vnde etiam nobis videtur, aliquando te quoque in nonnullis falli potuiſſe. Et vide hoc quale ſit in eis literis, quæ non poſſunt collatis vſitatarum linguarum teſtimoniis emendari. Proinde non paruas Deo gratias agimus de opere tuo, quod euangelium ex Græco interpretatus es, qui penè in omnibus nulla offenſio eſt, quum ſcripturam Græcam contulerimus. Vnde ſi quiſpiam veteri falſitati contentioſus fauerit, prolatis, collatiſque codicibus, vel docetur facilime, vel refellitur. Et ſi quædam rariſſima merito mouent, quis tam durus eſt, qui labori tam vtili non facile ignoſcat, cui vicem laudis referre non ſufficit? Quid tibi autem videtur, cur in multis aliter ſe habeat Hebræorum codicum autoritas aliter Græcorum, quæ dicitur ſeptuaginta, vellem dignareris aperire. Neque enim paruum pondus habet illa quæ ſic meruit diffamari, & qua vſos Apoſtolos non ſo-

Septuaginta interpretum grauiſſima autoritas.

a iij lum res ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum res ipsa indicat sed etiã te attestatum esse memini. Ac per hoc plurimum profueris si eam Græcam scripturam, quam septuaginta operati sunt, latinę veritati reddideris, quę indiuersis codicibus varia, vt tolerari vix possit & ita suspecta, ne in Græco aliud inuenia tur, vt inde aliquid proferri, aut probari dubitetur.

Quid diuus Hilarius de Septuaginta interpretibus sentiat. Cap. VIII.

HIlarius quoq; secundum enarrans psalmum hoc modo scribit. Poscente rege Ptolemæo, septuaginta seniores libros veteris testamenti ex Hebræis literis in Græcas transtulerunt. Erat autem iam a Mose antea institutum in synagoga omni septuaginta esse doctores. Nam idem Moses, quamuis veteris testamenti verba in literis condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat. Cuius doctrinæ etiam dominus in Euãge-
Matt. 23. a. liis meminit, dicens: Super cathedram Mosis (inquit) sederunt scribæ, & pharisęi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate, & facite, secundum vero facta eorum, nolite facere. Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum & numero, & seruitio conseruata est. Hi itaque seniores libros hos transferentes, & spiritualem secundum Mosis traductionem occultarum cognitionum scientiam adepti, ambigué linguæ Hebraicæ dicta, & varia quædam ex se nunciantia, secundum virtutes rerum certis & propriis verborum significationibus transtulerunt, doctrinę scientia, multimodam illam sermonum intelligentiam temperantes. Et ex eo fit, vt qui postea transtulerunt, diuersis modis interpretantes, magnum gentibus attulerint errorem, dũ occulté illius a Mose profectæ traditionis ignari, eaq; ambigué lingua Hebræa commemorata sunt, incertis ipsi indicijs ædiderunt. Ambiguitatis autem linguæ Hebraicæ vnũ afferemus exemplum, ex quo cœtera istius modi esse, atque vt sunt, intelligantur. Bresith verbum Hebraicum est. Tres enim significãtias in se habet, id est, In principio, & in capite, & in filio. Sed translatores septuaginta, In principio ædiderũt, cœteris diuersé trãs ferentibus. Et secundum hanc ambiguitatem hæc ab illis in omni translatione est facta confusio. Sed perfecta horum septuaginta interpretum autoritas manet. Primum quod ante aduentum corporalem domini transtulerunt, nec adulatio interpret: ndi adhibita tempori arguitur, tũto anteriores interpretationis ætate, dehinc quod ipsi illi principes, doctoresq; synagogæ, & præter scientiã legis, per Mosen quoq; doctrina secretiori perfecti innotuerunt, non improbabiles esse arbitri interpretandi, qui certissimi, & grauissimi erant autores docendi. Hi ergo psalmos inter cœteros libros transferentes & in numerum redegerunt, & in ordinẽ collocauerunt, & diapsalmis distinxerunt, qui omnes secundum Hebręos confusi & habebantur, & habentur. Horum igitur translationes Hebręis, tum lingua tantum sua vtentibus, non erant necessariæ. Ipsis autem omnibus diligenti, & religiosa custodia obseruatis, quibus posteaquam dominus legem omnem sacramẽto, & corporationis suæ, & passionis, & resurrectionis impleuerat, cum his libris, quos regij ijdem translatores ædiderant collocatis, fideliter consonantibus repertis, indissolubilis constituta est priuilegio doctrinæ & ætatis autoritas.

Quid Hieronimus tum Hilario, tum Augustino respondeat de interpretum autoritate. Cap. IX.

SEd modo quid diuus Hieronymus, Augustino responderit, vt referamus, operę pretium est. Quod autem (inquit) in aliis epistolis quæris, cur mea prior in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat & virgulas prænotatas, & postea aliam translationem absque his signis ædiderim, pace tua dixerim, videris mihi non intelligere q; quæsisti. Illa enim interpretatio septuaginta interpretum, est & vbicunq; virgulæ, id est, obeli sunt significatur, quod septuaginta plus dixerint quàm habetur in Hebræo: vbi autem Obell. Asterisci. asteriscj, id est, stellæ prælucentes, ex Theodotionis ęditione ab Origene additum est. Et ibi Græca transtulimus, hic de ipso Hebraico, quod intelligebamus, expressimus, sensuum potius veritatem, quam verborum interdum ordinem conseruantes. Et miror quomodo septuaginta interpretũ libros legas, non puros (vt ab eis æditi sunt) sed ab Origene emendatos, siue corruptos per asteriscos & obelos. & Christiani hominis interpretatiũ culam non sequaris, præsertim quũ ea, quæ addita sunt ex hoĩs Iudæi, atq; blasphemi post passionẽ Christi ęditiõe trãstulerit. Vis amator eẽ verus septuaginta interpretũ, nõ legas ea, quæ sub asteriscis sunt, imo rade de voluminibus, vt veterũ te fautorẽ probes. Quod si feceris.

feceris, oẽs ecclesiarum bibliothecas cõdẽnare cogeris. Vix enim vnus, aut alter inuenitur liber, qui ista non habeat. Porro quod dicis non debuisse me interpretari post veteres & nouo veteris syllogismo, aut obscura fuerunt &c. tuo tibi sermone respondeo. Omnes veteres tractatores, qui nos in domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, quõ tu post eos ausus es disserere, quod illi explanare non potuerũt? Si manifesta, superfluum est te voluisse disserere, quod illos latere non potuit, maxime in explanatione psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cesarienſis, tertius Theodorus Heracleótes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicinus, sextus Didymus Alexandrinus. Geruntur & diuersorum in paucos psalmos opuscula. Sed nunc de integro psalmorum corpore dicimus. Apud latinos autem Hilarius Pictauiensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem, & Eusebium transtulerunt, quorum priorem & noster Ambrosius in quibusdam secutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos, & tales interpretes in explanatione Psalmorum diuersa sensseris. Si enim obscuri sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est: Si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur, ac per hoc vtroque modo superflua erit interpretatio tua, & hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcunque alius occupauerit alius de eo scribendi non habebit licentiam, quin potius humanitatis tuæ est in quo veniam tibi tribuis, indulgere & cœteris. Ego enim non tam vetera abolere conatus sum, quæ linguæ meæ hominibus emendaté de Græco in latinum transtuli, quàm ea testimonia, quæ à Iudæis prętermissa sunt, vel corrupta, proferre in medium, vt scirent nostri quid Hebręa veritas contineret. Si cui legere nõ placet, nemo compellit inuitum. Bibat vinum vetus cum suauitate, & nostra musta contemnat, quæ in explanatione priorum ædita sunt vt ſicubi illa non intelliguntur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis sequendum sit, liber quem scripsi de optimo genere interpretandi, & omnes præfatiunculæ diuinorum voluminum, quas æditioni nostræ præposuimus, explicant, ad illasque prudentem lectorem remittendum puto. Etsi me (vt dicis) in noui testamenti emẽdatione suscipis, exponisque causam cur suscipias, quia plurimi linguę Græcę habẽtes scientiã, de meo possent opere iudicare, eandem integritatem debuerãs etiam in veteri credere testamento, quód non nostra confinximus, sed vt apud Hebræos inuenimus, diuina transtulimus. Sicubi dubitas, Hebræos interroga. Sed forte dicęs: Quid si Hebræi aut respondere noluerint, aut mentiri voluerint? Tota frequentia Iudæorum in mea interpretatione reticebit. nullusq; inueniri poterit, qui Hebrææ linguæ habeat notionem, aut omnes imitabuntur illos Iudęos, quos dicis in Africę repertos oppidulo in meam conspicasse calumniam? Est quoq; accuratius intelligendum, quód septuaginta quinq; duntaxat libros in Græcum verterunt eloquium, vt diuus testatur Hieronymus enarrans illud Ezechielis quinto capite, Tertia tui pars peste morietur, proquo septuaginta transtulerunt, Quarta pars tui morte atteretur. Melius (inquit) fuerat transferre quod scriptum est, quàm rei malé translatę patrocinium quęrere. Nec hoc dicimus ab illis factum, quibus vetustas autoritatem dedit: sed per multa secula scriptorum, atque lectorum vitio deprauatum, quanquam & Aristeus, & Iosephus, & omnis schola Iudæorum quinque tantum libros Moysi à lxx. translatos asserant. Et in prooemio libri quæsti onum Hebraicarum, sic scribit: Iosephus, qui lxx. interpretum proponit historiam, quinque que tantum ab eis libros Moysi translatos refert, quos nos quoque confitemur plusquam cœteros cum Hebraicis consonare. Sed & hi qui postea interpretes extiterunt, Aquilã loquor, & Symmachũ, & Theodotionẽ, longé aliter habent, quã nos legimus. Hęc ille. Nos etiam summo studio, cura, ac diligentia lxx. interpretum æditionem cum Hebraico cõtulimus: & tot inuenimus addita, dempta, deprauata, immutata & ab Hebraico penitus aliena, vt mihi persuadere nequeam, illam septuaginta esse interpretum: quod in nostris annotamẽtis luce clarius, manifestissimum erit.

Discrimen esse inter communem, vulgatamq; æditionem, & Septuaginta. Cap. X.

IDem quoq; Hieronimus Sunię & Fretellę, in hũc modum scribit: Breuiter illud admoneo, vt sciatis aliam esse ęditionem, quàm Origenes, & Cesariẽsis Eusebius, oẽsq; Grecię tractatores κοινὴν, id est, communem appellant, atq; vulgatam, & à plerisq; nũc λουκιανὴν

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur,aliam septuaginta interpretum,quæ & in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, & a nobis in latinum sermonem fideliter versa est,& Hierosolymæ,atque in Orientis ecclesijs. Et post pauca.Sicut autem (inquit)in nouo testamamento si quando apud Latinos quæstio exoritur,& est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontē Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum:ita in veteri testamento, si quando inter Græcos,Latinosque diuersitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem,vt quicquid de fonte proficiscitur,hoc quæramus in riuulis. κοινὴ autem ista, hoc est, communis æditio, ipsa est, quæ & Septuaginta.Sed hoc interest inter vtramq;,quod κοινὴ pro locis, & temporibus,& pro voluntate scriptorum veterum,corrupta ęditio est. Ea autem quæ habetur in ἑξαπλοῖς ,& quam nos vertimus,ipsa est,quæ in eruditorum libris, incorrupta,& immaculata septuaginta interpretū translatio reseruatur.Quicquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est,quin ita,& ab hebręorum autoritate discorder. Et post pauca, Et sciēdū hanc esse regulam boni interpretis,vt idioma alterius linguæ suæ linguæ exprimat proprietate.Quod quidem & Tullium in Prothagora Platonis,& in œconomico Xenophontis,& in Demosthenis contra Aeschynem oratione feciſſe conuincimus,& Plautum,Terentium,Cæciliumq; eruditissimos viros in Gręcis comœdijs transferendis. Neq; ex eo quis Latinam linguam angustissimam putet,quod non possit verbum de verbo transferre,quum etiam Gręci pleraq; nostra per circumitus transferant,& verba Hebraica non interpretationis fide,sed linguæ suæ proprietatibus.Et infra:Vbi(inquit)qd minus habetur in Græco ab Hebraica veritate,Origenes de translatione Theodotionis addidit,& signum posuit asteriscum,id est,stellam,quæ,quod prius absconditum videbatur,illuminet,& in medium proferat.Vbi autem,quod in Hebræo non est,in Græcis codicibus inuenitur,ὀβελὸν, id est,iacentem præposuit virgulam,quam nos Latiné verū possumus dicere,quo ostenditur iugulandum esse,& confodiendum, quod in autenticis libris non inuenitur.Et in epistola ad Sophronium:Certé(inquit)confidenter dicam,& multos huius operis testes citabo,me nihil duntaxat sententiæ de Hebraica veritate mutasse.Si cubi ergo æditio mea discrepat,interroga quemlibet Hebræorum,& liquido perūdebis me ab æmulis frustra lacerari,qui malunt contemnere videri præclara,quam discere:Peruersissimi homines:Nam quum semper nouas expetant voluptates,& gulæ eorum vicina maria non sufficiunt,cur in solo studio literarum,veteri sapore contēti sunt?

Boni interpretis regula.

Asteriscus stella. Obelus, id est,verū.

Multa deesse in septuaginta interpretum æditione. Cap.XI.

ET in prologo Geneseos idem Hieronymus:Desiderij mei desideratas accepi epistolas obsecrantis,vt translatum in latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum,nostrorum auribus traderem.Periculosum opus certé,& obtrectatorum meorum latratibus patens,qui me asserunt in septuaginta interpretum suggillationem,noua,pro veteribus cudere,ita ingenium,quasi vinum probantes,quum ego sępissime testatus sim,me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre,quæ possim,nec opus alterius aliorū paupertate fœdari.Quod vt auderē,Origenis me studiū prouocauit,qui æditioni antiquæ trāslationē Theodotionis miscuit,asteriſco,& obelo,id est,stella & veru,opus omne distinguēs, dū aut illustria facit, q̄ minus antē fuerāt,aut superflua quæq; iugulat,& confodit, maximeq; quæ euangelistarum,& Apostolorum autoritas promulgauit.In quibus multa de veteri testamento legimus,quæ in nostris codicibus non habentur,vt est illud,Ex Aegypto vocaui filium meum.Et:Quoniam Nazaręus vocabitur.(Hoc enim sumptū est ex vndecimo Esaię capite,vbi dicitur,Et Neser de radice eius ascendet.Eruditi enim Hebręorum de hoc loco sumptum putant.Sed sciendum,inquit idem Hieronymus,quod hic Neser per Sadi literam scribatur,cuius proprietatem & sonū inter Zeta,& S.latinus sermo non exprimit.Et,Videbunt in quem compunxerunt.Et,Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ(Quod habetur Prouerb.quinto,vbi dicitur:Bibe aquam de cisterna tua,& fluenta putei tui:Deriuentur fontes tui foras,& inplateis aquas tuas diuide). Et, Quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit Deus diligentibus se.Et multa alia,quæ proprium συντγμα (id est, ordinem) requirunt: Interrogemus ergo eos,vbi hæc scripta sunt,& quum dicere non potuerint,de libris Hebraicis proferamus.Primum testimonium est in Osee &c.Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur,& hyberas nænias libris autenticis pferunt. Causas erroris nō est meū exponere.Iudęi prudēti factū dicūt eē cōsilio,ne Ptolemæus vnius Dei cultor, apud Hebręos

Osee 2.a. Esrę 2.a.

Zacha 11c Proue.5.c Esa.64.b.

Hebræos etiam duplicem diuinitatem deprehenderet: quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur.Deniq; vbicunq; sacratū aliquid scriptura testatur de patre,& filio,& spiritu sancto,aut aliter interpretati sunt,aut omnino tacuerūt, vt & regi satisfacerent,& arcanum fidei non diuulgarēt.Et nescio quis primus autor, septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit quibus diuisi eadem scriptitarint, quum Aristeas eiusdem Ptolemeæi ὑπερασπιστὴς Hyperaspistes,& multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint:sed in vna basilica congregatos contuliſſe scribant non prophetasse.Aliud est enim vatem,aliud interpretem esse.Ibi spiritus ventura prædicit, hic eruditio,& verborum copia,ea quæ intelligit,transfert.Nisi forte putandus est Tullius œconomicum Xenophontis,& Platonis Prothagoram,& Demosthenis pro Ctesiphō te orationem afflatus rhetorico spiritu transtuliſſe,vt aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes,aliter per Apostolos spiritus sanctus testimonia texuerit,vt quod illi tacuerint,hi scriptum esse mētiti sint.Quid igitur? Damnamus veteres? Minime. Sed post priorum studia,in domo domini,quod possumus,laboramus.Illi interpretati sunt ante aduentum Christi,& quod nescibant,dubijs protulere sententijs.Nos passionem,& resurrectionem eius,non tam prophetiam,quam historiā scribimus.Aliter enim audita,aliter visa narrantur.Quod melius intelligimus,melius & proferimus, Non damno, non reprehendo septuaginta,sed confidenter cunctis illis apostolos prefero. Per istorum os mihi Christus sonat,quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego, in qbus vltimū pene gradū iterp̄tes tenēt.Sic vbi tibi in trāslatiōe errare videor, iterroga Hebræos,diuersarū vrbiū magistros cōsule,q̄ illi habēt de Christo,tui codices nō habēt.

Septuaginta non vates, sed interpretes fuere.

Septuaginta interpretum æditionem non esse puram, sed corruptam,violatamq; & in illa multa deesse. Cap.XII.

ET in prologo Paralipomenō, qui Hebraice dicitur Dibre heiamim,id est,verba dierum ad Chromatium,hoc pacto scribit:Si septuaginta interpretum pura & vt ab eis in Gręcum versa est,æditio permaneret,superfluē me mi Chromati episcoporum sanctissime,atq; doctissime impelleres, vt tibi Hebræa volumina Latino sermone transferrem. Quod etiam semel aures hominum occupauerat,& nascentis ecclesiæ roborauerat fidē, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero quum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria,& germana illa,antiquaq; translatio corrupta sit,atq; violata,nostri arbitrij putas,aut ex pluribus iudicare quid verum sit,aut nouum opus in veteri opere cudere,illudentibusq; ludæis cornicum(vt dicitur)oculos configere.Alexandria, & Aegyptus in septuaginta suis Hesychium laudat autorem. Constantinopolis vsq; ad Aethiopiam,Luciani Martyris exemplaria probat.Mediæ inter has prouinciæ, Palæstinos codices legunt,quos ab Origene elaboratos Eusebius,& Phamphilus vulgauerunt, totusq; orbis,ac inter se trifaria varietate compugnat.Et certé Origenes nō solum exēplia composuit quatuor æditionum, é regione singula verba describēs,vt statim cæteris inē se consentientibus,arguatur:sed quod maioris audaciæ est,in æditione septuaginta,Theodotionis æditionem miscuit,asteriscis videlicet designans quæ minus fuerant,& virgulis quæ ex superfluo videbantur appositā.Si igitur alijs licuit non tenere,quod semel suscepe rant,& post septuaginta cellulas,quæ vulgō sine autore iactantur,singulas cellas aperue re,hocq; in ecclesijs legitur,quod septuaginta nescierunt,cur me non suscipiant latini mei qui inuiolata æditione veteri,ita nouam cōdidi,vt laborē meum Hebræis,&(q̄ his maius est)apostolis autoribus probem.Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euāgelio,Ex Aegypto vocaui filium meum,& his similia in Hebræorū libris inueniri.Certe Apostoli,& Euangelistæ septuaginta interpretes nouerant,& vñ eis hoc dicere,quod in septuaginta non habetur? Et Christus dominus noster,vtriusq; testamenti cōditor,in euāgelio secundū Iohannē:Qui credit(inquit)in me,sicut dicit scriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Vtiq; scriptū est,q̄ saluator scriptū esse testat. Vbi scriptū est? Septuaginta nō habent,apocrypha nescit ecclesia.Ad Hebręos igitur reuertendū,vnde dñs loquitur,& discipuli exempla præsumūt.In Esdrę quoq; volumine similia præfatus,post multa hęc addidit.Porro aliud est,si clausis(q̄ dicitur)oculis mihi volunt mal edicere,& non imitantur græcorum studium,& beneuolētiā,q̄ post septuaginta translatores iā Christi Euāgelio coruscante,Iudęos,et Hebionatas legis veteris interpretes,Aquilā

Hesychius. Lucianus martyr. Origenes.

Septuaginta cellulę sine autore iactātur

Iohan.7.f.

Apocrypha nescit ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aquila. Symmach. Theodotiõ hæretici.

tes, Aquilam uidelicet, Simmachum & Theodotionem, curiosé legunt & per Origenis laborem ecclesijs deducarunt: quntomagis latini mei grati esse deberent, quod exultantem græciam cernerent aliquid a se mutuari. Primum enim magnorum sumptuum est, & infinitæ difficultatis, exempla habere omnia. Deniq; & qui habuerint & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabũt ignorantes qui e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam, nuper apud græcos accidit, vt interdum scripturæ sensum relinquens, vnius cuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & latinus nobis vtcunq; sermo non deest, de alijs magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua exprimere. Et in p logo Iob post multa hoc pacto scribit: Si apud Græcos post septuagita æditionẽ, tã Christi euangelio coruscante, Iudæus Aquila & Simmachus, ac Theodotion Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in Exaplis habentur apud Ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris, quantomagis ego Christianus, de parentibus Christianis natus & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit, omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta ecclesiæ, puro, & fideli aperire sermone, vel a fastidiosis, vel a malignis lectoribus nõ debeo reprobari? Et in Apologia contra Ruffinum lib. ij. Apostolici (inquit) viri scripturis vtuntur Hebraicis. Ipsos apostolos, & euangelistas hoc feciſse perspicuum est, & vbicunq; Septuaginta ab Hebræo non discordant, ibi Apostolos de interpretatione eorum exẽpla sumpsisse: vbi vero discrepant, id posuisse in Græco, ꝙ apud Hæbræos didicerant.

Quid linguarum notitia, & nominum hebræorum interpretationes conferant. Cap. XIII.

QVid autẽ linguarũ notitia, & nominũ Hebrẽorũ interpretationes conferãt, diuus Augustinus libro de doctrina Christiana ij. cap. xvi. hoc modo edisserit. In translatis vero signis (ait) si qua forte ignota cogunt hærere lectorem, partim linguarum notitia, partim rerum inuestiganda sunt. Aliquid enim ad similitudinem valet, & proculdubio secretum quiddam insinuat Siloa piscina, vbi lauare faciẽ iussus est cui oculos dominus, luto de sputo facto, inunxerat. Quod tamẽ nomen linguæ incognitæ nisi Euangelista interpretatus esset, tam magnus intellectus lateret. Sic etiam multa, quæ ab autoribus eorundem librorum interpretata non sunt nomina Hebræa, non est dubitandũ habere non paruam vim, atq; adiutoriũ ad soluenda ænigmata scripturarum, siquis possit ea interpretari, ꝙ nonnulli eiusdẽ linguæ viri periti nõ sané paruũ beneficiũ posteris contulerunt, qui separata de scripturis eadem verba omnia interpretati sunt, & quid sit Adã, quid Eua, quid Abraham, quid Moyses, siue etiam locorũ nomina, quid sit Hierusalẽ, vel Sion, vel Hiericho, vel Sina, vel Libanus vel Iordanis, vel quæq; alia in illa lingua.

Siloa piscina. Io. 9. b.

Rerum ignorantiam obscuras figuratas locutiones facere, & idcirco tum animalium, tum Herbarum, lapidumq; ac numerorum, & Musicæ, & similium necessariam esse cognitionem. Cap. XIIII.

RErum autem ignorantia (vt eodem capite diuus scribit Augustinus) facit obscuras figuratas locutiones, quum ignoramus vel animantium, vel lapidum, vel herbarũ naturas, aliarumve rerum, quæ plerũq; in scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur. Nam & de serpente, quod notum est, totum corpus eum pro capite obijcere feri entibus, quantũ illustrat sensum illum, quo dominus iubet astutos nos esse sicut serpẽtes, vt scilicet pro capite nostro, quod est Christus, corpus potius persequentibus offeramus. ne fides Christiana, tanquam caput, necetur in nobis si parcentes corpori, negamus Deum. Vel illud quod per cauernæ angustias coarctatus, deposita veteri tunica, vires nouas accipere dicitur, quantum concinit ad imitandam ipsius serpentis astutiam, exuendumq; ipsum veterem hominem, sicut Apostolus dicit, vt induamur nouo, & exuendum per angustias, dicente domino, intrate per angustam portam. Vt ergo notitia naturæ serpentis illustrat multas similitudines, quas de hoc animante scriptura dare cõsueuit: sic ignorãtia nonnullorum animaliũ, q̃ nõ minus per similitudines cõmemorat, impedit plurimũ lectorẽ: sic lapidũ, sic hærbarum, vel quæcunq; tenentur radicibus. Nã & carbunculi notia, ꝙ lucet in tenebris, multa illuminat, etiã obscura librorũ, vbicũq; propt̃ similitudinẽ ponit̃, & ignorãtia berylli, vel adamãtis, claudit plerũq; intelligẽtiæ fores. Nec altã ob causam facile est intelligere pacẽ ppetuã significari oleæ ramusculo, quẽ rediens ad arcam columba

Matt. 10. b.

Ephes. 4 Matth. 7.

Exo. 28. c.

Gene 8. b.

lumba pertulit, nisi quia nouimus & olei lenem contactum, non facile alieno humore corrumpi, & arborẽ ipsam frondere perenniter. Multi autẽ propter ignorantiã hyssopi, dũ nesciunt quã vim habeat, vel ad purgandũ pulmonẽ, vel (vt dicitur) ad saxa radicibus penetranda, quũ sit herba breuis, atq; humilis, omnino inuenire nõ possunt quare dictũ sit, Asperges me hyssopo, & mũdabor. Numerorũ imperitia multa facit nõ intelligi trãslatẽ, ac mysticé posita in scripturis. Ingeniũ quippe (vt ita dixerim) ingenuũ nõ potest nõ mouere, quid sibi velit quod & Moyses, & Helias, & ipse dominus quadraginta diebus ieiunauerunt. Cuius actionis figuratus quidam nodus, nisi huius numeri cognitione, & consideratione non soluitur. Habet enim denarium quater, tanq; cognitionem omnium rerum intextam temporibus. Quaternario quippe numero, & diurna, & annua curricula peraguntur, diurna, matutinis meridianis, vespertinis, nocturnisq; horarum spatijs, annua, vernis, æstiuis, autumnalibus, hyemalibusq; mensibus. A temporum autem delectatione, dũ in temporibus viuimus propter æternitatem, in qua viuere volumus, abstinendum, & iunandum est, quamuis temporum cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contemnendorum temporum, & appetendorum æternorum. Porré autem denarius numerus creatoris, atq; creaturæ significat scientiam. Nam trinitas creatoris est, septenarius autem numerus creaturam indicat, propter vitam, & corpus. Nam in illa tria sunt vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus est Deus. In corpore autem quatuor manifestissima apparent quibus constat, elementa. In hoc ergo denario, dum temporaliter nobis insinuatur, id est, quater ducitur, caste, & continenter à temporum delectatione viuere, hoc est, quadraginta diebus ieiunare monemur. Hoc lex cuius persona est in Moyse: hoc prophetia cuius personam gerit Helias: hoc ipse dominus monet, qui tanquam testimonium habens ex lege & prophetis, medius inter illos in monte tribus discipulis videntibus, atq; stupentibus claruit. Deinde ita quæritur, quomodo quinquagenarius, de quadragenario numero existat, q̃ non mediocriter in nostra religione sacratus est propter Pentecostem, & quomodo ter ductus propter tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia, vel propter nomen patris, & filij, & spiritus sancti, adiuncta eminentius ipsa trinitate ad purgatissimæ ecclesiæ mysterium referatur, perueniatq; ad centum quinquaginta trespisces, quos retia post resurrectionem domini in dexteram partem missa ceperunt. Ita multis alijs, atq; alijs numerorum formis, quædam similitudinum in libris sanctis secreta promuntur, quæ propter numerorum inperitiam legentibus clausa sunt. Non pauca etiam claudit, atq; obtegit nonnullarum rerum musicarum ignorantia. Nam & de psalterij, & citharæ differẽtia quidam non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit, & decem chordarum psalterium non importuné inter doctos quæritur, vtrum habeat aliquã musicæ legem, quæ ad tantum neruorum numerum cogat: an vero si non habet, eo ipso magis sacraté sit accipiendus ipse numerus, vel propter decalogum legis, de quo item numero, si quæratur, non nisi ad creatorem, creaturamq; referendus est, vel propter superius expositum ipsum denarium. Et ille numerus ædificationis templi cõmemoratus in Euangelio, quadringenta scilicet, & sex annorum, nescio quid musicum sonat, & relatus ad fabricam dominici corporis, propter quam templi mentio facta est cogit nonnullos hæreticos confiteri filium Dei, non falso, sed vero, & humano corpore indutum. Et numerũ quippe, & musicã plerisq; locis in sanctis scripturis posita honorabiliter inuenimus.

Hyssopus.

Psal. 50.

Numerum imperitia. Quadragenarij numeri sacramẽtum.

Quaternarius numerus.

Denarius numerus.

Septenarius numerus.

Quinquagenarius numerus.

Musicę ignoratia nõ pauca claudit mysteria.

Iohan. 2.

Ecc. 31. a. & 40. c.

Libros canonicos prius esse legendos, & obscuriora manifestioribus illustrãda. Cap. XV.

LIbros autem canonicos prius esse legendos, & qui sint libri canonici, idem Augustinus libro de doctrina Christiana secũdo, capitulo octauo, hoc pacto prodidit. Erit (inquit) diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primó totas legerit, notasq; habuerit, & si nondum intellectu, iam tamen lectione, duntaxat eas, quæ appellãtur canonicæ. Nam cęteras securius leget fide veritatis instructus, ne præoccupent imbecillem animum, & periculosis mendacijs, atq; phantasmatibus eludentes, præiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholica rũ quãplurimũ autoritatẽ sequatur, inter quas sané illæ sunt, q̃ apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerũt. Tenebit igitur hũc modũ in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab oĩbus accipiuntur ecclesijs catholicis, præponat eis, quas quędã nõ accipiũt: In eis ẏo q̃ nõ accipiũtur ab oĩbus, ꝑponat eas, quas plures, grauioresq; accipiũt, eis quas paucioribus, minorisq; autoritatis ecclesiæ tenẽt. Si aũt alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, quãq̃ hoc inuenire nõ possit, æqualis tamẽ autoritatis eas habendas puto.

Totus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Totus autem canon scripturarum in quo istam considerationem versandã dicimus, his libris continetur: Quinque Moyseos, id est, Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomio & vno libro Iesu Naue, vno Iudicum, vno libello, qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere. Deinde quatuor Regnorum & duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi à latere adiunctis, simulq; pergentibus. Hæc est historia, quæ sibimet annexa, tempora continet, atq; ordinem rerum. Sunt aliæ tanquã ex diuerso ordine, quæ neq; huic ordini, neq; inter se connectuntur, sicut est Iob, & Tobias, & Hester, & Iudith, & Maccabeorum libri duo, & Esdræ duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam, vsq; ad Regnorum, vel Paralipomenon terminatam. Deinde prophetæ, in quibus, Dauid vnus liber Psalmorum, & Salomonis tres, Prouerbiorũ, Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, vnus qui sapientia, & alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur: qui tamen quoniam in autoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri, qui propriè prophetæ appellati sunt, duodecim prophetarum libri singuli, qui connexi sibimet, quoniam nunquam seiuncti sunt, pro vno habentur. Quorum prophetarum nomina sunt hæc: Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abachuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophetæ sunt maiorũ volumĩũ, Esaias, Hieremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris veteris testamẽti terminatur autoritas. Noui aũt quatuor libris Euãgelij secũdũ Matthæũ, scd'm Marcũ, secundum Lucam, secũdum Iohannem: quatuordecim epistolis Pauli apostoli, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad Timotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri duabus: tribus Iohannis: vna Iudæ: & vna Iacobi: Actibus Apostolorum libro vno: & Apocalypsis Iohannis libro vno. Libro autem retractationum secũdo capit. iiij. hoc pacto scribit. In secundo sanè libro de autore libri, quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quod etiam ipsum sicut Ecclesiasticum Iesus filius Sirach scripserit, non ita constare sicut a me dictum est, postea didici, & omnino probabilius comperi nõ esse hunc eius libri autorem. Vbi autem dixi, His quadraginta quatuor libris testamenti veteris terminatur autoritas, ex consuetudine, qua iam loquitur ecclesia, vetus testamentum appellaui. Apostolus autem non videtur appellare vetus testamentum, nisi quod datum est in monte Sina. In his omnibus libris timentes Deum (inquit capitulo ix. libri. ij. de doctrina Christiana) & pietate mansueti quærunt voluntatem Dei. Cuius operis, vel laboris prima obseruatio est (vt diximus) nosse istos libros, & si nondum ad intellectum, legendo tamen, vel mandare memoriæ, vel omnino incognitos non habere. Deinde illa, quæ in eis aperte posita sunt, vel præcepta viuendi, vel regulæ credendi solertius diligentiusq; inuestiganda sunt, quæ quanto quisq; plura inuenit, tanto est intelligẽtia capacior. In his enim, quæ aperte in scriptura reposita sunt inueniuntur illa omnia, quę continent fidem, moresq; viuendi, spem scilicet, atq; charitatem. Tum vero facta quadam familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea quæ obscura sunt aperienda, & discutienda, pergendum est, vt ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla, vt quædam certarum sententiarum testimonia dubitationem de incertis auferant. In qua re, memoria valet plurimũ, quæ si defuerit, nõ potest his ſceptis dari.

Ad Gala. 4.

De autoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ, & aliorum doctorum ac episcoporum. Cap. XVI.

DE autoritate autem canonicę scripturæ, idẽ Augustinus libro de ciuitate Dei vndecimo, capite tertio, hoc pacto scribit: Hic prius per prophetas, deinde per seipsum postea per apostolos quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturam condidit, q̃ canonica nominatur eminentissime autoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare nõ expedit, nec p̃ nosipsos nosse idonei sumus. Nã si ipsa sciri possunt testibus nobis q̃ remota nõ sunt a sensibus nostris, siue interioribus siue etiã exterioribus, vnde & p̃ sentia nũcupantur, quod ita ea dicimus esse p̃sentibus, sicut p̃ oculis, q̃ præsto sunt oculis, profecto ea, quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eisq; credimus, à quorum sensibus remota esse, vel fuisse non credimus. Sicut ergo de visibilibus, quæ non vidimus, eis credimus qui viderunt, atq; ita de cæteris, quæ ad suum quenq; sensum corporis pertinẽt: ita de his, quæ animo, ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissime dicitur sensus, vnde & sententia vocabulum

Sententia vnde.

cabulũ accepit, hoc est, de inuisibilibus, quæ a nostro sensu interiore remota sunt, his nos oportet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine dispositа didicerunt, vel manẽtia cõtuentur. Et libro confessionum xiij. cap. xv. Aut quis (inquit) nisi tu Deus noster fecisti nobis firmamentum autoritatis super nos in scriptura tua diuina? Cœlum enim plicabitur vt liber, & nunc sicut pellis extenditur super nos. Sublimioris enim autoritatis est tua diuina scriptura, quum iam obierunt ista morte illi mortales, per quos eam dispensasti nobis. Et tu scis dñe, tu seis quẽadmodũ pellibus intueris homines, quum peccato mortales fierẽt. Vñ sicut pellem extendisti firmamentum libri tui, concordes vtiq; sermones tuos, quos per mortalium ministeriũ, superposuisti nobis. Nanq; ipsa eorum morte solidamentũ autoritatis in eloquijs tuis per eos editis sublimiter extenditur sup omnia quæ subtér sunt, quod quum hic viuerent, non ita sublimiter extentũ erat. Nondum sicut pellẽ, cœlũ extenderas nondum mortis eorũ famã vsque quaq; dilatauieras. Videamus dñe cęlos operа digitorum tuorum. Ibi est testimonium tuũ, sapientiã p̃fãs paruulis. Perfice Deus meus laudem tuã ex ore infantiũ, & lactentiũ. Neq; enim nouimus alios libros ita destruẽtes superbiam, ita destruentes inimicum & defensorẽ, resistentem reconciliationi tuæ, defendẽdo peccata sua. Non noui domine, non noui alia tam casta eloquia, quæ sic mihi persuaderẽt confessionem, & lenirent ceruicem meam iugo tuo, & inuitarent colere te gratis. Et epistola vij. ad Marcellinum: Si enim (inquit) ratio cõtra diuinarũ scripturarum autoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit verisimilitudine, nam vera esse nõ potest. Rursus si manifestissimæ certæq; rationi, velut scripturarũ sanctarum obijcitur autoritas non intelligit, qui hoc facit, & non scripturarũ illarũ sensum, ad quẽ penetrare nõ potuit sed suum potius obijcit veritati, nec quod in eis, sed quod in seipso, velut pro eis inuenit, opponit. Et epistola xix. ad Hieronimũ: Ego (inquit) fateor charitati tuæ, solis eis scripturarũ libris, q̃ iã canonici appellantur, didici hũc timorẽ honorẽq; deferre, vt nullũ eorũ autorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud q̃ vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigã. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaq; præpolleãt nõ ideo verũ putẽ, quia ipsi ita sanxerũt: sed quia mihi vel p̃illos autores canonicos, vel probabili ratione quod à vero nõ abhorreat persuadere potuerũt. Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo, prorsus in q̃ nõ te arbitror sic legi tuos libros velle, tanq̃ prophetarũ, vel apostolorũ, de quorũ scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefariũ est. Et libro de doctrina Christiana i. cap. xxxvij. Asserendo (inquit) temere quod ille non sentit quem legit, plerunq; incurrit in alia, quæ illi sententiæ contexere nequeat. Quæ si vera & certa esse consentit, illud non possit verum esse quod senserat, fitq; in eo (nescio quomodo) vt amando sentẽtiã suã scripturæ incipiat offensior esse, q̃ sibi. Quod malum si serpere fuerit, euertetur ex eo. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Titulabit autem fides si diuinarum scripturarum vacillat autoritas. Porro fide titubante charitas etiã ipsa langueſcit. Nam si à fide quisq; ceciderit, a charitate etiam necesse est cadat. Et libro ij. de baptismo cõtra Donatistas cap. iij. Quis (inquit) nesciat sanctam scripturam canonicam, tam veteris q̃ noui testamenti certis suis terminis contineri eamq; omnibus posterioribus episcoporũ literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari & disceptari, non possit, vtrum verum vel vtrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem, vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem autoritatẽ doctorumq; prudentiam, & per concilia licere reprehẽdi si quid in eis forte a veritate deuiatum est, & ipsa concilia, quæ per singulas regiones, vel prouincias fiunt plenariorũ cõciliorum autoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsaq; plenaria sæpe priora posterioribus emẽdari, quũ aliquo experimẽto rerũ aperitur q̃ clausum erat & cognoscitur q̃ latebat sine vllo typho sacrilegæ superbiæ, sine vlla insita cervice arrogãtiæ, sine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cũ charitate Christiana. Et epistola cẽtesima vndecima ad Fortunatianũ episcopum: Neq; (inquit) quorumlibet disputationes, q̃is catholicorũ & laudatorũ hoim velut scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, q̃ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atq; respuere, si forte inueneri-mus, q̃ aliter senserint, q̃ veritas habet, diuino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel a nobis.

Apoca 6. d. Psal. 103. a

Psal. 8. Psal. 8. Psal. 8.

Ratio contra scripturarum autoritatẽ nõ est vera.

2. Cor. 5. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libris apocryphis nullam esse autoritatem. Cap. XVII.

Enoch scriptus.

LIbris autem apocryphis nullam esse autoritatem, Diuus Augustinus libro de Ciuitate Dei xv. cap. xxiij. commemorat, dicens: Omittamus earum scripturarum fabulas, quæ apocryphæ nuncupantur eò q earũ occulta origo non claruit patribus, a quibus vsq; ad nos, autoritas veracium scripturarum certissima, & notissima successione peruenit. In his autem apocryphis & si inuenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa, nulla est canonica autoritas. Scripsisse quidem nõnulla diuina Enóch illum septimum ab Adam negare non possumus, quum hoc in epistola canonica Iudas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canones scripturarum, qui seruabãtur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem, hoc nisi quia ob antiquitatem suspecte fidei iudicata sunt, nec vtrũ hæc essent, quę ille scripsisset, poterat inueniri, nũ talibus proferentibus, qea per seriẽ successionis reperirẽtur riteseruasse? Vnde, illa quę sub

Gigãtum fabulę.

eius nomine proferũtur, etiã cõtinẽt istas de gigantibus fabulas, q nõ habuerũt homines patres, rectè à patribus iudicantur non ipsius esse credenda, sicut multa sub nominibus, & aliorum prophetarũ, & recentiora sub nominibus Apostolorũ ab hæreticis proferũtur, quæ oĩa sub nomine apohryphorum ab autoritate canonica diligẽti examinatione remota sunt. Et diuus Hieronymus ad Lætã de institutione filiæ: Caueat (inquit) oĩa apo-

Hieron.

crypha. Et si quãdo ea nõ ad dogmatũ veritatem, sed ad signorum reuerentiã legere voluerit, sciat nõ eorũ esse quos titulis prenotantur, multaque his admixta vitiosa, & grãdis esse prudentię, aurum in luto q̃rere. Et in cõmentarijs Esaię capite sexagesimo quarto enarrans illud: Asęculo nõ audierũt &c. Paraphasim (inqt) huius testimonij quasi He-

Esa. 94. a.

bræus ex Hebræis, assumit Apostolus Paulus de autenticis libris in epistola q̃ scribit ad Corinthios, non verbum ex verbo reddens, q facere omnino contẽnit, sed sensuũ exprimẽs veritatem, quibus vtitur ad id quod voluerit roborandum. Vnde apocryphorũ de-

Psalmo. 9.

lyramenta conficiant quæ ex occasione huius testimonij ingeruntur ecclesiis Christi, de quibus verè dici potest, q̃d sedeat diabolus in insidijs cum diuitibus in apocryphis, vt interficiat innocentem. Et iterum: Insidiatur in apocrypho, quasi leo in spelunca sua, insidiatur, vt rapiat pauperem. Ascensio enim Esaiæ, & Apocalypsis Heliæ, hoc habent testimonium & per hãc occasionẽ, multaq; huiusce modi spinarum, & Lusitanię decepte sunt

Hireneus martyr.

mulierculę, vt Basilidis, Balsami, ac Thesauri, Barbelonis quoq;, & Leusiboræ, ac reliquorum nominum portenta susciperent. De quibus diligentissime vir Apostolicus scribit Hireneus episcopus Lugdunensis, & martyr. Et in Epistolam ad Ephesios, enarrans illud Apostolicũ: Propter quod dicit, Surge q dormis &c. Quærat (inquit) aliquis qs nã sit iste, qui dicat, Surge &c. aut cuius testimonio Apostolus sit abusus. Et quidem qui simplici responsione cõtentus est, dicet in reconditis eũ prophetis, & his, q̃ vocãtur apocrypha hæc lecta in mediũ protulisse sicut in alijs quoq; locis illũ fecisse manifestum est, nõ quod apocrypha comprobaret, sed quod & Arati, & Epimenidis, & Menandri versibus sit abusus ad ea, quæ voluerat in tempore comprobanda. Nec tamẽ Arati, & Epimenidis, & Menãdri, tota quę scripsere sunt sancta, quia eos verè aliqd dixisse testatus est. Et in epistolã ad Titũ cap. i. enarrans illud: Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, Cretenses semper mendaces &c. Qui (inquit) putant totum librum debere seq eum, q libri parte vsus sit, videntur mihi & apocryphum Enóch, de quo Apostolus Iudas in epistola sua testimonium posuit, inter Ecclesiæ scripturas recipere, & multa alia, quę Apostolus Paulus de reconditis est locutus.

Quatuor esse modos exponendi legem. Cap. XVIII.

Historia. Allegoria. Anagogia. Etymologia

QVatuor autẽ modi (vt inqt Augustinus libro de Genesi ad literã ipsecto, capit. ij.) à quibusdã scripturarũ tractatoribus traduntur legis exponendę secundũ historiã, secundum allegoriam, secundũ analogiã, secundũ etymologiam. Historia est, quũ siue diuinitus, siue humanitus res gesta cõmemorat. Allegoria, quũ figuratè dicta intelliguntur. Analogia, quum veteris & noui testamentorum cõgruẽtia demõstrat. Etymologia quũ dictorum, factorumq; causę reddunt. Et lib. xv de ciuitate Dei capite xxvij. nõ illis esse cõsentiendum asserit, q solã historiã recipiunt sine allegorica significatione, nec illis, q solas figuras defendunt, repudiata historica veritate, hoc pacto scribens: Non th (inqt) quisq̃ putare debet, aut frustra hęc esse cõscripta, aut tãtummodo rerũ gestarũ veritatẽ, sines vllis allegoricis significatõibus hic esse q̃rendã, aut é cõtrario hęc oĩno gesta nõ esse, sed sola esse ỹborum figuras, aut qeqd illud est, nequaq̃ ad ppheriã ecclesiæ pertinere. Quis enim (nisi

(nisi mẽte peruersus) inaniter scriptos esse cõtendat libros per annorũ milia tanta religione, & tam ordinatæ successionis obseruantia, custoditos aut solas res gestas illic intuendas, vbi certé (vt alia omittam) si numerositas animalium cogebat arcæ tantam fieri magnitudinẽ, immunda bina, & munda septena intromitti animalia, qd cogebat quum æquali numero possent vtraq; seruari? Aut vero Deus q propter reparãdũ genus seruãda p̃cepit, eo modo illa, q̃ instituerat, restituere nõ valebat? Qui vero non esse gesta, sed solas rerũ significãdarũ figuras esse cõtendunt, primũ opinãtur tã magnũ fieri nõ potuisse diluuium, vt altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcenderet, propẽ Olympi verticem montis, supra quam perhibentur nubes non posse conscendere, q tã sublimis, q̃ cælũ sit, vt non ibi fit aér iste crassior, vbi vẽti, nebulæ imbresq; gignunt, nec attendunt omnium elementorũ crassissimam terrã, ibi esse potuisse. An forte negant esse terrã verticẽ montis? Et libro de vera religione vnico, cap. l. Distinguamus (inqt) q̃ fidẽ debeamus historię, q̃ fidẽ debeamus intelligẽtiæ, q sit modus interpretãdæ allegoriæ, quę p̃ sapientiã dicta creditur in spiritu sancto, vtrũ à visibilibus antiquioribus, ad visibilia recentiora eam perducere sufficiat, an vsq; ad animæ affectiones atq; naturam, an vsque ad incommutabilem æternitatem, an alię significent gesta visibilia, aliæ motus animorum, alię legem ęternitatis, an aliqua inueniantur, in quibus hæc omnia inuestiganda sint. Et q̃ sit stabilis fides, siue historica & tẽporalis, siue spiritalis, & ęterna, ad q̃ omnis interp̃tatio autoritatis dirigenda sit. Et quid intersit inter allegoriã historiæ, & allegoriam facti, & allegoriã sermonis, & allegoriã sacramenti. Et qũo ipsa locutio diuinarũ scripturarũ, secũdum cuiusq; linguæ proprietatem accipiẽda sit. Habet enim oĩs lingua, sua q̃dam propria genera locutionum, q̃ quũ in aliam linguã transferuntur, absurda videtur. Et libro, de ciuitate Dei xvij. capite ij. Tripartita (inqt) reperiuntur eloquia pphetarum. Siqdem aliqua sunt ad terrenam Hierusalem spectantia, aliqua ad cœlestem, nonnulla advtranq;. Et infra: Mihi autem sicut multũ videntur errare, q nullas res gestas in eo genere literarũ aliquid aliud prẽter id, quod eo modo gestę sunt significare arbitrantur, ita multum audere, q prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuolura esse cõtendunt. Ideo tri partita nõ bipartita esse dixi. Hoc enim existimo, non tamen culpans eos, qui potuerint illic de quacunq; re gesta sensum intelligentiæ spiritalis exculpere, seruata primitus dum taxat historię veritate. Cæterum q̃ ita dicuntur, vt rebus humanitus seu diuinitus gestis, siue gerendis conuenire non possint, quis fidelis dubitet nõ esse inaniter dicta? Quis ea non ad intelligentiã spiritalẽ reuocet, si possit, aut ab eo q potest reuocãda esse fateatur?

Genes. 7. a.

Diluuij altitudo.

Olympus mõs q̃ltus.

Allegoriæ quatuor genera.

Scripturarũ locutio accipienda secundũ cuiusque linguę proprietatem.

Prophetarũ eloquia tripartita. Historię veritas primitus seruanda.

Figuratum sermonem si intelligatur, illustrare scripturam, & non esse accipiendum ad literam. Cap. XIX.

VErborum translatorum (vt idem ait Augustinus libro iij. de doctrina Christiana, cap. v.) ambiguitates, nõ mediocrem curam industriamq; desiderant. Nam in principio cauendum est, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Ad hoc enim pertinet quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Quum enim figuratè dictum sic accipitur, tanquam proprie dictum, carnaliter sapitur. Neque vlla mors animæ congruentius appellatur, quam quum id etiam quod in ea bestias antecellit, hoc est intelligentia carni subijcitur sequendo literam. Qui enim sequitur literam, translata verba, sicut propria tenet, neque illud, quod proprio verbo significatur, refert ad aliã significationem, sed si sabbatum audierit, verbi gratia, non intelligit nisi vnum diem de septem, qui continuo volumine repetuntur, & quum audierit sacrificium, non excedit cogitatione illud, quod fieri de victimis pecorum, terrenisq; fructibus solet. Ea demũ est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturã corpoream oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non posse. Et capite x. Huic autem (inquit) obseruationi, qua cauemus figuratam locutionem, id est, translatam quasi propriam sequi, adiungenda etiam illa est, ne propriam, quasi figuratam velimus accipere. Demonstrandus est igitur prius modus inueniendæ locutionis, propriã ne an figurata sit. Et iste omnino modus est, vt quicquid in sermone diuino, neque ad morum honestatẽ, id est, ad diligendũ Deum, & proximum, neq; ad fidei veritatem id est ad cognoscendũ Deũ & proximum, proprié referri potest, figuratum esse cognoscas. Et capite xi. Quicqd ergo asperũ, & quasi sæuũ factu dictuq; in sanctis scripturis legitur ex persona Dei, vel sanctorũ eius, ad cupiditatis regnum destruendũ valet. Quod si pspicuè sonat, non est ad aliud referendũ, quasi figuratè dictum sit, sicut est illud Apostoli: Thesauri

Figuratam locutionẽ nõ esse accipiendã ad literam. 2. Cor. 3. b.

Figuratus sermo qui dicatur.

Roma. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

zas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua &c. Illud autem: Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ vitijs & concupiscentijs, quanquam in eo quædam verba translata tractantur, ficuti est, Ira Dei, & Crux fixerunt: non tamen tam multa sunt, vel ita posita, vt obtegant sensum, & allegoriam, vel ænigma faciant, quam proprie figuratam locutionẽ voco. Quod autẽ Hieremiæ dicitur, Ecce constitui te hodie super gentes, & regna &c. non dubium quin figurata locutio tota sit. Et capite xij. Quæ autem quasi flagitiosa imperitis videntur, sive tantum dicta, sive etiam facta sunt, vel ex Dei persona, vel ex hominum, quorum nobis sanctitas commendatur, tota figurata sunt, quorum ad charitatis pastum, enucleanda secreta sunt. Alia quippe in perditis moribus, alia in Oseæ prophetæ vaticinatione conjunctio meretricis, quæ magnæ cuiusdam rei signum est.

Galat. 5.

Hiere. 1.

Vbi figurata subsit locutio & vbi non. Cap. XX.

ET capite xv & xvi. eiusdem libri. Seruabitur (inquit) in locutionibus figuratis regula huiusmodi, vt tam diu versetur diligenti consideratione quod legitur, donec ad regnum charitatis interpretatio perducatur. Si autẽ hoc iam proprie sonat, nulla putetur figurata locutio. Si præceptiua locutio est, aut flagitium, aut facinus vetans, aut vtilitatem, aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium, aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est: Nisi manducaueritis (inquit) carnẽ filij hominis &c. facinus, vel flagitium videtur iubere. Figura est ergo præcipiens passioni domini esse communicandum, & suauiter, atq; vtiliter recõdendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata fit. Ait scriptura: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum si sitierit potum da illi. Hic nullo dubitante beneficentiam præcipit: sed quod sequitur, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius, maleuolentiæ facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris figurate dictum. Et quum possit dupliciter interpretari, vno modo ad nocendum altero ad præstandum, ad beneficentiam te potius charitas reuocet, vt intelligas carbones ignis esse vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus superbia sanatur eius q dolet se inimicum fuisse hois, a quo eius miseriæ subuenitur. Item quũ ait dñs, Qui amat animã suam perdet eã: nõ vtilitatẽ vetare putandus est, qua debet quisq; conseruare animam suam: sed figurate dictũ, perdet animam, id est, perimet atq; amittet vsum eius, quem nunc habet peruersum: scilicet, atq; præposterum, quo inclinatur temporalibus vt æterna non quærat. Scriptum est, Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Posterior pars huius sententiæ videtur vetare beneficentiã. Ait enim, Ne suscipias peccatorẽ. Intelligas enim figurate positũ pro pctõ pctõrem, vt peccatũ eius nõ suscipias. Sæpe autem accidit, vt quisquis in meliori gradu spiritalis vitæ, vel est, vel esse se putat, figurate dicta esse arbitretur, quæ inferioribus gradibus præcipiuntur vt verbi gratia, Si cælibem amplexus est vitam, & se castrauit propter regnum cælorum, quicquid de vxore diligenda, & regenda sancti libri præcipiunt: non proprie sed translate accipi oportere contendat, & quisquis statuit seruare innuptam virginem suam, tanquam figuratam locutionem conetur interpretari, qua dictum est, Trade filiam, & grande opus perfeceris. Erit igitur etiam hoc in obseruationibus intelligendarum scripturarum, vt sciamus alia omnibus cõmuniter præcipi, alia singulis quibusq; generibus personarum, vt non solũ ad vniuersum statum valetudinis, sed etiam ad suam cuiusq; membri propriã infirmitatem medicina pertineat. In suo quippe genere curandum est, quod ad melius genus non potest erigi. Et capite xxij. Ergo quanquam omnia vel penè omnia, quæ in veteris testamenti libris gesta continentur, non solum propriè, sed etiam figurate accipienda sint: tamen etiam illa, quę propriè lector acceperit, si laudati sunt illi, qui ea fecerunt, sed ea tamen abhorrent a consuetudine bonorum, qui post aduẽtum domini diuina præcepta custodiunt, figuram ad intelligentiam referat, factum vero ipsum ad mores non transferat. Multa enim sunt, quę illo tempore officiosè facta sunt, quæ mõ. nisi libidinosè fieri nõ possunt. Si qua vero peccata magnorũ virorũ legerit, tametsi aliquã in eis figurã rerũ futurarũ animaduertere, atq; indagare potuerit, rei tñ gestæ proprietatem ad hunc vsum assumat, vt se nequaquã rectè suis factis iactare audeat, & præ sua iustitia cæteros tanquam peccatores contemnat, quũ videat tantorum virorũ & cauendas tempestates & flenda naufragia. Ad hoc enim etiã peccata illorum hominum scripta sunt, vt Apostolica illa sententia, vbiq; tremenda sit, qua ait. Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat. Nulla enim fere pagina est sanctorũ librorum, in qua non sonet, quod Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam.

Ecclesi. 11.

1. Cor. 7.

Eccl. 7. c.

Præcipiuntur quędã omnibus, nonnulla singulis.

Pctã magnorũ virorum cur scripta.

1. Pet. 5. b. Iacob. 4. b 2. Cor. 10.

Ante

Ante omnia, genus locutionis considerandum, & idem verbum non idem vbiq; significare. Cap. XXI.

MAxime (inquit) inuestigãdum est, vtrũ propria sit, an figurata locutio, quam intelligere conamur. Nam comperto, q̃ figurata sit, adhibitis regulis rerũ, quas in primo libro digessimus, facile est eam versare omnibus modis, donec perueniamus ad sententiam veritatis, præsertim quũ vsus accesserit, pietatis exercitatiõe roboratus. Inuenimus autem vtrum propria sit, aut figurata locutio, illa intuentes, quæ supradicta sunt. Quod quum apparuerit, verba quibus continetur, aut à similibus rebus ducta inuenientur, aut ab aliqua vicinitate attingentibus. Sed quoniam multis modis res similes rebus apparẽt, non putemus esse præscriptum, vt quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc eam semper significare credamus. Nam & in vituperatione fermentum posuit dominus, quum diceret, Cauete à fermento pharisæorum, & in laude, quũ diceret: Simile est regnum cælorũ mulieri, quæ abscondit fermentum in tribus mensuris farinæ, donec fermentaretur totũ. Huius igitur varietatis obseruatio duas habet formas. Sic em̃ aliud atq; aliud res quęq; significant, vt aut contraria, aut tantummodo diuersa significẽt. Contraria scilicet, quum alias in bono, alias in malo, res eadem per similitudinẽ ponitur, sicut hoc est quod de fermento supra diximus. Tale est etiam q̃ leo significat Christum, vbi dicitur, Vicit leo de tribu Iuda. Significat & diabolum, vbi scriptum est, Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Ita serpẽs in bono est, Astuti, vt serpentes: in malo autem Serpens Euam seduxit astutia sua. In bono, panis, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. In malo autem, panis, Panes occultos libenter edite. Sic & alia plurima. Et hæc quidem, quæ commemoraui minime dubiam significationem gerunt, quia exempli gratia, commemorari nõ nisi manifestissima debuerunt. Sunt autem quæ incertum sit in quam partem accipi debeant, sicut Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Incertum est enim, vtrum iram Dei significet non vsq; ad nouissimam pœnam, id est, vsq; ad fæcem, an potius gratiam scripturarũ, à Iudæis ad gentes transeunt: Quia inclinauit ex hoc in hoc, remanẽtibus apud Iudæos obseruationibus, quas carnaliter sapiunt, quia fex eius non est exinanita: Quum vero res eadem nõ in contraria, sed tantum in diuersa significatione ponitur, illud est in exemplo, q̃ aqua, & populum significat, sicut in Apocalypsi legimus, Et spiritum sanctum. vnde est illud, Flumina aquæ viuæ fluẽt de vẽtre eius. Et si qd aliud, atq; aliud, pro locis in qbus ponitur, aqua significare intelligit. Sic & aliæ res, nõ singulæ, sed vnaquęq; earũ nõ solũ duo aliqua diuersa: sed etiã nonnunq̃ multa significat pro loco sententiæ, sicut posita reperitur.

Matth. 16.

Apocal. 5.

1. Pet. 5.

Matth. 10.

2. Cor. 11. d Ioan. 6.

Prou. 9. d. Psal. 74. a Calix.

Apoca. 17 Ioan. 7.

Obscura locis apertioribus explicanda, & eundẽ locũ varie intelligi posse, & humanis rationibus nõ esse fidendũ. Cap. XXII

VBi autem (inquit cap. xxvi.) apertius ponuntur, ibi discendum est quomodo in locis intelligantur obscuris. Neq; enim melius potest intelligi quod dictum est Deo, Apprehende arma, & scutũ, & exurge in adiutoriũ mihi, quàm ex illo loco vbi legitur, Dñe vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Hæc tamen ita, vt iam vbicunq; scutũ pro aliquo munimento legerimus positum, non accipiamus nisi bonam voluntatẽ Dei. Dictum est enim, Et scutum fidei, in quo possitis (inquit) omnes sagittas maligni ignitas extinguere: Nec rursum ideo debemus in armis huiusce modi spiritalibus scuto tantũmodo fidẽ tribuere, quũ alio loco etiã lorica dicta sit fidei. Induti inqt loricã fidei. Q̃ñaũt ex eiusdẽ scripturæ verbis, non vnũ aliqd, sed duo, vel plura sentiuntur, etiã si latet quid senserit ille qui scripserit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere veritati ex aliis locis sanctarum scripturarũ doceri potest, id tamen eo conante qui diuina scrutatur eloquia, vt ad volũtatem perueniatur autoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus, siue hoc assequatur, siue aliam sententiam de illis verbis, quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, testimonium habẽs à quocunq; alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe autor in eisdem verbis quæ intelligere volumus, & ipsam sentẽtiam forsitan vidit, & certe Dei spiritus, qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursuram lectori, vel auditori, sine dubitatione puidit, imo vt occurreret, quia & ipsa est veritate subnixa prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius, & vberius potuit diuinitus prouideri, q̃ vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina contestantia faciant approbari? Vbi autem talis sensus eruitur, cuius incertum, certis sanctarum scripturarum testimonijs non possit aperiri, restat vt ratione reddita manifestus appareat,

Psalm. 34 Psalm. 5.

Ephes. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam si ille cuius verba intelligere quærimus, eum forte non sensit. Sed hæc consuetudo periculosa est. Per scripturas enim diuinas multo tutius ambulatur, quas verbis translatis occuparas quum scrutari volumus, aut hoc inde exeat, quod non habeat controuersiam, aut si habet, ex eadem scriptura vbicunque inuentis, atque adhibitis eius testibus terminetur.

Troporum cognitionem, esse necessariam. Cap. XXIII.

TRoporum autem cognitionem, esse necessariam scribit Augustinus eodem libro, ca. xxix. Sciant (inquit) literati modis omnibus locutionis, quos grammatici Græco nomine tropos vocant, autores nostros vsos fuisse & multiplicatius, atque copiosius, quam possunt existimare, vel credere, qui nesciunt eos, & in alijs ista didicerunt. Quos tamẽ tropos qui nouerunt, agnoscunt in literis sanctis, eorumque scientia ad eas intelligendas aliquantum adiuuantur. Sed hic eos ignaris tradere non decet, ne artem Grammaticam docere videamur. Extra sane, vt discantur admoneo, quamuis iam superius id admonuerim, id est, in secundo libro, vbi de linguarum necessaria cognitione differui. Nam literæ à quibus ipsa Grammatica nomen accepit (grammata enim Græci literas vocant) signa vtique sonorum sunt ad articulatam vocem, qua loquimur, pertinentium. Istorum autem troporum, non solum exempla sicut omnium, sed quorundam etiam nomina in diuinis libris leguntur, sicut allegoria, ænigma, parabola. Quamuis pene omnes tropi, qui liberali dicuntur arte cognosci, etiam in eorum reperiantur loquelis, qui nullos grãmaticos audierunt, & eo quo vulgus vtitur sermone, contenti sunt. Quis enim non dicit, sic floreas? Qui tropus metaphora vocatur. Quis non dicit, piscinam etiam, quæ non habet pisces, nec facta est propter pisces, & tamen à piscibus nomen accepit? Qui tropos catachresis dicit. Longum est isto modo cæteros prosequi. Nam vsq; ad illos peruenit vulgi locutio, qui propterea mirabiliores sunt, quia contra quam dicitur significant, sicuti est, quæ appellatur ironia, vel antiphrasis, sed ironia pronũciatione indicat quid velit intelligi, vt quum dicimus homini mala facienti, Res bonas facis. Antiphrasis vero, vt contraria significet, non voce pronunciantis efficitur, sed aut verba habet sua, quorũ origo contraria est, sicut appellatur lucus quod minime luceat, aut consueuit aliquid ita dici, quamuis dicatur etiam nõ é contrario, veluti quum quærimus accipere, quod ibi non est, & respondetur nobis, abundat, aut adiunctis verbis facimus vt à contrario intelligatur quod loquimur, veluti si dicamus, Caue illum, quia bonus homo est. Et quis talia non dicit indoctus, nec omnino sciens qui sint, vel quid vocentur hi tropi: Quorũ cognitio propterea scripturarum ambiguitatibus dissoluendis est necessaria, quia quum sensus ad proprietatem verborum si accipiatur, absurdus est, quærendum est vtiq; ne forte illo, vel illo tropo dictum sit quod nõ intelligimus, & sic pleraq; inuenta sunt, quæ latebant.

Piscina.

Catachresis. Ironia.

Antiphrasis. Lucus.

Tropos non esse mendatia, & cur figuris obtegantur scripturæ. Cap. XXIIII.

TRopos autem non esse mendacia, idem Augustinus libro vnico cõtra mendacium, hoc pacto scribit: Quæ (inqt) si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolæ, ac figuræ significandarũ quarunq; rerum, quæ non ad proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicentur esse mendacia, qđ absit omnino. Nã qui hoc putat, tropicis etiam tã multis locutionibus, omnibus potest hanc importare calumniam, ita vt hæc ipsa, quæ appellatur metaphora hoc est, de re propria, ad rẽ non propriam verbi alicuius vsurpata translatio, possit ista ratione mendacium nuncupari. Quũ enim dicimus fluctuare segetes, gemmare vites, floridam iuuentutem, niueã canitiẽ, proculdubio fluctus, gemmas florem, niuem, quia in his rebus non inuenimus, in quas hæc verba aliunde transtulimus, ab istis mendacia putabuntur. Et petra Christus, & cor lapideum Iudæorum, item leo Christus & leo diabolus & innumerabilia talia dicentur esse mendacia. Quid q̃ hæc tropica locutio vsq; ad eam peruenit, quæ appellatur Antiphrasis, vt dicatur abundare quod nõ est, dicatur dulce, quod acidum est, lucus quod non luceat, parcæ, q̃ non parcant. Vnde illud est in scripturis sanctis: Si non in faciem benedixerit tibi, quod diabolus ait domino de sancto Iob, & intelligitur maledixerit. Quo verbo & Nabuthæi ficium crimen à calumniantibus nominatum est. Dictum est enim, quod benedixerit regi, hoc est, maledixerit. Hi omnes modi locutionum, mendacia putabuntur, si locutio, vel actio figurata, in mendacio deputabitur. Si autem non est mendacium, quando ad intelligentiam veritatis aliud ex alio significantia referuntur, profecto non solum id quod fecit, aut dixit Iacob patri, vt benedi-

Metaphora.

1. Cor. 10. b
Ezech. 21. d
Apoc. 5.
1. Petri 5.

Antiphrasis. Lucus. Parcæ. Iob. 1.
3. Reg. 21.
Gene. 27.

benediceretur, sed neq; illud quod Ioseph velut illudendis locutus est fratribus, nec quod Dauid simulauit insaniam, nec cætera huiusmodi mendatia iudicanda sunt, sed locutiones actionesq; propheticę ad ea quæ vera sunt intelligenda, referendæ. Quæ propterea figuratis velut amictibus obteguntur, vt sensum pie quærentis exerceãt, & ne nuda, ac prompta vilescant, quamuis alijs locis aperte, ac manifeste dicta didicimus, quem ea ipsa de abditis eruuntur, in nostra quodammodo cognitione renouantur, & reno. ata dulcescunt. Nec videntur discentibus, quod his modis obscurantur, sed commendantur magis, vt quasi subtracta, desiderentur ardentius, & inueniantur desiderata iucundius: tamen vera non falsa dicuntur, quoniam vera non falsa significantur, seu verbo, seu facto.

Gene. 43. 1. Reg. 21.

De ænigmate, & tropicis locutionibus. Cap. XXV.

DE ænigmate autem, & tropicis locutionibus rursus Augustinus libro de trinitate decimoquinto, capite nono hoc pacto scribit, enarrans illud Apostolicum, Videmus nunc per speculũ in ænigmate. Quia vero (inquit) addidit, in ænigmate, multis hoc incognitum est, qui eas literas nesciunt in quibus est doctrina quædam de locutionum modis, q̃s Græci tropos vocãt, eoq; Græco vocabulo etiã nos vtimur pro Latino. Sicut eñ Schemata vsitatius dicimus quã figuras, ita vsitatius dicimus tropos, q̃ modos. Singulorũ aũt modorũ siue troporũ nomina, vt singula singulis referãt, difficilimũ ẽ, & insolentissimũ Latine enunciare. Vnde quidam interpretes nostri, quod ait Apostolus, quæ sunt in allegoria, nouerunt ex alio significantia. Huius autem tropi id est, allegoriæ, plures sunt species, in quibus est etiam quod dicitur ænigma. Diffinitio autem ipsius nominis generalis, omnes etiam species complectatur, necesse est, ac per hoc sicut omnis equus animal est, non omne animal equus est: ita omne ænigma allegoria est, non omnis allegoria ænigma est. Quid ergo est allegoria, nisi tropus, vbi ex alio aliud intelligitur? Quale illud est ad Thessalonicenses: Itaq; non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus &c. vsq; sobrij simus. Sed hæc allegoria nõ est ænigma. Nam nisi multum tardis iste sensus in promptu est. Aenigma autem est (vt breuiter explicem) obscura allegoria, sicut est: Sanguisugæ erant duæ filiæ, & quæcunq; similia. Nomine igitur ænigmatis similitudo obscura, & ad perspiciendum difficilis intelligitur. Hieronymus autem enarrans illud Apostolicum, Quę sunt per allegoriam dicta, hoc modo scribit: allegoria proprie de arte grammatica est, & quo à metaphora, vel cæteris tropis differat, in scholis paruuli discimus. Aliud prætendit in verbis, aliud significat in sensu. Pleni sunt oratorum & poëtarum libri. Scriptura quoque diuina per hanc non modica exparte contexta est. Quod intelligẽs Paulus Apostolus, ipso verbo figurę vsus est, vt allegoriã sicut apud suos dicitur, appellaret, quo scilicet sensu magis loci huius Græci sermonis abusionem monstraret.

Tropi

Tropus.

Galat. 4.

1. Thessa. 5

Aenigma.

Hieronimus Galat. 4.

Figuras multas sacris contineri in literis, Cap. XXVI.

SAcris in literis multæ continentur figuræ quarum hic nonnullas inseram, vt secularium literarum professores moneantur é sacris literis schemata omnia profluxisse.

Anaphora, id est, relatio, est eiusdem partis orationis per diuersa membra repetitio, vt p Psalmistam dicitur. Dicant nunc domus Aharon quoniam in seculũ misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum &c. Et paulo inferius melius est sperare in domino, quam sperare in homine. Melius est sperare in domino, quam sperare in principibus.

Anaphora. Psalm. 117

Anastrophe, id est, inuersio, siue reuersio, aut peruersio, est quãdo prominus ordine conuerso sententiam, vt Psal xxiij. Hic accipiet benedictionem a domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Prius id est, misericordiam elargitur, nostris parcens peccatis, deinde benedictionis munera donat.

Anastrophe.

Antiprosopon est quando pro homine ingrato persona ponitur gratissima, vt Psalmo septuagesimo octauo. Quia comederunt Iahacob, & locum eius desolauerunt: pro gente enim, quæ peccauerat, reuerendissimi patriarchæ nomen obiectum est. compositum nomẽ ex anti contra, & prosophon persona.

Antiprosopon.

Antiptosis est, qnando casus pro casu ponitur, vt quum Lamed quod est signum dandi casus, ponitur pro eth quod est signum accusandi, vt Exo. xxvij. & Psal. cxv. Nam illud Lamed redundat, aut ponitur vice Eth, quod est dictu, dativus ponitur pro accusatiuo. Et in Euangelio, Sermo quem audistis, non est meus.

Antiptosis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostrophe.

Apostrophe est conuersio, quoties aduersas personas verba conuertimus, vt Psalmo decimonono, Tribuat tibi &c Lætabimur in salutari tuo &c. Impleat dominus, &c. Nũc cognoui &c.

Auxesis.

Auxesis, id est, augmentum, est figura quæ ascendendo quædam nomina per membra singula rerum augmenta congeminat. Psalmo tertio: Tu domine clypeus pro me, gloria mea, & exaltans caput meum. Et decimo octauo: Iudicia domini veritas, iustificata sunt pariter, & desiderabiliora auro, & auro multo, & dulciora melle & fauo.

Catachresis.

Catachresis, id est, abusio, est quotiens aliena rerum nomina non habentibus commodantur, vt Psalmo septuagesimo quarto: Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

Charactetismos.

Characterismos, id est, informatio, descriptio, figura q̃ siue rem p̃sentem siue absentẽ, siue præsentem personã spiritualibus oculis subministrat. Quod & in laude, & vituperio fieri solet, vt psalmo xx. Posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. & Psalmo xliiij Astitit coniunx ad dexteram tuam cum corona &c.

Climax.

Climax, id est scala, figura est, quando positis quibusdam gradibus, siue in laudibus, siue in vituperatione semper accrescit, postremo verbo in primo comãte existente, in sequẽti iterato, vt ad Roma. v. Tribulatio patientiã operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Psalmo cv. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarũ. Et cxxxxiij. Non est diuisio, neq; egrediens, neq; clamor in plateis eorum.

Diaphoresis.

Diaphoresis, id est, differentia, figura est per quam fit personarum differentia, vt inter iustum & impium. Psalmo xxxvi. Mutuatur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & commodat. Et rursus: Quoniam benedicentes ei possidebunt terram: maledicẽ autem ei, disperibunt.

Diatyposis.

Diatyposis, id est, formatio, dispositio, expressio, figura est vbi rebus, personisve subiectis & formæ ipsæ, & habitus exprimuntur, vt Psalmo tricẽsimo: Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus &c.

Emphasis.

Emphasis, id est, significatio, demonstratio, expressio, figura, qua latẽs aliquid ex aliquo eruitur dicto, cuius duo sunt genera. Alterum quod plus quam dicit, alterum quod etiam id quod dicit, id est, quæ significat id quod non dicit, vt Psalmo xxiij. Secundum misericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam domine, in quo fecit intelligi non propter meritum meum.

Energia.

Energia, id est, euidentia, manifestatio, figura est, quum res ita describitur, vt cerni videatur, vt Psalmo xxxiij. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Et xxxvi. Vidi impium superexaltatum &c.

Aenigma.

Aenigma, id est, obscura allegoria, vel quæstio, vt in libro Iudicũ: De comedente exiuit cibus &c. pertinet ad allegoriam, quia aliud dicit, aliud significat.

Epanodos.

Epanodos, id est, reditus, regressio, id est repetitio rerum, quę iunctim dictę sunt, vt Psalmo cxiij. Quid est tibi mare, quod fugisti &c.

Epexergasia.

Cap. XXVII.

Epexergasia, id est, diligentia, figura, quæ fit quoties vni causæ duas probationes apponimus, vt Psalmo xxxvi. In diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt, & inimici domini mox vt honorificati sunt deficient &c.

Ephegesis.

Ephegesis, id est, expositio prioris dicti, vt Psalmo vij. Domine deus mi, si feci istud, si ẽ iniquitas in manibus meis. & Psalmo xx. Magna est gloria eius in salutari, gloriam & magnum decorem impones super eum &c. Et xxix. Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi &c. & xxxvi. Reuela domino viam tuam, & ipse faciet & educet tanquam lumen &c.

Epicherema.

Epicherema, id est, conamẽ, ratio, approbatio, quæ fit quoties rẽ de qua agitur, per exemplum aliquid probare contendimus. Psalmo vicesimosexto: Dominus illuminatio mea &c. dum appropiant super me noc. &.

Epidiorthosis.

Epidiorthosis, id est, correctio, id est superioris rei cognitio, vt Psalmo lxi. Salus mea, refugium meum non mouebor amplius, vel multum, in quo significat se aliquando motum.

Epimone.

Epimone, id est, perseuerantia, assiduitas, quæ figura fit quando similia dicta crebra repetitione geminantur, vt Psalmo xij. Vsquequo domine obliuisceris me in seculum, vsquequo exaltabitur inimicus &c. Et xxviij. Afferte domino &c. Afferte domino gloriam &c.

Epanalepsis,

Epanalepsis.

Epanalepsis, id est, repetitio, figura quæ fit quãdo dictio in principio versus posita, iterum in fine versus repetitur, vt Psalmo lxxxij. Deus quis similis tibi? ne taceas, neq; compescaris Deus.

Ephiphonema.

Epiphonema, id est, acclamatio, figura est quæ post narratas res breuiter cum acclamatione prorumpit, post omnia desinens in exagerantissimam summitatem, vt postquam dixit Psalmo xxij. Dominus regit &c. in fine concludit, vt habitem in domo domini. Et xxx. In te domine speraui. Et in fine. Viriliter agite, & cõfortetur cor vestrũ. Et cxxxiiij. Laudate nomen domini &c. Et postea: Omnia quæcunque voluit fecit &c.

Epitrochasmos.

Epitrochasmos, id est supereffusio, figura quæ succincte ea quæ sunt effusius dicẽda p-stringit, vt Psalmo vicesimosecundo: Dominus regit me &c. in quo breuiter dixit quod in subsequentibus latius enumerauit. Et lxix. Deus in adiutorium meum &c. in quo versu quæ latius sentienda sunt, breuiter explicantur.

Epizeusis.

Epizeusis, id est, combinatio, vel coniugatio figura, quæ fit quoties in vno versu sermonem sine aliqua interpositiõe geminamus, vt psalmo cviij. Et tu domine domine fac mecum &c. & cxxxix. Domine domine virtus salutis meæ.

Erotema.

Erotema id est interrogatio, vt Psalmo secundo: Vt quid congregauerunt se gentes? Et ij. Domine quid multiplicati sunt &c.

Ethopeia.

Ethopeia figura, fit quoties introducimus aliquem ad loquendum, vt Psalmo octogesimo: In tribulatione inuocasti me &c.

Aetiologia.

Aetiologia, id est, causæ redditio, figura quæ fit quoties præmissæ rei decora subiungitur ratio, vt Psalmo xv. Propter hoc lætatum est cor meum &c. quoniã non derelinques animam meam in sepulchro &c. vel in inferno.

Exallage.

Exallage id est, permutatio, vt Psalmo secundo: Tunc loquetur ad eos &c. Deinde mutat personam: Ego autem constitui regem meum &c.

Exetasmos.

Exetasmos id est, exquisitio, quæstio, figura quum res plures diuisas cũ interogatione exquirentes singulis quæ conueniunt applicamus, vt Psalmo xxiij. Quis ascendet in montem domini &c. Innocens manibus &c. Et xiiij. Domine quis habitabit &c. Qui ambulat sine macula

Hypallage.

Hypallage, id est, submutatio, de qua superius dictum est in exallage.

Hyperbaton.

Hyperbaton, id est transgressio, transcensio, figura quæ fit cum suspensus verborum ordo, inferius explicatur, vt Psalmo xxxvi. Ne æmuleris in eo qui prosperatur in via sua &c. Et adhuc pusillum &c. Et filiæ Tyri &c.

Hyperbole.

Hyperbole, id est excessus, figura per quam solent aliqua in magnitudinem exaggerationis extendi, quum dictio excedens fidem ponitur augendi vel minuendi gratia, vt Psalmo sexto: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. Et cvi. Ascendunt vsq; ad cœlos, & descendunt vsq; ad abyssos.

Hyperthesis.

Hyperthesis, id est, superpositio, superlatio, figura est, quum aliquam rem opinione omnium noram, sententia nostra superare contendimus, vt Psalmo xvij. Et ascendit, & volauit, volauit super pennas ventorum. Et. l. Lauabis me, & super niuem dealbabor.

Cap. XXVIII

Hypozeusis.

Hypozeusis, id est, subconiunctio, figura quæ fit quando diuersa verba singulis aptis clausulis apponuntur, vt Psalmo primo: Beatus vir, qui non ambulauit in cõsilio impiorum & in via pec. non stetit, & in chathedra derisorum non sedit.

Hyrmos.

Hyrmos, conuenientia, vel vinculum figura est quando series orationis tenorem suum seruat vsq; ad vltimum, vbi nec persona alia nec causa mutatur, vt Psalmo liij. Deus in nomine tuo &c. & cxxxij. Ecce quàm bonum &c.

Homoeoteleuton.

Homoeoteleuton, id est, similiter finitum, similiter desinens, figura est quum plura verba in eandem vocem finiunt, vt Psalmo lxxxiij. Benedixisti domine ter. tu. Remisisti iniqui. ple. tu. operuisti o. pec. eo. Mitigasti &c.

Homoeosis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homoeosis. Homoeosis id est similitudo, tropus, siue figura est, quũ ex similitudine cogniti, deuenimus in cognitionem incogniti, siue per quam minus notę rei, ex similitudine eius, quę magis nota est demonstratio declaratur, vt Psalmo centesimo vicesimosecundo: Ecce sicut oculi seruorum &c. Et sicut oculi ancillæ &c.

Homoeoptoton. Homoeoptotõ, id est similium casuum, aut similiter cadens. Dicitur & Homoptoton, similium casuum figura, quum in similes sonos diuersa exeunt verba, vt Psalmo nonagesimoseptimo: Cantate, exultate, & psallite.

Ironia. Ironia, id est, irrisio, simulatio illusio, id est figura quum aliquid per contrarium dicitur, & illusionem, vt Psalmo xxi. Sperauit in domino, eripiat eum &c.

Ison. Ison, id est, æquale, figura quando res aliquę paritate similes adhibita laude, vel detractione iunguntur, vt Psalmo lxxxxi. Iustus vt palma florebit &c.

Leptologia. Leptologia, id est, subtilis locutio, quando res singulæ minutatim, & subtiliter indicantur, vt Psalmo li. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba &c.

Metabole. Metabole, id est, mutatio, id est iteratio vnius rei sub varietate verborum, vt Psalmo quinto: Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Intẽde voci &c. Quod totum ad vnam respicit petitionẽ. Acsi dicat: Exaudi orationem meam. Et lxviij Non me demergat &c.

Metaphora Metaphora, id est, translatio, quum mutatur nomen, aut verbum ex eo loco, vbi proprium est in eum in quo, aut proprium deest, aut translatum proprio melius, vt Psalmo xxxi. Veruntamẽ in diluuio aquarum multarum, ad eum non appropinquabunt &c. Et cxxxxvi. Qui alligat contritiões eorum &c. Metaphora ab artificibus medẽdi. Et Psalmo secundo. Quum exarserit &c.

Metastasis. Metastasis, id est transmutatio, translatio, dum culpam nostram in alium transferre conamur, vt Psalmo cxl. Non declines cor meum in verba ma. ad excu. in pecca.

Metonimia Metonymia, id est, transnominatio, quæ fit quoties intellectũ rei diuersis modis verbis alienis, ac trãslatitijs indicamus, vt Psalmo secũdo: Qui habitat in cœlis irridebit eos &c. Et Gen. decimo nono: Nunc cognoui, id est, cognoscere feci te quod timeas dominum. Est etiam metonymia quando per id quod continet, hoc quod continetur edicit, vt Psalmo quadragesimo sexto: Et vocauit terram, id est, homines terræ. Et sexagesimoquinto: Iubilate Deo omnis terra. & ciij. Lætata est Aegyptus & c.

Metriasmos. Metriasmos, id est, mediocritas, quæ fit quoties rem magnam mediocri relatione proferimus, vt Psalmo xxx. Factus sum tanquam vas perditum. & xxxiiij. Ego autem quum mihi molesti essent, induebam me cilicio. Humiliabam &c. & lxvij. Ego sum pauper, & dolens.

Parabola. Parabola, id est, comparatio, id est, rerum dissimilium comparatio, vt Psalmo primo: Et erit sicut arbor plantata &c. Et decimosexto: Sub vmbra alarum tuarum.

Cap. XXIX.

Paradigma. PAradigma, id est, exemplum, id est, narratio per exemplum hortans aliquem, aut deterrens, hortãs, vt beatus vir &c. Psalmo primo: Et erit sicut arbor &c. Deterrens, vt. Non sic impij, sed tanquam &c. Et xxxiij. Vultus autem dñi super facientes mala.

Paradoxa. Paradoxa, id est, inopinabilia, præter opinionem exitus inopinatus, quum aliud proponitur, aliud explicatur, vt psalmo xvij. Deus meus impolluta via eius. Aggressus dicere quid exoratiuum, subiunxit ei exitum inopinatum. Impolluta via eius. Et octogesimotertio: Domine deus virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Paranomasia. Paranomasia, id est, agnominatio, vel denominatio, vt Psalmo cxxxxiiij. Miserator, & misericors dominus. & cxviij. Bonus es tu.

Paraprosdocia. Paraprosdocia, id est, præter expectationem, idem quod paradoxa.

Parenthesis. Parenthesis, id est, insertio, interpositio, figura quoties remota de medio sententia, integer sermo perdurat, vt Psalmo decimo sexto: Vt nõ loquatur os meum opera hominũ (propter verba labiorum tuorum) ego custodiui vias duras, quanquam & aliter potest ordinari verborum series.

Parison,

Parison. Parison id est æquale, quando duæ res ediuerso ponuntur, sed vna magis eligitur, vt Psalmo lxxxiij. Melior est dies vna &c. Et Elegi abiectus esse &c.

Parœmia. Parœmia, id est, prouerbium, quod multorum ore frequentatur, vt. Omnis homo mẽdax, Psalmo. cxv. Et durum est tibi contra stimulum calcitrare, Actuum ix.

Peusis. Peusis, id ẽ, interrogatio, vbi interrogatio fit, & responsio subsequitur. vt Psalmo. iiij. Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen &c.

Pleonasmos. Pleonasmos, id est, superabundantia, ut. Psalmo lxxiij. incẽderunt igni sanctuariũ tuũ. &. cxli. Voce mea ad dominum clamaui.

Procatalepsis. Procatalepsis, id est, præoccupatio, dicitur & prolepsis, vt Psal. quinquagesimo: Quoniam iniquitatem meam ego agnosco &c. Quasi enim in venturo iudicio constitutus, delictorum suorum aspectu terrimos pertimescit.

Prophonesis. Prophonesis, id est, exclamatio, quæ fit quoties inter alia quæ loquimur ad Deum subitó, vel ad quempiã verba cõuertimus, vt Psalmo quinquagesimoquarto: Veniat mors super illos &c. Ego autem ad Deum clamaui.

Prosopopeia. Prosopopeia, personæ factiua: Prosopon est persona, & poiẽo facio, figura est, quum persona aliqua fingitur, vt cum inanimatum loquitur ad animatum, vel contra. vt Psalmo nonagesimosecundo: Eleuauerunt flumina vocem suam &c.

Somatopeia. Somatopeia, id est, corporis factiua, id est, attributio. figura quãdo rebus incorporeis, corpora tribuuntur, vt Psalmo octogesimoquarto: Iustitia & pax osculatæ sunt: Misericordia & veritas, obuiauerunt sibi.

Syllepsis. Syllepsis id est, cõceptio, cõprehensio, quæ fit quum pluralis dictio singulari verbo cõiungit, vt Psalmo primo, Quod plantatum ẽ secus riuulos aquarũ, id est, vnum è riuulis.

Synathrismos. Synathrismos id est, congeries, congregatio, figura quando plurimæ res in vnum aut plurima crimina colliguntur, vt Psalmo xi. Saluum fac me domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates &c. Et Psalmo xxij. Dominus regit me &c.

Synchrisis. Synchrisis comparatio, dum comparatione quadam iustiorem causam nostram, quam aduersarij demonstramus, vt Psalmo xix Hi in curribus, & hi in equis, nos autẽ in nomine domini &c. & xxv. In quorum manibus iniqtates sunt &c. Ego autẽ in innocẽtia mea &c.

Synchoresis. Synchoresis, id est, concessio quotiens aliqua importune desiderantibus cõceduntur, quę ad vtilitatem illorum pertinere non possunt, vt Psalmo lxxvij, Et manducauerunt, & saturati sunt, & desiderium eorum attulit eis &c.

Syndicasmos. Syndicasmos collatio, quando, sibi, aut personæ, aut causæ siue ex contrario, siue ex simili cõparantur, vt Psalmo xi. Eloquia dñi eloquia casta &c. Et .li. Pręualuit in vanitate sua, ego autem sicut oliua fructifera &c.

Synecdoche Synecdoche figura cum a parte totum, vel à toto pars intelligit, vt Exo. primo: Oẽs animæ quæ egressæ sunt &c.

Tapinosis. Tapinosis, id est, humiliatio, quæ fit quoties magnitudo mirabilis, rebus humilimis cõparatur, vt Psalmo xxi. Ego autem sum vermis, & non homo &c.

Tautologia. Tautologia, id est, eiusdem sermonis iteratio, vt. Benedicendo benedicam. Multiplicãdo multiplicabo semen tuum &c. Frequentissima est sacris in literis, & augendi gratia fit.

Regulæ Ticonij, quibus clausa multa patefiunt in scripturis. Cap. XXX.

TIconius quidam (vt Augustinus ait libro de doctrina Christiana iij cap. xxx. vsq; in finẽ libri fecit librum, quem regularum vocauit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperirentur occulta.

Prima est de domino, & eius corpore, in qua scientes aliquando capitis & corporis, id est, Christi & Ecclesię vnam personam nobis intimari. neque enim frustra dictum est fidelibus: Ergo Abrahæ semen estis, quum sit vnum semen Abrahæ, quod est Christus, non hæsitemus, quando à capite ad corpus, vel à corpore transitur ad caput: & tamen non recedit ab vna, eademq; persona. Vna enim persona loquitur, dicens: Sicut sponso imposuit mihi mitram & sicut sponsam ornauit me ornamento, & tamen quid horum duorum capiti, quid corpori (id est, quid Christo, quid ecclesię cõueniat) vtique intelligendum est.

Gal. 3.

Isa. 61.

Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda est de domini corpore bipartito, quod quidem non ita debuit appellare. Non enim reuera domini corpus est, quod cum illo non erit in æternum. Sed dicendum fuit de domini corpore vero, atque permixto, aut vero, atque simulato, vel quid aliud, quia non solum in æternum, verum etiam nunc hypocritæ non cum illo esse dicendi sunt, quamuis in eius esse videantur ecclesia. Vnde poterat ista regula & sic appellari, vt dicere tur de permixta ecclesia. Quæ regula lectorem vigilantem requirit, quando scriptura, quum ad alios iam loquatur tanquam ad eosipsos, ad quos loquebatur, videtur loqui, vel de ipsis, quum de alijs iam loquatur, tanquam vnum fit vtrorunq; corpus propter tem-
Cantic.1. poralem commixtionem, & communionem sacramentorum. Ad hoc in Canticis Canti corum Fusca sum, & speciosa, vt tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis. Non enim ait, Fusca fui, ut tabernacula Cedar, & speciosa sum vt pelles Salomonis, sed vtrumq; se esse dixit propter temporalem vnitatem intra vna retia piscium bonorum, & malorum. Ta bernacula enim Cedar ad Hismaelem pertinent, qui non erit hæres cum filio liberæ. Ita que quum de bona parte Deus dicat Ducam eæ cos in viam, quam non nouerunt, & semi tas quas non nouerunt, calcabunt: & faciam illis tenebras in lucem, & praua in directum:
Esaia.42. hæc verba faciam, & non derelinquam eos. Mox de alia parte quæ male permixta est dicit: Ipsi autē conuersi sunt retrorsum, quamuis alij iam significentur his verbis. Sed quoniam nunc in vno sunt tanquam de ipsis loquitur, de quibus loquebatur: non tamē sem-
Matt.24.d per in vno erunt. Ipse est quippe ille seruus commemoratus in Euangelio, cuius, quū do minus venerit, diuidet eum, & partem eius cum hypocrytis ponet.

Tertia regula est de promissis, & lege, quæ alio modo dici potest de spiritu, & litera, si cut nos eā appellauimus, quum de hac re librum scriberemus. Potest etiam sic dici, de gra tia, & mandato. Hæc autem magis mihi videtur magna quæstio, quam regula, quæ soluē dis quæstionibus adhibenda est. Hæc autem est quam non intelligentes Pelagiani, vel cō diderunt suam hæresim, vel auxerunt. Laborauit in ea dissoluenda Ticonius bene, sed nō
ipse a deo esse. plenē. Disputans enim de fide, & operibus opera nobis dixit a Deo dari merito fidei: ip-
Ephe.6. sam vero fidem sic esse a nobis vt nobis non sit a Deo. Necattendit Apostolum dicentem Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo patre & domino nostro Iesu Christo. Sed non erat expertus hanc hæresim, quæ nostro tempore exorta multum nos, vt gratiā Dei, quæ per dominum nostrum Iesum Christum est aduersus eam defenderemus, exercuit, & secū
1.Cor.11. dum id quod ait Apostolus, Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiāt in vobis mul to vigilantiores, diligentioresq; reddidit, vt aduerteremus in scripturis sanctis, quod istū Ticonium minus attentū minusq; sine hoste solicitum fugit, etiam ipsam scilicet fidem donum illius esse, qui eius mensuram vnicuiq; partitur. Ex qua sententia quibusdam dictū est, Vobis donatum est pro Christo, nō solum vt in eum credatis: verumetiam vt pro eo
Rom.5.12.a Philip.1.d. patiamini. Vnde quis dubitet vtrunque esse Dei donum, qui fideliter atq; intelligenter au dit vtrunq; donatum? Plura sunt & alia testimonia, quibus id ostenditur, sed hoc nunc nō agimus: alibi autem, atq; alibi sæpissime ista egimus.

Cap. XXXI.

QVarta vero Ticonij regula est de specie & genere. Sic enim eam vocat, volens intel ligi speciem partem, genus autē totum, cuius ea pars est quam nūcupat speciem, sicut vnaquæq; ciuitas pars est vtique vniuersitatis gentium: hanc ille vocat speciem, genus au tem omnes gentes. Neq; hic ea discernendi subtilitas adhibenda est, quæ à dialecticis tra ditur, qui inter partem & speciem quid interfit, acutissime disputant. Eadem vero ratio est, si non de vnaquaq; ciuitate, sed de vnaquaq; prouincia, vel gente, vel regno tale ali quid in diuinis reperiatur eloquijs. Non solum enim, verbi gratia, de Hierusalem, vel de alijs gentium ciuitate, siue Tyro, siue Babylonia, siue alia qualibet dicitur aliquid in scri pturis sanctis quod modum eius excedat & conueniat potius omnibus gentibus, verum etiam de Iudæa, de Aegypto, de Assyria, & quacunque alia gente, in qua sunt plurimæ ci uitates, non tamen totus orbis, sed pars eius, dicitur quod transeat eius modum & cōgru at potius vniuerso, cuius hęc pars est, vel sicut iste appellat generi, cuius hæc species est. Vnde & innotitiā vulgi verba ista venerunt vt etiam idiotæ intelligant, quid specialiter, quid generaliter in quocunq; præcepto imperiali sit constitutum. Fit hoc etiam de homi nibus, sicut ea quæ de Salomone dicuntur excedunt eius modum, & potius ad Christum, vel ecclesiam, cuius ille par est relata clarescunt. Nec species semper exceditur, sæpe enim talia dicuntur, quæ vel ei quoque, vel ei fortasse tantummodo apertissimé congruant.

Sed quū

Sed quum a specie transitur ad genus, quasi adhuc de specie loquente scriptura, ibi vigila re debet lectoris intentio, ne quærat in specie quod in genere potest melius & certius in uenire. Facile quippe est illud q̄d ait propheta Ezechiel, Domus Israel habitauit in terra et
Ezech.36. polluerunt eā in via sua, & in idolis suis, & peccatis suis scdm immundiciā menstruatę facta est via eorū ante faciē meā, & effudi iram meā super eos, & dispersi illos inter nationes, & vētilaui eos in regiones, scdm vias eorū, & scdm pcta eorū iudicaui eos. Facile est (inquā) hoc intelligere de illa domo Israel, de qua dicit Apostolus: Videte Israel secundum car-
1.Cor.10. nem, quia hęc omnia carnalis populus Israel, & fecit, & passus est. Alia etiam quæ sequū tur eidem intelliguntur populo conuenire. Sed quum cœperit dicere, Et sanctificabo no
Ezech.36. men meum sanctum, illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluistis in medio earum, & scient gentes, quia ego dominus, iam intentus debet esse qui legit, quē admodum species excedatur, & adiungatur genus. Sequitur enim, & dicit: Et dum sancti ficabor in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram, & aspergam vos aqua munda, & mū dabimini ab omnibus simulachris vestris, & mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in vos, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum dabo in vos, & faciam vt in iustitijs meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis, & habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum, & mundabo vos ex omnibus immūdicijs vestris. Hoc de nouo testamento esse prophetatum, ad quod pertinet non solum vna gens illa in reliquijs suis, de quibus alibi scriptum est: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena
Esaiæ.10. maris, reliquiæ saluæ fient: verum etiam cœteræ gentes quæ promissæ sunt patribus eo rum, qui etiam nostri sunt, non ambigit quisquis intuetur, & lauacrum regenerationis hinc esse promissum, quod nunc videmus omnibus gentibus redditum. Et illud quod ait
1.Cor.3. Apostolus, quum noui testamenti gratiam commendaret, vt in cōparatione veteris emi neret, Epistola nostra vos estis scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: hinc esse respicit, & perspicit dictum vbi iste pro pheta dicit, Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in vos, & auferam cor la pideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Cor quippe carneum. Vnde ait Apo
Ezech.11. & 36. stolus, Tabulis cordis carnalibus, a corde lapideo voluit vitam sentientem discerni. & per vitam sentientem, significauit intelligentem. Sic fit Israel spiritualis, nō vnius gentis, sed omnium quæ promissæ sunt patribus eorum in semine, quod est Christus. Hic ergo Israel
Gal.3.c. spiritualis ab illo Israel carnali, qui est vnius gentis, nouitate gratię, non nobilitate patrię, & mente, non gente distinguitur. Sed altitudo prophetica, dum de illo, vel ad illum loqui tur, latenter transit ad hunc, & quum iam de isto, vel ad istum loquatur, adhuc de illo, vel ad illum loqui videtur, non intellectum scripturarum nobis quasi hostiliter inuidens, sed exercens medicinaliter cor nostrum. Vnde & illud quod ait, Et inducam vos in terram
Ezech.36. vestram, & paulopost tanquam idipsum repetens, Et habitabitis (inquit) in terra, quam dedi patribus vestris, non carnaliter, sicut carnalis Israel: sed spiritualiter, sicut spiritualis Israel debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula, & ruga ex omnibus gentibus cōgre gata, atque in æternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra viuentium, ipsa est intelligenda patribus data, quando eis certa, & immutabili dei voluntate promissa est, quoniam ipsa promissionis, vel prædestinationis firmitate iam data est, quę danda suo
1.Tim.1.d. tempore a patribus credita est, sicut de ipsa gratia, quę sanctis datur scribens ad Timothe um Apostolus, ait: Non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gra tiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata autem nūc per ad
Apocal.21.d uentum saluatoris nostri. Datam dixit gratiam, quando nec erant adhuc quibus daretur, quoniam in dispositione, ac prædestinatione Dei iam factum erat, quod suo tempore futu rum erat, quo esse dicit manifestatam. Quamuis hæc possint intelligi & de terra futuri sæ culi, quando erit cœlum nouū, & terra noua, in qua iniusti habitare non poterunt. Et ideo recte dicitur pijs, quod ipsa sit terra eorum, quæ vlla ex parte non erit impiorum, quia & ipsa similiter data est, quando danda firmata est.

Cap. XXXII.

QVintā Ticonius regulā ponit, q̄ de temporibus appellat, qua regula plerunq; inue niri, vel conijci possit latēs in scripturis sanctis quantitas tēporū. Duobus aurē mo
Synecdoche. dis vigere dicit hanc regulā, aut tropo Synecdoche, aut legitimis numeris. Tropus Synec-

c doche,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.9. doche, aut a parte totum, aut a toto partē facit intelligi, sicut vnus euangelista post dies octo
Matth 17. Marc 9. factum dicit quod alius post dies sex, quando in monte discipulis tantum tribus præsenti
bus, facies domini vt sol resplenduit, & vestimenta eius sicut nix. Vtrunq; enim verū esse
non posset quod de numero dierum dictum est, nisi ille qui dixit, post dies octo, intelliga
Mat. 12. c. tur partem nouissimam diei ex quo id Christus prædixit futurū, & partē primā diei, quo
id ostendit impletū, pro totis diebus duobus, atq; integris posuisse: Is vero qui dixit, post
dies sex, integros omnes & totos, sed solos medios computasse. Hoc modo locutionis,
quo significatur, à parte totum, etiam illa de resurrectione Christi soluitur quæstio. Pars
enim nouissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est, adiuncta etiā nocte
præterita, & nox in cuius parte vltima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adiuncto scili-
cet die illucescente dominico, non possunt esse tres dies, & tres noctes, quibus se in corde
Septenari us numer⁹ pro toto tempore. Psal 118. terræ prædixit futurū. Legitimos autē numeros dicit, quos eminētius diuina scriptura cō
mendat, sicut septenariū, vel denariū, vel duodenariū, & quicūq; alij sint quos legēdo stu-
diosi libenter agnoscūt. Plerūq; enim huiusmodi numeri pro vniuerso tēpore ponūtur, sicut,
Septies in die laudem dixi tibi, nihil est aliud q̄, Semper laus eius in ore meo. Tantundem
valent, & quum multiplicantur siue per denariū sicut septuaginta, & septingēti, vnde pos
sunt & septuaginta anni Hieremię pro vniuerso tempore spiritualiter accipi, quo est apud
alienos ecclesia siue per seipsos sicut decem per decem centum sunt, & duodecim, per duo
decim cētum quadraginta quatuor, quo numero significatur vniuersitas sanctorū in Apo
Apoc. 7. 2 calypsi. Vnde apparet non solas temporum quæstiones istis numeris esse soluendas, sed la
tius patere significationes eorū & in multa proserpere. Neq; enim numerus iste in Apo-
calipsi ad tempora pertinet sed ad homines. Sextam regulam Ticonius recapitulatiōem
vocat, in obscuritate scripturarū satis vigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quædā qua
si sequantur in ordine temporis, vel rerum continuatione narrentur, quum ad priora, quæ
prætermissa fuerant, latenter narratio reuocetur. Quod nisi ex hac regula intelligatur, er
Gene. 3. ratur. Sicut in Genesi: Et plantauit (inquit) dominus Deus paradisum in Eden ad oriētē,
& posuit ibi hominem quem formauit & produxit Deus adhuc de terra omne lignum spe
ciosum & bonum in escam. Ita videtur dictum, tanquam id factum sit posteaquam factum
posuit deus hominem in paradisum quum breuiter vtroque commemorato, id est, quod
plantauit Deus paradisum, & posuit ibi hominem quem formauit, recapitulando redeat,
& dicat quod prætermiserat quomodo scilicet paradisus fuerit plantatus, quia produxit
Deus adhuc de terra omne lignum speciosum & bonum in escam. Deniq; secutus adiūxit,
Et lignū vitæ in medio paradisi, & lignū scientiæ boni & mali. Deinde flumē, q̄ paradisus ir
rigaret, diuisum in quatuor principia fluuiorū quatuor explicat, ep totū pertinet ad institu
tionem paradisi. Quod vbi terminauit, repetiuit illud quod iam dixerat, & reuera hoc se
quebatur, atque ait: Et sumpsit Deus hominem quem fecit, & posuit eū in paradiso &c.
Post ista enim facta, ibi est positus homo sicut nunc ordo ipse demonstrat, non post homi
nem ibi positum facta sunt ista, sicut prius dictum putari potest nisi recapitulatio illic vigi
lanter intelligatur, qua reditum est ad ea, quæ fuerant prætermissa. Itemq; in eodem libro
Gene. 10. quum commemorarentur generationes filiorum Noe, dictum est, Hi filij Cham in tribu
bus suis secundum linguas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Enumeratis, quoque
Gene. 11. filijs Sem, sequitur, Hi filij Sem in tribubus suis secundum linguas suas in regionibus suis,
& in gentibus suis. Et annectitur de omnibus. Hæ tribus filiorum Noe secundum genera-
tiones eorum & secundum gentes eorum: Ab his dispersæ sunt insulæ gentium super ter
ram post diluuium & erat omnis terra labium vnum. Hoc itaque quod adiunctum est, Et
erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus, id est, vna lingua omnium ita dictum
videtur, tanquam eo iam tempore quo dispersi fuerant super terram etiam secundum insu
las gentium vna fuerit omnibus lingua communis. Quod procul dubio repugnat superiori
bus verbis, vbi dictum est, In tribubus suis, secundum linguas suas. Neque enim dicerentur
habuisse iam linguas suas singulæ tribus, quæ gentes singulas fecerant, quando erat omni-
bus vna communis, ac per hoc recapitulando adiunctum est. Et erat omnis terra labium
vnum, & vox vna omnibus, latenter narratione redeunte, vt diceretur quomodo factum
sit, vt ex vna omnium lingua fuerint diuisi per multas. Et continuo de illa turris ædificatio
ne narratur, vbi hæc eis iudicio diuino ingesta est pœna superbiæ, post quod factum dispers
Luc. 17. si sunt super terram secundum linguas suas. Fit ista recapitulatio etiam obscurius, sicut in
Euangelio dicit dominus: Dei quo exijt Lot à Sodomis, Pluit ignem de cœlo, & p didit

omnes, secundum hæc erit dies filij hominis, quo reuelabitur. Illa hora qui erit in tecto,
& vasa eius in domo, non descendat tollere illa. Et qui in agro similiter non reuertatur
retro, meminerit vxoris Loth. Nunquid quum dominus fuerit reuelatus, tunc sunt ista
seruanda, ne quis q̄ retro respiciat, id est, vitam præteritam (cui renunciauit) inquirat, & nō
potius isto tempore, vt quum dominus fuerit reuelatus, retributionem pro eis, quæ quis
q̄ seruauit, vel cōtempsit inueniat? Et tamē quia dictum est In illa hora, tunc putantur ista
seruanda, quum fuerit dominus reuelatus, nisi ad intelligendam recapitulationem sensus
legentis inuigilet adiuuante alia scriptura, quæ ipsorum Apostolorum adhuc tempore cla-
mauit, Filij, nouissima hora est. Tempus ergo ipsum, quo Euangelium prædicatur, quousq; 1. Iohan 2.
dominus reueletur, hora est in qua oportet ista seruari, quia & ipsa reuelatio domini ad eam
dem horam pertinet, quæ die iudicij terminabitur.

Cap. XXXIII.

SEptima Ticonij regula est, eademq; postrema, de diabolo & eius corpore. Est enim &
ipse caput impiorum, qui sunt eius quodammodo corpus, ituri cum illo in supplicium
æterni ignis, sicut Christus caput est ecclesiæ, quæ est corpus eius futurum cum illo in reg
no, & gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula, quam vocat de domino, & eius cor
pore, vigilādum est, vt intelligatur, quum de vna, eademq; persona scriptura loquitur, qd
conueniat capiti, quid corpori: sic & in ista nouissima aliquando in diabolum dicitur, quod
non in ipso, sed potius in eius corpore posset agnosci, quod habet nō solum in eis, qui ma
nifestissime foris sunt, sed in eis etiam, qui quum ad ipsum pertineant: tamen ad tempus mi
scentur ecclesiæ, donec vnusquisque de hac vita exeat, vel a frumento palea ventilabro vl- Esaiæ. 14.
timo separetur. Quod enim scriptum est apud Esaiam, Quomodo cecidit de cœlo lucifer
mane oriens &c. quæ sub figura regis Babiloniæ de eadem persona, vel ad eandem personā
dicta sunt in ipsa contextione sermonis, de diabolo vtique intelliguntur, & tamē quod ibi
dictum est, Contritus est in terra, qui mittit ad omnes gentes, non totum ipsi capiti con-
gruit. Nam & si mittit ad omnes gentes diabolus angelos suos, tamen in terra corpus eius,
non ipse conteritur, nisi quia ipse est in corpore suo, quod contritum sit vt puluis, quē proij
cit ventus a facie terræ. Hæ autem omnes regulæ, excepta vna, quæ vocatur de promissis, & Tropus.
lege aliud ex alio faciunt intelligi, quod est proprium tropicæ locutionis, quæ latius pater,
quam vt possit (vt mihi videtur) ab aliquo vniuersa comprehendi. Nam vbicunq; velut ali
ud dicitur, vt aliud intelligatur & si nomen ipsius tropi in loquendi arte non inuenitur, tro
pica locutio est. Quæ quum fit, vbi fieri solet, sine labore sequitur intellectus: quum vero v
bi nō solet, laboratur, vt intelligatur, ab alijs magis, ab alijs minus, sicut magis, minusve do
na Dei sunt in ingenijs hominū, vel adiutoria tribuūtur. Proinde sicut in verbis propris,
de quibus superius disputauimus, vbi res, vt dicuntur intelligendæ sunt: Sic in trāslatis, qg
faciunt tropicas locutiones vbi aliud ex alio intelligendum est, de quibus hucusq; quantū
visum est satis egimus, non solum admonendi sunt studiosi venerabilū literarum, vt in scri-
pturis sanctis genera locutionum sciant & quomodo apud eas aliquid dici soleat, vigilanter
aduertant, memoriterq; retineant: verum etiam quod est præcipuum & maxime necessari-
um orent, vt intelligant. In eis quippe literis, quarum studiosi sunt legunt. Quoniam domi Prouer. 2. 2
nus dat sapientiam, & à facie eius scientia, & intellectus, a quo & ipsum studiū (si pietate præ
ditum est) acceperunt. Sed hæc satis etiam de signis, quantum ad verba pertinent dicta sint.

De filio Dei & filio hominis. Cap. XXXIIII.

ESt & altera regula de filio Dei, & filio hominis, quam diuus Augustinus ponit libro de
trinitate primo, cap. xi. & xij. quapropter (inqt) cognita ista regula intelligendarū scri
pturarum de filio Dei, vt distinguamus quid in eis sonet secundum formam dei in qua æqua
lis est patri, & quid secundum formam serui, quam accepit, in qua minor est patre non cōtur
babitur tanquam contrarijs, ac repugnantibus inter se sanctorum sententijs. Nam secūdum
formam dei æqualis est patri & filius, & spiritus sanctus, quia neuter eorum creatura est, sicut
iam ostendimus. Secundū autem formam serui minor est patre, quia ipse dixit: Pater maior
me est. Minor est seipso, quia de illo dictum est, Semetipsum exinaniuit formam serui accipi
ens. Minor est spiritu sancto, quia ipse ait: Qui dixerit blasphemiam in filium hominis, remit Iohan 1.4.
tetur ei: qui autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei: Et in ipso virtutes opera Philip. 2.
tus est, dicens: Si ego in spiritu Dei eijcio demonia, certe superuenit super vos regnum dei. Matt. 12.c.
Et apud Esaiam dicit, quam lectionē ipse in synagoga recitauit & de se completam sine scru- Matt. 9.b.
pulo dubitationis ostendit: Spiritus (inquit) domini super me, propter quod vnxit me euan- Esa. 61.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem &c. Ad quæ faciendo ideo dicit se missum, quia spiritus domini est super eum. Secundum formam Dei omnia per ipsum
Iohan. 1. a. Gal. 4. a. facta sunt & sine ipso factum est nihil: secundum formam serui ipse factus est ex muliere, fa
Iohan. 10. f Iohan. 5. c. ctus sub lege. Secundum formam Dei, Ipse, & pater vnum sunt. Secundum formam serui,
Iohan. 5. d. Non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui eum misit. Secundum formam
Mat. 26. d. Dei, Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secũ
Ilic. 1. 10. 5. d. dum formam serui, Tristis est anima eius vsque ad mortem. &, Pater (inquit) si fieri potest,
Philip 2. b. transeat à me calix iste. Secundum formam Dei, Ipse est verus deus & vita æterna. Secun
Iohã. 17. b. dum formam serui, Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Se
Iohan. 7. b Mat 24. b cundum formam Dei, Omnia quæ habet pater, ipsius sunt, & omnia tua mea sunt (inquit) & mea tua: secundum formam serui, Non est doctrina ipsius, sed illius qui eum misit. Et, De die, & hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater. Hoc enim nescit quod nesciẽtes facit, id est, quod nõ ita sciebat, vt tũc discipulis indicaret, sicut dictum est
Gene. 22. ad Abraham: Nũc cognoui quod timeas Deum, id est, nunc feci vt cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione probatus innotuit. Nam vtique & illud dicturus erat discipulis tem
Iohan. 15. b pore opportuno, de quo futuro tanquam præterito loquens ait: Iam non dicam vos seruos, sed amicos, seruus enim nescit voluntatem domini sui. Vos autem dixi amicos, quia om
Iohan. 16. 1. Cor. 2. a. nia quæcunq; audiui a patre meo nota feci vobis, quod nondum fecerat, sed quia certo facturus erat, quasi iam fecisset, locutus est. Ipsis enim ait: Multa vobis habeo dicere, sed non
2. Cor. 3. a. potestis illa portare modo. Inter quæ intelligitur & de die & hora. Nam & Apostolus: Ne q; enim iudicaui me (inquit) scire aliquid inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Eis enim loquebatur, qui capere altiora de Christi deitate nõ poterant. Quibus etiam pau
lo post dicit: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire non poterant. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos p illum scire oportebat. Deniq; sciebat inter perfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quip
1. Cor. 2. b pe. it, Sapientiam loquimur inter perfectos. Eo nanq; genere locutionis nescire quisq; dicitur quod occultat, quo dicitur fossa cæca quæ occulta est. Neq; enim aliquo genere loquun
Prouer. 8. Psal. 109. Prouer. 8. tur scripturæ, quod in consuetudine humana non inueniatur, quia vtique hominibus loquũ
Iohan. 14. Col. 1. c. tur. Secũdum formam Dei dictum est: Ante omnes colles genuit me id est, ante omnes altitudines creaturarum. Et, Ante luciferum genui te, id est, ante omnia tempora, & temporalia. Scdm aũt formã serui dictũ est: Dñs creauit me in principio viarũ suarũ, q scdm formã dei di
Iohan. 8. xit: Ego sum veritas. Et scdm formam serui, Ego sum via. Quia eñ ipse est primogenitus à mortuis, iter fecit Ecclesiæ suæ ad regnũ Dei ad vitã æternã, cui caput est ad immortalitatẽ etiã corporis, ideo creatus est in principio viarum Dei in opera eius. Scdm formã enim Dei
Gene. 1. a. principium est, quod & loquitur nobis, in quo principio fecit Deus cœlum & terram. Secũ
Psalm. 18. dum autem formam serui, Sponsus procedens de thalamo suo. Secundum formam dei, Pri
Col. 1. b. Col. 1. c. mogenitus omnis creaturæ & ipse ante omnes est, & omnia in illo constant. Secundum for
Epli. 5. c. mam serui, Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Secundum formam dei, Dominus
1. Cor. 2. c. de glorię. Vn
Roman. 8. de manifestũ est quod ipse glorificet sanctos suos. Quos enim præ destinauit, hos & vocauit:
Roman. 3. d. & quos vocauit: ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. De illo quippe dictum quod iustificet impium, de illo dictum est, quod sit iustus, & iustificans. Si ergo quos iustificauit, ipsos & glorificauit, qui iustificat, ipse & glorificat, qui est (vt dixi) dominus gloriæ. Secundum formam tamen serui satagentibus discipulis de glori
Matth. 20. Iohan. 10. f ficatione sua, respondit. Sedere ad dexteram, vel ad sinistram meam, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso filio paratum est: quia ipse, & pater vnum sunt. Iam enim ostendimus in hac trinitate p multos diuinarum locutionum modos, etiam de singulis dici quod omnium est, propter
Iohan. 16. Iodã. 14. d. inseparabilem operationem eius, eiusdemq; substantiæ, sicut & de spiritu sancto dicit: Quũ ego iero, mittam eum ad vos. Non dixit. Mittemus: sed ita quasi tãtum filius eum missurus esset, & non pater: quum alio loco dicat. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Aduocatus autem ille spiritus scilicet, quem mittet pater in nomine meo, ille vobis declarabit omnia. Hic rursus ita dictum est, quasi non eum missurus esset & filius, sed tantum pater. Sicut er
Matth. 20. go ista ita & illud quod ait. Sed quibus paratum est a patre meo, cum patre se intelligi voluit parare sedes glorię quibus vellet. Sed dicit aliquis: Illic quum de spiritu sancto loqueretur, ita se missurum ait, vt non negaret patrem missurũ, & alio loco ita patrẽ, vt non negaret se missu-

rum: hic vero aperte ait, Non est meum dare vobis, atq; ita secutus, a patre dixit ista præparata. Sed hoc est quod præstrinximus secundum formam serui dictũ, vt ita intelligeremus, Non est meum dare, acsi diceretur, Non est humanę potestatis hoc dare, vt per illud intelligatur hoc dare, per quod Deus & ęqualis est patri. Non est (inquit) meum dare, id est, nõ Iohan. 16.
humana potestate ista do, sed quibus paratum est a patre meo. Sed iam tu intellige, quia si omnia quæ habet pater mea sunt, & hoc vtiq; meum est, & cum patre ista parauí.

Quædam esse in diuinis eloquijs ita posita, vt ambiguum sit ad quam potius regulam referantur. Cap. XXXV.

SVnt autem (vt idem Augustinus scribit libro de trinitate ij. cap. i. & ij.) quædam in diuinis eloquijs ita posita, vt ambiguum sit ad quam potius regulam referantur, vtrum ad eam, qua intelligimus minorem filium in assumpta creatura, an ad eam, qua intelligimus, non quidem minorem esse filium, sed ęqualem patri: tamẽ ab illo hunc esse Deum de Deo, lumen de lumine. Filium quippe dicimus Deum de Deo, patrem autem Deum tantum, nõ de Deo. Vnde manifestum est quod filius habeat alium de quo sit, & cui filius sit: pater autem non filium de quo sit, habeat, sed tantũ cui pater sit. Omnis enim filius de patre est, quod est, & patri filius est. Nullus autem pater de filio est quod est sed filio pater est. Quædam enim ita ponũtur in scripturis de patre, & filio, vt indicent vnitatem, æqualitatemq; substantiæ sicuti est: Ego, & pater vnum sumus. Et, Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, & quæcunq; talia sunt. Quædam vero ita vt minorem ostendant filium propter formam serui, id est, propter assumptam creaturam mutabilis, humanę q; substantię, sicuti est quod ait. Quoniam pater maior me est. Et, Pater non iudicat quenq; sed omne iudicium dedit filio. Nam paulo post consequenter ait, Et potestatem dedit ei iudicium facere, quoniã filius hominis est. Quædam porro ita, vt nec minor, nec æqualis ostẽdatur, sed tantum quod de patre sit intimentur, vt est illud. Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, Et illud, Neq; enim potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quod si propterea dictum acceperimus, qa in forma accepta ex creatura, minor est filius, consequens erit, vt prior pater super aquas ambulauerit, aut alicuius alterius cæci nati de sputo, & luto oculos aperuerit, & cætera, quæ filius in carne apparens inter homines fecit, vt posset ea facere, quæ dixit, nõ posse filium à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quis autem vel delirus ita sentiat? Restat ergo vt hæc ideo dicta sint, quia incommutabilis est vita filij, sicut & patris, & tamen de patre est, & inseparabilis est operatio patris, & filij, sed tamen ita operari filio, de illo est, de quo ipse est, id est, de patre. Et ita videt filius patrem, vt, quo eum videt, hoc ipso sit filius. Non enim aliud illi est esse de patre, id est nasci de patre quam videre patrem, aut aliud videre operantem, quam pariter operari: sed ideo non à se, quia non est à se. Et ideo quæ viderit patrem facientem, hæc eadem facit & filius similiter, quia de patre est. Neq; enim alia similiter, sicut pictor alias tabulas pingit, quemadmodum alias ab alio pictas videt, nec eadẽ dissimiliter, sicut corpus easdẽ literas exprimit, quas animus cogitauit, sed quæcũq; (inquit) pater facit, hæc eadem filius facit similiter. Et hæc eadem dixit & similiter, ac per hoc inseparabilis, & par est operatio patri, & filio, sed a patre est filio. Ideo non potest filius à se face- Iohan. 5. c.
re quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Ex hac ergo regula, qua ita loquuntur scripturæ, vt non aliũ alio minorẽ, sed tantũ velint ostendere quis de quo sit, nõnulli eũ sensum conceperunt, tanquam minor filius diceretur. Quidam autem nostri indociiores & in his minime eruditi, dum hęc secundum formam serui conãtur accipere, & eos rectus intellectus non sequitur, perturbantur. Quod ne accidat, tenenda est hæc regula, qua non minor filius, sed quod de patre sit intimatur, quibus verbis non inæqualitas, sed natiuitas eius ostenditur. Sunt ergo quædam in sanctis libris (vt dicere cœperam) ita posita, vt ambiguum sit, quonam referẽda sint, vtrum ad illud quod propter assumptam creaturam minor est filius, an ad illud, quod quamuis æqualis, tamen quia de patre sit, indicatur. Et mihi quidem videtur, si eo modo ambiguum est, vt explicari, discerniq; non possit ex vtraq; regula sine periculo posse intelligi, sicut est quod ait: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Nam & ex forma serui potest accipi, sicut iã in lib. superiore tractauimus, & ex forma Dei, in qua sic ęqualis est patri, vt tũ de patre sit. In dei quippe forma sicut non est aliud filius, aliud vita eius, sed ipsa vita filius est, ita nõ est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius est. Ac p hoc Iohann. 7.
sicut id quod dictum est, dedit filio vitam, non aliud intelligitur, quam genuit filium, qui est vita: sic etiam quum dicitur, Dedit filio doctrinam, bene intelligitur, genuit filium, qui est do

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctrina, vt quod dictum est Mea doctrina non est mea sed eius, qui me misit, sic intelligatur, ac si dictum sit Ego non sum à meipso, sed ab illo, qui me misit.

Cap. XXXVI.

Historiam plurimum iuuare ad intelligendum libros sanctos.

HIstoriam plurimum iuuare ad intelligendos libros sacros, idem Diuus Augustinus testatur libro, de doctrina Christiana ij. cap. xxviij. hoc pacto scribens: Quid igitur de ordine temporum transactorum iudicat ea, quæ appellatur historia? Plurimum nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos, etiam si præter ecclesiam puerili eruditione discatur. Nam & per olimpiadas, & per consulum nomina multa sæpe quæruntur à nobis, & ignorantia consulatus, quo natus est dominus, vel quo passus est, nonnullos coegit errare, vt putarent quadraginta sex annorum ætate passum esse dominum, quia per tot annos ædificatum esse templũ dictum est a Iudæis, quod imaginem dominici corporis habebat. Et annorum quidem fere Iohan. 2. d. triginta baptizatũ esse retinemus autoritate euãgelica. Sed postea quod annos egerit in hac vita, quanquam textu ipso actionum eius animaduerti possit, tamen ne alunde caligo dubitationis oriatur, de historia gentium collata cum euangelio, liquidius, certiusq; colligitur. Tunc enim videbitur non fruſtra dictum esse, quod quadraginta sex annis templum ædi- Iohan. 2. d. ficatum sit, vt quum referri iste numerus ad ætatem domini non potuerit, ad secretiorem instructionem humani corporis referatur, quo indui propter nos non dedignatus est vnicus Ioan. 1. Dei filius per quem facta sunt omnia. De vtilitate autem historiæ, vt omittã Græcos, quam noster Ambrosius quæstionem soluit calumniantibus Platonis lectoribus, & dilectoribus, qui dicere ausi sunt, omnes domini nostri Iesu Christi sententias quas mirari & prædicare coguntur, de Platonis libris eum didicisse, quoniam longe ante humanum aduentum domini Platonem fuisse, negari non potest. Nonne memoratus episcopus considerata historia gentium, quum Platonem reperisset Hieremiæ prophetæ temporibus profectum fuisse in Aegyptum, vbi tunc ille propheta erat, probabilius esse ostẽdit, quod Plato potius nostris literis per Hieremiam fuerit imbutus, vt illa posset docere, vel scribere, quę iure laudantur? Ante literas enim gentis Hebræorum, inqua vnius Dei cultus emicuit, ex qua secundũ carnem venit dominus noster, nec ipse quidem Pythagoras fuit, a cuius posteris Platonem theologiam didicisse isti asserunt: Ita cõsideratis temporibus fit multo credibilius, istos potius de literis nostris habuisse quæcunque bona & vera dixerũt, quam de Platonis dominum nostrum Iesum Christum, quod dementissimum est credere. Narratione autem historica quum præterita etiam hominum instituta narrantur, nõ inter humana instituta ipsa historia numeranda est, quia iam quæ transierunt nec infecta fieri possunt, in ordine temporum habenda sunt, quorum est conditor, & administrator Deus. Aliud est enim facta narrare, aliud docere facienda. Historia facta narrat fideliter, atque vtiliter: libri autem haruspicũ, & quæcunque similes literæ facienda, vel obseruanda intendunt docere, monitoris audacia, non iudicis fide.

Ab Ethnicis, si quid bene dictum in nostrũ vsum esse conuertendum.

Cap. XXXVII.

PHilosophi autem (vt eodem libro de doctrina Christiana ij. cap. xl. prodidit idem Augustinus) qui vocantur, si qua forte vera, & fidei nostræ accommoda dixerũt, maximé Platonici, non solum formidanda nõ sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrũ vendicanda. Sicut enim Aegyptij non solum idola habebant & onera grauia, quę populus Israel detestaretur & fugeret: sed etiam vasa atque ornamenta de auro, & argento, & vestem, quæ ille populus exiens de Aegypto, sibi potius tanquam ad vsum melioremclanculo vendicauit non autoritate propria, sed præcepto Dei, ipsis Aegyptijs nesciẽtes commodantibus ea quibus non bene vtebantur: Sic doctrinæ omnes gentilium non solum simulata, & superstitiosa figmenta, grauesq; sarcinas superuacanei laboris habent, quæ vnusquisq; nostrum duce Christo de societate gentilium exiens, debet abominari, atque deuitare: sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores & quædam morum præcepta vtilissima continent, deque ipso vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbiq; infusa est, eruerunt & quo peruerse atque iniurio se ad obsequia dæmonum abutuntur, quum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianus ad vsum iustum prædicandi Euangelij. Vestem quoque illorum, id est hominũ quidem instituta, sed tamen accommodata humanę societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere, atq; habere licebit in vsum conuertenda Christianum. Nam quid aliud fecerũt multi boni fideles nostri? Nonne aspicimus quãto auro, & argẽto, & veste

veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? Vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorũ. Quibus om- Act. 7. c nibus viris superstitiosa gentiũ consuetudo, & maxime illis tẽporibus quum Christi iugũ decutiens, Christianos persequebatur, disciplinas quas vtiles habebat, nunquã commodaret, si eas in vsum vnius Dei colendi, quo vanus idolorũ cultus extingueretur, conuersum iri suspicaretur: sed dederunt aurum & argentum & vestem suam exeunti populo Dei de Aegypto, nescientes quemadmodũ illa, quæ dabant in Christi obsequium redderentur. Illud enim in Exodo factum, sine dubio figuratum est, vt hoc præsignaret, ad finem præiudicio alterius, aut paris, aut melioris intelligentiæ dixerim. Quantum autẽ minor est auri argenti, vestisq; copia, quam de Aegypto secum ille populus abstulit, in comparatione diuitiarũ, quas postea Hierosolymæ consecutus est, quæ maxime in Salomone rege ostenduntur, tanta sit cuncta scientia, quæ quidem est vtilis collecta de libris gentium, si diuinarum scripturarum scientiæ comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est, ibi inuenitur. Et quum ibi quisque inuenerit omnia, q̃ vtiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam omnino alibi sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discũtur. Hac igitur instructione præditum, quum signa incognita lectorem non impedierint, mitem, & humilem corde subiugatum leniter Christo, & oneratum sarcina leui, fundatum & radicatum, & ædificatum in charitate, quam scientia inflare non possit, accedat ad ambigua signa in scripturis consideranda, & discutienda, de quibus iam tertio volumine dicere aggrediar, quod dominus donare dignabitur.

Distinctionum multum facere ad ambiguam scripturam.

Cap. XXXVIII.

SEd quum verba propria faciũt ambiguam scripturã (vt idem ait Augustinus libro tertio, de doctrina Christiana, capite secundo) primo prouidẽdum est, ne male distinxerimus, aut pronunciauerimus. Quum ergo adhibita intentio incertũ esse prouiderit, quomodo distinguendum, aut quomodo pronunciandum sit, cõsulat regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis, & ecclesiæ autoritate percepit, de qua satis egimus quum de rebus, in primo libro, loqueremur. Quod si ambæ, vel etiam omnes (si plures fuerint partes ambiguitatis) secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis à præcedentibus, & consequentibus partibus, quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendus, vt videamus cuinã sententiæ de pluribus, quæ se ostendunt, ferat suffragium, eamq; sibi contexi patiatur. Iam nunc exempla considera. Illa hæretica distinctio, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat, vt alius sensus sit, Verbum hoc erat in principio Iohann. 1. apud Deum, non vult verbum Deum confiteri. Sed hoc regula fidei refellendũ est, qua nobis de trinitatis æqualitate ꝓscribitur, vt dicamus. Et deus erat verbũ, deinde subiũgamus, Hoc erat in principio apud Deum. Illa vero distinctiõis ambiguitas neutra parte resistit fidei, & ideo textu ipso sermonis dijudicanda est, vbi ait Apostolus. Et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo: multo Philip. 1. enim magis optimum manere in carne necessarium propter vos. Incertum enim est vtrũ ex duobus concupiscentiam habens, an compellor autem ex duobus, vt illud adiungatur, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo: sed quoniam ita sequitur, Multo enim magis optimum, apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscentiam, vt quum ex duobus compellatur alterius tamen habeat concupiscentiam, alterius necessitatem: concupiscentiam scilicet esse cum Christo, necessitatem manere in carne. Quæ ambiguitas vno consequenti verbo dijudicatur, quod positum est enim, quam particulam qui abstulerunt interpretes, illa potius sententia ducti sunt, vt non solum compelli ex duobus, sed etiã duorum habere concupiscentiam videretur. Sic ergo distinguendum est: Et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus, quam distinctionem sequitur, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo. Et tanquã quæreretur, quare huius rei potius habeat concupiscentiam? Multo enim magis optimum (inquit.) Cur ergo é duobus compellitur? Quia est manendi necessitas, quam ita subiecit, Manere in carne, necessarium propter vos. Vbi autem neque præscriptio fidei, neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest, nihil obest secundum quamlibet earum, quæ ostenduntur sententiam distinguere. Veluti est illa ad Corinth. Has ergo promissiones habentes charissimi, mũdemus nos ab 2. Cor. 7. i

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni coinquinatione carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore domini, capite nos, neminem nocuimus. Dubium eſt quippe vtrum mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, & ſpiritus, ſecundum illam ſententiam, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu, an mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, vt alius ſit ſenſus, Et ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore domini, capite nos. Tales igitur diſtinctionum ambiguitates, in poteſtate legentis ſunt.

Obſeruanda in ambiguis pronunciationibus. Cap. XXXIX.

QVæcunq; autem de ambiguis diſtinctionibus diximus (ait eodem lib. ca. iij.) eadē obſeruanda ſunt & in ambiguis pronunciationibus. Nam & ipſæ, niſi nimia lectoris vitientur incuria, aut regulis fidei corriguntur, aut præcedentis, vel conſequentis contextione ſermonis, aut ſi neutrum horum adhibetur ad correctiõem, nihilominus dubiæ remanebũt, vt quolibet modo lector pronũciauerit, nõ fit in culpa. Niſi eñ fide reuocet, qua credimus Deum non accuſaturum aduerſus electos ſuos, & Chriſtum non cõdemnaturum electos ſuos, poteſt illud ſic pronunciari, Quis accuſabit aduerſus electos Dei? vt
Roma. 8. f. hanc interrogationem quaſi reſponſio ſubſequatur, Deus qui iuſtificat. Et iterum interrogetur, Quis eſt qui condemnet? Et reſpondeatur, Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt. Quod credere quia dementiſſimum eſt, ita pronunciabitur, vt præcedat percunctatio, ſequatur interrogatio. Inter percunctationem autem, & interrogationem hoc veteres intereſſe dixerunt, q̃ ad percunctationẽ multa reſponderi poſſunt: ad interrogationẽ vero, aut nõ,
Percunctatio, et interrogatio diſſerunt. aut etiã. Pronunciabitur ergo ita, vt poſt pcunctatiõem, qua dicimus, Quis accuſabit aduerſus electos Dei? illud quod ſequitur ſono interrogantis enuncietur, Deus qui iuſtificat? vt tacite reſpondeatur, non. Et item percunctemur, Quis eſt qui cõdemnet? rurſusq; interrogemus, Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, magis autem qui reſurrexit, qui eſt in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis? vt vbiq; tacite reſpondeatur, nõ. At vero illo loco vbi ait, Quid ergo dicemus? quia gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam, niſi poſt percunctationem, qua dictum eſt, Quid ergo dicemus? reſponſio ſubijcia
Roma. 9. f tur, quia gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam, textus conſequens non cohærebit. Qualibet autem voce pronuncietur illud quod Nathanael dixit, A Nazareth poteſt aliquid bonieſſe, ſiue affirmantis, vt illud ſolum ad interrogatiõem pertineat, quod ait, A Nazareth, ſiue totum cum dubitatione interrogantis, nõ video quo-
Ioan. 1. modo diſcernatur, vterque autem ſenſus fidem non impedit. Eſt etiam ambiguitas in ſono dubio ſyllabarum, & hæc vtique ad pronũciationem pertinens. Nam quod ſcriptum eſt, Non eſt abſconditum à te os meum, quod feciſti in abſcondito, nõ elucet legenti, vtrũ correpta litera os pronuncier, an producta. Si enim corripiat, ab eo quod ſunt oſſa: ſi autem producat, ab eo quod ſunt ora, intelligitur numerus ſingularis. Sed talia linguæ præcedentis inſpectione dijudicantur. Nam in Græco non ſtóma, ſed oſtéon poſitum eſt: Vſi
Pſal. 138. plerunq; loquendi conſuetudo vulgaris vtilior eſt ſignificandis rebus, quàm integritas literata. Mallem cum barbariſmo dici, Non eſt abſconditum à te oſſum meum, quàm vt ideo eſſet minus apertum, quia magis Latinum eſt. Sed aliquando dubius ſyllabæ ſonus etiam vicino verbo ad eandem ſententiã pertinente dijudicatur. Sicut eſt illud Apoſtoli,
Galat. 5. Quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Si tantummodo dixiſſet, Quæ prædico vobis, neq; ſubiunxiſſet, ſicut prædixi, non niſi ad codicem præcedentis linguæ recurrendum eſſet, vt cognoſceremus, vtrum in eo q̃ dixit, prædico, producenda, an corripienda eſſet media ſyllaba. Nunc autem manifeſtum eſt producendam eſſe. Non enim ait, ſiue prædicaui, ſed ſicut prædixi.

Conſiderandæ aliæ ambiguitates præter antedictas. Cap. XL.

1. Theſ. 3. NOn ſolum autem iſtæ, ſed etiam aliæ ambiguitates, q̃ non ad diſtinctionẽ, vel ad pronunciationem pertinent, ſimiliter conſiderandę ſunt, qualis illa eſt ad Theſſalonicenſes: Propterea conſolati ſumus fratres in vobis. Dubium eſt enim, vtrum ó fratres, an hos fratres. Neutrum autem horum eſt contra fidem, ſed Græca lingua hos caſus pares nõ habet, & ideo illa inſpecta renunciatur vocatiuus, Quod ſi voluiſſet interpres dicere, propte rea conſolationem habuimus fratres in vobis, minus ſeruitũ eſſet verbis, ſed minus de ſententia dubitaretur, aut certe ſi adderetur noſtri, nemo fere ambigeret vocatiuũ eſſe caſum, quum audiret, Propterea conſolati ſumus fratres noſtri in vobis. Sed iam hoc periculoſius
1. Cor. 15. permittitur. Ita factum eſt in illa ad Corinthios, quũ ait apoſtolus: Quotidie morior p veſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu. Ait eñ quidam interpres: Quotidie morior,

morior, per veſtram iuro gloriam: quia in Græco vox iurãtis manifeſta eſt, ſine ambiguo ſono. Rariſſime igitur, & difficilime inueniri poteſt ambiguitas in proprijs verbis, quantum ad libros diuinarum ſcripturarum ſpectat, quam non aut circunſtantia ipſa ſermonis, qua cognoſcitur ſcriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ ſoluat inſpectio.

In ſacris literis eſſe ſanam eloquentiam. Cap. XLI.

IN ſacris aũt literis non modo ſapientiam, verumetiã & ſanã eloquentiã eſſe his verbis, idẽ Auguſt. lib. de doctrina Chriſtiana quarto cap. vi. conſequitur, dicẽs: Hic aliqs forſan q̃rit, vtrũ autores noſtri, quorũ ſcripta diuinitus inſpirata, canonẽ nobis ſaluberrima autoritate fecerunt ſapientes tantũmodo, an eloquentes etiã nuncupãdi ſunt. Quæ quidẽ quæſtio apud meipſum, & apud eos qui mecũ, q̃d dico ſentiunt, facilime ſoluitur. Nã vbi eos intelligo, non ſolũ nihil eis ſapiẽtius, verumetiã nihil eloquẽtius mihi videri poteſt. Et audeo dicere oẽs qui recte intelligunt, q̃d illi loquuntur, ſimul intelligere non eos aliter loqui debuiſſe. Sicut eſt enim q̃dam eloquentia, q̃ ætatem iuuenilẽ decet, eſt q̃ ſenilem, nec iã dicenda eſt eloquentia ſi perſonæ non congruat eloquentis: ita eſt q̃dam, q̃ viros ſumma autoritate digniſſimos, planeq; diuinos, decet. Hac illi locuti ſunt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa ipſis enim congruit: alios aũt quanto videtur humilior, tanto altius non vẽtoſitate, ſed ſoliditate träſcendit. Vbi vero nõ eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorũ eloquentia, ſed eã non dubito eſſe talem, qualis eſt vbi intelligo. Ipſa quoq; obſcuritas diuinorũ ſaluberrimorumq; dictorum tali eloquentiæ miſcenda fuerat, in qua proficere noſter intellectus, nõ ſolum inuentione, verumetiã exercitatione deberet. Poſſem quidẽ (ſi vacaret) oẽs virtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur iſti, qui linguã ſuã noſtrorũ autorum linguę non magnitudine, ſed tumore præponunt, oſtendere in iſtorum literis ſacris, quos nobis erudiendis & ab hoc ſeculo prauo in beatum ſeculũ transferendis prouidẽtia diuina prouidit. Sed non ipſa me pluſquã dici poteſt in illa eloquẽtia delectant, quæ ſunt his viris cũ oratoribus gentilium poetisve communia. Illud magis admiror, & ſtupeo, quod iſta noſtra eloquentia ita vſi ſunt per alteram quandam eloquentiam ſuam, vt nec eis deeſſet, nec emineret in eis, quia eam nec improbi ab illis, nec oſtentari oportebat, quorum alterum fieret, ſi vitaretur: alterum putari poſſet ſi facile agnoſceretur. Et in quibus forte locis agnoſcitur à doctis, tales res dicuntur, vt verba quibus dicuntur non à dicente adhibita, ſed ipſis rebus velut ſponte ſubiuncta videantur, quaſi ſapientiam de domo ſua, id eſt pectore ſapientis procedere intelligas, & tanquam inſeparabilem famulam etiam nõ vocatam, ſequi eloquentiam. Quis enim non videat quid voluerit dicere, & quàm ſapienter dixerit Apoſtolus, Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quia tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit, qa Roma. 5. q
charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis? Hic ſi quis (vt ita dixerim) imperite peritus artis eloquentiæ præcepta Apoſtolum ſecutum fuiſſe contendat, nonne à Chriſtianis doctis, indoctisq; ridebitur? Et tamen agnoſcitur hic figura, quæ κλῖμαξ climax Græce, Latine vero à quibuſdã eſt appellata gradatio, quo niam ſcalam dicere noluerunt, quum verba, vel ſenſa connectuntur alterum ex altero, ſicut hic, Ex tribulatione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione ſpem connexam videmus. Agnoſcitur & aliud decus, quoniam poſt aliqua pronunciationis voce ſingula finita, q̃ noſtri membra, & cæſa, Græci autẽ κῶλα καὶ κόμματα vocant, ſequitur ambitus, ſiue circumitus, quam περίοδον periodon illi appellant, cuius membra ſuſpenduntur voce dicentis, donec vltima finiantur. Nam eorum quæ præcedunt circumitum, membrũ illud eſt primum, quoniam tribulatio patientiam operatur, ſecundum, patientia autẽ probationem, tertiũ, probatio vero ſpem. Deinde ſubiungitur ipſe circũitus, qui tribus pagitur membris, quorum primum eſt, Spes autem non confundit, ſecundũ, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, tertium per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. At hæc, atq; huiuſcemodi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apoſtolum præcepta eloquentiæ ſecutum fuiſſe non dicimus, ita quod eius ſapientiam, ſecuta ſit eloquentia, non negamus.

Caput XLII.

SCribens ad Corinthios in ſecunda epiſtola, redarguit quoſdã, qui erãt ex Iudæis pſeudo Apoſtoli eiq; detrahebã. tEt q̃n ſeipſum prædicare cõpellitur, hanc ſibi velut inſipientiã tribuens quã ſapienter dicit, quãq; eloquenter? Sed comes ſapiẽtiæ, dux eloquentiæ illã ſequens, iſtã præcedens, & ſequentem non reſpuens, Iterum dico (inquit) ne qs me 2. Corin. 11
exiſti-

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

existimet insipientem esse, alioquin velut insipientem suscipite me, vt & ego modicū qd glorier. Quod loquor, non loquor secundum Deū sed quasi in stultitia in hac substantia gloriæ. Quoniā quidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libēter enim sustinetis insipientes, quum sitis ipsi sapientes. Toleratis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati simus. In quo quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt? & ego. Israelitæ sunt? & ego. Semē Abrahæ sunt? & ego. Ministri Christi sunt? & ego. Vt insipiens dico, super ego. In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequēter. A Iudæis quinquies quadraginta vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū feci, nocte, & die in profundo maris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore, & ærumna, in vigilijs sæpius, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, præter illa, quæ extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus solicitudo oīm ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, in his q̄ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Quanta sapientia ista sint dicta, vigilantes vident. Quanta vero eloquentiæ flumina cucurrerint, & qui ſtertit, aduertit. Porro autem qui nouit, agnoscit, q̄ ea cæsa, quæ commata Græci vocant, & membra, & circumitus, de quibus paulo ante disserui, cum decentissima varietate interponerentur, totā istā speciem dictionis, & quasi eius vultum, quo etiā indocti delectantur, mouenturq; fecerūt. Nā vnde cœpimus hunc locum inferere, circumitus sunt, primus minimus, hoc est bimembris, minus enim q̄ duo mēbra circumitus habere non possunt, plura vero possunt: ergo ille primus est. Iterū dico, ne qs me existimet insipientē esse. Sequitur alius trimēbris. Alioquin, velut insipientē suscipite me, vt & ego modicū qd glorier. Tertius q̄sequitur, mēbra habet quatuor. Quod loq̄r, nō loquor sēdm Deum, sed quasi in stultitia, in hac substantia glorię. Quartus duo habet, Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Et quintus habet duo, Libenter enim sustinetis insipientes, quum sitis ipsi sapientes. Etiam sextus bimēbris est, Toleratis enim si quis vos in seruitutem redigit. Sequuntur tria cæsa, Si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. Deinde tria membra, Si quis in faciem vos cædit, secundū ignobilitatem dico, quasi nos infirmati simus. Additur trimembris circumitus, In quo autem quis audet in insipientia dico, audeo & ego. Hinc iam singulis quibusq; cæsis interrogando positis, singula itidē cæsa responsione redduntur, tria tribus, Hebræi sunt? & ego, Israelitæ sunt? & ego. Semen Abrahæ sunt? & ego. Quarto autem cæso simili interrogatione posito, non alterius cæsi sed membri oppositione respōdet, Ministri Christi sunt? & ego. Vt insipiens dico, super ego. Iam cæsa quatuor sequentia, remota de centissime interrogatione funduntur, In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequenter. Deinde interponitur breuis circūitus, q̄m̄ suspensa pronunciatione distinguendum est, A Iudæis quinquies, vt hoc sit vnum membrum, cui connectitur alterū quadraginta vna minus accepi. Inde reditur ad cæsa, & ponūtur tria: Ter virgis cæsus sum semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Sequitur membrum, Nocte, ac die in profundo maris fui. Deinde quatuordecim cæsa decētissimo impetu profluunt: In itineribus sæpe, periculis fluminū, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore, & ærumna, in vigilijs sæpius, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate. Post hæc interponit trimembrem circumitū, præter illa, quæ extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus, solicitudo omnium ecclesiarum. Et hinc duo membra per contatione subiungit: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Postremo totus iste quasi anhelans locus, bimembri circumitu terminatur. Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meę sunt, gloriabor. Quod vero post hunc impetum interposita narratiuncula quodāmodo requiescit, & requiescere facit auditorem, quid decoris, quid delectationis habeat, satis dici non potest. Sequitur enim, dicens: Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mētior. Ac deinde quomodo periclitatus fuerit, & quomodo euaserit, breuissime narrat. Longum est cætera persequi, vel in alijs sanctarum scripturarū locis ista monstrare. Quid si etiā figuras locutionis, q̄ illa arte traduntur, in his saltem, q̄ de Apostoli eloquio cōmoraui,

moraui, ostendere voluissem? Nonne facilius graues homines me nimium, quam quisquā studiosorum sibi sufficientē putarent? Hæc oīa qñ à magistris docētur pro magno habent, magno emunt, magna iactatione venduntur. Quam iactationem etiam ego redolere vereor, dum ista sic differo. Sed male doctis hominibus respondendum fuit, qui nostros autores contemnendos putant, non quia non habent, sed quia non ostentant, quam nimis isti diligunt eloquentiam.

Caput XLIII.

SEd forte quis putat, tanquam eloquentem nostrum me elegisse Apostolum Paulū. Videtur enim vbi ait, Et si imperitus sermone, sed nō scientia, quasi cōcedendo obtrectatoribus sic locutus, non tanq̄ id verum agnoscerem, confitendū. Si aūt dixisset, Imperitus quidē sermone sed non scientia, nullo modo aliud posset intelligi. Scientiā plane non cunctatus est profiteri, sine qua esse doctor gentium non valeret. Certe si quid eius proferimus ad exemplum eloquentiæ, ex illis epistolis vtiq; proferimus, quas etiam ipsi obtrectatores eius, qui sermonem præsentis contemptibilem putari volebāt, graues, & & fortes esse confessi sunt. Dicendū ergo mihi aliquid esse video & de eloquentia prophetarū, vbi p tropologiā multa obtegūtur. Quæ quantomagis translatis verbis videntur operiri, tanto magis quū fuerint aperta, dulcescunt. Sed hoc loco tale aliquid cōmemorare debeo, vbi q̄ dicta sunt, non cogar exponere, sed commendē tantum, qūo dicta sint. Et ex illius prophetæ libro potissimū hoc faciā, qui se pastorē, vel armentariū fuisse dicit, atq; inde diuinitus ablatū, atq; missum, vt Dei populo prophetaret. Non aūt secundum Septuaginta interp̄tes, qui etiā ipso diuino spiritu interpretati, ob hoc aliter vident nonnulla dixisse, vt ad spiritalē sensum scrutandū magis admoneretur lectoris intentio, vnde etiā obscuriora nonnulla, quia magis tropica sunt eorū sed sicut ex Hebræo in Latinum eloquium presbytero Hieronimo vtriusq; linguæ perito interprete, translata sunt. Quū igitur argueret impios, superbos, luxuriosos, & fraternæ ideo negligētissimos charitatis, rusticus, vel ex rustico iste propheta exclamauit, dicens: Væ vobis, qui opulēti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ optimates, capita populorum ingredientes pōpatice domū Israel. Transite in Calāne, & videte, & ite inde in Emath magnā, & descēdite in Geth Palæstinorū, & ad optima quæq; regna horum, si latior terminus eorū termino vestro est, qui separati estis in diē malum, & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: Qui canitis ad vocem psalterij. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguēto delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Nunquid nam isti qui prophetas nostros tanquā ineruditos, & elocutionis ignaros, veluti docti, desertiq; contemnunt si aliquid eis tale, vel in tales dicendum fuisset, aliter se voluissent dicere, qui tamē eorum insanire voluissent? Quid enim est quod isto eloquio aures sobriæ plus desiderent? Prima ipsa inuectio, quasi sopitis sensibus, vt euigilarent, quo fremitu illisa est? Væ vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domū Israel. Deinde vt beneficijs Dei, qui eis ampla spacia regni dedit, ostēdat ingratos, q̄m̄ confidebant in monte Samariæ, vbi vtiq; idola colebantur. Transite (inquit) in Calamne, & videte & ite inde in Emath magnā, & descendite in Geth Palæstinorum, & ad optima quæq; regna horū, si latior terminus eorū termino vestro est. Simul etiam quū ista dicuntur, locorum nominibus tanquā luminibus ornatur eloquiū, quæ sunt Sion, Samaria, Calamne, Emath magna, & Geth Palæstinorū. Deinde verba, q̄ his adiunguntur locis decentissime variantur. Opulenti estis, confiditis, transite, ite, descendite. Cōsequenter denunciatur futura sub iniquo rege propinquare captiuitas, quum adiungitur, Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis. Tunc subijciuntur merita luxuriæ, Qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Ista sex membra, tres bimembres circūitus reddiderunt. Non enim ait, Qui separati estis in diem malū, qui appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, qui lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnū de grege, q̄ vitulos de medio armenti. Quod si ita diceretur, esset qdem & hoc pulchrū, vt ab vno pronoīe repetito, oīa sex membra decurrent, & pronunciantis voce singula finirentur. Sed pulchrius factū est vt eidem pronomini essent bina subnexa, quæ tres sententias explicarent, vnā ad captiuitatis p̄nunciationem, qui separati estis in diem malū, & appro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

appropinquatis solio iniquitatis: alteram ad libidinem, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: ad voracitatem vero tertiam pertinentem, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, vt in potestate sit pronunciantis, vtrum singula finiat & membra sint sex, an primum & tertium & quintum voce suspendat, & secundum primo, quartum tertio, sextum quinto connectendo, tres bimembres circuitus decentissime faciat, vnum quo calamitas imminens, alterum quo lectus impurus, tertiu quo prodiga mensa monstretur. Deinde luxuriosam remordet aurium voluptatem. Vbi quum dixisset, Qui canitis ad vocem psalterij, quoniam potest exerceri sapienter à sapientibus musica mirabili decore dicendi, inuectionis impetu relaxato, & non ad illos, sed de illis iam loquens, vt nos musicam sapientis, à musica luxuriantis distinguere commoneret, non ait, Qui canitis ad vocem psalterij, & sicut Dauid putatis vos habere vasa cantici: sed quum illud ad illos dixisset, quod luxuriosi audire deberent, Qui canitis ad vocē psalterij, imperitiam quoq; eorum alijs quodammodo indicauit, adiungens: Sicut Dauid putauerunt se habere verba cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti. Tria hæc melius pronunciantur, si suspensis duobus prioribus membris, circuitus tertio finiatur. Iam vero quod his omnibus adijcitur, Et nihil patiebantur super contritione Ioseph, siue continuatim dicatur, vt vnum sit membrum siue decentius suspendatur, & nihil patiebantur, & post hanc distinctionem inferatur, super contritione Ioseph, atq; sit bimembris circumitus, miro decore non dictum est, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, vt quicunq; frater proprio significaret eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, vel in malis, quæ pendit, vel in bonis, quæ rependit. Iste certe tropus, vbi Ioseph quemcūq; fratrem facit intelligi, nescio vtrū illa quam didicimus & docuimus arte, tradatur. Quàm si tamen pulcher, & quemadmodum afficiat legentes atq; intelligentes, non opus est cuiquam dici, si ipse non sentit. Et plura quidē, quæ pertineant ad præcepta eloquētiæ in hoc ipso loco, quem pro exemplo posuimus, possunt reperiri. Sed bonum auditorem non tam si diligenter excutiatur, instruit, quàm si ardenter pronuncietur, accendit. Neq; enim hæc humana industria composita, sed diuina mente sunt fusa, & sapienter, & eloquenter, non intenta in eloquentiam, sed à sapientia non recedente eloquentia. Si enim (sicut quidam disertissimi, atque acutissimi viri videre, ac dicere potuerunt) ea quæ velut oratoria arte discuntur, non obseruarentur, & notarentur, & in hanc doctrinam redigerentur, nisi prius in oratorum inuenirentur ingenijs, quid mirū si & in istis inueniuntur, quos ille misit, q̄ facit ingenium? Quapropter & eloquentes quidē non solum sapientes canonicos nostros autores, doctoresq; fateamur tali eloquentia vsos, qualis personis eiusmodi congruebat.

Nulla penè inueniri in Euangelica doctrina, quæ veteribus libris desint. Cap. XLIIII.

IDem quoque Augustinus tum contra Adimanthum Manichæi discipulum, tum in libro retractationū ostendit, nulla pene inueniri in Euangelica doctrina, quæ veteribus libris desint. Siquidem in priori libro capite iij. hoc pacto scribit: Certis quibusdam vmbris & figuris rerum ante domini aduentum secundum mirabilem, atq; ordinatissimam distributionē temporum populus ille tenebatur, qui testamentum vetus accepit: tamen in eo tanta prædicatio & prænunciatio noui testamenti est, vt nulla in Euangelica, atq; apostolica disciplina reperiātur quamuis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiam libris veteribus desint, sed sanctæ scripturæ non temerarios, & superbos accusatores, sed diligentes & pios lectores desiderant. In altero verò libro primo, capite. xxij. addendum esse commemorat, atq; dicendum, vt pene nulla in Euangelica & cæt. Quid est enim quod in sermone Euangelico in monte dominus dixit. Audistis quia dictum est antiquis hoc. Ego autem dico vobis hoc si nihil ipse amplius præcepit, quàm præceptum est in illis ueteribus libris. Deinde regnum cœlorum illi populo fuisse promissum non legimus in his, q̄ promissa sunt lege data per Moysen in monte Sina, q̄d proprie dicitur vetus testamētum, q̄d per figuratū dicit Apost. per ancillā Saræ & filiū eius: sed & ibi figuratum est & nouū p ipsam Sarā & filiū eius. Proinde si figurę discutiātur, oīa vbi prophetata reperiūtur, q̄ sunt præsentata, vel expectātur p̄sentāda per Christū. Et libro de moribus ecclesiæ primo, ca. xxviij. De quorū (inqt) testamentorū admirabili quodā ordine, diuinoq; cōcentu lōgissimū est dicere, & multi religiosi, doctiq; dixerūt. Multos libros res ista flagitat, vt pro merito quantum ab homine potest explicari, & prædicari queat.

Matt. 5.

Galat. 4.

Magnam

Magnam esse Christianarum literarum profunditatem. Cap. XLV.

TAnta est Christianarum profunditas literarū (vt idem ait Augustinus in epistola ad Volusianum) vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia, vsque ad decrepitam senectutē maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: Non quo ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed quum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua pie, rectèq; non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solū in verbis, quibus ista dicta sunt: verumetiam in rebus, quæ intelligendæ sunt, lateat altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet, Quum consummauerit homo, tunc incipiet. Et prope finem eiusdem epistolæ: Quæ tandem (inquit) mēs auida æternitatis, vitęq; præsentis breuitate permota, contra huius diuinæ autoritatis culmen, lumenq; contendat? Quæ disputationes, quæ literæ quorumlibet philosophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatum, duobus præceptis, ex quibus CHRISTVS dicit totam legem, prophetasque pendere, vllo modo sint comparandæ, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum tanquam teipsum? Hic Physica, quoniam omnes omnium naturarum causæ in deo creatore sunt, hic Ethica, quoniam vita bona, & honesta non aliunde formatur, quàm quum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodum, diligenda sunt, diliguntur, hoc est, deus & proximus. Hic logica, quoniam veritas, lumenq; animæ rationalis nō nisi deus est. Hic etiam laudabilis reipublicæ salus, neque enim conditur, & custoditur optima ciuitas, nisi fundamento, & vinculo fidei, firmæq; concordiæ, quum bonum commune diligitur, quod summū, ac verissimum, deus est, atq; in illo inuicem syncerissime se diligant homines, quum propter illum se diligant, cui quo animo diligant, occultare non possunt. Modus autem ipse dicendi, quo sancta scriptura contexitur, quàm omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta cōtinet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum, atq; doctorum. Ea vero quę in mysterijs occulta, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula, & inerudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus opera desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur. His salubriter, & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit ægrotando medicinam.

Matt. 22.

Sic plerunq; scripturam loqui, vt quod semper est, tunc fieri dicatur ab aliquo, quum in eo cognosci cœperit. Cap. XLVI.

ESt & aliud locutionis genus (vt idem ait August. libro octoginta triū quæstionum, ca pite lxix. quum sic plerunq; scriptura loquitur, vt q̄d semper est, tūc fieri dicatur, quū in eo cognosci cœperit. Ita enim dicimus in oratione: Sanctificetur nomen tuū, quasi aliquando sanctum non sit. Ergo sicut, sanctificetur est sanctū esse innotescat: sic & illud Apostolicum, Quum tradiderit regnum deo, & patri, id est, quum patrem regnare monstrauerit, vt per speciem manifestationemq; clarescat, quod nunc à fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. Euacuabit autem omnem principatum, & potestatem, manifestādo vtiq; regnum patris, vt omnibus notum fit, nullum principum, & potestatū, siue cælestiū, siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus, & potestatis: sed ab illo, ex quo sunt omnia, non solum vt sint, verum etiā vt ordinata sint. In illa enim manifestatione nulli spes aliqua remanebit in quocūq; principe, aut in quoquam homine, q̄d etiam nunc prophetice canitur, Bonum est sperare in domino, quàm sperare in homine. Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus, vt ista meditatione anima iam in regnū patris assurgat, nec cuiusquam potestatem prēter illum magnificiens, nec sua sibi ipsa perniciose blandiens. Tradet ergo regnum deo, & patri, quum per illum per speciem cognoscetur pater. Regnum enim eius sunt, in qbus nunc regnat per fidem. Aliter enim dicitur regnū Christi secundum potestatē diuinitatis, secūdum q̄d ei cuncta creatura subiecta est, & aliter regnū eius dicitur ecclesia, secundum proprietatē fidei, q̄ in illo est, secundum q̄d oratq; dicit, Posside nos. Neq; enim non ipse possidet omnia, secundum q̄d dicitur etiam illud: Quum serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Euacuabit ergo oēm principatum, & oēm potestatem,

Matt. 5.

Pſal. 117

Roma. 6.

d & virtu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& virtutem, vt nulli patrẽ intuenti per filiũ, opus sit, aut libeat in cuiuſquam creaturæ, vel in ſua conquieſcere poteſtate. Oportet enim eum regnare, donec ponat oẽs inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, id eſt, oportet regnum eius intrm manifeſtari, donec oẽs inimici eius ipſum regnare fateãtur. Hoc enim intelligitur, ſub pedibus eius futuros inimicos. Quod ſi de iuſtis acceperimus, ideo dictum eſt inimicos, quia ex iniuſtis iuſtificantur, & ei credendo ſubduntur. De iniuſtis aũt, qui ad iuſtorum beatitudinẽ futurã non pertinent ſic accipiendum eſt, qm & ipſi eum regnare ipſa regni eius manifeſtatione cõfuſi fatebũtur. Ergo oportet eũ regnare, donec ponat oẽs inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, nõ ita dictum eſt quaſi quum poſuerit inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, nõ ſit poſtea regnaturus, ſed oportet eũ regnare, donec ponat oẽs inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. Oportet eum (inquit) ad tantã euidentiã regnum ſuum perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare q regnet. Nã ſcriptum eſt: Ita oculi noſtri ad deum noſtrũ, donec miſereatur noſtri. Nec ideo tm quum miſertus noſtri fuerit, oculos ab eo debemus auertere. In tm em eſt beatitudo noſtra, in quantum eius cõtemplatione perfruimur. Sic ergo & hoc dictum eſt: Oculorum noſtrorũ intentio ad dm nõ porrigitur, niſi vſq; ad impetrationẽ miſericordiæ ipſius, nõ vt poſtea inde auertatur, ſed vt inde nihil amplius requirat. Donec ergo pro eo poſitũ eſt, vt nõ amplius intelligas. Quo enim amplius, id eſt, vſq; ad quã maiorem manifeſtationẽ manifeſtabitur regnum Chriſti, niſi quouſq; oẽs inimici eum regnare fateanẽ? Aliud eſt ergo nõ amplius manifeſtari, aliud amplius nõ pmanere. Nõ amplius manifeſtari eſt nõ fieri manifeſtius: nõ amplius pmanere, nõ fieri pſeuerãtius. Q ñ aũt manifeſtius erit regnũ Chriſti, q̃ quũ oĩbus claruerit inimicis? Nouiſſime inimica deſtruet mors. Nõ em erit aliud qd deſtruatur, poſteaq̃ mortale hoc induerit immortalitatẽ. Oia em ſubiecit ſub pedibus eius, hoc c, vt etiã mortẽ deſtruat. Quũ aũt dixerit, qa oia ſubiecta ſunt, dixit vtiq; propheta in Pſalmis, Manifeſtum eſt, quia præter eum, qui ſubiecit illi omnia, patrẽ vult intelligi omnia filio ſubiecciſſe: ſicut multis locis idem dñs in euangelio cõmendat & pdicat, non ſolum propter formam ſerui, ſed etiã propter principium, de q̃ æqualis eſt ei de quo eſt. Amat enim ad vnum principium referre oĩa tanquam imago eius, ſed in q̃ inhabitat oĩis plenitudo diuinitatis. Quũ autẽ ei omnia ſubiecta fuerint, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui illi ſubiecit oĩa. Non quaſi modo nõ ita ſit, ſed tunc manifeſtum erit ſcdm locutionem ſuperius tractatam, vt ſit deus oĩa in omnibus. Ipſe eſt finis, quẽ ſuperius cõmemorauit, quum totum primo breuiter vellet concludere, deinde quaſi membratim explicare, & exponere. Loquebatur enim de reſurrectiõe, vbi ait, Initium Chriſtus, deinde hi, qui ſunt Chriſti in pręſentia eius, deinde finis, ipſe ſcilicet finis eſt, vt ſit deus omnia in omnibus.

1.Cor.15.c

Pſal.109.

Non ſolum dicentis perſonam latenter, & ſubito in ſcripturis commutari, verumetiam & eorum ad quos ſit ſermo, vel de quibus ſermo ſit. Cap. XLVII.

QVemadmodum autem in ſcripturis propheticis obſeruauimus (inquit Origines in epiſtolam ad Roma. cap. ſecundo) non ſolum dicentis perſonam latenter, & ſubito cõmutari: verum & eorum ad q̃s ſermo, vel de quibus ſit ſermo, verbi gratia, vt nunc ex patris perſona nunc ex filij, vel ſpũs ſancti, nunc etiã ex perſona prophetę, aut eorũ quorumlibet alia dicantur, & nunc quidẽ ſermo ad Iſraeliticã gentem, nunc ad exteras natiões, aut ad reges, & ad mille alios dirigatur: ita mihi videtur etiã hoc modo ad Romanos ſcriptã eſſe Epiſtolã, vt interdum & dicentis perſona mutetur, & aliquando quidem Paulus ſpiritualis loquatur, ſicut in multis epiſtolæ locis: aliquãdo vero Paulus carnalis, ſicut (verbi gratia) quum dicit, Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato, vt oſtendemus quum ad ipſum locum domino dirigente, venerimus. Interdum vero fit & eorum perſonæ ad q̃s ſermo eſt commutatio, ita vt nunc ad omnẽ Romanorum dicatur eccleſiã. Gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. In alijs vero non ad omnem eccleſiam, ſed ad omnem qui iudicat alium & ipſe facit ea quæ in alijs condemnat, & eſt inexcuſabilis. Nunc autem neq; ad eccleſiam, neq; ad eũ qui iudicat, fit ſermo hic, in quo dicit: Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & cætera vſq; ad eum locum, & iudicabit, q̃d ex natura eſt pręputium legẽ perficiẽs te, qui per literã, & circunciſionẽ p̃uaricator es legis. Sicut in ſcripturis propheticis vigilanter oportet intendere eum, qui vult intelligentiam eorum, quæ ſcripta ſunt capere, vel dicentium, vel ad quos, vel de quibus ſermo fit perſonis: ita nunc in epiſtola ad Romanos agendum mihi videtur.

Roma.1.

Rom.2.c.

Affectus humanos, membra humana, & ea quæ propria corporum ſunt, quo pacto deo attribuantur. Cap. XLVIII.

QVo pacto autem deo incorporeo affectus, & humana membra tribuantur, ſcribit Origenes homilia tertia ſup Geneſim: Quoniã in multis diuinę ſcripturæ locis deũ legimus ad homines loqui, & propter hoc Iudæi quidem, ſed & noſtrorum nonnulli deũ quaſi hominem intelligendum putauerũt, id eſt, humanis membris, habituq; diſtinctum: philoſophi vero, velut fabuloſa hæc, & ad poeticorum ſimilitudinem figmentorum formata deſpiciunt, videtur mihi de his primo paucis ſermocinandum, & hinc ad ea, quæ recitata ſunt, veniendum. Primo ergo ad eos ſit ſermo, qui foris poſiti, arrogãter nos circumſtrepunt, dicentes, excelſo illi, & inuiſibili, atq; incorporeo deo non cõuenire, vt humanis vtat affectibus. Si em loquendi (inquiunt) ei datis vſum, ſine dubio dabitis & os, & linguã, cæteraq; membra, quibus loquendi expletur officium. Quod ſi ſit, receſſum eſt ab inuiſibili, & incorporeo deo, & multa his ſimilia nectentes, noſtros fatigãt. Ad hæc ergo, ſi pręcibus veſtris iauemur, prout dominus dederit, breuiter occurremus. Nos ſicut incorporeum eſſe deum, & omnipotentem, & inuiſibilem profitemur: ita eum curare mortalia, & nihil abſque eius prouidentia geri, neq; in cælo, neq; in terris, certo, & immobili dogmate profitemur. Memento quia nihil ſine prouidentia eius geri diximus, non ſine voluntate. Multa enim ſine voluntate eius geruntur, nihil ſine prouidentia. Prouidentia nanq; eſt, qua procurat, & diſpenſat, & prouidet quæ geruntur. Voluntas vero eſt, qua vult aliquid, aut non vult. Sed de his alias. Longior enim eſt, & diffuſior iſte tractatus. Secundum hoc ergo, quod prouiſorem omnium, & diſpenſatorem profitemur deum, conſequens eſt, vt quid velit, vel quid hominibus expediat, indicet. Si enim nõ indicet, nec erit prouiſor hominis, nec creditur curare mortalia. Indicans igitur deus hominibus, quæ eos agere vult, quo potiſſimum affectu dicendus eſt indicare? Nonne eo, qui hominibus in vſu, & notitia eſt? Si enim (verbi cauſa) dicamus quia ſilet deus, quod naturæ illi conueniens creditur, qũo indicatũ eſſe aliquid ab eo putabitur per ſilentium? Nunc autẽ idcirco loquutus dicitur, vt ſcientes homines hoc miniſterio voluntatem alterius alteri innoteſcere, agnoſcant ea, quę ſibi per prophetas deferuntur, Dei eſſe voluntatis indicia. In quibus vtiq; non intelligitur voluntas dei cõtineri, niſi ea locutus dicatur, quia nec ſentitur, nec intelligitur inter homines indicari vſquam poſſe per ſilentium voluntatem. Sed hæc rurſum non ſecundũ errorem Iudæorum, vel etiam ex noſtris nonnullorum, qui cum illis errãt, eatenus dicimus, vt quoniam humana fragilitas aliter audire de deo non poteſt, niſi vt ſibi res ipſa, & vocabula nota ſunt, idcirco etiam membris hæc noſtris ſimilibus & habitu humano deũ agere ſentiamus. Alienum hoc eſt ab eccleſiaſtica fide. Sed hoc ipſum, quod vel aſpirat in corde vniuſcuiuſq; ſanctorum, vel ſonum vocis peruenire ad aures eius facit, loquutus homini dicitur: ſic & quum nota ſibi eſſe indicat, quæ vnuſquiſq; vel loquitur, vel agit, audiſſe ſe dicit. Et quum aliquid iniuſtum geri à nobis indicat, iraſci ſe dicit. Quum beneficijs ſuis ingratos nos arguit, pœnitere ſe dicit, indicans quidem hæc his affectibus, qui hominibus in vſu ſunt. Simplex nanq; eſt illa ſubſtantia, & neq; membris vllis, neq; compaginibus, affectibusq; compoſita: ſed quicquid diuinis virtutibus geritur, hoc vt homines poſſent intelligere, aut humanorum membrorum appellatione profertur, aut communibus, & notis annunciantur affectibus. Et hoc modo vel iraſci, vel audire, vel loqui dicitur deus. Nam ſi vox humana aer ictus, id eſt, lingua repercuſſus dicitur, poteſt & vox dei dici aer ictus, vel vi, vel voluntate diuina. Et inde eſt, quod ſi quando vox diuinitus datur, non ad omnium aures, ſed ad quorum intereſt, auditus allabitur, vt agnoſcas ſonitum, nõ linguæ pulſured ditum, alioquin fieret communis auditus, ſed ſuperni nutus moderamine gubernatum, quanquam prophetis ſæpe, & patriarchis, cæterisq; ſanctorum, etiam ſine vocis ſono verbum dei factum eſſe referatur, ſicut ex omnibus ſacris voluminibus abundãter docemur. In quo (vt breuiter dicam) illuminata mens per ſpiritũ dei formatur in verba. Et ideo ſiue hoc, ſiue illo, quo ſupra diximus, modo, quum voluntatem ſuam indicat, loquutus eſſe dicitur. Et homilia vij. ſuper Exodum exponens illud Deus zelãs. Vide (inquit) benignitatem dei, quomodo vt nos doceat, & perfectos faciat, ipſe fragilitatem humanorum non recuſat affectuum. Quis enim audiens deum zelantem non continuo miretur, & humanæ fragilitatis vitium putet? Sed omnia propter nos agit, & patitur deus, & vt poſſimus edoceri, notis, & vſitatis affectibus nobis loquitur.

Locutio dei qualis.

Auditꝰ dei Ira Dei. Pœnitẽtia Dei.

Caput XLIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET libro quarto contra Celsum, hoc pacto scribit: Sed quum Celsus minus intelligat, quæ de deo pro humanis affectibus exprimuntur, carpit hæc plane, & cauillatur, & ea præcipue in quibus & irascentium voces in impios, & in peccatores comminatiões æduntur. Dicendum erit, quod quemadmodum ipsi, vbi cum pueris minutioribus oborta nobis est deceptatio, non nostras dicendi vires attendimus, sed illorum imbecillitati nos ipsos accommodantes, non solum his consentanea fabulamur, sed ea etiam facimus, quæ ad puerorum videntur emendationem satfacere, & illis non parum conducere: sic itē & dei verbum videtur quæ scripta sunt dispensasse, pro auditorum & viribus, & vtilitate dimetiendo, quæ decenter denunciarit. Quemadmodum vero quæ ad deum spectant denuncientur, in Deuteronomio sic proferuntur: Portauit te dominus deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum. Quasi humanos mores deo sacra scriptura imponunt, vt hominibus conferant. Non enim erat multis necesse, vt deus personam sibi effingeret pro eius vt dignitate istos alloqueretur. Sed quibus curæ est sacras literas apertiores efficere, comperturi proculdubio sunt spiritalia spiritalibus nunciari, vbi sic dictorum sensu contulerint, vt quæq; vel ad infirmiores habentur, vel ad solertiores quosdā denunciatur, & ita, vt in vna sæpe, & eadem dictione id vtrunq; inesse ei appareat qui audire hāc nouerit. Irā igitur Dei nos dicimus, non tamen irasci illum assueueramus, vt vsurpatum id esse, vt qui permulta commiserint, castigentur, dum grauiter, & trucius arguuntur. Quod autem Dei ira, dum nuncupatur, vel vbi dicitur furor, castiget, ideq; diuinæ doctrinæ perlibeat, ex eo liquet, quod in sexto Psalmo sic dicitur: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et item in Hieremia: Corripe me domine sed in iudicio, & non in furore. Qui vero in libro Regum secundo dei iram perlegerit, Dauid ipsi persuadentem, vt populum suum recenseat, & in Paralipomenon primo diabolum, & inuicem istorum dicta examinando expendat plane videbit qua in re sit ira hęc constituta, cuius & filios Paulus hoēs oīes redditos esse affirmat, sic inquiens: Eramus olim filij iræ, sicut & cæteri. Quod autem non ira deus afficiatur, sed singuli delinquendo sibi hanc vendicēt, Paulus idem in his patefecit Num diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & magnanimitatis contemnis? Ignoras quoniam bonitas dei te ad pœnitentiam ducit. Secundum autem duriciem tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Verum quo pacto quis poterit in die iræ iram sibi thesaurizare, si iram pro affectu animi quodam, & passione acceperis? Vel quomodo quiuerit iræ affectio hæc castigare? Non enim vel sacra dicta, quę minime irascendum esse commonefaciunt, & in sexto iniungūt, & trigesimo Psalmo, Desine ab ira, & relinque furorem, & in Paulo illud edicunt. Deponite & vos omnia, iracundiam furorem, odium, blasphemiam, turpiloquium, hunc iræ affectum deo accommodassent, à quo nos prorsus velit eximere. Liquet sane de ira hac dei fuisse tropologice explicatum quando & de eius somno id literis proditur. Propheta nanq; veluti é somno hunc excitans, Surge (inquit) quid dormis domine? Et rursum, Et surrexit tanquā dormiens crapulatus à vino. Si itaq; hoc loco aliud quippiam somnus iste designat, & non id, quod in promptu ex dictione accipitur, cur non item & ira intelligatur, & comminationes insuper ea prætendant, quæ denuncientur his occursura, qui praue vitam hanc degunt? nec secus ac si & comminari quis diceret medicum, quum ægro illud inclamat, præcidam te equidem & inustiones mox adigā si meis legibus minus obtemperaueris, vel ab his illisve haud quaquam abstineas, vel te non ita, vt iniunxero, gesseris? Non itaq; humanos affectus deo annectimus, nec impie de eo sentimus, neq; errore aliquo ducti sacris adinuicem scriptionibus examinatis, quæ de deo narrantur, proferimus. Nec sane aliud est illis propositum, qui diuinam hanc prædicant disciplinam, nisi pro sua virili, vt auditores à stultitia vindicent, et sapientiores efficiant.

Ira dei. — Deu. 1. c.

Pſalm. 6 — Hiere. 10. d

Ephes. 2. a. — Roma. 2. a

Col. 3. b.

Pſal. 43. d — Pſal. 77. g.

De his quæ deo attribuuntur. Caput L.

HIeronymus aūt de his q̄ deo in scripturis sanctis attribuuntur, hoc pacto scribit: Omnipotens deus pater & filius, & spiritus sanctus, vnus, atq; trinus, vnus videlicet in natura, trinus in personis, solus inuisibilis, solus immēsus, atq; incōprehēsibilis, solus incircūscriptus, solus incorporeus & immortalis, vbiq; pſens, sed latens, vbiq; totus, sed immensus. Inuisibilis est quia in essentia sua videri nō potest, Apostolo testāte, qui ait: Quē vidit nullus hominum, sed nec videre potest. Et in Ioanne, Deū nemo vidit vnq̄. Incorporeus est, quia nullorum membrorum lineamētis cōpositus est siue compactus existit, sicut veritas in Euangelio dicit: Spiritus est deus, & q̄ adorat eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Immēsus est, qa

Inuiſibilis deus. — 1 Tim. 6. c — Incorporeus deus. — 1. Ioan. 4. c — Ioan. 4. c

quantitas eius, vel qualitas à nullo metiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicans, ait: Si cæli, & cæli cælorum te nō capiunt, quātomagis domus ista, quam ædificaui? Incircumscriptus est, quia circumscribi nō potest. Illocalis est, quia de loco ad locum nequaquā transit, nec quolibet detinetur, ipso de se per Isaiam testimonium perhibente, Cælum sedes mea est, terra scabellum pedum meorum. Et per Hieremiam: Nunquid non cælum & terram ego impleo? Cuius immensitatem propheta in psalmis confitens, ait: Si ascendero in cælum, tu illic es &c. De cuius immensitate adhuc in libro Iob scriptum est, Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior est inferno, & vnde agnosces? Longior est terra, immensitas eius latior est mari. Qui cælum & terram implet, proculdubio nullus est locus ab eius præsentia absens. Super omnia quippe est regendo, atq; imperando: subtus est, omnia sustinendo, atq; portando, non pondere laboris, sed infatigabili virtute. Immutabilis est, qa ab eo quod est, omnino mutari non potest, ipso dicente per Malachiam propheram: Ego dominus, & non mutor. Ideo deus immutabilis dicitur, quia misericordia, ira, furor, pœnitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia ei non accidunt. Simplex enim natura est, et immutabilis, & imperturbata, neq; aliud est ipse, & aliud quod habet, sed ipsum est quod habet, & quod est. Immortalis est, quia mori non potest, Apostolo dicente: Qui solus immortalitatem habet, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Vbicunque autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros in deo motus animæ, seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebras, aures, nares, os, labia, cor, linguam, imaginem, vterum, manum dexteram, sinistram, digitos, siue digitum, brachium, alas, scapulas, posteriora, pedes: eorum motus animæ, iram, furorem, obliuionem, pœnitentiam, recordationem, & his similia, non carnaliter iuxta historiā à recte intelligētibus sumenda sunt, sicut à Iudæis, & plerisq; hæreticis carnaliter sapientibus, qui deum corporeum atq; localem opinantur, sed spiritualiter omnia de eo intelligenda, & contuenda sunt. Si quis enim deo humana membra, seu motus animę more humano inesse credit, proculdubio in corde suo idola fabricat, quum (vt dictum est) figuraliter in deo caput legimus ipsam essentiam diuinitatis eius, quæ omnia præcedit, & cui omnia sunt subiecta, intelligere debemus. Capillos vero capitis eius sanctos Angelos, seu vniuersos electos accipi oportet, de quo quidem sacramento in libro Danielis scriptum est: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius, quasi nix candidum, & capilli capitis eius, quasi lana munda. Hoc enim significat per vestimenta candida dei, quod & per capillos capitis eius, sanctos videlicet Angelos, & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius, lanæ mundæ comparantur, vt per hoc antiquus dierum credatur esse. Oculos Deus dicitur habere, pro eo quod omnia videt, & nihil eum latet. In cuius conspectu (ait Apostolus) nulla creatura inuisibilis est. Omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius. Aliter vero oculi, respectu gratiæ eius intelliguntur, vt est illud in Psalmo, Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Palpebræ domini, occulta, & incomprehensibilia iudicia, siue spiritalis in diuinis libris eius locutio innuitur, de quibus occultis, & incomprehensibilibus sacramentis, atq; iudicijs, in psalmo legitur, Palpebræ eius interrogant filios hominum, id est, probant. Aures dicitur habere dominus propterea, quia omnia audit. Nihil eum sub silentio latet, de quo in libro Sapientiæ dicitur, Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscōditur. Nares dei, inspiratio eius in cordelidelium, vt est illud in libro Regum: Ascendit fumus de naribus eius, id est, lachrymosa compunctio pœnitentiū de inspiratione eius. Facies dei, cognitio veritatis, seu cognitio diuinitatis eius ad homines. De qua cognitione in Psalmo scriptum est, Ostende nobis domine faciem tuam, hoc est, dona nobis cognitionem tuam, quæ cognitio per filium omnibus hominibus innotuit, ipso dicente in Euangelio: Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Aliter vero facies dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filij dei, de qua ipse dominus ad Moysen per ipsum Angelum respondit: Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Os vero dei, filius dei patris, id est, Christus dominus, de quo Hieremias propheta, ex Iudæorum persona affatus ait, Quia os eius ad iracundiam prouocauimus. Aliter vero os domini, sermo eius, siue visio accipitur. De quo sermone dei Esaias propheta air: Os domini locutum est, hoc est, verbum filius dei patris, per quem omnia facta sunt, de quo in Psalmo dicitur, Verbo domini cæli firmati sunt. Et alibi, Misit verbum suum & sanauit eos. Et in Euāgelio, In principio erat verbum. Lingua dei, mystice significat spiritum sanctum, per quem deus pater, secretum suū manifestauit hominibus

3. Reg. 8. c. — Incircumſcriptus deus. — Illocalis deus. — Iſa. 66. a. — Hiere. 23. d — Pſal. 1. g. — Iob. 11. b.

Immutabilis deus. — Malac. 3. b. — Miſericordia dei. — Ira dei. — Furor dei. — Pœnitētia dei. — Obliuio dei. — Recordatio dei. — Immortalis deus. — 1. Tim. 6. c — Caput dei. — Capilli dei — Oculi dei. — Palpebrę dei — Aures dei. — Nares dei — Os dei. — Labia dei. — Cor dei. — Lingua dei — Imago dei — Vterus dei — Manus dexteradei. — Sinistra dei — Digiti dei. — Brachium dei. — Ala dei. — Scapula dei — Posteriora dei. — Pedes dei. — Motus animę dei. — Furor dei. — Obliuio dei — Pœnitentia dei. — Recordatio dei. — Dani. 7. c — Veſtimentum dei. — Oculi dei, Hebr. 4. d — Pſalm. 18. — Palpebrę dei — Pſalm. 10. — Aures dei.

Sapien. 1. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pſal.44. Labia dei. Prou.16.b

minibus. Vnde in Pſalmo, Lingua mea, calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Labia dei, myſtice vtriuſq; teſtamenti conſonantia intelliguntur, de quibus duobus teſtamentis in Prouerbijs dicitur: Et diuinatio in labijs regis, in iudicio non errauit os eius.

Caput LI.

Brachia dei Eſai.51.b. Brachium dei Hiere.32.d.

BRachium, vel brachia dei patris, filius eius, & ſpiritus ſanctus intelligitur, ſicut eſt illud in Eſaia: Et brachia mea populos iudicabunt. Brachium dei patris ſingulariter, filius eius accipitur, de quo Hieremias ad ipſum ait: Et nunc domine deus, qui eduxiſti populũ tuum de terra Aegypti in manu forti, & brachio extento. Ideo autem filius dei brachium dicitur, quia creatura electa ab ipſo continetur. Dextera dei patris, vnigenitus filius accipitur, de quo in Pſalmo de perſona hominis aſſumpti dicitur: Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Aliter vero dextera domini, gloriam, & patris æternã beatitudinem ſignificat, de quo in Pſalmo ex perſona patris dicitur ad filiũ: Sede à dextris meis. Dicitur autem dextera dei omnis electa creatura in cælo, & in terra, ſicut per ſiniſtrã eius intelligitur reproba creatura, id eſt, dæmones, & omnes impij, qui ad leuã poſiti, æterna ſupplicia ſuſtinebunt. Manus dei patris, filius eius accipitur, pro eo quod per ipſum omnia ſunt facta, ſicut eſt illud in Eſaia: Omnia hæc manus mea fecit, & per manum domini facta ſunt omnia. Aliter vero manus dei poteſtas intelligitur, de qua poteſtate in libro Hieremiæ dicitur: Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Iſrael. Item nonnunquam manus domini flagellum accipitur, de cuius percuſſione in Sophonia propheta ſcriptum eſt: Extendam manum meam ſuper Iudam, & ſuper habitantes Hieruſalem, & diſperdam de loco reliquias Baal, de qua domini percuſſione beatus Iob de ſeipſo ait: Manus domini tetigit me. Digitus domini ſingulariter, ſpiritus ſanctus accipitur, à quo ſpiritu ſancto lex in duabus tabulis lapideis ſcripta narratur in monte Sinai. Ipſe enim ſcripſit, qui ſcribenda dictauit, id eſt, ſpiritus ſanctus, de quo ſpiritu ſancto dominus in Euangelio, Ego in digito dei eiicio demonia, quod alius Euangeliſta aperte declarans, ait: Si ego in ſpiritu dei eiicio dæmonia. Sicut enim digitus cum manu, vel brachio, manus vero, vel brachiũ cũ corpore ſunt in natura vnum: ita pater & filius, & ſpiritus ſanctus, tres quidem ſunt in perſonis, vna vero ſubſtantia diuinitatis. Digiti dei pluraliter, ſancti intelliguntur prophetæ, per quos ſpiritus ſanctus legis, ac prophetarum libros, ſua inſpiratione deſcribit, de quibus in pſalmo dicitur: Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum. Per cælos enim libros legis, & prophetarum: per digitos vero ſanctos (vt dictum eſt) prophetas inſinuauit. Imago dei patris inuiſibilis, dupliciter intelligitur. Aliter nãq; eſt imago dei patris in filio ſuo, quẽ non aliunde, ſed ex ſemetipſo, hoc eſt, ex ſubſtantia ſua & per omnia ſibi ſimilem, & æqualem genuit. Aliter vero in anima hois, quam non ex ſe, id eſt, de ſubſtantia ſua (ſicut plerique hæretici opinãti ſunt) genuit, ſed ex nihilo creauit. Sicut aliter ẽ imago cuiuſq; regis in filio eius, quem ex ſemetipſo ſibi ſimilem genuit, id eſt, hominem: aliter vero in anulo ſiue in cæra imago eius impreſſa, quæ non eſt quod ipſe, ſicut filius, qui naturaliter hoc eſt quod & pater.

Dextra dei Pſal 117. Pſalm. 110.

Mat.25.c.

Siniſtra dei.

Manus dei Eſai.66.a. Hiere.18.a.

Sopho.1.

Digitus dei Exod.31.d

Tob.19.c.

Luc.11.c. Mat.12.d.

Digiti dei.

Pſalm.8.

Imago dei duplex.

Caput LII.

Cor dei. Pſal.44.a

Ala dei. Pſal.16.c

Scapulæ dei Pſal.90.a. Venter dei

Pſalm 110.

COr dei patris, eſt arcanum eius ſapientiæ myſticæ, ex q̃ verbum, id eſt, filiũ ſuum impaſſibiliter ſine initio genuit, ipſo dicente: Eructauit cor meum verbum bonũ. Alas deus dicitur habere, pro eo q̃d more auis electos ſuos tanq̃ pullos ſub ſe colligit, fouet, & ab inſidijs diaboli, & malorum hoim protegit. Vnde Prophera: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Scapulas habere dicitur, quia infirma mẽbra eccleſiæ, quaſi in ſcapulis portat. Sicut in Pſalmo dicitur: Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Venter dei, ſecreta origo ſubſtantiæ eius accipitur. Vnde in Pſalmo, Ex vtero ante luciferum genui te. Aliter vterus dei, incomprehenſibilia iudicia eius, q̃ rimari nequeunt, inſinuatur myſtice. De quo occulto iudicio eius in libro Iob ſcriptum eſt: De cuius vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cælo qs genuit?

Iob.38.c.

Poſteriora dei. Exodi.33.d

Pedes dei.

Eſa.66.a

Exo.24.c

Poſteriora filij dei incarnatio eius accipitur, de qua poſteritate filius in mõte Sinai ad Moyſen per angelum loquens, ait: Poſteriora mea videbis, faciem autem meam videre non potes. Pedes dei, ſtabilimentum & virtus eius eſt, eo quod vbique præſens eſt, & vniuerſa ei ſubiecta ſunt, illo ipſo dicente per Eſaiam prophetam: Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Aliter, pedes filij dei incarnatio intelligitur, quæ diuinitati ſubiecta eſt, tanquam capiti pedes. Sicut enim per caput, diuinitas, ita per pedes eius, humanitas eius exprimitur. De qua in Exodo ſcriptũ eſt: Viderunt dominum, hoc eſt, Moyſes & Aaron, & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus populi, ſub pedibus eius, quaſi lapis ſapphirus, &

rus, & quaſi cœlum, quum ſerenum. Sicut autem per lapidem ſapphirum, cœleſtes naturas, vel ſanctos Angelos, ita per cœlum ſerenum, ſanctam eccleſiam electorum ex hominibus aſſumptam figuraliter demõſtrare voluit, ſuper quas duas creaturas homo aſſumptus filius dei in perpetuum regnat. De quo in Pſalmo dicitur: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Aliter autem per Dei pedes, id eſt, Ieſu Chriſti, ſignificati ſunt ſancti prædicatores, de quibus in Deuteronomio ſcriptum eſt: qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius.

Pſalm.8. Deute.33.a

Veſtimentum dei.

Veſtimentum filij dei, aliquando caro eius, quæ à diuinitate eſt aſſumpta, in diuinis libris figuraliter accipitur. de quo indumento carnis Eſaias ait: Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Rurſus veſtimenta eiuſdem domini ſancta accipitur eccleſia, quæ per fidem, & dilectionem ei coniuncta eſt, de qua dicitur in Pſalmo: Dominus regnauit, decorẽ induit. Et in Pſalmo alio ad ipſum dominum: Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine, ſicut veſtimento. Pallium iam dicta eius eccleſia intelligitur. De quo in libro Geneſis ſcriptum eſt: Lauit in vino ſtolam ſuam, hoc eſt, in paſſiõe carnem ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum, id eſt, eccleſiam ſuam. Calciamenta domini noſtri Ieſu Chriſti, myſtice ſignificant incarnationem eius, quam ex mortalitate humani generis aſſumere dignatus eſt. De qua incarnatione ſua ipſe per prophetam in Pſalmo ait: In Idumæam extendam calciamentum meum, id eſt, in plebe gentilium manifeſtabo incarnationem meam. Greſſus dei, aduentus filij dei in mundum, & regreſſus ad patrem. De quibus Pſalmiſta ait: Viſi ſunt ingreſſus tui Deus, greſſus dei mei, & regis mei, id eſt, ipſius de cœlo, qui venit in vterum virginis. De vtero vero naſcẽdo poſitus eſt in præſepio, poſtquam omnia impleuit, pro quibus a patre miſſus venerat, appenſus eſt in ligno crucis, de cruce autem depoſitus, ſecundum corpus ſepultus eſt, & ſecundum animam ad infernum deſcendit. Tertia autem die per potentiam ſuæ diuinitatis, carnem ſuam de ſepulchro ſuſcitauit. Et poſt diem reſurrectionis quadrageſimo die videntibus Apoſtolis aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram patris id eſt, ad gloriam eius. Hi ſunt enim greſſus filij dei, iſte deſcenſus, & aſcenſus eius, qui frequenter in ſacris ſcripturis legitur. Aſcendere dicitur deus, quum filius carnem ex nobis aſſumptam in cœlũ velut captiuam inuexit ſicut in Pſalmo illo: Aſcendit in cœlum, captiuam duxit captiuitatem, quia naturam humani generis, quæ à diabolo in mundo captiua retinebatur, aſſumens ſecum in cœlum, vbi nunquam ante fuerat, tanquam captiuam deportauit. Abſcondere faciem ſuam deus legitur, cum hominibus quibuſdam, eorum exigentibus culpis, cognitionem ſuam abſcondit ſicut in populo Iudæorum nunc impletum videmus, quia negantes filium dei deiſcientiam ita Iudæi perdiderunt, vt ſimiles fierent gentibus, quæ Deum non cognouerunt. Oſtendere faciem ſuam dicitur deus, quum reſpectu gratiæ ſuæ quibus vult ſcilicet electis ſuis ſeipſum in corda eorum occulta inſpiratione inſinuat, & ad diligendum ſe amorem ſuum infundit.

Pſal.67.d

Aſcendere dei.

Abſcondere dei.

Oſtendere dei.

Cap. LIII.

SEdere dicitur deus, non corporaliter humano more, ſed potentialiter ſuper oẽm creaturam regnando præſidere. Vnde eſt illud in Pſalmo, regnabit dominus ſuper omnes gentes, deus ſeder ſuper ſanctam ſedẽ ſuam. Sedere autem deus dicitur ſuper Cherubim (q̃p interpretatur plenitudo ſcientiæ) per quod ſignificantur ſancti Angeli ſiue mentes ſpiritualiũ virorum, in quibus deus inuiſibiliter præſidet, & regnat. In illis enim ſedet, qui ſcientia eius, & dilectione pleni ſunt. In Prouerbijs quippe Salomonis ſcriptum eſt. Anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. Sapientia vero Dei patris Chriſtus eſt, qui in animabus ſanctorum dei ſedere dicit. Deſcendere deus in mundum dicitur, quando aliquid nouum, quod ante nõ fecerat in creatura humana, operatur, ſicut filius dei patris deſcendiſſe narratur, quando veram carnem ex Maria virgine propter redemptionẽ noſtrã ſuſcepit, & deus homo fieri dignatus eſt, nõ amittendo quod erat, ſed aſſumendo quod non erat. De cuius deſcenſione, id eſt, incarnatione, in Pſal. ſcriptum eſt: Inclinauit cœlos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius. Cœlos inclinauit, qui aduẽtum ſuum prænũcians, Angelos, ſiue prophetas miſit, qui aduẽtũ eius hominibus nũciarent. Caligo ſub pedibus eius, q̃a impij homines ob ſuã malitiã incarnationẽ eius agnoſcere non potuerunt, nec adhuc poſſunt. Stare deus dicitur quũ nos infirmos, i. ſuã creaturã ad pœnitentiam, & cõuerſionẽ patiẽter ſuſtinet, vt eſt illud in Habacuc prophera: Stetit & menſus eſt terram, & diſſoluit gentes, id eſt ſtetit ad ſubueniẽdũ & diſſoluit credentes in ſe, a vinculis peccatorum. Tranſire dicitur Deus, quum de cordibus quorundam hominum, in quibus antea per fidem condebatur, poſtea ſubrepente perfidia, vel quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios tranſit, quemadmodum de Iudæis ad gentes, de hæ-

Sedere dei. Pſal. 46. b Pſal. 79. a

Deſcẽdere dei.

Pſal 17 b.

Stare dei.

Abac 3. b. Trãſire dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reticis ad catholicos, seu de quibuslibet irreligiosis, & negligentibus pro vitio suo recede re dicitur, & ad alios transire, quod non localiter, aut visibiliter, sed inuisibiliter, occulto, iu stoq; iudicio facere consueuit. Ambulare dicitur Deus non de loco ad locum transeundo, quia impium est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio, sicut scriptum est, Et inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorũ Deus. Vel certe Dei ambulare, est in sanctis p̃dicatoribus suis de loco ad locũ trãsire. Loqui dei, ẽ inuisibiliter sine voce, vel quolibet strepitu in mentibus sanctorum voluntatem suam, atq; intellectum rectum inspi rare, seu futura, sicut in sanctis prophetis, reuelare. Quæ locutio dei (vt quidam volunt) tri bus modis accipitur. Primo nanq; modo per subiectam creaturam, sicut ad Moysen in ru bo, & igne apparuit. Vel sicut ad Abraham, atq; Iacob, & cæteros sanctos, quibus in Ange lis apparuit. Secundo vero modo, in somnis, sicut ad Iacob, & Zachariam prophetã, & ad Ioseph sponsum Mariæ, & alijs sanctis, quibus secreta reuelare voluit. Tertio autem modo neq; per creaturam visibilem, neq; per hominem, sed occulta tantum inspiratione inuisibili ter corda eorum tangendo afficit, sicut in libris prophetarum scriptum est, quum ipsi pro phetæ subito afflati spiritu sancto, exclamant, dicentes: Hæc dicit dominus. Videre Dei, est bona acta probare, sicut est illud in Genesi: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, id est, intelligentibus esse bona demonstrauit. Aliter videre dei est mala hominum sci enter reprobare, sicut est illud in Esaia propheta: Et vidit Deus, & apparuit malum in ocu lis eius. Item aliter videre dei est nos videntes facere, vt est illud in Psalmo: Proba me domi ne, & scito cor meum. Modus iste locutionis in libro Iob similiter reperitur, vbi de sapien tia Dei patris postquam plurima insignia locutus est de Deo patre, adiunxit: Tunc vidit il lam, & enarrauit, & inuestigauit, & imperauit, id est, videntes fecit, atq; prædicantes, & in uestigantes, atq; alijs nunciantes. Cognoscere dei, est cognoscẽtes facere, sicut ait ad Abra ham: Nunc cognoui quod timeas deum. Neq; enim in tempore nouit qui scit omnia ante quam fiant, sed cognoscere dicitur Deus cognoscentes facere, vt qui prius de se quales es sent, incogniti erant, per eius interrogationem, & probationem, quales essent sibimetipsis cogniti fierent, tale est illud in lege Moysi de populo Israelitico: Tentabo (inquit) eos, v trum custodiant mandatum meum, an nõ. Nescire dei, est reprobare, sicut in Euangelio di citur: Nescio vos vnde sitis, recedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Zelare dei di citur, quum creaturam suam, quam non vult perire, sæpe castigat, corripit, atq; flagellat, & flagellando adducit ad se. Vel zelare dei dicitur, quum nullum peccatum impunitum vult re linquere. Iustus est enim. Et ideo omnis iniustitia execrabilis est illi, quia (vt dictum est) nihil impurum patitur impunitum. Irasci dicitur Deus, non animæ motu, vel quauis alia pertur batione, quæ omnino illi accidere non potest, sed creaturæ delinquenti, id est, hominibus im pijs, & peccatoribus, iustam dicitur inferre vltionem, hoc est, reddere illis quæ merentur, & hæc est vltio diuina, iste furor eius dicitur. Pœnitere Deus dicitur, non quod more homi num de transactis operibus pœniteat, qui enim omnia nouit antequam fiant, pro suis præte ritis actibus pœnitere non potest, sed pœnitentia dei est statuta mutare, & quod prius aliter inchoatum est, in aliud mutare, id est, de bono exigentibus culpis, in malum. Sicut de Saule legitur pœnituisse deum, quod constituit eum regem. Vel sicut nunc videmus in populo Iudæorum, qui quum esset populus dei, ob impietatem suam factus est synagoga satanę. De malo vero in bonum, sicut accidit in populo gentium, qui quum prius non esset populus dei, nunc autem per gratiam Christi populus dei factus est. Hoc quippe modo occulto dei iudicio Iudas Christi proditor de apostolatus lapsus gradu, in inferni barathro dimersus est. Latro vero post crimen rapacitatis, de cruce ad paradisum translatus est. Hanc quoque mutationem de bono ad malũ (vt dictum est) siue de malo ad bonum, quia occulto, iustoq; dei iudicio per sententiam iustitiæ suæ siue per misericordiam eius fiat, pœnitentiam dei dici mus, sicut expressius in libro Hieremię scriptum est: Non pœnitere dei, est statuta nullo mo do mutare. Vnde est illud in Psalmo: Iurauit dominus, & non pœnitebit eũ, id est, pater ad filium: Tu es sacerdos in æternum secũdũ ordinem Melchisedec. Sacerdos enim dei patris dictus est filius dei, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatẽ, in qua se pro no bis per passionem, & mortem suam acceptabile sacrificium deo patri obtulit, vt ipse esset sa cerdos, qui & sacrificium. Obliuisci dicitur deus, quũ quibusdã impijs, & peccatoribus nõ mi seretur, quo d vtiq; nõ facit propter crudelitatem quæ in deo nõ est, sed per occultum iustũq; iudicium suum. Indurare dicitur deus quorũdã corda malorũ, sicut de Pharaone rege Aegy

Ambulare dei. 2. Cor. 6. d. Leui. 26 b

Loqui dei.

Exo. 3.

Videre dei. Gene. 1.

Esa. 59 c. Psal. 138. d.

Iob. 28. d.

Cognoscere dei. Gen. 22. c.

Exo. 16. 2.

Nescire dei Luc. 13. c.

Zelare dei

Irasci dei.

Pœnitere dei.

1. Reg. 15. c.

Psalm. 110.

Obliuisci dei.

Indurare Dei.

pti scriptum

pti scriptum est, non quod omnipotens Deus per potentiam suam eorum corda induret, quod impium est ita credere, sed exigentibus eorum culpis cum duritia cordis, quam ipsi sibi omnia mala perpetrando nutriunt, non aufertur, quasi illos ipse induret quos iusto iu dicio induratos finit. Dormire Dei, est quum vnigenitus dei patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est, cuius mors recte dulcis fuisse prædicatur, ipso dicente per Hiere miam prophetam: Ideo quasi a somno excitatus sum, & vidi & somnus meus dulcis est mi hi. Aliter dormire Deus dicitur, quum fides eius inter prosperitates huius mundi, in quo rundam corda fidelium nõ vigilat, sed dormit. Hanc dormitationem ipse significauit quũ in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei ẽ anxijs tarde subuenire, sicut est illud in Psalmo: Exurge, quare obdormis domine? Vigilare dei, est in defensione suorũ electorum & vltione inimicorum suorum manifeste se demonstrare.

Exo. 10. g.

Dormire dei.

Hiere. 31. c. Matth. 8. c

Psal. 43. d.

Error de Deo triplex cauendus. Cap. LIIII.

TRiplex est autem error de deo (vt diuus scribit Augustinus, libro de Trinitate primo, capite primo.) Nõnulli (inquit) ea quæ de corporalibus rebus, siue per sensus corpore os experta nouerunt, siue quæ natura humani ingenij, & diligentiæ viuacitate, vel artis adiu ri atq; opinari velint. Sunt quidam alij, qui secundum humani animi naturam, vel affectum de Deo sentiunt si quid sentiunt, & ex hoc errore, quum de deo disputãt, sermoni suo distor tas, & fallaces regulas fingunt. Est item aliud hominum genus, eorum qui vniuersam qui dem creaturam, quæ profecto mutabilis est nituntur transcendere, vt ad incommutabilem substantiam, quæ Deus est, erigant intentionem, sed mortalitatis onere prægrauati, quum & videri volunt scire, quod nesciunt, & quod volunt scire, non possunt, præsumptiones opinio num suarum audacius affirmando, intercludunt sibimet intelligentiæ vias, magis eligentes sententiam suam non corrigere peruersam, quam mutare defensam. Et hic quidem omniũ morbus est trium generum, quæ proposui, eorum scilicet qui secundum corpus de deo sapi unt, & eorum, qui secundum spiritalem creaturam, sicuti est anima, & eorum qui neq; secun dum corpus, neq; secundum spiritalem creaturam, & tamen de deo falsa existimant, eo re motiores a vero, quo id quod sapiunt, nec in corpore reperitur, nec in facto & condito spiri tu, nec in ipso creatore. Qui enim opinatur deum (verbi gratia) candidum, vel rutilum, fal litur, sed tamen hæc inueniuntur in corpore. Rursus, qui opinatur deum nunc obliuiscen tem, nunc recordantem, vel si quid huiusmodi est, nihilominus in errore est, sed ta men hæc inueniuntur in animo. Qui autem putat eius esse potentiæ deum, vt seipsum ipse genuerit, eo plus errat, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritalis, nec corpora lis creatura. Nulla enim omnino res est, quæ seipsam gignat, vt sit. Vtergo ab huiusmodi fal sitatibus humanus animus purgaretur, sctã scriptura paruulis congruens, nullius gñis rerũ verba vitauit, ex qbus quasi gradatim ad diuina noster intellectus velut nutritus assurgeret. Nam & verbis, & rebus corporalibus sumptis vsa est, quum de deo loqueretur, velut quum ait: In tegmine alarum tuarum protege me. Et de spiritali creatura multa transtulit, quibus significaret illud quod ita non esset, sed ita dici opus esset, sicuti est, Ego sum Deus Zelotes. Et, Pœnitet me hominem fecisse. De rebus autem, quæ omnino non sunt, non taxit aliqua vocabula, quibus vel figuraret locutiones, vel spiraret ænigmata. Vnde perniciosius, & ina nius euanescũt, qui tertio illo genere erroris a veritate secluduntur, hoc suspicando de deo, quod neq; in ipso, neq; in vlla creatura inueniri potest. Rebus enim quæ in creatura inueni untur, solet scriptura diuina velut infantilia oblectamenta formare, quibus infirmorum ad quærenda superiora, & in feriora deferenda, pro suo modulo tanquam passibus moueretur affectus. Quæ vero proprie de deo dicuntur, quæq; in nulla creatura inueniuntur, raro po nit scriptura diuina, sicut illud, quod dictum est ad Moysen: Ego sum qui sum. Et, Qui est, misit me ad vos. Quum enim esse aliquo modo dicatur & corpus, & animus, nisi proprio quodam modo vellet intelligi, non id vtique diceret. Et illud quod ait Apostolus: Qui so lus habet immortalitatem, quum & anima modo quodam immortalis esse dicatur, & sic non diceret. Solus habet, nisi quia vera immortalitas, incommutabilitas est, quã nulla potest habere creatura, quoniam solius est creatoris. Hoc & Iacobus dicit: Omne datum optimũ, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est trãsmutatio, nec momenti obumbratio. Hoc & Dauid: Mutabis ea, & mutabuntur, tu ve ro idem ipse es. Proinde substãtiam Dei sine vlla sui commutatione mutabilia facientem,

Exo. 3. d.

1 Timo. 6. f

Iacob. 1.

Psalm. 101.

& fute

Psalm. 18. Exo. 10. g. Gene. 6. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sine vllo sui temporalis motu temporalia creantem, intueri & plene nosse difficile est. & ideo est necessaria purgatio mentis nostræ, qua illud ineffabile ineffabiliter videri possit. qua nondum prædicti fide nutrimur & per quædam tolerabiliora, vt ad illud capiendum
Col.2.3. apti, & habiles efficiamur, itinera ducimur. Vnde Apostolus in Christo quidem dicit esse, omnes thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos: eũ tamen quamuis iam gratia eius renatis sed adhuc carnalibus, & animalibus tanquam paruulis in Christo non ex diuina virtute in qua æqualis est patri, sed ex humana vobis, ex qua crucifixus est commendauit. Ait nam
1.Cor.2. q; Neq; enim iudicaui me scire aliquid in infirmitate nisi Iesum Christum, & hũc crucifixũ. Deinde secutus ait: Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos. Et paulo post dicit: Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam. nondum enim adhuc poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Hoc quum dicitur quibusdam, irascuntur, & sibi contumeliose dici putant, & plerunque malunt credere eos potius, à quibus hoc audiunt, non habere, quod dicant, quàm se capere non posse quod dixerint. Et aliquando afferimus eis rationem non quam petunt, quum de Deo quærunt, quia necipsi eam valent sumere nec nos fortasse vel apprehendere, vel proferre: sed qua demonstretur eis quam sint inhabiles minimeq; idonei percipiendo quod exigunt. Sed quia non audiunt quod volunt, aut callide nos agere putant, vt nostram occultemus imperitiam aut malitiose quod eis inuideamus peritiam atque ita indignantes perturbatiq; discedunt. Quapropter adiuuante domino Deo nostro suscipiemus & eam ipsam, quam flagitant, quantum possumus, reddere rationem, quod trinitas sit vnus Deus & solus & verus, & q̃ recte pater & filius & spiritus sanctus vnius eiusdemq; substantiæ, vel essentiæ dicatur credatur, intelligatur, vt non quasi nostris excusationibus illudantur, sed re ipsa experiantur & esse illud summũ bonũ, q̃ purgatissimis mentibus cernitur, & à se propterea cerni comprehendq; nõ posse, quia humanæ mentis acies inualida, in tam excellenti luce non figitur nisi per iustitiam fidei nutrita, vegetetur. Sed primum secundum autoritatẽ scripturarũ sanctarũ vtrũ se ita fides habeat, demonstrandũ est. Deinde si voluerit, & adiuuerit Deus istis garrulis ratiocinatoribus, elatioribus, q̃capacioribus, atq; ideo morbo periculosiore laborantibus, sic fortasse seruiemus, vt inueniant aliquid vnde dubitare non possint, & ob hoc in eo quod inuenire nequiuerint de suis mentibus potius, q̃ de ipsa veritate, vel de nostris disputationibus conqueantur, atq; ita si quid eis erga deum, vel amoris est vel timoris, ad initium fidei & ordinem rediant, iam sentientes q̃ salubriter in sancta ecclesia medicina fideliũ constituta sit, vt ad perceptionem incommutabilis veritatis imbecillem mentẽ obseruata pietas sanet ne in opinionem noxiæ falsitatis temeritas inordinata præcipitet. Nec pigebit me ficubi hæsito quærere, nec pudebit ficubi erro discere. Proinde q̃qs hæc legit, vbi parit̃ certus ẽ, pgat mecũ, vbi prait̃ hęsitat, q̃rat mecũ, vbi errorẽ suũ cognoscit redeat ad me, vbi meũ, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viã tẽdẽtes ad eũ, de q̃ dictũ est: Quærite faciẽ eius semp.
Phil.3.4. Ridiculum, imo impium est credere membra corporea esse in Deo. Cap.LV.

ET libro primo de Genesi contra Manichæos, capite decimo septimo: Istum maximè
Gene.1.d. quæstionẽ (inqt) solet Manichæi loquaciter agitare & insultare nobis q̃ hominẽ credamus factum ad imaginem & similitudinẽ Dei. Attendunt enim figurã corporis nostri & infeliciter q̃runt, vtrũ habeat Deus nares & dentes & barbam & membra etiam interiora & cætera quæ in nobis sunt necessaria. In deo autem talia ridiculum est, imo impiũ credere & ideo negant hominem factum esse ad imaginem & similitudinẽ dei. Quibus respõ-
Col.3.a. demus, membra quidem ista in scripturis plerunq; nominari, quum deus insinuatur audiẽ-
Matt.5. tibus paruulis, & hoc non solum in veteris testamenti libris, sed etiam in noui. Nam & oc-
Luc.11.6. li dei commemorantur & aures, & labia & dentes & pedes & ad dexteram dei patris sedere euangelizatur filius. Et ipse dominus dicit: nolite per cœlum iurare, qa sedes dei est, neq; per terram quia scabellum pedum eius est. Item ipse dicit, q̃d in digito dei ejiciebat dæmonia. Sed omnes, qui spiritaliter intelligunt scripturas, non membra corporea per ista nomina sed spiritales potentias accipere didicerunt sicut galeas & scutum & alia multa. Primo ergo istis hæreticis dicendum est, qua impudentia de talibus verbis veteri testamento calumnientur, quum etiam in nouo posita videant, aut forte non videant, sed quum litigant
Imago Dei in homine excęcantur? Sed tamen nouerint in catholica disciplina spiritales fideles non credere deum forma corporea definitum. Et quod homo ad imaginem Dei factus dicitur, secundum interiorem hominem dici, vbi est ratio & intellectus: Vnde etiam habet potestatem piscũ maris &

maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum & ferarum & omnis terræ & omnium repentium, quæ repunt super terram. Quum enim dixisset, Faciamus hominem ad imaginem, & Gene.1. similitudinem nostram, addidit continuo, & habeat potestatem piscium maris & volatilium cœli &c. vt intelligeremus non propter corpus dici hominem factum ad imaginem dei sed propter eam potestatem, qua omnia pecora superat. Omnia enim animalia cætera subiecta Psalm.8. sunt homini, non propter corpus, sed propter intellectum, quem nos habemus, & illa non habẽt, quamuis etiam corpus nostrum sic fabricatum sit, vt indicet nos meliores esse, quam Animãtiũ corpora ad terrã inclinata, hominis erectum est. bestias & propterea Deo similes. Oim eñ animaliũ corpora siue q̃ in aqs siue q̃ in terra viuunt, siue quæ in aere volitãt, inclinata sunt ad terram & non sunt erecta sicut hominis corpus. Quo significatur etiam animum nostrum in superna sua, id est in æterna spiritalia erectum esse debere. Ita intelligitur per animum maxime attestante etiam erecta corporis forma homo factus ad imaginem & similitudinem Dei. Et libro quæstionum super Leuiticũ, capite nonagesimotertio, exponens illud Leuitici vicesimosexto, Et non abominabitur anima mea vos. Animam suam (inquit) Deus voluntatem suam dicit. Non enim est animal habens corpus & animam, neque substantia eiusmodi est, cuiusmodi creatura eius, quæ anima dicitur, quam fecit. Fecit enim sicut per se iam ipse testatur, dicens: Et omnem flatum ego feci. Quod cum de anima hominis dicere, consequentia manifestãt. Sicut ergo quum dicit oculos suos & labia sua &c. vocabulo membrorum corporalium, non vtiq; accipimus eum Psal.57. forma corporis esse definitum: sed illa omnia membrorum nomina non intelligimus, nisi effectus rationum, atque virtutum: ita & quum dicit. Anima mea, voluntatem eius debemus accipere. Perfecte quippe illa simplex natura, quæ Deus dicitur, non constat ex corpore, & Apollinaristæ sic dicunt Christũ nõ habuisse animam. spiritu, nec ipso spiritu mutabilis est, sicut anima, sed spiritus est Deus, & semper, & idem ipse, apud quem non est commutatio. Hinc autem acceperunt Apollinaristæ occasionem, qui Mat.26.d. dicunt animam non habuisse mediatorem dei, & hominum hominem Christum Iesum: sed tantum verbum, & carnem fuisse, quum diceret, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sed ipso eius actu, qui nobis per euangelicam declaratur historiam, sic apparent humanæ animę officia, vt hinc dubitare dementis sit.

Ad quæ verba scripturæ descendant. Cap.LVI.

IDem autem Augustinus libro octogintatrium quæstionum vnico, quæstione quinquagesima secunda, hoc pacto scribit: Diuinæ scripturæ à terreno & hũano sensu, ad diuinũ, Affectiões humanę q̃ modo sint in Deo. & cœlestem nos erigentes, vsque ad ea verba descẽderunt, quibus inter se stultissimorum etiam vtitur consuetudo. Itaque earum etiam affectionum nomina, quas animus noster patitur, quas longissimè à deo esse sciunt as, iam qui melius sapit, intelligit non dubitauerunt Ira Dei est vindicta. illi viri, per quos locutus est spiritus sanctus opportunissimè in libris ponere. Vt verbi gratia, quoniam difficillimum est, vt homo aliquid vindicet sine ira, vindictam dei, quæ omnino Zelus Dei est diuina prouidẽtia sine ista perturbatione fit, iram tamen vocandam iudicauerunt. Item quia coniugij castitatẽ zelando viri custodire consueuerunt, illam dei prouidentiam, per quam præcipitur, atq; agitur, ne anima corrumpatur, & Deos alienos sequens quodammodo meretricetur, zelum Manus. Dei. Pedes Dei. Aures Dei. Oculi Dei. Facies Dei. Pœnitẽtia Dei. dei appellarũt. Sic & manũ dei, vim qua operat̃ & pedes dei vim, qua in oia custodienda, & gubernãda ptendit, & aures dei, vel oculos dei, vim qua oia pcipit atq; intelligit, & faciẽ dei vim qua se manifestat, atq; dignoscit̃, & cætera in hũc modũ. Propterea scil. qua nos ad q̃s fermo fit, & manibus solemus opari & pedibus incedere, & q̃ fert animus puenire, & auribus, atq; oculis, cæterisq; sensibus corporis corporalia pcipere, & facie innotescere, & si qd aliud ad hanc, tanquã regulã pertinet. Hoc modo igitur, quoniã mutare cœptum aliquod, & in aliud transferre non facile solemus, nisi pœnitendo, quanquam diuina prouidentia serena mente intuentibus, appareat cuncta certissimo ordine administrare: accommodatissime tamen ad humilem humanam intelligentiam ea quæ incipiunt esse, neque perseverant, quantum perseueratura sperata sunt, quasi per pœnitẽtiam Dei dicuntur ablata. Et libro secundo ad Simplicianum, quæstione secũda: Age (inquit) iam videamus quomodo dictum sit, Pœnitet me quod constituerim regem Saul. Quæris enim non vtiq; in talium verborũ 1.Reg.15. intellectu rudis, sed rudimenta explorans mea paterno studio, & benigna cura quomodo pœniteat aliquid dominum, in quo sit omnis præscientia. Ergo quum hoc de domino dicitur, indignum aliquid dici arbitrarer, si aliquid dignum inueniretur quod de illo diceretur. Quum vero verba omnia, quibus humana colloquia conferuntur, illius sempiterna virtus & diuinitas mirabiliter, atque incunctanter excedat, quicquid de illo humanitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitus dicitur, quod etiam hominibus aspernabile videatur, ipsa humana admonetur infirmitas, etiam illa, quæ congruentur in scripturis sanctis de deo dicta existimat, humanæ capacitati aptiora esse, quam diuinæ sublimitati, ac per hoc etiam ipsa esse transcendenda, est sanior intellectus, sicut ista qualitercunque transcensa sunt. Quis est enim hominum, cui non occurrat in Deo cuncta præsciente, pœnitentiam esse non posse? Et certe tamen hæc duo verba sunt, pœnitentia, & præscientia, quorum quia vnum congrue credimus in Deo id est, præscientiam, negamus in eo esse pœnitẽtiam. Quum vero alius liquidiore cõ

Prescientia dei. syderatione ista pertractans, quæsierit quemadmodum vel ipsa præscientia Deo congruat, & inuenerit huius etiam verbi notionem illius ineffabili diuinitate longe lateq; superari, non miretur vtrunq; de illo propter homines dici potuisse, de quo vtrunq; propter ipsum incongrue diceretur. Quid est præscientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum

Futurum non est in deo. est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, nõ sunt ei futuræ, sed præsentes, ac per hoc non iam prescientia, sed tantum scientia dici potest. Si autem sicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud eum nondum sunt quæ futura sunt, sed ea præuenit sciendo: bis ergo ea sentit, vno quidem modo secundum futurorum prescientiam, altero vero modo secundum præsentium scientiam. Aliquid ergo temporaliter accedit scientiæ dei, quod absurdissimum atque falsissimum est. Nec enim potest quæ ventura prænoscit, nosse quum venerint, nisi bis innotescant, & prænoscendo antequam sint, &

Scientia Dei nihil temporaliter accedit. cognoscẽdo, quum iam sunt. Ita fit, vt quod longe a veritate seclusum est, temporaliter aliquid accedat scientiæ Dei, quum temporaliter, quæ præsciuntur, etiam prescientia sentiuntur quæ non sentiebantur antequam fierent, sed tantummodo præsciebantur. Si vero etiam quum venerint, quæ præsciebantur esse futura, nihil noui accedit scientiæ Dei, sed manebit illa præscientia sicut erat etiam antequam venirent, quæ præsciebãtur, qũo iam præscientia dicetur, quando non est rerum futurarum? Iam enim præsentia sunt, quæ futura cernebat, & paulo post erunt præterita. Præteritarum autem rerum sicut præsentium nullo modo potest dici præscientia. Reditur ergo ad id, vt fiat rebus iam præsentibus scientia,

Præscientia non est rerum præteritarum. quæ eisdem rebus futuris erat præscientia, & cum ea quæ præscientia erat prius, postea scientia fiat in Deo, admittit mutabilitatem, & temporalis est, quum sit Deus, qui vere, summeq; est, nec vlla ex parte mutabilis, nec vllo motu nouitio temporalis. Placet ergo vt non dicamus præscientiam Dei, sed tantummodo scientiam quæramus. Et hoc quomodo? Non

Scientia q̃ pacto de Deo dicit. enim scientiam solemus dicere in nobis, nisi cum sensa, & intellecta memoria retinemus, quum meminimus aliquid sensisse nos, vel intellexisse, vt id quum volumus, recolamus.

Mutabilitas a Dei substantia remouẽda. Scientiæ Dei, & humanę non est comparatio. Quod si ita in Deo est, vt possit proprie dici, intelligit, & intellexit, sentit, & sensit, admittit tempus, & surripit, nihilominus illa mutabilitas longe à Dei substantia remouenda est, & tamen & scit Deus, & præscit Deus ineffabili modo, sic eum & pœnitet ineffabili modo. Quum enim scientia Dei longe distet ab humana scientia, ita vt irridenda sit comparatio, vtraque tamen scientia vocatur, & hæc quidem humana talis est, vt dicat de illa Apostolus, etiam scientia destruetur, quod nullo modo recte de scientia Dei dici potest. Sic & ira

1 Cor. 13. Ira Dei q̃ sit. hominis turbata est, & non sine cruciatu animi: ira vero Dei, de qua dicitur in euangelio,

Iohan. 3. Roman. 1. Misericordia Dei. Sed ira Dei manet super eum. Et Apostolus: Reuelabitur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem illo in tranquilitate iugiter manente, in creatura subdita exercet admirabili æquitate vindictam. Misericordia quoq; hominis habet nonnullam cordis miseriam, vnde etiam in latina lingua nomen accepit. Nam inde est etiam, quod non solum gaudere cum gaudentibus sed etiam flere cum flentibus hortatur Apostolus. Quis autem sano capite dixerit vlla miseria tangi deum, quem vbique scriptura multæ misericordiæ esse

Rom. 12. Psal. 85. 2. Zelus Dei. testatur? Ita & zelum humanum non sine peste liuoris intelligimus, zelantem vero Deum non ita sed eodem verbo non eodem modo. Longum est percurrere cætera, & sunt innumerabilia, quibus ostenditur multa diuina ijsdem nominibus appellari, quibus humana, quũ incomparabili diuersitate seiuncta sint, nec tamen frustra eadem sunt rebus vtrisque indita vocabula nisi quia hæc cognita quæ in quotidiana consuetudine versantur, & experimentis vsitatioribus innotescunt, nonnullam ad intelligenda illa sublimia præbent viam. Quũ

S. ista dei quo pacto insinuatur. enim de fero de humana scientia mutabilitatem & transitus quosdam à cogitatiõe in cogitationem, quũ recolimus, vt cernamus animo, quod in contuitu eius paulo ante non erat, atque ita de parte in partẽ crebris recordationibus transilimus, vnde etiã ex parte dicit esse, Apostolus nostram scientiam. Quum ergo hæc cuncta distraxero & reliquero solam vi

1 Cor. 13. uacitatem, certæ atque inconcussæ veritatis atque vna æterna cõtemplatione collustrãtis, imo nõ

imo non reliquero (non enim habet hoc humana scientia) sed pro viribus cogitauero, insinuatur mihi vtcunq; scientia Dei, quod tamen nomen ex eo quod sciendo aliquid non latet hominem potuit esse rei vtrique commune, quanquam & in ipsis hominibus solet discerni

Sapientia a scientia discernitur in hominibus non in deo à sapientia, scientia, vt etiam Apostolus dicit: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum. In deo autem nimirum nõ sunt hæc duo sed vnum, & in hominibus quidem hæc discerni probabiliter solent, vt sapientia pertineat ad intellectum æternorum, scientia vero ad ea, quæ sensibus corporis experiuntur. Sed licet

1. Cor. 12. alius aliam differentiam proferat, nisi tamen diuersa essent, non sic ab Apostolo distinguerentur. Quod sane si ita est, vt nomen scientiæ rebus, quas per sensum corporis experimur, deputatum sit, nulla est omnino scientia Dei. Non enim Deus per seipsum ex corpore, & anima constat, sicut homo. Sed melius dicitur aliam esse scientiam dei, & non eiusdem generis, cuius ista est, quæ hominum dicitur, sicut etiam id ipsum quod Deus dicitur, longe aliud

Psalm. 81. a est quam quemadmodum dictum est, quia stetit in synagoga Deorum, tamen ad non latere quoquomodo pertinet communicatio ipsa vocabuli: Sic etiam de ira hominis detraho turbulentum motum, vt remaneat vindictæ vigor, atque ita vtcunque assurgo in notitiam illius, quæ appellatur ira Dei. Item de misericordia, si auferas compassionem quum eius, quẽ miserearis participatus es miseriæ, vt remaneat tranquilla bonitas subueniendi, & a miseria liberandi, insinuatur diuinæ misericordiæ qualiscunq; cognitio. Zelum quoque dei non repudiemus & aspernemur, quum scriptum inuenimus, sed auferamus de humano zelo pallidam tabem doloris, & morbidam perturbationem animi, remaneatq; illud solum iudicium, quo corruptio castitatis impunita esse non finitur, & assurgimus, vt incipiamus aliquo modo capere zelum dei. Quapropter quum legimus dominum etiam dicentem, Pœnitet me,

1. Reg. 15. Pœnitere Dei. consyderemus quid id esse solear. In hominibus opus pœnitendi est, quum proculdubio reperitur voluntas mutandi, sed in homine cum dolore animi est, Reprehendit enim in se, quod temere fecit. Auferamus ergo ista, quæ de humana infirmitate, atque ignorantia veniunt, & remaneat solum velle, vt non ita sit aliquid, quemadmodum erat: sic potest aliquantulum intimari menti nostræ, qua regula intelligatur, quod pœnitet deum. Quum enim pœnitere dicitur, vult non esse aliquid sicut fecerat, vt esset, sed tamen id quum esset, ita esse debebat, & quum ita esse iam non finitur, iam non debet ita esse perpetuo quodam, & tranquillo æquitatis iudicio, quo deus cuncta mutabilia incommutabili voluntate disponit. Sed quoniam præscientiam, & sciẽtiam cum laude solemus dicere in hominibus, iramque ipsam solet humanum genus in magnis potestatibus timere potius quam reprehendere, cõgruenter putamus talia dici de deo. Qui autem zelat, & quem aliquid pœnitet, quoniam vel culpari solet, vel in se culpam corrigere, atq; ideo cum reprehensione ista dici de hominibus, propterea mouet, quum legimus esse aliquid in deo eiusmodi. Sed illa scriptura omnibus cõsulens propterea magis & ista ponit, ne illa, quæ placent, sic intelligantur in Deo, quomodo consueuerunt in hominibus intelligi. Per hæc enim, quæ displicent quum ea non audeamus sic intelligere in deo, vt inueniuntur in homine, discimus etiam illa quærere, quæ apta esse, atq; conuenientia putabamus. Nam si propterea non est illud de deo dicendum, quia in

Iacobi. 1. homine displicet, non dicamus incommutabilem deum, quia de hominibus cum reprehensione dictum est. Non enim est illi commutatio. Item quædam in homine sunt laudabilia, in deo autem esse non possunt, sicut pudor, quod ætatum viridiorum magnum est ornamentum, sicut timor dei non est tantum in veteribus libris laudatus sed Apostolus etiam dicit: Perficientes sanctificationem in timore dei, qui vtiq; in deo nullus est. Sicut ergo quædam laudabilia hominum non recte dicuntur in deo, sic quædam culpabilia hominum recte intelliguntur in deo, non ita vt in hominibus, sed vocabulis tantummodo communibus, longe alia ratione, & modo. Nam paulo post idem Samuel, cui dixerat dominus, Pœnitet

1. Reg. 15. me, quod constituerim regem Saul, ipsi Sauli ait de deo: Quoniam non est sicut homo, vt pœniteat eum, vbi videlicet satis ostendit etiam quum deus dicit, pœnitet me, non humano more accipiendum esse, sicut iam quantum valuimus, disputauimus. Et libro primo contra aduersarium legis & prophetarum capite xx. Pœnitentia (inquit) dei non est post errorem.

Ira dei. Ira dei non habet perturbati animi ardorem. Misericordia dei non habet compatientis miserum cor, vnde in latina lingua nomen accepit. Zelus dei non habet mentis liuorem. Sed

Zelus dei Pœnitẽtia Dei. Ira Dei. pœnitentia dei dicitur, rerum in eius potestate constitutarum, hominibus inopinata mutatio. Ira dei, est vindicta peccati. Misericordia dei, est bonitas opitulantis. Zelus dei, est prouidentia, qua nõ finit eos, quos subditos habet, impune amare, quod prohibet. Vnde iste, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zelus Dei. tam loquaciter exagitauit Dei pœnitentiam, dicat primo vix inueniri aliquid quod digne de deo dici possit: sed plurima, & pene omnia nos de illo dicere loquendi necessitate, quæ magis homines ex hominibus metantur: sicut autem quæ intelligenda de illo sunt, vix à paucis, & spiritalibus intelliguntur. Propter quod prouidentissimè scriptura diuina de illo ineffabili loquens ad quædam etiam verba descendit quæ iam hominibus, & ipsis carnalibus, quum de deo sermo est, videntur absurda & indigna, vt quum timentur ista sic accipi, quomodo in hominibus solent & discutiuntur, quemadmodũ de deo bene accipi possint, ibi discantur etiam illa, quæ humanis sensibus in eisdem scripturis Deo digna videbãtur, nõ secundum hominum mores intelligi, vel credi oporteret. Ciro enim videtur pœnitentia, sicut homines miserentur, non cadere in Deum. Ex illo ergo quod requirendum fatetur, discit homo & hoc requirere, quod iam sufficere arbitrabatur. Sic ergo quãdo eum pœnitet, non mutatur & mutat sicut quando irascitur, non mouetur, & vindicat: & quando miseretur, non dolet & liberat: & quando zelat, non cruciatur, & cruciat. Nunquid autem in libris testamenti noui desunt hæc verba, quæ si accipiantur, prout in hominibus accipi solent nullo modo congruunt diuinitati, & grauem pariunt offensionem? Quum enim de Christo verissime dicat Euangelista, quod non opus habebat vt ei quisquam testimonium perhiberet de homine (ipse enim sciebat quid esset in homine) cur ipse quibusdã dicit, Nescio vos? Ipsos denique sanctos suos, quos præscierit & elegerit ante mundi constitutionem, quid ẽ, quod dicit Apostolus, Nunc autem cognoscentes Deum, imo cogniti à deo quasi nunc eos cognouerit, quos antea nesciebat? Quod vero ait, Spiritum nolite extinguere, tanquam extingui spiritus possit, quis ferat, nisi qui ea prudenter intelligit? Nonne in euangelio scriptum est, Qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam sed ira Dei manet super eum? Calumnietur ergo & huic verbo iste blasphemus, & dicat, Qualis est qui irascitur, quum scriptum sit, Iracundia viri, iustitiam Dei non operatur? Calumnietur & isto modo Apostolo dicenti, Nunquid iniquus Deus, qui infert iram? Iam porro si quisquam diceret, confundetur Christus, & hoc eo tempore, quo iudicaturus est viuos, & mortuos, quis eum Christianus patienter audiret? Tamen in euangelio, Qui me (inquit) confusus fuerit, & verba mea, in generatione ista adultera, & peccatrice, & filius hominis cõfundetur eum, quum venerit in gloria patris sui, cum Angelis sanctis. Cur autem orantes dicimus, Sanctificetur nomen tuum, si semper est sanctum, nisi quia verum est id quod scriptum est de quibusdam, quia polluerunt nomẽ domini dei sui? Et cur dictum est domino, Memento mei, quum veneris in regnum tuum, si nihil obliuiscitur, nisi quia nõ insipienter, sed intelligenter ei dicitur: Obliuisceris inopiam nostram, & tribulationem nostram? Ergo & scienter nescit, & quod semper sciuit, aliquando cognoscit, & quum extinguitur a negantibus, inextinguibilis permanet. Et tranquille irascitur, & confundi non potest, etiam quando confunditur, & nomen eius pollui non potest etiam quando polluitur, & obliuisci non potest, etiam quando obliuiscitur, & meminit etiam quando admonetur: Sic est ineffabilis. Hæc enim de illo dicuntur, de quo nihil ab homine, vel hominibus dici satis digne, & satis competenter potest. Quæ quum ita sint, quis religiosus nõ istum exsufflet vt puluerem quem proiecit ventus a facie terræ, qui tumens & elatus, atque irruens in oculos infirmorum eosq; perturbãs, videtur sibi aliquid dicere: arguendo verba in veteri testimento quæ non intelligit, nec intuendo, quæ in nouo intelligit? Hoc autem de pœnitentia Dei, vnde factum est vt loqueremur, quum commemoraremus prophetiam de Christo, vbi dictum est, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, ad commendandum sacrificium salutare, in quo pro nobis sacer sanguis effusus est, cuius vmbræ fuerant sacrificia quæ de pecoribus immaculatis iussa sunt immolari. Hoc ergo de pœnitentia Dei, ne sic eam putaret accipiendã, vt ex eo, quod non, intelligit in blasphemiarum latratus rabidus insaniret, habebat vnde commoneretur in proximo. Ipse quippe commemorauit Deum dixisse, Pœnitet me vnxisse Saul in regem. Hoc autem scriptum est Samueli sancto dictum fuisse per quem deus arguit Saulem, quod hominem quem deus occidi iusserat, pepercisset, exhibens velut miser icordiam contempta obedientia. Quasi vero melius nosset quid de homine fieri debuerit, quam ille qui hominem fecit. Vbi quod saluberrimum est discimus, vt semp̃ diuinum præceptum humanum in nobis vincat affectum. Idem tamen Samuel, cui dixerat Deus, Pœnitet me vnxisse Saul in regem, dicit euidenter deum non pœnitere. Nam ita scriptum est: Et factus est sermo domini ad Samuelem, dicens: Pœnitet me quod constituerim Saul in regem, quoniam auersus est à me, & verba mea non custodiuit. Et paulo post Sauli dixit ipse Samuel, Dirupit dominus regnum Israel de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo bono super te, & diuidetur Israel in duo, & non conuertetur, neque pœnitebit eum, quoniam nõ est ficut homo, vt pœniteat eum. Ecce qui nouerat intelligere deum sine misericordia miserantem, sine ira irascẽtẽ, sine zelo zelantem, sine oblitione obliuiscentem, sine ignorantia nescientem, sine pœnitẽtia pœnitentem, non iste, qui secundum verbum dei non loquendo, & literas eius non considerando, & voces eorum non aduertendo factus est mutus latrator, cæcus lector, surdus auditor: Obliuiosus, inquit deus, & emortua memoria, arcum posuit in nubibus, qui iris dicitur, vnde commoneatur non amplius humanum genus delere diluuio, quid agat omnino nesciens, cui merito opus sit assiduo monitore. Iste vero non memoria sed ania mortua quid loquatur nesciens, si in rebus apertioribus calumniatur, quantomagis caligat in nubibus, & delirare compellitur? Cui tamen vt cito respondeam, ita dico Deum admoneri voluisse, quãuis non esset ignarus. Nolo enim dicere quid arcus ille significet, resplendens é nubibus fulgore, & radiis luminis, quo roscida illustratur obscuritas, grata quodammodo confessione respondens, & quomodo Deus non perdat orbem diluuio spiritali, dum est eorum memor, quorum illuminatæ nubes figuram gerunt, horum enim nomina scripta sunt in cœlis, vt memor sit eorum pater, qui est in cœlis. Quoniam non de suo lucere se sciunt sed de sole iustitiæ, sicut illæ nubes de sole visibili. Sed de illo quod commemorauí, vrgendus est, quomodo accipiat dominum dicentem de Lazaro, Vbi posuistis eum & locus ei tanquam ignoret, ostenditur. Nisi enim aliquid ista, quæ nesciens videbatur, inquisitione significasse fateamur, quomodo prædicamus Christum, non solum scisse præsentia, verumetiam futura præscisse, maxime quia iste in eam se præcipitauit mirabili cæcitate sententiam, vt diceret, nemo, nisi ignarus interrogat? Vbi cogitare non potuit, quotiens Christus interrogauerit. An non interrogat qui dicit, quid vobis videtur de Christo, cuius est filius? Quid hoc testimonio manifestius? Quod si nimium durus est, nunquid etiam ibi negabit interrogasse Christum, vbi se ipse interrogare testatur, dicens: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio: Baptisma Iohannis vnde erat é celo, an ex hominibus? Vbi nunc se abscondit loquacissimus contra Deum, & desperatissimus disputator? Vbi est quod ait, nemo nisi ignarus interrogat? Ecce Christus ignarus non est, & tamen interogat. His nempe oculis reprehendit prophetarum Deum, quibus non videt Christum. Sed in talibus interrogationibus apertissime doctor est Christus. In his autem quando ait, Vbi posuistis eum? & Quis me tetigit? & si quid dixisse huiusmodi legitur, videtur docere velle quod nescit, tamen scit. Sic ergo & in illis libris Deus tanquam oblitus admonetur, sed tamen absit, vt quicquam vnquam obliuiscatur. Quid illud ipsum quod dixit dominus discipulis suis, Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis, nonne videtur tanquam ex illo arcu, qui refulget in nubibus, velut quibusdam in cœlo Deus literis admoneri, nisi hæc pie accipiantur, donec fides impetret, vt intelligantur, nonne vt fabulosa ridentur? Quibus ridentibus, nisi insipientibus, & eo ipso, quo sapientes sibi videntur, magis, magisq; deminuntur, derelinquentes autem dominum scribantur interra, de quibus propheta Hieremias dicit, Vniuersi, q derelinquũt te, confundãtur, recedẽtes à te super terrã scribãtur? Quos bene intelligitur significasse Iesus quando Iudæi victi, atq; confusi, quum audissent, Qui sine peccato est, prior in illam lapidem iaciat, vnus post alterum recesserunt. Tunc autẽ ille ostẽdens de quo numero essent, digito scribebat in terra.

Ioan 2. Matth 25. Gal. 4. 2. Thess. 5. Ioann. 3. Iacobi. 1. Roman 3. Marc. 3. Matth. 6. Luc. 23. Psalm. 43. Psalm. 1. Psalm. 109. 1. Reg. 15.

Sacras literas temporum vti permutatione.

TEmporũ permutatiõe sacræ vtuntur literæ, iuxta Hebraicum idioma. Siquidẽ præteritũ ponitur multis in locis, & p̃cipue in prophetis vice futuri, iuxta illud, Benedicã ei, & etiã dedi (pro dabo) ex ea tibi filiũ. Et rursus, Postquã senui, fuit (pro erit) mihi voluptas? Et in psa. Desideriũ cordis eius tribuisti ei (pro tribues.) Et iterũ, Redemisti me (pro redimes.) Et rursus, Redemit in pace (pro redimet.) Et in Ezechiele, Fuit (pro erit) imber inũdãs. Et alio in loco, Et eduxi (pro educã) ignẽ, Et eodẽ i loco, Et dedi te (pro dabo) in cinerẽ. Et rursus, In terram proieci te (pro proiciam.) Et in Hobadiah hoc est, Abdia, Ecce paruulum dedi te pro dabo te. Et in Michea, Ne læteris inimica mea, q̃ cecidi, surrexi (pro surgã.) Et in Chabbacuc, Egressus es (pro egredieris) in salutem populi tui. Et sic quando præcedit

Gene. 17. Gene. 18. Psalm. 20. Psalm. 30. Psalm. 54. Ezech. 15. Ezech. 28. Abdiæ. 2. Mich. 7. Cabba. 3.

Matth. 22. Matth. 21. Mar. 5. Luc. 10. Hier. 17. Iohann. 8. Luc. 10. d. Iohann. 11. Gene. 9. Iohan. 11. Gene. 9. Gene. 9. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbum futuri temporis dictio tunc iuxta illud, Tunc canet (pro cecinit) Moseeh &c. Et illud, Tunc diuidet (pro diuisit.) Interdum quoq; futurum ponitur pro præterito imperfecto, iuxta illud Duabus operiet (pro operiebat) vultum suum & duabus volabit, pro volabat. Et paulo inferius, Et mota sunt (pro mouebantur) superliminaria, & id genus multa, vt in annotamentis compertissimum erit. Vtuntur quoque sacræ literæ præterito pfecto pro præterito plusquam perfecto, vt libro Geneseos, Et plantauit (pro plantauerat) deus hortum in Eden &c. Et sic, Et germinare fecit (pro germinare fecerat) dominus deus de terra. Et huius generis (vt inquit R. Abraham) multa sunt. Et nõnunquã ponitur pro præterito imperfecto, iuxta illud, Quia virum occidi (pro occidebam) in vulnere meo, hoc est, Si me quispiam vulnerabat, occidebam illum, vt exponit R. Dauid in Michilol. Ponitur etiã præteritũ vice infinitiui, vel gerũdij, iuxta illud, Post Chilles, id est, eruit, id est, post eruere, hoc est postquam eruit. Et iterum in prouerbijs, Intellectus hominis est prolongauit (pro prolongare) furorem suum. Et illud, Had Hasmido, id est, vsq; ad perdidit eum, pro perdere eũ, hoc est, donec perdat ipse eos. Ad hæc præteritum, quanquam rarissime vice imperatiui ponitur, vt est illud. Venite venilu, id est, adhærete domino, quod est præteritum ex coniugatione Niphhal loco imperatiui, vt inquit R. Da. in lib. ra. Participium quoq; passiuum pro actiuo, & econtra nonnunquam inuenitur. Vt est illud. Per viam Hassecchune, id est, in habitantium tabernacula. Et illud, Dies mei sicut vmbra Nathui, id est, declinans. Et in Cant. cant. Omnes ipsi Achuze, id est tenẽtes gladios. Et illud. Cursores egressi sunt Dechuphim, id est festinantes. Et illud, Et rex Israel erat Mahamad, alias Mahomad, id est, stans in curru. Et Iescah Nunquid secundum plagam Maccheh, id est, percussi eius, percussit eum? Macor quoque, id est infinitiuum, vel gerũdium ponitur vice præteriti, vt est illud, Tenah, id est, dare pro dedisti gloriã tuã sup cœlos. Et illud, Cerua in agro peperit, & Hazob, i. relinquere, pro relqt. Et rursus, Haloch, i. cũdo, pro iuit, vt requiescere facere t Israelẽ. Et in Exo. Et Hachhed, i. aggrauare (pro aggrauauit) cor suũ. Et illud, Et Scaol, i. iterrogare, pinterrogauit, & eo deũ. Et vice pteriti impfecti iuxta illud. Et anialia. Raso Vascob, i. ire, & reuerti (, ibãt, & reuertebãt. Et sic Virgilius, Vociferãs etemñ mollis tibi sumere thirsos) pro sumebat. Et vice participij, vt est illud, Et aquæ erãt Haloch, Vechasor, id est, ire, & deficere (pro euntes, & deficientes) hoc est, ibant, & deficiebant. Et vice imperatiui, vt est, illud, Zachor, id est, recordari (pro recordare) diei Scabbati. Et illud Scamor, id est obseruare (pro obserua) diẽ Scabbati. Et illud, Tamoch, id est, sustentare (pro sustenta) gressus meos. Et alio in loco Hasoh, id est, facere (pro fac) torrentem. Et illud Lacoach, id est, accipere (pro accipe) à transmigratione. Ponitur & nonnunquam vice futuri, iuxta illud Hacreb, id est, offerre (pro offerent) eã filȝ Aharon. Et illud, Hoc faciemus eis Hachaieh, id est, viuificare (pro viuificabimus.) hoc est, viuos reseruabimus. Et illud Hachel, Vechalleh, id est, incipere, & finire (pro incipiã, & finiã. (Et alio in loco, Et Haazin, i. auribus percipere (pro, auribus percipiet.) Et illud, Et vos Hosi, id est, educere (pro educã) de medio eius. Et illud Hoseiha, id est, Et seruare (pro seruabo, siue saluum faciam &c.) Imperatiuũ quoq; multis in locis ponitur vice futuri, vt est illud, Et Heieh, id est, esto benedictio (pro eris.) Et rursus, Et orabit pro te, & Cheieh, id est, viue (pro viues.) Et illud, Et vos Veaseru, id est, ligamini (pro ligabimini.) Et alio in loco, Ascende, & Moth, id est, morere (pro morieris.) Et in Psalmo, Et Ghilu, id est, exultate, pro exultabitis in tremore. Et rursus, Vehithhanneg, id est, & delectare (pro delectaberis) in domino. Et iterum Ghehar, id est, perde (pro perdes) feras. Et in prouerbijs, Liga eas &c. & Mesa, id est inueni (pro inuenies gratiam. Et rursus, Custodi præcepta mea, & Cheieh, id est, viue (pro viues.) Et iterum, Vade ad formicam piger, & chacam, id est, sapiens, esto (pro, sapiẽs eris.) Et illud, Et Theher, id est, munda (pro mundabit se.) Futurum itidem multis in locis ponitur vice præteriti, vt quando præcedit tunc, vt dictum est, Et sic, Abyssi Icchassi iumo, id est, operient eos (pro operuerunt. Et rursus, Iochelemo, id est, deuorabit eos, sicut stipulam (pro, deuorauit.) Et iterum, Et Moseeh Icchach, id est, accipiet (pro, accepit) tabernaculum. Et alio in loco, Ahaleh, id est, ascendere faciam (pro, feci) de Aegypto. Et illud, Non Irdephu, id est, persequentur (pro, perseeutisunt) vltra. Et in Psalmis, Tiphtach, id est, aperiatur (pro, aperta est) terra. Et iterum, Et flamma Thelaheth, id est, comburet (pro combussit impios.) Et rursus Iahasu, id est, facient (pro, fecerunt) vitulum. Ponitur quoque futurum vice præteriti imperfecti, vt est illud, De puteo ipso Iascicu, id est, propinabunt gregibus

gibus pro, propinabant:) Et rursus: Veneessephu, id est, & congregabuntur (pro, congregabantur) greges. Et alio in loco: Et faber non Immase, id est, inuenietur (pro, inueniebatur.) Nonnunq; etiam ponitur pro præsenti tempore, iuxta illud: & inde Ippared, id est, diuidet (pro sese diuidit.) Et iterum, Quo Telech, id est, vades (pro, vadis.) Et rursus: Non Iochelu, id est, comedent (pro comedũt) filij Israel neruum &c. Et alio in loco: Vt quid Tismah, id est, audies (pro, audis) verba &c. Nonnunquam etiam ponitur vice Macor, id est, infiniti ui, siue gerundȝ, vt est illud Tempore labi, id est, afferet (pro, afferendi) arcam, id est, quo arcam afferebant. Et illud: Ne festines a facie eius Telech, id est, ibis (pro ire, hoc est, recedere.) Et rursus: Ne multiplicetis Tedabberu, id est, loquemini (pro loqui.) Et alio in loco: Nõ addet labo, id est, veniet (pro venire) quanquam in his duobus locis potest subaudiri Ascer, id est, vt sit. Ne multiplicetis, vt loquamini sublimia, & non addet, vt veniat. Hæc forsitan prolixius, quam operæ precium erat, annotata sunt, propter nõnullos tũ interpretes, tum expositores, qui Hebraica ignorantes idiomata, multa sacrarum literarum loca deprauant, vt in annotamentis liquidissimum erit. Mutationis autem horum temporum meminerunt & nostri doctores, vt diuus Augustinus libro quarto quæstionum super numeros, enarrãs illud Numeri, Per præceptum domini castra collocabunt filij Israel, & per præceptum domini promouebunt: Per verba, inquit, præteriti temporis, sæpe futura prædicta esse nouimus, sicut est foderũt manus meas, & pedes meos. Et, Sicut ouis ad immolandũ ductus est, ac innumerabilia talia. vt autem narrator rerum gestarum verbis vtatur tem poris futuri, sicut hoc loco, difficilime in scripturis inueniri potest. Et i enarratiõe psalm. ciij. Præteritum (inquit) tempus pro futuro solet poni in scripturis, ita, fuidẽte spiritu, q̃ vẽtura sunt, quasi iam facta sint. solemus legere. Inde ẽ cp illud in alio Psalmo nouimus omnes, vbi tanq̃ euangeliũ recitat. Foderũt manus meas &c. oia quasi iã facta cõmemorãtur, quæ vtiq; ad huc ventura cernebantur. Animaduertimus sæpe prophetas pterito tẽpore verborũ dicere, quæ ventura sunt in figura autẽ futuri dicere præterita, non facile occurrit legenti.

Num. 9 Psalm. 21 Esay. 53

Morem esse scripturarum imperatiuum modum pro optatiuo ponere, Cap. LVIII.

MOrem aũt esse scripturarũ imperatiuũ modũ pro optatiuo, siue futuro ponere scribit Origenes in secũdũ caput epistolæ ad Romanos: Sciẽdũ est (inquit) quod quũ ait Apostolus, Fiat autem deus verax, omnis autem homo mendax, non imperatiuo modo dicit. Stultum est enim si putetur imperandum esse Deo, vt verax fiat. Sed vt quum dicimus, fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, velut iterum, dicimus, Fiat pax in virtute tua, nõ imperantes sed optantes, imo potius pronunciantes, quia non potest pax fieri, nisi in virtute Dei: ita & hic velut pronunciantis sermo accipiendus est. Fiat autem Deus verax &c. Et homilia prima in Cantica canticorum: Moris est (inquit) scripturarum imperatiuum modũ pro optatiuo ponere, vt ibi, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, pro, vtinam sanctificetur, & nũc est in præsenti. Osculetur me osculo oris sui, pro, vtinam osculetur &c. Et Augustinus sermone primo feriæ tertiæ post dominicam passionis, exponens illud Psalmi, Sicut deficit fumus, deficiant &c Quum hæc dixit propheta, non optat ea hominibus, sed potius ventura præuidet. In verbis quidem figura optantis apparet, sed intelligitur præscientia nunciantis. Sicut enim quædam in scriptura prophetarum tanquam in præteritum facta narrantur, quum futura prædicantur, ita quædam tanquam voto dicuntur optantis: sed qui recte intelligunt quod audiunt, visionem prænunciantis agnoscunt. Sic & de Iuda domini traditore, & de ipsis Iudæis propheta ait. Fiat mensa eorum in laqueum &c. Quod de his prædictum esse, sine dubitatione exponit, sicut de Iuda, quæ sub eadẽ figura prænunciata sunt, apostolus Petrus commemorat. Nec sine causa, & quæ futura sunt tanquam transacta dicuntur. Deo enim sic certa sunt, vt iam pro factis habeantur, & tanquam optans videtur dicere propheta, quod certum præuidet esse venturum, nihil aliud (quantum mihi videtur) ostendens, nisi nobis non debere displicere cognitam sententiam Dei, quam fixam, immobilemq; constituit. Et Hieronymus in epistolam ad Ephesios capitulo ij, exponens illud Apostoli Simulq; fecit sedere in cœlestibus, quæritur (inquit) quomodo Deus simul fecerit sedere cum Christo. Et quidem qui simplicius est responsurus, hoc asserit, quod iuxta præscientiam Dei id quod futurum est quasi factum esse iã dixerit. Et quia mos iste sit scripturarum vt interdũ futura, tempore præterito declinentur, verbi causa Foderunt manus meas. & alibi, Quasi ouis ad victimam ductus est. Et, Liuore eius sanati sumus. Et alibi, Ab iniquitatibus populi mei, ductus est in mortem. Hoc autẽ ideo, ne qa futura semper incerta sunt, hominũ spes fluctuet, & vacillet, ea quę Deus futura cognouit, apud

Matth. 6b

Psalm. 21 Esai. 53

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem nihil ambiguum est,quasi iam facta memorantur,vt quia præterita secũdum philoso
phos quoq; fieri infecta non possunt,qui audierint,quasi iam facta habeant, q̃ futura sunt,

Multos esse locos sacris in literis,qui inter sese pugnare videntur, quum tamen,si recte intelligantur,nullam habeant controuersiam. Cap. LIX.

SVnt multa sacris in literis,q̃ cõtra se pugnare videntur, q̃ conciliari q̃ facilime possunt, vt est illud Geneseos.In principio creauit deus cælum & terram.& illud Apostolicum; Agnitionẽ veritatis &c.quam promisit non mendax deus ante tempora æterna. Nã tẽpo Gene.1. ra æterna nõ sic sunt æterna,vt inquit August.quomodo æternus est deus,qa deus est ante tempora qui fabricator est temporum,sicut omnia,q̃ fecit deus,bona sunt valde,sed nõ sic bona sunt,qũo bonus est deus,qui illa fecit. Tempora igitur æterna dicere maluit,quia tem pus non cœpit ex tempore. Vel tempora æterna æuum significant,inter quod& tempus hoc distat,qp illud stabile est, tempus autem mutabile. Præterea scriptum est: Qui viuit in Eccli. 18. æternum creauit omnia simul,& Moyses per sex dies opera dei cõmemorauit. Quid ergo opus erat sex dies,tam distincte,dispositeq; narrari? Quia scilicet,hi qui non possunt videre quod dictum est,Creauit omnia simul, nisi cum eis sermo tardius incedat, ad id quo eos ducit,peruenire non possunt, vt suopte in loco copiosius sumus dicturi. Præterea scriptũ Exod.20 est,Deum reddere peccata patrum in filios, quod pugnare videtur cum eo quod scriptum est,Non morientur patres pro filijs &c. Et alio in loco,Non portabit filius iniquitatem Ezech.18a patris. Ad quod dicendum,parentum peccatis paruulos obligari, non solum primorũ hominum,sed etiam suorum,de quibus ipsi nati sunt,non improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia,Reddam peccata patrum in filios,tenet eos vtiq; antequam per regenera tionem ad testamentum nouum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur, quum diceretur per Ezechielem,non accepturos filios peccata patrum suorum,nec vlteri us futuram in Israel parabolam illam,Patres manducauerunt vuam acerbã,& dentes filio rum obstupuerunt. Ideo enim quisque renascitur, vt saluatur in eo quicquid peccati est cũ quo nascitur. Nam peccata,quæ male agendo postea committuntur,possunt & pœnitẽdo sanari. Vel dic qp repromisit quidem dñs reddere se peccata patrum filijs,sed his, qui oderunt eum,hoc est,qui in paternis malis versati,seruiunt idolis,sicut & patres illorũ. Illic autem dicitur eis,Non morietur filius pro patre,neq; pater pro filio,sed anima quæ peccaue rit,ipsa morietur,vt addiscerent non impune sibi futurum, sed sic reddi peccata patrũ filijs, vt quia impietatem parentum secuti,mala,quæ obliteranda erant,exemplauerint,acerbius puniantur. Ad hæc,scriptum est: Et in nomine eius iurabis,in euangelio vero dicitur,Ne iu retis omnino. Ad quod dicendum non ita præceptum accipiendum esse,quasi iurare iusse- Matth.5. rit,sed in alterius alicuius dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit,si secundum euangeliũ non iuraueris,non quia mala est vera iuratio,sed ne in periuriũ incidatur facilitate iurandi. Qui enim iurat,non solum verum,sed etiam falsum iurare potest. Qui autem oñino non iurat,à periurio longe ambulat. Amplius scriptum est, Tentat vos dominus deus ve ster. Iacobus vero dixit,Deus neminem tentat. Ad quod dicendum, dixisse Iacobum deum neminem tentare tentatione,qua quisque peccato implicatur. Vnde apostolus dicit,Ne for te tentauerit vos is qui tentat. Quod vero scriptum est,Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligitis eum,perinde est,ac si diceretur: Probat vos,vt scire vos faciat, quoniam vires dilectionis suæ hominem latent, nisi diuino experimento, etiam eidem innotescat. Præterea, scriptum est, Nihil odisti eorum, quæ fecisti. A postolus vero ait: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Ad quod dicendum,quod omnis creatura dei bona est,& omnis ho mo inquantum homo est, creatura ẽ,non inquantum peccator est. Est ergo creator Deus & corporis,& animi humani. Neutrum horum malum, neutrum odit Deus. Nihil enim odit eorum, quæ fecit: sed odit in homine peccatum, id est, inordinationem, atque per uersitatem. Non igitur odit deus Esau hominem,sed odit deus Esau peccatorem. Ad hæc, scriptum est, Qui peccatum non fecit. Apostolus vero ait, Pro nobis peccatum fecit. Ad quod dicendum est, quod propheta ex persona Christi locutus est, quia peccatum non fe cit, nec dolus inuentus est in ore eius. Apostolus autem loquitur de persona dei patris, qui Christum, qui peccatum nesciebat, pro nobis peccatum fecit, dum incarnari illum voluit, vt quem sors non tangebat, de peccatrice carne corpus acciperet, per quod dici tur factus peccatum. Deinde dum offert eum pro peccatis, fecit illum peccatum. Hostia enim in lege pro peccatis oblata,peccatum nũcupabatur,offerre autem Christũ pro nobis, quid

quid,est, nisi dare potestatem volenti eum occidere? Amplius scriptum est, Deus mortem non fecit. Alio vero in loco ait: Bona & mala,vita,& mors, paupertas, & honestas à Deo sunt. Ad quod dicendum,bona quidem omnia à Deo esse: mala autem quę dixi,nobis ma la sunt,dum vindicatur de nobis. Pœna enim,quamuis iusté inferatur, patienti tamen mala videtur. Nam & per prophetam ad peccatores loquitur Deus,dicens: Faciam vobis mala, Esaiæ.9 id est, pœnis vos agam. Vita autem,& mors sic à deo est,quia legem dedit,quæ seruantibus se vitam promittit contẽptoribus vero mortem,sed illam quæ secunda dicitur. Non ergo inuentor mortis est,sed iudex,quia mortis autor peccatum est. Sunt autem multa huius ge neris,quę inter sese pugnare videntur,sed bene intellecta,& cum prudentia, nullam habent insensu contradictionem. Vt enim diuus scribit Chrysostomus: Sacræ scripturæ verba nõ vult deus vt simpliciter,sed multa cum prudentia intelligantur. Ideo beatus Dauid sæpenu mero in psalmis ad doctrinam nostram Reuela (inquit) oculos meos,& intelligã mirabi- Psalm.118 lia ex lege tua. Item & eius filius, quod oportet tanquam argentum exquirere sapientiam, & tanquam thesaurum perscrutari. Præterea dominus Iudæos admonuit, Scrutamini scripturas. Quod non vtique dixisset,si perfacilé, & prima tantum lectione possent intelli gi. Quod enim in medio, & in promptu positũ est,nemo sanè perscrutatur,sed quod obs- Prouer.2. curum, & latens, id multa indiget inquisitione, vt inueniatur. Idcirco thesaurum absconditum scripturas appellauit, vt ad earum nos inquisitionem exitaret. Hæc autem nobis dicta sunt, ne simpliciter, & temeré, sed summa cum attentione scripturam accipiamus. Nam si quis ipsa duntaxat verba nuda, & vt dicuntur accipere voluerit, multa absurda,de deo necesse esse suspicari. Etenim hominem eum esse,pecunia corrumpi,iracundum,furi bundum,alia de eo non his peiora intelliget. Verũ si reconditam verbis sententiã deprehẽ derit,omnia purgabuntur. Nam proposita nobis lectio,sinũ deũ habere dixit,quod est pro prium corporis. Vnigenitus(ait)filius,qui est in sinu patris,ipse narrauit. Sed nemo tam in Iohann.1. sipiens est,qui incorporeum,corpus arbitretur. Consydera benignitatem domini,& nostri curam. Indignis se verbis nuncupari patitur, vt hoc saltem pacto oculos erigamus,& aliqd de se magnum concipiamus, hoc est,summam vnigeniti dilectionem, & patri coæternita tem per sinum significari.

ISAGOGAE AD MYSTICOS SACRAE SCRIpturæ Sensus.

Quid abyssus mystice significet. Cap. I.

IOtum quod legimus in diuinis libris,vt diuus scribit Hieronimus, nitet quidem, & fulget,etiam in cortice,sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum frangat nucem. Reuela(inquit Dauid)oculos me- Psalm.118 os, & consyderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas paruulos, & pene lactentes in scitiæ nocte circundari? Hoc autem velamen non solum in facie Moysi,sed & in euangelistis, & in Apostolis positum est. Turbis saluator in parabolis loquebatur,& cõtestans mysticum esse quod dicebatur,aiebat,Qui habet aures audiendi,audiat. Nisi aperta fuerint vniuersa, quæ scripta sunt ab eo, qui habet clauẽ Dauid,qui aperit,& nemo claudit,claudit, & nemo aperit,nullo alio referan Luc.3.a te,pandentur. Hæc ille. Spiritualis autem interpretatio sequi debet ordinem historiæ, quod plerique ignorantes lymphatico in scripturis vagantur errore, vt idem scripsit Hieronimus. Iacto igitur historiæ fundamento, spiritualis sensus perquirendus est, quod vt facilius assequamur, multarum dictionum spirituales significantias hoc in libro subijcere curaui.

Abyssus cor hois significat. Vnde August.enarrans illud Dauidicũ, Abyssus abyssum in uocat,scribit in hunc modũ: Abyssus est, profunditas q̃dã impenetrabilis,incõprehensibilis, & Psalm.41 maxime solet dici in aquarũ multitudine. Ibi em altitudo,ibi profunditas,quæ penetrari vs q; ad fundũ nõ potest. Deniq; quodam loco dictũ est,Iudicia domini abyssus multa,hoc vo Psalm.35 lens scriptura cõmendare, qa iudicia dei non cõprehenduntur. Abyssus ergo cor hois est. Quid em est profundius hac Abisso? loqui homines possunt p operationẽ mẽbrorũ,audiri in sermone,sed cuius cogitatio penetrat,cuius cor inspicit? Quid intus gerat,qd intus possit, qd intus agat,qd intus disponat,qd intus velit,quid intus nolit, quis cõprehẽdet? Puto non absurde intelligi abyssum hominẽ,de q̃ alibi dictum est,Accedet homo ad cor altũ,& exaltabit deus. Ergo omnis homo licet sanctus,licet iustus,licet in multis proficiens,abyssus est,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

abyssum inuocat, quando homini aliquid fidei, aliquid veritatis propter vitam æternã p̃dicat. Sed si male hic vixerint homines, abyssus abyssum inuocat, quia de pœna in pœnam transeunt, & de tenebris ad tenebras, & de profunditate ad profunditatẽ, & de supplicio ad supplicium & de ardore cupiditatis in flammas gehennarũ. Abyssus ergo est cor hominis, & p̃dicator verbi dei, & profũditas malitiæ. Quodã loco ait scriptura, Audi abyssum.

Prouer. 18. Peccator (inquit) quum venerit in profundum malorum, contemnit. A byssus (vt inquit
Habacur. 3. Hierony. lib. ij. in Habacuc, enarrans illud Habacuc. Dedit abyssus vocem suã) sæpe in bo-
Psalm. 35. nam partem, sæpe in malã, interdũ indifferenter accipitur. In bonam partem, Iudicia tua
Psalm. 41. b abyssus multa, & Abyssus abyssum inuocat. In malã, Viderunt te aquæ deus, & reliqua. Sed
Psalm. 76. d & dæmones deprecantur, ne mittantur in abyssos. Et in Genesi, Abyssus, super quã tene
Gene. 1. a bræ erant, nescio an in bonam partem potest accipi, indifferẽter autem ibi ponitur, Rupti
sunt fontes abyssi. Et illud, Dracones, & omnes abyssi. Et pulchre opinionem fantasiæ alti-
Psalm 148 tudinem vocat, iuxta illud, Abyssum, & sapientiam quis inuestigabit? Christus abyssus,
inuocat patrem, alteram abyssum in voce cataractarum suarum, vt det euangelizantibus verbum virtute multa. Vel certe abyssus nouum testamentum, inuocat abyssum veteris testamenti, per cataractas Christi, id est, apostolos, vt firmior fiat prædicatio. Et enarrans illud Ionæ, Abyssus vallauit me, abyssos, inquit, pernicioſas quasdam & pessimas for-
Eccl. 1. a Ioue. 2 titudines accipere debemus, vel tormentis, supplicijsq; deditas potestates, ad quas & in cuangelio dæmones rogant ne ire cogantur. Vnde & tenebræ erant super abyssum. Interdũ abyssus accipitur & pro sacramentis, ac profundissimis sensibus, & iudicijs dei, Iudicia Dei abyssus multa. Et abyssus abyssum inuocat. Et Gregorius. Abyssus, inquit, abyssum inuocat. Abyssum abyssum inuocare est, de iudicio ad iudicium peruenire. Quia dum miro or-
Gene. 1. 2. dine dispositionis occultæ malum non permittitur nesciri quod peragitur, & suo se iam iudicio peccator in conscientia condemnat, post condemnationem propriam, ad æterni iudicis sententiam properat.

Quid absynthium, abortiuum, adamas, acetumq; mystice significent. Cap. II.

ABsynthiũ genus est herbæ amarissimæ, de qua Amos, Qui conuertitis in absynthiũ iudicium, id est, qui conuertitis dulcedinem iudicij in absynthij amaritudinem. Et in Threnis, Et inebriauit me absynthio, inquit, q̃n valde afflictum se videt inimicorum deuastatione: Ebrius quisq; q̃d patitur, nescit (inquit Hieronymus.) Qui vero absynthio inebri atur, & hoc quod sumpsit amarũ est, & tñ non intelligit eandem amaritudinem, qua replet ur. Humanum quoq; genus recto dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimissum, atque per easdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum, absynthio est ebriũ, quia & amara sunt, quæ pro huius vitæ amore tolerat & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dũ multas pro
Amos. 5. b. ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit: sed quia hoc nimis inaniter sumpsit, eius-
Thren. 3 dem amaritudinis malum discernere iam præ ipsa ebrietate non sufficit. Idem fere scribit Gregorius libro septimo Mora. capite nono.

Abortiui noie, vt inqt Gregor. significatur electus quisq;. Vnde exponẽs illud Iob, Aut sicut abortiuum absc̃ditum nõ subsisterẽ, hoc modo scribit: Abortiuus qui ante tẽpus ple-
Iob. 3. c. num exorit, extinctus protinus occultatur. Quos ergo sctũs vir alios abortiuos vocat, cũ quibus se quiescere potuisse cõsiderat, nisi electos quosq; qui ab ipso mũdi primordio, ante redemptoris tẽpus exorti sunt, & tñ huic mundo semetipsos mortificare curauerũt, qui conscriptæ legis tabulas nõ habentes, quasi in vtero mortui sunt, q̃ autorẽ suũ naturali lege timuerunt, & eũ venturũ mediatorẽ credere studuerunt, summopere mortificãdis voluptatibus, etiã q̃ scripto non didicerant, p̃cepta seruauerunt. Tẽpus itaq; illud quod iuxta mũdi initium mortuos huic seculo patres nostros protulit quasi abortiui vterus fuit.

Adamas, autore Xenocrate, sui nois lapis est, quẽ latine indomitũ possumus appellare, inquit Hierony. & ante illum Origenes Homi. iij. in Hieremiã in Amos cap. vij. eo q̃ nulli cedat materiæ, nec ferro quidẽ. Nã si ponatur super incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus, & malleus vulnus accipiunt, q̃ adamas cõteratur. Quumq; ignis oĩa domet, & vniuersa metalla cõsumat, reddit adamantẽ duriorẽ, vt ne paruulũ quidẽ in eo angulum vis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantẽ magnitudine milij, quũq; vicinũ consumatur aurũ lõgo vsu, ac nimia vetustate, solus adamas nõ atteritur, & nulla lima imminui põt, sed é cõtrario limã terit, & q̃quid attigerit, lineis sulcat. Hic lapis durissimus, & indomabilis,

mabilis, solo hircorũ cruore dissoluitur, & missus in calidũ sanguinẽ perdit fortitudinẽ suã. Est aũt paruus, & indecorus, ferrugineũ habẽs colorem & splendorẽ crystalli. Quatuor q̃q; adamãtis gña describuntur. Primus est Indicus, secundus Arabicus, tertius Macedonicus, quartus Cyprius, pro qualitate regionũ plus, vel minus duriciam possidentes. Dicit ur q̃q; in electri similitudinem venena deprehendere & malificis resistere artibus. Talis est dñs & saluator, qui quũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem deo sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinem hoĩm factus, & habitu inuentus vt homo, humilians semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. De quo Esaias scribit: Non est species illi, neq; decor Vidimus eum, & nõ erat pulchritudo, despectum, & nouissimum hoĩm, virum dolorum & scientem ferre infirmitatem. Hic iu- Esai. 53
xta lxx. stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas, id est, stat super ra- Amos. 7
sanctos, & apostolos suos, quibus donauit, vt & ipsi adamantes vocarentur, & à nullo sepa
ti, dicerent, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, &c. vsque, in
Christo Iesu domino nostro. Petrus quoq; qui erat fortissimus adamas, portæ inferorũ nõ Roma. 8
ualuerũt aduersus eum. Hic vir, & dñs, qui stat super murum adamantinum, habet in ma Mat. 16. c
nu sua adamantem, qui nisi dei teneatur manu, & illius valletur auxilio, oẽm perdit fortitudinem, dicente domino in euangelio, Nemo potest rapere de manu patris mei. Et in tantum Iohann. 10
robustus est, vt dicatur ad eum, Si tranſieris per ignem, flamma non comburet te, quãtoq; Esai. 43. a
magis tentationibus cæditur, tanto fortior fit, & pro noie saluatoris inter flagella lętatur. Quumq; à nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hircorum, & ipsius hirci dicitur esse natura, vt sit ad libidinẽ calidissimus, & q̃d ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Et enarrans illud Hieremiæ, Pctã Iudæ scri- Hiere. 17. a
ptum est stilo ferreo in vngue adamantino &c. hoc pacto scribit: Lapis adamantinus, ex eo q̃ indomitus sit, & infrangibilis, hoc nomen accepit, tñ nitorem habet, & leuitatem, vt absq; vllo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo, vt dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuum. Ipsi enim dixerunt, Matth. 27. a
Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et diuus Ambro. libro de Helia, & ieiunio, capite vn. Est (inquit) quædam creaturæ natura, quam adamantium vocant, q̃ nullo facilis igni consumitur. q̃ imposita focis, ignescit, illico sublata de flamma, tanquã aquarum infusione, munda resplendet. Tria erant Hebræorũ puerorum corpora, q̃ de ieiunio adamanti Dani. 3
transformata natura, vapore ignis, non ad dispendium sui sed ad gr. tiã mutabantur. Deniq; quum furerẽt fornacis incendia, vt vltra quadraginta cubitos flamma per circuitum funderetur, consumens plurimos, quos repererat Chaldæorum, qui Naphtha, pice, & stupa, atq; sarmento alimenta ignibus ministrabant, vbi cum ieiunio ingressi sunt, discusso ardore flammarum in medio fornacis tepore, statim roris spiritu refrigerãtis humescere, ita vt eorum nullus capillus capitis exureretur, quia illa quoq; ieiunia comam pauerant.

Acetum est aliena sapientia. Qui alienas à veritate sapientias applicant Christo, quasi eo Matth. 27. f
ea dicenti, hi spongiam implentes acero, imponunt calamo, & potant eum. Sunt autem qui Iohann. 19. f
acetum, & fel sicut Ioannes scribit, offerunt ori eius, & forsitan qui sapiunt tantũmodo malc spongiam imp'ent acero, & imponunt calamo scripturæ suæ, & potant eum: qui autem & sapiunt male de dispensationibus Christi, & viuunt nequiter, hi spongiam plenam acero cum felle, offerunt ori eius, vt inquit Origenes homi. xxxv. in Matthæum.

Quid accipiter, æs, æstus, æstas, ętasq; & adolescẽtula mystice significẽt. Cap. III.

ACcipitrum naturã ex Ambrosio, & Aristotele scripsimus in Hexamero. Greg. quoq; libro Moralium xxxi. cap. xxxij. enarrans illud Iob: Nunquid per sapientiã tuã plumascit accipiter, expãdẽs alas suas ad austrũ, hoc pacto scribit: Quia p̃ annos singulos pe- Iob. 39
nã veterẽ accipiter, noua nascẽte, proficiat, ac sine intermissiõe plumescat, pene nullus igno rat. Nõ aũt hic illuc plumæ tẽpus dicitur, q̃ in nido vestitur, quia tunc nimirũ adhuc videlicet pullus ad austrũ alas expãdere nõ valet, sed illa annua pluma describitur, q̃ laxata veteri penna, renouatur. Et quidem domesticis accipitribus, quo melius plumescere debeant, vnita, ac tepẽtia loca requirũtur. Agrestibus uero moris est, vt flãte austro, alas expãdant, quatenus eorũ mẽbra ad laxandã pennã veterem tepore cõcalescant. Quũ vero ventus deest, alis cõtra radiũ solis expansis, atq; percussit, tepentẽ sibi aurã faciunt, ficq; capto tepore, vel veteres exiliunt, vel nouæ succrescũt. Quid est ergo accipitrẽ in austro plumescere nisi q̃d vnusquisq; sctorum tactus flatu sanctispũs concalescit, & vsum vetustæ cõuersatiõis abijciens, noui hois formam, sumit. Quod Paulus admonet, dicens: Expoliãtes vos veterem hominem

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum actibus suis,& induentes nouũ. Et rursum:Licet is,qui foris est noster homo corrumpatur:tamen is qui intus est,renouatur de die in diem. Vetustã autem pennã proijcere est, inueterata studia dolosæ actionis amittere: & nouam pennã sumere est,mitem,ac simplicẽ bene viuendi sensum tenere.Potest etiã per hunc accipitrẽ renouata gẽtilitas designari, ac si diceret futuras virtutũ plumas in gentilitate respice, & vetustas superbiæ pẽnas amitte.

Coloss.3.b. 2.Cor.4.

Adolescentulus,adulescentulæ,quære in dictione,Aetates.

Aes inter omnia metalla (vt inquit Hieronymus,enarrans illud Danielis,& regnum tertium aliud æneum,quod imperabit vniuersæ terræ)vocalius est,& tinnit clarius,& sonitus eius longe,lateq; diffunditur,significãs Alexandrum ,& regnum Macedonum,successorumq; Alexãdri,quod recte æneum dicitur,non solum ob famam, & potentiam regni: sed etiam ob eloquentiam Græci sermonis.

Aes renouata gentilitas. Daniel.2.

Aes regnũ Macedonũ

Aestus cordis significat anxietatem in virtutum exercitatione,& persecutionis,tentationisq; ardorem. Vnde diuus Gregorius libro Mora.xxix.cap.xij.& xiij.enarrans illud Iob,Diuidetur æstus super terram hoc modo scribit: Sparsa luce æstus super terram diuiditur,quia per apertum iustitia prædicata,ad requirendum deum,cordis anxietas in virtutũ exercitatione dilatatur,vel per æstum persecutio designatur,sicut sermo Dominicus testatur,de iactis seminibus super petrosam terram,dicens:Sole orto, æstuauerunt omnia, quia exposuit,æstum persecutionem vocauit.Sparsa igitur luce,æstus diuisus est super terram, quia clarescente vita fidelium,accensa est crudelitas perfidorum.Diuisus nanq; æstus erat, quando nunc Hierosolymis,nunc Damasci, nunc in alijs longe regionibus persecutio sæuiebat. Vel diuiditur æstus super terrã,quia quum lux spargitur,mox ab occulto aduersario contra fulgentem mentem tentamenta succrescunt, qui illicita desideria inflammare contendit,læris moribus,luxuriam proponit, tristibus poculum discordiæ porrigit, pauentibus terrores intentat, elatos blandis fauoribus trahit.

Aestus dissipat. Iob.8.

Marci 4.

Aestas prosperitas. hyems aduersitas.

Aestas prosperitatem significat,hyems aduersitatẽ. Vnde diuus Augustinus libro vnico contra Adimantum,Manichęi discipulum, enarrans illud sapientis dictum,Imitare formicam,& intuere diligentiam eius, quia ab æstatis tempore vsq; ad hyemem colligit sibi alimonias.Quod inquit ita positum est,vt quemadmodum illa colligit æstate,vnde in hyeme pascatur:sic vnusquisq; Christianus in rerum tranquillitate,quam significat æstas, colligat verbum dei,vt in aduersitate, & tribulationibus, quæ hyemis nomine significantur, habeat vnde spiritaliter viuat. Non enim in pane solo viuit homo, sed in omni verbo dei.

Proue.6.a.

Deut.8.a.

Aug.lib.de vera relig. cap.27.

Aetates septem noui hominis sunt sicut & veteris hominis.Prima infantiæ in verbibus vtilis historiæ,quæ nutrit exemplis.Secunda pueritiæ iam obliuiscentis humana, & ad diuina tendentis,in qua non autoritatis humanæ sinu continetur,sed ad summam, & incommutabilem lucem passibus rationis innititur.Tertia adolescentia,quæ iam fidentiorem,& carnalem apperitum,rationis robore maritat, gaudetq; intrinsecus in quadam dulcedine coniugali,quum anima menti copulatur,& velamento pudoris obnuitur, vt iam recte viuere non cogatur, sed etiam si omnes concedant, peccare non libeat. Quarta iuuentus iam id ipsum multo firmius,ordinatiusq; facit,& emicat in virum perfectum,atq; apta,& idonea omnibus etiam persecutionibus,& mundi huius tempestatibus,ac fluctibus sustinendis,ac frangendis.Quinta senectus pacata, atque ex omni parte tranquilla,viuens in opibus,& abundantia incommutabilis regni summæ,atq; ineffabilis sapientiæ. Sexta est omnimodę mutationis in æternam vitam,& vsque ad totam obliuionem vitæ temporalis,transiens in perfectam formam, quæ facta est ad imaginem,& similitudinem dei. Septima quies æterna est,& nullis ætatibus distinguenda beatitudo perpetua. Vt enim finis veteris hominis mors est,sic finis noui hominis vita æterna. De adolescentibus Origenes Homil.prima in Cant.Canticorum exponẽs illud,Adolescentulæ dilexerunt te,& traxerunt te post se,hoc pacto scribit:Si de ecclesijs intelligatur,quæ vna quidem est,quum perfecta est,multæ vero sunt adolescentulę,quum adhuc instruuntur,& proficiunt. Istæ ergo trahunt ad se Christum p fidem, quia Christus, vbi viderit duos,vel tres in fide nominis sui,vadit illuc,& est in medio eorum,in fide tractus,& vnanimitate prouocatus. Si vero de anima deum sequente intelligi hæc oportet,quęcunq; anima fuerit erudita, primo in moralibus,secundo etiã in naturalibus exercitata, ipsa morum emendatio, & eruditio rerum,ac probitas disciplinæ,trahit ad se verbum dei, & libens trahitur. Gratissime enim ad eruditas animas venit, & trahi se ab his indulgenter accipit,benigneq; concedit.

Cant.1. Adolescentulę eccle się. Mat.18. Adolescentula,anima

Quid ager,agricola,agnusq;, & agna mystice significent. Cap. IIII.

Ager in

AGer in scripturis solet figurate mundus appellari.Nã & ipse dñs Ager est hic(inquit) mũdus,quum illã parabolam exponeret,vbi bonoso mini cõmixta sunt zizania. Vide ergo agri spiritalem atq; inuisibilẽ creaturã dicit propter vigorẽ vitæ.Est & ager carnis & spiritus.Sic enim diuus scribit Hieronymus,in epist.ad Galat.vi.Omne(inquit)quod loquimur,agimus,cogitamus,in duobus seminamus agris,carne & spiritu.Si bona sunt q̃ de manu,ore,corde promuntur,seminata in spiritu,vitæ æternæ fructibus redũdabunt.Si mala ab agro carnis excepta,corruptionis noxis segetẽ pullulabunt. Origenes quoq; agrum cor scribit esse humanum: Arbitror(inquit) q̃ secũdum dei verbum ager dicatur hic mundus.Ager autem non terræ solum,sed corda intelliguntur humana.Quem agrum angeli dei susceperunt excolendum.Culturæ ergo suæ fructus ipsi quidẽ possident &habent eos videlicet,qui sub procuratoribus agunt, & actoribus, & nondum vsq; ad summã ætatem venerunt perfectionis.Si quorum vero corda diligẽter exculta & ad perfectum perducta sunt,hos tanq; electos, & scipuos ex cæteris primitias offerunt pontifici magno.Et homi. xxx.in Matth.exponens illud Euangelicum, Tunc duo erunt in agro,vnus assumetur & alter relinquetur:Sicut(inquit)mundus est ager secundam parabolã quandã ,duo gñaliter sunt in eo,vnus quidem sicut Noe operarius terræ,alter autẽ sicut Cain operans terrã. His talibus in agro constitutis,vnus assumetur,id est,qui similis est Noe operarius terræ,& alter relinquetur,qui sicut Cain operans terram. Talis eñ est oñis, qui odit fratrẽ suum, & propter odium fratris homicida à Ipsãe appellatur apostolo, Aut ita Duo in agro sensus hois boni & sensus hominis mali.Sensus bonus assumitur, malus relinquit. Præterea agri noie scripturę latitudo significatur.Vnde diuus Grego.lib.xvi.Mora.cap.xxiij.exponẽs illud Iob.Agrum nõ suum demetunt: Potest(inquit) agri noie scripturæ sacræ latitudo signari,quã hæretici non suam demetunt,quia ex ea sententias longe à suis sensibus diuersas tollunt.Potest & ager nostram signare actionem iuxta illud: Præpara foris opus tuum & diligenter exerce agrũ id est cuiusq; iniquitatum sentibus,actionem tuã ad frugem retributionis exerce vt diuus exponit Gregorius.lib.x.Moral.cap.xvi.

Ager multidus. Matth 13. Augustin. libr.2.de Gene con tra Manichæos. Gene 2. Ager caro, & spiritus. Hieronym. Origenes Homil 11 super Nume. Ager cor humanum. Mat.24.d Ager mundus 1.Ioan.5.c. Ager scripturę latitudo. Iob.24. Ager actio humana Proue.24.

Agricola est deus,& sctã Trinitas.Augustin.in enarratione Psal.lxvi. Agricola dicitur q plantat,& qui rigat.Dixit autẽ Apost. Ego plantaui, Apollo rigauit. Quærimus vnde ipse iã fecerit.Respondit Apost.Non ego autẽ sed gratia dei mecum. Ergo quocũq; te verteris siue per angelos,Dñm inuenies agricolã tuũ , siue per prophetas,ipse est agricola tuus, siue per apostolos,eundem ipsum agnosce agricolã tuum.Quid ergo nos?fortasse operarij sumus agricolę illius,& hoc ipsum ab ipso,impartitis viribus & ab ipso donata gratia.Ipse ergo & colit,& incrementum dat . Agricola autẽ homo vineam colit hactenus,vt aret putet adhibeat cætera quæ pertinent ad agricularum diligentiã , plucre vineæ suæ nõ potest. Quod si forte irrigare potest,de cuius potest?Ipse ducit quidem in riuum,sed deus implet fontem.Christus ait:Ego sum vitis vera,vos sarmenta,pater meus agricola est.Et super Iohãnem tractatu lxxx.pdicta exponens verba.Nunquid (ait)vnum sunt agricola & vitis? Secundum q̃ ait:Pater maior me est,vitis Christus.Secundum aũt id q̃d ait: Ego ,& pater vnum sumus,ipse agricola est nec talis,quales sunt qui extrinsecus operãdo ministeriũ exhibent:sed talis,vt det etiã intrinsecus incrementum.Nam neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incrementũ dat deus.Sed vtiq; deus est Christus,quia deus erat verbum.

Agricola deus trinitas. 2.Cor.3.b. 1.Cor.15. Agricola homo. Iohan 15. Iohan.14. Iohan. 10. 1. Cor.3.

Agnus dicitur dñs,& saluator noster.Sic eñ intellexit Ioãnes, qui est maior oim prophetarum,dicẽs:Ecce agnus dei.Nõ ideo agnus dicit,quasi q̃ mutatus sit & cõuersus sit in speciem agni.Dicitur tñ agnus,quia voluntas,& bonitas eius,qua deũ repropitiauit hoibus & pctõrum indulgentiã dedit,talis extitit humano gñi,quasi agni hostia immaculata,& innocens,qua placari hominibus diuina creduntur.Et Augustin.Agnus(inquit)perfectus,masculus &c. Quid opus erat agnum accipere, nisi ille figuraretur,cuius caro non solum ex iustis,verumetiam ex peccatoribus propagata est? Et alio in loco: Agnus eligitur,vt simplicitas,& innocentia designetur,masculus quęritur,vt virtus comprobetur immaculatus,vt sine crimine,annicalus, vt exacto prædicationis tempore,perfectus , vt instructus omnis virtutis genere,mense primo,vt totus annus à primordio proprio consequatur,quarta decima die mensis,vt lumine veritatis impleto,erroris nox operiatur,ad vesperã,vt seculi occasus imminens approbetur,ejecto fermento,vt à corde peruersę mentis malitia corrupta tollatur,oblitis sanguine liminibus domorum, vt figura dñicæ passiõis,frõte signetur,igne assus.Est eñ euangelium,& sermo Christi robustus cibus,neq; in aqua madidus.Nõ est eñ delicatæ interpretationis humido languore soluendus,nihil ptermittitur,nihil eñ in Christo omnino

Iohan 1. Lib.2. qu. sup.Exodũ Exod 12. Lib.2.de sententiarum vnico.ca.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

sto omnino reprobatur. Ossa non cõteruntur, quia nec comminui, id est, vinci in quoquã Christus potest. Quicquid supereſt, diuinis ignibus imponitur, quia quod quis capere non potest, Christi diuinæ scientiæ remittit, eorum tãtum, quæ manifesta sunt, pro viribus epu
1.Cor.10.c latur intentus. Nam & quod stantes edunt, forma est, ne quis cadat, aut ne quis in Euange lio ad necessitatẽ prosternat, sed ingentis animi robore contra persecutionum prælia inuictus, id est, sublimis, & erectus assistat. Nam cp succinctis lumbis, Euangelicæ signum est
Ephe. 6. c. continentiæ, dum locus seminum cohercetur, & constringitur, additis baculis, spiritui sancto quisquis nititur, pedibus calceatis, id est, lubrico erroris eiecto, dum probatione ad fidẽ cælestium, quasi ferratis præsidijs in Euangelio, cuncta sunt fixa firmissima veritate soli data, festinantes etiam, feruentes enim fide probãtur, tepidi & negligentes respuũtur, & euo
Apoc. 3. c. muntur, cum azymis sumũtur, Christus enim cum omni simplicis animi pura simplicitate sumitur, cum picridijs. Etenim hoc pascha in Iudæorum damnationem acerbissimas amaritudines cessit. Non nisi circumcisis dabatur. Purgatis enim solis, & lauacro indulgentiæ cælestis expiatis percipiendi Christi corporis sacramenti, cibi facultas porrigitur. Non co-
Exodi 23 ques (inquit) hœdum in lacte matris suæ. Hac prophetia prædictus est Christus, non occidendus à Iudæis infans, quando Herodes, vt cum occideret, non inuenit, vt coques, quod
Augustꝰ li. quæst. sup. Exodum cap. 90. dictum est, pertineat ad ignem passionis hoc est, tribulationem. Vnde dicitur vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Illud quoq; forsan non absurdũ est, quod alij dicunt id esse præceptum per prophetam, ne se boni Israelitæ sociarent malis
Eccl. 27. a. Iudæis, à quibus Christus passus est, tanquam agnus in lacte matris suæ, id est, eo tempore quo conceptus est. Dicuntur enim fœminæ ex quo conceperint lac colligere, illo nanque mense passum esse Christum, & paschæ obseruatio, & dies ecclesiæ notissimus natiuitatis eius, ostendit. Qui enim mense nono natus est octauo calendas Ianuarias, profecto mense primo conceptus est circa octauum calendas Aprilis, quod tempus etiam passionis eius fuit in lacte matris suæ, id est, in diebus matris suæ.

Lib. 31. Moral cap. 2. Leuit. 5. Agna est vitæ actiuæ siue boni operis innocẽtia. Vnde Greg. exponens illud Leuiticũ, Offerat agnam de gregibus. Quid (inquit) per agnam, nisi actiuæ vitæ innocentia signatur? Et bene agna de gregibus offerri iubetur, quia actiua vita multorum est. Et quũ hæc agimus, quæ multos agere, & egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus.

Quid alæ, altare, amygdalus, mystice significent. Cap. V.

Ezech. 3 c. Alę sãctorũ virtutes. L. 23. Moral. cap. 10 & 11. Esa. 40 g. ALæ sunt sanctorum virtutes. Vnde scriptum est in Ezechiele. Et audiui post me &c. & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Quid (inquit Gregorius) alas animalium, nisi virtutes debemus sentire sanctorum? Qui dum terrena despiciunt, ad cœlestia volando subleuantur. Vnde recte etiam per Esaiam dicitur: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ. Volatilia itaque animalia alis suis se vicissim ferunt, quia sanctorum mentes, in eo quod superna appetũt, confideratis inuicem alterius virtutibus, excitãtur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanAlę sunt cogitationes. ctitatis propriæ, me ad melius accendit: & ala mea vicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bonum, quod imitetur, ostendo. Alæ quoq; sunt cogitationes nostræ. Vnde diuus
Iob 39. d. Gregorius exponens illud Iob, Expandit alas suas ad austrum. Alas (inquit) nostras ad austrum expandere, est per aduentum sancti spiritus, nostras confitendo cogitationes aperire, vt iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, quum ad austrũ alas expanderit, quia tunc se vnusquisq; virtutum pennis induit, quum sancto spiritui cogitatiões suas confitendo substernit. Qui enim vetera faterido nõ
Ezech. 7. detegit, nouæ vitę opera minime producit. Diuus autem Hieronymus, exponẽs illud Ezechielis. Venit finis super quatuor alas terrę, Quas (inquit) nos plagas mũdi interpretatisEsa. 24. c mus, orientem videlicet, & occidentem, meridiem & septẽtrionem, alij alas verterunt. De
Psal. 67. c Matt. 23. d Deut. 32. b quibus alis & Esaias loquitur: Domine ab alis, siue à finibus terræ portenta audiuimus, quæ in toto orbe per Apostolos gerebantur. Et de sanctis scriptũ est: Si dormieritis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatę. Et dominus inquit: Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Et in Deuteronomio, Expandens alas suas suscepit eos. Quidam spirituales alas terræ, quibus ad cælestia subleuaPsal. 114. d Alæ quatuor genera credentiũ. mur, quatuor ponit genera credentium, de quibus & Psalmista canit: Domus Israel benedicite dominum, domus Aaron benedicite dominum, domus Leui benedicite dominum, qui timetis dominum benedicite dominum. In Aaron sacerdotium, in Leui, ædituos & ministros, in Israel, cunctum populum, in timentibus dominum, proselytos intelligens.

Altare

Altare dei est cor nostrum. Vnde bene p Moysen dicitur: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens mane ligna per singulos dies. Altare quippe Dei est (vt inquit Gregorius) cor nostrum, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad dominum charitatis flammam indesinenter ascendere, cui per singulos dies sacerdos ligna subijciat, ne extinguatur. Omnis Christi fide præditus, membrum vtiq; summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus Apostolus dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Et sicut Iohannes Apostolus dicit, Fecisti nos Deo nostro regnũ, & sacerdotes. Sacerdos ergo in altari ignem nutriens, quotidie ligna subijciat, id est, fidelis quisq;, ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla præcedentium, quam sacræ scripturæ testimonia congerere non desistat. Nam quasi quædam fomenta igni dare est, in excitatione charitatis, vel exempla patrum, vel præcepta dominica ministrare. Et bene illic præcipitur, vt mane ligna per dies singulos congregentur. Hæc quippe non fiunt, nisi quum nox cę citatis extinguitur. Vel certe, quia mane prima pars diei est, postpositis cogitatiõibus vitę præsentis, hoc priori loco quisq; fidelium cogitet, vt quod in se iam iam quasi deficit, nisibus qbus valet, studium charitatis inflãmet. Ignis enim iste in altari domini, id est, in corde nostro citius extinguitur, nisi solerter adhibitis exemplis patrum & dominicis testimonijs reparetur. Scriptum quoque est: Aedificauit Iesus altare domino Deo Israel in mõte Gebal, & fecit illud sicut præcepit Moyses famulus domini filijs Israel. Scriptum est autem in lege Moysi altare fieri ex lapidibus integris, in quibus non est iniectum ferrum &c. Quæ verba enarrãs Origenes Homilia ix. super Iesum Naue, hoc pacto scribit: Omnes qui in Iesum Christum credimus, lapides viui esse dicimur, secundum quod scriptura pronunciat, dicẽs: Vos autem estis lapides viui, ædificati domus spiritalis in sacerdotio sancto, vt offeratis spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Arbitror autem fratres, quod quicunq; ex vobis lapidibus viuis, apti sunt in hoc, & prompti, vt orationibus vacẽt, & vt die, noctucp obsecrationibus offerant deo & supplicationum victimas immolent, ipsi sunt ex quibus Iesus ædificat altare, ex lapidibus integris, id est, incorruptis, impollutis, immaculatis in carne, & in spiritu, in quibus non est iniectum ferrum, id est, his qui iacula maligni ignita concupiscentiæ non receperunt, sed scuto ea fidei extinxerunt, & repulerunt, vel in quibus nõ est iniectum ferrum, id est, ferrum, pugnæ, ferrum belli, ferrum litium nunquam receperũr, sed semper pacifici fuerunt, semper quieti, & mites, & Christi humilitati cõformati. Scripsit autem (inquit) Iesus super lapides altaris Deuteronomium, quod quasi secunda legis latio dicitur. Nam prima lege infirmata, secundam legem scripsit Iesus, dicens: Dictum est, antiquis: Matth. 5. a Non occides, ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, homicida est. Et iterum: Dictum est antiquis: Non mœchaberis &c. Altare quoque est populus, vt inquit Augustinus libro secundo quæstionum super Exodum, cap. lxxxvij. Notandum (inquit) quod Moyses ædificauit altare sub monte, & duodecim lapides, & in duodecim tribus Israel. Intelligitur enim ex duodecim lapidibus altare ædificatum, significasse ipsum populum esse altare Dei sicut est templum Dei.

Amygdali flores sanctę ecclesię sunt primordia, iuxta illud, Florebit amygdalus. Amygdalus quippe (vt inquit diuus Gregorius) florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in Amigdalus ecclesia. flore amygdali, nisi ecclesiæ sanctæ primordia designantur? Quæ in prædicatoribus suis, primitiuos virtutum flores aperuit, & ad inferenda poma bonorum operum venturos sanctos quasi arbusta sequẽtia, præuenit. Et Hieronymus: Quomodo nux, siue amigdalum amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, vt detractis austerioribus, & duris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correctio & labor continentiæ amara quidem videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est, Literarum radices amaræ, fructus dulces.

Quid amphora, animalia, angelus, anchora, annusq; mystice, significent. Cap. VI.

Zach. 5. c AMphora describitur, Zachariæ quinto: Hæc est (inquit) amphora egrediens & dixit: Hæc ẽ oculus eorũ in vniuersa terra, vel secundum septuaginta, Hæc est mensura, quę egreditur, & ait: Hæc est iniquitas eorum in omni terra, vbi diuus Hieronymus, hoc pacto scribit: Amphora, siue mensura, egrediebatur, & ferebatur in aere. Et ne dubitaremus quo proprie vocabulo nuncuparetur, ipse Angelus, qui ostenderat amphoram, siue mensuram illi nomen imponit, & dicit: Hæc est oculus, id est, ostensio omnium peccatorum, vel, Hæc est iniquitas &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animalia dicuntur homines tardioris ingenij. Homines (inquit) & iumenta saluos facies domine. Homines, rationabiles quosq; & spirituales viros: animalia vero eos, qui tardioris ingenij sunt, & à spiritualibus ad agenda domini sabbata erudiuntur. Et pro eo quod nos legimus, In medio annorum viuifica illud, in medio annorum notum facies, septuaginta habent. In medio duorum animalium cognosceris. Et quum appropinquauerint anni, cognosceris. Quod multi putant (vt inquit Hieronymus in commentarijs) de filio intelligi, & de spiritu sancto, eo quod pater per filium intelligatur, & spiritum. Porro simplex interpretatio, & opinio vulgi de saluatore intelligit, quod inter duos latrones crucifixus, agnitus sit. Qui autem melius hoc dicunt, quod in primitiua ecclesia, quæ de circuncisione fuit, & de præputio congregata, duobus populis se hinc inde cingentibus, intellectus sit saluator, & creditus. Sunt qui duo animalia, duo intelligant testamenta, nouum, & vetus, quę vere animantia sint, atq; vitalia, quæ spirent, & in quorum medio dominus cognoscatur. Animalia mores ostendunt hominum, sicut pharisæi & saducæi propter nequitiam appellantur genimina viperarũ, & propter dolos, Herodes vulpes dicitur, & luxuriosi, proniq; ad voluptatem, equi appellantur insanientes in fœminas. & nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intelligentia. E contrario innocentes columbæ vocantur, & oues animalia habet ecclesia, dicente Dauid: Homines, & iumenta saluos facies domine. Hi ergo qui verba dei, & rationabilis instituti studium gerunt, homines appellantur: qui vero absq; huiuscemodi studijs viuunt, & scientiæ exercitia non requirunt, fideles tamen sunt, animalia quidem, sed munda dicuntur propter Christum: animalia vero immunda sunt homines, qui extra Christum sunt, in quibus neq; ratio, neq; religio vlla est.

Angeli, id est, nunci in sacro eloquio nonnunquam p̃dicatores vocantur, sicut per prophetam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Et Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, id est, prædicatores suos spirituales efficit. Angelus quoq; dictus est Christus, iuxta illud: Ecce ego mitto angelum meum &c. Audisti angelum, agnosce dominum. Nec contemnendum esse putes, quia non remittet, quum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quis est ille magnus, cui deus & potestatem suam dedit, & nomen? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Et vnde probamus, q̃ quum dicitur angelus, debet intelligi deus? Venerunt (inquit) duo angeli ad Sodomam vespere &c. Et dixit, Domine. Angelos uidit, & dominum intellexit, dicens: Domine, si inuenit seruus tuus gratiam ante te, & magnificasti misericordiam tuam &c. Duos (inquit) video, æquales video. Vnum rogo, nulli iniuriam facio, quia patrem, & filium non diuido. Item in Exodo: Apparuit Moysi angelus domini in flamma ignis &c. Quum vidisset autem dominus, quia accedit videre, vocauit eum dominus de rubo. Ecce angelus, ipse dominus. Adhuc audi quid dixerit ei: Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham &c. Et ideo Iudæus sic legat angelum, vt intelligat deum, & timeat dominum. De domino Iesu Christo euidentissime legimus apud prophetam, quod magni consilij angelus dictus sit. Angeli quoq; dei dicti sunt homines iusti. Nam de Ioanne scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam &c. Et Aggei primo scriptum est: Et dixit Aggeus nuncius (vel Angelus) domini de nuncijs domini. Propheta angelus dictus est, ab eo quod domini volũtatem populo nunciauerit, siue quia in multis locis dominus noster, atq; saluator, Angelus dei dicitur, sicut ibi, magni consilij angelus, typum saluatoris dicimus in Aggei percurrisse, vt diuus ait Hieronymus.

Pſalm. 23
Gene. 19. a
Exod. 3. a
Eſai. 9 ſecũdum 70. Angelus hoc ipſum noſtus. Malac. 3. Eſai. 6. b

Annus tum prædicationis supernæ gratiam, tum redemptorum multitudinẽ significat. Vnde diuus Gregorius enarrans illud Iob, Nõ computet in diebus anni, hoc pacto scribit: Annum prædicationis supernæ gratiam non inconuenienter accipimus, quia sicut in anno, congestis diebus, tempus perficitur, ita in superna gratia virtutum multiplex vita completur. Potest per annum etiam multitudo intelligi redemptorum, quia sicut ex dierũ multitudine annus ducitur, ita ex collectione bonorum omnium illa electorum innumerabilis vniuersitas expletur. Hunc nanq; annum perfectæ multitudinis Esaias prædicat, dicens: Spiritus domini super me &c. & prædicarem annum placabilem domini. Annus placabilis dñi prædicat, quũ futura plebs fidelium, veritatis lumine illustranda, prædicitur.

Iob. 3. b

Eſai. 61

Anchora cordis, est pondus timoris, & plerunq; fluctu cogitationum quatitur, sed per disciplinæ suæ vincula retinetur, neq; hunc tempestas suæ inquietudinis ad naufragiũ pertrahit, quem in diuini amoris littore perfecta charitas astringit.

Quid aqua mystice significet. Cap. VII.

Aqua

Aqua scientiam in sacro eloquio significat, iuxta illud: Tenebrosa aqua in nubibus aeris, id est, occulta scientia in prophetis, qui ante aduentum domini, dum occultis sacramentis grauidis, mysteria immensa gestarent, intuentium oculis eorum intelligentia caligabant. Et Salomon ait: Aqua profunda, verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ. Et Iob: Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum, quia prædicatorum scientia, infirmorum mentibus loquens quantum sentire valet, docere prohibet. Et alio in loco, Et aquas appendit in mensura. Vbi diuus Gregorius, hoc modo scribit: Aquæ in scriptura sacra aliquando spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam prauã, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes bonorum fidei prędicamenta sequentium, designare solent. Per aquam quippe sancti spiritus infusio designatur, sicut in Euangelio dicit: Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Rursum per aquam sacra scientia designatur, sicut dicitur, Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Per aquam vero praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonẽ: Mulier, quæ typum hæreseos tenet, callidis suasionibus blanditur, dicens, Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Aquarum etiam nomine nonnunquam solent tribulationes intelligi, sicut per Psalmistam dicitur: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsq; ad animam meam. Per aquam populi designantur, sicut per Ioannem dicitur: Aquæ vero sunt populi. Per aquam quoque bonorum mentes designantur, sicut propheta ait: Beati qui seminatis super omnes aquas. Et per Psalmistam dicitur, vox domini super aquas. Dixit ergo Iob: Et aquas appendit in mensura, quia sancti ipsi, qui, subleuante spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur, vt nequaquã trñ proficere valeãt, quãtũ volũt, sed ne extollãt superbia, fit in eisipsarũ q̃dã mẽsura virtutũ. Aquæ vero niuis (vt idẽ Gregorius sunt lamẽta humilitatis, q̃ p̃fecto humilitas qa ante districti iudicis oculos cæteris virtutibus fœminet, quasi p magni meriti calorẽ candet. Sunt nanq; nõnulli, qui lamẽta habent, sed humilitatẽ non habent, quia afflicti plangũt: sed tamẽ in ipsis fletibus, vel contra proximorum vitam superbiunt, vel contra ordinationem conditoris eriguntur. Hi nimirum aquas habent & mundi esse, nequeunt, quia humilitatis fletibus minime lauantur. Aquis autem niuis a culpa se lauerat, qui confidenter dicebat: Cor contritum & humiliatum, Deus non spernit. Qui enim lamentis affliguntur, rebelles sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari contẽpnunt, quamuis aquæ niuis intelligi & aliter possint. Aqua enim fontis ex terra oritur, aqua vero niuis ex aere prorui. Et sunt plerique, qui per orationum lamenta se cruciant, sed tamen totis lamentorum laboribus, ad sola terrena exudant, compunguntur in precibus, sed felicitatis transitoriæ gaudia requirunt. Hos itaque niuis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis venit. Quasi enim ex terræ aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus conpũgũtur. Qui vero idcirco plorant, quoniam præmia æterna desyderant, aqua niuis os diluit, quia cęlestis conpũctio infundit. Dixit ergo Iob: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Ac si aperte dicat, Quamuis lamentis supernæ conpunctionis infundar, quamuis per studia rectæ operationis exerceart in tua tamen notitia video, quod mundus non sum. Decursus vero aquarum sunt quotidiani transitus deficientium populorum, iuxta illud: Et erit tanquam lignũ, quod plantatũ est secus decursus aquarũ qa fructũ, & protectionẽ sui nobis vmbraculi proferens, apparuit creator in carne, vt humanũ genus p resurrectionẽ robustũ fieret, q̃ p defectũ quotidie ibat in mortem. Dixit ergo Iob. Radix mea apertae st secus aquas, quia autor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Aquæ autem supercœlestes, Angeli sunt, vt diuus ait Augustinus. Sũt (inquit) aliæ aquæ, quæ super hoc firmamẽtum, credo immortales, & à terrena corruptione secretæ. Laudent nomen tuũ, laudent te su percœlestes populi Angelorum tuorum, qui non opus habent suscipere firmamentum hoc, & legendo cognoscere verbum tuum. Vident enim faciem tuã semper, & ibi legunt sine syllabis temporum quid velit æterna voluntas tua.

Quid aquila mystice significet. Cap. VIII.

Aquilæ vocabulo (vt diuus ait Gregorius) scriptura sacra, aliquando maligni spiritus raptores animarum designantur, iuxta illud: Velociores sunt persecutores nostri aquilis cœli, quum videlicet tanta nos maligni homines faciunt, vt ipsas etiam aereas potestates inuẽtionibus malitię prœire videantur. Aquilę etiam vocabulo potestas terrena figuratur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

guratur,iuxta illud, Aquila grandismagnarum alarum.&c.id est,nabucdonosor rex Babyloniæ,qui pro immensitate exercitus magnarum alarum,pro diuturnitate temporum,longo membrorum ductu pro multis vero diuitijs,plenus plumis: pro innumera aũ terrenæ
Ezech.17. gloriæ compositione plenus varietate describitur. Qui venit ad libanum &c.quia Iudææ celsitudinem petens,nobilitatem regni eius,quasi medullam cedri abstulit & dum tenerrimam regum prolem, a regni sui cacumine captiuando sustulit,quasi summitatem frondium eius euulsit. Aquilæ vocabulo vel subtilis sanctorum intelligentia,vel volatus dominicæ ascensionis exprimitur. Vnde per aquilam Iohannem designauit propheta,qui volando terram deseruit,quia per subtilem intelligentiam interna mysteria verbi,videndo penetrauit. Ipse quoq; dominus noster aquila vocatus est,quia ad cœlum,de quo venerat,rediit. Dixit ergo beatus Iob: Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidũ suum? Hoc loco aquilæ nomine subtilis sanctorum intelligentia,& sublimis eorum contemplatio figuratur. Cunctarum quippe auium visum acies aquilæ superat,ita vt solis radius fixos in se eius oculos,nulla lucis suæ coruscatione reuerberãdus claudat. Ad præceptũ ergo Dei eleuatur aqla, dum iussionibus diuinis obtẽperant,in supernis suspenditur fidelium vita. Quæ &in arduis nidũ ponere dicitur,qa desideria terrena despiciẽs, spe iã de cœlestibus nutrit,iuxta illud, Nostra conuersatio in cœlis est. Et rursum, Qui conresuscitauit & confidere nos fecit in cœlestibus. Et Iob. Sicut aquila volans ad escã: Mos quippe est aquilæ (inquit Gregorius) vt irreuerberata acie radios solis aspiciat,sed quũ refectiõis indigẽtia vrgetur, eandẽ oculorũ aciẽ, quã radijs solis infixerat,ad respectum cadaueris inclinat,& quis ad alta euolet, psumẽdis tñ carnibus terram petit. Sic videlicet, sic antiqui patres fuerũt,qui inquantũ humanitatis infirmitas admittebat creatoris lucem erecta mente contẽplati sunt, sed incarnãdũ tunc in mũdi fine prescietes,quasi a solis radijs ad terrã oculos deflexerũt,& quasi de summis ad ima venũt, dũ hunc Deũ supra oia,& hominem intra oia agnoscũt,quẽ pro humano genere,dũ passurum,moriturumq; conspiciunt,qua scilicet morte semetipsos reficiãtq; reformari ad vitã nouerũt,quasi more aquilæ post contẽplatos solis radios in cadauere escã quærũt. Liber spectare aquilam solis radios intuentẽ,q̃ ait Deus fortis,pater futuri sæculi princeps pacis. Sed ablato volatu celsitudinis, ad terras veniat,escã cadaueris inferius ingrat,dicẽs: Disciplina pacis nostræ super eum,& liuore eius sanati sumus. Et rursum: Et hõ est,& quis cognoscet eum? Et capite xxv. Aquila etenim alto valde volatu suspẽdit,& anisu præpeti ad æthera librat; sed per appetitũ ventris terras expetit,seseq; a sublimibus repetẽte deorsum fundit. Sic sic humanũ genus in parente primo ad ima de sublimibus corruit,quod nimirũ cõditionis suæ,dignitas in rationis celsitudinem,quasi in aeris libertatem susp enderat sed quia cõtra p̃ceptũ cibũ vetitum contigit,per ventris concupiscentiã ad terras venit,& quasi post volatũ carnibus pascitur,qa illa libera contẽplationis inspiracula perdidit,& deorsum corporeis voluptatibus letatur. Diuus quoq; Hieronymus enarrans illud Esaiæ, Qui autem sperant in dño, mutabũt
Esai. 40.g fortitudinẽ,assumẽt pennas sicut aquilæ,&c. Qui autem (inqt) nõ in suis viribus,sed in Deo habent fiduciã,& eius semper misericordiam præstolantur, mutent fortitudinẽ, & vadãt de
Psalm.102. virtute in virtutem,& assumant pennas,sicut aquilæ & audiant, Renouabitur ficut aqlæ iuuentus tua, currãt ad dñm,& eius desiderio nõ laborẽt,ambulẽt,& nũq̃ deficiãt. Crebro diximus aqlarũ senectutẽ reuirescere mutatiõe pennarũ, & solas esse,quæ iubar solis aspiciãt,& splẽdorẽ radiorũ eius possint micãtibus oculis intueri,pullosq; suos an gñosi sint,hoc experimẽto p̃bẽt: Itaq; & sanctos repuerascere,& assumpto immortali corpore laborẽ nõ sentire mortalitã, sed rapi in nubibus obuiã Christo. Et enarans illud Danielis. Et alas habebat aqlæ, sic scribit: Quod autem habebat alas aquilæ,superbiam significat regni potẽtissimi,cuius princeps loq
Esai.14. tur p Esaiam: Super sydera cœli ponam thronũ meũ,& ero similis altissimo. Vñ dicit ad eũ: Si alte feraris,vt aquila,inde te detrahã. Alioquin,vt leo inter bestias,ita aquila inẽ aues regnũ tenet. Sed & hoc dicẽdũ,aquilã multo tẽpore viuere,& regnũ Assiriorũ multis ætatibus
Osee. 8 a fuisse dominatũ. Quod autem euuisæ sunt alæ eius,cætera regna significat, quibus prius imperabat,& volitabat in mundo. Et in caput Oseæ octauum enarrãs illud propheticũ. In gut ture tuo sit tuba quasi aquila super domum dñi,sic scribit: Diabolum (inquit) qui ponere cepit sup astra cœli nidũ suum,aquilam sæpissime legimus. Si exaltatus fueris vt aquila,inde dethraham te,dicit dñs. Oculus q̃q; irridet patrẽ,& despicit senectutẽ matris,effodiatur à corProue.30.c uis,& deuorent eum pulli aquilarum per diabolum,ac demones clarum visionis suæ lumen amittens. Vnde in lege præcipitur,vt non comedamus aquilã. Et enarrans illud Abdiæ pro
Legi.11.b lo superius citatum,hocmõ scribit: Aquilam autẽ cũctis auibus altius volitare,etiã hi,q de natura auiũ

tura auium disputant,memoriæ prodiderunt,tantiq; contuitus esse dicitur,vt quum supermaria immobili penna feratur,nec humanis pateat obtutibus,de tanta sublimitate piscicuIos natare videat, & quũ iuxta littus fuerint, tormenti instar descendere,raptamq; p̃dam pennis ad littus pertrahere. Et exponens illud Michææ, Dilata caluiciũ tuum ficut aquila, tic edifferit. Quo aquila,q̃ regina est auium,certo tempore amittit pilos,& remanet implumis: sic etiam Israel deponat oẽm gloriam suam. Vt aũt aquila certo tempore soleat amittere plumas,in Psalterio scriptum est, Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Et comicus in Heautontimorumenon: Visa est (inquit) vere (quod dici solet) aquilæ senectus. Et in Esaiã cap. sexagesimosexto,exponens illud Deuteronomij: Sicut aquila proteget nidum suũ, & pullos suos desiderauit,expandens alas suscepit eos,& portauit in humeris suis. Aiunt inqt, qui de animantium scripsere naturis,oĩm quidem bestiarum & iumentorum & pecudum, auiumq; ingenitum esse in filios,pullosq; suos affectum, sed maximum amorẽ esse aquilarum,q̃ in excelsis & inaccessis locis nidos collocant,ne coluber fœtus violet. Amethisten quoq; inter pullos eius lapidem reperiri,quo oĩa venena superentur. Si hoc verũ est, recte affectus dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus,diabolus,& satanas obrepat nouellis fœtibus,vt ad nomẽ lapidis,qui ponitur in fundamentis Sion,oẽs aduersariorum frangantur insidiæ. Et exponens illud Matthæi, Vbicunq; fuerit corpus (siue cadauer) illuc congregabuntur & aquilæ, de exemplo (inquit) naturali, quod quotidie cernimus, Christi instruimur sacramento. Aquilæ,& vultures,etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiusce modi congregari. Si ergo irrationabiles volucres naturali sensu tantis terrarum spacijs, & maris fluctibus separatæ, paruũ cadauer sentiunt vbi iaceat,quanto magis nos,& omnis multitudo credentium debet festinare ad eum cuius fulgur exit ab oriente,& paret vsque ad occidentem? Aquilæ autem appellantur sancti,quibus innouata est iuuentus, vt aquilæ, & qui iuxta Esaiam plumescunt, & assumunt alas,vt ad Christi veniant passionẽ. Supradicta q̃q; verba diuus Ambrosius enarrans,libro octauo super Lucam,cap. xvij. sic scribit: Iustorum animæ aquilis comparantur,quod alta petant humilia derelinquant,lõgæuam ducere reformidant ætatem. Vnde & Dauid animæ suæ dicit: Renouabitur ficut aquilæ iuuentus tua. Psalm 102b
Si igitur intelleximus aquilas,de corpore iam dubitare non possumus maxime si memine Matth.17.
rimus quod à Pilato Ioseph corpus acceperit. Nonne tibi videntur aquilæ circa corpus Ma Marci 16a
ria Cleophe,& Maria Magdalene,& Maria mater domini, Apostolorumq; conuentus circa domini sepulturam? Nonne tibi videntur aquilæ circa corpus, quando veniet in illa die cum intelligibilibus nubibus filius hominis,& videbit eum omnis oculus,& qui eum compunxerunt? Est etiam corpus,de quo dictum est, Caro mea vere est cibus,& sanguis meus A poc.1.b
vere est potus. Circa hoc aquilæ sunt,quæ alis circumuolant spiritalibus. Sunt & circa cor- Iohan. 6.f
pus aquilæ quæ credunt Iesum in carne venisse,quia omnis spũs qui confitetur Iesum Chri- 1.Iohan 4
stum in carne venisse de deo est. Est etiam corpus ecclesia, in qua per baptismi gratiam renouam ut spiritu & occidua senectutis in rediuiuas reparantur ætates. Et sermone xix. in Psal. cxvij. Aquila (inquit) ne degeneres partus nutriat, diligenti librat examine, & adhuc teneros fœtus pio vngue suspẽdit,solisq; offert radijs,vt si forte oculos suos vi fulgoris inflexerint,tanquam degeneres,laxato in præceps vngue,dimittat: sin vero naturæ vigore constanti aduersum radios solis obtutu potuerint vendicare,dignæ indolem sobolis onere grato reportet. Quæ autem scribat in libro Hexameron suopte in loco scripsimus.

Quid aquilo, quidue arare & arbor mystice significent. Cap. IX.

AQuilonis nomine,diabolus signatur. Vnde diuus Gregorius libr. Moraliũ xvij. cap. xi. exponens illud Iob, Qui extendit aquilonem superuacuum. Aquilonis (inquit) nomine in sacro eloquio appellari diabolus solet,qui,vt torporis frigore gentium corda constringeret,dixit, Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Qui superuacuum extenditur, quia illa corda possidet, quæ diuini amoris gratia non replentur. Diuus quoque Hieronymus enarrans illud Esaiæ Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, hoc pacto scribit: Ad illud referamus,quod in Hieremia dicitur, Ab aquilone exardescent mala super omnes habitatores terræ. Et quod olla succensa à facie aquilonis accenditur. Iste est aquilo ventus durissimus, à quo suos vult dominus liberare captiuos & reducere in ciuitatem sanctam,dicens: Dicam aquiloni,adhuc & Aphrico,noli prohibere,adhuc filios meos de terra longinqua. Illud autem quod huic potest esse contrarium, Montem Sion,latera aquilonis,ciuitas regis magni,facie soluitur. Hi enim qui quondã erant in lateribus aqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lonis duriſſimi, poſtea per pœnitentiam in ciuitate dei eſſe cœperunt. Et enarrans illud So-
Sophon. 2.c phoniæ: Et extendit manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur. Aquilonem (inquit) de quo Hieremias ſcripſit. Ab aquilone &c. Et de quo Salomon commemorat. Aquilo du-
Hiere. 1.c rus ventus, nomine autem dexter vocatur. Propterea autem extendit inferentem ſuppli-
Prouer. 24. cia deus manum ſuam, vt & aquilo ſentiat pœnas, & hi, qui in terra eius ſunt, ad quam iuxta
Zach. 6. a Zachariam, pergunt equi nigri, de quibus dicitur, Erant equi nigri, ibant in terram aquilo-nis. Et pulchre qui mouerit pedes ſuos, & receſſerit ab oriente, de quo idem propheta ait: Ecce vir, oriens nomen eius, & ad occidentem reſpexerit, ſtatim pergit ad aquilonem. q nō eſt dexter, ſed nomine dexter vocatur. Quod quidem & corporaliter intelligitur, vt qui-cunq; in oriente ſteterit, & verterit ſe, occidentē reſpiciens, ad dexteram habeat aquilonē. Et exponens illud Zachariæ: Et ſeparabitur medium mōtis ad aquilonem, & medium eius ad meridiem hoc pacto ſcribit: Aquilo iungetur occidenti, auſter oriētali plagæ, ad ſiniſtrā ſtabit circunciſo, ad dexteram populus chriſtianus. De his duobus ventis eccleſia loquitur: Surge aquilo, & veni auſter, vt aquilone vento frigidiſſimo recedente, q interpretatur diabo-lus, auſter calidus ventus adueniat, quē ſpōſa perquirēs, ait: Vbi paſcis, vbi cubas in meridie.

Arare eſt per prædicationis ſtudium humani pectoris terram vomere linguæ proſcin-dere, vt exponit diuus Greg. li. Mora. xxxi. exponens illud Iob, Nunquid alligabis rhino-ceroten ad arandū loro tuo? id eſt, terrenum principem quondam ſuperbum, ac rigidū per-pris diſciplinæ tanquam loris aſtrictum alligabis ad arandū? quia videlicet diſciplinæ loris aſtrictus, non ſolū ſe à prauis operibus retinet, ſed etiā in ſanctę fidei p̄dicationibus exercet. Ac ſi aperte dicat, Nūquid potentes huius ſeculi in ſua fatua elatione cōfidentes, ad laborē prædicationis dirigis, & ſub diſciplinæ vinculo reſtringis?

Arbor eſt anima, cuius fructus ſunt opera. Nō poteſt (inquit) arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Arbor eſt quippe ipſa anima, id eſt, ipſe ho-mo, fructus vero opera hominis (vt diuus ait Auguſtinus libro ſecūdo de ſermone domini
Matth. 7.c in monte:) Nō ergo poteſt malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo ſi vult
Auguſtin. Matth. 12.c bona operari, prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dicit ipſe dominus: Aut facite arbo-rem bonam, & fructus eius bonos, aut arborem malā, & fructus eius malos. Quod ſi duas naturas iſtorum, his duabus arboribus figuraret, non diceret, Facite. Quis enim hominum poteſt facere naturam? Deinde etiam ibi, quum ipſarum duarum arborum mentionem fe-ciſſet, ſubiecit. Hypocritæ, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? Quādiu ergo quiſquis malus eſt, non poteſt facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fecerit, iam ma-lus non erit. Sic veriſſime dici potuit, non poteſt eſſe nix calida. Quum enim calida eſſe cœ-perit, non iam niuem ſed aquam vocamus. Poteſt ergo fieri, vt quæ nix fuit, non ſit: nō aūt poteſt fieri, vt nix calida ſit. Sic poteſt fieri, vt qui malus fuit, non ſit malus: non tamen fieri poteſt, vt malus benefaciat. Qui etiam ſi aliquando vtilis ſit non hoc ipſe facit, ſed ſit de il-lo, diuina prouidentia procurante. ſicut de phariſæis dicit: Quæ dicunt, facite, quæ autem fa-ciunt, facere nolite. Hoc ipſum quod bona dicebant, & ea q̄ dicebant, vtiliter audiebantur, & fiebant, non erat ipſorum. Multi quædam in fructibus deputant, quę ad veſtitum ouium pertinent, & hoc modo à lupis decipiuntur, ſicuti ſunt vel ieiunia, vel orationes, vel eleemo-ſynæ, quæ omnia, niſi fieri etiam ab hypocritis poſſent, non ſuperius diceret, Cauete iuſtitiā veſtram facere coram hominibus, vt videamini ab eis. Qui ſunt ergo fructus, quibus inuen-tis, cognoſcamus arborem malam, dicit Apoſtolus: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quę ſunt fornicationes, immundiciæ, luxuriæ &c. Et qui ſunt fructus, per quos cognoſcimus ar-borem bonam, idem ipſe Apoſtolus conſequenter dicit: Fructus autē ſpiritus eſt charitas,
Gal. 5.c gaudium, pax &c. Arbor quoq; bona, bona eſt hominis voluntas: & arbor mala, voluntas mala, dicente ſaluatore: Arbor bona &c. tanquam diceret, Nec opera bona, volūtas mala, nec mala opera facit voluntas bona. Nam ipſarum arborum id eſt, ipſarum voluntatum, ſi quærantur origines, quæ occurrunt niſi naturæ, quas bonas deus condidit?

Quid arca myſtice ſignificet. Caput X.

ARca Noe typus eſt eccleſiæ. Vnde diuus Auguſt. de fide ad Petrū ca. xxxvij. Firmiſ-ſime (inqt) tene, & nullatenus dubites, omnem extra eccleſiam catholicā baptizatū, participē fieri nō poſſe vitæ æternæ, ſi ante finē vitę huius catholicæ nō fuerit redditus, atq; incorporatus eccleſiæ. Quia ſi habeā (inquit apoſtolus) oēm fidē, & nouerim oīa ſacramen-ta, charitatem autem non habeā, nihil ſum. Nam & in diebus diluuij neminē legimus extra arcam potuiſſe ſaluari. Et Hieronymus libro primo aduerſus Iouinianum: Arca illa iuxta

Apoſto-

Apoſtolum Petrum, typus eccleſiæ fuit, in qua octo animæ ſaluæ factæ ſunt. Quando ingre- 1. Cor. 13. a
ditur in eam Noé, tam ipſe, quam filij eius ab vxoribus ſeparantur: quando vero egreditur in terram, iunguntur paria, & quod in arca, id eſt, in eccleſia fuerat ſeparatum in mundi con-uerſatione ſociatur. Simulq; ſi arca plures habuit manſiones & nidulos, & bicamerata, & tri-camerata, & diuerſas beſtias & pro qualitate animalium habitationes quoq;, vel maiores, vel minores, exiſtimo quod diuerſitas illa manſionum præfigurauerit eccleſiæ varietatem. Et libro aduerſus Luciferianos: Arca (inquit) Noé eccleſiæ typus fuit, dicente Petro Apo-ſtolo: In arca Noé pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per arcam, quod nos nunc ſimi-lis formæ baptiſma ſaluos facit. Vt in illa omniū animalium genera, ita & in hac vniuerſarū & gentium, & morum homines ſunt. Vt ibi pardus, & hœdi, lupus, & agni: ita & hic iuſti, & peccatores, id eſt, vaſa aurea, & argentea, cum ligneis, & fictilibus commorantur. Habuit arca nidos ſuos: habet eccleſia plurimas manſiones. Octo animæ hominum in arca Noé ſer-uatæ ſunt, & nobis Eccleſiaſtes iubet dare partes ſeptem, dare partes octo, id eſt, credere vtri-q; teſtamento. Ideo quidem Pſalmi pro octaua inſcribuntur, & per octones verſus, qui ſingu-lis literis ſubiecti ſunt, in centeſimo decimo octauo Pſalmo iuſtus eruditur. Beatitudines Mat. 5. a
quoq;, quas dominus diſcipulis in monte pronuncians eccleſiam deliniauit, octo ſunt. Et Ezechiel in ædificationem templi, octonarium numerum aſſumit. Emittitur de arca cor-uus & nō redit & poſtea pacem terræ columba nunciat: ita & in baptiſmate eccleſiæ, teter-rimo alite expulſo, id eſt diabolo pacem terræ noſtræ columba ſpiritus ſancti nunciat. A tri-ginta cubitis incipiens, & vſq; ad vnum cubitum paulatim decreſcens arca conſtruitur. ſimi-liter & eccleſia multis gradibus conſiſtens ad extremum diaconis, presbyteris, epiſcopisq; fi-nitur. Periclitata eſt arca in diluuio, periclitatur eccleſia in mundo. Egreſſus Noe, vineam plantauit, & bibēs de ea inebriatus eſt, natus quoq; in carne Chriſtus eccleſiam plantauit & paſſus ē. Nudatū patrē irriſit maior filius, & minor texit: & Deū crucifixū irriſerūt Iudæi, ho-norauerūt gētile. Dies me deficiet, ſi oīa arcæ ſacramēta cū eccleſia cōponens, ediſſeram. Et Origenes homilia ſecunda ſuper geneſim: Ad Noe (inquit) qui verē ſolus iuſtus ſolus perfe-ctus eſt, dominum Ieſum Chriſtum in conſummatione ſæculorum, dictum eſt, à patre, vt fa-ceret ſibi arcam ex lignis quadratis, & menſuras ei daret cœleſtibus ſacramentis repletas. Hoc enim deſignatur in Pſalmo, vbi dicit, Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Pſalm. 2. b
Conſtruit ergo arcam, & facit in ea nidos &c. Confertur populus, qui ſaluatur in eccleſia, il-lis omnibus, ſiue hominibus, ſiue animalibus, quæ ſaluata ſunt in arca. Verum, quoniam non eſt omnium vnum meritum nec vnus in fide profectus, idcirco & arca illa non vnam præ-bet omnibus manſionem: ſed bicamerata ſunt inferiora, & tricamerata ſuperiora, & nidi di-ſtinguūtur in ea, vt oſtendat quia & in eccleſia licet omnes intra vnam fidem contineantur, atq; vno baptiſmate diluantur, non tamen vnus omnibus, atq; idem profectus eſt ſed vnuſ-quiſq; in ſuo ordine. Hi quidem, qui per rationabilem ſcientiam viuunt, & idonei ſunt, non ſolum ſemetipſos regere, ſed & alios docere, quoniam valde pauci inueniūtur, qui cum ipſo Noe ſaluantur, & proxima ei propinquitate iunguntur, & tenent figuram, ſicut & domi-nus noſter verus Noe Chriſtus Ieſus paucos habet proximos, paucos filios, & propinquos, qui verbis eius participes ſint & ſapientię capaces. Et ij ſunt, qui in ſummo gradu poſiti ſunt, & in ſummitate arcę collocantur. Cęterum multitudo irrationalium animalium, vel etiam beſtiarum in inferioribus locis habetur, & eorum maximē, quorum feritatis fœuitiam, nec fidei dulcedo molliuit. Superiores vero aliquantulum ab his ſunt, qui licet minus rationis, plurimum tamen ſimplicitatis, innocentiæq; cuſtodiunt. Et ſic per ſingulos habitationum gradus aſcendentibus peruenitur ad ipſum Noe, id eſt, Ieſum Chriſtum qui dicitur requies, iuxta illud, Venite ad me qui laboratis & cętera: qui vere requiem dedit hominibus, & tulit peccatum mundi. Huic dicitur, Facies tibi arcam ē lignis quadratis, quę nulla vacillāt ex par-te ſed quocunq; verteris, fida & ſolida ſtabilitate conſiſtunt, id eſt, ex doctoribus eccleſiæ, & magiſtris, atq; æmulatoribus fidei, qui & populos intrinſecus poſitos verbo commonitionis & doctrinæ gratia conſolantur, & impugnantibus extrinſecus, vel gentibus, vel hæreticis, & quæſtionum fluctus, ac procellis certaminum cōmouentibus, virtute verbi, ac ſapiētia ratio-nis obſiſtūt. Quæ ligna extrinſecus & intrinſecus bitumine linūtur. Vult ēm te artichitectus eccleſiæ Chriſtus non eſſe talē, quales ſunt illi, q deforis quidem apparent hoſibus iuſti, dein-tus autē ſunt ſepulchra mortuorum: ſed vult te & corpore ſanctum eſſe extrinſecus, & corde intrinſecus purum, cautum vtiq; & caſtitatis, atq; innocētiæ virtute munitū. Hoc ē, intus, & foris bitumine eſſe oblitū. Numeri q̄q; ponūtur, trecenti cubiti longitudinis, quinquaginta

Universidad de Deusto
Biblioteca

latitudinis,triginta altitudinis.Centenarius autem numerus,plenus in omnibus, & perfectus ostenditur & totius rationalis creaturæ continẽs sacramentum,quoniam non ex semet ipso subsistit,sed ex trinitate descendit,& longitudinem vitæ,id est,immortalitatis gratiam, ex patre per filium,ac spiritum sanctum suscepit,idcirco triplicatus ponitur,vtpote quia perfectionem per gratiam trinitatis auget.Latitudo quinquagenarium numerum tenet,qui remissioni & indulgentiæ consecratus est.Spiritualis ergo Noé Christus in arca sua,id est, in ecclesia sua,in qua humanum genus de interitu liberat,hunc quinquagenarium remissionis numerum in latitudine collocauit.Nisi enim remissionem peccatorum donasset credentibus,non fuisset,per orbem terræ ecclesiæ latitudo diffusa.Triginta autem altitudinis numerus,simile,vt trecenti,continet sacramentum.Ad vnum autem totius constructionis numerum summa reuocatur,quia vnus Deus pater,ex quo omnia,& vnus dominus,& vna ecclesiæ fides est,vnum baptisma,vnum corpus,& vnus spiritus,& ad vnum perfectionis Dei finem cuncta festinant.Ostium sane,quod non à fronte nec desuper,sed ex latere ex transuerso collocatur,quoniam iræ diuinæ tempus est.Dies enim domini,dies iræ,& furoris,sicut scriptum est:Licet enim videantur aliqui saluari,multi tamen,quos merita sua reprobant, delentur,& pereunt.Ex transuerso ostium ponitur,vt illud ostendatur,quod per prophetã
Leui.19.d dicitur:Quia si incesseritis mecum peruersi,& ego incedam vobiscum in ira peruersa.In arca autem significatur omnium quidem inferiora ipsa esse,quæ Apostolus dicit inferna,horum autem contigua superiora ipsa esse terrestria, tricamerata vero superiora, quæ dicit simul omnia esse cœlestia.in nomine(inquit)Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium,
Philip.2.b & infernorum.Sed in his eorum merita distingui,qui possunt secundum apostolum Paulũ, vsq; ad tertium cœlum conscendere.Nidi vero,& nidi,quia multi sunt in arca, multas esse
2.Cor.12.b apud patrem indicant mansiones.De animalibus vero & bestijs ac pecoribus, cæterisque,
Iohan.14.a diuersis animantibus,quæ nobis alia figura seruanda est,nisi quam vel Esaias ostendit, qui dicit,In regno Christi lupum cum agno,pardum cum hœdo, leonem, & bouem simul ire
Esaiæ.11.b. ad pascua,eorumq; fœtus simul paleis vesci,insuper etiam in aspidum cauerna,paruum puerum(talem sine dubio,qualem dicebat saluator,Nisi conuersi fueritis & effecti sicut puer hic non intrabitis in regnum Dei)missurum esse manum,& nihil nocendum?Vel etiam illa figura,quam Petrus iam nunc in ecclesia haberi donet,quum refert se visionem vidisse,in qua
Actu.10.b omnia quadrupedia,& bestiæ terræ,ac volatilia cœli intra vnum fidei linteum continebantur,quatuor euangeliorum initijs alligatum,Vel prima quæ præcessit historica est,velut fundamentum quoddam in inferioribus posita secunda hæc mystica superior,& excelsior fuit, tertiam(si possumus)moralem tentemus addiscere.Nam tricamerata triplicem hanc expositionem designant.Tentemus nunc moralem locum differere.Si quis,qui crescentibus malis & inundantibus vitijs conuertere se potest à rebus fluxis,& pereuntibus & caducis,& audire verbum Dei,ac præcepta cœlestia,hic intra cor suum arcam salutis ædificat,& bibliothecam(vt ita dicam)intra se diuini consecrat verbi,longitudinem in ea,& latitudinem & altitudinem,fidem spem,charitatemque collocat,fide trinitatis ad longitudinem vitæ immortalitatemque descendit,latitudine charitatis,indulgentiæ,& benignitatis fundat affectum, altitudine spei ad cœlestia erigit,& excelsa.Super terram enim ambulans,in cœlis habet conuersationem.Summam vero actuum suorum refert ad vnum. Scit enim quia omnes qui-
2.Cor.6.b dem currunt,sed vnus accipit palmam,scilicet qui cogitationum varietate, & instabilitate mentis non fuerit multiplex,sed hanc bibliothecam ex quadratis & secundum æquitatis lineam directis,construi lignis,id est,non secularium autorum sed ex propheticis,& apostolicis voluminibus.Bicameratam & tricameratam facito eam,ex ipsa narrationes historicas disce,ex ipsa misterium magnum,quod in Christo, & in ecclesia impletur,agnosce,ex ipsa etiam emẽdare mores,resecare vitia,animam purgare,atq; exuere eam omni vinculo capritatis,intellige nidos,in ea,& nidos diuersarum virtutum & profectuum collocans.Deintus sané deforis bituminabis eam, corde fidem gerens,ore confessionem præferens, intus scientiam,foris opera habens,intus corde mundus,foris castus corpore incedens. In hanc introducere debes animalia munda,id est,memoriam,eruditionem intellectum,examinationem & iudicium eorum,quæ legis,aliaq; his similia:& immunda,id est, concupiscentiam, & iram,quæ secundum quod ad peccandum homini famulantur,immundæ dicuntur:sed secundum quod neq; posteritatis sine concupiscentia successio reparatur,neq; emendatio vitæ sine ira potest,neq; disciplina constare,necessariæ conseruandæ dicuntur.

Arca au-

Arca autem aurea in qua sunt tabulæ testamenti(vt opinor,inquit Origines)non aliud, quam mens nostra esse declaratur,in qua legem dei debemus habere descriptam. Hæc autẽ mens aurea debet esse,id est,pura,& preciosa, in qua legem dei descriptam semper habeamus,sicut dicit Apostolus:Scriptam non atramento,sed spiritu dei viui,non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus.Hoc est enim quod & de quibusdã dicitur, Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quis autem scripsit in cordibus eorum,nisi deus digito suo,legem vtiq; naturalem,quam dedit deus humano generi,& in cũctorum mentibus scripsit?Vnde & initia sumimus,ac semina quædam ad perscrutandam capimus veritatem.Quæ semina si bene excolamus,fructum vitæ afferent in nobis.Potest(inquit idem libro tertio in epistola ad Romanos) arca testamenti sancta Christi caro, in qua eius anima collocatur,intelligi,habens in se testimonia dei, quæ intelliguntur Christi,quas in carne pertulit passiones,diuinis olim prædicatę testimonijs. Possunt etiam virtutes cælestes intelligi, arca Dei,quæ & ipsæ capaces quidem Dei sunt verbi,& spiritus sancti: Sed proponitur eis anima Iesu,& ipsa quodammodo mediatrice, gratiam diuinæ largitionis accipiunt.

Homil.in per Numẽ nos.

2.Cor.3.a. Rom.2.c

Quid arcus mystice significet. Caput XI.

ARcus sacris in literis plura significat (vt inquit diuus Gregorius lib. Moral. xix. capite xxviij.) Per arcum quippe insidiæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur:Intenderunt arcum suum,rem amaram. Per arcum quoque dies extremi iudicij designatur, sicut per eundem rursus Psalmistam dicitur:Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis,dedisti metuentibus te significationem,vt fugiant à facie arcus. In arcu enim quanto longius trahitur chorda,tãto de eo districtior exit sagitta: sic nimirum,sic extremi iudicij dies,quanto longius differtur,vt veniat,tanto,quum venerit, de illo districtior sententia procedit.Idcirco autem diuersis nunc cladibus percutimur,vt his correcti,paratiores inueniri valeamus.Vnde illic præmissum est,Ostendisti populo tuo dura,id est, flagella seculi,quæ secuturum grauius iudicij diem præcurrunt.Potasti nos vino compunctionis,vt terrena gaudia in lachrymas verterentur.Dedisti metuẽtibus &c.Ac si diceret. Hoc tempus misericordiæ est, illud tempus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significas,quomodo tunc percussurus es,quando non parcens, iudicas,qui sic districte modo percutis,quando parcis. Aliquando autem per arcum etiam sacra scriptura signatur.Ipsa quippe arcus ecclesiæ, ipsa est arcus domini,de qua ad corda hominum sicut feriente sagitta,sic terrentes sententiæ veniunt. Vnde recte quoq; per Psalmistam dicitur: Arcum suum tetendit,& paravit illum,& in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Arcum nanq; suũ dñs tetendit, quia cunctis pctõribus per scripturam sacrã minas exhibuit. In quo arcu vasa mortis ꝑparat,quia secundũ eloquij sentẽtiam, eos,qui nũc corrigi negligunt,reprobos dãnat.In quo etiã sagittas suas ardẽtibus effecit,quia in eos,quos per terrorem corrigit,zecẽsas verborum sentẽtias emittit. De hoc ꝑdicatorum arcu per Esaiam dicitur:Cum sagittis,& arcu,ingredietur illuc:quia nimirũ sancti apostoli ad feriẽdam gentilis vitæ duriciam,cum districtis verborũ spiculis venerunt.In chorda huius arcus testamentũ nouum,in cornu vero testamentum vetus accipitur.In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curuatur,sicut in hoc loco eodem sacro eloquio,dum testamẽtum nouum legitur, duricia testamẽti veteris emollitur. Ad eius nanq; specialia,& blanda præcepta, illius literæ serigor inclinat,quia testamẽtum nouum,dum quasi quodam bonæ operationis brachio trahitur,in testamẽto veteri seueritatis iura flectuntur.Nec indecẽter dicimus, chordam testamẽto nouo cõgruere, quod de incarnatione dominica certũ est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur,& cornua curuantur,quia dũ in testamẽto nouo incarnatio mediatoris agnoscitur,ad spiritualem intelligentiam rigor testamẽti veteris inclinatur. Ait igitur sanctus vir: Et arcus meus in manu manu mea instaurabitur.In manu etenim arcũ tenet quũ diuina eloquia,q̃ intellectu cognoscit,operatiõe perficit. Instauratur ergo arcus in manu dũ quicqd in sacro eloquio studendo cognoscitur, viuendo completur. Hæc Gregorius:quæ oia sunt diui Hieronymi,exponẽtis illud Threnorum tertio, Tetendit arcũ suum,& posuit me quasi signum ad sagittam,id est,sententiam iudicij sui in me detexit,& certo ictu castigationis cor ripuit. Arcus autẽ nomine in sacro eloquio aliquãdo malorũ insidiæ, aliquando dies iudicij, aliquando vero ipsa eadem sacra eloquia designantur,& cætera,quæ Gregorius accepit.Et exponens illud Oseæ,Facti sunt quasi arcus dolosus:Hoc (inquit)hæreticis cõuenit,qui instructi de scripturis sanctis, aduersum dñm legis,& prophetarum,& euangelij verba vertũt, & sunt quasi arcus dolosus,siue peruersus,Dolosus arcus,atq; peruersus est, qui percutit dirigentem,

Arcus sacra scriptura. Psalm.7.c

Esai.7.d

Iob.29.d.

Osee.7.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

rigentem,& vulnerat dominum ſuum. Siue facti ſunt quaſi arcus intentus, parati ſemper ad pugnam,& contentiones in ſubuerſionem audientium. Diuus quoq; Auguſtinus exponēs illud Pſalmi, Arcum ſuum tetendit &c. Arcum (inquit) iſtum ſcripturas ſanctas libenter acceperim, vbi fortitudinem noui teſtamenti, quaſi neruo quodā, duricia veteris flexa,& edomita eſt. Hinc tanquam ſagittæ emittunt apoſtoli, vel diuina præconia iaculantur. Quas ſagittas, ardentibus operatus eſt id eſt, qui percuſſi diuino amore flagrarent. Et exponens illud Pſalmi, Intendit artum ſuum donec infirmentur: Minæ (inquit) Dei non ceſſant, arcus dei, minæ dei. Intendit arcus, nondū ferit. Intēdit arcū &c.& multi infirmati ſunt, ipſius intēſione arcus territi. Nā hinc infirmatus eſt ille, qui dixit, Quid me iubes facere? Ego ſum, inquit, Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Qui clamabat de cœlo, arcum tendebat. Infirmatus eſt ille, qui ait: Quādo infirmor, tunc potens ſum, & quum oraret, à ſe tolli ſtimulum carnis, quid ei reſponſum eſt? Virtus in infirmitate perficitur. Et exponēs illud Pſalmi, Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus: Per tribulationes (inq;) temporales ſignificaſti tuis fugere ab ira ignis ſempiterni. Dixit enim apoſtolus Petrus: Tempus eſt, vt iudicium incipiat à domo dei. Et ſi initium à nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt dei euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, peccator & impius, vbi parebunt? Arcus eſt extentus, adhuc in comminatione eſt, nondum in præſentatione. Et videte quid ſit in arcu. Nonne ſagitta in priora mittenda eſt? Neruus tamen retro extenditur in cōtrarium qua illa mittenda eſt & quanto plus erit eius extenſio retrorſum, tanto maiore impetu illa currit in priora. Quantoniagis differtur iudicium, tanto maiore impetu venturū eſt. Ergo de tēporalibus tribulatiōibus gratias deo agamus, quia dedit plebi ſuæ ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt exercitati fideles eius in tribulatiotibus tēporalibus, digni ſint euadere damnationem ignis æterni, q̄ inuentura eſt omnes, qui iſta non credunt.

Quid arcturus, araneaue myſtice ſignificent. Cap. XII.

ARcturi nomine eccleſia exprimitur vniuerſalis. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob, Qui facit arcturum: Quid, inquit, nanq; arcturi nomine, qui in cęli axe cōſtitutus, ſeptem ſtellarum radijs fulget, niſi eccleſia vniuerſalis exprimitur, q̄ in Ioannis Apocalypſi per ſeptem eccleſias ſeptemq; candelabra figuratur? Quæ dum dona in ſe ſeptiformis gratiæ ſpiritus continet, claritatem ſummæ virtutis irradians, quaſi ab axe veritatis lucet. Penſandum quoq; q̄p arcturus ſemper verſatur, & nunquam mergitur, quia & ſancta eccleſia perſecutiones iniquorum ſine ceſſatione tolerat, ſed tamen vſq; ad mundi terminū ſine defectu perdurat. Sæpe nanq; eam reprobi, quia vſq; ad internitionem perſecuti ſunt, quaſi hanc ſe funditus extinxiſſe crediderunt, ſed eo multiplicius ad ſtatum ſui profectus redijt, quo inter manus perſequentium moriēdo laborauit. Arcturus ergo dum verſatur, ergitur, quia tunc ſancta eccleſia valētius in veritate reficitur, quum ardentius pro veritate fatigatur. Et exponens illud Iob. Ab interioribus egreditur tempeſtas, & ab arcturo frigus. Scriptura, inquit, ſacra, quum contra arcturum interiora memorat, diuerſam aquilonis partibus auſtri, plagam deſignat. Quia igitur interiora auſtri ſol feruētior tenet, in arcturo vero curſum non habet. Interiorum nomine plebs Iudaica, arcturi vocabulo, hoc in loco populus gentilis exprimitur. Hi enim qui vnum atq; inuiſibilem deum nouerant, eiuſdem legi ſaltem carnaliter ſeruiebant, quaſi ſub meridiano ſole feruētes, in fidei calore tenebātur. Gentiles aūt, quia nullam ſcientiā ſupernę cognitionis attigerant, velut ſine ſole frigidi ſub aquilone remanebant, quia vero tēpeſtas impellit, frigus aūt torpore opprimit, recte nunc dicitur, Ab interioribus &c. Ac ſi aperte diceretur, à Iudæis ſurgit malitia perſequens, & à gentibus poteſtas premens. Vnde explere hoc quod cœperant non valentes, ad Pilati prætorium cucurrerunt, vt ipſe hunc perimeret, quem iniuſte perimentem lex nulla cohiberet. Ab interioribus ergo tempeſtas, atque ab arcturo frigus prodigit, dum hoc, quod Iudæa ex inuidia petijt, hoc gentilis iudex ex Romana autoritate perpetrauit. Et exponens illud Iob, Aut gyrum arcturi poteris diſſipare? Arcturus (inquit) ita nocturna tempora illuſtrat, vt cæli axe poſitus, per diuerſa ſe vertat, nec eamen occidat. Neque enim extra ſe currens, voluitur, ſed in loco ſitus, in cūctis mundi partibus nequaquam caſurus, inclinatur. In arcturo autem tota ſimul eccleſia deſignatur, quæ fatigationes quidem patitur, nec tamen ad defectum proprij ſtatus inclinatur. Gyrum laborum tolerat, ſed ad occaſum cum temporibus non feſtinat. Neq; enim ad ima poli arcturus, cum nocturno tempore ducitur, ſed dum ipſe voluitur, nox finitur, quia nimirum dum ſancta eccleſia innumeris tribulationibus quaſſatur,

titur, præſentis vitæ vmbra terminatur, eaq; ſtante nox præterit, quia illa in ſua incolumitate perdurante, mortalitatis huius vita percurrit. Eſt in arcturo, quod conſideratius poſſimus intueri. In ſeptem quippe ſtellis voluitur, & modo quidem tres ad ſumma eleuat, atq; ad ima quatuor inclinat modo quatuor ſuperius erigit, & tres inferius premit. Sancta quoque eccleſia quum modo infidelibus trinitatis notitiam, modo autem fidelibus virtutes quatuor, id eſt, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam prædicat, quaſi rotatu prędicationis, ſtatus ſui ſpeciem quodam modo immutat. Nam quum quibuſdam de operibus ſuis gloriantibus confidentiam proprij laboris euacuat, & fidem trinitatis exaltat, quid aliud facit, niſi tres ſtellas arcturus eleuat quatuor inclinat? Et dum quoſdam bona opera non habētes, de ſola fide præſumere prohibet, ſed operari innixius quæ præcepta ſunt, iubet, quid aliud arcturus facit, niſi quatuor ſtellas erigit tres deponit? Videamus quomodo tres eleuet quatuor deponat. Ecce per Paulum contra fidem de opere ſuperbientibus dicitur: Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Quid enim ſcriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Videamus quomodo quatuor eleuet, tres deponat. Ecce per Iacobum de fide ſine opere ſuperbientibus dicitur: Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Arcturus itaque voluitur, quia ſancta eccleſia, iuxta auditorum ſuorum mentes, in diuerſo labore prædicationis arte verſatur. Arcturus voluitur, quia hæc in noctis huius tribulationibus rotatur. Sed hūc arcturi gyrū quādoq; dñs diſſipat, quia labores eccleſiæ ad requiē primutat, qñ in fine mūdi ſancta eccleſia ab his, quos nunc ſuſtinet, laboribus ſoluitur. Poteſt quoq; arcturū, qui à plaga frigoris naſcit, lex deſignari, quaſi eā ab aqlone lex venerat, quæ tanta ſubditos rigiditatis aſperitate terrebat. Nam dum pro culpis ſuis alios præciperet lapidibus obrui, alios gladij morte mulctari, plaga torpens, & velut à ſole charitatis aliena, præceptorum ſuorū ſemina plus ꝓmebat ex frigore, quā ex calore nutriebat. Cuius oppreſſionis pondus Petrus horruerat, quū dicebat: Quid tentatis deū, imponere iugū ſup ceruicē diſcipulorum, quod neq; patres noſtri neq; nos portare potuimus? Nec mirum, quōd per arcturi ſeptem ſtellas, teſtamentum vetus exprimitur, quia & in veneratione legis dies ſeptimus extitit venerabilis, & per hebdomadam integram conſtituti ſacrificij vota tendebantur. Quaque igitur ſe arcturus vertit, pleiades oſtendit, quia per omne, quod teſtamentum vetus loquitur, teſtamenti noui opera nunciantur: ſub textu enim literæ, tegit myſterium prophetiæ. Et quaſi inclinat ſe arcturus, & demonſtrat, quia dum ad ſpiritalem intellectum flectitur, ſignificata per illud lux gratiæ ſeptiformis aperitur.

Roma. 4. b
Gene. 15. b
Iacobi 2. d.

Act. 15. b

Araneæ hypocritas deſignāt, iuxta illud Iob, Et ſicut tela aranearum fiducia eius. Vbi Greg. ſcribit: Bene hypocritarum fiducia aranearū telis ſimilis dicitur, quia omne quod ad obtinendam gloriam caudant, ventus vitæ mortalis diſſipat. Nam quoniam æterna non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Penſandum quoque eſt quod fila arancæ per ordinem ducunt, quia ſua hypocritæ, quaſi ſub diſcretione, opera diſponunt. Aranearum tela ſtudioſe texitur, ſed ſubito flatu diſſipatur, quia quicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis opus deficit, quaſi in ventum labor euaneſcit. Sępe nanque & vſque ad preſentis vite terminum hypocritarum facta perdurant. Sed quia per hæc autoris laudem non quærunt, bona ante Dei oculos nunquam fuerunt. Bene ergo dicitur, Sicut tela aranearum fiducia eius, quia apparente cordis teſte, prætorit omne quod exterius de humano fauore confidit. Et diuus Hieronymus exponens illud Oſeæ, Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ: Aranearum (inquit) fila per aerem volant, quæ dum videntur, intereunt, & in atomas atque in nihilum diſſoluuntur. Et recte his Samariæ vitulus comparatur, quem eo tempore pro precij magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Denique vt aranearum fila diſſoluuntur in ventum, ita vitulus Samariæ redigetur in nihilum.

Araneę hypocrites. Iob. 8 c.

Oſee. 8

Quid area, argentum, aries q̄, myſtice ſignificent, Cap. XIII.

ARea eccleſiam dei ſignificat, iuxta illud. Et permundabit aream ſuam, & congregabit triticū in horreum ſuum, palleas autē comburet igni inextinguibili. Vbi diuus Chryſoſtomus homilia tertia in Matheum: Area (inquit) eſt eccleſia, horreum autē regnū cœleſte, ager vero hic mundus. Sicut ergo pater familias mittens meſſores metit feſtucas de agro, & comportat eas in aream, vt illic trituret, & ventilet & diſcernat triticum à paleis: ſic dominus mittens Apoſtolos, cœterosque doctores, quaſi meſſores præcidit omnes gentes de mundo, & in aream eccleſiæ cōgregat. Hic ergo triturandi ſumus, hic ventilandi. Sicut eñ granum

Universidad de Deusto
Biblioteca

granum tritici inclusum in palea, foras non egreditur, nisi fuerit triturat um: sic & homo de impedimentis mundialibus, & de rebus carnalibus, quasi palea inuolutus, difficile egreditur, nisi fuerit aliqua tribulatione vexatus. Nam sicut quidem plenum granum mox vt leuiter percussum fuerit, de palea sua exilit foras, si autem subtile fuerit, tardius egreditur: quod si vacuum fuerit, nunquam egreditur, sed illic conteritur in palia sua, & ita cum paleis foras iactatur: sic omnes quidem homines in rebus carnalibus delectantur, sicut grana in palea. Sed qui fidelis est, & boni cordis, habet medullam, mox vt leuiter tribulatus fuerit, negligens quæ sunt carnalia, currit ad deum. Si autem modice infidelior fuerit, cum grandi tribulatione vix recedit, & vadit ad deum. Qui autem infidelis est & vacuus, quantumuis contritus fuerit, sicut granum vacuum de palea non egreditur.

Argentum est doctrina scripturarum, iuxta illud Esaiæ: Argentum tuum versum est in scoriam, id est, doctrina scripturarum, de qua in Psalmis legimus: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, versum est in scoriam siue purgamentum, & sordem metallorum, quæ igne excoquuntur, vt qui argentũ nominauerat, seruet metaphoram. Potest autẽ & hoc dici, quod iusti, & sancti viri, qui prius in vrbe versati sunt, postea in sordes versi sunt peccatorũ, vt inquit Hieronymus, in commentarijs. Et Aggei secundo scriptum est, Meum est argentum, & meum est aurum, dixit dominus exercituum. Quod autem ait (inquit Hierony.) Meum est argentum &c. non puto quemquam existimare, quod de argento loquatur, & auro, quæ à diuitibus, & regibus possidentur. Hoc enim modo, non solum argentum, & aurum dei est, quasi creatoris, sed et cœtera metalla, æs, stannum, plumbum, & quod domat omnia, ferrum: sed ego argentum, quo domus dei ornatur, existimo eloquia scripturarum, de quibus dicitur, Eloquia domini &c. Et aurum, quod in occulto sanctorum sensu, & in cordis versatur arcano, & splẽdet vero lumine dei, quod & Apostolum de sanctis, qui super fundamentum Christi ædificat, sensisse perspicuum est. Aurum, argentum, lapides pretiosos. Vt in auro sensus occultus sit, in argento sermo decens, in lapide pretioso, opera deo placentia. Et diuus Gregorius exponens illud Iob, Et replent domos suas argento: Quid per argentum (inquit) nisi diuina eloquia figurantur? De quibus per Psalmistam dicitur, Eloquia domini &c. Eloquia domini argentum igne examinatum dicitur, quia sermo dei, si in corde figuratur, tribulationibus probatur. Et p Isaiã prophetam dicitur: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. Qui argentum non habent, ad aquas vocantur, quia nimirũ gentilitas, quæ scripturæ sacræ præcepta non acceperat, sacri eloquij inundatione satiatur, quã tãto nunc auidius potat, quanto hanc diu sicca sitiebat. Et quia nonnulli eloquium dei nõ interius per exhibitionem, sed exterius per ostensionem habere concupiscunt, idcirco per prophetam dicitur: Disperierunt omnes inuoluti argẽto. Hi nimirum, qui eloquio dei nõ interiori refectione se replent, sed exteriori ostensione se vestiunt. Vnde & horum argentum, id est, hæreticorum eloquium terræ comparatur, dicente Iob: Si comportauerit sicut terra argentum, quia de scriptura sacra, vt aliquid sciant, ex appetitu terrenæ laudis elaborant. Et argentum (inquit) innocens diuidet, id est, eloquia domini minute, discreteq; exponit, & vnicuiq;, quid digne congruat, coaptat. Vel argentum innocens diuidet, id est, quæ ab hæreticis salubriter, vel, quæ pestifere fuerunt dicta, discernit. Hæretici nanq;, vt facile valeant peruersa suadere, dictis suis quædam recta permiscent, vt animos audientium ex rectis sensibus trahant & peruersis feriant.

Psalm.11 b
1. Cor.3.c.
Iob. 36.
Psalm.11 b
Isai. 55. a
Sopho 1 c.
Greg. li. 10 Mo. ca. 8.

Aries ducatum gregũ sequentium designat. Vnde diuus Gregorius, exponẽs illud Iob, Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis, hoc modo scribit: Quid est pro hæreticis tauros, arietesq; mactare, nisi eorum superbum ducatum interficere, vt de se humilia sentiant, & post se corda innocentium non seducant? Ceruice enim tumenti ab ecclesiæ vnuersitate desilierãt, & infirmos post se populos, quasi sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob, id est, reuertãtur ad ecclesiam, septenario sacrificio tauros & arietes mactandos offerant, quatenus vniuersali ecclesiæ conjũguntur, humilitate interueniente interficiãt quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant. Est autem adnotandum, quod inter pastores & arietes ista differentia est (vt inquit diuus Hieronymus, exponens illud Hieremiæ, Vox clamoris pastorum & vlulatus optimatum, vel arietum gregis) quod pastores putentur in ecclesia, qui præsunt gregi cum sapientia & eruditione, atq; doctrina. Arietes vero qui principes quidem videntur in populo, sed nihil habent in se doctrinæ, atque sapientiæ, & per minimam

Io. 42. b
Arietũ & pastorũ discrimen.

miam simplicitatem propemodum stultitiæ vicini sunt. Aries quoque Christum significat, vt inquit Diuus Augustinus de ariete, quem Abraham immolauit, Quis (inquit alius aries immolandus in vepre cornibus adhærebat, nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus, affigebatur? Et contra Maximum libro tertio: Quis (inquit) alius erat ille aries, q cornibus tenebatur, in vepre, nisi Christus crucifixus, vel spinis etiam coronatus? Hunc autem arietẽ pro filio, cui parcere iussus est immolauit Abraam. Ita enim homini parci Deus iussit, vt tamen ex pecore propter passionem Christi, quæ illo modo prænunciabatur, mysterium sacri sanguinis impleretur. Et libro decimo octauo, capite sexto: In figuris (inquit) diuinorum eloquiorum & taurus dictus est Christus propter virtutem crucis, cuius cornibus impios ventilauit, & aries propter innocentiæ principatum, & hircus propter similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum. Arietes quoque sunt Apostoli, iuxta illud: Afferte domino filios arietum, id est, afferte domino vosmetipsos, quos per Euangelium duces gregum Apostoli genuerunt. Et exponens illud Psalmi, cum incenso, & arietibus: Arietes (inqt) sunt duces Ecclesiæ. Et exponens illud Psalmi, Induti sunt arietes ouium: Arietes (inquit) Apostoli induti sunt exultatione, gaudent de fructibus suis.

Arietes 8. postoli. Psalm. 18. a Psalm. 65. c Psalm. 64.

Quid armatura, arma, armillæ, aromata, arundo, arundinetum, mystice significẽt. Cap. XIIII.

Armatura nostra Christus est, & Apostoli Pauli institutio, vt scribit ad Ephesios, Assumite arma dei (siue armaturam dei) vt possitis resistere in die malo & c. vbi multa armorum enumerat genera, vtpote loricam, scutum, galeam, gladiumq;, de quibus suopte inloco sumus dicturi. Et Apostolus ad Romanos, Et induamur arma lucis: Quid est (inquit) nos arma lucis indui nisi credere in deum patrem omnipotentem, qui illuminauit omnem hominem venientem in hunc mundum, qui hoc dixit, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.

Rom. 13. d

Armillæ, quæ lacertos astringunt, præpositorum valde laborantium opera demonstrant (vt diuus scribit Gregorius) de quibus scribitur, præbuerunt armillas. Et exponẽs illud Iob, Aut armilla perforabis maxillam eius, hoc pacto scribit: Ab intellectu circuli armilla nõ discrepat, quia ipsa hoc quoq;, vbi ponitur, ambiendo constringit. Sed quia armilla latius tenditur, per armillam eius occulti iudicij erga nos protectio impensior designatur. Armilla ergo dñs maxillã Leuiathã istius p̃forat, qa ineffabili misericordiæ suę potẽtia sic malitiæ antiq hostis obuiat, vt aliqñ eos etiam, quos iam cepit, amittat, & quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas, ad innocentiam redeunt. Quis enim illius semel raptus ore maxillam eius euaderet, si perforata non esset? An non in ore tenuit Petrum, quum negauit? An non in ore Dauid tenuit, quum in tantam se luxuriæ voraginem mersit? Sed quum ad vitam vterq; per pœnitentiam redijt, Leuiathan iste eos aliquo modo quasi per maxillæ foramina amisit. Bene igitur ad beatum Iob dicitur, Aut armilla perforabis maxillam eius? subaudis, vt ego, qui prouide cuncta disponens, electos meos inde robustius in integritate custodio, vnde eos per maxillã Leuiathan istius labefactari aliquo modo ab integritate permitto. Et Hieron. in Esaiam, exponens illud prophetæ, In die illa auferet dominus &c. & monilia, & armillas. Et armillas (inquit) bona opera, quales Rebecca accepit in sponsalibus. Et exponens illud Ezechielis, Et dedi armillas in manibus tuis: quando (inquit) nobis bona opera dederit Deus, circundat armillas manibus nostris. In Iob quoque draconis labium perforatur armilla, omnesq; eius venenati fibili, qui in peruersis intelliguntur dogmatibus, bonorum operum circulo perforantur. Et Origenes prædictum Ezechielis locum enarrans, homilia xij Et imposui (inquit) tibi armillas circa manus tuas. Quum mihi dederit occasiones bonorum actuum, armillas circundat manibus meis.

Iob. 40. Psalm. 11 b Isai. 55. a Greg. li. 10 Mo. ca. 8.

Aromata mystica sunt, de quibus scribitur Cantico. iiij, Et odor vnguẽtorum tuorum super omnia aromata. Vbi scribit Origenes, Multi habuerunt aromata. Regina austri detulit aromata Salomoni, & plures alij aromata possederunt: sed habuerit quis quantalibet, non possunt Christi odoribus comparari, de quo nunc sponsa ait, Odor &c. Ego arbitror quia & Moyses habuit aromata, & Aaron, & singuli prophetarum: verum si videro Christum & suauitatẽ in odore vnguẽtorũ eius p̃cepero statim sentẽtiã fero, dicẽs: Odor vnguẽtorũ &c.

3 Reg. 10, b

Arundinetum vitam significat secularium. Vnde diuus Gregorius xxxiij. libro Moraliũ citans illud Sapientiæ, Fulgebunt iusti, & tãquã scintillæ in arundineto discurrent: Arundinetum (inquit) vitam secularium appellat, qui more arũdinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus a soliditate veritatis inanescũt. Vnde Iudæorum regnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

calamo comparatur, quũ per prophetam, apparente in veritate carnis domino, dicitur: Calamum quassatum non cõfringet, & linum fumigans non extinguet. Quid enim calami nomine, nisi Iudaici populi temporale regnum denunciat, virens quidem exterius sed interius vacuum? Et quia in eodem populo genus iã regale defecerat & regnũ eius alienigena possidebat, apte hoc quidem regnum, calamum quassatum vocat. Quid vero per linum, nisi eius sacerdotium exprimitur, quod lineis nimirum vestibus vtebatur? Quod quia in aduentu domini charitatis ardorem perdidit, quasi amisso iã igne fidei, non ardens, sed fumigãs fuit. Incarnatus autẽ dominus, calamũ quassatũ non confregit, & linũ fumigans non extinxit, quia Iudææ regnum, quod pene destructum iam fuerat, eiusque sacerdotium, quod ignẽ fidei non tenebat nõ potestate iudicij perculit, sed cũ patientię longanimitate tolerauit. Et in principio capitis, In sacro (inquit) eloquio calami, vel arundinis appellatione aliquando verbum manens, aliquando doctorũ peritia, aliquando mobilitas mentis, aliquando nitor gloriæ temporalis accipitur. Per calamum quippe verbi æternitas designatur, quum vocem patris per psalmistam dicitur, Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. Quia enim quod loquimur, transit, quod scribimus, permanet, lingua patris scribæ calamus dicitur, quia ab eo est verbum illi coæternũ, ac fine transitu generatum. Rursus per calamum scriptorum doctrina exprimitur, sicut de sancta ecclesia propheta pollicẽ, dicens: In cubilibus, in quibus dracones prius habitabant, orietur viror calami, & iunci. Qua nimirum sententia per calamum exprimitur doctrina scribentium, per iuncum, viriditas auditorũ. Et lib. xxix. capi. xvij. Quid (inquit) per calamũ, nisi ꝓdicatores? Quid per iuncum, qui iuxta aquæ humorem semper nascitur, nisi pusilli, ac teneri auditores sacri eloquij designantur? In draconum ergo cubilibus viror calami, & iunci oritur, quia in eis populis, quos antiqui hostis malitia possidebat, & doctorum scientia, & auditorum obedientia coaceruatur. Rursus per calamum, siue arundinem, mentis mobilitas designatur, sicut Iudęorum turbis in Ioannis laude à domino dicitur, Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatã? Vt videlicet subintelligatur, nõ Ioannes qppe arundo vento agitata nõ erat, qa eius mentem spiritu sancto solidam per diuersas partes, nullus linguarũ flatus inclinabat. Rursum per calamũ, siue arũdinẽ nitor gloriæ temporalis exprimit, sicut de iustis per sapientiã dicit, Fulgebunt iusti & c. vt supra. Et diuus Hieronymus ad Algasiam: Arundinẽ (inqt) quassatam & c. (huc vt lxx. transtulerũt, calamũ fractum non conteret.) Calamus fractus, qui fuit antea vocalis & inlaudes domini concinebat, appellatus est Israel, qui, quoniam impegit in angularem lapidẽ, & cecidit super eũ, fractusqꝫ in illo ẽ, propterea dicit de eo: Increpa dñe bestias calami. Et in Iesu volumine torrẽs appellatur cãnę. i. calami, q aquas habet turbidas, quas elegit Israel, purissima cõtemnẽs fluenta Iordanis, reuersusqꝫ mente in Aegyptum & desiderans cognosam ac palustrem regionem, peponesque, & cepe, & allia, & cucumeres, ollasqꝫ Aegyptiarum carnium, rectissime per Esaiam appellatur calamus fractus, cui qui inniti voluerit, ptundetur manus eius. Qui enim post aduentum domini saluatoris euangelicæ interpretationis spiritũ derelinquens, in Iudaicæ literæ morte requiescit, istius cuncta opera vulnerantur. Linũ ꝺ̃qꝫ fumigans non extinguet, populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore, fumi amarissimi, & qui noxius oculis est, tenebrosæqꝫ caliginis inuoluebatur erroribus. Quẽ nõ solũ non restinxit, & redegit in cinerem, sed è contrario de parua scintilla, & pene moriente, maxima suscitauit incendia, ita vt totus orbis arderet igne domini saluatoris, quem venit mittere super terram, & in omnibus ardere desiderat. Secundũ tropologiam quid nobis videretur de hoc loco, in commentariolis Mathęi, breuiter annotauimus. Et Augustinus libro primo quæstionum euangelicarum, quæstione iij Arundinem quassatã Iudæos dicit, propter ꝺ̃d & vnũ erant & ab inuicẽ discrepabant. In lino fumigante notandũ, quia deserto lumine facit putorem.

Linũ facerdotium.

Psalm. 44. Esaiæ. 35. c.

Luc. 12. f.

Augustin.

Quid asinus, asinave mystice significent. Cap. XV.

ASinorum nomine quid in sacra scriptura designetur, diuus Gregorius libro Moralium primo, cap. xvi. declarat, dicens: Asinorum nomine, aliquando stultorum pigritia, aliquando immoderata petulantiũ luxuria, aliꝗdo gẽriliũ simplicitas designat. Stultorũ pigritia, sicut per Moysen dicit, Nõ iũges bouẽ & asinũ (siue nõ arabis in boue simul & asino) Ac si diceret, Fatuos sapiẽtibus in prędicatione nõ socies, ne per eũ q implere rẽ nõ valet, illi q prędicare obsistas. Immoderata ꝺ̃qꝫ petulantium luxuria asinorũ appellatione exprimit, vt propheta testatur q ait, Quorũ carnes sunt, vt carnes asinorum. Asinorũ rursus nomine, simplicitas gẽtilis ostẽdit. Vnde Hierusalẽ tendens dominus, asellũ sedisse perhibetur. Quod

Deut. 22. b.

Asinus, immoderata petulantiũ luxuria.

est enim sedendo, asino Hierusalem venire, nisi gentilium simplicia corda possidendo, ea ad visionem pacis regendo, & præsidendo perducere? Et per prophetã dicitur: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Quis enim bos, nisi Iudaicus populus extitit, cuius ceruicem iugum legis attriuit? Et quis asinus, nisi gentilitas fuit? Quam quilibet seductor reperit, quasi brutũ animal, & nulla ratione renitens quo volebat errore, substrauit. Bos ergo possessorem, & asinus domini præsepe cognouit, quia & Hebraicus populus Deũ, quem colebat, sed ignorabat, reperit, & gentilitas legis pabulum, quod nõ habebat, accepit. Et in Genesi scriptum est: Isachar asinus fortis, accubãs inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, supposuit humerũ ad portandum. Inter terminos nanqꝫ accubare, est præstolato mundi fine requiescere: nihilqꝫ de his, quæ nunc in medio versantur, quærere, sed vltima desiderare. Fortisqꝫ asinus requiem, ac terram optimam videt, quũ simplex gentilitas, idcirco ad robur boni operis erigitur, quia ad æternæ vitæ patriam tẽdit, quę ad portandum onus humerum apponit, quia conspecta superna requie, præceptis etiam gratuibus in operatione se subicit, & quicquid intolerabile pusillanimitas asserit, hoc ei leue ac facile spes remunerationis ostendit. Vnde & asinæ cum gente perhibẽtur, quia vocatæ plebes gentilium, dum ad requiem venire desiderant, cuncta mandatorum onera libenter portãt. Diuus autem Hieronymus enarrans antedicta Esaiæ verba, Cognouit bos &c. Non compatiens (inquit) eos canibus, quod sagacissimum genus animantium est, & pro paruo cibo, dominorum tecta defendit, sed stolidioris sensus boui & asino, quorum alterum carpenta trahens, durissimas terræ glebas vertit vomere, alterum portat onera, & hominũ in gradiendo laborem temperat, vnde & iumenta appellantur ab eo quod iuuent homines. Potest hic locus & de Deo patre intelligi, sed magis refertur ad filium, quod non cognouerit eum, neque susceperit populus Israel. Quærimus vbi pariter legerimus bouem, & asinum. In Deuteronomio scriptum est: Non arabis in boue simul, & asino. Et in hoc eodem Esaia, beatus qui seminat super omnem aquam, vbi bos calcat, & asinus. Simul arat in boue, & asino Ebion, dignus pro humilitate sensus, paupertate nominis sui, qui sic recipit euangelium, vt Iudaicarũ superstitionum, quæ in vmbra, & imagine præcesserunt, ceremonias nõ relinquat. Beatus est autẽ qui seminat in eloquijs scripturarum tam veteris, quam noui instrumenti, & calcat aquas occidentis literæ, vt metat fructum spiritus viuificantis. Bos iuxta anagogem refertur ad Israel, qui legis portauit iugũ & mundum animal est. Asinus peccatorum onere prægrauatus, gẽtium populus accipitur, cui dominus loquebatur: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Pharisęis ergo, & scribis non credentibus, qui habebant legis clauem, atque notitiam, & vere appellabantur Israel, id est, videns Deum, credidit pars populi Iudęorum, vt vna die tria milia simul crederent, & alia die quinque milia. Sapientibus quoqꝫ seculi non recipientibus crucem Christi, indocta nationum turba suscepit. Vñ & Apostolus loquebatur: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mũdi, elegit Deus, vt cõfundat sapientes, & quæ infirma sunt mundi, elegit Deus vt cõfundat fortia. Sed hæc coacta superior vera interpretatio est. Et enarrãs illud Zachariæ, Sic erit ruina equi &c. & asini, Asinus est (inquit) qui quondam ferebatur infrenis, & immundus erat, & multos habebat dominos, & per præcipitia labebatur, vt corruens repente consurgeret, & portaret dominum saluatorem, & ingrederetur in sanctam Hierusalem, & eum paruulorum turba credentium susciperet triumphantem, asina, quę subiugalis fuit, & edomita, & iugum legis traxerat, synagoga intelligatur, pullus asinæ lasciuus, & liber, quibus sederit Iesus, missis ad eos duobus discipulis suis, vno in circuncisione, & altero in gentibus.

Esai. 1. a

Esai. 32. d

Deut. 22. b.

Matth. 11. d

1. Cor. 1. d.

Matth. 21. a

Zach. 9. b

Quid astra matutina, quid veaues, auroraqꝫ mystice significent. Cap. XVI.

ASTra matutina, de qbus ait Iob, Quũ me laudarent simul astra matutina, Angeli sunt. Quia enim (vt diuus ait Gregorius) primo in tempore cõdita natura rationabiliũ spirituum creditur, non immerito matutina astra Angeli vocantur. Quod si ita est, dum terra esset inuisibilis, & incomposita, dum tenebræ essent super abyssum, venturum diem subsequẽ tis sæculi, per lucem sapientiæ existendo, præuenerunt. Nec negligenter audiendum est, ꝺ̃d additur, simul, quia nimirum astra matutina, etiam cum vespertinis, redẽptoris potentiã laudant, dum electi etiam Angeli, cum redemptis in mundi fine hominibus, largitatem gratiæ supernæ glorificant. Ipsi quippe vt nos ad laudem conditoris accenderent, hoc quod superius diximus, orta per carnem luce, clamauerunt, Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Simul ergo laudant, quia redemptioni nostræ, voces suæ exultationis

Iob. 38. h.

Genes. 1. a.

Luc. 2. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accommodant. Simul laudant, quia dum nos conſpiciunt recipi, ſuum gaudent numerum re
pleri. Qui & fortaſſe ideo matutina aſtra memorantur, quia tæpe ad exhortandos homines
miſſi ſunt, & dum venturũ mane nunciãt, ab humanis cordibus ſentis vitæ tenebras fugãt.

Atrium eſt latitudo præſentis vitæ iuxta illud, Atrium quod foris templũ eſt, ejce foras,
& non metiaris illud. Recte foris templum ſunt qui per atrium deſignantur, atq; ideo me
tiendi non ſunt, quia anguſta eſt porta, quæ ducit ad vitam & latitudo vitæ prauorum nõ ad
mittitur ad menſuras & regulas electorum, vt diuus ſcribit Gregorius.

Auis nomine ipſe dominus ſignificatur, qui licet in terra de virgine matre ſit æditus, tamẽ
cœleſtia doctrina ſua, & exemplo ſemper petit, membraq; ſua fide, & ſpe, quaſi duabus alis,
ad ſuperna ſemper ſubleuat, dicens in euangelio: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et
rurſum: Exiui (inquit) à patre &c. De hac aue ſcriptum eſt: Venatione ceperunt me quaſi a
uem inimici mei gratis. Et Iob: Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt oculus vulturis. Et
exponens illud Eſaiæ: Vocans ab oriente auem, id eſt, Cyrum regem Perſarum, ſiue Darii
Medorum principem (vt putant Hebræi) ſiue (vt nos verum eſſe conuincimus) dominum
ſaluatorem, vel auem pro aues, id eſt, Angelorum miniſteria, quæ ad imperium domini in to
to orbe diſcurrunt, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus & mittuntur ob ſalutem credentium.

Aurora eccleſia dicitur quæ a peccatorum ſuorum tenebris ad lucem iuſtitiæ permutatur.
Vnde & hanc ſponſus in Canticorum Cantico miratur dicens: Quæ eſt iſta, quæ progredi
tur, quaſi aurora conſurgens? Quaſi aurora quippe electorum ſurgit eccleſia, quæ prauitatis
priſtinę tenebras deſerit, & ſeſe in noui luminis fulgorem conuertit. Et Iob. Nec ortum ſur
gentis auroræ. In illa enim luce, quæ in diſtricti iudicis aduentu monſtratur, corpus damna
ti hoſtis ortum ſurgentis auroræ non vider, quia quum diſtrictus iudex ad retributionem
venerit, iniquus quiſque ſuorum caligine meritorum preſſus, quanta claritate ſancta eccle
ſia in internum lumen cordis ſurgat, ignorat. Tunc ſancta eccleſia plena aurora fit, quũ mor
talitatis, atque ignorantiæ ſuæ tenebras funditus amittit. In iudicio ergo, adhuc aurora eſt,
ſed in regno dies, quia & ſi iam cum reſtauratione corporum videre lumen in iudicio incho
at, eius tamen viſum plenius in regno conſumat. Ortus itaque auroræ, eſt exordium clareſcẽ
Iob. 24. c. tis eccleſiæ, quem videre nequeunt reprobi, quia a conſpectu diſtricti iudicis, malorum ſuo
rum pondere ad tenebras preſſi trahuntur. Vnde recte per prophetam dicitur, Tollatur im
pius ne videat gloriam Dei. Aurora præterea mens iuſti eſt, quæ peccati ſui tenebras deſerẽs
ad lucem iam erumpit æternitatis. Vnde in Iob ſcriptum eſt, Si ſubito apparuerit aurora, ab
trantur vmbram mortis. Quo igitur iuſtus quiſque iuſtitiæ luce irradiatus, in præſenti vitæ
honoribus ſublimatur eo ante peruerſorum oculos, tenebræ mortis fiunt, quia qui peruerſe
ſe egiſſe meminerunt, corrigi pertimeſcunt. Et Iob xxxvij. Et oſtendiſti (inquit) auroræ lo
cum ſuum. Cui enim locus ſuus oſtenditur, profecto ex alio ad aliud vocatur. Quis eſt enim
locus auroræ niſi perfecta claritas viſionis internæ? Ad quem, quum ducta venerit, iam de
tranſactæ noctis tenebris nihil habebit. Nunc autem adhuc tentationum moleſtias ſuſtinet,
quia per intentionem cordis ad aliud feſtinat eccleſia, ad locum ſuum tendit aurora. Locum
ſuum aurora conſyderat, quando ſancta anima ad contemplandam conditoris ſui ſpeciem
flagrat. Et diuus Hieronimus, exponens illud Oſeæ, Sicut mane tranſijt, pertranſit rex Iſra
Oſee. 11. a el: Sicut (inquit) ortus auroræ, & diluculum, & principium dei, quod appellatur mane, inter
noctis, ſolisq; viciniam tranſit celeriter, ita vt finiatur nox, & clareſcat dies: ſic rex Iſrael, id eſt,
decem tribuum, velociter tranſiet.

Quid aurum myſtice ſignificet. Cap. XVII.

AVri appellatione in ſacro eloquio (vt diuus inquit Greg. exponẽs illud Iob, Sternet ſi
bi aurũ quaſi lutũ (aliquando diuinitatis claritas, aliquãdo ſplẽdor ſupernę ciuitatis, ali
quando charitas, aliquãdo nitor gloriæ ſæcularis, aliquãdo pulchritudo ſanctitatis accipitur.
Auri noſce ipſa intima diuinitatis claritas deſignatur, ſicut in Canticorũ Cãticis ſpõſi ſpecies
deſcribitur, Caput eius aurũ optimũ. Quia vero caput Chriſti Deus, nil vero eſt in metallis
auro fulgẽtius, ſpõſi caput aurũ dicitur qa eius humanitas, ex diuinitatis ſuæ nobis claritate
principatur. Rurſum auri nomine ſplendor ſupnæ ciuitatis accipit, ſicut hãc Iohã. ſe vidiſſe
teſtatur, dicens: Ipſa ciuitas, aurum mundum, ſimile vitro mũdo. Aurum nãq; ex q̃ illa ciuitas
cõſtat, ſimile vitro dicitur, vt per aurum clara, & per vitrũ pſpicua deſignetur. Rurſum auri
nomine charitas intimatur, ſicut Angelũ, quem ſibi loqui idẽ Iohannes aſpexit, ad mãmillas
zonã

zona aurea cinctum vidit, quia nimirum ſupernorum ciuium pectora, dum pœnali nequa
quam timori ſubiecta ſunt, atque ſe viciſſim nulla ſciſſione ſoluunt, ex ſola ſe charitate con
ſtringunt. Zonam vero auream circa mammillas habere, eſt cunctos mutabilium cogitati
onum motus per ſolius iam amoris vincula reſtringere. Rurſus auri nomine nitor gloriæ
temporalis exprimitur, ſicut per prophetam dicitur, Calix aureus, Babylõ. Quid enim Baby
lonis nomine, niſi huius mundi gloria deſignatur? Quæ calix aureus dicitur, quia dum pul
chra eſſe temporalia oſtentat, ſtultas mentes in ſua concupiſcentia debriat, vt ſpecioſa tem
poralia appetant, & inuiſibilia pulchra contemnant. Hoc aureo calice primo ſponte ſua Eua
debriata eſt, de qua hiſtoria veritatis dicit, quia quum vetitum lignum concupiſceret, vidit,
quod eſſet pulchrum viſu, aſpectuque delectabile, & comedit. Aureus ergo Babylon calix ẽ,
quia dum viſum exterioris pulchritudinis oſtẽdit, ſenſum interne rectitudinis ſubtrahit. Rur
ſus auri nomine, ſplendor ſanctitatis accipitur, ſicut Iudaicum populum, à ſplendore iuſtitię
ad nequitię tenebras commutatum, Hieremias deplorat, dicens: Quomodo obſcuratum eſt
aurum, mutatus eſt color optimus? Sicut enim ſuperius diximus, aurum obſcuratur, quum
ſubſequentibus iniquitatum tenebris, iuſtitię pulchritudo deſeritur. Color optimus mutatur
quum ſplendor innocentiæ, in fœditatem vertitur culpæ. Aurum autem obrizum ſunt ſan
cti Angeli, iuxta illud Non dabitur aurum obrizum pro ea. Vbi diuus Gregorius ſcribit:
Quid nanque per aurum obrizum, niſi ſancti Angeli deſignãtur? Qui recte aurum vocan
tur, & obrizum aurum, quia fulgent claritate iuſtitiæ, obrizum, quia nullum habuerunt vn
quam contagium culpæ. Aurum ergo obrizum illi nuncupantur, hi qui ea in qua cõditi ſunt,
innocentia perdurantes, effulgent claritate iuſtitiæ, & nec vel minimis maculantur ſordibus
culpæ. Aurum quoq; ſenſum occultum ſcripturæ ſignare dictum eſt in dictione, argentum.
Aurum quoq; ſapiẽtiam ſignificat. Et dabitur ei (inquit propheta) de auro Arabiæ. Prophe Pſalm. 71. c
tatum eſt (inquit Auguſtinus) etiam ſapientes huius mundi in Chriſto fuiſſe credituros. Per
Arabiam autem etiam gentes intelligimus, per aurum ſapientiam, quæ ita excellit inter om Prou. 8. b.
nes doctrinas, vt aurum inter metalla. Vnde ſcriptum eſt: Accipite prudentiam ſicut argen
tum & ſapientiam ſicut aurum probatum. Aurum quoq; purum dicitur anima Chriſti (vt in
quit Origenes libro tertio in epiſtolam ad Romanos) vbi citat illud Exodi, Et facies propi
ciatorium ex auro puro. Primo (inquit) conſyderandum eſt quibus in locis aurum, quod in Exod. 25. b
opere aſſumitur, aurum purum dicatur: quibus vero in locis aurum tantummodo ſine vlla Eſai. 35. c
adiectione ponatur. Quod ego in pluribus obſeruans, deprehẽdiſſe mihi videor, quod ſicu Petri. 2. d
bi cum adiectione aurum purũ dicitur, indicet ſanctam illam, & puram Ieſu animam quę pec
catum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et Origenes homilia quinta in Matthęũ:
Templum (inquit) gloriæ Dei eſt omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, aurum autem poſitus
ſenſus in ea. Debemus ergo ad teſtimonium verborum, quæ proferimus in doctrina, pro
ferre ſenſum ſcripturæ, quaſi confirmantem, quem exponimus ſenſum. Sicut enim omne au
rum, quodquod fuerit extra templum, non eſt ſanctificatum, ſic omnis ſenſus qui fuerit ex
tra diuinam ſcripturam (quamuis admirabilis videatur quibuſdã) non eſt ſanctus, quia non
continetur à ſenſu ſcripturæ, quæ ſolet eum ſolum ſenſum ſanctificare quem habet in ſe, ſicut
templum proprium aurum. Non ergo debemus ad confirmandam doctrinam noſtram, no Senſus ex
ſtros proprios intellectus iurare, id eſt, affirmare, & quaſi teſtimonia aſſumere, quos vnuſ tra ſcriptu
quiſq; noſtrum intelligit, & ſecundum veritatem æſtimat eſſe, ni oſtenderit eos ſanctos eſſe, ram nõ eſt
ex eo quod in ſcripturis continentur diuinis, quaſi in templis quibuſdam Dei. Stulti er ſanctus.
go, & cæci omnes, qui non cognoſcunt, quoniam templum, id eſt, lectio ſcripturarum, mag
num, & venerabilem facit ſenſum, ſicut aurum ſacratum. Et homilia vij. ſuper Ieſum Naue,
exponens illud, Furatus eſt linguam auream, & poſuit eam in tabernaculo ſuo. Non puto Ioſue. 7. d.
(inquit) illo furto parui auri tantam vim fuiſſe peccati, vt tam innumeroſam domini eccleſi
am macularet. Sed videamus, ne forte interioris intelligentiæ ſit tama, & tam grauis acerbi
tas iſta peccati. Multus decor eſt in verbis, & multa in philoſophorum, vel rhetorum ſermo
nibus pulchritudo, qui omnes de ciuitate ſunt Hiericho, id eſt, huius mundi homines. Si ergo
inuenias apud philoſophos peruerſa dogmata luculenti ſermonis aſſertionibus declarata, iſta
eſt lingua aurea. Sed vide ne te decipiat fulgor opis, ne te rapiat ſermonis aurei pulchritudo.
Memento quia Ieſus anathema iuſſit eſſe omne aurum, quod in Hiericho fuerit inuentum.
Si poetam legeris modulatis verſibus, & præfulgido carmine, deos, deasq; texentem, ne de
lecteris eloquentiæ ſuauitate. Lingua aurea eſt, ſi eã ſuſtuleris, & poſueris in tabernaculo tuo,
ſi introduxeris in cor tuũ ea, quæ ab illis aſſeruntur, pollues omnem eccleſiam domini. Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit infelix Valentinus, & Basilides, hoc fecit Marcion hæretici. Furati sunt isti linguas aureas de Hiericho, & philosophorũ nobis nõ rectas in ecclesias introducere conati sunt sectas, & polluere omnem ecclesiam domini. Et homilia xxvi. super Numeros: Si dicamus (inquit) propter aurum Deum propitium fieri hominibus, vide quam absurdum, imo quam impium iudicetur. Hoc enim etiã in viro bono notabile dicitur, si accepto auro ab inferioribus placetur. Quanto ergo magis hæc de deo sentire non conuenit? Vnde puto expositionis huius ecclesiasticæ magis constare rationem, quæ per auri speciem indicari docet animi virtutes, & bonorum operum gesta, quæ sola offerri Deo ab hominibus dignum est, & pro quibus solis propitium fieri Deum hominibus decet. Et accepit (inquit) Moses, & Eleazar sacerdos aurum ab omnibus tribunis, & centurionibus, & intulit illud in tabernaculum testimonij, memoriale filijs Israel coram domino. Vides quia quæ dicuntur, non ad conspectum visibilem, sed ad mentis memoriam referuntur. Beatus enim est ille, qui recordatur se boni aliquid operis egisse coram domino, & obtulisse munera beneplacita Deo, animi virtutes, & ornamẽta pietatis.

Quid auster mystice significet. Cap. XVIII.

Auster fluxa viuendi remissio.

AVstri nomine, fluxa viuẽdi remissio signari potest. Vnde diuus Gregorius libro septimo Moralium, capite xvij. exponens illud Iob Consyderate semitas Theman. Theman quippe (inquit) auster interpretatur. Quid hic per austrum, qui afflatu teporis membra dissoluit, nisi fluxa viuendi remissio? Ac si aperte diceret: Damna alieni teporis attendite, & tunc spem de æternis firmius sumitis, si recto cordis oculo, quod in alijs displiceat, videtis. Et libro nono, capite nono, enarrans illud Iob, Et interiora austri. Quid nanq; (inquit) hoc in loco austri nomine, nisi feruor sancti spiritus designatur, quo dum repletus quisque fuerit, ad amorẽ patriæ spiritualis ignescit? Vnde & sponsi voce in Canticis Canticorum dicitur: Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Austro quippe veniente, aquilo surgens recedit, quum aduentu sancti spiritus, expulsus antiquus hostis, qui in corpore mentem constrinxerat, deserit atque hortum sponsi auster perflat, vt aromata defluant, quia nimirum dum sanctam ecclesiam donorum suorum virtutibus spiritus veritatis impleuerit, ab ea longé, lateque odores boni operis spargit. Interiora ergo austri sunt, occulti illi Angelorum ordines, & secretissimi patriæ cœlestis sinus, quos implet calor spiritus sancti. Illuc quippe sanctorum animæ, & tunc corporibus exutę, & postea corporibus restitutę, perueniunt, & quasi astra in abditis occultantur. Ibi per diem, quasi in meridiano tẽpore, ardẽtius solis ignis accẽdit, quia cõditoris claritas, mortalitatis nostræ iam pressa caligine, manifestius videtur, & velut sphærę radius ad spacia altiora se eleuat, quia de semetipsa nos veritas subtilius illustrat. Ibi lumẽ intimæ cõtemplationis sine interueniente cernitur vmbra mutabilitatis, ibi calor summi luminis, sine vlla obscuritate corporis, ibi inuisibiles Angelorum chori, quasi astra in abditis, emicant. Et enarrans illud Iob. Nonne vestimenta tua calida sunt, quũ perflata fuerit terra austro? Per austrũ inquit, qui nimirũ calidus ventus est nõ immerito spiritus sanctus designatur, quo quisq; dũ tãgit, ab iniqtatis sue torpore liberatur. Vestimenta ergo sanctæ ecclesiæ calida sunt, dũ terra austro perflatur, quia hi, q ei p fidẽ inhærent, feruentibus charitatis studijs inardescunt, dũ eorũ mens, sancti spiritus afflatu pfunditur. Vel, Nonne vestimenta, &c. quia nimirũ tunc vestimenta, id est auditores, qui iam bene viuentibus doctoribus inhærent, calorẽ supernæ amoris accipiunt, quũ per afflatũ sancti spiritus excitãtur, ac si aperte beato Iob diceret, In cassum tibi tribuis, si quis per te profecit se in virtutibus contemplaris, quia si quos per te incaluisse æstimas, nisi eos spiritus sancti feruor attingeret, frigidi in sua insensibilitate remanerent. Et diuus Hieronymus enarrans illud Ecclesiastis, Et si ciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in locum vbi ciderit lignum, ibi erit, hoc pacto scribit: Illud de Abachuc sumamus exemplum, in quo scribitur, deus de Theman veniet, quod alij interpretes æditerunt, Deus ab austro veniet. Et quantum ego existimo semper in bonam partem accipitur auster. Vnde & in Cantico Canticorum dicitur: Exurge aquilo, id est, recede, & abi & veni auster. Lignum igitur quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit inciſum aut peccauit ante, dum staret, & in hoc ex parte postea ponitur, aut si dignos austro fructus attulit in plaga iacebit australi. Nec est aliquod lignum, quod aut ad aquilonem non sit, aut ad austrum. Hoc idem significat & illud quod scriptum est in Esaia, Dicam aquiloni, Adduc & Aphrico, noli prohibere. Nunquam enim austro, & orientali vento precipitur, vt adducant, quia apud alias plagas eos esse oportet, qui ad orientem, & austrum postea deducantur. Aquilo igitur ad austrum adduIob. 37. c

Esai. 43. a

cit, & Aphricus ad orientem habitatores suos. Necenim possunt proficere, si in pristinis sedibus perseuerent. Et diuus Augustinus ad Honoratum: Diabolus (inquit) & angeli eius à luce, & feruore charitatis auersi, & nimis in superbiam, inuidiam que progressi, veluti glaciali duricia torpuerunt. Et ideo per figuram, tanquam in aquilone, ponuntur. Vnde quum generi humano diabolus incubaret, ventura gratia saluatoris, dicitur in Cãtico Canticorum. Exurge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata. Exurge q irruisti, qui subditis incumbis, qui possessos premis, exurge, vt à tuo pondere eleuati, erigantur, quorum animas præmendo curuasti. Et veni auster (inquit) spiritum inuocans gratiæ, flantem de meridie, velut à parte feruida & luminosa, & fluant aromata. Vnde Apostolus dicit, Christi bonus odor sumus in omni loco. Hinc etiam dicitur in alio psalmo: Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Captiuitatem scilicet, qua sub diabolo, tanquam sub aquilone, tenebantur, vbi abundante iniquitate, friguerant, & quodammodo congelauerant. Hincenim & Euangelium dicit, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescit charitas multorum. At vero flante austro glacies resoluitur, & torrentes fluunt, id est, peccatis remissis, populi ad Christum charitate concurrunt. Hinc & alibi scriptum est Sicut glacies in sereno, ita soluuntur peccata tua. Et exponens verba antedicti Psalmi, Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro: Peccata (inquit) ligabãt nos, quomodo frigus ligat aquam, ne currat. Et illigati frigore peccatorum, gelauimus. Auster autem calidus ventus est. Quando flat auster, liquescit glacies, & implentur torrentes. Torrentes autem dicuntur flumina hyemalia. Magno enim impetu repẽtinis aquis impleta, currunt. Gelueramus ergo in captiuitate, constringebant nos peccata nostra, flauit auster spiritus sanctus, dimissa sunt nobis peccata, soluti sumus à frigore iniquitatis, tãquam glacies in sereno soluuntur peccata nostra. Curramus ad patriam, quasi torrentes in austro.

1. Cor. 2. d, Psalm. 125.

Matt. 24. a Eccli. 3. b

Quid baculus, balsamum, baltheus, barba, bases q; mystice significent. Caput XIX.

BAculus dicitur tyrannus, iuxta illud: Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est in manu eorum indignatio mea. i. væ Sennacherib, quia ipse est virga, & baculus furoris mei. In manu enim eius indignatio mea, & per illum percutiã gentem fallacissimam, q; inter me semper, & idola claudicauit, q; præcepta mea se facturã esse mentita est &c. Et infra eodem capite, Assur in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te. Et cap. xiij. Contriuit dñs baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Et cap. xxxvi. Ecce confidis super baculum arundineum cõfractum istum, super Aegyptum, cui si innixus fuerit hõ, intrabit in manũ eius, & perforabit eam. Sic est Pharao rex Aegypti oĩbus qui cõfidunt in eo. Baculus quoq; humanum significat adiutorium. Virga (inquit) tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga pertinet ad iustitiam, & fortitudinem domini saluatoris, sicut in Psalmo dicit, Virga æquitatis, virga regni tui. Baculus ad adiutorium humanum respicit quo & pes ipse caute defigitur, & totum corpus nisu desuper incumbentium sustinetur. Hoc vsu sunt patriarchæ. Dixit enim Iacob, In baculo meo transiui Iordanem istum. Item in Exodo ait dñs filijs Israel, Renes nostros accingetis, tenentes baculos in manibus. Iustis ergo duabus rebus fidelis se asserit consolatum. Vna est districtio, quę conterit vitiosos, altera gubernatio, quæ sustinet fideliſſimos Christianos. Virga quæ percutit affligit & vitia nostra iudiciaria seueritate castigat. consolatur fideles, quando eos ad viam domini, adhibita emendatione perducit. Nam recte consolari dicimus oĩne quod adiuuat & si ad tempus nos pro sua districtione contristat. Vnde dicit Apostolus ad Hebręos: Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij sed mœroris postea autem fructum patientissimum exercitatis per eam reddit iustitiæ. Baculum autem non est dubium consolari, q ad opem ferendam humanæ imbecillitati semper assumitur.

Psalm. 44 Gene 32. c. Exod. 12. b

Balsamũ in Iudæa nascit, iuxta illud, Iuda, & terra Israel, ipsi institores tui in frumẽto primo Balsamũ, & mel, & oleum, & resinã proposuerunt in nundinis tuis. Iuxta spirituale sensum dicimus nõ debere terram cõfessionis, & sensu cernẽtis deum, qui refertur ad ecclesiã, deferre Tyro primum triticum, quod cadẽs in terrã multiplicatur, & accipitur pro verbo dei. Nõ enim in pane solo viuit homo, sed in omni sermone dei. Deinde balsamum q̃d nascitur in vineis Engaddi, siue vnguentum, de quo scriptum est, Sicut vnguentum in capite, q̃d descendit in barbam, barbam Aaron, hæc ferri nõ debebant ad mercatum Syri, dicente dominо: Nolite dare sanctum canibus, neq; margaritas vestras mittatis ante porcos.

Deut 8. a Psalm. 132. Matth. 7. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baltheus,siue zona,cingulum,castitatem designat:Et præcinxit eum(inquit)zona.Et rursus ait: Et cinxit eum secundum facturam humeralis. vbi scribit Origenes homilia vi,super Leuiticum:Quod est istud duplex cingulum,quo constrictum vult esse ex omni parte pontificē? Constrictus sit in verbo,constrictus in opere,expeditus ad omnia , nihil habeat dissolutum. Accinctus sit animi virtutibus,constrictus sit à corporalibus vitijs,nullum animæ lapsum,nullū corporis timeat.Vtroque cingulo semper vtatur,vt sit sanctus corpore,& spiritu.Bene autem & secundum facturam humeralis cingitur.Secundum facta enim sua,& secundum opera sua cingulo virtutis vtitur.

Barba significat fortes iuuenes,strenuos,impigros,alacres.Ideo quādo tales describimus, barbatus homo est,dicimus : Sicut vnguentum (inquit Dauid)in capite,quod descendit in barbam, barbam Aaron.Caput nostrum Christus est, resuscitatus, ascēdit in cœlum,& venit spūs sanctus à capite ad barbā.Illud primum vnguētum,id est,spiritus sanctus,descendit in Apostolos,descendit in illos, q primos impetus seculi sustinuerūt,vt diuus exponit Aug. Psalm. 132.

Basiliscus rex est serpentiū,sicut diabolus rex est dæmoniorū(inquit Augustinus)de quo per Psalmistam dicitur,Super aspidem,& basiliscum ambulabis. Diabolus aspis est,dum occulte percurit,basiliscus,quum palam venena disseminat. Psalm. 90

Bases prophetas,& doctores sanctos designant, vt diuus scribit Gregorius libro xxviij. Moralium,capite nono exponēs illud Iob, Super quo bases illius solidatæ sunt : Quid,inquit, aliud huius terræ bases,q̄ sanctæ ecclesiæ doctores accipimus? In basibus quippe columnæ, in columnis autem,totius fabricæ pondus erigitur.Nō ergo immerito doctores sancti basium nomine designantur,quia dum recta prædicant, & prædicationi suæ viuendo cōcordant,omne pondus ecclesiæ,fixa morum suorum grauitate sustentant,asperas ab infidelibus tentationes ferunt,& quæq; in præceptis dei,velut difficilia à fidelibus formidantur,exemplis operum facilia ostēdunt. Vnde & bene quum in typo ecclesiæ tabernaculum figeretur, ad Moysen dicitur:Facies columnas quatuor,& bases earum vesties argento. Argentū est claritas diuini sermonis,bases ergo argento vestitæ , quatuor columnas tabernaculi sustinēt, quia prædicatores ecclesiæ diuino eloquio decorati,vt in cunctis se exemplum p̄beant,quatuor euāgelistarum dicta & ore,& operibus portant. Possunt per bases etiam prophetæ signari,qui dum primi aperte de dominica incarnatione locuti sunt , quasi quasdam bases eas conspicimus à fundamento consurgere,& superpositæ fabricæ,pōdera sustinere. Vnde ad Moysen rursus dominus,quum tabernaculi tabulas erigere præcepit,fundi earum bases argenteas iubet.Quid enim per tabulas,nisi apostoli,extensa in mundum prædicatione, dilatati? Quid per bases argenteas,nisi prophetæ signātur? Qui superimpositas tabulas ipsi firmi,ac fusiles sustinent,quia apostolorum vita,dum eorum prædicatione instruitur, eorū & autoritate solidatur. Vnde & coniunctæ duæ bases singulis tabulis supponuntur , quia dum prophetæ sancti in verbis suis de mediatoris incarnatione concordant , subsequentes prædicatores ecclesiæ,indubitanter ædificant,vt quum à semetipsis non discrepant, illos in se robustius figant.Nec immerito bases,quibus prophetæ signantur,vt ex argento fundi debeant,præcipitur.Argenti quippe claritas ex vsu seruatur,sine vsu autem,in nigredinem vertitur.Prophetarum quoq; dicta ante mediatoris aduentum,quia in vsu spiritalis intelligentiæ non erant,dum conspici præ obscuritate,non poterant,quasi nigra remanebāt . At postquam mediator veniens ea ante oculos nostros incarnationis suæ manu terfit , quicquid in eis lucis latebat,inclaruit,sensusq; patrum præcedētium in vsum dedit,quia verba rebus exposuit.Siue itaq; prophetas,seu doctores extremis temporibus subsequentes basium appellatione significet,dicat, Super quo bases illius solidatę sunt , subaudis,nisi super me,qui cuncta mirabiliter teneo,& bonis exterioribus intus principaliter originem præsto? Iob. 38.a Exod.29.d Argentum claritas diuini eloqui. Iob. 5.d Esai.35.c. Exod.26.d

Quid bestia,boscq; mystice significent. Caput XX.

Bestia terræ,diabolus dicitur iuxta illud Et bestias terræ nō formidabis:vbi diuus Gregorius scribit,Callidus quippe aduersarius,bestia terræ dicitur,quia ad rapiendas mentis tempore peccatorum animas violentia crudelitatis effrenatur. Quos em̄ viuentes blandiens decipit,morientes sæuiens,rapit . Quo contra de electorum ecclesia per prophetā dominus pollicetur,dicens: Mala bestia non transibit per eam. Illi igitur terræ bestiam morientes timent,qui conditoris sui potentiam viuentes,nō timent.Bene ergo dicitur , Et bestiam terræ &c.ac si aperte diceret: Qui à blandiente modo hoste non vinceris , hunc sæuientem postmodum non timebis.Et eodem in loco dicitur: Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi , q̄ maligni spiritus, quum bonorum corda aduersantes deprimunt , hæc nolentes ad amorem domini

domini impellunt. Inde ergo cum deo robustior pax oritur,vnde nobis ab aduersarijs dirior pugna gñatur.Possunt etiā per terræ bestias motus carnis intelligi,qui dum mentem nostram irrationabilia suadendo lacessunt, contra nos bestialiter insurgunt. Sed quum corpus sub lege deprimitur,etiam carnis incentiua detumescunt,& si tentando subnurmurant,nequaquam tamen vsq; ad effectus operum,quasi ad aperti morsus rabiem,exurgunt. Quis enim adhuc in hac corruptibili carne existens has terrę bestias plene̊ domat , quum ille ad tertium cælum raptus egregius prędicator dicat: Video aliam legem in mēbris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuum me ducentem in lege peccati, q̄ est in membris meis.Pacifice itaq; sunt bestiæ,quia motus carnis & si per desideria palpitant,aperta tñ contradictiōe operis nō impugnant.Bestiæ quoq; ob feritatem,regna significāt, de quibus scribitur Danielis vij.Et quatuor(inquit)bestiæ grandes ascendebant de mari, diuersę inter se. Vnde angelo differente, dictum est eodē capite:Hæ quatuor bestiæ magnæ , quatuor sunt regna,q̄ cōsurgent de terra.Bestiq; aūt dominari spiritaliter est(vt diuus Augustinus lib. primo de Genesi,cōtra Manichæos)vt oēs affectiones,& motus animi quos habemus,istis animalibus similes subditos haberemus & eorum dominaremur per temperantiam & modestiā. Quum em̄ non reguntur isti motus,erumpunt & pergunt in sordissimas cōsuetudines, & prę diuersas,perniciosasq; delectationes nos rapiunt & faciunt similes omni gñeri bestiarū. Quum aūt reguntur,& subijciuntur,omnino mansuescunt & nobiscum cōcorditer viuunt. Et hæc est hominis vita beata, atq; tranquilla , quum omnes motus eius rationi , veritatiq; consentiunt.Et libro septimo quęstionum super Iudicum,quæstione decimaseptima,exponens illud Exodi, Et multiplicentur in re bestiæ feræ: Ne multiplicentur (inquit)&cet. mirum si non bestiales quo dammodo cupiditates,& libidines intelligi voluit , quæ solent de repentino successu terrenæ felicitatis existere . Neque enim deus homines exterminare poterat,& bestias non poterat,vel perdere ,vel pasci potius non permittere. Psalm. 132. Psalm. 90 Iob. 38.a Exod.23.

Boum nomine in sacra scriptura aliquando hebetudo fatuorum , aliquado bene operantium vita designatur.Hebetudo fatuorum figuratur, quum dicitur , Statimq; eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. Vita autem vnius cuiusq; operātis exprimitur quum dicitur, Non alligabis os boui triturāti. Quod aperte rursus dicitur.Dignus est operarius mercede sua. Vide & in dictione Asinus.Et Iob. Aut mugiet(inquit)bos,quum ante præsepe plenum steterit? Bos est, quem intra sanctam ecclesiam ad prædicationis officium suscepti ordinis iugum præmit. Pabulum autem bouis est interna refectio populi fidelis. Et diuus Hieronymus exponens illud Abacuc , Et non erit armētum in præsepibus:Boues,inquit,nō erūt in p̄sepibus,quia vbi plena sunt præsepia manifesta est fortitudo bouis. Bos , operarius est, de quo dicitur in Deuteronomio: Non alligabis os boui triturāti. Et diuus Hieronymus in Psalmum xxviij. Vox domini confringentis cedros,& cōminuentis montes Libani,& faciens eos quasi vitulum libani,& dilectus quasi filius rinocerotis. Vox domini intercidentis flammam ignis,vox domini concutientis desertum,& cōmouentis desertum Cades. Vox domini præparantis cerua,& reuelantis condensa. Et in templo eius omnes dicent gloriam. Dominus diluuium inhabitare facit,& sedebit dominus rex in æternum. Dominus virtutem populo suo dabit,dominus benedicet populum suum in pace. Quum ergo dicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientiã,& virtutem,& thesaurum scientiæ,aliaq; multa,ita & virem veram dici. Sicut ergo
Coloſ.2.a. his,quibus efficitur sapientia,& scientia,nõ ad subditum,sed per profectus quosdã & gradus
Iohan 15.a pro studijs,& intentione,ac fide eorum q ei vel in sapientia,vel in scientia,vel in virtute par
ticipant,sapientes eos,& scientes reddit,vigentesq; virtutibus: ita & in quibus vitis vera effi
Psalm.103. citur,non eis ad summum maturos botros producit & dulces,nec repente eis efficitur vi
num suaue,& lętificãs cor hominis,sed primo produxit eis suauitatem tãtummodo odoris in
florem. Botrus hic florens esse memoratur in veneis Engaddi, vt gratia fragrantiæ ipsius
injiciatur in initijs animæ, vt post hæc pati possit acerbitatem tribulationum, & tentati
onum, quæ propter verbum dei, credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius
dulcedinem ꝓbet, vsq; dum perducat eos ad torcularia,vbi effunditur sanguis vuæ,sanguis
Matth.26.c nouí testamẽti, qui bibatur in die festo in superioribus,vbi stratum meum paratum est. Vel
certe qm̃ de vineis Engaddi botrus hic florens nominatur esse.(Engaddi autem interpretã
tur oculus tentationis meæ)si quis est,q intellectum habere potest,quo tentatio est vita ho
minis super terram,& intelligit quomodo quis in deo eripitur à tentatione,& qui agnoscat
qualitatem tentationis suæ,ita vt possit de ipso dici, quia in his omnibus non peccauit labijs
suis coram deo,huius botrus Cyperi de vineis Engaddi efficitur verbum dei. Et Augusti,in
in enarratione psalmi vij. Verbum(inquit)diuinum potest vua intelligi. Dictus est enim &
dñs,& botrus vuæ,quem ligno suspensum,de terra promissionis,qui præmissi erant à popu
lo Israel,tanquã crucifixũ attulerunt. Verbum itaq; diuinum,quum enunciatiõis necessitate
vsurpat vocis sonũ,quo in aures peruehatur audientium, eodẽ sono vocis,tanquã vinaciis,
Num.13.c intellectus tãquã vinũ includitur:sic vua ista in aures venit,quasi in calcatoria torcularioꝝ.

Brachium in scriptura,bonam operationem designat. Vnde diuus Gregorius exponens
illud Iob,Et brachium meum cum suis ossibus cõteratur,exponit ac si diceret.Si ea,quæ di
xi, operari renui, ipsum quod mihi ad operandũ datũ est corporis membrum,perdã,vt vi
delicet cadat à corpore,quod exercere nolui ad vtilitatem, qa nimirum cuncta nostræ ope
ratio,quum quibuslibet videatur esse fulta virtutibus,soluitur,nisi per charitatis vinculum,
Iob.38.b patientia conseruetur. Et exponens illud Iob,Et brachium excelsum conteretur:Excelsum
Roma. 5.c (inquit)brachium conteritur,quando prædicata fidei gratia, superba legis operatio repro
batur,quum dicitur, Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Brachium præterea
prorobore dicitur,quoniam ipso dimicante,pugnatur. Dextra significat prosperam par
tem,brahium,fortitudinem,illuminationem,consilium,quę dominus pręliantibus cõfert,
Thren.2.b quando victoriam donare dignatur (vt inquit Hieronymus,exponens illud Threnorum.
Hieronym. Firmauit dexteram suam quasi hostis.) Dextera enim Dei patris, vnigenitus filius est, per
quem & solatium, & defensionem fidelibus suis præstat.

Quid bruchus,butyrumve,buxusq; mystice significent. Cap.XXII.

BRuchus(vt diuus inquit Hieronymus,exponens illud Naum iij.Bruchus expansus est,
& auolauit)est homo per viam latam ambulans:Dubitare(inquit)non poteris,multi
tudinem hominum,quæ per latam viam pergens,versatur in mundo,bruchum dicere quã
videris eos totos terræ deditos,sententiæ leuitate huc, illucq; discurrere, & ad sublimiora
volare non posse.Bruchus nihil aliud facit,nisi semper in terra sit,& absq; alis cibo,& ven
tri seruiat. Bruchus imperitæ multitudini, & innumerabili comparatur. Et exponens il
Ioel.1 lud Ioel, Residuum locustæ comedit bruchus:Bruchum(inquit)Macedonas interpretã
tur,& omnes Alexandri successores,maximeq; regem Antiochum cognomento Epipha
nes,qui instar bruchi sedit in Iudæa,& omnes priorum regum reliquias deuorauit,sub quo
Maccabæorum bella narrantur.Bruchum quoq; eodem in loco pauorem,& futurorũ mor
tum radices sapientiæ deuorantem exponit.

Butyrum bonorũ operũ pinguedinẽ significat. Vnde diuus Grego. exponens illud Iob,
Iob.29.a Qñ lauabam pedes meos butyro, hoc pacto scribit:Butyro pedes lauãtur,quia ꝓdicatores
sancti,bonorum operum pinguedine replentur. Vix enim ipsa ꝓdicatio sine aliquo tramite
tur admisso. Nã quilibet ꝓdicans,aut ad quantalãcunq; indignationẽ trahitur,si cõtenitur,
aut ad quantalãcunq; gloriam,si ab audictibus veneretur. Vnde & apostolis pedes loti sunt,
ut à ꝙlibet paruo cõtagio in ipsa ꝓdicatione cõtracto, quasi quodã itinere collecto puluere,
Iohan.13.b mundaret. Et B.Iacob.dixit, Nolite magistri plures fieri fratres mei. Et paulo post, In mul
Iacobi.1.a. tis eñ offendimus oẽs. Pedes ergo lauantur butyro,quia pinguedine boni operis infundi
atq; mundat collectus puluis,de gloria ꝓdicationis. Vel certe buryro pedes lauantur, dũ sanc
tis ꝓdicatoribus debita ab audientibus stipendia cõferũtur,& ꝙs fatigat iniunctæ prædica
tionis

tionis labor,exhibita à discipulis pinguedo,boni operis fouet,non quod ideo prædicẽt, vt
alantur,sed ideo aluntur,vt ꝓdicent,id est,vt prædicare subsistant, non vt ad intentionem
sumendi victus transeat actio prædicationis, sed ad vtilitatem ꝓdicationis deseruant minis
teria sustentationis. Vnde per Paulum dicitur, Non quæro datum sed requiro fructum.
Datum quippe,est res ipsa,quæ impenditur, fructus vero dati,est si benigna mente futuræ Ad Phil.4
mercedis studio aliquid impendatur. Fessos pedes butyro vnxerat ille,qui audiebat,Viscera
sanctorum requieuerunt per te frater. Hoc butyro vnctus fuerat pes, qui in catena teneba
tur,dicens:Det misericordiam dominus Onesiphori domui,quia sæpe me refrigerauit,et catenam
meam non erubuit. Si autem sentire ista ex voce solius corporis debemus, nimirũ 2.Tim.1.d
pedes ecclesiæ sunt inferiorum operum ministri, qui dum ad vsus necessarios ea quæ sunt
exterius exercent,per extremum ministerium,velut pedes,terræ inhærent. Sed debent hi,
qui præsunt,qui doctrinæ studio inuigilant,solerti cura occupatorũ corda requirere,eisq;
eam,quam ipsi vocando percipiunt,crebræ admonitionis voce,infusiõem pinguedinis mi
nistrare,Quando igitur sancti doctores quibusdam ad extrema ministeria deditis,vnctio
nem dominicæ incarnationis prædicant,butyro eloquij pedes lauant. Solent etiã pedes ipsa
itineris asperitate lacerari. Et quia omnino difficile est in terrenis actionibus huius vitæ
iter agere,& nulla ex labore itineris vulnera sustinere, vigilanter præpositi auditores suos,
curis exterioribus intentos,ad cor reuocant, vt quæ inter ipsa illicita opera admiserũt ma
la,cognoscant,& quæ cognouerint,defleant,Butyro lauant,quia eorum vulneribus pœni
tentiæ vnguenta subministrant.

Buxus(vt diuus ait Ambrosius)elementorum apicibus vtilis exprimendis,leui materia
vsum manus puerilis informat. Vnde ait scriptura: Scribe in buxo. Simul vt admoneat te
ipsa materia,quæ semper viret,nec vnquam folijs exuitur suis,ne vnquam spei tuæ dissimu
latione nuderis,sed semper tibi per fidem germiner spes salutis.

Quid cadauer,calamus,calculusq; mystice significent. Cap. XXIII.

CAdaueris nomine,corpus domini mystice dicitur (vt diuus ait Gregorius, exponens
illud Iob,Et vbicunq; cadauer fuerit,statim adest nempe aquila)hoc enim pacto scri
bit:Cadauer à casu dicitur,& nõ immerito corpus domini,propter casum mortis, cadauer Iob.39.d.
vocatur. Quod autem hic de hac aquila dicitur,Et vbicunq; &c. hoc de egredientibus anI
mabus fieri,veritas spondet,dicens: Vbicunq; fuerit corpus,illic congregabuntur & aquiIæ. Ac si aperte dicat,quia cęlesti sedi incarnatus redemptor vester præsideo,electorum ꝙq; Matth.24.
animas,quum carne soluero,ad cælestia subleuabo. Potest & aliter intelligi. Omnis enim q
in peccati mortem ceciderit,non inconuenienter poterit cadauer vocari. Quasi exanimis Cadauer,q
manq; iacet,qui iustitiæ viuificantem spiritum non habet. Quia ergo sanctus quisq; prædi in peccati mortem cecidit
cator,vbi peccatores esse considerat,illuc anxie peruolat,vt in peccati morte iacentibus lucem viuificationis ostendat,bene de hac aquila dicitur,Vbicunq; cadauer fuerit statim adest,id est,illuc tendit,vbi vtilitatem prædicationis prospicit,vt ex eo quod iam spiritualiter
viuit, alijs in morte sua iacentibus profit, quos corripiendo quasi edit, sed ab iniquitate ad
innocentiam permutando in sua membra,quasi edendo conuertit. Esca quippe iustorũ, est
conuersio peruersorum,de qua dicitur,Operamini cibum qui non perit sed qui permanet
in vitam æternam. Et diuus Hieronymus enarrans illud euangelicum,Vbicunq; fuerit cor Iohan.6.c.
pus &c. Per corpus,inquit id est,cadauer,passionem Christi intelligere possumus,ad quam Mat.24.c.
prouocamur,vt vbicunq; in scripturis legitur,congregemur, vt per illam venire possimus
ad verbũ Dei,vt est illud,Foderũt manus meas,& pedes meos. Et in Esaia,Sicut ouis ad victi
mã ductus, & cætera his similia. Aquilæ aũt appellant sancti,vt dictũ est in dictiõe Aquila.

Calamus vitã significat secularium,& Iudęorum regnum,& verbi æternitatẽ, & scripto Psalm.22.
rum doctrinã,& nitorẽ gloriæ temporalis,vt dictum est in dictiõe,Arundo. Calamus(vt in Esai.53.c
quit Hieron.exponens illud Esaiæ,Calamus & iuncus marcescet)iuxta tropologiã est ser Esai.19.
mo vacuus,& nihil in se solidum habens,& papyrus videtur quidẽ habere medullã, & non
esse vacuus,& tñ fragilis est,citoq; marcescit. Et diuus August. exponens illud Psalmi,Increpaferas calami:Feræ calami sunt,qm̃ scripturarum sensum pro suo errore peruertunt. Per Psalm.67.
calamum quippe tã cõuenienter scripturæ significantur,q̃ sermo per linguam, secundũ ꝙd
dicitur lingua Hebræa,vel Græca,vel Latina,vel alia quælibet,per efficientem scilicet id ꝙd
efficitur. Vsitatum est autẽ in latino eloquio,vt scriptura stilus vocetur, q̃ stilo fiat:ita ergo
& calamus,quod calamo fiat. Dicit apostolus Petrus,indoctos,& instabiles peruertere scri
pturas ad proprium suum interitum,Hæ sunt ferę calami,de quibus hic dicitur. 2.Pet.3.d

Calciamen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calciamentum siue calciamenta dei, mystice significare incarnationem, iam dictum est in altero libro. Et Origines homilia vnica supra librum regnorum: Sic dicitur, inquit, ad Exod.3.b Moysen, Solue corrigiam calciamẽti tui, Locus enim in quo tu stas, terra sancta est. Et qd? Putamus q̃ in his non aliquid mysteriꝝ obtectum sit? Sed quia deus execrabatur calciamenta Moysi corporalia, ideo hæc iubebat? Aut quid magis putandum est, q̃ quum exiret de Calciamenta mortalitatis indicia. terra Aegypti habebat calciamenta de pellibus mortuis, & erat velut quadam mortalitate constrictus: quum vero cœpit proficere ad virtutem & ascendere in montem dei atq; ibi immortalibus ministrare mysteriꝝs, tunc dicitur ad eum, vt indicia mortalitatis abiiceret, q̃ in calciamentis pelliceis designantur. Ego puto, quod propterea & apostolis suis saluator præcepit, ne haberent calciamenta in pedibus suis, vt ipsorum pedes, qui currebant ad annunciandam vitã æternam, omni carerent mortalitatis indicio. Quippe qui illam viam incederent, q̃ dixit, Ego sum via, veritas, & vita. Nemo em̃ viã vitę cũ mortalitatis indicio incedit.

Calculus est verbum dei. Vnde Hieronymus ad Damasum papam, exponens illud, Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari: Calculo, ait, videtur mihi sermo diuinus significari. Sicut em̃ calculus genus est lapis durissimi, & rotundi, & omni puritate leuissimi: ita sermo dei qui neq; hæreticorum neq; omnium aduersariorũ potest contradictionibus cedere, calculus dicitur: De hoc calculo Sephora filium circuncidit & Iesus populum purgat à vitiꝝs. Et in Apocalypsi dominus pollicetur vincentibus, vt accipiant calculum, & scribatur super eum nomen nouum. Videtur autem mihi & septuaginta in eo quod antraca, id est, carbonem, transtulerunt, idem sensisse quod cæteri (nempe Aquila & Theodotion) antrax quippe, quem & nos carbunculum interpretamur, genus est lapidis fulgidi, atque nitentis, quem etiam in duodecim lapidibus inuenimus. Siue igitur calculum, siue carbunculum lapidem accipimus, in calculo diuini sermonis veritas, & rigor, in carbunculo lucens doctrina, & manifesta monstratur. Eloquia enim domini, eloquia casta, argentũ igne examinatum, probatũ terræ, purgatũ septuplũ. Et alibi, Mandatum dñi lucidũ, illuminans oculos.

Quid caligo, calixq; mystice significent. Cap. XXIIII.

CAligo confusionem mentis nostræ designat. Vnde diuus Gregorius libro Moraliũ quarto, capite xxi. exponens illud Iob, Occupet eum caligo, hoc pacto scribit: Quia enim in caligine oculus confunditur, ipsa per pœnitentiam mentis nostræ confusio, caligo nominatur. Nam sicut caligo nebulosa congerie obscurat diem, ita confusio, perturbatis cogitationibus, obnubilat mentem, de qua per quendam dicitur: Est confusio adducens gloriam. Quum enim ad mentem male gesta pœnitendo reducimus, graui mox mœrore cõfundimur. Perstrepit in animo turba cogitationũ, mœror conterit, anxietas deuastat, in ærumnam mens vertitur, & quasi quodam nubilo caliginis obscuratur. Hæc nanq; caligo confusionis, eorum mẽtem salubriter oppresserat, quibus apostolus dicebat, Quem enim fructũ habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Hunc ergo peccati diem caligo occupet, id est, blandimentum nequitiæ, afflictio pœnitentiæ, digno mœrore perturbet. Caligo q̃q; peccatum significat. Vnde diuus Gregorius libro Moralium xvi. exponens illud Iob, Nec faciem meam operuit caligo, hoc modo scribit: Qui enim semper diuinæ fortitudinis præsidus aspexit, eius cordis faciem caligo peccati non operuit. Et notandum q̃ ipse priora denuncians, nequaquam ait, Faciem meam nõ tetigit, sed nõ operuit caligo. Sæpe enim etiam corda iustorum subortæ cogitationes polluunt, terrenarum rerum delectationibus tangunt, sed dum citius manu sanctæ discretionis abigũt, festine agitur, ne cordis faciem caligo tentationis operiat, quæ hanc iam ex illicita cogitatiõe tangebat. Nam sæpe in ipso orationis sacrificio importunæ se cogitatiões ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeãt, quod in nobis deo flentes immolamus. Vnde Abraham quum ad occasum solis sacrificium offeret, insistẽtes aues pertulit, quas studiose, ne oblatum sacrificiũ raperẽt, abegit. Sic nos quia in ara cordis holocaustum deo offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne malignispiritus, & peruersæ cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se domino vtiliter sperat. Caligo præterea est nebulositas infidelitatis, iuxta illud Iob, Lapidem quoq; caligo, & vmbram mortis diuidit (siue diuidet) torrens à populo peregrinãte, dicente Gregorio: Quid durus ille perfidus Iudæorum populus, qui autorem vitæ per fidem videre noluit, quem per prophetiam prædixit, nisi lapis caliginis fuit, quia & crudelitate durus est, & infidelitate nebulosus? Et vmbra mortis, id est, diaboli, cuius ille populus, vmbra extitit. Diuidet torrens, id est ignis tremendi iudicis. A populo peregrinante, id est, à sorte electorum qui peregrini, & hospites sunt super terram.

Caligo infidelitas.

Exod.4.b

Exod.4.c

Roma.6.d

Iob.23.b

Gene.15.c

Iob.28.a

Calix

Calix, est furor, siue ira domini, iuxta illud Esaiæ, Consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius. Vsq; ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. Hic est calix (inquit Hieronymus) de quo in psalmis legimus, Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in illud, veruntamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. de quo & ad Hieremiam Deus loquitur, Sume calicem vini meri de manu mea & propinabis cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Et bibent & uomient, & insanient a facie gladij, quem ego mittam in medio eorum. Et notandum, quod calix iste furoris domini gladius eius sit, qui in medio mittitur peccatorum. Calicem quoque in scripturis diuinis passionem intelligimus, iuxta illud, Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Et in Psalmo, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Statimq; infert quis iste sit calix: Preciosa in cõspectu domini, mors sanctorum eius. De hoc passionis, ac martyrij calice, dominus ait Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinauit. Vnum primi mensis, & alterum secundi, vt qui inter sanctos primo mense agnũ comedere non potuerit, secundo mense inter pœnitentes hœdum comedat, vt inquit Hieronymus Matthei xxvi. Et diuus Hieronymus in commentarijs Osee ij. capite, exponens illud Psalmistæ, Calix in manu domini &c. Duos (inquit) calices legimus, & inclinauit ex hoc in illum, de iustitiæ calice in calicem misericordiæ, & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ: Si iniquitates (inquit) obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Et diuus Augustin. lib. de doctrina Christiana ij. cap. xxv. Sunt (inquit) quæ incertum sit, in quam partem accipi debeant, sicut, Calix in manu domini &c. Incertum est enim, vtrum iram Dei significet, non vsque ad nouissimam pœnam, id est, vsq; ad fæcem, an potius gratiam scripturarum, à Iudæis ad gentes transeuntem, quia inclinauit ex hoc in hoc, remanentibus apud Iudæos obseruationibus, quas carnaliter sapiunt, quia fæx eius non est exinanita. Diuus quoq; Augustinus in enarratione eiusdem versus: Calix (inquit) vini meri plenus mixto, videtur mihi esse lex, q̃ data est Iudæis, & omnis illa scriptura veteris (quod dicitur) testamenti, vbi sunt põdera omnium sententiarum. Nam ibi nouum absconditum latet testamentum, tanquam in fece corporalium sacramentorum. Circuncisio carnis, magni sacramenti res est, & intelligitur ex eo circuncisio cordis. Templum Hierusalem illud, magni sacramenti est res & intelligitur ex eo corpus domini. Terra promissionis, intelligitur regnum cœlorum. Calix vero in manu domini, id est in potestate domini, vini meri, id est, legis synceræ, plenus est mixto, id est, cum fæce corporalium sacramentorum. Et quia hunc humiliat, superbum Iudæum, & hunc exaltat, confitentem gentilem, inclinauit ex hoc in hũc, id est inclinauit legem a Iudaico populo in gentilem populum. Eliquatus est inde spiritalis intellectus. Veruntamen fæx eius nõ est exinanita, quia omnia sacramenta carnalia apud Iudæos remanserunt, Bibent omnes peccatores terræ, id est, Iudæi, qui erant peccatores, sed superbi: gentiles autem erant peccatores, sed humiles: sed vide qui fecem, qui vinum bibent. Etenim illi bibendo fæcem, euanuerunt: isti bibendo vinum, iustificati sunt.

Psalm.129.

Psalm.74.

Quid camelus mystice significet. Cap. XXV.

CAmeli nomine (vt diuus ait Gregor.) dominus designatur, sicut ab eodem domino Iudæis aduersantibus dicitur, Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Culex enim suffurando vulnerat, camelus autem sponte se ad suscipiẽda onera inclinat. Liquauerũt ergo Iudæi culicem, quia seditiosum dimitti latronem petierunt. Camelum vero glutierunt, quia eum, qui ad suscipienda nostræ mortalitatis onera sponte descenderat, extinguere clamãdo conati sunt. Rursus cameli nomine populus gentilis exprimitur. Vnde & Rebecca ad Isaac veniens, dorso cameli deducitur, quia ad Christum ex gentilitate ecclesia properans, intortis, vitiosisq; vitæ veteris conuersationibus inuenitur. Quæ viso Isaac, descendit & ab elatione celsitudinis ima humilitatis petiuit. Quæ & verecundata, pallio velatur, quia coram illo ex anteacta vita, confunditur. Vnde & per Apostolum eiusdem gentibus dicitur: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Per camelos igitur, fortes moribus, atq; onustos idolorum cultibus, gentilium populos sentiamus. Quia enim ex semetipsis sibi inuenerunt Deos, quos colerent, quasi à semetipsis eis onus in dorso excreuerat, quod portarent. Potest etiam per camelos, quia commune est animal, Samaritanorum vita signari. Cameli nanque ruminant, sed nequaquam vngulã findunt. Samaritani quoq; quasi ruminãt, quia ex parte legis verba suscipiunt, & quasi vngulã nõ findũt, quia eam pro parte contemnunt. Qui & graue onus in dorso mẽtis tolerant, quia in oñe q̃ faciunt, sine spe æternitatis

Matt.23.c

Gene. 14.

Roma 6.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

elaborant. Fidem quippe resurrectionis nesciunt. Et quid esse grauius, atq; onustius potest,
quam afflictionem seculi prætereuntis agere, & nequaquam ad releuationem mentis, gaudia
remunerationis sperare? Diuus quoq; Hieronimus lib. xvj. in Esaiam, hoc pacto scribit, enar-
Esai. 60 a rans illud, Inūdatio camelorum operiet te: Diues ille (inquit) qui instar cameli portabat in
euangelio diuitiarum pondera, & camelus erat, noluit domini audire consilia, nec exonerari,
vt abiecta sarcina, alis columbæ volaret ad cœlum, propterea tristis abijt. Et de istiusmodi ca-
melo saluator loquitur, Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in re-
gnum cœlorum. Difficultatem rei proposuit, non impossibilitatem. Deniq; sanctæ memoriæ
mater tua Paula, fraterq; Pammachius, per foramen acus, hoc est, per arctam & angustam vi-
am, quæ ducit ad vitam transierunt in regna cœlorum, latam viam eum sarcinis relinquen-
Zach. 14 c tes, quæ ducit ad tartarum. Et exponens illud Zachariæ, Et sic erit ruina equi, & muli, & ca-
meli: Dicamus (inquit) camelos omnes peccatores esse, qui graui peccatorum sarcina depri
muntur & videntur sibi sanctas scripturas legere, sed vngulam non findunt ruminantes elo
quia diuina, & ea quæ scripta sunt, negligentes. Rectius autem camelus dici potest populus Iu
dæorum, qui & ipse legem Dei meditatur, & eam ruminat, & voluit in pectore, sed non diui
dit vngulam: vt credat in patrem & in filium, & in eo immundus est, quod nequaquam se-
parat literam a spiritu, vmbram a veritate, & portat legis onera, & audit per prophetam: Ve
Esai. 1. a gens peccatrix, populus plenus delictis. De istiusmodi camelo, qui ruminat, vngulamq; non
findit, & in Prouerbijs, quasi ad filium dicitur, Qui reliquit custodire disciplinam patris, me
Matt. 23. c. ditabitur eloquia mala. Et exponens illud euangelicū. Excolantes culicem, camelum autem
glutientes: Camelum (inquit) puto esse secūdum sensum præsentis loci, & magnitudinem p̄
ceptorum iudicium, & misericordiam, & fidem. Culicem autem decimas mentę, anethi, & cy
mini, & reliq; olerū. Hæc cōtra p̄ceptū Dei, quæ magna sunt, deuoramus, atq; negli-
gimus, & opinionem religionis in paruis, quæ lucrum habent, diligentiam demonstramus.
Luc. 13. c. Et diuus Aug. lib. quæst. euang. cap. xxxxvj. Quid est (inquit) q̄ ait, Facilius est camelū p̄ fo
ramen acus transire, q̄ diuitem intrare in regnū Dei? Diuitē hic appellat cupidū rerū tēpora
liū & de talibus superbientem. Camelī autē nomine, se intelligi voluit, quia humiliatus, one-
ra sustulit. In quo enim manifestius intelligitur, q̄ in ipso, q̄ scriptū est, Quāto magnus es, hu-
Eccli. 3. c milia te in omnibus? Per acum autem punctiones significat, id est, dolores in passione suscep
tos. Sensus est aūt, facilius Christum pati pro dilectoribus sæculi, q̄ dilectores sæculi ad Chri
stum posse conuerti. Quod aūt ait, Quæ impossibilia sunt &c. ita accipiendum est: Possibi-
le est Deo, vt per verbum eius, sicut & iam factū esse, & etiam quotidie fieri videmus, à cupi
ditate temporalium, ad charitatem æternorum, & à pernicioſa superbia, ad humilitatem salu
berrimam cōuertantur. Et lib. i. cap. xxxv. Quod dominus dicit, Excolantes culicem, refer-
tur ad id quod dixit, Decimare illos minuta quęq;. Camelū glutiētes, refertur ad id, quod dix
it, Præteritis grauiora legis, misericordiam, & iudicium, & fidem: vt iste sit sensus, Minima ob
seruatis, maxima contēnitis. Ex hac enim peruersitate etiā eis illud accidit, q̄ possunt hæc per
allegoriam referri, vt dimitterent. Barrabam, quia videlicet ipse nō soluerat sabbatum, q̄ ma
gna diligentia carnaliter obseruabant. Occiderunt autē dām, spiritualiter sabbatū insinuātē q̄
misericordiam & iudicium, & fidē, quę illi maxime contemnebant. Nam & culicis nomine
non absurdē figuratur seditiosus homicida, quia hoc animal & strependo inquietat, & san-
guine delectatur, & cameli nomine propter humilitatē se ad subeunda onera submittentis
propter magnitudinem, intelligitur congruenter dominus.

Quid caminus, campus, candelabrum, canisq; mystice significent. Cap. XXVI.

CAminus ē adulātiū lingua, & passio tribulatiōis, vt diuus ait Augustinus exponēs illud Psal.
Auertantur statim erubescētes, q̄ dicūt mihi, Euge euge. Duo sunt (inquit) g̃ra p̄secu-
Psalm. 69 a torū, vituperātiū, & adulantium. Plus p̄sequit lingua adulatoris, quam manus interfectoris.
Nā & ipsam caminū dixit scriptura. Certē quū de p̄secutiōe loq̄retur, scriptura dixit, Tanq̄
aurū in fornace probauit illos, de martiribus interfectis, & sicut holocausti hostiā accepit il-
los. Audi quia & lingua adulantiū talis est: Probatio (inquit) argēti, & auri, ignis: vir aūt pro
bat̄ p os laudātiū eū. Argenti (inquit) & auri, Ignis ille, ignis & iste, de vtroq; te saluum opor
tet exire. Fregit te reprehēsor, fractus es in fornace tāq̄ vas fictile, formauit & verbū & venit tē
tatio tribulationis. Illud q̄ fotmatū ē, oportet vt coquat̄. Si bene formatū est, accedit ignis,
Psalm. 11. d vt firmet. Vnde ille dicebat in passione, Aruit tanq̄ testa virtus mea. Passio q̄ppe, & caminus
tribulatiōis fecerat fortiorē. Rursus si laudaris ab adulantibus, & assentātibus, & annueris eis
veluti emens oleū, non tecū portās, sicut quinq; virgines insipiētes, erit caminus fracturę tuæ
etiam os

etiam os laudantium te, sed sine his non possumus, necesse est vt intremus in hæc, & exeamus
inde, intremus in vituperationem aliquam malorum, & improborū, intremus & in assenta-
tionem aliquam adulatorum, sed exire inde opus est. Rogemus eum de q̄ dictū est, Custodiat
dominus introitū tuum & exitū tuū, vt intrans integer, sic exeas integer. Ait enim & Apost.
Fidelis est Deus, qui non vos sinat tentari supra quam potestis. Audistis ingressum, audite &
exitū: Sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis tolerare.

Campus est carnis voluptas, & lata via, quę ducit ad interitum, vt diuus ait Augustinus enar-
rans illud Psal. Insuper & pecora campi: Pecora (inquit) campi, congruentissime accipiuntur
homines in carnis voluptate gaudētes, vbi nihil arduū, nihil laboriosum ascendūt. Cāpus est enī
etiā lata via, quæ ducit ad interitum. Et in campo Abel occiditur. Quare metuendum est,
ne quis q̄ descendens de montibus iustitiæ dei (iustitia enim (inquit) tua, velut montes Dei)
latitudines, & facilitates voluptatis carnalis eligens, a diabolo trucidetur. Item campi sunt
populi iusti, vt idem Aug. ait, enarrans illud Psalmistæ, Et campi tui replebuntur vbertate:
Campi (inquit) propter æqualitatem dicti sunt populi iusti. Et exponens illud Psalmistæ,
Gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt: Omnes (inquit) lenes, omnes mites, omnes æq,
campi sunt Dei.

Candelabrum aureū, est lex Moysi, vt inquit Hier. exponēs illud Zachar. Et ecce can-
delabrum aur. tot. & c. Candelabrum aureum legē interpretantur Hebræi, Lampadem au
tem, id est flammā in vertice candelabri lucentē, atq; fulgentem, Christum, qui caput legis
fit, & omnem mundum illuminat. Septem lucernas super candelabrum, septem gratias spi-
ritus sancti. Nulli enim dubium, quin lex spiritu sancto dictāte conscripta fit. Septem autē in-
fusoria, in quibus oleum fit, q̄ mittatur in lucernas, quæ super candelabro luceant, hoc in-
telligi volunt, septem istas gratias de cœlo ad homines per legē descendere. Duas autē oliuas
sup candelabrum a parte dextra, & sinistra, inter quas media lampas luceat, legē & p̄phetas in
terpretantur. Hæc ab Hebræis dicta reperimus, nunc qd ab ecclesiasticis viris in cōmētarijs
scriptum sit disseramus. Cādelabrū autē de auro purissimo, ecclesiā intelligunt, q̄ in scripturis
sanctis sensum, ac mentē, magis q̄ verba perqrit. Quod autē in sensu aurū accipiat̄, posterio-
ra, & humeri colūbæ ostendunt, q̄ dicunt̄ auri vitore, siue fulgore radiare. Lampadē & ipsi
Christū intelligunt, q̄ luceat in Ecclesia, q̄ de seipso dicebat: Nemo lucernam accendit & po-
nit eā sub modio, hoc est sub mēsura legis, sed super candelabrū, i. euāgelij libertatē, vt luceat
cunctis, q̄ sunt in domo. Lucernas septem & effusoria earū & ipsi gratias sancti spiritus intel
ligunt, per quas oleum misericordiæ Dei, cunctarūq; virtutum ecclesia susc̄ipit. Duas oliuas
super candelabrū, & ipsi Moysen, & Heliam intelligunt, qui cū dño loquebantur in monte,
& significabant qd in Hierusalē passurus esset. Omnis enim lex, & prophetę de Christi p̄-
dicant passione. Alij duas oliuas stantes a dextris, & à sinistris, legem, & Euangelium inter-
p̄tantur, vt in dextera Euangelium sit, in sinistra lex, de qua dextera, & sinistra, dicit̄ in Canti-
co Canticorū: Sinistra eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me.

Canes in sacro eloquio doctores designant sanctos, vt diuus ait Gregorius, enarrans il
Iud Iob. Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Grex sanctæ eccle-
siæ, est fidelium multitudo, canes vero, sunt doctores sancti, qui eorundē fidelium custodes
extiterunt, qui dum pro domino suo diurnis, nocturnisq; vigilijs intenti clamauerunt, mag
nos (vt ita dixerim) latratus p̄dicationis dederunt, De quibus ecclesiæ doctoribus per Psal.
dicitur, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Nonnulli quippe ab idolorū cultibus reuo
cati, facti sunt prædicatores Dei. Lingua ergo canum ecclesiæ ex inimicis prodijt, quia cōuer
sos gentiles dominus etiam prædicatores fecit. Vnde Iudæorū tarditas, qui pro Deo loqui
noluerunt, increpante propheta, reprehēditur, q̄ ait: Canes muti nō valentes latrare. Patres
vero hæreticorū dicimus, eos videlicet, q̄s hæresiarchas vocamus, de q̄rum peruersa prædica-
tione, id est locutionis semine, sequentes sunt populi in errore generati. Sancta ergo ecclesia
cum canibus gregis sui hęreticorū patres ponere dedignatur, quia inuentores errorum dijū-
dicando respuit, eosq; inter veros patres numerare cōtemnit, & cum rectis predicatoribus
nō ascribit. Et diuus Hie. Canes (inquit) ethnici p̄pter idolatriam dicuntur, qui cśui sanguinis
dediti, & cadaueribus mortuorū feruntur in rabiem. de quibus dominus in Euangelio: Non
est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et exponens illud Esaiæ Vniuersi ca
nes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia, & canes impu
dentissimi nescierunt saturitatem. Qui enim (inquit) gregem domini custodire debebant, &
lupos àbigere, & latrare pro domino, diligunt somnia, & demoniacis visionibus delectāt. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

est sensus: Non possunt loqui veritatem, sed vniuersa mendacia, nec hoc fine contenti sunt, q̃ in custo dia gregis domini dormiebant, & latrare non poterant, & amabãt cubile, per quod voluptas corporis indicatur, sed apud suos impudentis animæ nescierunt saturitatẽ, qui nun quam suo saturantur errore, qui deuorant plebem domini, sicut escam panis, & domos vidua rũ, gulæq; ac libidini seruiũt. Non enim possunt dicere, Mandatũ domini lucidum, illuminans oculos, nec nosse quod scriptum est, Sapientia hominis illuminat faciem eius. Et canes muti aduersum inimicos, de q̃bus scriptum est, Nolite sanctum dare canibus. Et canes dormiẽtes, qui nesciunt esse præceptũ, Ne dederis somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationẽ. Et rursum: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et idcirco dantes lo cum diabolo, canes impudentissimi sunt, qui nunquam saturantur. Vomunt enim quod co mederunt, & reuertuntur ad vomitum suum. De quibus & Petrus Apost. loquitur: Accidit il lis verum illud prouerbium, Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Quos speculatores & canes, eosdem esse pastores, sequens sermo demonstrat. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Et per Moysen scriptũ est: Non offeres mercedẽ meretricis, ne que preciũ canis in domo Dei tui. Pulchreq; canis, & meretrix copulantur, quia vtrunq; ani mal pronum est ad libidinem. Et Esaiæ sexagesimo sexto: Qui mactat pecus, quasi qui exce rebret canem. Et exponens illud Ecclesiastis, Melius est canis viuus leone mortuo: Peccator (inquit) viuens potest melior esse iusto mortuo, si voluerit in eius transire virtutes. Vel certe eo qui se in malitia, potentia, procacitate iactabat, & mortuus fuerit, melior potest quis pau per esse, & vilissimus. Quare? Quia viuentes metu mortis possunt bona opera perpetrare; mortui vero, nihil valẽt abijcere, quod semel secum tulere de vita sed & dilectio eorũ, & odiũ, & æmulatio, & omne quod in sæculo habere potuerũt, mortis finitur aduẽtu, nec iuste quip pe possunt agere, nec peccare, nec virtutes adijcere, nec vitia. Et Chananæam illam, cui dictum Num. 23. est, Fides tua te saluã fecit, canem esse iuxta Euangelium dicamus, leonem vero mortuum, cir cuncisionis populum, sicut Balaam propheta dicit, Ecce populus vt catulus leonis cõsurget, & vt leo exultans. Canis ergo viuẽs nos sumus ex nationibus, leo aũt mortuus, Iudæorum est populus a dño derelictus. Et melior est apud dñm iste canis viuẽs, q̃ leo ille mortuus. Nos enim viuentes cognoscimus patrem, & filium & spiritũ sanctũ: illi vero mortui nihil sciũt, neq; ex pectant aliquam repromissionem, atq; mercedem, sed completa est memoria eorum. Et Au Psalm. 67. gu. ad Paulinum, epist. lix. Quod scriptũ est, Lingua canũ tuorũ ex inimicis ab ipso, non sic in August. malo accipiendi sunt canes, alioquin non reprehenderentur apud prophetã, Canes nescientes latrare, & amãtes dormire. Profecto enim laudabiles canes essent, si & latrare scirent & vigi lare amarent. Et certe illi trecenti in numero per crucis literam sacratissimo non eligerentur ad victoriam faciendam, qui tanq̃ canes lamberent aq̃ nisi aliquid magnũ significarent. Vigi lant enim & latrant boni canes, & pro domo, & pro domino & pro grege, & pro pastore. De niq; & hic in ecclesiæ laudibus, quum prophetia exereretur, lingua canũ est cõmemorata, nõ dentes. Tuorũ aũt canum dixit, ex inimicis, id est, vt qui erant inimici tui, fierẽt canes tui, & latrarent pro te, qui seuiebant in te. Addidit autem, Ab ipso, vt non à seipsis hoc factum intel ligerẽt, sed ab ipso, id est, a misericordia eius, & gratia. Et in eadem epistola: Lingua (inquit) ca nũ tuorũ, ex inimicis ab ipso? Et nunqd canes Dei dici possunt gentiles, quos ipse in euange Matt. 15 lio canes nominat? Aut ne forte ipsos canes Dei dicat, quales estimari possunt, si qui in nomi ne Christiano gẽtiliter viuant, quorum pars cum infidelibus ponitur, quia Deum quem ve Psalm. 21. d bis colunt, factis negant? Et ad Honoratum, epist. cxx, exponens illud Psal. Quoniam circũ dederunt me canes multi, concilium malignantiũ obsedit me. Quos dixit canes multos, & cõ ciliũ malignantiũ? Canes eos videlicet appellans, qui plerũq; contra innocẽtes latrãt, cũ qui bus non habent consuetudinẽ. Et infra. Et de manu canis vnicã meã, nihil aptius, q̃ vnica ec clesia mihi videtur intelligi. Canem vero appellauit mundũ nõ ratione, sed consuetudine cõ tra insolitã veritatẽ latrãtẽ. Hæcẽ enim canũ natura, vt cũ q̃bus habent cõsuetudinem, siue illi boni, siue mali sint, non ad eos latrent: insolitorum autem personis visis, etiam innocentibus, irritentur. Manu autem canis potestatem mundi significauit. Et libro secundo locutionis de Exodo, exponens illud Exodi, In filijs autem Israel, non mutiet canis lingua sua: Elegantissi Exod. 11. b. ma (inquit) locutio est. Per canem quippe extremum significauit, vel hominum, vel pecorũ, ita commendauit, quanta in Hebræis quies futura esset. Aegyptijs acerba orbitate clamanti bus. Canes quoq; nequissimos significant homines. Vnde Augustinus lib. ij. quest. euangel orum, exponens illud, Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius: Canes (inquit) qui lingebant, nequissimi homines sunt amãtes peccata, q̃ lata lingua etiã laudare nõ cessant ope

ra mala, quæ in se alius gemens, & confitens, detestatur. Vlcera quoque, passiones sunt domi ni ex infirmitate carnis, quam pro nobis susciperе dignatus est. Canes ergo qui lingebãt, gentes sunt: quos homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi. Et tamen passiones domini in sacramentis corporis, & sanguinis eius, per totum iam orbem suauitate lambunt deuotissima. Et lib. ij. de sermone domini in monte, exponens illud euangelicum, Nolite san ctum dare canibus: Quapropter (inquit) canes quoniam exiliunt ad dilacerandum, quod au tem dilacerant integrũ esse non sinunt: Nolite (inquit) sanctum dare canibus, id est, oppu gnatoribus veritatis, quia & si dilacerari, & corrumpi non potest, & manet integrum, atq; in uiolabile, illi tamen qui vellent, cogitanuum est, q̃ acriter, arq; inimicissime resistunt, & quã tũ in ipsis est, si fieri possit, conantur perimere veritatẽ. Et enarrans illud Psalmistæ, Lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso: Eosdem (inquit) ipsos, qui vsq; ad sanguinem fuerant pro fide euangelica certaturi, etiam canes vocans, tanq̃ pro suo domino latrantes, nõ illos canes, de quibus dicit Apostolus, Cauete canes: sed illos, qui edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorũ suorũ. Canes laudabiles, non detestabiles, fidem seruantes domino suo, & pro eius domo contra inimicos latrantes. De talibus canibus, & in alio Psalmo dicitur, Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. Nam & quidã canes reprehensi sunt a propheta Esaia, nõ ideo quia canes essent, sed quod latrare nescirent, & dormitare amarent. vbi vtiq; de monstrauit quia si vigilarent, & pro domino suo latrarent, laudabiles canes essent, sicut lau dantur isti, de quibus dicitur, Lingua canum tuorum &c.

Quid capillus mystice significet. Cap. XXVII.

CApilli defluentes, animi cogitationes sunt (vt diuus inquit Gregorius, in lib. secũdo Mo ral. cap. xxxviij. exponens illud Iob, Et tõso capite, corruens in terram adorauit.) Quid (inquit) moraliter per capillos, nisi defluentes animi cogitationes accipimus? Vnde & alias Psalm. 58 b ecclesiæ voce, dicitur: Sciut vitta coccinea, labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce. Vitta qp- Esaiæ. 56. b pe crines capitis astringit. Labia ergo sponsæ, sicut vitta sunt, quia exhortatione sanctæ eccle siæ, cunctæ in auditorum mentibus diffusæ cogitationes ligantur, ne remisse defluant, ne sese per illicita spargant, ne sparsę, cordis oculos deprimant, sed quasi ad vnam se intentionẽ colli gant, dum vitta eas sanctæ prædicationis ligat. Quam recte, & coccineam asserit, quia sancto rum predicatio sola, charitatis ardore flammescit. Caput, est mens ipsa, iuxta illud: Et oleum, id est, charitas de capite tuo non deficiat, id est, de mente tua non discedat. Caput ergo ton dere, est cogitationes superfluas a mente resecare, & tonso capite in terram corruit, quia re pressis præsumptionis suę cogitatiõibus, quam in semetipso infirmus sit, humiliter agnoscit. Quid est, quod Nazaræi capillos nutriunt, nisi quod per vitã magnæ continentiæ præsump Eccli. 9. b. tionum cogitationes crescunt? Sed quid est, quod deuotione conpleta, caput Nazaræus rade re, capillosq; in igne sacrificij ponere iubetur, nisi quod tunc ad perfectionis summam pertin gimus, quum sic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes superfluas a mente resece- Nume. 6. b. mus? Quas nimirum sacrificij igne concremare est, flamma eas diuini amoris incendere, vt totum cor in Dei amore ardeat, & cogitationes superfluas concremans, quasi Nazaræi capil los deuotionis perfectione consumat. Et Origenes homilia octaua super Leuiticum, expo niens illud Leuitici, Post hæc autem omnem pilum radet. Quod autem (inquit) radi iubet omnem pilum, puto quod omne quicquid emortui operis animæ positæ in peccatis, exor tum est. Hoc enim nunc pili nomine iubetur abijcere. Peccator enim omne quod ei, siue in cõsilio natum est, siue in verbo, siue in opere, expedit, si vere purificari vult, vt eradat, & abij ciat, nec residere aliquid patiatur. Sanctus autem seruare debet omnem capillum, & si possibi le est, nec ascendere debet ferrum super caput eius, ne abscindere aliquid de cogitationibus suis sapientibus, aut dictis, aut operibus possit. Inde denique est, quod & Samueli fer rum dicitur non ascendisse super caput, sed & omnibus Nazaræis, qui sunt iusti, quia iustus (si cut scriptum est) omnia quæcunque fecerit, semper prosperabuntur, & folia eius non deci dent. Hinc & discipulorum domini etiam capilli capitis dicuntur esse numerati, hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum seruantur apud Deum, quia iustę, quia sanctę sunt. Peccatorum vero omne opus, omnis sermo, omnis cogitatio debet abscin di. Et hoc est quod dicitur, vt omnis pilus corporis eius radatur, & mundus erit. Et homí lia prima super Numeros: Saluator (inquit) non solum discipulos suos electos sub numero sta tui t, verum & capillos capitis eorum dicit esse numeratos. Ait enim: Vestri aũt etiã capilli ca pitis numerati sunt. In quo vtiq; non illos dicebat capillos esse numeratos, qui vel ferro attõ deri, & projci sõlent, vel temporis ætate defluere, ac perire, sed illi capitis capilli apud Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

numerati sunt, qui in Nazareis erant, quibus inerat virtus spiritus sancti ad prosternendos alienigenas. Virtutes ergo animi & multitudinem sensuum, qui de principali mentis, tanq̃ de capite Apostolorum producebantur, capillos capitis appellauit. Et Ambro. lib. secundo de spiritu sancto in prologo de Sansone loquẽs: Tantum ne (inquit) momẽti crines habuere capitis, vt manentibus his, virtus inuicta duraret, tonso autem capite fortitudo oñis viri subito solueretur? Non ita est, vt tantã vim corporalium capillorum putemus. Sunt quidẽ crines religionis, & fidei, crines Nazaræi in lege perfecti, in parsimonia & abstinẽtia consecrati, quibus illa in typo ecclesiæ, q̃ dñi pedes oleo perfuderat, verbi cœlestis vestigia detergebat. Tunc enim & secundum carnem noueramus Christum. Isti videlicet crines, de qbus dicitur: Capillatura tua, vt greges caprarum, ex illo capite pullulantes, de quo dictum est. Caput autem viri Christus. Et alibi: Caput eius auru̇ Cephas, & collum eius abietes nigræ: Et bonæ abietes, naues Tharsis quæ fluctibus supernatant mundi, & tutum remigiũ salutis exhibent. Vnde & in euangelio dñs noster visibiles capitis, & intelligibiles capillos quosdam esse significans, ait: Sed & capilli capitis vestri, omnes numerati sunt, spiritalium videlicet significans facta virtutum. Neq; enim de capillis nostris cura est deo, quanquam & illud non absurdum sit æstimare, quia pro maiestate diuina eum latere nihil possit. Sed quid mihi prodest, si deus ipse omnes meos nouit capillos? Illud mihi redundat, & proficit, si bonorũ operum peruigil testis, remunerationem gloriæ donet æternæ. Deniq; & ipse Sanson non corporales, sed intelligibiles hos capillos esse declarans ait: Si tonsus fuero, descendet à me virtus mea. Hoc de mysterio. Hæc ille. Et in Apocalypsi, Caput (inquit) eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Capilli erant candidi id est, sancti extenuati, & adhærentes ipsi capiti, vel cogitationes eius.

Quid capra, & caprea, caputq; mystice significent. Cap. XXVIII.

CApra, contemplatiuam vitam designat (vt inquit diuus Greg. lib. xxxɳ. Moralium. cap. ɳ. vbi exponit illud Leuiti. Offerat agnam de gregibus, siue caprã.) Quid, inquit, per agnam, nisi actiuæ vitæ innocentia, quid per capram, q̃ in summis sæpe, extremisq; rupibus pendens, pascitur, nisi contemplatiua vita signatur? Qui ergo se conspicit promissa, ac proposita non impleſſe, ad sacrificium Dei sese studiosius debet, vel in innocẽtia boni operis, vel in sublimi pastu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus capra vero offerri de gregibus non iubet, quia actiua vita multorum est, contẽplatiua vero paucorum. Et quũ hæc agimus, q̃ multos agere & egisse conspicimus, quasi agnã de gregibus demus.

Capreæ proprietatem, & assimilationem declarat Origen. homil. ɳ. in Cant. Cant. exponens illud, Similis est fratruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorũ in montibus Bethel: Hæc, inquit duo animalia in scripturis frequentius noiantur, & quo amplius admireris sæpius iuncta ponuntur. Et hæc sunt (ait) q̃ manducabis, post paululum inferens, Capream & seruum. In ſſenti quoq; lib. pariter noiantur ceruus & caprea. Quodãmodo eñ cognata sibi sunt, & vicina ista animalia. Caprea id est dorcas, acutissime videt, ceruus, interfector serpentum est. Dorcas, hoc est caprea, secundum eorum phisiologiã, qui de naturis omnium animaliũ disputant, ex insita sibi vi nomẽ accepit. Ab eo enim q̃ acutius videat, id est, Apotu oxidorcin dorcas appellata est. ceruus vero serpentum inimicus, ac debellator est, ita vt spiritu narium eos extrahat de cauernis, & superata pernicie veneni, eorum pabulo delectetur. Forsitan saluator meus caprea fit iuxta Theorian, ceruus iuxta opera. Quænã ista sunt opera? Interficit ipse serpentes, contrarias fortitudines iugulat. Ideo dicam ei: Tu contriuisti capita draconum super aquam, tu contriuisti caput draconis. Similis est fratruelis meus capreæ &cet. Et Hierony. exponens illud Ezechielis, Et die secunda tollens hœdos duos de capris &cet. Græco (inquit) sermone, caprarum & hircorum grex, sublimium conuersatio dicitur, hoc est, Aepolion, quasi Aepopolion. Siquidẽ Aepos excelsum, Polion, cõuersationẽ significat. Et in caput Ezechielis septimum, enarrans illud Ecclesiastis. Ne impie agas multum: Si iuxta (inquit) eos, qui de phyſicis disputant, nouit hyrundo pullos de succo oculare chelidoniæ, & dictarum capreæ appetunt vulneratæ, cur nos ignoremus medicinam pœnitentiæ propositam esse peccantibus?

Caput mentem significat & Christum, vt dictum est in dictione capilli. Sic enim Apost. Viri caput Christus est. Et alio in loco: Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Et rursus: Charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus cõpactum &c. Et rursus: Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Et rursus: Et estis in illo repleti, q̃ est caput oñis principatus, & potestatis. Vnde est anno-

est annotandum, totam ecclesiam vnum corpus dici mysticum ob similitudinem, quam ad naturale corpus habet. Siquidem (vt ait Apostolus) sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia membra autem non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem, alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes. In capite autem, quod est Christus, primum quidem expẽdendus est ordo. Nam caput si à superiori incipias prima est hominis pars: itidem secundum propinquitatem ad Deum gratia Christi & altior, & prior est, quoniam de plenitudine eius, omnes nos accepimus. Et Apostolus ait: Quos præsciuit, hos & prædestinauit, conformes fieri imagini filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Deinde in capite consyderanda est perfectio. Siquidem in capite omnes tum interiores, tum exteriores sunt sensus, cœteris membris solum tactum habentibus: itidem in Christo perfectio est, ac plenitudo omnium gratiarum, dicente Iohanne Apostolo: Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Subinde in capite virtus intuenda est. Nam cœterorum membrorum virtus, motus, ac regimen suis in actibus, à capite est. Nam in capite vis sensitiua, atque motiua, dominatur. itidem Christus in omnia ecclesiæ membra vim habet influendi gratiam. Est autem Christus omnium hominum caput, qui fuerunt à principio mundi. Primum quidem, ac potissimum eorum, qui sibi actu per gloriam vniuntur, deinde eorum, qui actu per charitatem sibi cohærent. subinde eorum, qui per fidem sibi coniunguntur, postea vero eorum, qui potentia sibi coniunguntur, in actum secundum diuinam prædestinationem reducenda, demum eorum qui in hoc mundo viuentes, non prædestinatos, qui potentia duntaxat nunquam in actum reducenda sibi copulantur, qui ex hoc mundo recedentes, esse Christi membra, penitus desistent. Est autem Christus omnium eorum caput, qui secundum omnem locum, tempus, ac statum ad ecclesiã pertinẽt & propria virtute, atq; autoritate, quod cæteris conuenire hominibus nequit. Possunt siquidem alij homines vnius loci, ac determinati temporis, & status & Christi autoritate ecclesiæ, siue ecclesiarum capita esse, vt episcopi, vt pontifices, vt Apostoli, dicente Paulo, Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Et alio in loco: Ego q̃ donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi. Et non mõ hominum, verumetiam & Angelorum caput dicitur Christus, iuxta illud Apostoli: Qui est caput oĩs principatus & potestatis. Nam corpus ecclesię mysticum, non modo ex hominibus, sed etiam ex Angelis constat, qui omnes ad vnum finem, qui est diuinæ visionis, ac fruitionis gloria, ordinantur, quorum caput est Christus, qui Deo propinquior est, & ipsius dona pfectius participat. Vnde tã homines, quam Angeli illius recipiunt influentiam. Nam (vt ait Apostolus) Deus pater constituit Christum ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem potestatem & principatum, virtutẽ, & dominationẽ, & omne nomẽ, q̃ nominatur nõ solũ in hoc sæculo, sed etiã in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et igitur Christus & hominum, & Angelorum caput.

Iohan. 1.

1. Cor. 2.

Ephe. 4

Quid carbones, carbunculusq; mystice significent. Cap. XXIX.

CArbones quid mystice significent, diuus Augustinus enarrans illud Psalmi, Carbones succensi sunt ab eo, hoc pacto declarat: Qui iam (inquit) mortui erant deserti ab igne boni desiderij, ac luce iustitiæ, & frigidi, tenebrosiq; remanserant, rursus accensi, & illuminati, reuixerunt. Et exponens illud Psalmistæ, Cum carbonibus desolatorijs, siue vastatoribus: Vastatores (inquit) carbones dicuntur, quia vastando, & desolando ad desolationem facile perducunt. Exempla sunt carbones vastatores. Accepisti tu præceptum euangelicum, habes sagittam, sed carbones nondum habes. Sunt & carbones, vtputa dixit tibi Deus: Tu non potes, quare ille potest? quare alter potuit? Nunquid tu delicatior es illo illo senatore? Nunquid tu infirmior es illo senatore? Nunquid tu infirmior es fœminis? fœminę potuerunt, viri nõ possunt? Delicati diuites potuerunt pauperes nõ possunt: Sed ego (inquit) multum peccaui, & multum peccator sum. Numerantur etiam, qui multum peccauerunt, & eo amplius amauerunt, quo plura illis dimissa sunt peccata. Quomodo dictum est in euangelio? Cui modicum dimittitur, modicum diligit. Quum ergo fuerint ista enumerata & nominatim dicti fuerint homines qui potuerunt, ille accepta sagitta in corde accedentibus etiam carbonibus desolatorijs, desolatur. id est, ad desolationem perducitur in illo cogitatio terrena, siue carnalis, & secularis amor. Dicti sunt ergo carbones, quia qui se conuertunt ad dominum, de mortuis reuiuiscũt. Nã extincti carbones mortui dicũtur, ardentes, viui appellantur. Exempla ergo multorum iniquorum, qui conuersi sunt ad dominum, carbones dicti sunt. Et exponẽs illud Psal. Decident super eos carbones ignis in terra, & deijcies eos: Dictum est (inquit) de qbusdã carbonibus, Quid detur tibi &c. Sagittæ potentis acutæ, cũ carbonibus vastatorijs, i. verba Dei

Psalm. 17.

Luc. 7. 8.

Psalm. 139.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cor transfigentia,& veritatem perimentia,amoremq; gignẽtia,& exempla hominum, qui mortui erant & reuixerunt,& nigri erant,& fulgentes effecti sunt. Carbones enim tenebrę sunt,color indicat,sed quum ad eos accesserit flamma charitatis, & ex mortuis reuixerint, audiant ab Apostolo: Fuistis enim aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino. Attendi mus carbones illos: Qui erat heri ebriosus, hodie sobrius est. Qui erat heri adulter,hodie castus est. Qui erat heri raptor,hodie largitor. Omnes isti carbones ignis sunt. Decidentiu per eos,id est,super malos carbones ignis in terrã,id est, in hac vita,& dẽcies eos antequã veniat ignis æternus. Et lib. vnico expositionis quarundã propositionum cap. lxxi. Quod
Roma. 12 d autem ait,Si esurierit inimicus tuus,ciba illum: si sitit,potum da illi. Hoc enim faciens,carbones ignis congeres super caput eius,intelligendum est,ad hoc dictum esse,vt eum qui nos lę serit,prouocemus ad pœnitentiam facti sui,quum ei nos bene faciamus. Isti enim carbones ignis ad exustionem,id est,contribulationẽ spiritus valent,qui est caput animæ,in qua exuritur omnis malitia, quum homo in melius per pœnitentiam commutatur,vt sunt illi carbones,de quibus dicitur: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Et diuus Hieronymus exponẽs illud Hieremiæ,Denigrata est super carbones facies eorum, hoc modo scribit,Nigri enim post candorem fiunt,quia amissa dei iustitia, quum de se prẽsumũt,in ea etiã, quæ non intelligunt,dilabuntur peccata. Et qui post amoris ignem,ad frigus torporis ve-
Psalm. 119 niunt,extinctis carbonibus,ex comparatione præferuntur. Nõnunquam enim dum timorem dei per sui fiduciam deserunt,etiam frigidis mentibus,frigidiores fiunt.

Thren. 4.b Carbunculus qui paratur,siue per ordinẽ sternitur,videtur mihi ignitus sermo doctrinę, qui fugato errore tenebrarum,illuminat corda credentium. Hic est, quẽ vnus de Seraphim tulit forcipe comprehẽsum ad Esaiæ labia purganda, qui nascitur iuxta Geneseos fidẽ in terra Heuilat,vbi est aurum optimum,lapisq; carbunculus & prasinus. Hæc Hierony. exponẽs illud Esaiæ,cap. liiij. secũdum lxx. Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum.

Quid catena,cauda,cauernaq;,cæcusq;,atq; cedrus,mystice significent. Cap. XXX.

CAtena est retentio peregrinationis (vt diuus scribit Greg. lib. xxvi. Moral. cap. xxvij. exponens illud Iob,Et si fuerint in catenis &c.) Catenæ (inquit) obligatiõis sunt,ipsis
Iob. 36 a. adhuc retentio peregrinationis. Ligatum se his catenis Paulus aspexerat,quũ dicebat. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Potest & in catenis pœna etiam tẽporalis afflictionis intelligi,quia sæpe iubentis verba non audiunt,ferientis verberibus admonentur, vt ad bona æterna,saltem pœnæ trahant,quos præmia non inuitant.

Cauda antichristum significat,iuxta illud Iob,Stringit caudã suam, quasi cedrum. Sicut enim cedrus (vt diuus ait Gregorius) arbusta cætera in altum crescẽdo deserit,ita tunc antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens,mensuras hominum,& honoris culmina, & signorum potestate transcendit.

Cauerna terræ,est occulta hæreticorũ ꝓdicatio (vt diuus ait Greg. exponẽs illud Iob,In desertis habitãt torrẽtium & in cauernis terræ.) Quid,inquit,aliud cauernas terræ,q̃ occultas hæretico. um ꝓdicationes accipimus? Sic em̃ hæretici inter se clãdestinis conuenticulis coeunt,vt errori suo reuerentiã,quã ex ratione non valent, ꝓbeant ex occultatione,& infirmis animabus prauitatis sermo tãto reuerendus appareat,quãto secretus. Vñ apud Salomo-
Prouc. 9. d nem mulier typo hæreseos suadet,dicens: Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis absco̅ditus suauior. Quæ occulta ꝓdicamenta,detestat veritas,dicens: Si quis vobis dixerit, ecce hic est
Matth. 24. Christus, aut ecce illic, nolite credere. Et rursum: Si dixerint vobis,ecce in deserto ẽ, nolite exire,ecce in penetralibus,nolite credere m. Hoc itaq; illic in penetralibus,ꝓd hic dicit in cauernis. In cauernis ergo hęretici habitãt,qa plerunq; errorẽ suũ secretis ꝓdicatiõibus occultant,vt q̃ se doctoribus prudẽtioribusq; nõ indicãt, eo ad se vehemẽtius imperitos trahãt.
Iob. 19. c

Cæcus est,qui adhuc q̃ pergat,non videt. Claudus est,qui non põt ire. Vnde voce sanctæ ecclesiæ typica interꝓtatione dicit: Oculus fui cæco & pes claudo,quia per verbũ lucet, & per adiutorium cõtinet. Cæcos em̃ illuminat ꝓdicando,claudos vero opitulãdo sustentat. Quæ qm̃ duos in se populos colligit,Iudaicum scil. & gentilem,recte etiã potest cæco gentilis,claudo aũt Iudaicus populus designari. Gentilis quippe,quasi oculos nõ habuit,quia nõ accepta lege non vidit quo ire debuisset. At cõtra Iudaicus habens oculos,claudus fuit, qa legẽ quidem sciendo tenuit,sed in ea gressum recti operis nõ tetendit. Si em̃ gentilis populus cæcus minime fuisset, ꝓpheta nõ diceret: Populus q ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnã. Rursum si Israeliticus populus à bono opere minime claudicasset, nequaq̃ voce dñi Filmista dixisset. Filij alieni mentiti sunt mihi,filij alieni inueterati sunt,& claudicauerunt à semitis

mitis suis. Qui nimirum populus claudus idcirco noiatur,quia sanum gressum in operatiõe nõ habuit. Quippe qui vtroq; pede vti noluit,dum vnũ testamẽtum recepit,aliud spreuit.

Cedrus in scriptura sacra aliquando altã excellentiã gloriæ cælestis exprimit, sicut Psalmista testatur: Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Aliqñ autem prauorum rigidã elationem,siue superbã potentiam designat, sicut per Psalmistam dicitur: Vox dñi confringentis cedros Libani. Hæc diuus Grego. lib. xxxij. Moral. cap. xij. & cap. xxiij. citans illud Ezechielis,Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: Qui nanq; (inquit) accipi in cedris possunt, nisi illa virtutũ cœlestium proceræ celsitudinis agmina in ęterna lætitiæ viriditate plantata? Et Hiero. exponens illud Esaiæ, Et super omnes cedros Libani sublimes,et erectas. Et in vigesimo,inquit,Psalmo canitur, Vox domini conterentis cedros, Psalm. 103
conteret dominus cedros Libani. Et in trigesimosexto Psalmo: Vidi impium exaltatum,& eleuatũ,quasi cedros Libani. Quod si prudẽs lector ꝓsierit,cur in tẽplo dñi cedrina ligna fint posita,& in centesimotertio Psalmo legimus iuxta Hebraicã veritatem: Saturabuntur ligna dñi,& cedri Libani,quas tu plantasti. Et inter cætera ligna etiã cedri ad laudes dñi prouocentur,& in aduentu saluatoris,quando oẽs arbores,& ligna camoi applaudent ramis suis,scriptum fit: Ponam in terra inaquosa,cedrum, & buxum &c. & nunc diem domini super ce-
Esai. 41. c dros Libani sermo propheticus comminetur? Hoc dicendum est,q̃ ex eodem genere hominum alij sublimentur ad regnum,alij detrahantur ad pœnam,& cedri Libani,quę propter superbiã conterentur,eligantur,quum boni odoris fuerint,& cum apostolo dixerint,Christi bonus odor sumus deo.
2. Cor. 2. b.

Quid cœlum mystice significet. Caput XXXI.

CŒlum ꝓpositorum significat ordinem sacerdotes videlicet,vel pharisæos,vel legis doctores. Vnde diuus Greg. enarrãs illud Iob,Ignis dei cecidit de cęlo, hoc pacto scribit: Iob. 1. Oẽs qui ꝓdicationis officium in synagoga tenuerunt,cælum recte vocati sunt, quia nimirũ sapere superna credebantur. Vnde Moyses,quum sacerdotes,ac populum ad verba suæ admonitionis excitaret,dixit: Attende cœlum,& loquar,& audiat terra verba ex ore meo, p cœlum videlicet signans ꝓpositorum ordinem, per terram vero, subditorum plebem. Hoc igitur loco cœlum sacerdotes,vel pharisæos,vel legis doctores, non inconuenienter accipimus, qui ante oculos hominum,dum cœlestibus officijs inseruirent, quasi desuper lucere videbantur. Sed quia ipsi summopere in redemptoris nostri aduersitate conmoti sunt, quasi ignis de cœlo cecidit,dum ad decipiendum imperitum populum,ab his etiam,qui vere docere putabantur,flamma inuidiæ exarsit. Et exponens illud Iob, Excelsior cælo est &c. sic ait: Quod deus cœlo excelsior, inferno profundior &c. tanto spiritualiter deber intelligi, quanto de eo quicquam nefas est iuxta corporea lineamenta sentire. Sed cælo est excelsior, quia in circunscriptione sui spiritus,cuncta transcendit,quamuis possint & cœli appellatiõe Angeli designari. Excelsior itaq; est cælo,quia ipsi quoq; electi spiritus visionem tantæ celsitudinis perfecte non penetrant. Ad solum tñ referri potest hominẽ,vt ipse fit cælum,quum iã per desiderium summis inhæret. Sed cælo est celsior deus, quia potẽtiæ eius magnitudine vincimur,etiã quum super nosmetipsos eleuamur. Excesior cęlo fit,quũ ipsa in eum nostra
Psalm. 148. contẽplatio deficit. Vnde & Psalmista cor in altũ posuerat,sed necdum se eũ cõtigisse sentiebat,dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me,cõfortata est,nec potero ad eã: Si subuerterit (inquit) oia &c. Subuertit dñs cælum,quum terribili,& occulta dispensatione humanæ contemplationis celsitudinẽ destruit,cęlũ simul,infernusq; coartatur,quum vnã,eandemq; mentem & subleuatio cõtemplationis illuminat,& importunitas tentationis obscurat,vt et videat intendendo quod appetat,& succũbendo in cogitatione toleret,quod erubescat. De cælo quippe lux oritur,infernus aũt,tenebris possidetur. In vnum ergo cælum infernus q; redigitur,quũ mens,q̃ iam lucẽ patriæ supernę cõsiderat,etiã de carnis bello,tenebras occultæ tentatiõis portat. Certe iã Paulus tertij cæli culmen ascenderat,iã paradisi secreta cognouerat,& tamen adhuc carnis bella tolerans,gemebat,dicens: Video aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ,& captiuũ me ducentẽ in lege peccati, q̃ est in membris meis. Quid ergo in huius tanti ꝓdicatoris pectore,nisi cælum deus,infernumq; coartauerat, qui & visionis intimæ iã lumen acceperat,& tamẽ adhuc tenebras de carne tolerabat? Sup se viderat,ꝓd lætus appeteret: in se cernebat,ꝓd metuens,doleret. Et diuus. Hiero. exponẽs illud Danielis,Qui autẽ docti fuerint,fulgebunt, quasi splendor firmamẽti: Magistri (inqt) habebũt similitudinẽ cęli & q alios erudierunt,stellarũ fulgori cõparabuntur. Non em̃ sufficit scire sapientiã,nisi & alios erudias,tacitusq; sermo doctrinę,aliũ nõ ædificãs,mercedẽ operis reci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris recipere non pōt. Quem locum Theodotio, & vulgata ęditio, ita expressit. Et intelligentes fulgebunt, quasi splendor firmamēti, & de iustis plurimi quasi stellæ in ęternū & vltra. Solent nonnulli q̄rere, vtrum doctus sctūs, & simplex sanctus, eandē mercedem habeāt, & vnā in cœlestibus mansionem. Vñ nunc iuxta Theodotionem dicitur, q̄ docti, similitudinē cœli habeant, & absq; doctrina iusti, istellarum fulgori cōparentur, tantumq; sit inter eruditem sanctitatem & sctām rusticitatem, quantum cœlum distat & stellæ. Et exponens illud Esaiæ, Audite cœli, & auribus percipe terra: In cœlo (inquit) supernas significās angelicas q; virtutes, in terra mortalium genus metonimicos, ab his q̄ cōrinent, ea q̄ continentur. Et Augustinus: Cœlorum noie, Apostoli Christi significati sunt, q̄ in eis deus p̄fideret, vt euangelium annunciarent: Cęli, inquit, enarrant gloriam dei. Vnde diuus August. exponens p̄dicta verba, Cœli enarrant gloriā dei: Iuste euangelistæ, in quibus deus, tanq̄ in cœlis habitat, exponentes gloriam dñi nostri Iesu Christi, siue gloriā, qua glorificauit patrem filius super terrā, Cœli sancti sunt, eleuati à terra, portantes dñm. Apostoli ipsi enarrant nobis gloriam dei, positam in Christo Iesu per gratiam. Narrabunt inq̄ cœli, id est, sancti à terra suspensi, deū portātes, ꝑceptis tonantes, sapientia coruscantes. Et quod inferius ait, A summo cœlo egressio eius: A patre (inquit) egressio eius, non temporalis, sed æterna, qua de patre natus est. Et lib. ij. de sermone dñi in monte: Pater noster (inquit) qui es in cœlis, id est in sanctis, & iustis. Non enim spacio locorum continetur Deus: sunt enim cœli, excelsa mundi corpora, sed nō corpora, q̄ non possunt esse nisi in loco. Sed si in cœlis, tanq̄ in superioribus mūdi partibus, locus dei esse creditur, melioris meriti sunt aues, quarum vita, est deo vicinior. Non enim scriptum est, Prope est dominus excelsis hominibus, aut eis, qui in montibus habitant: sed scriptum est, Prope (alias iuxta) est dñs obtritis corde, quod magis pertinet ad humilitatē. Sed quemadmodum terra appellatus est pctōr, quum ei dictum est, Terra es, & in terrā ibis: sic cælum iustus é contrario dici potest. Iustis enim dicitur, Templum enim dei sanctum est, ꝓ estis vos. Quapropter si in templo suo habitat deus, & sancti templum eius sunt, recte dicitur, Qui in cœlis es, qui es in sanctis. Et accommodatissima ista similitudo est, vt spiritualiter tantum interesse videatur inter iustos, & peccatores, quantum corporaliter inter cœlum & terram. Et exponens illud euangelicum eodem lib. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra, id est, sicut ab angelis, ita ab hominibus siue sicut in sanctis, & iustis: ita etiam in peccatoribus, vel sicut in spiritu, ita & in corpore: vel sicut in ipso domino nostro Iesu Christo ita & in ecclesia, tanq̄ in viro, qui patris voluntatē impleuit: ita & in fœmina, q̄ illi desponsata est. Cœlum enim, & terra conuenienter intelligitur, quasi vir, & fœmina, quoniā terra, cœlo fœcundāte, fructifera est. Et Ambro. sermone xij. in Psalmum cxviij. Permanet verbū tuū in cœlo: Sunt (inquit) cæli virtutes, potestatesq; cælestes, in quibus nihil lubricū, atq; terrenum est. Sunt etiā in terris cœli, qui enarrāt gloriā dei. Qui sunt isti cęli? Audi dicentē, Sicut portauimus imaginē illius terreni, portemus & imaginē huius cælestis. Isti igitur sunt cæli, qui etiā in terris positi, audent dicere, Nostra aūt cōuersatio in cælis est. Isti sunt cæli, in quibus fides, grauitas, cōtinentia, doctrina, vita cęlestis est. Nū quemadmodū terra dictus est q̄ lapsus ex illa p̄uaricatione cælestis gratiæ, & in hæc vitia terrena deiectus, p̄uaricatiōis suæ se vinculis religauit: ita ecōtrario cælum dicit, qui vitā angelorum custodia integritatis exercet, & corpus suum cōtinenti sobrietate moderatur, mentem quoq; suā miti tranquillitate cōponit pecuniā pauperibus misericordi liberalitate dispensat. Est ergo & in terris cæli, in quo possunt virtutes esse cœlestes. Cælum mihi thronus est. Ego magis iusti affectū, q̄ elementum, intelligo. Illum puto cælum, ad cuius animā venit Christus, & pulsat animā & si aperuerit, ingreditur. Nec solus ingredit, sed etiā cum patre, sicut ipse ait: Ego, & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Origen. homil. prima super Genes. In principio (inquit) & ante omnia cælum dicitur factum. i. omnis spiritualis substantia super quam, velut in throno quodam, & sede Deus requiescit. Istud autem cælum. i. firmamentum corporeum est & ideo illud quidem primum cælum quod spiritale diximus, mens nostra est, quæ & ipsa spiritus est, id est, spiritalis homo noster, qui videt, ac perspicit Deum. Istud autem corporale cœlum, quod firmamentum dicitur, exterior homo noster est, qui corporaliter intuetur. Et inferius: Deniq; (inquit) carnales isti homines, qui intellectum diuinitatis ignorāt, ficubi in scripturis de deo legunt, Quia cælū mihi sedes est, terra aūt scabellum pedū meorū, suspicantur deum tā ingentis esse corporis, vt putent eū sedentē in cælo, pedes vsq; ad terram protendere. Hoc autē sentiunt, quia nō habent illas aures, q̄ digne possint audire verba de deo, q̄ per scripturam referuntur. Quod enim dicit, Cælū mihi sedes est, ita digne de deo intelligitur, vt sciamus, q̄ in his, quorum in cœlis conuersatio est, Deus requiescit, & residet. In his autem, qui adhuc terrenum propositum gerunt, vltima pars eius prouidentiæ inuenitur, quod in pedum appellatione figuraliter indicatur. Ex quibus si qui forte studium, ac desiderium sumpserint heri cœlestes, perfectione vitæ, & intellectus altitudine, efficiuntur etiam ipsi sedes dei, facti prius peritia, & conuersatione cœlestes, qui etiam dicunt, Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in cœlestibus. Sed & illi, quorum thesaurus in cœlo est, cœlestes dici possunt & sedes dei, q̄n ibi est cor eorū, vbi est thesaurus eorum. Et nō solum requiescit super eos deus, sed & habitat in eis. Si vero tātus quis effici potest, vt possit dicere, An documentum q̄ritis eius, qui in me loquitur Christus, in hoc non solum habitat deus, sed etiā inambulat. Et propterea perfecti quiq; cœlestes facti, vel cœli effecti, enarrant gloriam dei, sicut in Psalmo dicitur.

Esai. 1. 2.

1. Cor. 15. f
Philip 3. d

Iohann. 14

Essi. 66 a

2. Cor. 13. b

Psalm. 18. a

Quid centenarius numerus, ceruixq; mystice significent. Cap. XXXII.

CEntenarij numeri laudes diuus Hieron. enarrat, exponens illud prophetę, Puer centū annorum morietur, & pctōr cētum annorū maledictus eri. De cuius numeri (inquit) laudibus, non necesse est plura memorare, ne superflua sit disputatio. Hoc tm̄ dicimus, q̄ decem decadis æqualia habeat latera, & quadræ formæ possideat firmitatē. In repromissioni bus q̄q; pro his, q̄ contempsimus, multiplicata nobis centuplum dñs pollicetur. & in bonā terrā fementis cadens, primum habet vberrimæ frugis numerū cētenarium. Deniq; & Isaac vnam sēmētem iaciens fidei, hoc numero laboris sua opera multiplicata suscepit. In illo igit tempore, q̄n ætas fuerit vna cunctorum, & sanctus, & pctōr erunt simili resurrectione perfecti, nec inter se variabunt tempore, sed alius ad p̄mia, alius ad supplicia pertrahet. Et in eo pctōr maledictus erit, q̄ incorrupto corpore pœnas patietur æternas. Et exponens illud eu angelicum. Et fructum facit, & aliud quidem centesimū, aliud sexagesimum, aliud vero tricesimum. Centesimum fructum virginibus, sexagesimum viduis, & cōtinentibus, tricesimum casto matrimonio deputant. Quidā nostrum centesimum fructum ad martyres referunt. Et August. ad Hilariū, epist. lxxxix. Quicunq; dimiserit oia sua propter me, accipiet in hoc centuplum, & in futuro vitā æternam possidebit, cuius (inquit) numeri perfectione significantur omnia. Fideli quippe homini totus mundus diuitiarum est, fiuntq; hoc mūdo quasi nihil habentes, & oia possidentes, vt in futuro seculo possideant vitam æternam. Hac quippe lege, & conditione non illi tantum, qui mentis excellentia perfectionis consilium receperunt, vt vendita sua pauperibus distribuerent, & humeris, ab omni huius seculi sarcina, liberioribus, leuem Christi sarcinam ferrent: sed etiam quisquis infirmior, & illi gloriosissimæ perfectioni minus idoneus, qui tamen se meminit veraciter esse Christianum, quum audierit, sibi proponi, q̄ nisi hæc omnia dimiserit, dimissurus est Christum, apprehendet potius turrim fortitudinis à facie inimici, quia quum eam in sua ædificaret fide, computauit sumptus, quibus perfici posset, id est, eo animo accessit ad fidem, vt huic seculo non solum verbis renunciaret, quia & si emit aliquid, tanq̄ non possidens erat, & si vtebatur mundo, tanq̄ non vtens erat, non sperans in incerto diuitiarū, sed in deo viuo. Et Origines homil. xvi. super Leuiticum exponens illud Et persequentur ex vobis quinq; centum, & centum ex vobis persequētur multa milia. Qui sunt isti quinq; (inquit) qui possunt persequi centū? Quinquenus numerus, & in laudibus ponitur, & in culpabilibus. Quinq; sunt sapientes virgines, & quinq; insipientes. Sic ergo & centenarius numerus ad vtranq; partem accipi potest. Si itaq; nos simus ex quinq; laudabilibus, id est, ex quinq; sapientibus, persequemur insipientes centum. Si enim sapienter, & probabiliter pugnemus in verbo dei, si prudenter de lege dñi differamus, conuincimus, & fugamus infidelium multitudinem. Sicut enim quinquenus numerus & sapientes indicat, & insipientes: ita & centenus numerus & fideles indicat, & infideles. Nam & sub centenario annorum numero Abraham deo credidisse, & iustificatus esse describitur, & peccator, qui moritur centum annorum, maledictus erit. Et hic centum infideles à quinq; sapientibus effugantur, & rursum centum fideles, non tam numero centum, quàm perfectione signati, multa milia infidelium persequentur. Fugāt enim fideles doctores innumeros dæmones, ne animas credentium antiqua fraude decipiant.

Augustin.

Gene. 15. b

2. Cor. 7. b

Ceruix in malis superbiam, in bonis libertatis erectionem signat (vt diuus exponit Gregorius, exponens illud Iob, Tenuit ceruicem meā, & confregit me.) Vnde nonnunq̄ ipsa quoq; superbia pro erectionis autoritate ponitur, sicut per prophetā dominus sanctæ ecclesiæ pollicens, dicit: Ponam te in superbiam seculorum. Et quia persecutionis tēpore infirmi quidam vera, quæ sentiunt, prædicare libere non præsumunt, recte de hoc hoste dicitur,

Iob. 16. b

Tenuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tenuit ceruicem meam,confregit me.Fortasse autem hi ceruicis appellatione signati sunt, qui pacis eius tempore plusquã decet, eriguntur, & sub occasione defendendæ rectitudinis, vitio deseruiunt elationis.Qui persecutionis tempore idcirco aduersa plus sentiunt,quia de prosperis extolluntur.De quibus bene dicitur: Tenuit ceruicẽ meã, confregit me,id est elationem, quam in infirmis habui,districtione suæ percussionis inclinauit. Et exponens illud Iob.15.c Iob.Et pingui ceruice armatus est:Pinguis(inquit) ceruix,est opulenta superbia, affluẽtibus videlicet rebus,quasi multis carnibus fulta.Potens igitur iniquus,pingui ceruice cõtra deum armatur,quia rebus temporalibus tumens,contra præcepta veritatis,quasi de magnitudine carnis erigitur.Quid enim paupertas,nisi quædam macies, & quid rerum abundantia, nisi pinguedo est vitæ præsentis?Pingui ergo ceruice se cõtra deum erigit, qui temporalem abundantiam in superbiam assumit.Habent enim hoc potentes,& iniqui proprium,vt falacibus diuitijs occupati,veras dei opes negligant,& quanto minus,quod verum est,inquirunt,tanto amplius falsis diuitijs extolluntur.Et exponens illud Iob, Et redigentur in lutũ Iob.13 b. ceruices nostræ:Sicut (inquit) per oculum visus, sic per ceruicem solet superbia designari. Ceruix itaq; in lutum redigetur,quum superbus quisq; humiliatur in morte,& elata caro ea bescit in putredine. In lutum ceruix redacta est, quia despecti iacent in putredine, qui numebant in vanitate.

Quid ceruus,ac cerua,mystice significent. Cap. XXXIII.

CEruarum(inquit diuus Gregorius)moris est inuentos serpentes extinguere,eorumq; membra,morsibus dilaniare.Fertur autem,quia si quãdo flumina transeunt, capitum suorum onera,dorsis præcedentium superponunt,sibiq; inuicem succedentes,laborem ponderis omnino non sentiunt.Magistri igitur atque doctores,ceruæ vocati sunt,sicut per Hieremiam de doctoribus genitos filios incaute deserentibus dicitur, Cerua in agro peperit, Hier.14.a. & dereliquit.Ipsi more ceruarum,interemptis vitijs,quasi extinctis serpentibus,bibunt,& Psalm.41.a de ipsa extinctione vitiorum,ad fontem vitæ acrius inardescunt.Vnde Psalmista ait.Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum,ita desiderat anima mea ad te deus.Ipsi etiam, dum labentia huius tẽporalitatis momenta, quasi quædã flumina transeunt, compatiẽtes claritatis onera sua sibi inuicem superponunt,quia cauta obseruatione custodiunt id, quod scriptum Galat. 6.a est:Inuicem onera vestra portate,& sic adimplebitis legem Christi. Quia vero post aduentum domini spiritales magistri per mundum sparsi sunt,qui auditorum animas in conuersatione prædicando genuissent,& hoc idem tempus incarnationis domini, ante prophetarum voces,cognitum non fuit,bene beatus Iob de tempore partus ibicum, ceruarumque Iob.39. discutitur,eiq; dicitur:Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Ac si dicatur ei.Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis,quia illud tẽpus nec dum præuides,quo spirituales magistri in mũdum missi, per doctrinam antiquorum patrũ filios generant,suisq; laboribus,animarum mihi lucra comportant.Nam si illorum fructũ quasi ibicum,ceruarumq; partus aspiceres, valde humiliter de tua virtute sentires. Possunt vero ceruarum significatione doctores,appellatione autem vbicum,quia animalia sunt nimia,auditores intelligi.In petris vero ibices pariunt,quia ad excerenda sancta opera, exempla patrum præcedentium fœcundantur. Et quum fortasse præceptа sublimia audiunt, & infirmitatis propriæ conscij,ea se implere posse diffidunt, maiorum vitam conspiciant, atq; in eorum considerata fortitudine,bonorum operum fœtus ponant.Hinc est quod auHebre,12.a ditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonebat, quum enumeratis maiorum virtutibus,diceret:Habentes tantam impositam nubem testium,deponentes omne pondus,& Hebre.12.d circumstans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propositum nobis certamen.Et rursum:Quorum intuentes exitum conuersationis,imitamini fidem,sed quum diuina præcepta corde percipimus,nõ statim,quasi iam solide cogitata,parturimus. Vnde & beatus Iob, non de partu ibicum,sed de tempore partus inquiritur.Quod videlicet tempus,dum in nobismetipsis vix comprehendimus,multo magis in aliena mente nescimus. Vel(inquit)parturientes ceruas obseruasti?Hoc est illos labores patrum,qui spiriiuales filios generant,cuta consideratione pensasti?Nihil vero obstat, quod verba Deus de doctoribus faciens,non ceruorum sed ceruarum eos specie designat,quia nimirum illi vero doctores sunt,qui,quod per rigorem disciplinæ patres sunt,per pietatis viscera,esse matres nouerunt.Et diuus Hie Habacu.c3. ronymus lib.secundo,in Abacuc in fine,exponens illud prophetæ, Et pones pedes meos quasi ceruorum:Vt calcem(inquit)super aspidem,& basiliscum,& quasi puer paruulus mittam manũ in foramen,& extrahã serpentem, Iudamq; de colubro.Similis enim est fratruelis meus

meus capreæ,aut hinnulo ceruorum.Et quia ipse est ceruus,mihi quoq; donauit,vt ceruus essem sublimis cornibus, findens vngulas,cibos ruminans,& ad odorem meum serpentes fugans,de quo dicitur,Qui perfecit pedes meos quasi ceruorum.Et rursus,Vox dñi perficientis ceruos.Ponet ergo pedes meos inter cæteros ceruos suos,& ad cælestia perducet me, vt inter angelos canam gloriam dñi,& super terrã pacem hoibus bonæ voluntatis annunciem.Et exponens secundum septuaginta illud Esaiæ,Ibi obuiauerunt sibi cerui,& viderũt facies suas &c.Allegorice,inquit,interpretabimur, vt doceamus ceruos,i.apostolos,& sanctos quoq; doctores,de quibus scriptum est:Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum &c. Et alibi:Vox dñi perficientis ceruos.Et rursum,Ceruus amicitiæ,&pullus gratiarum tuarũ loquantur mihi.Et in Iob,Custodisti autem menses ceruorum &c.Et August. exponens illud Psalmistæ,Quẽadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum:Curre ad fontem ingt, desidera fontem,sed noli vtcunq; noli vt qualecunq; animal currere,vt ceruus curre.nõ sit tarditas in currendo,impiger curre,impiger desidera fontem. Inuenimus enim insigne velocitatis in ceruo,Ceruus serpentes necat,& post serpentium interemptionem, maiore siti inardescit,peremptis serpentibus ad fontes acrius currit. Serpentes vitia tua sunt,consume serpentes iniquitatis,tunc amplius desiderabis fontem veritatis. Traduntur cerui, & à quibusdam etiam visi sunt,vel qñ in agone suo ambulant,vel qñ natando alias terrarum partes petunt,onera capitum suorum super se inuicem ponere, ita vt vnus præcedat, & sequatur qui supra eum capita ponunt,& supra illos alij consequentes,& deinde alij, donec agmen finiatur.Ille autem vnus,qui pondus capitis in primatu portabat,,fatigatus redit ad posteriora, vt alius ei succedat,qui portet,quod ille portabat,atq; ille fatigationem suam recreet posito capite,sicut & cæteri ponebant.Ita vicissim portãdo quod graue est,& viam peragunt, & inuicem se non deserunt. Nonne quosdam ceruos alloquitur Apostolus, dicens:Inuicẽ one- Gal.6.a. ra vestra portate,& sic adimplebitis legem Christi?Istam fortasse ceruorum naturã intenderat Salomon,quum ait:Ceruus amicitię,&pullus gratiarum tuarum,colloquatur tecum. Nihil enim sic probat amicum,quẽadmodum oneris amici portatio.Nec tamen inuicẽ one- Prouer.5.d ra nostra portaremus,si vnum tẽpus esset infirmitatis amborum,qui onera sua sustinent,aut vnum infirmitatis genus,sed diuersa tempora,& diuersa genera infirmitatis faciunt,vt onera nostra portare inuicem valeamus.Verbi gratia.Iram fratris tui tunc portabis, quum aduersus eum non irascaris,vt rursus eo tempore,quo te ira præoccupauerit, ille te tranquillitate sua supporter.Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum videndum est,velut si quis loquacitatẽ in se vicerit,& pertinaciam nondum vicerit,alius vero adhuc loquax fit,sed iam pertinax non sit,debet ille huius loquacitatem,& iste illius pertinaciam, donec illud in illo,& hoc in isto sanetur,charitate portare.

Quid mystice significet cibus. Caput XXXIIII.

CIbus aliquando est scriptura sacra. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob,Vt comederent,& biberent cum eis:Scriptura(inquit)sacra, aliquando nobis est cibus, aliquando potus.Cibus est in locis obscurioribus,quia quasi exponendo frangitur,& manden do glutitur:potus vero est in locis apertioribus,quia ita sorbetur,sicut inuenitur.Cibum vi Thren.4.a dit propheta scripturam sacram,quæ exponendo frangeretur,quum diceret,Paruuli petierunt panem,& non erat qui frangeret eis,id est, infirmi quiq; scripturæ sacræ valẽtiores sententias petierunt,exponendo comminui,sed qui exponere debeat,non valet inueniri.Potum vidit scripturam sacram propheta,quum diceret, Omnes sitientes venite ad aquas. Si Iohan.7.f. potus aperta mandata non essent,per semetipsam veritas non clamaret, Si quis sitit,veniat ad me,& bibat.Quasi cibum,& potum vidit propheta Iudææ,defuisse,quum diceret,Nobiles eius interierunt fame,& multitudo eius siti exaruit. Paucorum quippe est, fortia, & occulta cognoscere:multorum vero, historiæ aperta sentire.Idcirco Iudææ nobiles,non siti sed fame interijsse asserit,quia hi,qui præesse videbãtur, dum totos se exteriori intelligentiæ dederant,quid de intimis discutiendo manderent, non habebant.Quia vero sublimioribus ab intellectu interno cadentibus paruulorum intelligentia,& in exterioribus exiccatur,recte illic adiungitur,Multitudo eius siti exaruit.Ac si aperte diceret: Dum vulgus studium vitæ suæ deserit,iam nec fluentia historiæ exquirit,& tamen occulta sacri eloquij mandata,& aperta se intellexisse testantur,qui reprobanti se iudici conquerentes,dicunt: Manducauimus,& bibimus coram te.Quod aperte exponendo subiungentes,In plateis(inquiunt)nostris docuisti. Quia ergo sacra eloquia in locis obscurioribus exponendo frangun tur,in locis vero apertioribus,ita vt inuenta fuerint,potantur,dicatur recte. Mittentes vo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabant tres sorores suas, vt comederent, & biberent cum eis. Ac si aperté diceretur: Infirmos quosq; blanda a se persuasione deducebant, quatenus eorum mentes & magna per cõtemplationem differentes, pascerent, & parua, per historiam tradentes, nutrirent. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Ecce serui mei bibent, & vos sitietis &c. Que oia (ingt) chiliastæ in mille annis putant esse complenda, cibum, & potum, regnum dei esse credentes, nec intelligentes illud quod scriptum est: Operamini non cibum qui perit, sed panem vitæ, & veritatis, & carnem Christi, & fructum ligni vitę comedere cupientes, de quo saluator loquitur: Ego sum panis, qui de cœlo descendi. Et illud. Aperi oculos tuos, & saturare panibus. Et Psalmista: Iuuenis (inquit) fui, & senui, & nõ vidi iustũ derelictum, neq; semẽ eius quærens panem &c. De isto pane, & conuiuio spirituali, discipulos instruebat. Vos qui perseueraftis mecum in tentationibus meis, edetis in mensa patris mei in regno cœlorum. Quod si de simplici pane accipiamus, quomodo illud explanare poterimus, Nõ interficiet fame dominus animam iustam? Et iterum, Cognoscit dominus vias immaculatorũ &c. Et in diebus famis saturabuntur? Quanti enim sancti in persecutione moriuntur fame, & egestate confecti, quanti iusti esuriunt, & impij cruditatibus distenduntur? Potus autem ille accipiendus est qui hauritur de fontibus Israel, quem qui biberit habet in se fontem aquæ salientis in vitã æternam. Quem & saluator in regno patris se bibiturum cum Apostolis pollicetur, qui lætificat cor hominis, ita vt bibentes possint dicere, Dedisti lætitiam in corde meo. De hoc cibo, & potu inter octo beatitudines dicitur, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. &c. Et mater domini plena sancto spiritu prophetabat, Esurientes implcuit bonis, qui prius cibum domini non habebant & diuites dimisit inanes, qui dati sunt pro sepultura eius, & quem prophetæ promiserant, respuerunt. De quibus & in alio loco Psalmista decantat: Diuites eguerunt, & esurierunt id est, populus Iudæorum: qui autem quærunt dñm, hoc est turba gentilium, non egebunt omni bono. Et in Ecclesiastem exponens illud, Et qdem omnis homo, qui comedit, & bibit: Porro (inquit) quia caro domini, verus est cibus, & sanguis eius verus est potus, iuxta anagogen, hoc solum habemus in præsenti sæculo bonum, si vescamur carne eius, cruoreq; potemur, non solum in mysterio, sed etiam in scripturarum lectione. Verus enim cibus, & potus, qui ex verbo Dei sumitur, scientia scripturarum est. Et exponens illud Ecclesiastis, Non est bonum homini, nisi quod comedat, & bibat &c. Eorũ est (inquit) veros cibos & veram sumere potionem, quos de agni carne, & sanguine in diuinis voluminibus inuenimus. Quis enim vel comedere, vel quum opus est, parcere potest absq; Deo, qui præcepit sanctum canibus non esse mittendum, & docet q̃modo in tempore conseruis sint danda cibaria, & iuxta alium sensum, Inuentum mel tantũ comedere, ẽ̃tum sufficit? Et Origenes homilia septima, super Leuiticum, exponẽs Petri verba, dicentis: Domine tu scis, quia nunquam cõmune, aut immundũ introiuit in os meũ &c. Dominus (inqt) & saluator noster dicit, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meũ, nõ habebitis vitam in vobis. Caro enim mea veré est cibus, & sanguis meus veré est potus. Iesus ergo quia totus ex toto mundus est, tota eius caro cibus est, & totus sanguis eius, potus est, quia omne opus eius sanctum est & ois sermo eius verus est. Propterea ergo & caro eius verus est cibus, & sanguis eius verus est potus. Carnibus enim, & sanguine verbi sui, tanquam mundo cibo, ac potu potat & reficit omne hominum genus. Secundo in loco post illius carnem, mundus cibus est Petrus & Paulus, & omnes Apostoli. Tertio loco discipuli eorum, & sic vnusquisq; pro quantitate meritorum, vel sensuum puritate proximo suo mundus efficit cibus. Hęc qui audire nescit, detorqueat fortassis, & auertat auditum secundum illos, qui dicebãt: Quomodo dabit nobis hic carnem suam manducare? Quis potest audire eum? Et discesserunt ab eo. Sed vos, si filij estis ecclesiæ, si euangelicis imbuti mysterijs, si verbum caro factum habitat in vobis, agnoscite quæ dicimus, quia dñi sunt, ne forte qui ignorat, ignoret. Agnoscite qa figuræ sunt q̃ in diuinis voluminibus scripta sunt & ideo tãquã spirituales & nõ tanquam carnales examinate, & intelligite, q̃ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, lædunt vos, & non alunt. Non solũ enim in veteri testamento occidens litera deprehenditur, est & in nouo testamento litera, quæ occidat eum, qui non spiritaliter que dicuntur, aduerterit. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum, quod dictum est. Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, occidit hæc litera. Et, Qui non habet gladium, vendat tunicam suam, & emat gladium, litera Euangelij est, sed occidit. Si vero spiritaliter eam suscipias, non occidit, sed est in ea spiritus viuificans. Et ideo siue in lege, siue in Euangelijs, quæ dicuntur, spiritaliter suscipe, quia spiritalis dijudicat omnia, ipse vero à nemine dijudicatur. Et homilia sexta super Iesum Naue: Tres sunt (inquit) species ciborum. Vnum quidem genus est, quo vescimur exeuntes de terra Aegypti, sed hoc ad paruum tempus sufficit. Post hoc autem mãna succedit. Tertium vero iã de terra sctã capimus fructum. In quibus differentijs (vt meæ paruitatis intellectus assequitur) illud arbitror indicari, q̃ primus cibus est, quem de Aegypto exeuntes nobiscum portauimus, paruã hæc eruditio secularis, aut etiam si quis forte attigit liberalium literarum cognitionem, quæ exiguum aliquid iuuare nos potest. In eremo vero positi, id est, in hoc in quo nunc sumus, vitæ statu, manna vescimur, per hoc quod diuinæ legis instructionibus erudimur. Qui vero meruerit terrã repromissionis intrare, id est quæ à saluatore repromissa sunt, consequi, ille edit fructus ẽ regione palmarum. Vere enim fructum palmæ inueniet, qui deuicto hoste, ad promissa peruenerit. Certum nanq; est, q̃ quãtacunq; illa sunt quæ nunc in lege Dei, vel diuinis literis intelligere possumus, aut sentire multo sublimiora, & excelsiora erunt illa quæ, cessante ænigmate, facie ad faciem sancti quiq; videre merebuntur: quia quæ oculus non vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, hæc præparauit Deus ijs, qui diligunt eum. Et homil. I. super Iesum Naue, exponens illud Præparatę vobis cibos ad viam. Cibi etenim operã sunt, q̃ nos ad futurã vitam, velut fidele viaticũ comitantur. Videamus tamen (quoniã non cõuenit negligẽter & quasi in trãsitu literas legere diuinas) vnde eos iubet cibos parare, nõ habentes frumẽtũ. Mãna etenim cibus erat eis. Sed quũ iã trãsierimus fluminis huius ripas, defit mãna, & ideo si nõ vnusquisq; pparauerit sibi cibos, non poterit sequi Iesum, terrã repromissionis intrantẽ. Videamus quos primũ in terra repromissionis capiat fructus. Tũc (inquit) manducauerunt primũ fructũ de regione palmarũ, & manducauerũt primo azyma. Vides ergo qa primũ nobis mũdi huius iter digressis, firecte sequamur Iesum, primũ occurrit palma victorię, & abiecto fermento malitię, & nequitiæ, azyma nobis synceritatis, & veritatis parãtur. Et homilia vigesima septima, super Numeros: Cibus (ingt) verus naturæ rationalis, sermo Dei est: sed non omnis vno, atq; eodem verbo nutritur. Vnde ad similitudinẽ corporalis exẽplaris esse solet, quæ præberi cõsueuit ijs, qui initia habent in diuinis studijs, & prima eruditionis rationabilis elemẽta suscipiunt. His ergo quũ recitatur talis aliqua diuinorum volumen lectio, in qua nõ videatur aliquid obscurum, libenter accipiunt, vt est libellus Hester, aut Iudith, vel etiam Thobię, aut mandata Sapientiæ. Si vero legatur ei liber Leuitici, offenditur continuo animus, & quasi non suum refugit cibum. Qui enim venit, vt disceret Deum colere, iustitiæ ac pietatis eius præcepta suscipere, audit mandata de sacrificijs dari, & immolationum ritus doceri, quomodo non continuo auertit auditum, & tanquam nõ sibi aptum cibum recusat? Sed & alius, quum leguntur euangelia, vel Apostolus, aut psalmi lætus suscipit, libenter amplectitur, & velut remedia quædam infirmitatis suæ inde colligens, gaudet. Huic si legatur Numerorum liber, nihil hæc ad vtilitatem, nihil ad infirmitatis suæ remedium, aut animæ salutem prodesse iudicabit: sed continuo refutabit, & respuet, tanquam graues & onerosos cibos, & quia ægrę, atque invalidæ non competant animæ. Sed sicut leoni si detur intellectus, non continuo culpabit abundantiam herbarum creatam, quia ipse crudis carnibus vescitur nec dicet illas superfluo à conditore productas, quia ipse earum cibo non vtitur, nec iterum homo, quia pane, alijsq; aptis sibi vtitur alimonijs, culpare debet, cur fecerit Deus serpentes, quos cibum videat præbere ceruis, neque ouis, aut bos culpare, quod alijs animalibus carnibus vesci datum est, quum ipsis ad edendum gramina sola sufficiant. Ita ergo & in cibis rationabilibus diuinorum, dico voluminum, non continuo, aut culpanda, aut refutanda est scriptura, quæ difficilior, aut obscurior ad intelligendum videtur, vel ea continere, quibus, siue insipiens & paruulus siue infirmior, & minus ad intelligenda omnia validus, vti non potest, nec conferri sibi ex ijs vtilitatis aliquid existimat, aut salutis sed conside

rare debet, quia sicut serpens & ouis, & homo, ac fœnum Dei creatura sunt omnia, & diuersitas ista ad laudem spectat, & gloriam creatoris, quod competentem, & in tẽpore vnicuiq; eorum, pro quibus creata sunt, vel præbeant, vel capiant cibum: Ita & hæc omnia, quæ vere dei sunt, & in quibus diuersus pro captu animarum cibus est, vnusquisq; prout sanum se, & validũ sentit. Quãuis & si diligentius requiramus in Euangelij lectione, vel apostolica doctrina, in quibus delectari videris & in quibus tibi aptissimũ, & suauissimum deputas cibũ, quãta sunt, q̃ te latent, si discutias, & perscruteris mandata dñi. Quod si ea, q̃ obscura videnť, & difficilia, refugienda sunt protinus, & vitanda, inuenies etiam in illis, in quibus valde cõfi

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis,tã multa obscura,& difficilia,vt si hanc sententiã teneas,fit tibi etiã inde recedendũ.Sunt tamen plurima in illis,q̃ apertius,& simplicius dicta sunt,vt quamuis parui sensus,æ dificent auditorem.Non possumus autẽ dicere de sancti spiritus literis,q̃ aliquid in eis ociosum sit, aut superfluũ,etiã si aliquibus videnť obscura.Sed hoc potius facere debemus,vt oculos mentis nostræ cõuertamus ad deum,q̃ hæc scribi iussit,& ab ipsõ horũ intelligentiã postulemus.

Quid cicatrix,cidaris,cygnus q̃ mystice significent. Cap.XXXV.

Psalm.37.b Cicatrices,sanationes sunt vulnerum,id est peccatorum.Vnde diuus Greg.lib.ix.Moralium cap.xl.citans illud Dauidicum,Computruerunt,& deterioraueruntť(siue corruptæ sunt)cicatrices meæ,à facie insipientiæ meæ:Laxatas(inquit)nequitias ad delectationem memoriæ redire conspexerat,qui cicatrices deflebat.Cicatrices quippe cõputrescere, est sanata iam pctõrum vulnera rursus in tentationẽ serpere,atq; ex eorum suggestionibus post superductam cutem pœnitentiæ,fœtorem culpę iterum,doloremq; sentire,qua videlicet in re & nihil foris opere agitur,& sola intus cogitatione peccatur,districtoq; se reatu mens obligat,nisi hocsolicitis lamẽtis tergat.Vnde bene per Moysen dicitur: Si fuerit inter
Deut.23.b vos hõ,qui nocturno pollutus fit somnio,egredietur extra castra,& nõ reuertetur,prius q̃ ad vesperum lauetur aqua,& postsolis occasum,regredietur in castra.Nocturnũ quippe semnium est tentatio occulta,per quã tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde cõcipitur,q̃d tñ corporis opere non expletur.Sed somnio nocturno pollutus egredi extra castra p̃cipitur,quia videlicet & dignum est,vt qui immunda cogitatione polluitur,indignum se,cũctorum fidelium societatibus arbitretur.Culpę suæ meritũ ante oculos ponat,& ex bonorũ sestimatione despiciat.Polluto ergo extra castra exire,est turpi impugnatione laborantẽ sese ex continẽtium cõparatione despicere.Qui ad vesperum lauatur aqua,quũ defectũ suũ conspiciens,ad pœnitentiæ lamẽta cõuertitur,vt fletibus diluat ome quod in aio occulta inquinatio accusat,sed post occasum solis,ad castra redeat: quia deferuescente tentationis ardore, necesse est,vt iterum fiduciã erga societatem bonorum sumat.Post aquæ quippe lauationẽ occumbente sole,ad castra reuertitur,qui post lamenta pœnitentiæ frigescente flamma cogitationis illicitæ,ad fidelium merita p̃sumendo reparatur,vt iam se à cęteris longe esse nõ æstimet,qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet.Sed inter hæc sciendum est,q̃ idcir co nonnunquam impulsu illicitæ cogitationis affligimur,quia in quibusdam terrenæ conuersationis actibus,quamuis licitis,libenter occupamur,quumq; vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur,crescente contra nos antiqui hostis fortitudine,mens nostra nõ minima importunitate tentationis inquinatur.Vnde & sacerdos legis,membra hostiæ g
Leuit.1. frusta concisa caput,atq; ea,q̃ erga iecur sunt,iubetur ignibus cremare:pedes vero,atq; intestina hostię,prius aqua diluere.Nos quippe ipsos sacrificium deo offerimus,quum vitam nostram cultui diuino dedicamus.Quæ mẽbra hostiæ per frusta cõcisa super ignem ponimus,
Sacrificiũ offerre qd sit. quum vitæ nostræ opera virtutibus distinguentes immolamus.Caput ergo,atq; ea,q̃ iuxta iecur continentur,incendimus,quum in sensu nostro,quo omne corpus regitur,atq; in occultis desideriis flamma diuini amoris ardemus.Et tñ præcipitur,vt pedes,atq; intestina hostiæ lauentur.Pedibus ergo terra tangitur,intestinis vero stercora gestantur,quia plerunq; iam ex desiderio in æternitate succendimur,iam toto deuotionis sensu ad appetitum nostræ mortificationis inhiamus.Sed quia adhuc terrenum præ infirmitate aliqd agimus, nonnulla etiam,quæ iam subegimus illicita in corde toleramus.Quumq; cogitationes nostras immunda cogitatio inquinat,quid aliud,quàm intestina nostræ hostię stercus portãt? Sed vt comburi debeant,lauentur,quia nimirum necesse est,vt immundas cogitatiões timoris fletus diluat,quas in acceptatione sacrificij amor supernus incendat,& quicquid meritis vel de inexperto certamine,vel de cõuersationis pristinæ memoria patitur,lauetur,vt tanto suauius in cõspectu sui spectatoris ardeat,quanto quum ei assistere cœperit,nil terrenum secum,vel lubricum in ara suæ orationis imponit.Vir igitur sanctus humanæ mentis damna conspiciat,quod plerunq; se in cogitatione illicita inquinat,& posteaquam reatum operis relaxat & sua plorans,nostra quæ ploremus,aperiat,dicens:Si peccaui,& ad horam perpercisti mihi,cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Ac si aperte dicat:Si culpam venia abstulit,cur hanc & à memoria non deterfit?

Cidaris,de qua scribitur in Leuitico,Cidari q̃q; texit caput,ornatus quidã est,q̃ capiti superponitur,inquit Origen.homil.ix. super Leuiticũ,quo vtitur pontifex in offerẽdis hostijs,vel cæteri sacerdotes.Sed vnusquisq; nostrũ ornare debet caput suũ sacerdotalibus cogitationibus,vel cæteris sacerdotalibus operibus.Caput autem mulieris vir est,vt ait Paulus,vir autem caput Christus est,qcunq; id agit,vt ex actibus suis conferat gloriam
Leui.8.b
1.Cor.11.a
1.Cor.11.a namẽtis. Etenim quia omnis viri caput Christus est,qcunq; id agit,vt ex actibus suis conferat gloriam

gloriam Christo,caput suum,qui est Christus,ornauit.Potest & alio modo in nobis intelligi capitis ornatus.Quoniamquidem quod est in nobis primum,ac summum,& caput omnium,mens est,ad dignitatem pontificis excolit caput suum,si quis mentem suam adornauerit sapientiæ disciplinis.Et diuusHieron.enarrans illud Ezechielis,Aufer cidarim,tolle coronam:Cidaris(inquit)insigne pontificis,est corona,hoc est diadema,regis iudiciũ. Nõne hæc est cidaris,& hæc corona,q̃ nihil fecit iudicio,sed ad imitationem regis Babylonij, quos volebat,exaltabat,& quos volebat,humiliabat? Veniat Christus,cuius est iudicium,& tradet ei pater regnum,& sacerdotium,vel ecclesiam de gentibus congregatam.Non enim iudicat pater quemquam,sed omne iudicium dedit filio. Et in alio loco: Deus (ait) iudicium tuum regi da,& iustitiam tuam filio regis.Iste est,cui repositum est imperium,& sacerdotiũ sempiternum,de quo loquebatur & Iacob:Non deficiet princeps ex iuda,ne q̃ dux de femoribus eius,donec veniat cui repositum est,& ipse erit expectatio gentium. Et exponens illud Zacharię,Ponite cidarim mundam super caput eius &c.Pro cidari(inquit)in Hebręo legimusSaniph,quæ mitra à plerisq; dicitur,& in hac Iudæi volunt intelligi sacerdotij dignitatem.Nostri autem cidarim mundam,splendorem diuinæ maiestatis intelligunt,vt vnus, atq; idem poderę,id est,incarnatione,quæ de terra est,& significatur in pedibus,secundum Deum cidari ornatus esse videatur.

Cygnus superbos signat sacerdotes (vt inquit Hieronymus in tertium caput Sophoniæ)Cygnus extento collo,& in sublime se tendens,inter immundas volucres computatur, superbos signans sacerdotes.

Cilicium quid mystice significet,dictum est in dictione.Cinis,cap.xxxvi.

Quid cymbalum,cyminum cincinnus,cinisq; mystice significent. Cap. XXXVI.

CYmbalum charitatem dei nõ habentem significat(vt inquit Hierony.exponens illud Esaiæ,Væ terræ cymbalo alarum,q̃ est trans flumen)iuxta illud Apostoli:Si linguis hominũ loquar,& angelorum,charitatem aũt nõ habeã,factus sum velut æs sonans,aut cymbalum tinniens.Et nõ solum cymbalum rauco concrepãs sonitu,sed propter leuitatem ser
1.Cor.13.a monis hæretici in diuersa currentis,alarum cymbalum dicunť.Hęretici enim,dormiente patrefamilias,in agro ecclesiæ superseminauerunt zizania.Quę est(inquit)trans flumina Aethiopiæ,hoc significat,q̃ impietatesua omnes vincant hæretici.Dicit Epicurus nõ esse proMath.15.d uidentiam,& voluptatem maximum bonum,comparatione huius sceleratior Marcion,& omnes hæretici,qui vetus lacerant testamentum.Quum enim recipiant prouidentiã,accusant creatorẽ,& asserunt eũ in plerisq; operibus erasse,& nõ ita fecisse,vt facere debuerat.

Cyminum quid significet,scribit Hiero.exponens illud Esaiæ.Et cyminum sparget,id est,omnes gentes,quæ non receperũt eius notitiã, Esai.28.g. nec legis habuere p̃cepta:Virga(inquit)excutiet gith,& cyminum baculo:frumentum autem,id est,populum Iudæorum,magnis torquebitsupplicijs.Alij exponunt,super populo, & sacerdotibus,q̃ vulgus indoctum in die iudicij,quasi gith,& cyminum corripiatur virga, Ezech.9.b & baculo:sacerdotes autem,qui habuerunt clauem scientiæ,magnis supplicijs torqueantur, & hoc domini fiat iudicio,qui ostendit in cunctis mirabile consilium suum,& iustitiæ veritatem,vt qui plus acceperunt,plus exigatur ab eis,

Cincinnus,est collecta cogitatio mentis,vt diuus scribit Greg.lib.trigesimoprimo Moral.cap.ix. exponens illud Ezechielis,Emissa similitudo manus apprehẽdit me in cincinno capitis mei,& eleuauit me spiritus inter terrã & cælum,& adduxit me in Hierusalẽ,in visione dei iuxta ostium interius,q̃d respiciebat ad aquilonẽ,vbi erat statutum idolũ zeli ad provocandã æmulationem:Quid est em̃(inquit)cincinnus capitis,nisi collectę cogitatiões mentis,vt nõ sparsæ diffluãt,sed per disciplinã constrictæ subsistant? Manus ergo desuper mittitur,& propheta per cincinnũ capitis eleuatur,quia quũ nostra mens sese per custodiã colligit,vis superna sursum nos ab infimis trahit.Bene ergo inter terrã,& cœlũ sublatum se assedit,quia quilibet fctũs in carne mortali positus,plene quidẽ adhuc ad superna nõ peruenit, sed id tñ ima derelinquit.In visione vero Dei in Hierusalẽ ducitur,quia videlicet vnusquisq; proficiens,per charitatis zelũ,qualis esse ecclesia debeat,cõtemplatur.Bñ q̃q; additur:Quia iuxta ostiũ interius ductus est,q̃d respiciebat ad aquilonẽ,quia nimirum sancti viri,dum per aditum internæ cõtemplationis aspiciunt plus praua intra ecclesiam fieri,q̃ recta deprehendunt,& quasi in aquilonis parte oculos.i.ad solis siniſtrã,flectunt,quia cõtra vitiorum frigora charitatis se stimulis accendunt.Vbi & recte subiungitur,quia illic erat statutum idolum zeli,ad prouocandam æmulationem. Dum enim intra sanctam ecclesiam à nonnullis specie

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſola fidelibus,rapinas,& vitia perpretari conſyderant,quid aliud, quam in Hieruſalem idolũ vident? Quod idolum zeli dicitur,quia per hoc contra nos æmulatio ſuperna prouocatur,vt tanto diſtrictius delinquentes feriat,quanto nos charius redemptor amat.

Cinis,pœnitentiam ſignat,iuxta illud Iob,Saccũ conſui ſuper cutẽ meam,& operue cinere carnem meã. Vbi diuus Gregorius ſcribit: Quid in ſacco,& in cinere,niſi pœnitentia: quid in cute & in carnes niſi peccatũ carnis debet intelligi? Quum ergo quidam poſt lapſum carnis ad pœnitentiam redeunt,quaſi ſaccus ſuper cutem conſuitur & cinere caro operitur,quia culpa carnis per pœnitentiã tegitur,ne in diſtricti iudicis examine,ad vltionẽ videat. Et libro xij Moral.capite xv.exponens illud Iob, Memoria veſtri comparabitur cineri: Omnes (inquit)qui cogitatione terrena huic ſeculo conformantur p omne quod agunt,huic mũdo relinquere, memoriã conantur,alij bellorum ritulis ſui alij altis ædificiorum mœnibus,alij diſertis doctrinarum ſecularium libris inſtãter elaborant,ſibiq; memoriæ nomen ædificent. Sed quũ ipſa ad finem celerius vita percurrat,quid in ea fixum ſtabit,quando & ipſa celeri mobilis pertranſit? Aura etenim cinerem rapit ſicut ſcriptum eſt: Nõ impij non ſic,ſed tanq; puluis,quem proiecit ventus a facie terræ. Recte ergo,ſtultorum memoria cineri comparat, quia illic ponitur,vbi ab aura raptatur. Quantumlibet etenim quiſque pro facienda gloria ſui nominis elaboret memoriam ſuam quaſi cinerem poſuit, quia hanc citius ventus mortalitatis rapit. Quo contra de iuſto ſcriptũ eſt, In memoria æterna erit iuſtus. Eo ipſo enim,q̃ facta ſua ſolius Dei oculis imprimit, nomen ſuæ memoriæ in æternitatem figit. Et Hieronimus libro primo in lamentationes,capite ij, exponens illud Ponet in puluere &c. citat illud Iob, Et ego agam pœnitẽtiam in fauilla,& cinere: In fauilla(inquit) & cinere pœnitentiam agere,eſt contemplata ſumma eſſentia, nihil aliud,quam fauillam cineremq; ſe cognoſcere. Vnde & ciuitati reprobæ in euangelio dominus dicit: Si in Tyro,& Sidone factæ fuiſſent virtutes,quæ factæ ſunt in vobis,olim in cilicio,& cinere,pœnitentiam egiſſent. In cilicio quippe aſperitas,& cõpunctio pectorum,incinere aũt puluis oſtendit mortuorũ. Et idcirco vtriq; hoc adhiberi ad pœnitenti ſolet,vt in cõpunctiõe cilicij, cognoſcamus,qd p culpã fecimus, & in fauilla cineris perpendamus, quod per vitium facti ſumus. Conſyderentur ergo in cilicio pungentia vitia,conſyderetur in cinere per mortis ſententiam ſubſequens iuſte pœna vitiorum. Quia enim poſt peccatum carnis contumeliæ ſurrexerunt, videat homo in aſperitate cilicij ſuperbiendo quid fecit,videat in cinere vſquequo peccãdo peruenit. Poteſt quoq; cilicio,ipſa in reprehẽſione, atq; pœnitentia dolorum compunctio deſignari. Nam hoc quoq; ait beatus Iob,Ipſe me reprehendo,quaſi quodam cilicio pũgitur,dum in mente ſua aſperitatem cogitationum ſtimulis confricatur. In cinere autem agit pœnitentiam,quia ex primo peccato quid per iuſtum iudicium factus ſit,ſolerter attendit,dicens: Ago pœnitentiam in fauilla,& cinere. Ac ſi aperte dicat,De nullo autoris dono ſuperbio,qa ſumptus ex puluere,per illatæ mortis ſententiam ad puluerem me redire cognoſco

Taren.3. Iob.42.2. Luc.10. Iob.42.

Quid circunciſio myſtice ſignificet. Cap. XXXVII.

DE circunciſione diuus Paulus ſcribit: Circunciſio quidem prodeſt,ſi legem cuſtodias: ſi autem ꝓuaricator legis ſis, circunciſio tua ꝓputium facta eſt. Si igitur ꝓputium iuſtitias legis cuſtodiat,nonne præputium illius in circunciſionem reputabitur, & iudicabit id, quod natura eſt præputium,legem conſummãs te, qui per literam, & circunciſionem prævaricator es legis? Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto eſt in carne circuncuſio ſed qui in abſcondito Iudæus eſt,& circuncuſio cordis in ſpiritu,nõ litera, cuius laus non ex hominibus eſt,ſed ex Deo. Quæ verba Origenes enarrans in ſecundo libro in epiſtolam ad Romanos,hoc pacto ſcribit: Quæ ſit circuncuſio, quam prodeſſe dicit Apoſtolus, vel quæ lex profit,ſi cuſtodiatur,diligentius requirendum videtur,vt quum hæc intellexerimus,poſſimus & nos circuncidi. Quippe ſi prodeſt circuncuſio ſecundum verbum Apoſtoli dicentis, quia circuncuſio prodeſt ſi legem cuſtodias, ipſe Apoſtolus in conſequentibus docet,quia non illa,quæ in manifeſto eſt in carne,circuncuſio,ſed circuncuſio cordis per ſpiritum,non per literam facta laudẽ habet non ab hominibus,ſed ex Deo. Et alibi dicit: Videte circuncuſionem. Nos enim ſumus circuncuſio, qui in ſpiritu Deo ſeruimus, & non in carne confidimus. Hæc(vt opinor)eſt circuncuſio, quam prodeſſe dicit Apoſtolus,ſi legem cuſtodias,non legem literæ,cuius vtique circuncuſionem in carne non recipis,ſed legem ſpiritus ſecundum quam circunciderís corde. Litera enim occidit,ſpiritus autẽ viuificat, qa & lex Dei non refertur atramento ſcripta,ſed digito Dei,q eſt ſpiritus eius &nõ in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis. Verum poteſt nobis obiici,quia ſi Apoſtolus circuncuſionẽ prodeſſe dicit,q vtiq;

Iob.42.2. Philip 3.2

vtiq; alia non intelligitur eſſe,q̃ animæ purgatio,& abiectio vitiorum,qũo addit adhuc, ita demum prodeſſe huiuſmodi circuncuſionem,ſi legem cuſtodias, quum hæc ipſa circuncuſio non niſi ex legis obſeruantia fieri videat? Sed intuere,ne forte abſcindere vitia,& ceſſare à malis,circuncuſionem ſignificet: agere autem quæ bona ſunt,& efficere q̃ perfecta ſunt,cuſtodire ſit legem. Neq; enim in eo perfectio eſt,ſi ceſſetur à malis, ſed in eo ſi agantur bona,ſicut in Pſalmo euidentius perdocemur,quum dicit: Declina à malo, & non ſic ſtetit,ſed addidit, Et fac bonum. Similiter ergo & Apoſtolus (vtpote in his imbutus)ita demũ dicit prodeſſe circuncuſionem & abiectionem malorum,ſi cuſtodias legem bonorum. Neq; enim perfectus quis eſſe poteſt,ſi nihil egerit mali ſed ſi aliquid egerit boni. Vnde & ipſa circuncuſio, quæ fiebat in carne non abſq; huius intelligentiæ,quã nunc exponimus,ſignificabatur ima gine. Deniq; octaua die paruulis dabatur, qui nihil vtiq; adhuc operis egerint. Quod ſi quis nobis obiiciat, q̃ in principio libri Iob de laude eius poſitum eſt,vbi dicit: Et erat Iob homo verax ſine querela,iuſtus, Dei cultor,abſtinens ſe ab omni re mala,cur præcedente boni operis laude,in vltimo mali continentia numeretur? Illud quoq; arbitror indicari, quod ſæpe fieri ſolet,quia plurimum homines agãt quidẽ quæ bona ſunt, miſceatur tamen aliquid & operis mali. Pauci vero ſicut Iob,qui ita & veraces & irreprehenſibiles,ita iuſti ſunt, & cultores dei,vt hæc omnia agentes, abſtineant ſe ab omni re mala. Si ergo(inquit) prævaricator ſis legis(ſicut ſupra expoſuimus) non agendo quæ bona ſunt circuncuſio tua præputium facta eſt,dum & hoc tibi,q̃ abſtinere à malo viſus es,opera fidei & iuſtitiæ non agenti ad infidelitatem reputatur. Neq; enim poſſibile eſt alicui carnalem circuncuſionem rurſum in ꝓputium verti, quum vtiq; abſciſſa ꝓputi caro,vltra redire nõ poſſit. Dignius ergo & euidentius intelligitur,quod continentia mali operis,quæ per circuncuſionem ſignificatur,ſi opera fidei non habeat,ad immundiciam reputatur. Sed & ſi in eccleſia per baptiſmi gratiam circunciditur,ſi poſt hæc ꝓuaricator ſit legis Chriſti, circuncuſio baptiſmi ad infidelitatis ei ꝓputium reputabitur,quia & fides ſine operibus mortua dicitur,& mali villici pars,cum infidelibus ponitur. Si autem ꝓputium iuſtitias legis cuſtodiat &c. Superius diximus, q̃ duos Iudæos,& duas circuncuſiones diſcutiat Apoſtolus & nunc commemoret. Videtur ergo in ſenſu loco ꝓputium dicere gentes,quæ in præputio carnis, ad fidem Chriſti venerunt,quas legem ſpiritalem ſeruantes,componit,& comparat Iudæis,qui per literam,& circuncuſionem carnis prævaricatores ſunt legis,quos & iudicandos ab his dicit,in quibus non carnis circuncuſio,ſed legis obſeruatio eſt. Verum conſidera ſi poſſit in hoc loco & ille intellectus admitti,vt dicatur etiam poſt aduentum Chriſti carnalis circuncuſio, quæ ex lege obſeruabatur, prodeſſe aliquid cuſtodientibus legem ſecundum hoc, quod in initio fidei noſtræ adhuc à credentibus obſeruabatur,vt in actibus Apoſtolorum docetur, vel Petrus in diſcretione circuncuſionem propoſuiſſe videatur Apoſtolus, quam prodeſſe dicit,ita ſi etiã lex ſeruetur. Si minus, circuncuſionem hanc in ꝓputium vertendam,hoc eſt,nihil profuturam,imo etiam in alijs habere iudicem eum,q̃ per circuncuſionem carnis videatur legis obſeruantiã profiteri,& ꝓuari cando legem iudicari ab eo qui non ſuſceperit quidem circuncuſionem carnis,iuſtitias tñ ſeruauerit legis. Si ergo & hic ſenſus recipi debeat,vide etiam tu,qui legis,q̃m quidẽ ipſe Apoſtolus profitetur ſe Iudæis fieri Iudæum,& his,qui ſine lege ſunt, quaſi ſine lege ſit & oibus omnia fit, vt omnes lucrifaciat,ne forte propterea hic videatur indulgere Iudæis, ea q̃ ad Galatas ſcribens his,q ex gentibus crediderunt,non indulget. Dicit enim, quia ſi circuncida mini,Chriſtus vobis nihil proderit. Nihil ergo prodeſt circuncuſio his,qui ex ea putant,aliquid iuſtificationis aſſumi: prodeſt autem his qui putant ſibi ad Chriſtum non eſſe veniendum,ſi ei circuncidere filios vetaretur. Erant enim nonnulli in initijs, qui circuncuſionem, velut inſigne vernaculum gentis ſuæ,nimio amore ſeruarent, & impediri videbantur à fide,ſi eis vetaretur,quo carere non poterant. Ergo videtur Apoſtolus ad huiuſmodi homines dicere,ne eis fidei ianuam claudat,quia circuncuſio prodeſt,ſi legem cuſtodias &c. Econtrario autem ſi credentes ex gentibus ad circuncuſionem cogerentur,fidei Chriſti,& prædicationi verbi fieri videretur iniuria. Sed & illud obſeruandum eſt,quod quum dixerit, Circuncuſio quidem prodeſt, ſi legem cuſtodias,non addidit,Si autem non cuſtodias,ſicut conſequens videbatur,ſed ait,Si autem prævaricator ſis legis. In quo oſtendit aliud eſſe non cuſtodire legem,aliud prævaricari legem. Nã & Paulus ipſe non ſemper legem cuſtodit, nunquam tamen prævaricator eſt legis. Propterea in conſequentibus dicit, Si autem præputium, &cæt, Cuſtodit ergo legem is, qui eam ſecundum literam obſeruat, & is prævarica-

Actu.21.c. 1.Cor.9.d Galat.5.a Rom.2.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur eam,qui ſpiritalem eius non tenet ſenſum. Iuſtitiæ vero legis,moralis eſt locus. Lex enim generale vocabulum eſt,iuſtitia vero,pars legis eſt. Continet enim lex iuſtitias, & iudicia & mandata,& iuſtificationes,aliasq; quam plurimas ſpecies. Si ergo præputium,non ait ipſam legem,ſed ſi iuſtitias legis cuſtodiat,intantum præfertur circuncisioni præuaricanti legem, vt etiam iudicet eam. Et bene addidit,legem perficiens. Ille enim,quiſecũdum literam viuit, cuſtodiri dicitur legem: iſte vero,qui ſecundum ſpiritum perficere. Perfectio autem legis, in Chriſto eſt,qui dixit,Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Adimplere autem legem, eſt perficere legem. Cuſtodit ergo legem carnalis Iudæus,perficit autem ſpiritalis,& qui in occulto Iudæus ẽ. In quo ille quidẽ ꝓuaricator legis,hic autẽ iudex ꝓuaricatoris efficit. Præuaricator aũt carnalis Iudæus,quia lex ipſa infirmaꝝ ꝑ carnẽ. Niſi eñ infirma fuiſſet ſcdm carnẽ,nõ vtiq; diceretur,Nam quod impoſſibile erat legis,in quo infirmabatur per carnem. Per ſpiritum autem infirmari legem nunquam inuenies ſcriptum. Et ideo qui in carne ſunt,Deo placere non poſſunt. Qui autem per ſpiritum actus carnis mortificaueriṅ, non ſolum viuent, ſed iudices erunt,non tantum hominum,ſed & Angelorum, quia illius laus ab hominibus eſt, huius a Deo.

Roma 8.b.

De eadem circunciſione myſtica. Cap. XXXVIII

CIrcuncidere (vt eodem libro ſcribit Origenes) eſt ex genitali membro, per quod ſucceſſio humani generis,& carnalis propago miniſtratur,amputare aliquam partem. Per hoc ergo iudicari figuraliter reor,amputandam eſſe ab anima,ſi qua illi ex conſortio carnis adhæret impuritas,ſi quis eam libidinis maleſuadę ſenſus obtexit. Idcirco igitur non alijs iſta defectio,ſed genitalibus membris infigitur,vt clareat,quod huiuſmodi vitia animæ, non ex propria ſubſtãtia,ſed ex genuino motu,& incentiuo carnis aduenium. Quod autem octaua die circunciſio datur,illud deſignari arbitror,quod præſenti quidem ſæculo ſeptimana deputata eſt. octauus autem dies,futuri ſæculi myſterium tenet. Illorum ergo eſt circuncisio ſpiritalis,qui futuro ſæculo militant,in quo neq; nubent,neq; nubentur,ſed erunt ſicut Angeli Dei, & eorum,qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum dei,& quorum in terris ambulantium in cœlis eſt cõuerſatio, quiq; proſpiciunt non ea,quæ videntur,ſed quæ non videntur, & ſciunt quia quæ videntur,temporalia ſunt: quæ autem non videntur,æterna. Verum (vt ſuperius memorauimus) dictum eſt & ab alijs,quod circuncisio ſpiritalis ſit omnem immundam cogitationem,atq; impuros ſenſus abſcindere à corde,& abijcere. Sed occurritur huiuſcemodi ædditionibus ex his,quæ apud Ezechielem ſcripta referuntur,vbi dicit dominus: Omnis filius alienigena incircunciſus corde,& incircunciſus carne,non introibit in ſancta mea ex omnibus filijs alienigenarũ,qui ſunt in medio domus Iſrael. Euidẽt etẽ duas circũciſiones hoc in loco oñdit ſermo propheticus,dicẽs: Incircũciſus corde & incircũciſus carne. Vñ cogimur ſecundũ allegoricas leges vtriuſq; circũciſionis formas,ac ſpecies aſſignare,& videamus,ne forte referri queat ad duo generalia peccata,in quibus incircunciſum eſſe non expedit,id eſt in fide,& in operibus,vt ſit circunciſus corde, qui habet fidem,& incircunciſus carne,qui opera non habet. Alterum nanq; ſine altero reprobatur,quia & fides ſine operibus mortua dicitur, & ex operibus ſine fide,nemo apud Deum iuſtificatur. Sic ergo (vt ego arbitror) dictum propheticum conuenienter aptabitur fidelium populo,quibus dicitur,Omnis alienigena,qui eſt in vobis in medio domus Iſrael incircunciſus corde,& incircunciſus carne, introibit in ſancta mea. Hoc nimirum eſt, quod Dominus in Euangelio dicit: Qui credit in me, mandata mea cuſtodiat. Et iterum, Qui audit verba mea,& facit ea. Et iterum, Quid autem dicitis mihi,domine domine,& non facitis quæ dico? Vides ergo vbiq; fidem cum operibus iungi,& operari cum fide. Cordis iſta eſt circuncisio,nihil ſordidum, nihil indignum ſentire de fide, Carnis circunciſio eſt, nihil immundum, nihil contaminatum in opere, geſtisque committere. Qui enim in altero horum incircunciſus fuerit,& immundus, Dei vocibus ingredi prohibetur in ſancta. Ingreditur tamen & alienigena in ſancta, quo non liceat ingredi,ſecundum legem literæ, niſi ſolis ſacerdotibus. Datur vero nũc & alienigenis vt ingrediantur, vt ſint fidei,& actuum circunciſione purgati. Si quis aũt nos ad ſuperiores ſtiones reuocare contendat,& iterum nobis replicet q̃ ſcriptũ eſt de alienigena,quod ab eo volente ingredi in ſancta,non ſolum cordis circuncisio,ſed & carnis exigitur,huic ita moleſte reſtenti obuertimus & nos illud,q̃ Hieremias propheta dixit. Ecce incircunciſæ ſunt aures veſtræ. Oſtendat nobis iſte carnalis circunciſionis exactor aurium circunciſionem ſenſibile,& corporalem,ſi poteſt. Sed certũ eſt,q̃ nullo pacto hoc facere queat. Reuertetur ergo ad allegorias, neceſſitate compulſus,& dicet circuncidi aures,quũ ſecundum Salomonis monita non re-

Matth. 22.c
Marc.19.b
Philip 3. d
2.Cor.4.d

Iacobi.1.d.
Roma. 3.c.
Ezech. 44

Luc. 6.g.

Circũciſio cordis & carnis quid ſit.

Hiere. 6.c.

non recipiunt auditionem vanam,& quum opilantur,ne audiant iudicium ſanguinis,& quum ſepiuntur ſpinis,ne audiant obtrectationem,ſed vt ſoli verbo Dei pateant,& his,quæ ad ædificationem dicuntur. Sit ergo & illa cordis,qualis & hæc aurium circunciſio,quæ communiter videtur expoſita. Hoc autem modo & incircunciſus labijs dicitur,qui non circunciderit blaſphemiam,ſcurrilitatem,turpiloquium de ore ſuo,qui non poſuerit cuſtodiam ori ſuo,& oſtium circumſtantiæ labijs ſuis,qui non etiam a verbo ocioſo,circunciderit os ſuum. Deniq; vbi dixit Moyſes ad dominum,Prouide domine alium quem mittas, ego autem tardę linguæ,& gracili voce ego ſum,ipſi in Hebræis exemplaribus habere ſe dicunt,Ego autem incircunciſus ſum labijs. Quod ſi hoc modo poteſt quis incircunciſus videri auribus,& incircũciſis labijs,cur non & ſimili forma incircunciſus præputio carnis ſuæ dicatur is qui erga naturalẽ coitus motũ imoderatius & intẽperãtius eſt huit: circũciſus vero habeaꝝ,q̃ in huiuſcemodi negotio,legitimis,& quantũ poſteritati ſufficit vtatur officijs? Verum quoniam de circũciſionis ratione tractamus,etiam illud his adiungere nõ abſurdum videtur, quod Ieſus filius Naue ex præcepto domini filios Iſrael ſecundo circuncidiſſe cultris ſaxeis memoratur. Quod vtique quantum ad literam ſpectat,impoſſibile factu videtur. Semel in carne præputij circunciſis,quid inuenire poteſt ſecunda circuncisio quod auferat? Ieſus vero noſter, qui vere poſt Moyſen filios Iſrael in terram ſanctam fluentem lac,& mel, terram repromiſſionis induxit, euidens eſt quomodo non ſemel,ſed ſecundo circuncidat credentium populum. Prima nanq; eſt eius circuncisio,qua ab eis vel idolorum cultum,vel commenta philoſophicæ perſuaſionis exſecuit: ſecunda vero,vtitur circunciſione,quum ab eis veteris hominis cõſuetudinem, & paſſiones,ac vitia carnis ab ſcidit,& tunc completur quod in Ieſu Naue ſcriptum eſt,Hodie abſtuli a vobis opprobria Aegypti. Opprobria nanq; Aegypti ſecum fert,ſi quis in Eccleſia poſitus,& ſub Ieſu duce militans,Aegyptios mores,& motus animi barbaros ſeruet. Circuncisio interioris hominis allegoricis legibus intelligatur,quum iam neque interior ille concupiſcit in corde,neq; exterior iſte concupiſcentiam miniſtrat in corpore, vt circunciſus dicatur in carne ille,quem Apoſtolus dicit iam non eſſe in carne,ſed in ſpiritu, & qui actuum carnis per ſpiritum mortificat. Verum quoniam qui circunciſus eſt aliquam carnem perditã dedit,aliquam ſeruauit incolumem,in eo quod perditam dedit,illam carnem ſignificari puto,de qua ſcriptum eſt,Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius,quaſi flos fœni: Caro autem quæ ſeruatur,& incolumis permanet,puto quod formam teneat illius carnis, de qua dicitur, Quia omnis caro videbit ſaluatorem Dei.

Exod.4.c.

Ioſue.5.a.

Roma.8.b
Eſai.40.b
Luc.3.b.

De eadem Myſtica circunciſione. Cap. XXXIX.

IDem quoque Origenes de myſtica circunciſione,homil.iiij.ſuper Geneſin hoc pacto ſcribit: Vos autem o populus Dei,& populus in acquiſitionem electus ad enarrandas virtutes domini,ſuſcipite dignam circunciſionem verbi Dei in auribus veſtris,& in labijs,& in corde,& in præputio carnis veſtræ,& in omnibus omnino membris veſtris. Circunciſæ nanq; aures veſtræ ſint ſecundum verbum Dei,vt vocem non recipiant obtrectantis,vt maledici,& blaſphemi verba non audiant,vt falſis criminationibus mẽdacio,irritationi nõ pateant, oppilentur,& clauſæ ſint,ne iudicium ſanguinis audiant,aut impudicis cãticis,& theatralibus ſonis pateant. Nihil obſcœnum recipiant,ſed ab omni ſcæna corruptionis auerſæ ſint. Ego puto,quod incircunciſus labijs ſit,qui nondum ceſſauit à ſtultiloquio, à ſcurrilitate,qui bonis derogat,qui criminatur proximos,qui inſtigat lites,qui calumnias mouet,qui fratres inter ſe falſa loquendo committit,qui vana,inepta,ſæcularia,impudica,turpia,iniurioſa,proterua,blaſphema,& cœtera,quæ indigna ſunt Chriſtiano ore,proloquitur. Si quis vero ab his omnibus continet os ſuum,& diſponit ſermones ſuos in iudicio,verbo ſitatem reprimit,linguam temperat,verba moderatur,iſte merito circunciſus labijs dicitur. Sed & qui iniquitatẽ in excelſo loquũtur,& extẽdũt in cœlũ linguã ſuã,ſicut hæretici faciũt,incircũciſi,& immũdi labijs dicendi ſunt. Circunciſus vero & mundus eſt,qui ſemper verbum dei loquitur,& ſanam doctrinam euãgelicis,& Apoſtolicis munitã regulis profert. Nũc vero qualiter etiã carnis circuncisio ſuſcipi debeat,videamus. Membrum hoc,in quo præputium videtur eſſe offi cij,s naturalibus coitus,& generationi deſeruire,nemo ẽ q̃ dubitet. Si qs igit erga huiuſcemodi motus nõ importunus exiſtat,nec ſtatutos legibus terminos ſuperet,nec aliã feminã q̃ cõiugem legitimã nouerit,& in ea ꝺ̃q; ipſa poſteritatis tantũmõ cauſa certis,& legitimis tẽporibus agat,iſte circũciſus ꝑputio carnis ſuæ,dicendus eſt. Qui vero in omnem laſciuiã prorui, & per diuerſos,& ad illicitos paſſim pendet amplexus,atq; in omnẽ libidinis gurgitẽ ferè infrænis,

1 Pet.3.b.

Eccli.28.d
Pſalm.38.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

frænis,iste incircumcisus est præputio carnis suæ. Verum ecclesia Christi,gratia eius,qui pro se crucifixus est, robarata,non solum ab illicitis nefandisq; cubilibus, verũ etiam a cõcessis & licitis temperat,& tanquam iam virgo sponsa Christi, castis,& pudicis virginibus floret, in quibus vera circuncisio carnis præputij facta est,& vere testamentũ Dei,& testamentũ æternũ in eorũ circũcisa carne seruatur. Super est nobis etiam designare circuncisionẽ cordis. Si quis est,qui obscœnis desideriis,& fœdis cupiditatibus æstuat,& (vt breuiter dicã) qui mœchatur in corde,hic incircũcisus est corde: sed & qui hæreticos sensus mente continet,& blasphemas assertiones contra scientiã Christi disponit in corde,hic incircũcisus est corde. Qui vero puram fidẽ in cõscientiæ synceritate custodit,iste circuncisus est corde, de quo dici potest,Beati mundo corde,quia ipsi Deum videbunt. Ego vero audeo ex simili,etiam hæc prophetici vocibus addere,quia sicut oportet auribus & labijs,& corde,& carnis præputio circuncidi:ita fortasse & manus nostræ indigent circuncisione,& pedes & visus,& odoratus,& tactus. Vt enim perfectus sit homo Dei in omnibus; cuncta circuncidenda sunt membra. Manus quidem à rapinis,à furtis,à cædibus,& ad sola Dei opera pandendæ, Circuncidendi sunt pedes,ne veloces sint ad effundendum sanguinem & ne intrent in concilium malignãtium,sed vt tantum pro mandatis Dei circumeant. Circuucidantur & oculi,ne concupiscant aliena,ne videant ad concupiscendum mulierem. Qui enim erga fœminarum formas lasciuo,& curioso oberrat aspectu,iste incircuncisus est oculis. Sed & si quis est,qui siue bibat,siue manducet (sicut Apostolus precipit) ad gloriam Dei manducat,& bibit,iste circuncisus est gustu. Cuius autem Deus venter est,& suauitatibus gulę deseruit huius incircuncisum dixerim gustum. Si quis Christi odorem bonum capit,& in operibus misericordiæ odorem suauitatis requirit,huius circuncisa est odoratio. Qui vero primis vnguentis delibutus incedit,iste incircuncisus odoratu dicendus est. Sed & singula quæq; membrorum,si in officijs madatorũ Dei deseruiant,circuncisa dicenda sunt. Si vero vltra præscriptas sibi diuinitus luxuriant leges,incircuncisa reputanda sunt. Et hoc puto esse,quod Apostolus dicit: Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticiæ in sanctificationem. Quum enim iniquitati seruirent membra vestra, non erãt circuncisa,nec erat in eis testamentum Dei. Quum vero cœperint seruire iustitiæ in sanctificationem,promissio,quæ ad Abraham facta est impletur in eis. Tunc enim lex Dei, & testamentum eius signatur in eis. Et hoc est vere signum fidei,quod inter Deum,& hominem,æterni fœderis continet pactum.

Quid cithara Mystice significet. Cap. XL.

CIthara rectam operationem designat (vt diuus scribit Gregorius libro xx. Moral. cap. xxxi, enarrans illud Iob, Versa est in luctum cithara mea & organum meum in vocem flentium. Quia (inquit) organum per fistulas,& cithara per chordas sonat potest per citharam recta operatio, per organum vero sancta prædicatio designari. Per fistulas quippe organi,ora prædicantium: chordas vero citharæ,intentionem recte viuentium non inconuenienter accipimus,quæ dum ad vitam aliam per afflictionem carnis tenditur, quasi extenuata chorda in cithara per intuentium admirationem sonat. Siccatur etenim chorda vt congruum in cythara cantum reddat, quia & sancti viri castigant corpus suum, & seruituti subijciunt,atque ab infimis,ab superiora tendunt. Pensandum quoq; est, quod chorda in cithara si minus tenditur,non sonat: si amplius,raucum sonat: quia nimirum virtus abstinentiæ,aut omnino nulla est si tantum quisq; corpus non edomat,quantum valet: aut valde inordinata, si corpus atterit,pluſquam valet. Per abstinẽtiam quippe carnis vitia sunt extinguenda, non caro,& tanto quisque sibimet debet moderamine præesse,vt & ad culpam caro non superbiat,& tamen ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Intueri inter hæc egregiũ predicatorẽ libet,quãta arte magisterij fideliũ animas,velut in cithara chordas tẽsas,alias amplius tẽdẽdo extẽuat,atq; alias à tẽsiõe sua relaxãdo cõseruat. Alijs etenim dicit. Nõ in cõmessationibus,& ebrietatibus,nõ in cubilibus,& impudicitijs. Et rursus ait: Mortificate mẽbra vestra q̃ sunt sup terrã: & tñ p̃dicatori charissimo scribit,dicens: Noli adhuc aq̃ bibere sed modico vino vtere,propt̃ stomachũ tuũ,& frequẽtes tuas infirmitates. Illas ergo chordas extẽuãdo cõdit,ne nõ tẽsæ oĩmodo nõ sonent: hãc vero à tensione tẽperat,ne dũ plus tendit,minus sonet. Siue autem sancti prædicatores in ecclesia,seu quilibet simplices,& abstinẽtes, prout vires acipiunt,in ea proximis suis canticum bonæ exhortationis reddunt. Nam & prudentes quique ad prædicationis fructum solerter inuigilant,atq; vt alios ad vitam pertrahãt sono magnę suasionis elaborant,& qui in eo tardioris ingenij vident,& ipso suæ vitæ merito, inquantũ [illegible] posse

posse conspiciunt,exhortationis erga alios auctoritatem sumunt, atq; ad cœlestẽ patriam q̃s valent trahere non desistunt. Sed secta ecclesia extremis persecutionibus pressa,quum verba sua à reprobis contemni cõsideret, amoris sui gratiã ad sola lamenta format, quia nimirum deflet quos exhortando trahere non valet. Dicat ergo, Versa est in luctum cithara mea,& organum meum in vocem flentium. Ac si aperte fateatur,dicens: Pacis quidẽ meæ tẽpore per alios parua,more citharæ,per alios vero,more organi,magna,& sonora p̃dicabam: sed nunc versa est in luctum cithara, & organum in vocem flentium versum est, quia dum me contemni conspicio,eos, qui p̃dicationis cantum non audiunt, deploro. Hæc per quosdam sancta ecclesia in fine factura est. hęc per quosdam in suis iam exordijs fecit. Martyr quippe Stephanus Iudæis persequentibus prodesse p̃dicando conatus est, quos tamen post verba p̃dicationis,dum videret ad iaciendos lapides conuolasse,fixis genibus orabat,dicens: Dñe Iesu, ne st atuas illis hoc peccatũ. Quid ergo huic,qui diu & parua,& magna narrauerat, nisi iam suæ citharæ,atq; organi cantus silebat atq; ad luctum versa fuerant, quia eos,quos p̃dicando non traxerat,amando flebat. Quod nimirum quotidie sancta ecclesia agere non desistit,q̃ prædicationis verbum pene vbiq; conticuisse iam conspicit. Alij nanq; loqui dissimulant,alij recta audire contemnunt. Sed electorum mẽs dum tacere cantum p̃dicationis conspicit,gemens,ac tacita ad fletum redit. Dicat ergo. Versa est in luctum cithara mea,& organum meum in vocem flentium,quia electus quisque, quo sanctæ prædicationis vox siluit, damna ecclesiæ grauius plangit. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Confitemini domino in cithara: Cithara (inquit) est lignum illud concauum, tanquam tympanum pendẽte testudine, cui ligno chordæ innituntur, vt tactæ resonẽt ex inferiore parte. Ex inferiore vita,id est terrena habemus prosperitatem,& aduersitatẽ. Terrena prosperitas est, quum sani sumus secundum carnem, quum abundant omnia, quibus viuimus, quum incolumitas nostra seruatur, quum fructus large proueniunt. Aduersitates autẽ ex inferiore vtique parte de fragilitate generis humani in doloribus,in languoribus,in pressuris,in tribulationibus. Vnde deum laudemus in vtroq; vt semper sit laus eius in ore nostro, & benedicamus dominum in omni tempore. Vbiq; laudet deum, qui citharizat, non attendat, quia inferiora sunt, sed quia & regi,& gubernari non possunt, nisi ab illa sapientia, quæ attingit à fine, vsq; ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. Non enim cœlestia regit,& terrena desedit, siue tibi desit, si forte damno tibi auferatur aliquid, citharizat securus. Non est enim ille tibi ablatus, qui dedit, quamuis tibi ablatum fuerit quod dedit. Etiam sic (inquam) citharizat securus, certus in deo tuo. Tange chordas in corde tuo,& dic, tanquam in cithara infelici parte bene sonante. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Et enarrans illud Psalmistæ, Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: Cithara (inquit) manibus portatur, & tangitur, & significat opera quædam nostra corporalia. Quum autem aliquid patimur tribulationum, tentationum, scandalorum in hac terra, quia non patimur, nisi ex inferiore parte, id est ex eo, quod mortales sumus, ex eo quod primæ nostræ causæ quiddam tribulationũ debemus, & quia patimur multa ab eis, qui non sunt desuper, cithara est. Venit enim sonus suauis ex inferiore parte, patimur, & psallimus, vel potius cantamus, vel citharizamus, quum dicebat Apostolus, Gloriamur in tribulationibus scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationẽ, probatio spem, cithara sonabat ex inferiore quidem, sed tamen dulciter. Omnis enim patientia dulcis est deo. Si autem in ipsis tribulatiõibus defeceris, citharam fregisti. Quare ergo modo dixit. Cõfitebor tibi in cithara? Propter illud quod dixerat, Vt quid tristis incedo, dum affligit me inimicus? Patiebatur enim quiddam ex inferiore afflictione,& in eo ipso tamen volebat placere Deo,& gratias gestiebat agere deo, fortis in tribulationibus. Præterea cithara, caro Christi humana designatur. Vnde diuus Augustinus exponẽs illud Psalmistæ, Exurge psalterium,& cithara, hoc pacto scribit, Caro diuina operans, Psalterium est: caro humana patiens, cythara est. Sonet Psalterium, illuminentur cæci, audiant surdi, stringantur paralytici, ambulent claudi, surgant ægroti, resurgant mortui, iste est sonus Psalterij. Sonet & cithara, esuriat, sitiat, dormiat, teneatur, flagelletur, irrideatur, crucifigat, sepeliatur. Quum ergo vides in illa carne quædam sonuisse desuper, quædam de inferiore parte, vna caro resurrexit, & in vna carne agnoscimus & psalterium, & citharam. Et exponens illud Psalmistæ, Psallam tibi in cithara, sanctus Israel: Quia spiritus (inquit) est desuper, caro de terra, significari videtur per psalterium, spiritus, per citharam, caro. Et enarrans illud Psalmistæ, Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtæ,Cum cantico in cithara,ſic ſcribit:Cum cantico,in verbo,in cithara,in opere. Si verba ſo
la dicis,quaſi canticum ſolum habes,citharam non habes.Si operaris,&non loqueris,quaſi ſo
lam citharam habes.Propterea loquere bene,& fac bene,ſi vis habere canticum cum citha-
ra.Et exponens illud Pſalmiſtę,Pſallite domino Deo noſtro in cithara,& voce pſalmi.Pſallite (inquit)non voce ſola,aſſumite opera,vt non tantum cantetis,ſed & operemini.Qui cantat,& operatur,pſallit in cithara,& Pſalterio.

Quid ciuitas Myſticé ſignificet, Cap. XLI.

Ciuitatis nomine,eccleſia deſignatur,vt ait diuus Gregorius,exponens illud Iob,De ciuitatibus fecerunt viros gemere:Quia ciuitates(inquit)à conuenientibus populis, appellantur,non immerito ciuitatum nomine,vere ſunt fidei eccleſiæ deſignatæ,quę in ſingulis mundi partibus poſitæ,vnam catholicam faciunt,in qua fideles omnes,de Deo recta ſentientes,
Luc. 9.b. concorditer viuunt.Hanc itaque in Euangelio dominus conuiuentium populorum,etiam locorum diſtinctionem, cõcordiam deſignauit,quum ſatiaturus de quinq; panibus populum, quinquagenos per turmas,vel centenos diſcumbere præcepit,vt videlicet,turba fidelium eiusdem ſuam,& locis diſiuncta,& moribus coniuncta,perciperet.Iubilei quippe requies,quinquagenarij numeri myſterio continetur,& quinquagenarius bis ducitur,vt ad centenarium numerum perducatur.Quia ergo prius à malo quieſcitur opere,vt poſt anima plenius quieſcat in cogitatione,alij quinquageni,alij autem centeni diſcumbunt,quoniam ſunt nonnulli, qui à prauis actionibus habent requiem operis,& ſunt nonnulli,qui a peruerſis cogitationibus habent iam requiem mentis.Hæretici igitur,quia peruerſis ſæpe huius mundi potentibus adhærentes bonorum ſocialem vitam,atq; concordiam perſequuntur, recte nunc dicitur,De ciuitatibus fecerunt viros gemere.Quos recte beatus Iob memorat viros, quia illos magis hæretici extinguere ambiunt,qui perfectis greſſibus per viam Dei,non fluxe,& enerviter,ſed viriliter currunt.Qui,quum vulnus perfidiæ ingeri in paruulorum fidelium mente conſpiciunt,ſemper ad clamorem,& gemitus redeunt.Et libro duodecimo, capite vigeſimotertio,exponens illud Iob,Habitabit in ciuitatibus deſolatis,& in domibus deſertis. Quia (inquit)à conuerſatione conuiuentium ciuitas appellatur,ciuitates deſolatæ ſunt, ipſi obſequentium cunei peruerſorum,quorum dum oribus peruerſus iſte laudatur, ad praua operatur per nequitiam rapitur.Vnde ſcriptum eſt,Laudatur peccator in deſiderio animæ ſuæ,& qui iniqua agit,benedicitur.Domus vero deſertæ,ſunt cogitationes prauę,quas iniquus iſte inhabitat,quia per omne quod agit,iniquorum hominum placere cogitationibus appetit.Quæ ciuitates deſolatæ,& domus deſertæ recte nominantur, quia niſi omnipotens Deus talium conuerſationes,cogitationesq; præcedentibus eorum culpis,relinqueret,ad grauiora perpetranda,minime peruenirent.Ciuitas præterea,eſt eccleſia,de qua dicitur, Fluminis impetus
Pſalm.45. lætificat ciuitatem Dei.Fluminis impetus,eſt in undatio illa ſpiritus ſancti,de qua dominus dicebat:Si quis ſitit,veniat,& bibat.Qui credit in me,flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erãt,hi,qui in eum erant credituri.Spiritus autem nondum erat datus,quia nondum Ieſus erat glorificatus.Glorificato autem Ieſu poſtrem nondum erat datus,quia nondum Ieſus erat glorificatus.Glorificato autem Ieſu poſtrem ſurrectionem glorificato poſt aſcenſionem, die pentecoſtes venit ſpiritus ſanctus, implens credentes,locuti ſunt linguis,prædicare euangelium cœperunt gentibus,hinc ciuitas Dei ſanctificabatur.Duæ autem ſunt ciuitates.Vna bonorum,altera autem malorum,de quibus Auguſtinus libro vndecimo de Geneſi ad literam,capite decimoquinto:Hi duo(inquit) amores (Dei videlicet,& ſuiipſius)quorum alter ſanctus eſt,alter immundus,alter ſocialis, alter frigidus,alter communi vtilitati conſulens propter ſupernam ciuitatem,alter etiam rem communem in poteſtatem propriam redigens,propter arrogantem dominationem,alter ſubditus,alter æmulus Deo,alter tranquillus,alter turbulentus,alter pacificus,alter ſeditioſus,alter veritatem laudibus enarrantium præferens,alter quoquomodo laudibus auidus, alter amicabilis,alter inuidus,alter hoc volens proximo,quod ſibi,alter ſubijcere proximum ſibi, alter propter proximi vtilitatem regens proximum,alter propter ſuam, præceſſerunt in Angelis,alter in bonis,alter in malis,& diſtinxerunt in genere humano conditas ciuitates diuſub admirabili,& ineffabili prouidentia Dei, cuncta quæ creata ſunt,adminiſtrantis,& ordinantis,alteram iuſtorum,alteram iniquorum.Quarum etiam quadam temporali commixtione peragitur ſæculum,donec vltimo iudicio ſeparentur,& altera coniuncta Angelis bonis,cum rege ſuo vitam conſequatur æternam,altera coniuncta Angelis malis, ignem cum rege ſuo mittatur æternum.

Quid claues Myſtice ſignificent. Cap. XLII.

De claue

DE claue ſcribit Eſaias:Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat,& claudet,& non erit qui aperiat.Dabo ei(ait Hieronyr)clauẽ domus Dauid.Et hæc ipſa clauis erit ſuper humerum,hoc eſt,in paſſione:Iuxta illud, quod in alio loco ſcribitur,Cuius principatus ſuper humerum eius. Quod enim ille ſua paſſione reſeruauit,claudi non poterit,& quod clauſerit in ceremonijs Iudæorum,à nullo alio aperietur.Et exponens illud Eſaiæ,Et vinctis eius non aperuit carcerem:Nos omnes(inquit)vincti eramus,& clauſit tenebamur in carcere,qbus vinctis dixit ſaluator,Exiee, & his qui erãt in tenebris,Reuelamini. Dominus enim ſoluit compeditos. Qui liberati ab eo,gratias referingitur.Quos funes, atq; vincula ſoluere poſſunt & Apoſtoli, imitantes magiſtrum ſuũ, q eis dixerat: Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Soluunt autem eos Apoſtoli ſermone dei,& teſtimonijs ſcripturarum & exhortatione virtutum. Et exponens illud euangelicum,Et dabo tibi claues regni cælorum &c. hoc pacto ſcribit: Iſtuni locum eum epiſcopi & presbyteri non intelligentes,aliquid ſibi de phariſæorum aſſumunt ſupercilio,vt vel damnẽt innocentes,vel ſoluere ſe noxios arbitrentur,quũ apud Deum nõ ſententia ſacerdotum,ſed reorum vita quæratur.Legimus in Leuitico de leproſis,vbi iubentur,vt oſtendant ſe ſacerdotibus,& ſi lepram habuerint,tunc à ſacerdote immundi fiant,non quo ſacerdotes leproſos faciant,& immundos,ſed quo habeãt notitiam leproſi,& non leproſi, & poſſint diſcernere, qui mundus,quiue immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum,vel immundum facit,ſic & hic alligat,vel ſoluit epiſcopus & presbyter,non eos,qui inſontes ſunt,vel noxij,ſed pro officio ſuo,quum peccatorũ audierit varietates,ſcit q ligandus ſit,quiue ſoluendus.Et Aug.lib. de doctrina Chriſtiana.I.cap. decimoſeptimo & decimooctauo.Quoniam,inquit,in via ſumus,nec via iſta locorum eſt,ſed affectuum,quam ineludebant,quaſi ſepta quædam ſpinoſa.præteritorum malitiæ peccatorũ, quid liberalius & miſericordius facere potuit,qui ſeipſum nobis,quo rediremus, ſubſternere voluit, niſi vt omnia donaret peccata conuerſis,& grauiter fixa interdicta reditus noſtri pro nobis crucifixus,euelleret?Has igitur claues dedit eccleſiæ ſuæ,vt quæ ſolueret in terra, ſoluta eſſent in cœlo,quæ ligaret in terra,ligata eſſent & in cœlo,ſcilicet vt quiſquis in eccleſia eius dimitti ſibi peccata non crederet,non ei dimitterẽtur,quiſquis autem crederet,ſeq; ab his correptus auerteret,in eiuſdem eccleſiæ gremio conſtitutus,eadem fide, atque correctione ſanaretur. Quiſquis enim non credit dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperando, quaſi nihil illi melius,quàm malum eſſe remaneat,vbi de fructu ſuæ conuerſionis, infidus eſt.Et libro de fide ad Petrũ vnico, capite tertio:Pœnitentia(inquit)peccatori tunc prodeſt, ſi eam in eccleſia catholica gerat.Cui Deus in perſona beati Petri ligandi ſoluendiq; tribuit poteſtatẽ, dicens:Quæ alligaueris ſuper terram,erunt ligata & in cœlis, & quæ ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.Et lib.primo contra aduerſarium legis,& prophetarum,capite decimoſeptimo:Claues(inquit)regni cœlorum ſic dedit Chriſtus eccleſiæ,vt non ſolum diceret:Quæ ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cælis,vbi apertiſſime bonum, non malũ pro malo reddit eccleſia, verum & adiungeret, Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlis,quia bona eſt,& vindicandi iuſtitia.Illud enim quod ait, Si nec eccleſiam audierit, ſit tibi tanquam ethnicus,& publicanus,grauius eſt q̃ ſi gladio feriretur, ſi flãmis abſumeretur, ſi feris ſubrigeretur.Nam ibi quoq; ſubiunxit,Amen dico vobis,quæ ligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlis,vt intelligeretur,quanto grauius ſit punitus, qui velut relictus eſt impunitus,Ecce ab hominibus non reddentibus malum pro malo,alligatur homo amantinis nexibus.Et Ambroſius ſermone ſexageſimoſexto de natali apoſtolorum Petri & Pauli: Petrus (inquit & Paulus, videtur præ cæteris peculiari quadam in ſaluatorem fidei virtute præcellere,quod quidem ex ipſius domini iudicio poſſumus approbare. Nam Petro, ſicut bono diſpẽſatori clauem regni cœlorum dedit,Paulo,tanquam idoneo doctori, magiſterium eccleſiaſticæ inſtitutionis iniunxit,ſcil.vt quos iſte erudierit ad ſalutem,ille ſuſcipiat ad quietem,& quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum,eorum animabus Petrus,aperiat regna cœlorum.Clauem enim quodammodo à Chriſto ſcientiæ & Paulus accepit.Clauis enim dicenda eſt, qua ad fidem peccatorum dura reſerantur, mentium ſecreta panduntur,& quicquid intrinſecus clauſum tenetur,in palam rationali manifeſtatione producitur.Clauis(inquam)eſt,quæ & conſcientiam ad confeſſionem peccati aperit,& gratiam ad æternitatem myſterij ſalutaris includit. Ambo igitur claues à domino perceperunt,

Eſai.22.f.
Eſai.9.a
Eſai.14.
Luc.4.9.c
Pſalm.145
Prou.3.d
Matth.18c
Matth.16c
Leuit.14.a
Auguſtin.
Claues datæ ſunt ecclęſię.
Matth.18c
Matth.16c
Matt.18.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientiæ iste, ille potentiæ. Diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros, iste largitur. Sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscónditi. Ergo beatus Petrus, & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Et Augustinus tractatu quinquagesimo super Ioannem, exponens illud euangelicum, Pauperes enim semper habebitis vobiscum. Petrus (inquit) corpus bonorum, corpus ecclesiæ, imo corpus ecclesiæ sed in bonis. Nam si in Petro non erat ecclesiæ sacramentum, non ei diceret dominus, Tibi dabo claues regni cœlorũ &c. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia: si autem & in ecclesia fit, vt quæ in terra ligantur, in cœlo ligentur: & quæ soluuntur in terra, soluantur in cœlo, quia quum excommunicat ecclesia, in cælo ligatur excommunicatus: quum reconciliatur ab ecclesia, in cælo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, ecclesiam sanctam significauit. Et tractatu centesimo decimooctauo: Sicut in Apostolis (inquit) quum esset etiam ipse numerus duodenarius, id est, quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit, Tu es Christus filius dei viui, & ei dicitur, Tibi dabo claues regni cœlorum, tanquam ligandi & soluendi solus acceperit potestatem, quum & illud pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit: Ideo vnus pro omnibus, quia vnitas est in omnibus. Et tractatu centesimouigesimoquarto: Hoc agit ecclesia (inquit) Ipe beata in hac vita ærumnosa, cuius ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus, idemque primus apostolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo claues regni cœlorum, &, Quodcunque ligaueris &c. vniuersam significabat ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempestatibusq; quatitur, & non cadit, quoniam fundata est supra petram. Vnde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petra petra, sed Petrus, à petra, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Ideo quippe ait dominus: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius dei viui: Super hanc ergo (inquit) petram, quam confessus es, ædificabo ecclesiam meam. Petra enim erat Christus super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo, quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi, soluendiq; peccata. Quod enim est per proprietatem in Christo ecclesia, hoc est, per significationem Petrus in petra, qua significatione intelligitur Petrus petra, Petrus ecclesia. Et tractatu decimo, in epistolam Iohannis: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram &c. Quid est super hanc petram ædificabo ecclesiam meam? Super hanc fidem, super id quod dictum est, Tu es filius dei viui:: Super hanc Petram (inquit) fundabo ecclesiam meam. Et in enarratione Psalmi octogesimioctaui, exponens illud, Quis in nubibus æquabitur domino? Vos (inquit) quem me esse dicitis? Respon-
Psalm. 88b Matth. 16c den Petrus pro omnibus, pro vnitate vnus: Tu es (inquit) Christus filius dei viui. Et lectione decimotertio, de verbis domini: Petrum (inquit) Apostolum ecclesiæ vnicæ typum, admonet nos intelligere. Ipse enim Petrus in apostolorum ordine primus, in Christi amore prõptissimus, sæpe vnus respondit pro omnibus: Vos (inquit) quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Tu es Christus filius dei viui. Vnus pro multis dedit responsum, vnitas in multis. Tunc ei dominus ait: Beatus es Simon Bariona &c. Deinde adddidit. Et ego dico tibi. Tanquam diceret, Quia tu dixisti mihi, Tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi, Tu es Petrus. Simon quippe ante vocabatur. Hoc autem nomen ei vt Petrus appellaret à domino impositum est, & hoc vt ea figura significaret ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est, ideo Petrus à petra, non petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu es ergo (inquit) Petrus, & super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognouisti dicẽs, Tu es Christus filius dei viui, ædificabo ecclesiã meã. Sup me ædificabo te,
1.Cor.1.b nõ me super te. Nã volentes homines ædificari super homines, dicebãt: Ego quidẽ sum Pauli, ego aũt Apollo, ego vero Cephe, ipse est Petrus. Et alij qui nolebant ædificare super Petrum, sed super petrã. Ego autem sum Christi. Apostolus autẽ Paulus vbi cognouit se eligi & Christũ contẽni. Diuisus est (inquit) Christus? Nunquid pro vobis Paulus crucifixus est? Aut in noie Pauli baptizati estis? Quomodo nõ in Pauli, sic nec in Petri, sed in noie Christi, vt

sti, vt Petrus ædificaretur supra petram, & non petra super Petrum. Idem ergo Petrus à petra, cognominatus beatus, ecclesiæ figuram portans, apostolatus principatum tenẽs. Et infra in eo q̃ dixit Petrus, Tu es Christus filius Dei viui, firmos significat in eo autem q̃ trepidat, & titubat, & Christum pati non vult, mortem timendo, vitã non agnoscendo, infirmos ecclesiæ significat. In vno ergo illo apostolo. i. Petro in ordine apostolorũ primo, & p̃cipuo, in quo figurabatur ecclesia, vtrunque genus significandum fuit. i. firmi & infirmi, quia sine vtroque non est ecclesia. Et sermone primo in festo cathedræ sancti Petri: Recte (inquit) ecclesiæ natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro ecclesiarum salute suscepit, decente domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petrum itaq; fundamentum ecclesiæ dñs nominauit, & ideo digne fundamentum hoc ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificij altitudo consurgit. Et sermone secundo in eodem festo: Deniq; (inquit) pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait dñs, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo q̃ primus nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani cõpagem, molemq; contineat. Petra ergo pro deuotiõe Petrus dicitur, & petra pro virtute dominus nuncupatur, sicut ait Aposto. Bibebant autem de spiritale sequente eos petra, petra autem erat 1.Cor.10.b
Christus. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem domo enim Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat, dominus incrementum dat, dominus irriguum subministrat. Et Chrysostomus sermone vigesimo septimo de Pentecoste: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram &c. Super hanc petrã, non dixit super Pẽtrum. Nõ enim super hominem, sed super fidem ædificauit ecclesiam suam. Quid autẽ erat fides? Tu es Christus filius dei viui. Petram vocauit ecclesiam, fluctus suscipientem, & non titubantẽ. Quid est super petram? Hoc est, super confessionem, super sermones pietatis. Confessionem autem pietatis neq; dæmones, neq; vlla creatura vincere potest. Et Chrysostomus libro tertio dialogorum de dignitate sacerdotali, cap. quinto: Hi, qui terram incolunt (inquit) atque in ea conuersantur, cœlestia dispensare meruerunt, & potestatem acceperunt, quam neque angelis, neq; archangelis dedit Deus. Neq; enim ad illos dictum est, Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque soluueritis, erunt soluta. Habent quidem & mundi principes vincendi aliquam potestatem, sed quę solis in corporibus licet. Hoc autem vinculum, quod sacerdotibus commissum est, ipsam contingit animam, tranfitq; cœlos, vt ea, quæ operati fuerint sacerdotes deorsum, etiam Deus confirmet in cœlis, sententiamq; seruorum dominus ipse corroboret. Quid ergo reliqui est, si omnis eis commissa est potestas Iohan.20.f
cœlorum? Quorumcunq; enim dimiseritis peccata, dimittentur, & quorumcunq; tenueritis, tenebuntur. Quæ potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio. Ad hoc video à filio totum sacerdotibus esse commissum, ac sicut iam translati in cœlum, & humanam transcendentes naturam, atque à nostris infirmitatibus liberati, in tantum inuecti sunt principatum. Nam si imperator alicui subditorum honorem impartiatur eiusmodi, vt quos voluerit, in vincula contrudat, laxetq; quos voluerit, dignus inuidia, & conspicuus ab omnibus æstimatur. Hic qui à deo acceperit tanto maiorem his, quæ diximus, potestatem, quanto est cœlum, quàm terra p̃ciosius, & quanto preciosior est anima, quàm corpus: ita ne modico affectus honore credetur, vt aliqui etiam suspicentur hãc artem ab illis, quibus fuerat commissa, cõtemnit. Procul, procul fiat talis insania. Neq; enim aliud quàm furor vocandus est, contemnere illud ministerium, sine quo nobis nec salus, nec ea bona quæ sunt promissa, reddetur. Nemo enim valebit ingredi in regnum cęlorum, nisi ex aqua renatus, & spiritu. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit eius sanguinem, non habebit vitã æter Iohan. 3.a
nam, quæ per nullius alterius, q̃ sanctis efficiuntur manibus sacerdotum, nec gehẽnæ vtiq; Iohan. 6.f
ignem vitare, nec promissorum remuneratione potiri, nisi per illorum valeamus officium.

Quid diuus Thomas, & Origenes, de clauibus scribant. Cap. XLIII.

QVemadmodum autem (vt diuus inqt Thomas) in rebus corpori obnoxijs, clauis instrumentum est, quo ostium aperitur, itidẽ clauis dicitur potestas, qua regni cœlestis nobis ostium, quod per peccatum clauditur, reseratur. Hæc autem potestas, quãquam apud diuinam refideat bonitatem, & apud Iesum Christum, qui merito suæ passionis ante dictum peccati obstaculum remouit, excellentissime remanserit: attamen, quia Christi ex latere in cruce dormientis sacramenta, quibus ecclesia condita est, profecta sunt, & ab illius passione virtutem habent, non immerito sacerdotibus ecclesiæ ministris, qui antedicta sacramenta dispensant, potestas collata est ad prædictum peccati obicem remouendũ, quę potestas me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

taphorice clauis nũcupatur ecclesiæ. Est autem hæc clauis, ligandi, atq; soluendi potestas, qua numerum sacerdos eos, qui digni, ac idonei sunt, in cœlum introducit, à quo indignos excludit. Hæc quoque potestas cum aliqua consecratione exhibetur, & hanc ob causam cum ordine datur, sed quoniam executio debitam exigit materiam, hoc est, plebem subditam per iurisdictionem idcirco antequam habeat sacerdos in subditos iurisdictionem, vt claues habeat, operæprecium est. Duo autem sunt necessaria vt quis digne valeat clauibus vti nempe vt iudicium habeat quod qui absoluendus est, idoneus, atq; dignus sit. Alterum est ipsa absolutio, & idcirco duæ claues esse dicuntur, quarum vna ad scientiam pertinet discernendi, altera ad potestatem iudicandi, & soluendi. Ordinatur autem hæc clauium potestas ad culpæ remissionem, non vtiq;, vt principalis causa remissionis culpæ, quæ in Deo est, sed vt minister, vt Dei instrumentum, vt causa ad illam disponens. Non igitur propria virtute, & propria autoritate sacerdos culpam remittit, sed vt Dei minister, accepta ab illo autoritate. Dicitur autem sacerdos bifariam ligare, nempe pœnæ quantitatem in summa expendens, & hoc pacto non ligat, nisi quatenus non soluit, sed ligatum ostendit. Deinde hanc, vel illam pœnam determinate considerando, & hoc modo ad pœnam ligat, quatenus illam imponit. Et quemadmodum medicus interdum prudentissime ægroto medicinam non exhibet fortem, quæ morbum curare sufficiat, ne maius oriatur periculum ob naturæ debilitatem: Itidem sacerdos diuino instinctu permotus, non totam pœnam peccato debitam imponit, ne ob pœnæ magnitudinem pœnitens desperet, & à pœnitentia penitus recedat. Christus autem clauem habere dicitur, tum autoritate, quatenus Deus, tum ob passionis meritum, quatenus est homo, vnde & clauem dicitur habere excellentiæ. Clauis autem ordinis, qua peccati obex per remissionem remouetur solis congruit sacerdotibus, clauis autem iurisdictionis, per quam aliquis excluditur, vel admittitur ad ecclesiæ militantis consortium per excommunicationem, & absolutionem, etiam ad non sacerdotes pertinere potest: sed hæc proprie ea li clauis non dicitur, sed quædam ad illam dispositio. Origenes autem homilia prima in Matthæum: Putas (inquit (soli Petro dantur à Christo claues regni cœlorum, & nemo alius be-
Matth. 16 c torum accipiet eas? Si autem commune est inter omnes quod dicitur, Dabo tibi claues regni cœlorum, quomodo non omnia, quæ superius sunt relata ad Petrum, omnium videantur esse communia? Apud Ioãnem enim dans spiritũ sanctum Iesus discipulis suis per insuf-
Iohan 20. f flationem, sic dixit: Accipite spiritum sanctum, si cuius dimiseritis pcta, dimittẽtur ei: si cuius autem tenueritis, tenebuntur, quasi omnibus talibus constitutis, qualis erat Petrus. Oẽs enim qui imitatores sunt Christi, similiter petræ cognominantur, quemadmodum Christus, & de omnibus talibus bibunt spiritalem potum homines spiritales. Et infra: Post hæc videamus (inquit) quomodo dictum est, Petro & omni fideli, qui Petrus est, Dabo tibi claues regni cœlorum. Et primum quidem arbitror consequenter dominum prius dixisse, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt ei, & postea, Tibi dabo claues regni cælorũ. Dignus est enim ab eodẽ ipso verbo accipere claues regni cælo-
Matth. 16 c rum, qui obstruxit portas inferorũ, vt non ꝓualerent aduersum eum. Quasi ꝑmium enim in secundo loco dantur claues regni cælorũ ei, qui potuerit virtutibus portas obstruere inferorum, vt ipse sibi aperiat portas regni cælorũ, q̃ clausæ sunt eis, qui à portis inferorũ vincũtur. Et ingreditur qui quidẽ castus est per aliquam castitatis portã, ipsa castitate sibi eas aperiẽte, vt claue. Qui autem iustus est, intra perfectã iustitiæ portam, quæ aperitur claue iustitiæ. Et sic in singulis quibusq; virtutibus. Omnis enim species virtutum, quum quis eam cœperit operari, quasi ipsa se adaperit ante eum, qui accesserit ad eam ex corde, domino videlicet eã aperiente per gratiam suam ei, qui à portis inferorum non fuerit victus, vt inueniatur eadem virtus & porta esse, & clauis portæ, & tot inueniantur claues, quot & portæ. Forsitan autem & vnaquæq; virtus regnum est cælorum, & omnes simul sunt regnum cælorum, secundum hoc, qui conuersatur secundum virtutes, iam videtur esse in regno cælorum. Forsitan secundum hunc intellectum, & illud dicitur, Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cælorum, vt non ad tempus referatur, sed ad actum, & propositum vniuscuiusq;, quod dicitur, appropinquauit regnum cælorum, quod est Christus, qui est omnis virtus, qui venit, & loquitur. Sicut enim regnum Dei non venit cum obseruatione, nec dicenti ecce hic, ecce illic, sed est intra discipulos Christi, sic & regnum cælorum. Nã videtur ad idipsum referri in multis locis euangeliorum regnum cælorum, & regnum dei. Vide autem quantam potestatem habet petra super quam ædificatur ecclesia Christi, & omnis, qui dicit, Tu es Christus filius dei viui, vt etiam iudicia eius maneant firma, quasi deo iudicante per eum, si tamen in eo ipso quo iu-

quo iudicat, portæ inferorum non ꝓualuerint ei. Qui ergo iniuste iudicat, & non secundum verbum dei, neq; liget in terris, neq; secundum voluntatem ipsius soluat, portæ inferorum ꝓualent contra eum. Aduersus quem autem portæ non ꝓualent inferorum, iste iuste iudicat, propter quod & habet claues regni, & aperit eis, qui soluti fuerint super terram, vt sint soluti, & liberi in cœlo, & claudit eis, qui iusto iudicio eius ligati fuerint super terrã, vt sint quasi ligati in cœlo, & iudicati. Quoniam autem qui episcopatus vendicant locum, vtuntur hoc textu, quemadmodum Petrus, & claues regni cœlorum acceptas habentes à Christo docẽt, quoniam qui ab eis ligati fuerint, in cœlo esse ligatos, & qui ab eis solutifuerint, id est, remissionem acceperint, esse & in cœlo solutos, dicendum est, quoniam bene dicunt, si opera habent illa, propter quæ dictum est illi Petro, Tu es Petrus, & tales sunt, vt super eos ædificetur ecclesia Christi, si portæ inferorum non ꝓualent eis. Alioquin ridiculum est, vt dicamus eum, qui vinculis peccatorum suorum ligatus est, & trahit pcta sua sicut funem longum & tanquam iugalorum vituli iniquitates suas, propter hoc solum, quoniam episcopus dicitur habere huiusmodi potestatem, vt soluti ab eo, sint soluti in cælo, aut ligati in terris, sint ligati in cœlo. Sit ergo episcopus irreprehensibilis, qui alterum ligat, aut soluit, dignus ligare vel soluere in cœlo &c. Prouer. 5. d

Quid clibanus, clypeusq; atq; coccus, mystice significent. Cap. XLIIII.

CLibanus (ut inquit Origenes) est cor hominis. Vnde exponens illud Leuiticum, Sacrificium coctum in clibano: Videamus (inquit) quod si istud sacrificiũ, quod coquatur in clibano, vel quis iste clibanus intelligi debeat. Et quidem inuenisse me puto in Osee prophe Leuit. 2. b
ta, vbi dicit, Omnes mœchantes, sicut clibanus succensus ad comburendum. Et iterum: Incaluerũt (inquit) sicut clibanus corda eorum. Cor ergo, est hominis clibanus. Istud autem cor, si vitia succenderint, vel libido inflammauerit, non coquet, sed exuret. Si vero ille id succenderit, qui dixit, Ignem veni mittere in terram, panem diuinarum scripturarum, & sermonũ dei, quos in corde suscipio, non exuro ad perditionem, sed coquo ad sacrificium. Et fortassis illa coqui dicuntur in clibano, quæ interiora sunt, & recondita, nec proferri facile ad vulgus possunt. Sunt enim multa in scripturis diuinis huiusmodi, sicut apud Ezechielem, quum vel de Cherubim, vel de deo, & de illa magnifica visione describitur. Hæc si in clibano non coquãtur, comedi, ita vt sunt cruda, nõ possunt. Neq; enim credendũ est, ꝙ sit animal, quoddã in forma leonis positũ, q̃ vehatur deus, vel aliud in forma vituli, aut aquilæ. Hæc ergo, & si qua huiusmodi sunt, non sunt cruda proferenda, sed in cordis clibano sunt coquenda. Et puto ꝙ clibanus secũm sui formã profundiora, & ea q̃ sunt in ea narrabilia, significet in scripturis diuinis. Et diuus Hiero. exponens illud Hieremię, Pellis nostra, quasi clibanus exusta est, à facie tẽ Thren. 5. b Clibanus quid sit.
pestatum famis: In pelle, inqt, exusta deformitatẽ obscœnã ostẽdit, q̃ fame, & siti & nuditate inter hostes positi, passi sunt. Clibanus est coquendis panibus ænei vasculi deducta rotunditas, q̃ suburentibus flãmis, ardet intrinsecus. In qua similitudine merito pcatores Iudæi ponunt, q̃ i futuro iudicio, & mœrore animi, & pœnali excrutiatiõe torquẽdi sunt, qa cõtra regulas dñi obstinata mẽte vixerũt, Vñ scriptũ ẽ in Psalmis, Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultus tui. Tẽpus vero vultus dñi, dies iudicij est, q̃ filius hois videbit ab hoibus, sed soli cũ iusti diuinitatis suæ cõtemplatione respiciunt. Veraciter enim fame cõficitur, qsquis cælesti pane satiari nõ meretur. Et exponens illud Oseæ, Oẽs adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. Oẽs, inquit, qui in malitia sua lętificauerunt regẽ, & in mẽdacijs suis principes, adulteri sunt, & instar clibani ab Hieroboam idolatriæ igne succensi, vt panẽ coquerent impietatis, qui quũ erroris in animas eorũ misisset incendiũ, quasi caminus, & clibanus primo igne succensus, paululũ conquieuit, vt nõ vim faceret populo, sed suæ eũ dimitteret volũtati, donec fermentaret oẽ mendaciũ. Quicqd enim necessitate fit, cito soluit: quod volũtarie arripitur, perseuerat. Et diuus Greg. li. v. Moral. cap. xix. vbi citat Psalmistã, Pones eos vt clibanum ignis &c. Qui ab igne, inquit, deuorat, ab exteriore parte accendit, clibanus vero interius inflãmatur. In tempore ergo vultus dñi, iniusti oẽs, & vt clibanus ponunt, & ab igne deuorantur, quia apparente iudice quũ à visione illius eorũ multitudo repellitur, & intus pdesiderium ardet cõscientia, & foris carnẽ cruciat gehenna. Et lib. xv. cap. xiiij. Sciendũ est (inquit) ꝙ omnes reprobi, quia ex anima simul & carne peccauerunt, illic in anima pariter, & carne cruciantur. Vnde per Psalmistã dicitur: Pones eos vt clibanum ignis &c. Clibanus nanq; intrinsecus ardet, is vero, q̃ ab igne deuorat, ab exteriori incipit parte cõcremari. Vt ergo sacra eloquia ardere & exterius, & interius reprobos demõstrarent eos ab igne deuorari, & si cut clibanũ poni testant, vt per ignẽ cruciẽtur in corpore, & per dolorẽ ardeãt in mẽte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clypeus est fides,iuxta illud Apost. Super omnia accipientes scutum fidei,in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere. Quasi dixerit(inquit)Hierony. In omni opere portate clypeum fidei,vt possitis tecti,atq; muniti accipere venientes sagittas,& huc atq; illuc arte eas bellica declinare. Hæc est fides,super qua & Abrahã post multa opera,atq; virtutes,vix potuit promereri,vt de eo scriptura diceret, Credidit autem Abraham deo,& reputatum est illi ad iustitiã. Perspicua sunt autem iacula maligni,q̃ vult mittere in corda nostra p
Iohan.13.a. cogitationes pessimas,de quibus vnum iecit in cor Iudæ,vt traderet saluatorẽ. Itaq; ne principium quidem habere poterit inimicus animæ vulnerandæ,si tenuerimus scutum fidei,in
Oseæ.7.a. quo non solum venientia tela franguntur,sed etiam telorum ipse ignis extinguitur,de quo & propheta complorat,dicens:Omnes adulterantes,quasi clibanus corda eorum. Qui hũc vmbonem fidei manu forti tenuerit,& confisus in domino,scierit se aduenientibus iaculis esse securum,loquetur intrepidus,In dño confido,quomodo dicitis animæ meæ &c.

Coccus distinctus,est charitas dei,& proximi(vt inquit Greg. li.xxx. Moral.cap.x. exponens illud Exodi xxxv. Si quis habuit hyacinthum,purpurã,coccũq; bis tinctũ &c. Quid (inquit)per bis tinctum coccũ,nisi charitas demonstratur,q̃ per profectionem bis tingit,q̃ dei,& proximi dilectione decoratur? Et diuus Ambro. sermone xvij. in Psalmum cxviij. exponens illud Canticorũ,Sicut resticula coccinea labia tua:In cocco(inquit)species ignis,& crucis dominicæ sanguis irrutilat. Coccinea labia domini,quæ passionem propriam loquebantur. Denq; in Exodo coccum pro igne collatum est. Non enim ex cocco mũdus,sed ex quatuor constat elementis. Sed in cocco figura ignis expressa est,cuius vapor nisi cœlum, atq; aerem,maria,terrasq; penetraret,omnia tanquam effœtis viribus soluerentur. Per resticulã igitur vinculum persuasionis agnoscimus,per coccũ,vel cupiditatis ardorem,qui scintillat in animis audientium,vel iudicium passionis. Et lib.v. de fide,cap.v. Bellum(inquit)
Iudic.1.c. immane confecit tubæ clangor,& insula sacerdotis. Vidit hoc meretrix,& quę in excidio ciuitatis remedia desperaret salutis,quod fides vicerat,signa fidei atq; vexilla dominicæ passionis attollens,coccũ in fenestra ligauit,vt species cruoris mystici,quæ foret mundũ redemptura,vernaret. Ita foris Iesus nomen fuit præliantibus ad victoriam,intus species dominicę passionis periclitantibus ad salutem. Vnde quod intellexit Raab cœleste mysterium,dixit
Psalm.36.a dominus in Psalmo,Memor ero Raab,& Babylonis,scientibus me.

Quid collyrium,columba,atq; columna,mystice significent. Cap.XLV.

COllyrium fecit Christus sua natiuitate,vnde tergerentur oculi cordis nostri,vt possimus videre maiestatem eius per eius humilitatem. Ideo factum est verbum caro,& ha
Iohan.1.d. bitauit in nobis,sanauit oculos nostros. Et quid sequitur? Et vidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo poterat videre,nisi carnis humilitate sanaret. Irruerat homini quasi puluis in oculum,irruerat terra,sauciauerat oculum,videre non poterat lucẽ. Oculus iste sauciatus inungitur,terra sauciatus erat & terra illuc mittitur,vt sanetur. Omnia eñ collyria,& medicamenta,nihil sunt nisi de terra. De puluere cæcatus es,de puluere sanaris. Ergo caro te cæcauerat,caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat,consentiendo affectibus carnalibus,inde fuerat oculus cordis cæcatus. Verbum caro factum est. Medicus iste tibi fecit collyrium. Hęc diuus August. tractatu ij. in euangeliũ Ioannis,in fine. Et Apoc. iij. Et collyrio(inquit)inunge oculos tuos. i. gratia spiritussancti,q̃ mẽtis oculos illuminat. Dixit autẽ,inunge,q̃n quam
Apoc.3.d quam gratia à solo Deo dilargiatur,in potestate tamen hois est,vt sibi præbeatur,quoniam sese ad illam disponere potest. Vel collyrio,id est,sacræ scripturæ studio,quod mentem illuminat: Præceptum(inquit)domini illuminans oculos,vel collyrio,id est,spiritussancti dono mentis oculos,quos terrena clauserant inunge,vt videas. Vel collyrio,id est medicamine Lo næ operationis,vt veri luminis claritatem videas,inunge.

Colũba est ecclesia,de qua dicitur, Quã pulchra es amica mea,q̃ pulchra es. Oculi tui co-
Cant.1.c. lumbarum absq; eo quod intrinsecus latet. q̃ verba enarrans diuus Greg. lib. ix. Moral. cap. ix. hoc pacto scribit: Pulchrã narrat,& pulchrã replicat,quia alia est pulchritudo mortum,in qua nunc cernitur,atq; alia pulchritudo ꝑmiorum,in qua tunc per conditoris sui speciẽ,videlicet oẽs dilecti,qui ad cuncta simpliciter incedunt,eius oculi colũbarum vocant,qui magna luce irradiant,quia & signorũ miraculis coruscant. Sed quantũ est omne hoc miraculũ, q̃d videri potest,illud de internis miraculum est mirabilius,quod videri non põt. De q̃ illuc aperte subdit,Absq; eo,q̃d intrinsecus latet. Magna quippe est gloria aperti operis,sed lõge incõparabilis occultæ remunerationis. Et Origen. homil. secunda in Cãtico: Nõ sine causa (inqt)in sacrificio assumitur par turturũ,aut duo pulli columbarũ. Nã idem valent,& nunq̃ dictum

dictum est separatim,Par tantummodo columbarum,sed par turturum,& duos pullos colũbarum. Colũba spiritus sanctus est. Spiritus autem sanctus,q̃do de magnis,& occultioribus
Leui.5.b sacramentis,& q̃ multi capere nõ possunt,loquitur,in turturis appellatiõe signatur. i. in eius auis,quę semp in montiũ iugis,& in arborum verticibus commoratur. In vallibus autem,& his,quę ad homines vsq; pueniunt,colũba assumitur. Deniq; saluator,quia hominem est dignatus assumere,& venit ad terras,multiq; tunc circa Iordanẽ peccatores erant,idcirco spiritus sanctus non in turturẽ vertitur. Inter nos propter hominum multitudinem,auis mansuetior conuersatur,turtur autem videtur. Verbi gratia: Moysen,& vnum quenq; intelligere prophetarum recedentium in montes,& deserta,& ibi accipientium sermones Dei. Et exponens illud Canticorũ,Oculi tui columbæ: Qui viderit(inquit)mulierem ad concupiscendum eam,iam mœchatus est eam in corde suo,oculos non habet columbæ. Si quis autem
Matt.5.d oculos columbæ non habet,domum fratris sui ingreditur infelix,non seruans illud,quod in Prouerbijs est præceptum: Domum fratris tui ne intres infelix. Pro eo,quod lxx. in-
Prou.27. felix interpretati sunt,Aquila Hebræam exprimens veritatem,agricon posuit. Qui autem habet oculos columbæ,videt recta,& misericordiam promeretur,videns quippe recta,misericordiam consequetur. Porro quis videt recta,nisi qui casto conspectu,& puris intuetur oculis? Noli igitur mihi de his tantum carnis oculis intelligere,quæ dicta sunt,licet & de his intellexisse non inutile sit,sed ingrediens ad interiora cordis tui,& alios oculos mente perquirens,qui & a Dei mandato illuminantur(mandatum quippe Dei,illuminans oculos)illud enitere,labora,contende,vt sancte intelligas vniuersa,quæ dicta sunt,& similis spiritui,qui in specie descendit columbæ,audias,quia oculi tui columbæ sunt. Si intelligis legem spiritualiter,oculi tui columbę sunt. Si intelligis Euangelium,vt se vult intelligi Euangelium,& predicari,vides Iesum,omnem languorem,& infirmitatem,non solum eo tempore,quo canaliter facta sunt,fuisse medicatum sed hodieq; medicantem,& non tantum tunc ad homines descendisse,sed hodieq; descendere,& esse præsentem. Ecce enim(inqt) ego vobiscum sum omnibus diebus,vsq; ad consummationem sæculi. Oculi tui colũbæ sunt. Et homilia xxvij. in Lucã: Descendit(inquit)spiritussanctus super seruatorem in specie colũbæ,auis mansuetæ,innocentis,& simplicis. Vnde nobis præcipitur,vt imitemur innocentiam columbarum. Talis est spiritus sanctus,mundus,& volucris,& sublime consurgens. Quã ob rem orantes dicimus: Quis dabit mihi pennas vt columbæ & requiescam id est,quis dabit mihi pennas spiritus sancti? Et in alio loco sermo propheticus pollicetur: Si dormiatis
Psalm.67. inter medios cleros,pennæ colũbæ deargentatæ,& posteriora dorsi eius in virore auri. Si enim inter medios cleros veteris,& noui testamenti requieuerimus,dabuntur nobis pen-
Psalm.54. næ columbæ deargentatæ,id est,sermones Dei,& posteriora eius,auri fulgore,& virore radiantia,vt sensus noster spiritus sancti sensibus compleatur,id est sermo & mens illius compleatur aduentu,& nec loquamur aliquid,nec intelligamus,nisi quod ille suggesserit,sed omnis sanctificatio tam in corde,quam in verbis,& in opere,a sancto spiritu veniat. Et homilia ij. super Leuiticum: Sciant(inquit)etiam vbi turtures,vbi columbæ requirendæ sunt. Oculi(inquit)tui sicut columbę super plenitudinem aquarum. Ad aquarum ergo plenitudines properandum est. In his enim sponsæ describitur pulchritudo. Et collum(inquit)tuum sicut turturis. In columbis,oculi prędicantur. Quod enim dixit columbæ super plenitudines aquarũ,ferunt hoc genus auis,quum ad aquas venerit,quia ibi solet accipitris insidias pati,venientem desuper inimicum,volitantis vmbra in aquis inspecta deprehendere & oculorũ perspicatia fraudem periculi imminetis euadere. Quod & si tu ita prospicere potueris,insidias diaboli,& cauere,sacrificium Deo columbas obtuleris. Et homilia xv. in Matthæum: Sunt
Matth.22b & alij(inquit)in templo vendentes Christi columbas,& tradentes simplices,sicut columbas,& orantes dicentes: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ,& volabo,& requiescam, tradentes eas principibus,quibus non oportebat? Et arbitror conuenire verbum,de vendi toribus columbarum,eis,qui tradunt ecclesias auaris,& tyrannicis,& indisciplinatis,& irreligiosis episcopis,aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantummodo appellauit Euan gelista cuersas esse a Iesu. Et vtinam audirent hæc cum decenti admonitione scripturæ,qui gloriantur de cathedris Moysi in quibus sedent,& vendunt omnes ecclesias columbarum, & tradunt eas talibus præpositis,ad quos recte dicatur a domino per Hieremiam,pro-
Hier.4.f. phetã: Principes populi mei me non cognouerunt. Filij enim sunt insipientes,& non intelligentes. Sapientes sunt ad male faciendũ,bene autem facere nesciunt. Et apud Michæã simili-
ter. Principes populi mei expellentur de domo epulationis suæ. Si autẽ audirent,nunquã vẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

derent Christi columbas,sed constituerent principes eorum parcentes columbis, & prou-
Matth. 23.a dentes saluti earũ,& non despicientes,nec occidẽtes pingues colũbas. Vnusquisq; ergo sedẽtiũ
super cathedrã ecclesiasticã,& amantiũ primas cathedras in synagogis, videãt ne forte sic fe-
deant in eis,vt veniens dominus eas euertat,quasi dignas euersione. Et diuus Hiero. exponẽs
Matth,10b illud Euangelicum,Estote ergo prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ: Vtq;
prudentiam(inquit)deuitent insidias,per simplicitatẽ non faciant malum. Serpẽtis astutia po-
nitur in exemplũ,quia toto corpore occultat caput,& illud,in q̃ vita ẽ, pregit:ita & nos toto
periculo corporis caput nostrum,qui Christus est,custodiamus. Simplicitas colũbarũ ex spi-
ritus sancti specie demonstratur. Vnde dicit Apost. Malitia paruuli estote. Et exponens illud
Matthæi Et cahedras vendentiũ colũbas euertit: Qui(ait)vendunt gratiã spiritus sancti,&
omnia faciunt,vt subiectos populos deuorẽt,de quibus dicit: Qui deuorant populum meũ,
sicut escam panis. Et exponens illud Ecclesiastis secundo,Congregauimihi argentũ &c. Ar-
gentum(inquit)& aurũ semper scriptura diuina super sermone ponit & sensu. Vñ & in lxvij
Psal. Colũba,q̃ interpretat in spiritu,propter manifestiorẽ,& visui expositã,alas deargẽtatas
habet,occultiorem vero intrinsecus sensum,in auri pallore operit. Et exponẽs illud Ezech.
Eruntq; in montibus, quasi columbę conuallium,omnes trepidi &c. Theodotio transtulit,
Sicut columbæ meditantes omnino tacuerũt: Sub metaphora(inquit)columbarum medita-
tium significat vnumquenque de populosuum flere peccatum,& intelligere atq; sentire,cur
ista patiatur. Tropologice vero sic accipiendum, Columbæ quandiu in vallibus sunt trepi-
dant,& ad singula reformidant,quarum imitari præcipimur innocẽtiã. Et de quibus in psal-
mo dictum est,Si dormiatis inter medios cleros &c. In cuius specie descẽdit spiritus sanctus,
& mansit super dominum saluatorem. Pulchreq; iuxta Theodotionem vocabimus colum-
bam meditantẽ,eũ qui in lege domini die ac nocte meditatur,& de quo scriptum est,Os iusti
Osee. 7.c. Mat. 10.b meditabitur sapientiam. Et exponens illud Oseæ,Et factus est Ephraim quasi columba seduc-
cta,non habens cor: Præcepit(inquit)dominus in Euangelio,vt simus simplices sicut colum
bæ,& astuti quasi serpentes,vt imitantes simplicitatem columbarum,& serpentis astutiam,
nec alijs nocere possimus,nec ab alijs patiamur insidias,sed simplicitate & prudentia exhibe-
amus hominem temporatum,quia prudentia absq; bonitate,malitia est: & simplicitas absq;
ratione stultitia nominatur. Et pulchre columba seducta,siue insipiens(secundum lxx.)appel
latur,quia est columba & sapiens,quæ dicit in Psalmis,Quis dabit mihi pennas sicut colum-
Psal. 67. bæ &c. Cuius pennę deargentatæ sunt &c. Ephraim autem columba insipiens,& non ha-
bens cor,intantum brutæ mentis ostenditur,vt Aegyptum inuocans,ad Assirios perrexerit.
Quæritur cur Ephraiam non alijs auibus,sed columbæ comparatus sit. Aues cęteræ pullos
suos etiam cum periculo vitæ suæ,protegere festinant,& quum ad nidum suum accipitrem,
colubrum,coruum,siue cornicem accedere viderint,huc illucq; volitãt,& immittunt se mor
su,& vnguibus lacerant,& dolorem parentis querula voce testantur, sola columba ablatos
pullos non dolet,non requirit,& ideo recte comparatur Ephraim,quod vastatum per par-
tes populum non sentiat,sed negligens sit salutis suę. Magistros contrariorum dogmatum,
qui Christum reliquere, sapientiam & de ecclesia sunt egressi, recte insipientem, & excor de
columbam possumus dicere,qui terrena desiderantes, Assyrijs traditi sunt. Et Augustinus
ad Euodium epist. cxx. Spiritus sanctus(inquit) dictus est corporali specie tanquã columba
Colũba Insi piens hęre ticus. descendisse,& mansisse super eum. Sic enim & petra Christus,quia significat Christum. Mi-
Luc. 3. d. ror autem tibi videri sonitum vocis illius, qua dictum est, Tu es filius meus,non mediante
anima,sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse,& non tibi videri eodem modo
potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem, motumque viuenti similem diuino
nutu,nullo animali interposito spiritu. Si enim obtemperat deo creatura corporea sine viui
ficantis animæ ministerio,vt ædantur soni,quales ædi ex corpore animato solent,vt forma
locutionis articulatæ auribus inferatur cur non obtemperet,vt sine animæ viuificantis mini
sterio figura motusq; volucris eadem potentia creatoris ingeratur aspectibus? An sen-
sus audiendi hoc mereri potest, videndi non potest, quum ex iacenti materia corpo
ris vtrunque formetur, & quod insonat, & vocis articuli, & liniamenta mem-
brorum & audibilis & visibilis motus, vt & verum sit corpus quod sentitur cor-
poris sensu,& nihil sit amplius quam sentitur corporis sensu? Anima enim in illo sensu corpo
ris,vel in aliquo animante sentitur. Non igitur est opus quærere quomodo aperuerit colũ-
bæ species corporalis,sicut non quærimus,quomodo sonuerint voces articulati corporis.
Si enim potuit aia nõ esse media,vbi vox,nõ quasi vox dicitur facta,quãtomagis potuit vbi
dicitur

dicitur columba,hoc verbo significare solam speciem corporalem oculis redditam,non na-
turam viuentis animãtis expressam? Si autem subtilior ratio,vel excellentior rei vestigatio
demonstrat eam naturam,quæ nec temporaliter,nec localiter mouetur,non moueri nisi per
illam,quæ temporaliter tantum non localiter moueri potest,consequens erit,vt omnia illa p
ministerium creaturæ viuentis effecta sint,sicut per Angelos fiunt.

De eadem columba. Cap. XLVI.

ET Augustinus libro de trinitate ij. cap. v. Iam in promptu est(inquit)intelligere de spiri
sancto,cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore,
in qua visibiliter ostenderetur spiritus sanctus siue quum in ipsum dominum corporali spe-
cie velut columba descendit,siue quum decem diebus peractis post eius ascensionẽ,die Pente
costes factus est subito de cœlo sonus,quasi ferretur flatus vehemens,& visæ sunt illis linguę
diuisæ tanquam ignis,qui & insedit super vnumquemq; eorum. Hęc operatio visibiliter ex-
pressa,& oculis oblatã mortalibus,missio spiritus sancti dicta est,non ita,vt appareret eius ip
sa substantia,qua & ipse inuisibilis,& incommutabilis est,sicut pater & filius,sed vt exteriori
bus visis,hominum corda commota a temporali manifestatione venientis ad occultam ęter
nitatẽ,semper præsentis,conuerterentur. Ideo autem nusquam scriptum est,quod Deus pa-
ter maior sit spiritu sancto,vel spiritus sanctus minor Deo patre,quia non sic est assumpta cre
atura,in qua appareret spiritus sanctus,sicut assumptus est filius hominis,in qua forma ipsius
verbi Dei persona præsentaretur, non vt haberet verbum Dei, sicut alij sapientes sancti sed
præ participibus suis. Non vtique,quod amplius habebat verbum Dei,vt esset,quam cęte-
ri excellentiore sapientia,sed quod ipsum verbum erat. Aliud est enim verbum in carne,ali-
ud verbum caro,id est,aliud est verbum in homine aliud verbum homo. Caro enim pro ho Iohann. 1 & Luc. 3. b.
mine posita est in eo,quod ait,Verbum caro factum est sicut & illud,Et videbit omnis carõ
pariter salutare Dei. Non enim sine anima,vel sine mente,sed ita,omnis caro,ac si diceretur,
omnis homo. Non ergo sic est assumpta creatura in qua apparuit spiritus sanctus, sicut as-
sumpta est caro illa,& humana illa forma ex virgine maria. Neque enim columbam beatifica
uit spiritus,vel illum flatum,vel illum ignem,sibiq; & personæ suæ in vnitatem, habitumq;
coniunxit in æternum, Haud vero mutabilis,& conuertibilis est natura spiritus sancti,vt non
hæc ex creatura fierent,sed ipse in illud atq; illud mutabiliter verteretur,sicut aqua in glaciẽ.
Sed apparuerunt ista,sicut opportune apparere debuerunt,creatura seruiente creatori, & ad
nutum eius incommutabiliter in seipso permanentis ad eum significandum, & demonstran-
dum,sicut & significari,& demonstrari mortalibus oportebat,mutata,atque conuersa. Pro-
inde quanquam illa columba spiritus dicta sit & de illo igne quum diceretur: Visæ sunt illis
(inquit)linguæ diuisæ velut ignis,qui & insedit super vnumquemque eorum, & cœperunt
loqui linguis,quemadmodum spiritus dabat eis pronunciare, vt ostẽderet per illum ignem
spiritum demonstratum,sicut per columbam,non tamen ita possumus dicere,spiritum san-
ctum,& Deum,& columbam,aut & Deum,& ignem sicut dicimus filium,& Deum & homi
nem,nec sicut dicimus filium agnum Dei,non solum Iohanne baptista dicente, Ecce agnus Iohan 1.d.
Dei,sed etiam Iohanne euangelista vidente agnum occisum in Apocalypsi. Illa quippe visio
prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas,sed in spiritu per spirita-
les imagines corporum. Columbam vero illam,& ignem oculis viderunt. De columba,quæ Luc. 3. a.
dicta est corporali specie descendisse,nullus vnquam dubitauit,quod oculis visa sit. Propter
has ergo corporales formas,quæ ad eum significandum,& sicut humanis sensibus oporte-
bat,demonstrandum,temporaliter extiterunt,missus dicitur etiam spiritus sanctus, non ta-
men minor patre dictus est,sicut filius propter formam serui,quia illa forma serui inhæsit ad
vnitatem personæ: illæ vero corporales species,ad demonstrandum,quod opus fuit,ad tem-
pus apparuerunt & esse postea destiterũt. Et libro vnico de agone Christiano Cap. xxij. hoc
modo scribit: Nec eos(inquit)audiamus,qui tale corpus dominum nostrum habuisse dicũt,
quale apparuit in columba,quam vidit Iohannes baptista descendentem de cœlo, & manen
tem super eũ,in signo spiritus sancti. Ita enim persuadere conantur filium Dei natum non es Iohan. 1. e.
se de fœmina,quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi,potuit(inquiunt)sic assumere
corpus,quomodo spiritus sanctus. Non enim & columba illa,de quo nata est(aiunt)& tamẽ
humanis oculis potuit apparere. Quibus primum illud respondendum est,quod ibi legimus
in specie colũbæ apparuisse Iohanni spiritum sanctũ,vbi legimus etiam Christũ natũ esse de
fœmina,& non oportet in parte credere Euangelio,& in parte nõ credere. Vñ eñ credis in
columbæ specie demõstratũ esse spiritũ sanctũ,nisi qa in Euãgelio legisti? Ergo & ego inde
credo

Universidad de Deusto
Biblioteca

credo Christum natum de virgine esse, quia in euangelio legi. Quare autem spiritus sanctus non est natus de columba, quemadmodum Christus de fœmina? Illa causa est, quia non columbas liberare venerat spiritus sanctus, sed hominibus significare innocentiam, & amore spiritalem, quod in columbæ specie visibiliter figuratum est. Neque hoc ita dicimus, vt dominum Iesum Christum solum verum corpus habuisse, spritum sanctum aũt fallaciter apparuisse oculis hoim, sed ambo illa corpora, vera corpora credimus. Sicut eñ nõ oportebat, vt hoies falleret filius Dei, sic non decebat, vt homines falleret spiritus sanctus. Sed omnipotẽti deo, q vniuersam creaturã de nihilo fabricauit, nõ erat difficile verũ corpus colũbę sine aliarũ colũbarũ ministerio figurare, sicut ei nõ fuit difficile verũ corpus in vtero Marię, sine viri semine fabricare, qui ũcreatura corporea & in visceribus fœminę ad formãdũ hoiem, & in ipso mũdo, ad formãdã colũbã, impio dñi, volũtatiq; seruiret. Et tractatu sexto in euãgeliũ Ioãnis, exponẽs ąmõ colũba sup dñm descẽdit: Gemitus (inqt) colũbę ẽ. Gemũt eñ colũbę in amore. Audite quid dicat Apostolus, Nolite mirari, quia in colũbæ specie voluit demõstrari spiritus sanctus. Quid enim oremus sicut oportet (inquit) nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non in semetipso gemit, sed in nobis gemit quia gemere nos facit, insinuans nobis, quia peregrinamur, & docẽs nos in patriã suspirare. Prẽterea colũba sine felle sæuit. De arca missus est coruus, & non est reuersus, missa est columba, & reuersa est. Et si arca figurabat ecclesiam, videtis vtiq; quia necesse est, vt in isto diluuio seculi vtrũq; genus contineat ecclesia, & coruum, id est, eos qui quæ sua sunt, quærunt, & columbam, eos qui ea, quæ Christi sunt, quærunt. Propterea ergo quum mitteret spiritum sanctum, duobus modis eum ostendit visibiliter. Per columbam super dominum baptizatum, & per ignem super discipulos congregatos. Ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Ergo ne spiritu sancti dolum habeant, incolũba demonstratũ est: ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratum est. Sic fic oportebat demonstrari spiritum sanctũ venientẽ super dñm, vt intelligat vnusquisq;, si habeat spiritum sanctum simplicem se esse debere, sicut columbam, habere cum fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarum. Columba de fructibus terrę viuit, innocens eius victus est, quod vere fratres mirandum est in columba. Sunt passeres breuissimi, qui vel muscas occidant, nihil horum columba. Non enim de morte pascitur. Qui laniauerunt ecclesiam, de mortibus pascuntur. Per columbam quoque, vnitas ecclesię significat, de qua dictũ est: Vna ẽ colũba mea, vna est matri suę. Vnde debuit humilitas, nisi per auem simplicem, & gementem, non per auem superbam, & exultantem sicut coruus significari? Et infra: Si columba est simplex, innocens, sine felle, pacata in osculis, non sæua in vnguibus, quæro vtrum ad huius columbæ membra pertineant auari, raptores, subdoli, ebriosi, flagitiosi. Membra sunt columbæ huius? Et infra: Designatum est nescio quid per colũbam, vt baptizato domino, veniret columba, id est, spiritus sanctus in specie columbæ, & maneret super eum, quum in aduentu columbæ, hoc cognosceret Ioannes, propriam quandam potestatem in domino ad baptizandum, quia per hanc propriam potestatem (sicut dixi) passionis ecclesiæ firmata est. Et infra: Columbam vnam vides super caput Christi, linguas vides in toto orbe terrarum. Idem spiritus per columbam, idem & per linguas. Si per columbam idem spiritus & per linguas idem spiritus sanctus per totum orbem datus est, a quo te præscidisti, vt clames cum coruo, non vt gemas cum columba. Et infra: Missa est (inquit) columba, & primo non inuenit requiem pedibus suis, redit in arcam. Plena enim erant aquis omnia, & maluit redire, quam rebaptizari. Coruus autem ille emissus est antequam siccaretur aqua, rebaptizatus redire noluit, mortuus est in his aquis. Auertat Deus corui illius mortem. Nam quare non est reuersus, nisi quia aquis interceptus est? At vero columba non inueniens requiem pedibus suis, quum ei vndique clamaret aqua, Veni, veni, hic tingere, quomodo clamant isti hæretici, Veni, veni, hic habes, non inueniens illa requiem pedibus suis, reuersa est ad arcam. Emisit illam Noe iterum, sicut vos mittit arca, id est, ecclesia, vt loquamini illis. Et quid fecit postea columba? Quia erant ligna foris baptizata, reportauit ad arcã ramũ de oliua. Rogamus ille, & folia, & fructũ habebat. Nõ sint in te sola verba, nõ sint in te sola folia, sit fructus, & redis ad arcã, nõ p teipsum, colũba te reuocat. Oliuę fructus, charitatẽ significat. Quomodo eñ oleũ à nullo humore premitur, sed diruptis omnibus exilit, & supereminet: sic & charitas quia nõ potest premi in ima, necesse est, vt ad superna eminat. Propterea de illa dicit Apostolus. Ad huc supereminentiorẽ viã vobis demonstro. Deinde sequit, Si linguis hominũ loquar, & Angelorũ, charitatẽ autẽ nõ habeã &c. Et lib. xij. cõtra Faustũ, cap. xx. Quod post dies quadraginta emissus coruus, nõ ẽ reuersus, aut aquis vtiq; interseptus, aut aliq; supernatante cadauere illectus,

Roma. 8.c.

Gene. 8.a.

Iohann. 1.e

Gene. 8.b

significat homines in immundicia cupiditatis teterrimos, & ob hoc ad ea, quę foris sunt, inhoc mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his, quos præter arcam, id est, præter ecclesiam baptismus occidit, seduci & teneri. Quod columba, non inuenta requie, reuersa est, ostendit per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. Post quadraginta enim dies emissa est, qui numerus vitam, quæ in hoc mundo agitur, significat, deniq; post septem dies dimissa, propter illam septenariam operationem spiritualem oliuæ fructuosum surculum retulit, quo significaret nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriore tempore, quasi vespere, in ore columbæ, tanquam in osculo pacis, ad vnitatis societatem posse perduci. Quod post alios septem dies dimissa, reuersa non est, significat finem sæculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramẽto spei, q̃ in hoc tẽpore consociatur ecclesia, quandiu bibitur, q̃d de Christi latere manauit, sed iã in ipsa perfectiõe salutis æternæ, quũ tradit regnũ Deo, & patri, vt in illa spicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis mysteriis corporalibus egeamus. 1.Cor. 15.d

Quid color, columna, mystice significent. Cap. XLVII.

COlores quatuor (vt inquit diuus Hieronymus in epistola ad Fabiolam) ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuersa subsistunt. Byssus, terræ deputatur, quia ex terra gignitur, purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur, hyacithus aeri propter coloris similitudinem, coccus igni, & etheri. Et iustum esse commemorat, vt pontifex creatoris non solũ pro Israel, sed & pro vniuerso mũdo roget. Siquidem ex terra, & aqua, & aere, & igne mundus iste consistit, & hæc elementa sint omnium. Quod autem supradicti colores auro intexti sunt, id significari volunt, quod vitalis calor, & diuini sensus prouidentia vniuersa penetret. Diuus aurẽ Gregorius libro xxx. Mor. cap. x. per hyacinthum spem cęlestium per purpurã, cruorẽ ac toleratiam passionis amore regni perpetui exhibitã, bis tinctum coccũ, charitatẽ, per byssum, immaculatam carnis incorruptionẽ significari putat.

Columna significat sanctos Angelos, vel summos ecclesiæ prędicatores, iuxta illud Gregorij exponentis illud Iob, Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius: Quid aliud (inquit) colũnas cœli, quam sanctos Angelos, vel summos ecclesię prædicatores appellat? Super quos in cœlestibus crescens vniuersa spiritualis fabricę structura, surrexit, sicut alias sancta scriptura testat dicẽs: Qui vicerit faciã illũ columnã in templo dei mei. Nam quisquis in Dei templo, quod est ecclesia positus, & vtilitati sit, & decori. Eos vero Iob columnas cœli quos Apostolus columnas vocat ecclesiæ, dicens: Petrus, & Iacobus, & Iohannes, qui videbant ẽ colũnæ esse, dextras dederũt mihi. Possumus etiam columnas cœli & ipsas ecclesias nõ incõuenienter accipere, quæ multæ vnã catholicã faciunt, toto terrarũ orbe diffusam. Vñ septẽ ecclesias scribit Iohannes Apostolus, vt vnam catholicã septiformis gratiæ plenã spiritu designaret. Et de dño nouimus dixisse Salomonẽ: Sapiẽtia ædificauit sibi domũ, excidit colũnas septẽ. Quia vt se id de septem ecclesiis dixisse, innotesceret, secutus etiam sacramenta ipsa diligenter inseruit, dicẽs: Immolauit victimas, miscuit vinum, & proposuit mensam, misit ancillas suas, vt vocarẽt ad arcẽ & ad mœnia ciuitatis. Si qs est paruulus, veniat ad me. Immolauit enim dominus victimas, seipsum offerendo pro nobis. Miscuit vinũ præceptorũ suorũ, poculũ ex narratione historica, & intelligentia spirituali cõtemperans. Vnde alias dictũ ẽ: Calix in manu dñi vini meri, plenus est mixto. Et posuit mensam, i. scripturã sacrã, quæ fessos ad se, atq; à sæculi oneribus venientes, pane verbi nos reficit, & contra aduersarios sua refectiõe nos roborat. Vñ alias ab ecclesia dicitur: Parasti in cõspectu meo mensam, aduersus eos, q tribulãt me. Misit ancillas suas, Apostolorũ videlicet animas in ipso suo initio infirmas, vt vocarẽt ad arcã, & mœnia ciuitatis, quia dum æternã vitã denunciãt, ad alta nos mœnia supernæ ciuitatis leuant, quę profecto mœnia non nisi humiles ascendũt. Vñ illic ab eadẽ sapiẽtia subditur, Si qs ẽ paruulus, veniat ad me. Ac si aperte dicat: Quisqs se apud se magnũ æstimat, aditũ sibimet accessus angustat, qa tanto ad me altius ptingit, quãto vniuscuiusq; mens apud se verius humiliatur. Sed quãtalibet qsqs virtute ꝓficiat, quãtalibet scientia excrescat, penetrare non sufficit, q̃ nos conditor moderamine iudiciorũ regit. Dicat ergo: Columnę cœli contremiscũt, & pauent ad nutũ eius, quia nec in plerisq; ipsi pertingere ad volũtatis eius celsitudinem pręualent, qui eiusdẽ voluntatis prędia denunciantes, vident. Quod (sicut superius diximus) de sanctis q̃q; Angelis nihil obstat intelligi, quia ipsę quoq; virtutes cœlestiũ, q̃ hũc fine cessatione conspiciunt, ipsa sua cõtemplatione contremiscunt. Sed idem tremor, ne eisdem pœnalis sit, nõ timoris est, sed admirationis. Diuus autẽ Hieroñ, exponens illud Apostoli cum Petrus, & Iacobus, & Iohan-

Apoc. 1.b

Iob. 26.

Prouc. 9. a

Psalm. 74.

Psalm. 22.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohannes,qui videbantur columnæ esse,hoc pacto scribit:Columnæ sunt ecclesię Apostoli & maxime Petrus,Iacobus,& Iohannes,ex quibus duo cum domino ascendere merentur in mõtem,quorum vnus in Apocalypsi saluatorem introducit loquentẽ:Qui vicerit,faciã eũ columnã in tẽplo Dei mei,docens oĩes credentes,qui aduersariũ vicerint,posse colũnas ecclesię fieri.Ad Timotheum vero Paulus scribens,ait: Vt scias quomõ oporteat te in domo Dei cõuersari,quę est ecclesia Dei viui,columna autem,& firmamentum veritatis. His,& cęteris instruimur,tam Apostolos omnesq; credentes,quam ipsam quoq; ecclesiam columnam scripturis appellari,& nihil interesse de corpore,quid dicatur,an mẽbris,quũ & corpus diuidatur in membra,& mẽbra sint corporis.Et diuus Augustinus exponẽs illud Psalmistę.Ego confirmaui columnas eius,hoc pacto scribit:Columnas Apostolos dicit,sic Apostolus Paulus de coapostolis suis:Qui videbantur(inquit)columnę esse.Et qui essent ille columnæ,nũ ab illo firmarentur?Quia terræmotu quodam ipsæ columnæ nutauerunt,in passione dñi ita Apostoli desperauerunt.Ergo columnæ illæ quæ in passione domini nutauerũt, resurrectione firmatæ sunt.Habere voluit cicatrices,vnde nutantes columnas firmaret. Columna autẽ nubis(vt diuus ait Augustinus)figuras significat:In columna (inquit) nubis loquebatur ad eos,id est,loquebatur per figuras.Si enim in quadam nubecula loquebatur,obscura illa dicta,nescio quem manifestum præsignabant.

Quid cor,mystice significet. Cap.XLVIII.

COr in scripturis,mentẽ significat.Vnde Esaiæ lvij.Neq; cogitasti(inquit) in corde tuo. Quod lxx.exponentes verterunt,Neq; posuisti me in mente tua.Et Hieremiæ iiij.Laua (inquit)à malitia cor tuũ Hierusalem.Cor(inquit Hieronymus)in scripturis sanctis prosopa,& anima debemus accipere.Et in Threnis Hieremiæ,cap.tertio exponens illud , Pars mea dominus dixit anima mea,citat illud Psalmistæ,Defecit cor meum & caro mea. Deus cordis mei& pars mea Deus in sæcula:Defectus(inquit)dictus est,quoniam decst illi effectus & mentre cogitatio carnalis defecerat,quę se errasse noscebat.Sed illi confitetur,cui culpam reuelare remedium est,delicta confiteri securitas.Et notandum quod in vno versu cor & in bono ponitur,& in malo.Defecit cor,vtiq; mala cogitatio.Deus autem cordis,hoc est,autor boni intellectus,quia eum sine eius gratia nemo habet.Et exponẽs illud Ezechielis, Et auferam cor lapideum de medio eorum & dabo eis cor carneum vt in prȩceptis meis ambulent &c.ad ell. auferam cor durum(inquit)secundum illud,quod loquitur Stephanus,Dura ceruice & incircuncisi corde.Et induratur cor Pharaonis,ne dimittat populum Israel.Et dabo(inquit) vobis cor carneum,id est,molle,& tenerum,& quod possit Dei mandata susc ipere, vt scribatur in tabulis cordis carnalibus.Idcirco autem datur cor molle.& aufertur cor durum, vt in prȩceptis meis ambulent &c.Et exponens illud Esaiæ,Memento quæso,quomodo ambulauerim coram te in veritate,& in corde perfecto:Felix(inquit)conscientia,quæ afflictionis tẽpore,bonorum operum recordatur.Beati enim mundo corde,quoniam ipsi Deum videbũt.Et quomodo alibi scribitur,Quis gloriabitur,purum habere se cor?Quod ita soluitur,perfectionem cordis in eo nunc dicit,quod idola destruxerit,templi Baal vasa peruerterit,serpentem æneum cominuerit,& cętera fecerit,quæ scriptura commemorat. Prauũ aũt(inquit propheta)ẽ cor omniũ,& inscrutabile,quis cognoscet illud?Ego dñs scrutans cor,& probans renes,qui do vnicuiq; iuxta vias suas,& iuxta fructum adinuentionum suarum.pro q̃ lxx,verterunt,profundum est cor super omnia,& hõ ẽ,quis cognoscet eum?Melius est(inqt)vt simpliciter accipiamus,quod nullus cogitationum secreta cognoscat.Et ne hominũ putaremus certum esse iudicium,intulit omnium propemodũ corda esse peruersa,dicente Psalmista,Ab occultis meis munda me dñe,& ab alienis parce seruo tuo.Haud dubiũ,quin cogitationibus. Et in Genesi:Videns autem Deus,q̃ multa malitia hominum esset in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.Et iterum:Sensus enim & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malum.Per quæ dicimus solum Deum nosse cogitationes eorum.Si aũt de saluatore dicitur,Videns autem cogitationes eorũ Iesus,nullusque potest videre cogitationes eorum nisi solus Deus,ergo Christus Deus est,qui scrutat corda & probat renes,& reddit vnicuiq; iuxta opera sua.Et exponẽs illud Ezechielis,Facite vobis cor nouum,& spiritum nouum:Cor(inquit)nouum Israelis,est credere in eum,quem prius negauerat.Cor nouum gentiũ,est idola relinquere,& mortuorum cultura contempta,credere in eum qui est Deus viuentium.Ad cor autem loqui,est idioma scripturæ,iuxta illud,Loquimini ad cor Hierusalem.Idioma(inquit Hieroñ.)scripturarum est.Qui enim mœrenti loquitur,& blandiens consolator est,ad cor loqui dicitur. Doceat nos Sichem filius Hemor, qui cor-

Psalm.72c

Hiere.17.

Pfalm.18 d
Gene.6 a
Gene.8 d.
Luc.5. 11.b.
Pfalm.7.c
Apoca.2.f
Ezech.18.

qui corrupta Dina,locutus est ad cor eius,& consolatus est eam,& vbicunq; simile quid inueneris,hunc sensum habet.Quomodo autẽ intelligatur illud Esaiæ,Indurasti cor nostrum ne timeremus te:Non quo Deus(inquit) erroris causa sit,& duricie, sed quo illius patientia, nostram expectantis salutem,dũ non corripit delinquentes,causa erroris,duriciæq; videatur.Vnde quibusdam vehementer iratus,à percutiendo manũ suspendit,& loquitur :Non visitabo super filias vestras,quũ fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras,quũ adulteraverint. Flagellat enim omnẽ filiũ,quẽ recipit,& ad hoc percutit,vt emendet.Deniq; quinequa quã filiorũ vocabulũ pdiderunt,sed per pœnas retrahuntur ad pœnitentiã,dicit de eis:Visitabo in virga iniquitates eorũ,& in flagellis peccata eorũ:misericordiã autẽ meam non auferam ab eis.Est enim tristitia,quæ ducit ad vitam:& est tristitia,quæ ducit ad mortẽ.Vnde peccator loqtur in Psal. Declinare fecisti semitas nostras à via tua, & humiliasti nos in loco afflictionis.Et per quadraginta annos errat populus in deserto,vt priorẽ viam nõ inueniat, nec ad Aegyptios reuertatur.In Oseę quoq; sepiuntur semitę Hierusalẽ,& clauduntur spinis, ne sequatur amatores suos,& necessitate cõpulsa,reuertatur ad virũ suum pristinũ. De cor- (inqt)non resistere patri emendanti,& credere pollicenti,non eorum,quibus commouentẽ pedes,& effunduntur gressus,atq; labuntur,sicut in alio Psalmo canitur:Dũ zelant in peccatoribus, pacem peccatorũ videntes,& putant perire opera sua,quia non eis merces redditur peritura.At iste vir,qui timet dñm,& in templum sanctum Dei conuersione recti cordis aptatur,nec gloriam hominum querit,nec terrenas diuitias concupiscit,& tñ gloria,& diuitię in domo eius.Domus enim eius,cor eius est,vbi Deo habitante opulentius habitat,cum spe vitæ æternæ,q̃ hominibus habitantibus in marmoratis,laqueatisq; tectis,cũ timore mortis æternæ.Huius enim iustitia manet in sęculũ sæculi. Ipsa eius gloria,ipsæ diuitiæ.Illius autem purpura,& byssus,& epulæ splendidæ,& quum presto sunt transeunt,& quum ad finem venerint,aquæ guttam ex digito stillantem desiderans,ardens lingua clamabit.Et exponens illud Psalmistę,Cor aurem ipsorum non erat rectũ cum eo:Aliud(inqt)in lingua eorum,aliud in corde eorũ inueniebat,cuius secreta hominũ nuda sunt,& sine vllo obstaculo quid potius amarent,,videbat.Rectum itaq; cor cũ Deo est,q̃do propẽ Deum,quærit Deum.Vnã quip stationem.Et tractatu xxviij.in Ioannem:Illos(inquit) in scriptura rectos corde dicit , qui mala sęculi tolerant,& non accusant Deũ.Quando bonũ aliquid agis,te laudas:q̃do mali aliquid pateris,Deũ accusas,hoc est,cor tortum,non rectũ;conuerso autẽ corde,& directo,laudabis deum in bonis suis,accusabis te in malis tuis.Iste sunt recto corde.Deniq; ille nondũ recto,cui displicebat felicitas malorũ,& labor bonorum,ait correptus:Quã bonus Israel deus, rectis corde.Mei autem(q̃do nõ erã rectus corde)pene cõmoti sunt pedes,paulominus effusi sunt gressus mei,quia zelaui in peccatoribus,pacem peccatorũ videns.Vidi(inquit)malos felices,& displicuit mihi Deus.Hoc eñ volebat pacem peccatorum intuens,vt nõ permitteret deus malos esse felices.Ideo malus felix putatur,quia quid sit felicitas, ignoratur.Simus ergo recti corde,tempus eñ gloriæ nostræ nondũ venit.Et exponens illud Psalmistæ,Et gloriamini oĩes recti corde:Inter rectũ(inquit)cor,& prauum cor,hoc interest.Quisquis homo quicquid patiẽ prȩ volũtatẽ,afflictionis,mœroris,laboris,humiliationis,nõ tribuit nisi voluntati Dei iustę,nõ illi dans insipientiã,q̃ quasi nesciat quid agat,quia talẽ flagellat,& talibus parcit,ipse est rectus corde.Peruersi autem corde sunt& praui,& distorti,qui oĩa quę patiũtur mala,inique se pati dicũt,dãtes illi iniquitatẽ,p cuius voluntatẽ patiũtur, aut quia ei nõ audẽt dare iniquitatẽ,auferũt ei gubernationẽ.Quia ipse(inquit) nõ potest facere iniquũ , iniquũ autẽ est,vt ego patiar,& ille nõ patiatur.Cõcedo eñ vt sim peccator,certe sunt peiores,q̃ lętãtur,& ego tribulor.Quia ergo hoc iniquũ ẽ,vt etiã peiores me lætẽtur,& ego tribuler qui aut iustus,aut minus peccator,q̃ illi,sum,& certũ est apud me,hoc esse iniustũ, & certũ ẽ apud me,quia deus nõ faciet iniustũ.Deus nõ gubernat res humanas,nec cura ẽ illi de nobis. Ergo praui corde.i.distorti corde,tres habẽt sentẽtias:Aut nõ ẽ deus,dixit eñ stultus in corde suo, nõ est deus,& fuit dictũ de diluuio illo,Nõ defuit talis doctrina philosophorũ, nõ defuerũt, qui dicerẽt nõ esse Deum,qui gubernat oĩa , & cõdidit omnia:sed esse multos deos vacantes sibi,præter mũdũ nõ curantes ista.Ergo aut nõ est deus,sicut dixit impius,cui displicet quicquid illi accidit ꝑter volũtatẽ,& alteri nõ accidit,cui se prȩponit. Aut iniustus deus est,cui ista placẽt,& qui hęc facit.Aut nõ gubernat deus res humanas,nec cura est illi de hominibus. In istis tribus sententijs magna impietas,aut negare deũ,aut dicere iniustũ,aut auferre illi guber-

Numer.11. d
Oseę.2. a.

Luc.16.f.
Pfalm.77.

Pfalm.16b

Pfalm.72.a

Pfalm.31.e.

Pfalm.13.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationem rerum. Quare hoc? Quia distortus est corde, Rectus est Deus, & ideo distortũ cor illi non acquiescit. Quod in alio Psalmo est, Quam bonus Deus Israel rectis corde. Et quia talem habebat ipse aliquando de se sententiam, inquiens, Quomodo sciuit Deus, aut si est scientia in altissimo, ideo ibi subiecit, Mei autem pene moti sunt pedes. Quomodo distortum lignum, & si disponas in pauimento æquali, non collocatur, non compaginatur, nec adiungitur, sed semper agitatur, & nutat, non quia inæquale est vbi posuisti, sed quia distortum est,
2.Cor 6.d. quod posuisti: ita & cor tuum, quandiu prauum est, & distortum, non potest colliniari rectiRoma. 5.a tudini Dei, & non potest in illo collocari, vt hæreat illi, & fiat rectum. Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est. Ideo recti corde gloriamini, dixit. Audite gloriationem ipsorum. Nõ solum enim (dixit Apostolus) sed & gloriamur in tribulationibus. Nam non est magnũ gloriari in gaudijs, gloriari in lætitijs. Rectus corde, etiam in tribulatione gloriatur. Vide rectũ cor. Scientes (inquit) quia tribulatio patientiam operatur &c. Cuicunq; aliquid accidit, dicat,
Iob.1.d. Dominus dedit, dominus abstulit. Ecce rectum cor. Sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum: & non dixit, Dominus dedit diabolus abstulit. Prorsus ad Deũ tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi ille permittat, qui desuper habet potestatem, aut ad pœnam impijs aut ad disciplinam filijs.

Quod hoïs sit cor ꝑparare, qũo intelligendũ, & de cordis mũdatione. Cap. XLIX.

QVo pacto autem intelligendum sit illud Salomonis, Hominis est præparare cor, & à domino responsio linguæ. Hoc non bene intelligendo falluntur nonnulli (vt inquit Augustinus, lib. ij. ad Bonifacium. cap. viij) vt existiment cor præparare, hoc est, bonum inchorare sine adiutorio gratiæ Dei ad hominem pertinere. Absit vt sic intelligant filij promissionis tanquam quum audierint dominum dicentem, Sine me nihil potestis facere, quasi con-
Iohan.15.a uincant eum, dicentes: Ecce sine te possumus cor præparare: aut quum audierint à Paulo
2.Cor.3.b. Apostolo, Non quia idonei sumus aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est, tanquam & ipsum conuincant, dicentes: Ecce idonei sumus ex nobismetipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim potest bona cogitatione ad bonum cor præparare? Absit vt sic intelligant, nisi superbi sui arbitrij defensores, & fidei catholicæ desertores. Ideo quippe scriptum est, Hominis est præparare cor, & à domino responsio linguæ, quia homo præparat cor, non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor. Homo præparat cor, in responsione autem linguæ, id est in eo, quod ꝓparato cordi lingua diuina respondit, nihil operis habet homo, sed totum est à domino Deo. Nam sicut dictum est, Hominis est præparare cor, & a domino responsio linguæ; ita etiam dictum est, Aperi os, & adimplebo illud. Quamuis enim, nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os nostrum possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro, implet autem illud dominus, sine opere nostro. Nam quid est præparare cor & os aperire, nisi voluntatem pa-
Psalm.50c rare? Et tamen in eisdem literis legitur, Præparatur voluntas à domino. Et, Labia mea aperies, & os meum annunciauit laudem tuam. Ecce dominus admonet, vt præparemus voluntatem in eo quod legimus, Hominis est præparare cor, & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat
Psalm.118b Deus quia præparatur voluntas à domino. Et aperit os ita iubendo, vt nemo possit, nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea aperies. Nunquid istorum, qui despiunt, vt aliud
Exod.4.c. os, aliud labia esse contendant, & mirabili vanitate hominem dicant os aperire, labia homiminis DEVM? Quanquam DEVS illos & ab hac absurditate compescit, vbi ad MOYSEN famulum suum dicit: Ego aperiam os tuum & instruam te, quæ debeas loqui. In sententia ergo illa, vbi dicitur, Aperi os, & adimplebo illud, quasi vnum videtur ad hominem pertinere, alterum ad Deum. In hac autem, vbi dicitur, Ego aperiã os tuũ, & instruam te, vtrũq; ad dominũ. Quare hoc? nisi quia in vno istorũ cooperatur homini, facienti alterum solus facit. Quapropter multa Deus facit in homine bona, quę nõ facit hõ: nulla ỳo facit homo quæ non facit Deus, vt faciat homo. Cordis autem mundatio, est tanquam oculus, quo videtur deus (vt inquit Augustinus) cuius simplicis habendi tantamcuram esse oportet, quantam eius rei dignitas flagitat, quæ tali oculo conspici potest. Huic autem oculo magna ex parte mũdato difficile est nõ surrepere sordes aliquas de his rebus, q̃ ipsas nostras bonas actiones cõtaminare solent, veluti laus est humana. Siquidem non recte viuere, pernicioſum est: recte aũt viuere & nolle laudari, quid est aliud, quam inimicum esse rebus humanis, q̃ vtiq; tanto sunt miseriores quanto minus placet recta vita hominũ? Si ergo inter quos viuis, te recte viuentẽ nõ laudauerint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in periculo, nisi tã simplex cor habueris, & mũdũ, vt ea, quæ recte facis, nõ propter laudes hominũ facias, magis q; illis recte laudãtibus gra-

tuleris, qbus id, ꝙ bonũ est, placet, q̃ tibi, nisi qa recte viuis, etiã si nemo laudaret, ipsamq; laudẽ tuã tunc intelligas vtilẽ esse laudantibus, si nõ teipsum in tua bona vita, sed Deũ honorẽt, cuius sanctissimũ tẽplũ est, qsqs bene viuit. Qui autẽ bonitatẽ simulãt, duplici corde sunt: Nõ ergo habet simplex cor, id est, mũdũ cor, nisi qui transcẽdit humanas laudes, & illũ solũ intuetur, quum recte viuit, & ei placere nititur, qui cõscientiæ solus inspector est. De cuius conscientiæ puritate quiquid procedit, tanto est laudabilius, quãto humanas laudes non desiderat.

Quid sit Deum diligere ex toto corde. Cap. L.

QVo pacto autẽ deus ex toto corde diligendus sit, cordis ipsius proprietates nos edocere possunt. Siquidẽ cor cõplexione calidum, atq; siccum est. Quæ quidem proprietates, igni naturales sunt. Sicut igitur calere naturale est igni, itidem naturale est cordi amando ardere. Et quia cordis vita amor est, vt cor sine amore viuat, impossibile est: Dicamus igitur cum Dauid, Concaluit cor meum intra me. Verum enimvero quoniam ad calidũ conse- Psalm.38.a
quitur leuitas, & sursum moueri, cor nostrum debet esse vbi & thesaurus noster, nẽpe in cœ- Matth 6.c
lo sicut & cor Pauli, qui dicebat, Nostra autem conuersatio in cęlis est. Sed filij hominum cor Philip 3.d.
habent aggrauatũ, iuxta illud, Filij hominũ, vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem? Et hoc illis vsuenit, eo quod illorum cor est frigidum. Quoniam (inquit saluator) su- Psalm. 4.a.
perabundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Præterea cordis substantia solida est, Matth. 24
& idcirco qui per facile voluptatibus capiuntur, cor habent dissolutum, atq; concussum, iuxta illud, Cor Olofernis concussum est. Ad hæc, cordis forma inferius acuta superius lata est, Iudith.13.d
designans cor humanum debere in rebus, quę videntur, q̃ tẽporalia sunt, q̃ inferiora sunt, parum habere affectus, & ꝑceptũ illud seruare Apostolicũ, Habentes alimenta & qbus tegamur, 1.Tim.6.b
his contenti simus. Sed versus cœlestia, versus æterna, latum debet esse cor humanum, ꝙ est capax Dei, ꝙ præter deũ nihil implere potest. Solus siquidẽ Deus (vt inqt Iohãnes) maior est 1.Iohan.4.d
corde nostro. Et hanc ob rẽ cor humanũ interius concauũ est, quoniam nulla creatura illud implere valet. Capax nẽpe dei est, & idcirco quicquid Deo minus est, illud implere neqt. Cor præterea duplici mouetur motu, nẽpe constrictionis, quo superfluæ pelluntur fumositates, & dilationis, quo calor genuinus attracto aere mitigetur, atq; refrigeretur. Qua profecto ꝓprietate nobis indicatur pellenda esse superflua, & nos impedientia, & quæ necessaria sunt ad amãdũ attrahẽda, ꝙ ꝑ prudẽtiã fit. Nã (vt inquit Aug.) prudẽtia est amor, ea qbus adiuuatur, ab his, qbus impedit, prudẽtes secernẽs. Est etiã cor (vt ait Aristoteles) primũ sentiendi organũ, & idcirco congrue primũ mandatũ ab ipso, & ꝑ ipsum sensibile est. Est q̃q; secundũ eũdẽ philosophũ, vitæ domicilium, designans eũ q nõ diligit in morte manere, dicẽte Iohãne: Qui non diligit, manet in morte. Sunt autem nonnulli, qui & mũdũ, & Deũ pariter se diligere posse arbitrantur, quum tamen Iohannes dicat, Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Tales enim non diligunt ex toto corde, quoniam diuisum est cor illorum.

Quid cornu, coronaq;, mystice significent. Cap. LI.

DE cornibus scriptum est per Psalmistam: Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Cornua peccatorum (vt inquit Aug. sunt superborum dignitates: cornua vero iusti, munera Christi. Per cornua enim, sublimitates intelliguntur. Psalm. 74
Nolunt sibi frangi cornua peccatores, quæ sine dubio fragentur in fine. Audisti supra eodem Augustin.
Psalmo. Dixi iniqui, nolite inique agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Si feceritis iniquitatem per cupiditatem, nolite eã defendere per elationem. Et Psal. lxxxvij. Quoniam (inquit) gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrũ. Merito cornu eorum, id est, potestas exaltabitur, qui in domino saluatore virtutem, gloriamque sumam posuerunt, quia dum ad illum refertur omne quod datum est, ipse fit laus nostra, & perfecta lętitia. Et nota q̃ in hoc loco cornu in bono posuit, alibi ỳo in malo, vt ẽ illud. Et a cornibus vnicorniũ, humilitatẽ meã. i. à supbis de summitatũ suarũ potestate ferientiũ. Sed inspice quod addidit, vnicorniũ, id est, se singulariter erigẽtium, qui nimia elatione surgentes, contortes ferre non possunt, dum soli faciendũ putãt qcunq; libuerit. Talia ẽm animalia q̃ vno cornu armantur, multo fortiora sunt. Ab illa ergo vnicorniũ supbia nõ ferẽda, humilitatẽ suã q̃ destituta opprimi facile possit, eripi postulauit. In bono autẽ & illud. Protector meus & cornu salutis meæ. Quod enim hic dixit cornu salutis suæ dñm, ad inimicos pertinet dissipãdos. Nam cornua sunt arma beluarũ, quibus salutẽ suã solerti cõcertatiõe defendũt. Et psal. cxi. Dispsit, dedit paupibus &c. cornu eius exaltabitur in gloria. Cornu pro potestate poni iã dictũ est, q̃ necesse est illis ibi, hoc est, in regno cœlorũ, dari, q hic videbãtur pia humilitate ꝓstrati. Et rursus scriptũ est, Cõfessio eius super cœlũ & terrã, & exaltauit cornu populi sui, id est po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

restatem,quod quidem cornu hic humiliatum est propter afflictiones, & dolores,quos patitur populus fidelis.Ibi autem exaltabitur,vbi omni gloria manifesta præstatur.Primũ,quia dexteram merentur,deinde cũ domino iudicabunt,tertio in æternam pacem,gaudiũq; transibunt,vt merito exaltati dicantur,qui vsq; ad ipsius domini contemplationem,mirabili eius pietate perueniunt.Et rursus alio in loco:In te inimicos nostros ventilabimus, cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.Venerunt martyres ad illud genus liberationis eximium,quod iudicij tempore constat fidelibus concedendum. Nam qui nimia fuerãt afflictione confecti,resumunt animũ,& futuris seprosperis consolantur,dicentes: In te inimicos nostros ventilabimus cornu.

Corona certantibus datur de lapide precioso,iuxta illud: Quoniã præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis,posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.Metaphoricé dicit ab his,qui post labores maximos præmio digno coronantur.Hoc de Christo dictum est Corona non improbe circũeuntiũ discipulorũ videtur significare conuentum,qa ipsum docentẽ desiderantium Apost.circuitus ambiebat.Hæc erat corona capitis, hoc regale diadema,quod non ornaret impositũ,sed de Christo dño potius ornaretur.In hac eñ corona & totius mundi circulũ merito poterimus aduertere, in quo generalis significat ecclesia. Et hic alio in loco:Benedices coronæ anni benignitatis tuæ,& cãpi tui replebunt vbertate.Corona anni hic totus mundus cõuenienter aduertitur,per quem catholica dilatatur ecclesia. Benedicit eñ dñs quos vere fecerit Christianos,flumine lætificante ciuitatẽ Dei,de cuius aqua qui biberit,non sitiet iterũ,& riuo Apost.& stilicidio aliorũ fidelium,& campi,id est, fideles homines,atq; iusti,replebuntur vbertate fructuum. Alijs eñ fructum tricenarium, alijs sexagenarium,alijs centenarium dominus fructũ præstabit.Est & altera corona, omnibus sanctis cõmunis,q̃ datur oibus sanctis,viriliter decertantibus.Hæc autẽ corona,beatitudinem significat animę,q̃ consistit in perfecta animæ cõiunctione ad deũ quatenus illo perfectẽ fruit, vt recusa,& perfecte amata.Hoc autẽ beatitudinis præmiũ,corona metaphorice nũcupat, tũ ex parte meriti,quod cũ quadã agitur pugna.Nã(vt ait Iob)Militia est vita hominis super terram,tũ,ex parte ipsius præmij,per q̃ homo diuinitatis,ac regię potestatis fit particeps.Fecisti(inquit Ioãnes)Deo nostro regnũ(vel potius reges,vt Græci habẽt codices)& sacerdotes. Hæc autem corona potestatis regiæ signum est.Præterea quũ circularis figurę sit corona,q̃ omnium perfectissima est figurarum, nõ immerito illius beatitudinis perfectione designat. Habẽt aũt & sancti alterã(vt ita dicã)corollã siue coronulã,quã dicunt aureolam,id est,quoddam accidentale gaudium,de operibus ab illis factis,quæ victoriam habent excellentem. Et quia virgines de carne sua,contra quam cõtinuũ habent bellũ(nã spiritus concupiscit aduersus carnẽ,vt ait Apostolus (idcirco virginibus specialis debet corona q̃ (vt dictũ est)aureola nuncupatur.Virgines autẽ nunc appello, qui propositũ habẽt virginitatẽ perpetuo conseruandi,siue voto,siue citra votum,hoc habuerit propositũ.Et quemadmodum pugnã habet spiritus & intestinum bellum contra inferiores concupiscentias,itidem martyribus magna & pugna cõtra afflictiones extrinsecus illatas.Et idcirco de perfectissima hac victoria,q̃ de morte,& ad mortẽ ordinatis causa fidei,siue Christi amore,quam habuerunt martyres,altera illis debetur aureola.Et quẽadmodum per virginitatem, & martyrium de carne,& mundo victoriam nonnulli obtinent perfectissimam,itidem nonnulli perfectissimam contra diabolum victoriã obtinent,expellentes illũ non solũ à se,verũetiã & ab alijs per prædicationẽ & doctrinã,idcirco nõ modo prælatis,quorum munus est & prędicare,& docere,si actu docẽt. vel actu,prædicandi officiũ exerceant,altera debetur corolla,verumetiã oibus,q̃ prędictũ docẽdi,vel prędicãdi actũ licite exercent,prędicãtes,vel docẽtes ea quæ pertinẽt ad animę salutẽ.

Quid coruus mystice significet. Cap. LII.

COruus,gentilem,siue gentiles significat,iuxta illud,Quis præparat coruo escã suã,quãdo pulli eius ad Deũ clamant,vagiẽtes,eo quod nõ habeãt cibũ?Vbi diuus Gregorius hoc pacto scribit:Quid eñ corui, pullorũq; eius noie,nisi peccatis nigra gẽtilitas designat? De qua per prophetã dicit:Qui dat iumentis escã ipsorũ,& pullis coruorũ inuocantibus eũ. Iumenta quippe escam accipiũt,dũ sacræ scripturę pabulo mentes dudum brutæ satiãtur.Pullis vero coruorum,filijs scilicet gentiũ esca datur,quũ eorũ desiderium nostra conuersatione reficitur.Iste coruus esca fuit,dũ ipsum ecclesia quæreret.Sed nũc escã accipit,quia ipse ad conuersionẽ alio exquirit.Cuius videlicet pulli,id est,prędicatores ex eo ẽditi,non in se pręsumunt,sed in viribus redemptoris sui.Vnde bene dicit:Quãdo pulli eius ad deũ clamant. Nihil eñ in sua virtute se posse sciunt.Et q̃is animarum lucra pijs votis esurijant,ab illo tamen qui cuncta

qui cuncta intrinsecus operatur,hęc fieri exoptant.Vera enim fide comprehendunt,quia neq; qui plantat,est aliquid,neq; qui rigat:sed qui incrementum dat Deus.Quod vero dictũ est:Vagantes,eo quod non habeant cibos,in hac vagatione nihil aliud,quam æstuantium prædicatorum vota signantur.Qui dum in ecclesiæ sinum recipere populos ambiunt,magno ardore succensi,nunc ad hos,nunc ad illos colligendos desiderium mittunt.Quasi quædã quippe vagatio est,ipsa cogitationis æstuatio,& velut ad loca varia,mutatis motibus, transeunt, dum pro adiuuandis animabus in modos innumeros, ac in partes diuersas esuriente mente discurrunt.Hanc vagationem pulli coruorum,id est,filij gentilium ab ipsõ gentiũ magistro didicerunt. Ipse quippe quam valida charitate flagrat,tam nimia ex locis ad loca se vagatione permutat, transire ad alia ex alijs appetit, quia ipsa eum quem implet charitas, impellit. Longe nanq; à romanis positus scribit: Memoriam vestri facio semper in orationibus meis ,obsecrans,si quo mõ tandem aliqñ prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.Desidero enim videre vos.Retentus Ephesi,Corinthijs scribit: Ecce tertio paratus sum venire ad vos.Rursum Ephesi commorans,Galatis loquitur,dicens: Vellem modo esse apud vos,& mutare vocem meam,Romæ quoq; custodia carceris clausus,quia ire ad Philippenses per semetipsum non permittitur,transmittere se discipulum pollicetur,dicens:Spero in domino Iesu, Timotheũ me cito mittere ad vos,vt & ego bono animo sim,cognitis, quæ circa vos sunt.Constrictus etiam vinculis,atq; Ephesi retentus,Colosensibus scribit: Nã si corpore absens sum,sed spiritu vobiscum sum.Vagẽtur itaq; pulli coruorum,id est,magistrũ suũ imitentur filij gentium,torporem mentis excuciant,& quum animarum lucrum,id est,cibũ suum minime reperiunt,non quiescant,ad profectum ex profectibus se extendant,& exæstuantes in vtilitate multorum,refectionem suam,quasi vagantes,esuriant.Potest etiã corui nomine nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica designari.Nam pulli eius ad Deum clamare referuntur,vt eidem coruo a domino esca præparetur,quia nimirum sancti Apostoli,plebis Israeliticæ carne generati,dum pro gente sua preces ad dominum funderent, quasi pulli coruorum eum,de quo carnaliter æditi sunt,spirituali intelligentia parentem populum pauerunt.Igitur dum pulli eius clamant,coruo esca pręparatur:quia dum Apostoli exorãt plebs dudum perfida ad cognitionem fidei ducitur,& ex prædicatione filiorum, quasi ex pullorũ voce,satiatur.Illud tamen in hoc versu debemus solerter inuieri,quod huic coruo esca dicitur primum pullis clamantibus & postmodum vagãtibus,præparari.Clamantibus nanq; pullis, coruo esca præparata est,quum prædicantibus Apostolis verbum Dei, Iudæa audiens,modo in tribus milibus,modo in quinq; milibus,spirituali est intelligentia satiata.Sed quum reproborum multitudo crudelitatem suam contra prædicantes exerceret,& quasi pullorum vitam necaret,ijdem pulli in vniuersa mundi spacia dispersi sunt.Vnde & eisdem carnalibus patribus spirituali prædicationi resistentibus,dicunt:Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud,& indignos vos iudicatis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad gentes. Recte ergo dicitur:Quis præparat coruo escam &c.subaudis,nisi ego, qui infidelem populum filijs suis & exorantibus tolero,& prædicantibus pasco,atq; ad alia vagãtibus conuertendum quandoq; in fine sustineo.Est adhuc aliud,quod de coruo moraliter possit intelligi. Aeditis nanque pullis(vt fertur)escam plene prębere dissimulat priusquam plumescendo nigrescant,eosq; inedia affici patitur,quoadusq; in illis per pennarũ nigredinem sua similitudo videatur. Qui huc,illucq; vagantur in nido, & ciborum expetunt aperto ore subsidium. At quum nigrescere cœperint,tanto eis prębenda alimenta ardentius requirit,quanto illos alere diutius distulit.Coruus profecto,est doctus quisq; prædicator,qui magna voce clamat,dũ peccatorum suorum memoriam atq; cognitionem infirmitatis propriæ,quasi quandam coloris nigredinem,portat.Cui quidam nascuntur in fide discipuli,sed forte adhuc consyderare infirmitatẽ propriam nesciunt,forte à peccatis præteritis memoriam auertunt,& per hoc eam,quam assumi oportet contra huius mũdi gloriam,humilitatis nigredinem,nõ ostendũt.Hi velut ad accipiendas escas os aperiunt quum doceri de secretis sublimibus quærunt.Sed eis doctor suus alimenta prædicamentorum sublimium tanto minus tribuit,quanto illos peccata prętérita minus digne deflere cognoscit.Expectat quippe,atq; admonet, vt à nitore vitæ presentis prius per pœnitentiæ lamenta nigrescant,& tunc demum congrua prędicationis subtilissimæ nutrimẽta surripiant. Coruus in pullis inhiãtibus respicit,sedante in eis pennarũ nigredine indui corpus,q̃rit.Sic & discretus doctor interna mysteria eorũ sensibus non ministrat,quos adhuc ab hoc seculo nequaquam se abiecisse consyderat.Pulli aũt eũ nigro se pennarum colore vestiunt,de se etiam volatũ promittunt,qa q̃ magis discipuli abiecta de

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta de ſeſentiunt, quo magis ſeſe deſpicientes, affligunt, eo amplius ſpem profectus ſui alterius pollicentur. Vnde & curat doctor feſtinantius alere, quos iam per querelam indicarem prouidet poſſe & alijs prodeſſe. Hinc enim Timotheum Paulus admonet, velut plumescentes pullos ſolicitius nutrire, dum dicit: Quæ audiſtis à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. Quæ doctrinæ diſcretio dum caute à ꝓdicatore cuſtoditur, diuinitus largior copia ꝓdica tiõis datur. Vnde hic quoq; apte dicitur: Quis ꝓparat coruo eſcam &c. Quũ enim pulli, vt ſatientur, clamant, coruo eſca ꝓparatur, quia dum verbum Dei boni auditores eſuriant pro reficiendis eis, maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Et lib. xviij. cap. xviij. citans illud Salomonis: Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant illum corui de torrentibus, hoc pacto ſcribit: Peruerſi quippe, dum diuina iudicia reprehendunt ſubſannant patrẽ, & quilibet hæretici, dum ꝓdicationem ſanctæ eccleſiæ, fœcunditatem illius deridendo, cõtemnunt, quid aliud q̃ partum matris deſpiciunt? Quam non immerito eorum quoq; matrem dicimus, quia de ipſa exeunt, qui contra ipſam loquuntur, Ioanne atteſtante, qui ait: A nobis exierunt ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, mãſiſſent vtiq; nobiſcũ. Corui vero de torrentibus veniunt, quum ꝓdicatores veri ad defenſionem ſanctæ eccleſiæ, ad ſacrorum librorum fluenta procedunt. Qui etiam recte corui vocati ſunt, quia nequaquã de iuſtitiæ luce ſuperbiunt, ſed per humilitatis gratiã, pctõrum in ſe nigredinem confitentur. Vnde etiã ab electorum eccleſia dicitur: Nigra ſum, ſed formoſa. Et Ioãnes ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. Qui videlicet corui ſubſannantis oculũ effodiunt, quia prauorum pertinacium hoim intentionem vincunt. Hæc ille. Poteſt autem quod Pſalmiſta ait: Qui dat iumentis eſcã ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, hoc pacto enarrari: Iumenta, eccleſiaſticos ſignificant greges, qui competenti refectione paſcuntur, alij lacte, alij cibo ſolido prout diſpenſatori viſum fuerit, qui ſolus nouit, q̃ ſunt profutura, ꝓſtare. Corui ſunt irreligioſi viri, qui pctõrum nigredine inſe parebiliter veſtiuntur, nec aliquo ſplendore cõuerſionis eluceſcũt. Pulli vero coruorum (vt phyſiologi volunt) ceſti rore veſcuntur, & adhuc paternas eſcas, id eſt, cadauerum fœtores beneficio ætatis ignorant. Quapropter paganorũ filijs, atq; peruerſorum dat eſcã, quia paternã vitam innocentiæ munere non ſequuntur. Addidit autem: Inuocantibus eum, q̃n ſoli ipſi eum inuocant, qui regulas ſcripturarum nulla hæretica prauitate ſubuertũt. Hoc niſi ad homines referas inuocare dominum quemadmodum poteſt pullis conuenire coruorum? Et diuus Auguſtinus in eundem Pſalmum: Qui dat (inquit) pecoribus eſcam ipſorum, & pullis coruorum, qui inuocãt eum. Ne hoc cogitetis, irrationalem animam inuocare deum. In figura accipite dictum, nec putetis, ſicut impij quidam dicunt, reuolui animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad coruos. Anima humana facta eſt ad imaginem Dei, non dabit imaginem ſuam cani & porco. Pulli coruorum ſunt omnium gentiũ homines, qui in idolatria non remanſerunt. Pulli coruorum ſunt quibus dixit Petrus: Quia non corruptibili argento, vel auro redempti eſtis de ſuperuacua veſtra conſuetudine à parentibus veſtris tradita. Proficientes cũ pulli coruorum, qui ſimulacra colere videbantur parentum ſuorum, conuerſi ſunt ad Deum, & vnum deum inuocant. De coruo Noe, dictum eſt in dictione, Columba. Illic quoq; dictum eſt, coruos eccleſiæ illos eſſe, qui quærunt quæ ſua ſunt.

1. Tim. 2. b

1. Iohan. 1. a

Pſalm. 146

1. Pet. 3. d.

Culex quid myſtice ſignificet, dictum eſt in dictione, Camelus.

Quid crater, crux, cubileq; myſtice ſignificent. Cap. LIII.

CRater magnus, corpus Chriſti eſt, vt inqt diuus Hiero. in Eccleſiaſtẽ. cap. ij. exponens illud. Et vrceolos in miniſterijũ ad vina fundẽda, pro q̃ Symmachus trãſtulit crateres: Quia igit (inquit) Eccleſiaſtem interpretamur in Chriſto, & ſapiẽtia in cratere mixto, in prouerbijs ꝓtereuntes ad ſe cõuocat, corpus dñi craterẽ magnũ debemus accipere, in q̃ nõ mediocris diuinitas, vt in cœleſtibus fuit, ſed ꝓpter nos hũanitate media tẽperata eſt, & p Apoſtolos in minora cylicia, cyphos paruulos, & crateres, in toto orbe credẽtibus effuſa ſapiẽtia eſt.

Crux noſtra, morificatio carnis eſt. Dicit enim Apoſtolus: Qui autem Ieſu Chriſti ſunt, carnem crucifixerunt cum perturbatiõibus, & concupiſcentijs. Et Auguſt. ad Letum epiſtola tricesima octaua: Crucem (inquit) noſtrã dominus, quam portari à nobis iubet, vt cũ expeditiſſimi ſequamur, quid aliud q̃ mortalitatem carnis huius ſignificat? Ipſa enim nos crucifigenda donec abſorbeatur mors in victoriã. Crux ergo hæc ipſa crucifigenda eſt & transfigenda eſt, clauis timoris dei, ne ſolutis & liberis membris reluctantem, portare non poſſis. Sequi enim dominum, niſi eam portans, omnino nõ vales. Nam quomodo eum ſequeris, ſi non eius

Proue. 9. a

Galat. 5. d.
Matt. 8. d.

Pſalm. 118.

eius? Qui autem Ieſu Chriſti ſunt (ait Apoſtolus) carnem ſuã crucifixerunt cum paſſionibus, & deſyderijs. Et Epiſtola cxviij. capite decimoquarto tot Nunc (inquit) dicitur homini: Tolle crucem tuam, & ſequere me. Cruciatur autem caro, quum mortificantur membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicatio, immundicia, luxuria, auaricia, & cœtera huiuſmodi, de quibus idem dicit: Si ſecundum carnem vixeritis, morieminí: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hinc etiam de ſeipſo dicit: Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Et in alio loco: Scientes (inquit) quia vetus homo noſter ſimul confixus eſt cruci cum illo, vt euacuetur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Quandiu ergo id agunt opera noſtra, vt euacuetur corpus peccati, quandiu exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur de die in diem, tempus eſt crucis. Hæc ſunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laborioſa, quorum merces, eſt requies. Sed ideo dicitur: Spe gaudẽtes vt cogitantes requiẽ futurã, cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem ſignificat crucis latitudo in tranſuerſo ligno, vbi ſi manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem, hilaritatem operantis, quia triſtitia facit anguſtias: per altitudinẽ vero, cui caput adiungitur, expectationẽ retributionis de ſublimi iuſtitia dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua: his quidẽ, qui ſecundũ tolerantiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem, quærentibus vitam æternã. Itaq; etiam longitudo, qua totum corpus extenditur, ipſam tolerantiam ſignificat, vñ lõga nimes dicuntur, qui tolerant. Profundum autem, quod terrę infixum eſt ſecretum ſacramẽti præfigurat. Recordaris enim (niſi fallor) quæ verba Apoſtolica in iſta deſignatione crucis expendam, vbi ait: In charitate radicati, atq; fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Ea vero, quæ nondũ videmus, & nondum tenemus, in alio biduo figurata ſunt. Hæc enim, quæ nunc agimus, tanquam clauis præceptorum in dei timore confixi, ſicut ſcriptum eſt: Confige clauis à timore tuo carnes meas, in neceſſarijs deputantur, non in eis, quæ per ſeipſa appetenda, & concupiſcenda ſunt. Idẽ fere ſcribit epiſtola cxx. ad Honoratũ, cap. xxvi. Et libro de doctrina chriſtiana ij. cap. xli. Cubile, cor noſtrum eſt, iuxta illud: Iniquitatem meditatus eſt in cubiliſuo. Cubile noſtrũ (vt illic diuus ſcribit Auguſtinus) eſt cor noſtrum, ibi tumultum patimur malæ conſcientiæ, & ibi requieſcimus, quando bona conſcientia eſt. Qui amat cubile cordis ſui aliquid boni ibi agat. Ibi eſt cubile, vbi non dominus Ieſus Chriſtus iubet orare: Intra in cubiculum tuum, & claude oſtium tuum, id eſt, noli talia expectare de deo, quæ foris ſecus ſunt. Claudere oſtium, eſt, vt hoc petas à Deo, quod ſolus Deus nouit, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod non aſcendit in cubile tuum, id eſt, in cor tuum. Quis eſt, qui non claudit oſtium? Qui talia petit a Deo pro magno, & ibi conſtituit omnes preces ſuas, vt accipiat ea, quæ ſunt huius ſæculi bona, qui de iuſtitia ſua placere vult hominibus, non eo fine, vt homines, qui eum vident, Deum laudent: ſed ea intẽtione, vt ipſe laudetur non claudit oſtium contra ſtrepitum, quia patet oſtium in illo ſtrepitu, & non audit Deos quomodo audire vult in cubili. Cubile ergo, id eſt, cor noſtrum, laboremus mundare, vt ibi poſſit nobis bene eſſe. De hoc cubili dicitur & pſalmo quarto. Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris, id eſt, in cordibus veſtris, compungimini ad pœnitentiæ dolorem, vel aperimini. In Græco enim pſalterio eſt catanygite, quod refertur ad illam dilatationem cordis, vt excipiatur diffuſio charitatis per ſpiritum ſanctum. At Caſſiodorus, hoc pacto exponit: Ferarum domicilium (inquit) proprie cubile dicitur, à cubando. Ferocium ergo cogitationes apte dicit cubilia, quamuis hæc interdum & in bono abuſiue legatur aſſumptum, vt eſt illud de ſanctis: Lætabuntur in cubilibus ſuis, id eſt, in ſecreto pectoris, ſicut Apoſtolus dixit, Nam gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſciẽtię noſtræ. Ibi enim lætantur, vbi ſolus ille cognoſcit, qui donare dignatus eſt. Vbi & diuus Auguſtinus ſcribit: Lætabuntur in cubilibus ſuis, non in theatris, non in amphitheatris, non in circis, non in nugis, non in foris, ſed in cubilibus ſuis, id eſt, in cordibus ſuis. Audi Apoſtolum Paulum exultantem in cubiculo ſuo: Nam gloria noſtra hæc eſt &cæt. Et Ambroſius libro primo de Cain. capite nono: Intra (inquit) in cubiculum tuum, id eſt, mentis arcanum, animiq; ſecretum, alta præcordia. Totus ingredere de corporis tui exteriori veſtibulo, & claude oſtium tuum, id eſt, pone dominum cuſtodiam ori tuo. & oſtium circuitus labrijs tuis, ne culpa intret, ne lapſus aliquis ſermonis exeat. Et de ſacramentis libro ſexto, capite tertio: Cubiculum tuum (inquit) mens tua eſt. In populo licet poſitus, tamen in interiore homine arcanum tuum, ſecretumque conſerues animo tuo totus intende, intra in receſſum pectoris tui, totus ingredere, videat quia ex corde oras, vt te ex corde orantem dignetur audire. Ha

Roma. 12. d

Pſalm. 4. b

Rom. 5. a.

Pſalm. 149
2. Cor. 1. c.

1. Cor. 2. c.

Matth. 6. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

dire. Habes hoc & Esaiæ vigesimosexto: Ambula populе meus, & intra in recessus tuos, abscondere pusillum, donec transeat ira.

Quid crystallus, currusq; mystice significent. Caput LIIII.

Hieronym. DE crystallo, scribitur Esaiæ liij. secundum lxx. Lapides crystalli, & muros tuos lapides electos. Vbi scribit diuus Hieron. Portæ aũt istius ciuitatis, de lapide sunt crystallo, qui scalpitur variis modis, quo lapide, nihil purius est. Deniq; venementissimis Alpium frigoribus, & inaccessis soli speluncis, concrescere aquæ dicuntur in crystallũ, & tactu quidem lapidem, visu aquam esse. Per quæ ostenditur, eos qui in foribus ecclesiæ sunt, nulla debere sorde maculari, sed fidei esse purissimæ, & illud audire, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ vi-
Matth. 5. a Exech. 1. f. debunt. Et exponẽs illud Ezechielis. Et similitudo super caput animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis: Videtur (inquit) super quatuor animalia, & rotas totidem, similitudo firmamẽti, quod nos appellamus cœlum, habens speciem crystalli, quod est purissimum, ex aquis mundis, atque lucentibus, nimio frigore concrescere dicitur, in tantum, vt etiam gelu constricta aqua, Græco sermone crystallos nominetur. Decebat autem in superioribus esse eximiam puritatem, quæ cuncta protegat. i. rationales sapientesq; virtutes. Et infra: Sicut autem crystallo purissima quæq; , atq; lucentia in cœlestibus demonstrantur, q̃ nostrum oculatũ corpus illuminant: sic in sapphiro, id est, in throno dei, & super firmamentum quod cœlũ accipimus absc̃dita atq; secreta & inc̃prehẽsibilia dei sacramẽta mõstrantur. Scribitur quoq; in Psalmo, Mittit crystallum suã, sicut buccellas. vbi Cassiodorus hoc pacto scribit: Crystallum est in modum vitri per numerosas hyemes glacies condurata, & in duriciam saxilliquens admodum perducta substantia, cui obstinati peccatores merito cõparantur, qui algore perfidiæ constricti, per dies singulos congelascunt: Hos quoq; dñs, velut frusta panis emittit, q̃n conuersos sua facit p̃dicare magnalia, vnde populus esuriens, cœlesti pane vescatur. Frusta quippe significant doctrinæ diuersa dona, quæ ex peccatoribus in sanctis suis dñs sæpius monstrare dignatus est. Sed hæc accepta sunt ex Augustino, qui in enarratione prædicti psalmi, hoc pacto scribit: Est (inquit) crystallum species q̃dam in modum vitri, sed cãdidum est. Hoc autem genus traditur ab eis, qui nouerunt, vnde dubitare non debemus, q̃n fidelissima scriptura testimonium dicit. Traditur em̃ crystallus durata per multos annos, & non resoluta niue ita congelascere, vt resolutio non facilis fit, niues præterita hyemis facile dissoluit æstas aduẽiens. Non enim eis ad confirmandum duriciã accesslit anfractus. Vbi aũt niues multæ per annos multos superinuicem missæ fuerint, & copia sua violentiam æstatis euicerint, non æstatis vnius, sed multarum p̃sertim in his terræ partibus, id est, in Aquilonia plaga, vbi nec æstate sol perferuentissimus inuenitur, ipsa diuturna, & annosa duritia, reddit hanc speciem, quã crystallum dicimus. Dicit ergo propheta: Mittit crystallum suam velut frusta panis. Multum obduruit, multum congelauit. Fuerunt nimis duri, nõ iam niui sed crystallo comparandi, & ipsi prædestinati sunt & vocati, & quidã eorum ita vt pascerent alios, & essent vtiles & alijs. Occurrit vnicuiq; cogitanti ex his quos nouit, q̃ forte duri, & pertinaces, & obnitentes aduersus veritatem fuerunt, & modo p̃dicant veritatem, factiq; sunt frusta panis, id est, membra Christi. Ecce crystallus erat Apostolus Paulus, durus, obnitens veritati, clamans aduersus euangelium, tanquam induratus aduersus solem. Quia ergo crystallum erat, nitidus videbatur, & candidus, Hebræus ex Hebræis, secundum legem
Philip. 3. a Galat. 1. c. Actu. 9. a Esai. 66. c. pharisæus, sed durus, & nimis gelidus, secundum æmulationem persequens eccl̃siã Dei. Sed duriciam glaciei huius dissoluit Christus, de cœlo clamans: Saule Saule quid me persequeris? Vna illa voce, tanta illa duricia crystalli resoluta est.

Currus Dei, quomodo dicatur, scribit diuus Hiero. enarrans illud Esaiæ: Quia ecce dñs in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorem suum &c. pro quo septuaginta habent: Ecce dñs quasi ignis veniet, & quasi tempestas currus eius, reddere in furore vltionem suã &c. Quasi (inquit) tẽpestas currus, siue quadrigæ eius, psalmorũ editissimus exemplis, in quibus scriptũ est: Deus manifeste veniet, Deus noster, & nõ tacebit. Ignis
Psalm. 67. d ante eum ardebit, & in circuitu eius tẽpestas valida. Et alibi: Currus dei decẽ milibus multi-
4. Reg. 2. b plex milia lætantiũ. His curribus, & equis, Helisæus erat circũdatus, q̃s puer eius videre nõ poterat. Vñ ait: Dñe aperi oculos pueri eius, vt videat. Et aptis (inqt) oculis, vidit currus, & quadrigas, & equos p̃ circuitũ. Hoc curru igneo, & Helias raptus ad cœlũ est, q̃n clamabat Helisæus: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Hęc aũt vniuersa narrãtur, nõ q̃ aut currus habeat, aut quadrigas, aut equorũ velocitate portetur, de quo alibi scriptum est: Qui ambulat super pennas ventorum. Sed qũo in solio sedere dicitur, quando assumit habitum
Psalm. 103. cantis-

cantis: fic quando ad vindictam venit, vt debellet aduersarios suos, in habitu victoris, & triumphantis ostenditur. Et Cassiodorus exponens illud psalmi, Currus dei &c. Cõsuetudo est scripturæ diuinæ allegorice loqui, vt quum aliud dicat, aliud velit intelligi, quod in hoc psalmo positum frequenter inuenies. Vnde hic currus significatur hoim iuncta copulatio, quia ita sctõs charitas vincit, sicut loris, & iugis animalia sociantur. Vnde & dñs ait: Iugum meum suaue est, & onus meum leue est. Sanctorum ergo vnanimitas, currus est dñi, quem ille velut auriga insidet, & ad volũtatis suæ ministerium salutari lege moderatur. Sed vt istum currũ ostenderet, non equis deditum, sed humanis cogitatiõibus attributum, ait, Decem miliũ multiplex. Quod bene ad innumeros populos, non ad equos, noscitur pertinere. Subiunxit. Milia lætantium, quod vtiq; de fidelibus debet intelligi. Et vt ostenderetur lætitiæ plenitudo, ait: Dominus in illis, qui magnæ exultatiõis est cumulus, & bonorum oĩm dulcedo mirabilis. Et diuus August. Currus Dei &c. Ingentem (inquit) multitudinem sanctorum, atq; fidelium, qui portando Deum, fiunt quodammodo currus dei, significauit hoc nomine. Hanc immanendo, & regendo perducit in finem tanq̃ currum suũ, velut in locum aliquem destinatum. Initiũ enim Christus, deinde qui sunt Christi, in p̃sentia eius, deinde finis. Hæc est sancta ecclesia, q̃ sunt quod sequitur: Milia lætantium. Spe enim sunt gaudẽtes, donec perducant in finem, quem nunc expectant per patientiã. Mirifice autem quum dixisset, Milia lætantiũ, continuo subiecit: Dñs in illis, ne miremur q̃ lætentur: Dñs in illis. Nam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Sed dominus in illis, ideo & si sunt quasi tristes, semper tamen gaudentes, nec iam ipso fine, quo nondum venerunt, sed spe sunt gaudentes, & in tribulatione patientes, quoniam dominus in illis.

LIBER SECVNDVS AD MYSTICOS sacræ scripturæ sensus.

Quid dæmonia, decem, decimæ, decachordum, mystice significent. Cap. I.

DAemonia septem, septem significant vitia. Lucifer enim, dictus quasi lucem ferens, peccatum est vanæ gloriæ, & superbiæ, & hoc dæmonio vexabatur filia Chananeæ. Nam filiæ iuuenculæ vanæ gloriæ, & superbiæ subiacent vitio. Mammona vero, de quo dicitur: Non potestis deo seruire & mamonæ, quod diuitias sonat, peccatũ denotat auaritiæ, quo cupidi, atq; auari, magnopere vexantur. Asmodæus autem, de quo scribitur Thobiæ tertio, & sonat facturam iudicij luxuriã denotat, propter quam Deus fecit diluuij tempore iudicium, & euertit mundum tempore diluuij & postea ciuitates Sodomæ & Gomorræ, quod etiam vitium per dæmonium mutum figuratur. eo q̃ inter cętera vitia ob erubescentiam mutum à confessione faciat hoiem. Abaddon, de q̃ scribitur in Apocal. quod sonat perditionem, irã viri significat, q̃ bona oĩa perdit. Sathan vero q̃ aduersarium sonat, inuidiã q̃ aduersatur omni bono proximi, de illo summopere dolens, denotat. Hic est, qui Iob multipliciter flagellauit & Saulem plurimum vexauit, qui Dauid iustum, & generũ suum ex inuidia persecutus est. Behemoth autem, de quo scribitur in Iob, q̃ sonat animal, siue animalia, gulam designat, q̃ animalem facit hoiem, ne percipiat ea, q̃ sunt spiritus Dei. Beelzebub, quod sonat virum muscarum, acidiam significat, q̃ hominem vanis, & immundis cogitationibus, quasi importunis muscis, opplet. Dæmonium autem meridianum, de quo dicitur in Psalmo: Ab incursu, & dæmonio meridiano, est immane periculũ fer uore persecutionis accensum. Et August. prædictum exponens verbum: Recte (inquit) intelligimus dæmonium meridianum persecutionem vehementem, siue æstum persecutiõis vehementis. Sic enim dominus dicit: Ortus est sol, & aruit herba, quia radicem nõ habebat, & exponens nobis, id est, à sole arescere herbam, dixit: Quia persecutione facta, non manẽt illi in fide, quia altam radicem non habebant: talis fuit illa persecutio, quando imperatores, & reges seculi putauerunt se persequendo tollere posse de terra nomen Christi, & nomẽ Christianorum, iubentes, vt quisquis se confiteretur Christianum, feriretur. Iusserunt postea, quicunque confessus se fuerit Christianum, torqueatur, & tam diu torqueatur, donec neget se esse Christianum. Prima persecutio sagitta fuit, altera, dæmonium meridianum.

Decem, siue denario numero, summa perfectiõis exprimitur, vt inquit Gregorius libro primo Moralium, cap. xv. Et diuus Hieronymus: Denarium esse mysticum numerũ ostendit decalogus, qui scriptus fuit in tabulis lapideis digito Dei.

Decimę dicunt in viduitate cõtinẽtes, vt inqt Orige. homil. xi. sup Numeros. Primitię (inqt) possunt intelligi ecclesię virgines, decimę q̃q; ñ, q̃ post cõiugiũ cõtinent, & caste vixerũt.

Decachor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decachordum psalterium, de quo scribitur in psalmo: In decachordo Psalterio, cum cantico in cithara. decem legis ꝓceptas significare manifestū est, quia ipsa chordæ sunt, quas sibo norum actuū qualitate tāgamus, salutare melos efficiunt, & ad cęlorū regna perducunt. Scire autē debemus cur iste numerus tātæ rei videatur adiūctus. Ipse est quem Pythagorici tetradazathin vocant. i. quaternitatem diuinā, qm̄ breuiter cōprehendit quod per infinitas summas noscitur posse dilatari. Vnus enim, duo, tres, & quatuor, faciunt decem, qui semper reuolutus, atq; repetitus, in extensas, & infinitas supputationes egredit. Neq; enim in quibuslibet summis vltra istum ordinem noui aliquid reperitur, sed ita probatur esse cōpositus, vt ipse fiat semp numerabilis, quū nullis nouitatibus immutet. Merito ergo talis calculus totius redēptionis nostræ cōtinet formā, q per obliquas lineas characteræ suo, sanctę crucis imitatur figurā, & in digitis decori circuli rotunditate cōcluditur. Diuus q̄q; Aug. Decachordū psalteriū, inquit, significat decē ꝓcepta legis, sed cātare in illo opus est, siue psallere. i. operari. Parum est, qui operantur cum tristitia, nondum psallunt, id est, cum hilaritate benefaciunt. Hilarem enim datorem diligit deus. Cum cantico in cithara, id est, in verbo, & in opere. a.Cor. 9.b

Quid decor mystice significet. Caput II.

Decor animæ, est de quo inquit Origenes homilia decimatertia in Ezechielem: Considera (inquit) qualis fuerit, qui fuit corona decoris. Hunc autem decorē noli extra te quęrere, sed circa animæ religionem, vbi cogitatorium, vbi intellectuale cōsistit, vbi vera est pulchritudo. Quod si volueris ibi quęrere decorem, vbi caro est, & sanguis, humor, & venę, vbi materia corporalis, non poteris inuenire. Siquidem verus decor in saluatore est, & ita ab illo, iuxta largitionem, & misericordiam eius, in cunctorum diuisus est animas. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime, specie tua, & decore tuo, & pulchritudine tua. Est igitur aliquis decor in principali cordis nostri, & in anima. Quia autem istiusmodi decor eam ad animam pertingat humanam, prophetes te doceat, dicens: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi, & domus patris tui, quia concupiuit rex, id est, sponsus decorem tuum. Quis ita habet pulchram animam, quis tantum possidet decorem, quis ita est extraneus ab omni fœditate, vt possit ei dici: Concupiuit rex decorem tuum? Et tu quidem adhuc istum quæris decorem, & niteris ad placendum, iste vero à decore, quem habuit, in turpitudinem concidit. Et quomodo in corporibus sæpe videmus accidere, vt multer speciosa, & pulchra facie, ab ægrotatione decorem suum perdat, & per senectutem splendorem vultus amittat, eodem modo & anima, quæ pulchra erat, per infirmitatem amittit decorem, & per senectutem deformis efficitur. Quum enim susceperit veterem hominem cum actibus suis, senectute eius pristinum perdit decorem. Venit Iesus, vt transferat nos a vetere homine, & senectutis insignibus. (Ruga quippe senectutis indicium est, vt ait Apostolus) vt exhibeat sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid istiusmodi, verū vt sit sancta & immaculata. Licet igitur à senectute, & ruga, ad iuuentutē transcendere. Et hoc est in hac parte mirabile, quod corpus ab adolescentia pergit ad senium, anima vero: si venerit ad perfectum, à senecta in adolescentiam transmittitur. Idcirco etiam si exterior homo noster corrumpitur, interior renouatur de die in diem. Oportuit te noscere decorem, quem rex concupiscit, oportuit te scire eum, qui aliquando fuit decoris corona, & tu quum fueris consecutus hanc gloriam, caue ne corruas. Siquidem & iste qui corruit, figaculum erat similitudinis, plenus sapientia, & decoris corona, in delitijs paradisi Dei. Hæc Et in Psalmo scriptum est: Domine dilexi decorem domus tuæ. Decorem domus dicit, non pulchritudinem parietum, ac ministeriorum preciosissimos apparatus: sed ipsorum actuum beatissimam qualitatem, quibus cuncta gaudet ecclesia, id est, in psalmorum iubilatione, in precium sanctitate, in Christiani populi humillima deuotione. Scribit autem diuus Augustinus, prædictum enarrans versum, in hunc modum: Domus dei ecclesia est. Adhuc habet malos, sed decor domus Dei in nobis est, in sanctis est. Ipsum decorem domus tuæ dilexi. Dixit prius: Decorem domus tuæ, & exponit quid sit decor domus dei: Et locum (inquit) habitationis gloriæ tuæ. In quibus autem habitat gloria Dei, nisi qui sic glorificantur, vt non in se, sed in domino glorientur? Ergo quia dilexi decorem domus tuæ, id est omnes qui ibi sunt, & gloriam tuā quærunt. Et alio in psalmo inquit de domino Iesu Christo, sic ad patrem orante: Domine in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem. Virtutem quippe nō de se humana natura habuisse dicit, sed desuper sibi asserit contributā. Nam decorē ipsius probat illud exemplū: Speciosus forma p̄ filijs hominū. Sed ista immaculata, & sole clarior hūanitatis pulchritudo copulata verbo, virtutē accepit, qua miracula magnalia ciebat, sicut in euangelio ipse testatur, dicēs: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Vel secundum Augustinum. Dñe (inquit) in voluntate tua &c. id est, quia nō ex me bonus eram, & fortis, sed ex te eram & pulcher, & fortis, decori meo virtutem p̄stiteras ex voluntate tua, qua me feceras. Et de ecclesia rursum dicitur: Et concupiscet rex decorem tuum, qm̄ ipse ē dominus Deus tuus. Rex iste saluator est dominus, qui cōcupiuit ecclesiam p̄uaricationis culpa in sorte diaboli constitutam, quam speciosam fecit ipse non reperit, sed fœda erat. Fœtebat, quum eam tenebat inuasor, pulchra facta est quum ad suum remeauit autorem, de qua legitur: Quæ est ista, q̄ ascendit dealbata? Et considera, quod hæc sponsa quasi similis laudatur initio, sicut superius de sponso dictum est: Speciosus forma præ filijs hoim. Sed ille in specie sua habere dictus est pulchritudinē singularē, hæc vero ideo pulchra est, quia sibi eam sociauit sponsus: Quia ipse (inquit) est dominus Deus tuus. Non ille, quem patrem dicebas, non qui te fecerat tenebrosam, sed iste est dominus Deus tuus, qui priusquam ait: Conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea, quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpatiōes meas neglexistis. Tertio quoque aspergit locum cum hyssopo aqua benedicta mixta cum vino, cinere & sale, quæ designant veram pœnitentiam, siue dolorem peccatorum, in quo tria expēdere debet. Primum quidem peccatum in quo fuit, de quo in tremendo iudicio rationem redditurus est, dicente Salomone: Cuncta quæ fiunt adducet dominus in iudicium. Et sic magno est inpericulo, iuxta illud: Pericula inferni inuenerūt me. Demū expēdere debet æternā se amisisse felicitatē, & mortem incurrisse peccati, iuxta illud: Stipendium enim peccati mors est. Gemere quoq; debet, ob hoc, & ob illius dilationem, dicens: Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Fit aūt antedicta aspersio cū hyssopo, iuxta illud: Asperges me dñe hyssopo, & mūdabor. Aspergit quoq; totū pauimentū cineribus, & in pauimento scribit alphabetū literis

Decor aīæ qualis. Ezech. 28c

Ezech. 28.

Iohann. 5.d

Psalm. 44

Matth. 28.b

Augustin.

Apoca. 3. d

Roma. 6.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

literis Græcis,ac Latinis,ab angulo,ad angulum,in modum crucis. Cinis,est mortis recordatio,ob quam humiliari quilibet debet,& dicere cum Abraham, se esse cinerem,& puluerē, & recordari debet illud sapiētis:Quid superbis terra,& cinis? Alphabeti autem descriptio, sanctam designat doctrinam,in qua diuina continentur præcepta,quę scripta debent esse in tabulis cordis,& illa semper cogitare,iuxta illud: Quæ tibi præcepit Deus,cogita semper. Vel alphabetum in modum crucis descriptum ab angelo dextro in finistrū literis Græcis,ac Latinis,duorum designat populorum coniunctionem,nempe Iudæorum,ac gentium in Christi cruce,& fide articulorum credendorum, qui sunt prima doctrinæ Christianæ elementa.

Ezech.1.d. Vel noui,ac veteris instrumenti conuenientiam,ac concordiam,quæ per rotam designatur, de qua scribitur in Ezechiele,cp rota erat in medio rotæ.Et in cineribus describitur,quoniā ad suscipiēdam fidei doctrinā,vt suum humiliet, & captiuet intellectum,opus est.Crux aūt,

Galat. 5.d carnis significat mortificationem,quā qui Christi sunt,habere debent,iuxta illud:Qui Christi sunt,carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.Vel passionum denotat tolerantiam,dicente saluatore: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me,non est me dignus. Crux autē oleo inungitur,quod lætitiam notat,iuxta illud: Tu autem quum ieiunas, vnge caput tuum.Vel denotat charitatem,& erga proximum benignitatem,ac benenolentiam,& necessitatibus subuentionem,iuxta illud: Oleum de capite tuo, id est,de mente tua,

Eccli. 9.b. non deficiat.Accenduntur quoq; luminaria,quæ lumen denotant agendorum,& rectam in operibus intentionem,iuxta illud:Lucerna corporis tui est oculus tuus &c.Vel sunt bonorum operum clara exempla,iuxta illud:Et lucernæ ardentes in manibus nostris.Et sic dicitur

Iohan. 5.c de Ioanne baptista,cp erat lucerna ardens,& lucens.Ponitur quoq; in medio ecclesiæ crucifixi imago,vt omnes ad illum respiciant,iuxta illud Apostoli:Respicientes in autorem fi-

Hebre.12.a dei,& consummatorem Iesum,qui proposito sibi gaudio,sustinuit crucem. Demum ecclesiam episcopus in alicuius sancti memoriam titulat,vt sanctorum vitam expendamus,& imitemur,iuxta illud:Mementote operum patrum,quæ fecerunt in generationibus suis.

Quid deliciæ mystice significent. Cap. IIII.

DEliciæ,& deliciari, id est,delicijs perfrui,quid sit, Origenes homilia prima,in psalmū trigesimumsextum,enarrans illud Dauidicum,Delectare in domino & dabit tibi pe-

Psalm. 36.a tiones cordis tui,hoc modo declarat:Sciendum(inquit)primum est,quia hoc quod dixit in Latino,Delectare in domino,in Græco,deliciare in domino,dicitur. Hoc enim Græcus sermo indicat catatrypheson.Sicut ergo secundum exteriorem hominem possibile est, non solum cibis vti,verumetiam delicijs perfrui,& maxime qui diuites sunt, delicijs vtuntur:ita et interior homo potest non solum cibis vti,verum & delicijs perfrui,quod fieri hoc modo arbitror.Si quis audiat verba ea solummodo,quæ se inuitent ad timorem Dei,iste cibum tantummodo capit ex huiuscemodi verbo. Qui vero dederit operam ad intelligendum legem, ad persecutandos prophetas,ad exsolutiones parabolarum euangelij,ad explanatiōem verborum apostolicorum,& qui in omnibus intellectui,& scientię operam dederit,iste delicijs fruitur.Non enim ad hoc solum,cp ei ad vitam sufficit, cibo vtitur mandatorum,sed in cognitione scientiæ delectatur.Hoc est quod arbitror,& in eo indicari,quod dicitur Deus in

Gene. 2. b. Psalm. 35.b initio plantasse paradisum deliciarum,sine dubio in quo spiritalibus delicijs frueremur.Sed & alibi:Torrentem(ait)deliciarum potum dabis eis,sanctis scilicet.Sed & hic scio cp in Latinis exemplaribus haberi solet, Torrentem voluptatis tuę,sed in Græco habetur,tryphes,quod est deliciarum. Sed & sanctis quibusq; corporalium deliciarum cōtemptus inducitur,& spiritalium deliciarum spiritalium repromittitur.Vis etiam de hoc autoritatem accipere scripturæ diuinæ? Dives quidam erat,& Lazarus pauper.In delicijs corporalibus erat dives, Lazarus conficiebatur inedia.Excessit vterq; de seculo, & Lazarus quidem ab angelis sublatus est in sinum Abrahæ,vt ibi in delicijs requiesceret,ille aūt, qui in delicijs fuerat corporalibus, abijt in gehennam ignis, sicut in euangelio scriptū est & audit ab Abraham:Quia tu consecutus es bona in vita tua,hoc est,delicijs abusus es,& Lazarus mala, nunc autem hic requiescit, tu vero cruciaris.Nemo potest & in carne,& in spiritu habere delicias;sed si quis in carne deliciatur,sicut ille dives, carebit gremio Abraham, & delicijs. Qui vero in ꝑsenti seculo pro afflictiōis vescit sicut & ille pauper cū hinc abscesserit in delitijs erit. Deliciare ergo in dño,& dabit tibi petitionem cordis tui.Quod si adhuc plenius intueri vis, quomodo quis deliciatur in dño,ꝑspice,cp dñs veritas est,& sapiētia est,& iustitia est,& sanctificatio est.Si ergo abundaueris in diuitijs veritatis,si abundaueris in intellectu sapientiæ,si copiosus fueris in actibus iustitiæ,tunc plene & integre deliciaris in domino.Quæ vtiq; quum expleueris, tunc etiam id quod

id quod consequitur,adipiscēris:Dabit enim tibi dñs petitiones cordis tui. Et enarrans aliū versum eiusdem psalmi,homilia secunda in eundē psalmum,nempe,Et delectabuntur in multitudine pacis:Etiam(inquit)sermone ipso vtitur Græcus, de quo & superius diximus catatryphisyin,id ē deliciabūt,magis quā delectabūt.Igit deliciabūt siue delectabūt mānsueti,in multitudine pacis.Si qui sunt carnales homines,delectātur in cibis,qui destruētur cum vētre suo,sicut & apostolus dicit:Esca ventri,& venter escis,Deus autem hunc & illas destruet.Sancti autem istas quoque delicias contemnunt, & respuūt,habent autem delicias in multitudine pacis. Multitudo autem pacis esse dicitur in diebus Christi. Ita enim scriptum est: Et multitudo pacis erit in diebus eius,vsquequo auferatur luna. Quicunque ergo desinit ab ira, & relinquit indignationem,& neque animus in iram iritatur,neq;sermone vtitur iracundo, non solum foris secus, verumetiam & intrinsecus,totus in pace est, & neque prouocanti se ad iracundiam cedit, neque ipse alterum ad iracundiam prouocat, sed in semetipso pacem habet,& in alijs,si qui forte dissident seruat diligere mansuetudinem,quæ pacis custos est fidelissima,quæ cuncta moderatur,iste deliciatur vel delectatur in multitudine pacis. Et Cassiodorus priorem exponēs versum,delectare in domino & c.hoc modo scribit:Delectatio, & corporalis dicitur,& spiritualis.Illa nutrit vitia,ista virtutes.Delectare,quum dicit in domino suauem tibi vult esse eius recordationem,vt ames,quem times,vt desideres,quem vereris, vt ambias quærere,quem paueris: Et dabit tibi petitionem cordis tui.Respice, quia cordis dixit,non carnis,quod ad sapiētiam solet referri.Cordis enim petitio est fides,spes,charitas, intellectus Dei & opera actuum bonorum.Ipsa enim consueuit propitius annuere,que solet pijs prædicationibus admonere. Et exponens alterum versum,Et delectabuntur in multitudine pacis:Hic iam(inquit) veritas ipsa perfectæ beatitudinis indicatur,vt semper suauiter sentiatur omne,quod est,nec aliquando possit desinere quod delectat. Nam vt ostenderet ipsam delectationem nulla contrarietate dissolui,addidit:In multitudine pacis. Pax enim futuri sæculi est vbi nihil aduersum nihil potest esse contrarium sed vno modo conceptum gaudium suauissime perseuerat.Et Augustinus in commentarijs:Delectetur(inquit)hic impius ille in multitudine auri,argenti,mancipiorum,opum diuersarum,vinolentiæ,latissimorum, & luxuriosorum conuiuiorum.Quæ erunt autem deliciæ tuæ? Et delectabuntur in multitudine pacis.Aurū tuū,pax,argentū tuū,pax,prędia tua pax,vita tua,pax,deus tuus pax. Quicquid desideras pax tibi erit. Et in alio psalmo scriptū est: Et nox illuminatio mea, in delicijs meis.Quo poterat(inqt Cassiodorus)a tenebris cōculcari cui erat nox illuminatio in delicijs suis? Nox significat inferni claustrum, quod reuera illuminauit, quando potestatem diaboli contriuit.& hominem sua miseratione liberauit:In delicijs meis,id est,in paradiso, vnde primum hominem peccata pepulerunt, sed confessionis beneficio, animæ sanctorum ad eius amœnitatem,domino præstante,reuersę sunt.Sic enim credenti latroni dictū est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Paradisus enim significat amœnissimum locum & felicissimæ iocundatis æternam securitatem.Et Augustinus:Et nox illuminatio mea in delicijs meis.Facta est mihi nox illuminatio, quia in nocte me desperauerā posse transire tantum mare, & tantam viam superare, & venire ad extremum perseuerando vsque in finem.Nox est,quandiu ista vita agitur. Nox est illuminata, quia Christus descendit in nostem id est accepit carnem de isto sęculo,& illuminauit nobis noctem. Perdiderat enim drachmam mulier illa,accendit lucernam.Sapientia Dei perdiderat drachmam,Quid est drachma? Nummus,in quo nummo imago erat ipsius imperatoris nostri. Factus est enim homo ad imaginem Dei,& perierat.Et quid facit mulier sapiens? Accendit lucernam,Lucerna de luto est,sed habet lucem,qua inueniatur drachma.Lucerna ergo SAPIENTIAE caro CHRISTI.De luto facta est,sed verbo suo lucet & inuenit perditos, & nox illuminatio in delicijs meis.Facta est mihi nox in delicijs.Deliciæ nostræ,CHRISTVS.Videte quemadmodum de illo modo gaudeamus.Clamores isti vestri,gaudia ista vestra,vnde sunt, nisi in delicijs? Vnde autē istæ delicię,nisi,quia nox illuminata est nisi quia dominus Christus nobis prædicatur? Quia quæ fuit vos antequam quæreretis eum,& inuenit vos, vt inueniretis eum.Et nox illuminatio mea in delicijs meis.Et diuus Hieronimus exponens illud Salomonis.Et delicias filiorum hominum:Deliciæ (inquit) filiorum hominum super sapientia intelligendæ,quæ ad instar paradisi habet pomaria varia,& multiplices voluptates,& de ipsa prę cipitur:Delectare in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui.Et alio in loco,Torrente voluptatis tuæ potabis eos.Et in Esaia scriptum est:Et delicijs affluatis,scilicet veritatis,& scientiæ,ab omnimoda gloria eius.Et de rege Tyri diaboli figuram gerentis,dicitur: Tu signa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eulum fimilitudinis &c. in delicijs paradifi Dei fuifti. Et pulchré ad diftinctionem paradifum Dei nominat (inquit Hieronymus) vt contendat eſſe & contrarium paradiſum, nõ Dei apud eos, qui veritatem mutant mendacio, & paradiſum habere ſe iactant. De iniquorum autem delicijs ſcriptum eſt: Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? quanquam diuus Hieronymus delicias in bono accipiat: Delicias (inquit) in hoc loco iuxta illud accipiamus, quod in Pſalmo dicitur: Delectare in domino &c. pro quo in Græco & in Hebraico habetur: Delicijs affluc. Vnde & paradiſus in Edẽ, deliciarum paradiſus appellatur. Et in Eſaia. Et ponet inquit deſertum eius quaſi delicias, pro paradiſo, in cuius loco nos delicias vertimus, in Hebraico ponitur Eden, de quo in principio Geneſeos ſcriptum eſt. Dixit ergo propheta, Conſolabitur ergo dominus Sion, id eſt, eccleſiam, & conſolabitur omnes ruinas eius, & ponet deſertum eius quaſi paradiſum. In Sion aliud eſſe non debet, niſi gaudiũ, & letitia, confeſſio, & vox laudis, vt quod in cœlis facturi ſunt ſancti cum Angelis Dei, hoc etiam in terra iugi in domini laude meditẽtur. Et in Iob ſcriptũ eſt: Tunc ſuper omnipotentẽ delicijs afflues. vbi diuus Gregorius hoc pacto ſcribit: Super oipotentẽ delicijs affluere, eſt in amore illius ſcripturæ ſacræ epulis ſatiari. In cuius nimirũ verbis tot delicias inuenimus, quot ad profectũ noſtrũ intelligẽtiæ veritates accipimus, vt modo nuda nos paſcat hiſtoria, modo ſub textu literæ velata medullitus nos reficiat moralis allegoria, modo ad altiora ſuſpendat contẽplatio in prſentis vitæ tenebris, iam de lumine æternitatis intermicans. Et ſciendum ꝙ quiſquis delicijs affluit, in quadam ſui remiſſione ſoluitur, atq; à laboris ſtudio, quaſi ex laſſitudine, relaxatur, quia nimirum anima, quum internis delicijs abundare cœperit, terrenis operibus incubare minime conſentit ſed amore conditoris capta, & ſua captiuitate iam libera, ad contemplandam eius ſpeciem deficiendo ſuſpirat, & quaſi lacteſcendo conualeſcit, quia dum ſordida onera portare iam non valet, ad illũ per quietem properat, quẽ intus amat. Hinc etiam in admiratione ſpõſæ ſcriptum eſt: Quæ eſt iſta, quę aſcendit de deſerto delicijs affluens? Quia nimirum ſancta eccleſia, niſi verborum Dei delicijs affflueret, de deſerto vitæ ꝓſentis aſcendere ad ſuperiora nõ poſſet. Delicijs ergo affluit, & aſcendit, quia dũ myſticis intelligentijs paſcitur, ad ſupna quotidie cõtemplãda ſubleuatur. Hinc etiã pſalmiſta ait: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. qa dum per intellectũ myſticum ſtudioſa mens reficitur, iam in ea vitæ ꝓſentis obſcuritas fulgore diei ſubſequentis illuminatur, vt etiam in huius corruptionis caligine in intellectũ illius mens futuri luminis erumpat, & verborum delicijs paſta, præguſtando diſcat, quid de pabulo veritatis eſuriat. Et in Iob ſcriptũ eſt: Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias cõputabãt. Sentes, peccatorũ ſunt punctiones. Eſſe igit ſub ſentibus delicias cõputabant, quia (vt diuus ait Gregorius) puerſæ mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere debuerunt. Oẽs hæretici tanto ſe inani lætitia extollunt, quanto magis ad peiora cõualeſcunt. & re ce ſub ſen. de. com. quia inde peruerſam mentem ad gaudium ſubleuant, vñ ſpinas peccatorũ portant. Nam ſi quando ad errorẽ ſuum valuerint quẽpiã trahere, ſeſe per leticiã iactant, atq; vñ ſibi peccata quotidie etiã pdendo congregant, inde ſe eſſe quaſi duces ad iuſtitiam exultãt.

Cap. V.

Quid dentes myſticé ſignificent.

DEntes qd myſticé ſignificẽt, diuus ſcribit Gregorius lib. Moral. xix. cap. xxiiij. vbi exponit illud Iob: Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam ꝓdã. Molæ occultæ ſunt inſidię, dẽtes vero aptę iã culpę ꝓpetratio, de quibus nimirũ molis, ac dentibus, Pſalmiſtam ſcriptum eſt: Deus vero contriuit dentes eorum, molas leonũ cõfringet dñs. Sed ſanctus vir ante ſe aſſerit molas conterere, vt poſt de dentibus illius prędã, potuiſſet auferre. Prius enim neceſſe eſt, occulta conſiliorum illius machinamenta prodere, vt auditoris noſtri aiam valeamus poſtmodum ab aperto lapſu reuocare. Huius iniq molas ipſe ſummus paſtor eccleſię prædicando conterebat, quum diceret: Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, ꝙrens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Contra hũc leonẽ ſancta eccleſia, quia eius inſidias conſpicit, fidei caulas munit, cuius totiẽs molas frangit, quotiens hæreticorum argumẽta deſtruit, totiensq; ab eius dentibus prędã diripit. q̃tiẽs eorũ ab errore quẽpiã prædicando conuertit. Quis nanq; iniquus verius dici poteſt, quã diabolus? Cuius molas conterimus, quotiens diſſerẽdo cõtra eius inſidias, occulta illius machinamenta monſtramus, ac de illius dentibus ꝓdã tollimus, quia mentem, q̃ iã à peccato fregerat, do, momorderat, ad ſalutem vitę conuertendo, reuocamus. Dentes q̃q; ſunt linguæ detrahentium, iuxta illud: Et dẽtes peccatorũ contriuiſti, id eſt, detrahentium verba mordentia, q̃ teſtati diuinę nefandis dogmatibus obloquunt. Dentes enim dicti ſunt (vt inquit Caſſiodorus) à demendo, & ideo pulchré nimis linguę detrahẽtiũ dẽtes vocantur, qa ſicut illi ciborum

partes demunt, ita & iſti opiniones hominũ adhibita detractione corrodũt, quamuis hoc & ad Iudæos poſſit aptari, qui dicebant: Si rex Iſrael eſt deſcendat de cruce & credimus ei; Nã re vera contriti ſunt, id eſt, ad nihilum redacti ſunt, quando ipſum cognouerunt in gloria reſurrexiſſe, quẽ viſi ſunt humanitate deſpecta trucidare. Et Auguſtinus, Dentes, id eſt, verba maledica, verba peccatorum dilacerantium maledictis filium Dei. Quibus dentibus dicit Apoſtolus: Si autem mordetis inuicem, videte ne conſumamini ab inuicẽ. Poſſunt & dẽtes peccatorum, accipi principes peccatorum, quorum autoritate quiſq; de ſocietate recte viuentiũ ſciditur, & quaſi incorporatur male viuentibus. His dentibus contrarij ſunt dentes eccleſię, quorũ autoritate ab errore gentilium, variorumq; dogmatum præciduntur credentes. & in ea quæ Chriſti corpus eſt, tranſferuntur. His dẽtibus dictum eſt Petro, vt mãducaret macta tã animalia, id eſt, occidendo in gentibus quod erant, & tranſmutando in id, quod ipſe eſſet. Act. 10 b Cant 4. a.
Et de his dentibus eccleſiæ dicitur: Dentes tui ſicut grex detonſarum aſcendẽs de lauacro, q̃ omnes gemini pariunt, & ſterilis non eſt in illis. Hi ſunt qui recte præcipiunt & quemadmodũ præcipiunt, ita viuunt, qui faciunt, quod dictum eſt: Luceãt opera veſtra corã hominibus, vt benedicant patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Horũ em autoritate cõmoti, Deo per illos loquenti & opanti hoies credunt, & ſeparati à ſeculo, cui conformati erant, in eccleſiæ membra tranſeunt. Et ideo recte iſti, per quos hæc fiunt, dentes dicuntur, detonſis ouibus ſimiles, qui iam terrenarum curarum onera depoſuerunt, aſcendentes de lauacro, de ſordium ſæculi ablutione per ſacramentum baptiſmatis, omnes geminos pariunt. Operantur enim duo ꝓcepta, de quibus dictum eſt: In his duobus præceptis, tota lex pendet & propheræ, diligentes Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximum tanq̃ ſeipſos. In quibus ſterilis non eſt, quoniam tales fructus reddunt Deo. Secũdum ergo iſtum intellectum, ſic accipiendum eſt: Dentes peccatorum contriuiſti, id eſt in irritum adduxiſti principes peccatorum, percutiens omnes aduerſantes mihi ſine cauſa. Principes enim eum ſecundum euangelicam hiſtoriam perſecuti ſunt, quum multitudo inferior eum honoraret. Tropologice vero ſiue moraliter exponens idem Auguſtinus, ait: Recte in prædeſtinatione dicitur de diabolo, & Angelis eius, qui nõ ſolum in totum Chriſti corpus, ſed etiam in ſingulos quoſq; priuatim ſæuiunt. Dentes peccatorum contriuiſti. Habet vnuſquiſq; male dicentes ſibi: Habet etiam vitiorum autores, conantes eum à Chriſti corpore précidere. Sed, domini eſt ſalus. cauenda ſuperbia eſt & dicendum. Adhæſit anima mea poſt te. Et Super populum tuũ benedictio tua. Hæc eſt ſuper vnumquemq; noſtrum. Et Pſalmo quinquageſimoſeptimo ſcribitur: Deus cõteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet dominus. Deus (inquit) conteret &c. quando doloſa verba ipſorum & captioſę interrogationes deducebantur ad nihilum, ſicut eis contigit, quando ſubdole interrogabant, cui nummus Cæſaris penderetur. Sed tale à domino reſponſum accepere, vt vnde tentauerant mordere, contritis dentibus viderentur abſcedere. Ait enim: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Vnde diuus Auguſtinus hunc verſum enarrans, ſcribit: Deus contriuit &c. Factum eſt hoc primo, & mõ fit ſed ſufficeret, vt diceretur: Deus contriuit dentes eorum Quare. In ore ipſorum? Nolebãt audire legem, nec præcepta veritatis à Chriſto phariſæi. In ore ipſorum eſt, vt ore ſuo contra ſe pronunciarent, coegit eos ore ſuo in ſe ſententiam dicere. Calumniari volebant ei propter tributum. Non dixit ille: Licet reddere tributum, aut nõ licet reddere. Si diceret: Soluatur Cę ſari tributum, calumniarentur illi, quod male dixiſſet genti Iudæorum eam tributariam facẽdo. Ex peccato enim tributum reddebant humiliati ſicut illis in lege prædictum erat. Si autẽ dixiſſet: Nolite ſoluere, teneamus eum (dixiſſent) quod contra dixerit nobis deuotos eſſe Cæſari. Talẽ bicipitẽ laqueũ, quaſi capiendo dño poſuerũt. Sed ad eũ venerũt, q̃ nouerat contere- Matth. 5 b Matt. 22 b Pſalm. 57.
re dentes eorum in ore ipſorum. Oſtendite mihi nummum (inquit.) Quid me tentatis hypocritæ? Et monſtrauerunt ei nummũ. Et ille non dixit, Cæſaris eſt ſed interrogat, cuius eſt, vt eorum dentes in ore ipſorum conterantur. Reddite (inquit) Cæſari &c. Quærit Cæſar imaginem ſuam, reddite. Quærit Deus imaginem ſuam, reddite. Et illi non inuenerũt qd reſpondere, quia contriti erãt dẽtes eorum in ore ipſorum.

Cap. VI.

Quid deſertum myſtice ſignificet.

DEſerti regio, eſt cor infidelium, & derelicta immundorum ſpirituum multitudo (vt diuus inquit Gregorius libro Moral. ij. cap. xxviij. exponẽs illud Iob: Vẽtus vehemens irruit à regione deſerti) id eſt, tentatio fortis irruit a regione deſerti id eſt à corde infideliũ Iudæorum, ꝙ dum creator deſerit, nullus inhabitator colit. Nam in paſſione redemptoris noſtri con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stri cõtra fideles eius fortis tentatio a cordibus Iudęorum venit. Vel a regione deserti, id est, a derelicta immundorum spirituum multitudine tentatio prodijt, & persecutorum corda cõmouit. In quatuor angulis, qui sunt sacerdotes, scribæ, seniores, ac pharisæi, quorum mẽtes in malitiã persecutionis excitauit. Et exponens illud Iob, Alij quasi onagri in deserto egrediũtur ad opus suũ: Onagris (inqt) cõparãtur hæretici, qa in suis voluptatibus dimissi à vinculis sunt fidei. Vnde scriptũ est: Onager assuetus in solitudine, in desiderio animę suę, attraxit vẽtum amoris sui. Onager quippe, in solitudine assuetus est, qa dũ terram cordis sui disciplinæ virtute non excolit, ibi habitat, vbi fructus nõ est. Qui in desiderio animę suę ventum amoris sui attrahit, qa ea quæ ex desiderio scientiæ in mente concepit, inflare prævalent, nõ ędificare. Et exponens illud Iob, In desertis habitant torrentiũ: Torrentes (inquit) sunt inuectores peruersorum dogmatum. Hi ergo, qui illorum sequũtur errores, in desertis torrentium habitant, id est, in eorum prædicatione confidunt, quorum eloquia, catholicorum iam responsione, & ratiocinatiõe ficcata sunt. Et Origenes exponẽs illud Iob: Subito spiritus venit a deserto, pro quo nos habemus: Repente ventus vehemẽs irruit a regione deserti, sic scribit libro primo in Iob: Subito (inquie) occulte, & clanculo innumeros subuertis, innumeros circũuenis, & tuæ condemnationis hæredes facis. Tu ipse es aeris penetrator diabolus, aéreusque spiritus ab eremo, spiritus vero tanquam in eremum, ac solitudinem, vbi neque hominis, neque quadrupedis vestigium traditur, proiectus, atque expulsus. Aut adhuc venit ab eremo, vtpote omnium diuinorum exors, & ab omnibus desolatus, vtpote non solum ab incorruptibilibus, atque inanimatis solitudinibus sequestratus, ac destitutus, sed magis in humanis, atque animatis solitudinibus, quæ sunt animæ impiæ, sceleratæ, errantes, infideles, quę sunt desolatę omni sanctitate, quæ non habitantur, neque a sancto spiritu paracleto, neque a sanctis Angelis Dei, vtpote in huiusmodi desertis habitans, a deserto teipsum venire dicis. Tale desertum factus est etiã ille, quẽ scopis mũdatũ, atq; ornatũ reperiens nequissimus atque immũdus spiritus, alios septem nequiores se assumens, habitauit in eo. Tale desertum factus est ille infelix Iudas, postquam spiritus sancti familiaritatem, atq; illuminationem à se expulit, & sanctorum Angelorum coniunctionem, atq; habitationem à se amouit, sicut dicit: Et post hęc introiuit in eum sathanas. Tales solitudines fuerunt olim omnes pseudoprophetæ, atque falsi sacerdotes, illi, ad quos dicit Michęas propheta ante Achab regem Israel: Dedit dominus spiritum mendacem in ore omnium prophetarum tuorum. Quod quũ audisset princeps prophetarũ Sedechias filius Chanaam, percutiens Michęã in maxillã, dixit: Quis spiritus dñi discessit a me, vt loqueretur in te? Per q̃ euidẽter ostẽdit quia discessit ab eo spiritus dñi, & habitauit in eo spiritus diaboli, vtpote desolato a spiritu sancto. Talia deserta facti sunt Iudæi, qui dño nõ crediderunt, neque susciperẽ eum voluerunt. Propterea dixit ad eos dominus: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Talia deserta factę sunt etiam nunc omnes infidelium sectæ, atq; hæreses, quę desolatæ fidei veritate, atq; omni pietate, in quibus habitans diabolus, multitudines scandalorum, tanquam zizania, in eis oriri fecit. Post quæ vniuersa, adhuc in vltimo talia deserta sunt omnes pertinaces, omnes crudeles, qui non agunt pœnitentiam, qui contristãt spiritum sanctum, in quo pridem signati sunt in die redemptionis, q contristant sanctos Angelos, qui gaudent super eos, qui pro peccatis penitentiã agunt. Omnes ergo isti desolati sunt q nõ pœnituerũt. Habitat vero in illis, vtpote indesertis malignus aduersarius, qui tenet cor eorum, vt nec ad pœnitentiam confiteantur, neq; ieunia exerceãt, neque eleemosynas faciant. Istis nanque peccata dominantur. Isti ergo omnes, quum sint desolati sanctitate, & fide, atque Dei timore, desolantur e regno Dei, & proiciuntur de choris sanctorum, atque in tenebras exteriores pellentur, & in ignem inextinguibilem, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et Augustinus exponens illud Psalmistę, In terra deserta, & sine via, & sine aqua, hoc modo scribit: Sæculum istud est desertum sine via, & sine aqua, vbi nullus hominum habitat. Malum desertum, horribile, & timendum, & tamen Deus misertus est nostri & fecit nobis viam in deserto, ipsum dominum nostrum Iesum Christum, & fecit nobis consolationem in deserto, mittendo ad nos prædicatores verbi sui, & dedit nobis aquam in deserto, implens spiritu sancto prædicatores suos, vt fieret in eis fons aquæ salientis in vitam æternam. Et ecce habemus hic omnia, sed non sunt de deserto, sed de illo, qui visitare dignatus est in deserto. Desertum quoque est genus humanum, & beatę virgines vterus, vt inquit diuus Hieronymus, exponens illud Oseæ, Adducet vrentem ventum deminus de deserto ascendentem, & siccantem venas eius: Ventum (inquit) vrentem, qui siccat venas mortis, & fontes eius arefaciat, adducet dominus de deserto ascendentem, de deserto autem humani

Hiere. 2. e.
Iob 30. a
Iob 1. d.
Matth. 12.
Iohan. 13. c.
3. Reg. 22. d
Matth. 13.
Ephe. 4. g
Luc. 15. b.
Matt. 25 d
Psalm. 62 a
Iohan 4. b
Osee. 13. d

autem humani generis, in quo & diabolus quærens requiem, inuenire non potuit. Siue desertum intelligimus sanctæ Mariæ vterum virginalem, quod absq; semine humano nulla fructice pullulauerit, sed virga simplex, atq; purissima, & vnione fœcunda æditerit eum florem, qui dicit in Cantico Canticorum, Ego flos campi, & lilium conuallium. Et pulchre tam in Esaia, quàm in præsenti loco, flos ascendens, & ventus descendens dicitur, quia de humilitate carnis ad excelsa conscendit, & nos secum duxit ad patrem.

Quid depositum, Dijq; mystice significent. Cap. VII.

DEpositum quid mystice significet, enarrat illud Origin. homil. quarta super Leuiticũ, exponẽs illud Leuitici, Et mentietur proximo suo super depósito: Videamus (inquit) nunc, quod est depositum, quod fidelium vnusquisq; suscepit. Ego puto q̃ & ipsam animã nostram & corpus depositũ accepimus à Deo. Et vis videre maius aliud depositum q̃d accepisti à Deo? Ipsi animæ tuæ Deus imaginem suam, & similitudinem cõmendauit. Istud ergo depositum, tam integre tibi restituendum est, q̃ à te constat esse susceptũ. Si enim sis misericors, sicut pater tuus in cœlis misericors est imago Dei in te est, & integrum depositũ seruas. Si perfectus es, sicut pater tuus in cœlis perfectus est imaginis Dei in te depositũ manet. Similiter & cœtera omnia, si pius si iustus es, si sanctus, si mundus corde, & omnia q̃ in Deo præsto sunt per naturam si tibi per imitationem subsistant, depositum apud te diuinæ imaginis saluum est. Si verò è contrario agas, & pro misericorde, crudelis, pro pio, impius, pro benigno, violentus, pro quieto, turbulẽtus, pro liberali, raptor existas, abiecta imagine Dei, diaboli in te imaginem suscepisti & bonũ depositũ, tibi diuinitus cõmendatum abnegasti. Aut non hoc erat, quod sub mysterio Apostolus electo discipulo mandabat Timotheo, dicens: O Timothee, bonum depositum custodi. Ego etiam illud addo, q̃ & Christum dominum depositum suscepimus, & sanctum spiritũ depositum habemus. Videndum ergo nobis est, ne hoc sancto depósito, non sancte vtamur, & quum nos in consensum sui peccata solicitãt, iuremus nos non suscepisse depositum. Quod vtiq; , si habeamus in nobis peccato consentirenõ possumus. Sed & ipse sensus rationabilis: q in me est, cõmendatus mihi est, vt eo vtar ad intelligentiam diuinorum. Ingeniũ, memoria, iudicium, ratio, & omnes, qui intra me sunt motus cõmendati mihi videntur à Deo, vt eis vtar in his, quæ præcepit lex diuina. Si vero ad malas artes solers, & perspicax vertamus ingenium, , & rebus Dei abuti amur in his, quę non vult Deus, hoc est abiurare depositum, & beneficia vertere in perfidiam.

Dij inter dũ homines dicuntur, & dæmonia. Vnde diuus Aug. in lib. q̃stionum super Gene. primo, cap. xv. Quid sibi vult (inquit) q̃ Iacob ait fratri suo: Propter hoc vidi faciẽ tuã, quẽadmodum quũ videt aliquis faciẽ dei, vtrũ pauentis, & perturbati animi verba vsq; in hanc adulationem prorumpẽrũt, an secũm aliquem intellectũ sine pctõ dicta accipi possunt? Fortassis enim quia dicti sunt & gentiũ dij, q̃ sunt dæmonia, non præiudicetur ex his verbis dñi Dei. Non enim dixit, quemadmodũ si viderem faciẽ dei, sed quũ videt aliquis ipse enim aliquis quẽ significare posset incertũ est, atq; ita fortasse tẽperata sunt verba, vt & ipse Esau sibi delatum tm honorem grate acciperet, & qui hæc etiã aliter intelligere possunt, eũ à quo dicta sunt, nullo crimine impietatis arguerent. Quod & si benigno animo dicta hæc ỹba fraterna sunt, q̃n & post bonã susceptionẽ metusipse trãsierat, potuit sic dici, quẽadmodũ & Moyses Pharaonis deus dictus est, secũm quod dicit Apost. Et si sunt, qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra; quemadmodũ sunt dij multi, & dñi multi, maxime quia sine articulo in Græco dictũ est, quo articulo euidentissime solet Dei veri vnius fieri significatio. Nõ enim dixit prosopon tu Deu sed dixit p. osopon Deu facile aũt hoc intelligunt qua distantia dicatur, qui Græcum eloquiũ audire, atq; intelligere solent. Et lib. ij. quæstionũ super Exodũ, quæst. lxxxvi. exponens illud, Deos non maledices, q̃ritur quos dixerit Deos, vtrũ principes, qui iudicant populum sicut dictum est de Moyse, q̃ datus fuerat Deus Pharaoni, vt per expositionem dictum fit quod sequitur, velut ostendendo quos dixerit Deos, vbi ait: Et principem populi tui non maledices, quod Græcus habet: Non dices male. An secundum illud accipiendũ, quod Apostolus ait: Nam & si sunt, qui dicuntur dij, siue in cœlo siue in terra, sicut sunt dij multi, & domini multi, addendo enim sicuti sunt, deos intelligi voluit, qui digne etiam dicuntur, ita sane vt latria, quæ dicitur Grẽce, & interpretatur Latine seruitus: sed ea, quæ ad religionem pertinere intelligitur, non debeatur nisi vni Deo vero, qui nobis est Deus. Illi autem, qui dicuntur Dij, etiam si qui sunt, qui merito dicuntur, prohibiti sunt maledici, non iussi sunt sacrificijs, vel vllis latriæ obsequijs honorari. Et lib. xxi. contra Faustum cap. ix. Deus huius seculi dicitur, id est, hoim impiorũ, non nisi in hoc seculo florere volentiũ, diabolus dicit, propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

suadendi malignitatem. Tale est & illud: Quorum deus venter est, nisi esset ibi: quorū vllo modo diceret, Deus venter. Sic enim scriptum est: Quoniam Dij gentium dæmonia. Simpliciter autem positum est: Deus tēperauit corpus, qui non potest intelligi, nisi deus verus omnium creator. Illa enim cum vituperatione dicuntur, hoc autem cum laude dictum est. Verus autē deus, credētes in se deos facit, vt inquit Augustinus exponens illud Psalmistæ, Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos: Hic (inquit) accipe hoīes deos, Non enim rex dīs super dæmonia, & hic habemus scripturæ testimonium: Deus stetit in synagoga Deorū, in medio autem Deos discernit. Deos dicit participatione, non natura, sed gratia, qua voluit facere Deos. Quantus deus est, qui facit Deos? Aut quales dij sunt, quos facit homo? Quàm sese magnus deos faciendo, tam isti nihil, qui ab homine facti sunt. Deus verus facit Deos credentes in se, quibus dedit potestatem filios dei fieri. Et ideo ipse verus deus, quia Deus nō factus est, nos autem facti, non veri Dij meliores tamen illis, quos homo facit. qm̄ simulacra gentium argentum & aurum &c. Nobis autem deus noster oculos videntes fecit quia interiores oculos nostros illuminauit. Et Ambro. lib. quinto de fide, cap. secundo: Si autē ideo dictum putant (nempe Arriani) q̄ inspirationem diuinitatis habuit, sicut & sancti dei multi viui. Eos enim scriptura Deos dixit, ad q̄s sermo dei factus est. Ergo non vltra hoīes Deū pferunt, sed comparandum hominibus arbitrantur, vt hoc eū putent esse, quod hominibus ipse donauit, dicens ad Moysen: Posui te in Deum Pharaoni. Vnde & in Psalmo dictum est: Ego dixi dij estis. Et hanc tamen sacrilegorum opinionem Paulus excludit, qui ait: Nam & si sunt, qui dicantur dij siue in cœlo, siue in terra. Non dixit: Sunt dij, sed: Sunt qui dicantur. Christus autem (sicut scriptum est) heri & hodie ipse est & in secula. Heri, propter æternitatem, hodie, propter corporis susceptionem.

Quid dextera mystice significet. Caput VIII.

QVid dextera, ac sinistra mystice significent, exponit Origin. homil. xij. in Matthæū, exponens illud Euangelicū: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterā & alter ad sinistram in regno tuo: Quæret (inquit) qui sapiens est auditor scripturæ, qd sit sedere ad dexterā Iesu, & ad sinistram in regno eius. Et conueniebat quidē cōgregare q̄ sunt scripta de sessionibus dei, vel Christi, vt ex tractatu eorum, & ex collatione eorū ad inuicem clarescere posset aliqua dogmatis magnitudo sed prolixitatis declinandæ gratia, proponimus vnū, qd dicit Michæas: Vidi deum Israel sedentem in sede sua, & omnis militia cęli stabat in circuitu eius, ad dexteram eius, & sinistram. Omnis ergo qui est spiritalis, & cum iudicio vult cuncta discutere, dicet q̄ spiritalis est sessio dei super spiritali sede. Similiter etiam Christi. Nihil enim in omnibus sessionibus huius dei, vel Christi de corporali sessione significat sermo. Ridiculum enim est propter has corporales sessiones appellatas, æstimare sedes aliquas corporaliter esse ædificatas de materia nescio qua, in quibus sedeat deus, vel Christus eius, vel qui ad dexteram eius sessuri sunt, vel ad sinistram, quibus hoc à patre paratum est. Et nescio si sit corporale quod dicitur, Militiam Dei stare ad dei dexteram, vel sinistram. Et iterum æstimare, qui qui saluantur quidem & laudabiles sunt, à dextris corporalibus sunt regis nostri Iesu: mali autem, & perditi similiter in sinistris corporalibus. Sed vide ne forte quod dicitur CHRISTVM restitui in regno suo recipientē proprium principatum, sic intelligere debeamus, vt destructo peccato, quod in corporibus mortalibus hominū est, & omni principatu aliarum virtutum, & potestate destructa, hoc sit sedere Christum in sede gloriæ suæ. Quod autem Deus omnia facit ad dexteram, & ad sinistram, hoc est, vt iā nullum malū sit ante eū. Intelligat ergo qui potest eminentiam quidem regni in hoībus Christum recepisse, & glorificatum esse ad gloriam, quam habuit priusquā esset mundus, priusquā peccarent qui peccaturunt, & habebat gloriam apud patrē: eorum autē, qui appropiant in primo, vel secundo vel in tertio loco, quasi homines constituti secundum mensuram suā habentes sedere ad dexteram vel sinistram Christi in regno eius, quos restituet Deus cooperans eis, & parans eius, vt approprient eminentiæ Christi. Qui quidem præcellunt præ cæteris appropinquantibus Christi, videlicet qui tangunt eum, & coniuncti sunt dextris ipsius verbi. Qui autem inferiores sunt, à sinistris eius sunt. Dexterā autem vide si potes intelligere Christi inuisibilem creaturam, sinistram vero, visibilem & corporalem. Et Christus quidem omnibus regnat. Appropinquantium autem ei, quidam dexteram sortiuntur, & intelligibilia, alij autem sinistram, & sensibilia. Et exponens illud Matthæi: Et statuet oues quidem à dextris: Sic intellige & sanctos à dextris, qui dextera opera operati sunt, & plenius sunt conuersi ad iustitiam, quæ semper a dextris est Dei. Propterea secundum dignitatem actuum suorum dextrorum

à dextris consistunt, & accipiunt mercedem suorum dextrorum, dexteram regis, in qua requies, & gloria est. Qui autem ad peruersitatem vitæ seipsos separauerunt à dextris propter operas suas pessimas, & sinistra, ceciderunt in sinistram id est, in tristitiam tormentorum damnati propter quod à sinistris consistunt. Et homil. vi. super Exodum ex, onens illud Exodi, Extendisti dexteram tuam deuorauit eos terra: Adhuc (inquit) me mouet quod ait: extendisti dexteram tuam &c. quasi vt deuorarentur à terra, hæc causa fuerit, quod extendit dominus dexteram suam. Si consyderes quomodo dominus exaltatus in cruce tota die extendit manus suas ad populum non credentem, sed contradicentem, & qualiter infidelem populum, qui clamauit: Crucifige, crucifige eum, mors ad missi sceleris oppressit, euidēter inuenies, quomō extendit dexteram suam, & deuorauit illos terra. Nec tamen penitus desperandum est. Possibile nanq̄ est, vt si forte resipiscat, qui deuoratus est, rursum possit euomi, sicut Ionas. Et diuus Augustinus libro primo locutionis de Genesi, exponēs illud Genesis, Renunciate mihi, vt recedam ad dexteram, vel sinistram: Per dexterā (inquit) prosperitatem, per sinistram, aduersitatem significauit, id est, dexteram si concesserint, sinistram si non concesserint. Nam vtiq̄ ea via rediturus fuerat, qua venerat. Quam locutionem scripturarum etiam cēteræ earum locā indicabunt, quia dextera nominatur in omnibus bonis, sinistra in malis, siue felicitas, & infelicitas, siue iustitia, & iniusticia, & aliquando dextera in æternis, sinistra in temporalibus. Et libro vnico de fide, & symbolo, cap. vij. Credimus (inquit) etiā quod sedet ad dexteram Dei patris, nec ideo tamen quasi humana forma circumscriptum esse Deum patrem, accipiēdum est, vt de illo cogitantibus, dextrum aut sinistrum latus animo occurrat. Ad dexteram ergo intelligendum est dictum esse, in summa beatitudine, vbi iusticia & pax, & gaudium est, sicut ad sinistram hœdi constituuntur, id est, in miseria, propter iniquitates, & labores, atq̄ cruciatus. Sedere ergo quod dicitur Deus non membrorum positionem, sed iudiciariam potestatē, qua illa maiestas nunquam caret semper digna dignis tribuendo, quamuis in extremo iudicio multo manifestius inter homines vnigēiti filij Dei iudicis viuorum, atq̄ mortuorum claritas inhabitata fulsura sit. Et libro de agone Christiano vnico, cap. xxvi. Nec eos (inquit) audiamus, qui negant ad dexteram patris sedere filium. Dicunt enim: Nunquid Deus pater habet latus dextrū aut sinistrum, sicut corpora? Nec nos hoc de Deo patre sentimus: Nulla enim forma corporis deus diffinitur, atq̄ concluditur. Sed dextera patris est beatitudo perpetua, q̄ sanctis datur, sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria perpetua quæ impijs datur, vt non in ipso Deo, sed in creaturis hoc modo quo diximus, intelligatur dextera, & sinistra, quia & corpus Christi, quod est ecclesia, in ipsa dextera, hoc est, in ipsa beatitudine futurum est, sicut Apostolus dicit. Quia & simul nos suscitauit, & simul nos sedere fecit in cœlestibus. Quamuis enim corpus nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostra iam ibi est. Propterea, & ipse dominus post resurrectionem suam iussit discipulis, quos piscantes inuenit, vt in dexteram partem mitterent retia. Quod quum fecissent, ceperunt pisces, qui omnes magni erant, & omnes iustos significabāt, quibus dextera promittitur. Hoc significabat quod etiā in iudicio dixit se agnos ad dexteram, hœdos autem ad sinistram esse positurum. Et cap. xxix. Petrus (inquit errans) seruo non libero aurem dexteram præcidit. Ex quo significat eos, qui gladio scismatis feriuntur seruos esse carnalium desideriorum, nondum eductos in libertatem spiritus sancti, vt iam non confidant in homine & nō audire quod dextrum, id est domini gloriam p catholicam ecclesiam latissime peruagatam, & audire sinistrum humanæ inflationis errorem. Et libro vnico contra sermonem Arrianorum, capite duodecimo. Audiuit (inquiunt) a patre: Sede ad dexteram meam, & ideo sedet ad dexteram patris, tanquam paterna iussione, non etiam sua id fecerit potestate. Hoc quidem nisi spiritaliter acceptum fuerit, filio pater ad sinistram erit. Quid est autem patris dextera, nisi æterna illa, ineffabilisq̄ felicitas, quo peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta? Nam si velut manum Dei patris, nō secundum liniamenta corporis, quę in Deo non sunt sed secundum effectiuam virtutem, sapienter, & fideliter cogitemus, quid intelligemus, nisi ipsum vnigenitum, per quem facta sunt omnia? De quo etiam prophęta dixit. Et brachium domini cui reuelatū est? Quomodo autem filius audit patrem, quomodo dicuntur a patre multa verba vnico verbo, quomodo trā sciūter loquitur ei, quem stabiliter loquitur, quomodo aliquid temporaliter ei dicit, in quo sibi cœterno iam erant omnia, quę congruis quibusq̄ temporibus dicit, quis hęc audeat quærere, quis valeat inuenire? Et tamen, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam. Et quia dictum est, ideo factum est. Hoc ergo iam erat in verbo, quod verbum caro factū

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,& quia in verbo ante carnem iã erat veraciter ideo in carne cõpletũ est efficaciter. Quia in verbo iam erat fine tempore,ideo in carne completum est suo tempore. In qua carne ascendit in cœlum,qui de cœlo non recessit, etiã quum inde descendit,& in qua sedet ad dexteram patris,brachium patris,& in qua descensurus est ad iudicium. Et libro secundo contra Pelagianos,cap.xxxv. quid sit declinare in dexteram,vel sinistram,hoc pacto declarat: Teneamus (inquit)indeclinabilemi fidei confessionẽ. Solus vnus est,qui sine peccato natus est,in similitudinem carnis,peccati sine peccato vixit inter aliena peccata,sine peccato mortuus est,propter nostra peccata. Nõ declinemus in dexteram,aut sinistram. In dexteram eñ declinare est seipsum decipere,dicendo se esse sine peccato,in sinistram autem, perneścio quam peruersam, atq; prauam securitatem se tanq̃ impune dare peccatis. Vias enim,quæ à dextris sunt, nouit dñs,qui solus sine peccato est,& nostra potest delere peccata: puersæ autem sunt, q̃ à sinistris sunt,amicitiæ cum peccatis, Tales etiam illi viginti annorum adolescentuli figuram nouæ populi præmiserunt,qui in terram promissionis intrarunt,qui nec in dexterã,nec in sinistrã dicti sunt declinasse. Non enim ea viginti annorum ætas comparanda est innocẽtiæ parvulorum,sed(ni fallor)hic numerus mysticum aliquid adumbrat,& resonat. Verus enim testamentum inquinq; Moysi libris excellit,nouum autem quatuor euangeliorum autoritate præfulget,qui numeri per se multiplicati,ad vicenarium perueniũt. Quater enim quini,vel quinces quaterni,viginti sunt. Talis populus(vt prædixi)eruditus in regno cœlorum per duo testamenta,vetus,& nouum,non declinans in dexteram superba præsumptione iusticiæ,neq; in sinistram secura delectatione peccati,in terram illius promissionis intrabit,vbi iã peccata vlterius,nec nobis donanda optemus,nec in nobis punienda timeamus.

De eadem dextera. Cap. IX.

Diuus quoq; Ambrosius sermone octauo,enarrans illud euãgelicum. Et erat ibi homo,& manus eius dextera erat arida: Nulli(inquit)dubium est,dexteram,vel totius corporis præclariorem portionem hoc officij genere,vt diurna alimenta suo corpori subministret, & prouidentia quadam ad fruendam vitam,membra cœtera pascat,ac nutriat. Hanc igit dexteram in Iudaico populo scribas esse dixerim,vel doctores,qui velut sclarior portio in pharisæorum corpore à domino constituti,neglexerunt,& in cœtera membra sua prophetarum oracula velut escam vitæ æternæ,porrigere,atq; ideo doctrina eorum tanq̃ manus aruit imbecillis,quia fontem perẽnis sapientiæ non quæsiuit. Propterea deniq; factum est,vt quasi contracta dextera,clauem scientiæ tenere non possit,sicut ait dominus: Væ vobis scribæ,& pharisæi,qui absconditis clauem scientiæ,& reliqua. Hæc autem clauis, Christus est dominus, quo ad credulitatem fidei,pectorum arcana reserantur. Ista clauis est de qua ait dominus Petro: Tibi dabo clauem regni cœlorum. Ergo aruit dextera synagogæ manus, relinquẽs Christũ, quæ prius erat in principibus Iudeorum,& deteriorauit. Quisquis enim Christi fontem deserit,& debilitatur protinus,& arescit. Et libro secundo de spiritu sancto,cap.x. Ideo(inquit)& filius patris dextera nuncupatur,sicut lectum est: Dextera domini fecit virtutem,dextera domini exaltauit me. Et diuus Gregorius libro Moral.ij. cap.vigesimo primo citans Michæam dictum: Vidi dominum sedentem super solium suum,& exercitum cœli à dextris eius,& à sinistris &c. Solium Dei,Angelicæ sunt potestates,quarum mentibus altius præsidens, inferiora cuncta disponit. Exercitus cœli,est ministrantium Angelorum multitudo. Dextera Dei,est Angelorum pars electa,sinistra autem pars angelorum reproba. Non enim ministrant Deo solummodo boni qui adiuuent qui à culpa redeuntes,subleuent: sed etiam mali,qui probentur, qui redire nolentes grauent. Nec quod cœli exercitus dicitur,angelorum pars reproba in eo intelligi posse,prohibetur. Quas enim suspendi in aere nouimus, aues cœli nominamus. Et de eisdem spiritibus Paulus dicit: Contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Quorum caput enuncians,ait: Secundum principem potestatis aeris huius. A dextera ergo Dei & sinistra,Angelorum exercitus stat,quia & voluntas electorum spirituum diuinæ pietati cõcordat,& reproborum sensus,suæ malitiæ seruiens,iudicio districtionis eius optemperat. Vnde & mox fallax spiritus in medium prosiliſse describitur, per quẽ Achab rex, exigentibus suis meritis,decipiatur. Neq; eñ fas est credere,bonum spiritum fallaciæ deseruire voluisse,vt alicerет. Egrediar,& ero spiritus mendax in ore oim prophetarum eius. Sed quia Achab rex precedentibus peccatis dignus erat, vt tali debuisset deceptione damnari,, quatenus q̃ sponte volens ceciderat in culpã,quãdoq; nolens,caperetur ad pœnã. Occulta iustitia,licentia malignis spiritibus datur,vt quos volentes in peccati laqueo strangulãt,in peccati pœnã etiã nolentes trahãt. Et lib. xvi,cap.xvi,exponẽs illud Iob: Si ad sinistram,quid agam: Nõ apprehẽdã eum.

Si me vertam ad dexteram,non videbo eum,hoc pacto scribit: Ad sinistram ire est peccatorum delectationibus consentire,& nimirum constat, quia Deum apprehendere non valet, qui adhuc in delectatione peccati per sinistram iacet. In dexteram proculdubio vertitur,qui de virtutibus eleuatur. Sed Deum videre non valet, qui priuata lætitia de bonis actibus gaudet,quia in eo cordis oculum tumor elationis premit. Vnde bene alias dicitur: Non declines ad dexteram,aut ad sinistram. Et Cassiodorus exponens illud Dauidicũ,Delectationes in dextera tua vsq; in finem: Paululum(inquit)perscrutemur solicitius, quid sit,cp hic in dextera patris dicat te delectatiõibus adimplendum,quum superius dixerit: Qñ à dextris est mihi, ne commouear. In isto quippe seculo,vbi carne susceptа,flagella passus, alapis cæsus sputisq; consputus est,quum tamen nullis eius aduersitatibus vinceretur,congrue ductum est: A dextera sua semper dominum fuisse cõspectum. Sic enim mundi contraria superauit, cp nullatenus à paterna contemplatione discessit. Sed post resurrectionis gloriam,porprie se dicit in patris dexteris delectarum,vbi iam mundi istius aduersitate depositа, humanitas eius totius maiestatis glorificatione completa est,regnans vnitã verbo cum patre,& spiritu sancto, per secula seculorum. Vsq; in finem significat perfectionem,atq; eternitatem,quia gloria eius in sua perfectione manens,nullis erit finienda tẽporibus. Et exponens illud Psalmistæ, Et dedi mihi protectionem salutis tuæ,& dextera tua susceпit me: Protectio(inquit)salutis,gloriã significat resurrectionis,qñ mortali carne depositа,eandem incorruptibilem,& glorificatã recepit. Dextera potentia diuinitatis est,quæ assumptam humanitatem in æterna maiestate constituit. Et exponens illud Dauidicum Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Hic illud(inquit)iudicij tempus aduertitur,quando dextera patris,id est,dñs saluator iudicaturus est mundum,& qui eum oderunt,pœnæ perpetuitate damnandi sunt. Et exponens rursus illud Dauidicũ,Et brachium eorũ non saluauit eos sed dextera tua,& brachium tuũ &c. id est,& robur eorum non saluauit eos: Dextera(inquit)significat prosperã partem brachii fortitudinem,illuminatio consilium, q̃ dominus sliantibus confert,qñ victoriam donare dignatur. Vel secũdum Augustinum dextera tua,id est,potentia tua,& brachium tuum,id est filius tuus & illuminatio vultus tui,id est, effectus miraculi, qui tuã sentiam insinuat hominibus. Et alio in loco dicitur: Et deducet te mirabiliẽ dextera tua,i. per cursum totius vitæ inoffensa conuersatione custodiet mirabiliter,id est,contra mundi inopinabilem cõsuetudinẽ. Dextera tua,i. potẽtia verbi tui,qua vniuersa operaris,q̃ vis in cœlo & in terra. Vbi & diuus Augustinus scribit: Dextera sua deductus ẽ,id est,potentia sua. Eteñ potentiã,quã pater habet,habet & ipse & diuinitatem patris habet & ipse,immortalitatem patris habet & ipse,eternitatem patris habet virtutem patris habet. Deducet enim eum mirabiliter dextera eius,faciens diuina, patiens humana,malitias hoim sternens bonitate sua. Et alio in Psalmo ait: Iustitia plena est dextera tua. Locum significat, vbi iusti sunt collocandi. Ad dexteram quippe ipsius venient,quicunq; æterna sẽmia consequentur. Plena est ergo dextera eius iustitia,quia in illã partem recipiũtur,qui ipsius munere iusti esse meruerint. Vnde & diuus Augustinus illic scribit: Iusticia &c. id est,multi sunt & illi,qui stabunt ad dexteram. Non solum illi multi erunt, qui stabunt ad sinistram sed & ibi erit plenitudo massæ ad dexteram constitutæ. Et alio in Psalmo: Saluum fac dextera tua,& exaudi me. Bene fcatur populus iste,vt saluus fiat dextera, qa in ipsa parte staturi sunt,qui perpetua felicitate gaudebũt. Poterat enim supplicare,vt saluus fieret & in hoc seculo,sicut in languoribus petitur,sicut in tribulationibus postulatur,sed dextera domini saluum se fieri deprecatur,vbi æterna salus est,& sine fine lætitia. Vnde & diuus Augustinus scribit: Saluum me fac dextera tua &c. Salutem temporalem non quæro,de hac, fiat voluntas tua. Ad tempus quid nobis prosit,penitus ignoramus. Quid enim oremus sicut oportet,nescimus, sed saluum me fac dextera tua, vt etsi in tempore isto tribulationes aliquas patiar,transacta nocte omnium tribulationum,ad dexteram inuenjar inter oues,nõ ad sinistram inter hœdos. Peto autem vitam æternam,ergo audi me,quia dexteram tuã peto. Et alio in psalmo: Me (inquit) suscepit dextera tua. Dextera patris, Christus est dominus,qui suscepit ecclesiam,alarum suarum velamine protegendam. Vnde & diuus Augustinus illic scribit: Dixit hoc Christus in nobis,id est in homine,quẽ gestabat pro nobis, quẽ offerebat pro nobis. Dicit hoc & ecclesia in Christo, dicit in capite suo, quia & ipsa passa est hic persecutiones magnas,varijs tentationibus agitata à diabolo,& angelis eius vt peruertatur qualibet cupiditate, qualibet suggestiõe aut promissione lucri,vel terrore damni, vel promissione vitæ,vel terrore mortis. Sed non timeamus, sed dicamus: Me suscepit dextera tua,Et alio in Psalmo: Tenuisti(inquit)manum dexteram meã. Cuius enim hæc pars à do-

Iob.23.b.

Iosue.13.b.

Psalm.44.

Psalm.47.

Psalm.59.

Roma.8.c.

Psalm.62.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

mino tenetur, ſemper ſoluitur atq; liberatur, ſicut Petro mergenti dexterã tenuit dñs, cumq; fecit elementum liquidũ fixo calcare veſtigio. Diuus aũt Auguſt. hoc modo legit: Tenuiſti manum dexteræ meæ, non dixit: Manum dexterã meã, ſed manũ dexterę meæ. Si dextera manus eſt, manus habet manum. Manũ tenuiſti dexteræ meæ, vt deduceres me. Manus, eſt poteſtas, iuxta illud: Mitte manum tuam, & tolle q̃ habet, id eſt, da poteſtatem. Et alio loco: Mors, & vita in manibus linguæ, id eſt, in poteſtate linguæ. Iuxta illud: Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Tenuiſti ergo manum, id eſt poteſtatem dexteræ meę; quia ego ſemper tecum. Poteſtatem manus meæ rexiſti, dediſti mihi poteſtatem filium dei fieri. Cœpi iam eſſe inter filios dei, ad nouum teſtamentum pertinens. Et quamuis dextera frequentiſſime ponatur in bonis, impiorũ tamen ſic iniquam dicit propheta, vt potius ſiniſtra eſſe videatur: Et dextera (inquit) eorum, dextera iniquitatis. Nam quum mundanas res præcipuas, atq; appetibiles putant, proſpera æſtimant, quæcunq; virtuti ſunt contraria. Et diuus Augu. Dextera eorum, dextera iniquitatis. Siniſtra (inquit) eſt temporalis, mortalis, & corporalis felicitas. Nolo illam iam diffugias, ſed neq; dexterã putes. Non enim iſti ideo maligni, ideo vani, quia his abundãt, ſed quia id quod ſiniſtrũ eſſe debuit, in dextera ponebant. Ideo: Et dextra eorũ, dextera iniquitatis. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Deum, æternitatem, annos Dei non deficientes. Ibi dextera, ibi eſſe debet deſiderium noſtrum. Siniſtra vtamur ad tempus, dexterã deſideremus in æternũ. Diuitiæ ſi affluãt ne apponatis cor. Si enim diuitijs fluentibus cor appoſueritis, quod ſiniſtrum eſt, dexttum facietis. Corrigite vos, agnoſcite ſapientiam amplectentem vos, cui ſpõſa dicit: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera eius complectetur me. Amplectentis enim deſuper brachium ſuper caput, ſiniſtra autem ſub capite. Non enim (inquit) me deſeret, & in tẽporalibus neceſſarijs, & deſiderijs: ſed tamen ipſa ſiniſtra ſub capite erit, vt dextera eius complectatur me, pollicens vitam æternam, impleturq; quod ad Timotheum ſcriptum eſt: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ p̃ſentis & futuræ: Quærite primum regnum Dei, id eſt, dexterã, & hæc omnia apponentur vobis. Habebitis hic (inquit) & diuitias & gloriam, & in futuro ſeculo vitam æternam, & in ſiniſtra continebo infirmitatem veſtram, & dextera coronabo perfectionem veſtram. Vide ſiniſtram, & dexteram: Accipient (inquit) in hoc ſeculo ſepties tãtum, & in futuro ſeculo vitam æternam. Merito & alio loco de ipſa ſapientia dicitur: In dextera eius anni vitæ, & in ſiniſtra eius diuitiæ & honor. Habete ergo ſiniſtram, ſed in ſiniſtra deſiderate dexteram, vt ponamini ad dexteram. Ad ſiniſtram enim habuerunt Chriſtum quos eſuriuit, & dederunt ei manducare, ſitiuit, & potum dederunt &c. Hoc totum de ſiniſtra abſtulerunt, & ad dexteræ opera tranſtulerunt, vt ad dexteram ponerentur. Et alio in Pſalmo ſcriptũ eſt: Cadent (inquit) à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Hoc de ſumptoribus bene dicitur, qui illudſe conſequi credunt, quod minime promeruerunt. Cadent (dixit) quaſi ab alta beatitudine corruent, quã ſibi temeraria, non fidelis anima promittebat. Latus autem domini ſaluatoris, corona iuſtorũ eſt, quæ cum ipſo (ſicut promiſit Apoſtolis) in reſurrectione iudicabit. A dextris autem dixit, quia multi putant ſe ad dexterã collocandos, decem millia teſtantur inde ruituros, quoniam & ipſi falſa opinione conceperant, quod in ſuis meritis non habebant. Hæc autem ſententia illos ſpecialiter verberat, qui aliquo bono proſperitatis inflantur, & ſanctos ſe putant eſſe, quum non ſint.

Pſalm. 61. c

1. Tim. 4. c

Pſalm. 90.

Matth. 19.

Quid dies myſtice ſignificet. Caput XII.

Dlem ſcriptura ſacra ſæpe p̃ proſperis, & nocte pro aduerſis ponere cõſueuit, vt inquit diuus Grego. in. Moral. lib. cap. ix. vbi exponit illud Apocalypſis: Proiectus ẽ accuſator fratrum noſtrorũ, qui accuſabat illos ante conſpectũ Dei noſtri, die ac nocte. In die, & nocte accuſare non deſinit, quia modo nos in proſperis, modo in aduerſis accuſabiles oſtendere contendit. In die accuſat, quũ proſperis male nos vti inſinuat. In nocte accuſat, quũ in aduerſis nos nõ habere patientiã, demõſtrat. Et lib. ix. cap. in. exponens illud Hieremiæ, Prohibuerunt ſtillæ (alias ſtellæ) pluuiarũ, ſic ſcribit: Quia vero ſol per diẽ fulget, ſtellæ obſcuritatẽ noctis irradiant, & plerunq; in ſacro eloquio diei appellatione ęterna patria, noctis autẽ nomine p̃ſens vita deſignatur, p̃dicatores ſancti, vt ſol noſtris oculis fiunt, quũ contemplationẽ nobis veræ lucis aperiunt, & velut ſtellæ in tenebris lucent, quũ per actiuã vitã, pro futuris noſtris neceſſitatibus terrena diſponũt. Quaſi in die, vt ſol coruſcant, quũ ad contẽplandã ęternæ claritatis patriã, mẽtis noſtræ aciem ſubleuãt, & quaſi ſtellæ in nocte reſplendẽt quia quũ & terrena agũt, offenſurũ iam iamq; noſtri operis pedem, exemplo ſuæ rectitudinis dirigunt. Recte igitur dicitur: Qui p̃cipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit, quaſi ſub ſignaculo, Quippe

Hiere. 3. c.

quippe ei ſol noluit, à qua prædicantium animum diuertit. & quaſi ſub ſignaculo ſtellas claudit, quia dum p̃dicatores ſuos per ſilentium intra ſemetipſos retinuit, cæcis iniquorum Iudęorum mentibus cœleſte lumen abſcondit. Et lib. pri. cap. xx. exponens illud Iob. Vnuſquiſq; in die ſuo: Si ignorantiæ obſcuritas (inquit) ſine dubitatione nox cordis eſt, intellectus non immerito dies vocatur. Vnde per Paulum dicitur: Alius iudicat diem inter diẽ, alius iudicat oẽm diem. Ac ſi aperte dicat: Alius quidem nõnullis intermiſſis intelligit, alius vero ad intellectum oia poſſibilia (ita vt ſunt) videnda cognoſcit. Vnuſquiſq; ergo filius in die ſuo conuiuium exhibuit, quia ſanctus quiſq; p̃dicator, iuxta menſuram illuminatæ intelligentiæ, mentes audientium epulis veritatis paſcit. In die ſuo Paulus fecerat conuiuiũ ſuum, quum dicebat Beatiores erunt, ſi ſic permanſerint, ſecundum conſilium meum. De die ſuo vnumquenque admonebat cogitare, quũ diceret: Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. Et lib. quarto, cap. xxij. exponens illud Iob, Non computetur in diebus anni, hoc modo ſcribit: Illuminationis noſtræ annus tunc perficitur, quando apparente æterno iudice, ſanctæ eccleſiæ peregrinatiõis ſuæ vita completur. Dies vero huius anni ſunt ſingulæ quæq; virtutes, menſes autem multiplicia facta virtutum. Dicat itaq;: Non computetur in diebus anni &c. Ac ſi diſtrictum iudicem exoret, dicens: Quum expleto ſanctæ eccleſiæ tempore, extremo te examini manifeſtas, ſic dona, quæ contuliſti, remunera, vt mala, quæ commiſimus, non requiras. Si enim nox illa in diebus anni computatur, omne quod egimus, ex prauitatis noſtræ æſtimatione, confundit, & dies virtutum iam non lucent, ſi hos in conſpectu tuo, annumerata noſtræ noctis tenebroſa confuſio, obſcuret. Quo pacto autem intelligatur illud Iob, Et ſicut palma multiplicabo dies, require in dictione Palma. Et exponens illud Iob, Pereat dies in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo, ſic ſcribit: Quaſi dies q̃dam eſt, quum mundi huius proſperitas arridet. Sed dies iſte in noctem deſinit, quia ſæpe temporalis proſperitas ad tribulationis tenebras perducit. Hunc proſperitatis diem prophetа reſpexerat, quum dicebat: Diem hominis non concupiui, tu ſcis. Hanc noctem tribulationis poſtremo incarnationis ſuæ tempore paſſurum ſe dñs noſter nunciabat, quum per Pſalmiſtam quaſi ex p̃terito diceret, Vſq; ad noctẽ increpuerũt me renes mei. Poteſt autẽ per diẽ, peccati delectatio, per noctem vero cæcitas mentis intelligi, per quam ſe homo patitur in culpæ perpetratiõe proſterni. Optat igitur perire diem, vt omne quod blandiri culpa cernitur, vigore iuſtitiæ interueniente, deſtruatur. Optat etiam perire noctem, vt quod cæcata mens etiã per conſenſum perpetrat, animaduerſione pœnitentiæ extinguat. Dicatur ergo, Pereat dies &c. id eſt, pereat delectatio, quę in culpam hominem rapuit, pereat incauta mentis infirmitas, quę eũ vſq; ad tenebras praui conſenſus excæcauit. Homo enim dũ blandimenta delectationis caute non proſpicit, etiam in noctem nequiſſimæ perpetrationis ruit. Solerter ergo vigilandũ eſt, vt quum blandiri culpa inchoat, ad quantum interitum mẽs trahatur, agnoſcat. Vnde & apte ſubditur: Dies illa vertatur in tenebras. Dies quippe in tenebras vertitur, quum culpa in ipſo delectationis exordio, ad quem perditionis finem rapiat, videtur. In tenebras diem vertimus, quum noſmetipſos diſtricte puniẽtes, ipſa delectationis prauæ blandimẽta per diſtricta pœnitentiæ lamenta cruciamus, quum flendo inſequimur, quicquid in corde taciti ex delectatione peccamus: Non requirat eum Deus deſuper. Hic dies, id eſt, hæc peccati delectatio, à domino non requiritur, ſi animaduerſione ſpontanea punitur. Paulo atteſtãte, qui ait: Si noſmetipſos dꝰudicaremus, non vtique à domino iudicaremur. Et cap. viij. Antiquus hoſtis dies eſt per naturam bene conditus, ſed nox eſt per meritum ad tenebras delapſus. Dies eſt, quum pollicendo bona, humanis aſpectibus lucis ſe Angelum ſimulat. Paulo atteſtante, qui ait: Ipſe enim ſathanas tranfigurat ſe in Angelum lucis. Sed nox eſt, quum mentes conſentientium erroris tenebris obſcurat. Vir ergo ſanctus in dolore proprio cauſam totius humani generis deflens, & nihil ſpeciale omni modo in ſpeciali vulnere cogitãs, reducat ad animum originem culpæ & conſideratione iuſtitiæ, dolorẽ temperet pœnæ. Videat humanum genus, vnde, & quo cecidit & dicat: Pereat dies &. Ac ſi aperte dicat: Pereat ſpes ab apoſtata angelo illata, qui diem ſe ſimulãs, ex promiſſione diuinitatis emicuit, ſed noctem ſe exhibens, lucem nobis noſtræ immortalitatis obſcurauit. Pereat antiquus hoſtis, qui lucem promiſſionis oſtendit, ſed peccati tenebras contulit, qui quaſi diem ſe blandiẽdo inuoluit, ſed vſq; ad tenebroſam noctem, expreſſa cordis cæcitate perduxit: Dies illa vertatur in tenebras. In tenebras dies vertitur, quando aduerſa intelligimus, etiã q̃ proſpera ſuadendo, pollicetur. Et cap. x. exponens illud Iob, Non cõputetur in diebus anni: Quid (inquit) p̃ dies, niſi ſingulæ quæq; electorum mentes, quid per menſes, niſi multiplicatæ eorum eccleſię, quæ

Hier. 17. b
Pſalm. 15. a

1. Cor. 7. a

1. Cor. 11. c

Iob. 3. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ vnam catholicam faciunt,designatur? Illa ergo nox non cõputetur in diebus anni,nec numeretur in mensibus, quia antiquus hostis superbiæ suæ tenebris pressus,aduentum qui dem redemptoris conspicit, sed nequaquam ad veniam cum electis redit.Hinc enim scriptũ est:Nusquam enim angelos apprehendit,sed semen Abrahæ apprehendit. Idcirco nanq; re demptor noster,non angelus,sed homo factus est,quia hoc proculdubio fieri debuit, quod redemit,vt & perditum angelum,non apprehendẽdo,desereret,& hominem,in semetipso apprehendendo,repararet.Et cap.xi.Possunt etiam dies hi, qui in interna luce permanent. Angeli spiritus,menses autem eorum ordines,& dignitates intelligi. Singuli enim quiq; spi ritus,quia lucent,dies sunt.Sed quia certis quibusdam dignitatibus distinguntur,vt alij thro ni,alij dominationes,alij principatus, alij potestates sint,pro hac ipsa distributiõe agminũ, menses vocantur.Sed quia antiquus hostis nequaquam ad meritum lucis,nequaquam ad or dinem supernorum agminum reducitur,nec in diebus anni,nec in mensibus numeratur.Et libro xvi.cap.xxi.exponens illud Iob,Qui autem nouerunt eum,ignorãt dies illius:Quid (inquit)dies dei,nisi ipsa eius æternitas appellatur? Quæ nonnunquam vnius diei promi tione exprimitur,sicut scriptum est:Melior est dies vna in atrijs tuis,super milia.Nonnun quam vero pro sua longitudine,dierum multorum appellatione signatur,de quibus scriptũ est:In seculum seculi anni tui.Nos itaq; intra tempora voluimur,per hoc q̃d creaturæ sumus. Deus autem,quia creator est omnium æternitate sua tempora nostra comprehendit.Ait ergo:Ab omnipotente non sunt abscondita tempora,qui autẽ nouerunt eum, ignorant dies illius,quia ipse quidem nostra comprehensibiliter conspicit:nos autẽ ea, quæ eius sunt,com prehendere nullatenus valemus.Sed natura dei,quũ simplex sit, non aliud est ipse,atq; aliud dies eius sunt.Quid est itaq; dicere, Qui nouerunt eum ignorant dies illius, nisi quia & qui cognoscunt eum,adhuc nesciunt? Nam & qui iam eum fide tenent,adhuc per speciem ignora rant. Et quum ipse sit sibi æternitas, quem veraciter credimus, qualiter tamen sit ipsa eius æternitas,ignoramus.

De eodem die. Caput XIII.

ET diuus Hierony.exponens illud Psalm.In noctibus extollite manus vestras: Mundus (inquit)iste,in maligno positus est,&nõ est nobis pugna aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus rectores tenebrarum istarum.Vnde dicit & Apost.Nox præcessit,dies autem ap propinquauit.Ergo hoc seculum,nox est,seculum vero futurũ,dies est.Vnde dicit & Apo stolus:Sic vt in die(inquit)honeste ambulemus.Quomodo victuri sumus in die,hoc ẽ,in tu turo seculo,sic nunc viuamus.Et exponens illud Apostolicum,Nam alius iudicat diem inter diem,alius autem iudicat omnem diem.Vnusquisq; in suo sensu abundet.Qui sapit diem, minosapit:Iudęi(inquit)in escis diem inter diem iudicare non poterant. Ergo de ieiunio & abstinentia dicit,q̃ non sunt sub certo modo legis redacta,vt vnusquisq; tãtum faciat,quan tum potest,quantam mercedem habere voluerit.Vnde sequitur:Vnusquisq; id faciat in ma causa,quod melius esse iudicat.Item hoc est quod dicit,aliquos esse,qui certis anni tempori bus,alios esse,qui omni tempore vitæ suæ ab esu carnium decreuerunt abstinẽdum. Qui pit diem,domino sapit.Domino sapit,qui propter deũ ieiunat,& non propter homines. Et exponens illud Psalmistæ,Annunciate de die in diem salutare eius:Qui simplex est(inquit) sic intelligit.Omnibus diebus laudate dominũ,hoc est,diei succedat dies. Laudasti hodie,lau da & crastino.Videtur quidem sensus esse simplex,sed mihi videtur aliquid sacramenti late re. Annunciate &c. Non potest laudari saluator,nisi in die. Debuerat enim dicere,Laudate dominum die ac nocte,si de ista die diceretur.Videte quid dicat:Quandocunq; laudatis do minum,semper illum in luce laudate,& non in tenebris peccatorum, sed in luce virtutum. Semper in anima tua sol Christi oriatur,vt semper in te nascatur lumen nouum.Dicamus.S aliter.Duo sunt dies,vetus testamentum & nouũ.Et in illo Christus lucet,& in isto Christus lucet.Nolite eum tantum laudare in veteri testamento,ne sitis Iudęi.Nolite eum tantũ lau dare in nouo testamento,ne sitis Manichęi,qui vetus negant testamentum sicut Iudęi nouũ. Laudate illum de die in diem,hoc est in veteri & nouo testamento,q̃ duo dies,vnam lucem ciunt.Et exponens illud Apostoli,Et in die salutis adiuui te:Dies(inquit)ideo dicit hæc vita quia ad operandũ est apta,& concluditur nocte iudicij,q̃ dies tenebræ erunt peccãtoribus,non lux,in qua iã nemo poterit operari.Aestati quoq; assimulatur hoc tempus,in cuius cõpara one,formica dicitur hiemem sperare venturã.Et exponẽs illud Psalmistæ, Melior est dies vna in atrijs tuis,super milia:Putat aliquis(inquit)sic intelligendũ.Melius mihi est in regno cælorũ parũ habere,q̃ hic totũ,i.in hoc seculo.Sed nos dicamus: Si possit fieri,vt aliquis vno die esset

die esset in regno cælorum,& postea præcipitaretur,recte diceret:Melior est &c.Nunc ve ro quod dicit,vna dies:hoc est,quod dicit in regno cælorum. Vna illa dies non habet noctẽ, & tenebras,sed semper lux est.Qui ergo vna die in regno cælorum fuerit sp ibi erit.Cassio dorus autem prædicta enarrans verba,sic scribit:Ipsa sunt atria domini,in quibus superius cõ cupisse se,& defecisse,testatus est,in quibus vna dies iuste desideratur,quia semper æterna est, quæ solis aduentu non oritur,nec eius finitur occasu,quã non sequitur crastina, nec præcedit hesterna,sed immutabilis manens, constat vnitate perpetua:Super milia,mundum istũ signi ficat,vbi milia dierum sustinent finem,&ab vno illo vincitur,quicquid in istorum multiplica tionibus aggregatur.Merito ergo talibus desyderijs queritur,cui nihil simile reperitur.Hæc figura dicitur Parison,id est æquatio sententiæ,quando duæ res é diuerso ponuntur, sed vna magis eligitur.Et diuus Augustinus:Milia dierum desiderant homines, & multum volunt hic viuere.Contemnant milia dierũ desiderent vnum diem,qui non habet ortum, & occa- Augustin. sum:Vnum diem,diem sempiternum,cui non cedit hesternus,quem non vrget crastinus.Ip se vnus dies desideretur à nobis.Et August.libro vnico de religione,cap.xlij. Ambulemus (inquit)dum diem habemus,id est,dum ratione vti possumus,vt ad deum conuersi,verbo ei us,quod verum lumen est,illustrari mereamur,ne nos tenebræ comprehendant.Dies est eñ presentia illius luminis,quod illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Et Origenes homilia ij.in Psalmũ xxxvi.exponens illũ versum:Nouit dominus dies immaculatorũ: Secũdum scripturas,sicut in multis locis obseruauimus,dñs nõ omnia cognoscit, sed sola illa, Psalm.36.c quę bona sunt.Mala autem dicitur ignorare,non quod vere aliquid sit quod eius scientiam la teat,sed ea,quæ indigna sunt notione eius,dicitur ignorare.Quod ostendimus etiam de scri pturis, quũ dicit Apostolus:Si quis in vobis propheta vel spiritalis,cognoscat quæ scribo vo bis,quoniam domini sunt:Si quis autem ignorat,ignorabitur.Et in euãgelio,vbi dicit ad pec 1.Cor. 14. catores:Nescio vos:Discedite a me operarij iniquitatis.Sicut ergo & alibi dicitur:Cognoscit dominus qui sunt eius,sic hic non impiorum,sed immaculatorũ dies cognoscere dicitur do minus.Digni enim scientia domini immaculatorum dies.Sed & hoc secundum literã nescio si possit consequenter exponi.Qui enim possunt esse dies immaculatorum,qui non sint eti am peccatorum,quum huius seculi dies vna,eademq; sit omnibus,atq;in eadem,siue iusti,siue peccatores simul luce versentur,sicut & ipse dñs de patre dicit:Quia solem suum iubet oriri, super bonos,& malos? Quomodo ergo hic velut exceptũ aliquid,& segregatum, immacula torum dies cognoscere dicitur dominus? Sed videamus,ne forte vnusquisq; propriam fibijp sefaciat diem.Et si quando abijcientes mendacium,loquimur veritatem cum proximo no stro,in veritatis die,& veritatis luce versamur.Similiter & quum retrahimus nos ab his, qui oderũt fratres,& in tenebris ambulant,& in dilectione fratrum permanemus, dies nobis fa cimus charitatis.Sed & quum iustitiam custodimus,&quũ visitantes viduas,atq;orphanos in tribulatione sua,immaculatos nos custodimus ab hoc sæculo. imaculatorum nobisipsis faci mus dies.Et isti sunt dies,quos nosse dicitur,quando cognoscit dies immaculatorũ. Verum si sacratiorem adhuc sensum in hoc loco volumus perscrutari possumus dicere,quia dies ma li sunt huius seculi,secũdũ q̃ scriptũ est: Quoniã dies mali sunt.Dies autẽ boni alij sunt,qui & ipsi immaculatorũ sunt, quos dominus cognoscit,in quibus & hæreditas eorum inæternum manet,tunc sine dubio,quum iusti hæreditatem capient vitæ æternæ,consequentes quæ ocu lus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit Deus diligenti bus se.Illi sunt immaculatorum dies,in quibus nõ iste sol,quem occasus excipit,& cuius nox succedens,lumen interimit:sed sol iusticiæ lucebit,qui noctem nesciat,qui lumen æternum sit, sicut scriptum est:Quia ipse dñs erit eis lux sempiterna.Et paulo post exponens aliũ versum, Et in diebus famis saturabuntur:Inquirendum(inquit)primo est,qui sint dies famis. Comminatur in quodam loco Deus per Prophetam,& dicit:Ecce dies veniũt,dicit dñs,& immit tam, famem super terram,non famẽ panis,neq; sitim aquę,sed famem ad audiendum verbũ Amos.8.d. Dei.Et circuibunt ab oriente vsq; ad occidentem,vt audiant verbum domini,& non inue nient.Isti sunt ergo dies,& istud est tempus famis,quum non sunt,qui verbum dei loquant.

Quid digitus Dei mystice significet. Cap.XIIII.

DIgitus Dei,dicitur spiritus sanctus(vt inquit Aug.ad Ianuarium,de ritib? ecclesię) In li. (inquit)Euangelij apertissime declaratur digitũ Dei significare spiritũ sanctũ. Quũ enim vnus Euangelista dixisset.In digito Dei eijcio dęmonia,alius hoc idem ita dixit,In spiri Luc. 11.c tu Dei eijcio dęmonia.Et infra:Dementia eorum erit manifesta omnibus,sicut & illorum fu- Matth. 12. it.Quia enim per ipsam corruptionem mẽtis inquietissimi fuerũt,in signo tertio defecerũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatentes sibi aduersum esse spiritū sanctū, qui erat in Moyse. Nā deficiētes dixerunt, Digitus Dei est hic. Et libro vnico ad Marcellinū de spiritu, & litera cap. xvi. Hic spiritus sanctus p quē diffunditur charitas in cordibus nostris, q̄ plenitudo legis est, etiam digitus Dei in Euan
Roma. 13. c gelio dicitur. Vnde & quia illę tabulæ digito Dei conscriptæ sunt, & digitus Dei est spiritus Dei per quem sanctificamur, vt ex fide viuentes per dilectionem bene operemur, quem nō moueat ista congruentia, ibidemq; eadem subsistentia? Dies enim quinquaginta computant à celebratione paschæ, q̄ occasione figuratæ, quis per Moysen fieri præcepta est, in significa
tione vtiq; futuræ dñicæ passionis, vsq; ad diem quo Moyses legem accepit in tabulis digito
Esai. 53. c. Dei conscriptis, similiter ab occisione, & resurrectione illius, qui sicut ouis ad immolandū du
ctus est, quinquaginta diebus completis, congregatos in vnum fideles, digitus Dei, hoc est, spiritus sanctus impleuit. In hac mirabili congruentia illud certe plurimum distat, quod ibi populus accedere ad locū, vbi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos su
peruenit spiritus sanctus, qui eū promissum expectantes, in vnum fuerant cōgregati. Ibi in tabulis lapideis, digitus Dei operatus est, hic in cordibus humanis. Ibi ergo lex extrinsecus posita est qua iniusti terrerētur, hic intrinsecus data ē, qua iustificarēt. Et libro ij. quęst. Euāg. questione xvij. Ideo dicitur spiritus sanctus digitus Dei, ppē partitionē donorū, q̄ in eo dan
tur, vnicuiq; propria, siue hominū, siue Angelorū. In nullis enī membris nostris magis appa
ret partitio, quā in digitis. Et lib. ij. de cōsensu euangelistarū: Lucas (inqt) pene totidē verbis
Mat. 12. b hoc dixit q̄d Matthæus, & q̄d digitū dei appellat spūs dei ab eadē sentētia nō recedit, quinpo
Psalm. 8. a. tius & aliquid docet, vt nouerimus quēadmodū intelligamus vbicunq; in scriptura legerimus digitum Dei. Et exponens illud Psalmi, Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum. Legimus (inquit) digito Dei scripram legem, & datam per Moysen sanctum seruum eius. Quem digitum Dei multi intelligunt spiritum sanctum. Quapropter si digitos Dei, eosdē ipsos ministros spiritu sancto repletos, propter ipsum spiritum, qui in eis operatur, recte ac
cipimus, quoniam per eosdem nobis omnis diuina scriptura confecta est, conuenienter intel
ligimus hoc loco, cœlos, dictos libros vtriusq; testamenti. Dictū est autē etiā de ipso Moyse
magis regis Pharaonis, quū ab eo superati essent: Digitus Dei est hic. Et q̄ scriptū est: Cœ
lū plicabitur sicut liber, etiam si de isto æthereo cœlo dictum est, congrue tamen ex hac e
dem similitudine, in allegoria librorum, cœli nominantur. Quoniā videbo (inqt) cęlos, op
ra digitorū tuorū. i. cernam & intelligā scripturas, quas, operante spiritu sancto, per mi
stros tuos conscripsisti. Et Cassiodorus: Videbo cœlos, id est libros Euangelicos, qui cœli mi
rito dicuntur, quoniam continent dominum saluatorem, qui dixit: Cœlum mihi sedes est,
terra autem scabellum pedum meorum. Sed qui sint isti colli, breuiter diffiniuit, Opera digi
torum tuorum. Nā quū legatur in Exodo digito domini legem fuisse conscriptam, quē mul
ti spiritū sanctū accipere voluerunt, hic igitur positum æstimo digitorum, vt libros diuino
cooperatione sanctæ trinitatis perfectos, euidenter ostēderet, sicut & alibi legitur: Appenda
Esaiæ. 40. c tribus digitis molem terræ. Quod simili sacramento recipiendū est. Digitus enim Dei, diui
næ operationis effectus. Quod potest patri, & filio, & spiritui sancto, id est, vni deo appli
cāri conuenire. Et Cyrillus lib. x. de adoratione in spiritu. In lapideis quidā tabulis lex depinge
batur digito Dei, vt scriptum est. Et erant illa, q̄ fiebant, figura eorū, quæ credita sunt a no
bis p Christum esse facta. Quippe oim dñs Deus sui consilij scientiam quodammodo in no
bis scribit, filio quasi calamo vtens in spiritu. Ita enim illum per Dauidē nominauit, dicens
Psalm. 44 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Patris enī calamus, hoc est filius oim eo
rum inscripsit oīs boni scientiā, quasi q̄dā digito Dei, spiritu tā suo, quā patris vsus. Sane spiritū
2. Cor. 3. a digitū Dei nominabat, dicēs q̄dam loco: Si autē in spiritu Dei encio dæmonia. Et Paulus nos
vocat spiritualem epistolam; Vos estis (inquiens) epistola nostra, vos estis inscripta,
ab omnibus hominibus, declarātes, quo estis epistola Christi subministrata à nobis, inscripta
non atramento sed spiritu Dei viuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.
Et diuus Ambrosius, lib. iij. de spiritu sancto capite. ij. Spiritus sanctus (inquit) appellatus est
Luc. 11. c digitus Dei, sicut ipse dñs dixit: Quod si in digito Dei encio dæmonia. Hunc enim digitum
Matth. 12 in alio libro Euangelij eodem loco Dei spiritum nominauit. Sic enim habes: Quod si in spi
Exod. 31. d. ritu Dei encio dæmonia. Hic ergo digitus Dei & sempiternus est & diuinus. Quid enim Dei
proprīū quod non sempiternū sit, & diuinū? Hoc digito (sicut legimus) tabulas illas lapid
2. Cor. 3. a. inscripsit, quas Moyses accepit. Nō enī carnali digito Deus harū literarū, quas legimus, age
ces & elemēta formauit sed spiritu suo dedit legē. Et ideo Apost. dixit: Lex enī spiritualis
est, q̄ vtiq; nō atramento inscripta est, sed spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis
cordis

cordis carnalibus. Nam si Apostoli epistola scribitur in spiritu, quid obstat quominus etiam legem Dei, non atramento sed spiritu Dei descriptam credere debeamus, quæ vtique cordis nostri, mentisque secreta non maculat, sed illuminat? Hoc digito mystice etiam dñs Iesus, inclinato capite, scribebat in terra, quum a Iudæis adultera esset oblata, significans per figuram, quando de peccatis alterius iudicamus, nostri nos debere meminisse peccati. Et cap. iij. Sed si q̄s (inqt) adhuc carnalibus inhæret ambiguis, & corporalibus vacillat exēplis, cōsyderet, quia nō potest bene sentire de filio, q̄ potest male sentire de spiritu. Nam si ideo portionem quan
dam exiguam putant esse spiritum Dei, quia digitus Dei dicitur, ī dem vtiq; & portionem ex
quam dicunt esse in filio Dei, quia dextera Dei dicitur, sed filius & dextera & virtus dicitur.
Et capite. vi. scriptum est: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat fir
mamentum. Et alibi: Initio terram tu fundasti domine, & opera manuum tuarū sunt cœli. Ea
dem igitur sunt opera hominum quæ sunt opera Dei. Non ergo aliqua pro membrorū cor
poralium qualitate discretio operationis, sed vnitas potestatis est. Quæ autem opera sunt ma
nuū, eadem opera digitorum, quia ęque scriptum est: Quoniam videbo cœlos tuos opera di
gitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Quid hic igitur digiti minus, quā manus, Esaiæ. 51. f.
fecisse prodantur, quum idem fecerint digiti, quod manus? Sicut scriptum est, Quoniam dele
ctasti me domine in factura tua & in operibus manuum tuarum delectabor. Et tī, quia ma
nū legimus filiū. Scriptū ē enī: Nōne manus mea fecit hęc oīa? Et alibi: Posui manum meā
sub tegumento petræ, quod ad incarnationis mysterium spectat, quia integumentum corpo
ris, virtus Dei sempiterna susceptit, vtiq; liquet manus, & de filio Dei, & spiritu sancto scriptu
ram locutam. Et rursus: Quia digitum Dei spiritum legimus, ideo appellatos digitos æstima
mus, vt filium, & spiritum designaret. Deniq; vt filij & spiritus sanctificationē se habere me Mat. 12. b.
moraret, ait quidam sanctus: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Et diuus Herony
mus enarrans illud Matthæi, Si autem ego in spiritu Dei eņcio dęmones: In Luca (inquit) scri
ptum legimus: Si autem ego in digito Dei eņcio dæmones. Iste est digitus, quem confitentur
& magi, qui contra Moysem, & Aaron signa faciebant, dicentes: Digitus Dei est iste, quo ta
bulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sina. Si igitur manus & brachium, Dei filius est & digitus
eius, spiritus sanctus, patris, & filij, & spiritus sancti vna substantia est. Nō tescandalizet mem
brorum inæqualitas quum ædificet vnitas corporis. Et exponens illud Prouerbiorum, Ma- Proue. 31. f
num suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum, hoc modo scribit: Solent fœ
minæ nentes fusum in dextera, colum tenere in sinistra. In colo enim lana inuoluta est, quę si
lo ducēda, & nenda, transeat in fusum. Sepe autem in scripturis dextera, vitam perpetuam læ
ua, præsentia Dei dona significat, opulentiam videlicet rerum, pacem temporum, sospitatem
corporum, scientiam quoq; scripturarum & cœlestium perceptionem sacramentorum. Hæc
& huiusmodi bona, quum, domino largiente, perceperimus, quasi lanam colo inuolutam in
læua gestamus. At quum ea pro amore cœlestium salubriter exercere incipimus, iam lanam
agni immaculati de colo in fusum, de læua in dexterā tranjcimus, quia de donis nostri redem
ptoris, de exemplis operum eius stolam nobis gloriæ cœlestis, ac vestem charitatis nuptialem
facimus. Digiti nanq; quibus apprehendere fusum dicitur, ipsam intentionem discretionis,
qua quisq; operatur, insinuant, ea nimirum ratione, quia nulla corporis nostri membra pluri
bus sunt distincta articulis, ac flexibus apta quam digiti. Quicunq; ergo veraciter dicere cum
Apostolo potest: Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde etiam saluatorem expectamus
dominum nostrum Iesum Christum, huius profecto digiti dextri apprehenderunt fusum, qa
discretione sedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicitur, Apprehenderunt, vt
viuacius commendetur, quanto studio, quanta festinatione in huius vitæ incerto, pro certis
apud dominum præmijs agere debeamus.

Quid diluculum, diluuiumq; mystice significent. Cap. XV.

Diluculum, est omnis electorum ecclesia, vt diuus inquit Gregorius, libro vigesimono
Moralium, capite primo, exponēs illud Iob. Nunquid post ortum tuum prȩcepisti di- Iob. 38.
luculo, & ostendisti auroræ locum suum? Subaudis, vt ego. Ortus quippe diuinitatis eius ante,
& post non habet. Cui dum semper esse est per ęternitatem, dum omne quod labitur, circum
scribit, intra semetipsum tēporū discursus claudit: Ortus vero humanitatis eius, qa & cœpit,
& desit, & ante & post habere à tēpore accepit. Sed quia dū ipse vmbras nostræ mortalitatis
suscepit lumen nobis suæ æternitatis infudit, recte per hunc ortū, quē creator sibi in tēpore
condidit, locum suum sine tempore aurora cognouit. Quia enim diluculum, vel aurora à te
nebris in lucem vertitur, non immerito diluculi, vel auroræ nomine omnis electorum ecclesia

Universidad de Deusto
Biblioteca

designatur. Ipsa nanq; dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei dicitur, velut aurorae more in diem post tenebras splendore supernę claritatis aperitur. De aurora, vide in dictione, Aurora. Et exponens illud Iob, Consurgensq; diluculo, offerebat holocausta per singulos: Diluculo (inquit) consurgimus, quum compunctionis luce perfusi, humanitatis nostrę noctem deserimus, & ad veri luminis radios oculos mentis aperimus. Et exponens illud Iob, visitas eum diluculo: Quis nostrum (inquit) nescit quia diluculum dicitur quū iam nocturna tępora in
Iob.7 claritatem lucis mutantur? Nos ita quoq; noctis tenebris premimur, quum perpetratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucē vertit, quū erroris nostri obscuritas veritatis cognitione traditur. Nox in lucem vertitur, quum corda nostra iustitiae fulgor illuminat, quae cæcitas culpae deprimebat. Hoc diluculum discipulorum mentibus oriri Paulus aspexerat, quum dicebat: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Diluculo ergo nos dominus visitat, quia erroris nostri tenebras luce suae cognitionis illustrat, contemplationis munere subleuat, in arcem virtutis exaltat. Et diuus Hieronymus exponens illud Salomonis, Bene consurgit diluBrouc.31.c culo, qui quærit bona: Bona quere re (inquit) quae facere debeas, quibus ad coelestia bona peruenias hoc est, bene diluculo consurgere, id est crescente luce scientiae, ad bonum opus accingi. Vel certe bene, id est, ad vitam consurget in tempore resurrectionis qui nunc bona quærit, in tempore operationis. Scriptum quoq; est: Adiuuabit eum Deus mane diluculo, id est, praesentia incarnationis suae. Tunc enim nox praecessit, & dies appropinquauit, & incarnatū verbum ecclesiam suam tum praedicationibus, tum miraculis iuuit, sed mane diluculo, id est,
Psalm.45. resurrectionis tempore magnopere illam iuuit, ne fidem amitteret.

Diluuij mysterium Diuus Augustinus libro vnico de catechizandis rudibus, cap. decimo nono, hoc pacto breuiter explicat: Praenunciabatur (inquit) etiam diluuij sacramento, quod per lignum iusti liberati sunt, futura ecclesia, quam rex eius, & Deus Christus mysterio suae crucis ab huius saeculi submersione suspendit. Neq; enim Deus ignorabat, quod etiam ex illis qui fuerant in arca seruati, nasciturі erant mali, qui faciem terrae iniquitatibus implerent: sed tamen, & exemplum futuri iudicij dedit, & sanctorum liberationem ligni misterio praenunciauit. Diluuij sacramentum beatus Petrus exponit: In diebus Noe, quum fabricaretur arca, in
1.Pet.3. qua pauci, id est, octo animae salvae factae sunt per aquā. Quod & vos simili forma baptismus saluos faciet &c. Diuus autem Augustinus libro vnico de substantia dilectionis, cap. septimo: Vniuersus autem mundus (inquit) quasi quoddam diluuium est, eo quod omnia, quae in hoc mundo sunt ad similitudinem aquae incertis euentibus fluctuando decurrant. Vera autem bona, quae non transitoria, sed aeterna promittit, quasi à quibusdam fluctibus, sic ab huius mundi cupiditate in superna animam attollit & portari quidem ab aquis potest, sed mergi omnino non potest, quia ad necessitatem hoc mundo vtitur, sed eius desideriis per affectum non implicatur. Quisquis ergo aeterna non credens sola quae transeunt appetit, hunc quasi fine naui laborantem in fluctibus, impetus aquae decurrentis secum trahit. Qui vero aeterna credēs, mirabilia diligit, hic iuxta nauem naufragium facit: qui autem aeterna bona credit, & diligit, hic in naui positus, fluctuantis maris vndas secure pertranfit: quia qui per desiderium fidei in naue non transgreditur, iam quodammodo in fluctibus stabilitatem imitatur. Primum ergo, si hoc mare magnum illæsi pertransire volumus, fabricemus nauem, vt fidem integram habeamus. deinde nauem fidei inhabitemus per charitatem, vt credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus. sicq; & lex dei in corde nostro fit per rectae fidei cognitionem,
Psalm. 28. & cor nostrum in lege Dei fit per dilectionem. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae, Dominus diluuium inhabitare facit. Cur (inquit) diluuium pro sacris fontibus positum est? Merito, quoniam illud, quod factum est sub Noe, baptismatis sacri gerebat imaginem. Nam sicut istud purgat animas à sordibus peccatorum, ita & illud diluuium mūdi crimina probrosa deleuit. Merito ergo pro baptismate diluuium positum est, ad cuius similitudinem constat
Augustin. effectum. Et Aug. Dominus diluuium &c. Dominus primum inhabitat diluuium huius saeculi in sanctis suis, tanq; in arca, ita in ecclesia custoditis. Et Psalmo xxxi. scriptum est. Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non appropinquabunt. Diluuium aquarum multarum (inquit Cassiodorus) est error hominum pessimorum, qui varijs prauitatibus fluctuantes, multiplices sibi doctrinas constituunt, quas a vero magistro nullatenus acceperunt.
Psalm.31 Quę sententia maxime hęreticos arguit qui in diluuio peruersitatis sę tempestuosas, & naufragas excitant quæstiones. Et hi ad eum non approximabunt, quoniam à vera religione discedunt. Et Aug. Diluuium aquarum multarum, multiplicitas est variarum doctrinarū. Multae aquae, sunt variae doctrinae. Dei vna est, non sunt multae aquę, sed vna aqua, siue sacramenti baptismi,

siue doctrinae salutaris. De ipsa doctrina qua irrigantur per spiritum sanctum dicitur: Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorū tuorum fontibus. Ad istos fontes non accedunt impij, sed credentes in eum, qui iustificat impium, iam iustificati accedunt. Aliae aquae multae doctrinae inquināt animas hominum. Alia doctrina est, Fatum mihi fecit: alia doctrina, Casus, vel fortuna mihi fecit. Si casibus reguntur homines, nulla prouidētia aliquid geritur. Veruntamen in diluuio &c. Quae est illa aqua? Illa vera, quae manat de intimo puraе venae veritatis, quae docet confiteri domino, quae docet hanc vocem, Dixi, pronūciabo aduersum me iniusticiam meam domino. Et, Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam, quoniam Psalm.31.b peccaui tibi. Haec aqua confessionis peccatorum, haec aqua humiliationis cordis, haec aqua vi- Psalm.40. tę salutaris, abiscientis se, nihil de se presumentis, nihil suę potentię superbe tribuentis. Haec aqua in nullis alienigenarum libris est, non in Epicureis, non in Stoicis, non in Manichaeis, non in Platonicis. In diluuio ergo aquarum multarum extollentium se aduersus Deum, docētium superbas impietates, ad Deum non appropinquabunt.

Quid diuitię mystice significent. Cap. XVI.

Diuitię mentis quę sint, diuus Gregorius lib. vi. Moralium, cap. iiij. his verbis enarrat, exponens illud Iob, Et ebibent fitientes diuitias eius: Diuitię (inquit) mentis, sunt verba sapientię locutionis, sed has diuitias stultus oculis aspicit, & in ornamēti sui vsum minime assumit, Iob.7.b quia verba legis audiens, magna quidem esse cōsyderat, sed ad comprehendēda hęc, nullo studio amoris elaborat. At contra, alius fitim habet ingenium nō habet, amor hunc ad meditā dū pertrahit, sensus hebetudo contradicit, & sępe hoc in diuinę legis eruditione qñq; studendo intelligit, quod per negligentiam ingeniosus nescit. Huius ergo stulti diuitias fitientes bibunt, dum precepta Dei, quę, ingeniosi fastidientes, nesciunt, hebetes amantes assequuntur. Nam hoc cardioribus fitis aperit, quod velocioribus fastidium claudit. Et Orig. hom. iij. super Leuiticum, citās illud Salomonis, Redemptio animę viri, proprię diuitię ei⁹: Audis (inqt) verba sapientię, quomō necessarijs cū proprietatibus vim vniuscuiusq; sermonis enunciat? Prouer.13. Diuitias dixit aptas ad aiae redēptionē, & diuitias nō alienas, neq; cōmunes, sed diuitias proprias. Per q̄ ostēdit esse quasdam diuitias proprias, quasdā vero nō proprias. Sed hoc euidēti us dns in Euangelijs declarauit, quum dixit: Quod si in alieno fideles non fuistis, q̄ vestrū qs dabit vobis? Ostendens per hoc praesentis saeculi diuitias non esse nostras proprias, sed alie- Lucae. 16.a nas. Transeūt enim, & sicut vmbra praetereunt. Propriae vero sunt illae diuitiae, de quibus propheta dixit: Et ad te congregabo diuitias gentium. Ex his forte esse diuitijs & Abraham diues factus est valde in auro, & argento, & pecoribus, atq; omni supellectili. Vis tibi ostendam Zach.14.c ex quibus thesauris descendant istae diuitiae? Audi Apost. Paulum dicētē de dño Iesu Christo: Gene.15.b. In quo sunt (inquit) omnes thesauri sapientiae, & scientię absconditi. Sed & in euāgelijs domi- Colos.2.a. nus dixit: Quia scriba diues profert de thesauris suis noua, & vetera. De his & Apost. Paulus Matth.13 dixit: Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia. Ex his ergo diuitijs, quae de thesauris sapientię, & scientię proferuntur, mercandus nobis est iste aries, qui offerri debeat pro peccatis. Et homilia tertia in Psalmum tricesimumsextum, exponens Psalm. 36. illum verficulum, Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas: Vt sunt (inquit) diuitiae peccatorum, sapientia huius mundi, in qua diuites sunt, & abundantes in elo- Matth.19.b quentia, nec tamen se per haec continere praeualent à peccatis. Modicum autem iusti est, qui habet fidem tanquam granum sinapis modicam, sed viuidam, & vehementem, per quam se communit, & continet à peccato. Melius est ergo hoc modicum fidei iusto, super diuitias peccatorum multas quas habent in eloquentia, ac sapientia, huius saeculi, quae destruitur. Tamen si potuerit quis & diuitias habere & non peccatorum habere diuitias, sed congregare aliquan de thesauris Moysi legislatoris, alia etiam de censu acquirere prophetarum, de Esaia, de Hieremia, de Ezechiele, perscrutari quaeq; secreta Danielis, cęterorumq; prophetarum recō ditos, & obscuros penetrare thesauros, iste iā nō confertur sapientibus huius mūdi, vt melior illis dicatur: sed illis magis exaequatur, qui dicebāt: Quia diuites facti estis in oñi verbo & in omni scientia, & qui destruentes huius mundi sapientiam & velut victores eius effecti, dicunt separatos esse ad captiuandum omnem intellectum extollentem se, & erigentem aduersus scientiam Christi. Super ambos autem istos est, qui diues est in verbo dei, & scientia veritatis, id est, qui secundū Paulū, diues est in omni verbo & in omni scientia. & nihilominus diues est in operibus bonis. Si autē vis scire quid est diuitem esse in omni verbo, breuiter te docebo, Incipe discurrere à primo verbo Geneseos, vsq; quo peruenias ad euangelicas, Apostolicas q; diuitias, & dives es, sed non in omni verbo. Si vero potuerit quis nouum, ac vetus testamentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pari studio ediscere,atq; ex omni eius eruditione instrui,ita vt paratus sit reddere rationem de singulis quibusq;,q̃ scripta sunt,& vitam suã scẽm verbum veritatis eius,q̃ in scripturis cõtinentur,aptare,iste vere diues est in oñi verbo &in oñi ope bono,&istas puto esse diuitias,de quibus dicitur:redemptio animæ viri,proprie diuitię eius. Et Apost. Paulus inquit de diuitibus ac diuitijs:Diuitibus huius seculi p̃cipe, non superbe sapere,neq; sperare in incerto diuitiarũ:sed in Deo viuo, qui p̃stat nobis omnia abundanter ad fruendũ, benefaciant,diuites sint in operibus bonis,facile tribuant,cõmunicent,thesaurizent sibi fundamentum bonũ in futurũ,vt apprehendant veram vitã. Quę verba diuus Augustin.enarrans libro vnico contra Adimantum Manichęi discipulum,cap.xx. Quis(inquit)hic non intelligat,non esse culpabile habere ista,sed amare,& spem in eis ponere , & ea p̃ferre,aut etiam conferre veritati, iustitiæ,sapientiæ, fidei,bonæ conscientiæ,charitati Dei,& proximi,quibus oibus anima pia diues est in secretis suis corã oculis Dei? Sed vt diligatur deus,qui diligentibus se ista cuncta & inuisibilia,& æterna largitur,id est,seipsum his omnibus plenũ donat dilectoribus suis. Et capite decimonono,de eo, quod scriptum est in lege: Ego sum qui diuitias do amicis meis, & paupertatem inimicis meis . Huicsententiæ illud opponunt,quod dominus dixit:Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et,Væ vobis diuitibus,quia percepistis consolationem vestram. Sed &cur nolunt & alia in euangelio contueri. Ibi enim scriptum est:Beati pauperes spiritu &c. vbi sequitur:Beati mites,quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Et habent amicos Dei hæreditate terræ,diuites fieri. Quum autem ad tantam egestatem diues ille redigitur, vt ab eo paupere, quem neglexerat,digito breui in aquã tincto, arenti linguæ suæ humorem stillari deprecetur , intelligant quomodo fiant pauperes inimici Dei,& id esse cognoscant, quod in lege scriptũ est: Ego sum,qui diuitias de &c. Nam istas diuitias temporales: & in veteri scriptura etiam contemptas , & superius docui,& in innumerabilibus locis,qui legere voluerit,inueniet. Vnde est etiam illud: Melius est modicum iusto,super diuitias peccatorum multas. Et illud:Bonum mihi lex oris tui,super milia auri & argenti. Et illud:Iudicia Dei vera,iustificata in semetipsa,desiderabilia super aurum, & lapidem pręciosum multum. Et illud:Beatus vir,qui inuenit sapientiam,& immortalis,q̃ videt prudentiam. Melius est enim illam mercari,quàm auri & argenti thesauros. Pręciosior est enim lapidibus optimis. Non reſistit illi vllum malum, bene nota est omnibus appropin quantibus ei,& eis,qui considerant eam diligenter . Omne autem pręciosum,non est illi dignum. Et illud:Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus,& inuocaui,& venit in me spiritus sapientiæ. Et præposui illam regnis , & sedibus,& honestatem nihil esse dixi ad comparationem ipsius. Nec comparaui illi lapidem pręciosum, quoniam omne aurum in comparatione ipsius arena est exigua,& tanquam lutum æstimabitur argentũ ad illam. Et diuus Hieromus exponens illud Ecclesiastis,Nec prudẽtium diuitiæ,sic scribit: Quoniam non desunt diuitię,de quibus Apostolus ait:Diuites fieri in operibus bonis. Et alibi:Diuites facti estis in omni sermone,& in omni scientia. Sciendũ prudentem virum has non posse diuitias congregare,nisi eas à dño acceperit,cuius ipse diuitię sunt. De quibus & alibi dictum est:Redemptio animæ viri,propriæ diuitiæ.

Pſalm.36.c
Pſalm.18.c
Augustin.
Matth.5.a
1.Tim.6.d
1.Cori.1.a

Quid domus mystice significet. Cap. XVII.

DOmus quid mystice significet,enarrat diuus Greg.lib.viij. Moral,cap.xiiij. exponens illud Iob,Ne reuertetur vltra in domũ suam:Sicut(inquit)domus est corporis habitaculum corporale,ita vnicuiq; mente hoc domus fit, quod ex desiderio inhabitare consuerit. Ad domum igitur suam nõ reuertitur,qui descendit ad inferos,quia semel quisq; æternis supplicijs traditus,ad hoc iam vbi amore inhæserat, nullatenus reuocatur. Solet etiam domus inhabitatio cordis intelligi. Vnde sanato cuidam dicitur: Vade in domum tuam,quia nimirũ dignum est, vt peccator post veniam ad mentem suam redeat,ne iterum,quo iuste feriatur, admittat. Sed qui ad infernum,id est,desperationem descenderit, ad domum suam vlterius non ascendit,quia eum,quem desperatio obruit,à cordis sui habitaculo foras mittit,& redire retrorsus non valet,quia fusus exterius,ad deteriora quotidie impulsus,cadit. Et exponens illud Iob,Innitetur super domum suam,& non stabit:Sicut (inquit)domus exterioris conuersationis,est ædificium,quod inhabitat corpus:ita domus nostrę cogitationis,est res quęlibet,quam per dilectionem inhabitat animus. Omne quippe quod diligimus, quasi in hoc quiescentes,habitamus . Vnde Paulus,quia in supernis cor fixerat , in terra quidem positus, sed tamen à terra extraneus,dicebat:Nostra conuersatio in cœlis est. Mens itaque hypocritæ nihil aliud in omne quod agit,nisi opinionis suæ gloriã cogitat,nec curat,quo post meritum ducitur, sed quid interim dicat. Domus ergo eius,est delectatio fauoris,quã quasi quietus inha

Iob.7.b.
Marc.5.c.
Luc.9.g
Philip.3.d

tus inhabitat, quia per cuncta sua opera ad hãc se intra animum reclinat,sed stare domus hęc non valet, quia laus cum vita præterit,& humanus fauor in iudicio,nõ subsistit. Vel certe super domum suam hypocrita innitetur,quum vanis fauoribus deceptus,quasi de fiducia sanctitatis eleuatur. Sed stare domus hypocritę non valet,quia in terrore districti examinis, omnis anteacta fiducia cadet sanctitatis. Et libro trigesimoprimo cap.xxvii,exponens illud Salomonis,Diligẽter exerce agrum tuum,vt postea ædifices domum tuam: Ille quippe (ait) bene mentis domum edificat qui prius agrum corporis à spinis vitiorum purgat, ne si deteriorum sentes in carnis agro proficiãt,intus tota virtutum fabrica, fama boni operis crescente,destruatur. Et libro decimoseptimo,capite nono,exponens illud Esaiæ,Super humum populi meispinæ,& vepres ascendent,quantomagis super omnem domum gaudij ciuitatis exultantis? Humum quippe(ait) populi sui dominus electorum omnium mentem vocat, super quam spinas, ac vepres ascendere perhibet , quia nec ipsam quoq; esse absq; punctionibus vitiorum videt. Domus ergo gaudij ciuitatis exultantis,est mẽs prauorum,quæ dum ventura supplicia conspicere negligit,in carnis voluptate se deserens,inaniter hilarescit . Ait ergo,Super humũ &c. Ac si aperte dicat:Si &illorum mentem vitia deprimunt,qui se p̃ cœlestis patriæ desiderio affligunt,quibus culpis subtrati sunt,qui sine vlla formidine sese in carnis voluptate derelinquunt? Et exponens illud Iob,Perfodit in tenebris domus:Quid nanq; (inquit)hoc loco domorũ nomine,nisi cõscientia designatur,in quibus habitamus,quum tractando quid agimus? Vnde cuidam sanato dicitur: Vade in domum tuam ad tuos,&annuncia illis,quanta tibi dominus fecerit,id est,à peccati iam vitio securus, ad conscientiam reuertere,&in voce prędicatiõis excitare. In tenebris ergo errorum magistri domos perfodiunt, quia bonorum mentes exipsa eorum corrumpere aduersitate moliuntur. In tenebris domus perfodiunt,dum cor innocentium,sed tamen infirmorum deiectionis tempore pessima collocutione corrumpunt . Et libro trigesimotertio , capite xxi. exponens illud Salomonis, Sapientia ędificauit sibi domum,excidit columnas septem&c. Sapientia(inquit)domum sibi condidit,quum vnigenitus Dei filiusin semetipso intra vterum virginis , mediante anima, humanum sibicorpus creauit . Sic quippe corpus vnigeniti , domus Dei dicitur , sicut etiam templum vocatur : ita vero , vt vnus, idemque Dei , atque hominis filius sit , qui inhabitat, sit ipse,qui inhabitatur. Quod tamen recte & aliter accipitur, si domus sapientiæ, ecclesia vocatur . Quæseptem sibi columnas excidit , quia ab amore præsentis sæculi disiunctas ad portandumeiusdem ecclesiæ fabricam mentes prædicantium erexit , quæ pro eo quod perfectionis virtute subnixæ sunt , septenario numero signantur . Immolauit victimas, quia vitam prædicantium mactari in persecutione permisit . Vinum miscuit, quia diuinitatis , & humanitatis suæ nobis pariter arcana prædicauit . Mensam proposuit , quia scripturæsacræ nobis pabula aperiendo præparauit . Ancillas etiam suas misit , quæ ad arcem nos , atque ciuitatis mœnia vocarent , quia prædicatores infirmos, abiectosque habere studuit , qui fideles populos ad spiritalis patriæ ædificia superna colligerent . Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ,Iustus vt palma florebit &cæt. plantati in domo domini,in atrijs domus dei nostri florebunt: Quoniam(inquit) iustos viros electis arboribus comparauit,nunc amœnitatem , & pulchritudinem ecclesiæ catholicæ breuissima commemoratione designat , in qua dum plantatio dicitur , prædestinatio domini significatur , quia nisi quis in ea plantatus fuerit,crementum felicissimum non habebit. Considera etiam, quod plantatos in domo domini,in atrijs florere manifestat, quoniam qui in ista ecclesia per gratiam domini plantantur, in illo ingressu Hierusalem modis omnibus florebunt. Atrium enim initium dicitur mansionis , domus autem interiora membra designat , & vtrumque simul vni rei non potest conuenire. Hic enim iustus bene dicitur plantatus , qui radicibus virtutum terrenis visceribus firmiter continetur. In atrijs enim merito florebit , quoniam in illo resurrectionis initio,auditi muneris felicitate gaudebit,id est,Venite bñdicti patris mei percipite regnum,quod vobis paratum est ab origine mundi. Et exponens illud Psalmistæ, Vnam petij à domino hanc requirã,vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vitę meę: Vnam(inquit)rem petisse se dicit à domino,quam exponit inferius. Sed videamus si vnam, & non magis omnia. Calculo quidem singularis est, sed rerum vtilitate numerosa . Angusta precatio,latum præmium. Bonorum ergo mos est,domũ domini solã expetere , in qua bona oia continentur. Vt habitem in domo domini &c. Hęc est vna supplicatio,quam superius expetebat. Vt habitẽ in domo domini,vbi nihil humanũ, nihil diabolicũ certũ est ptimesci. Et hoc non paruo tempore,sed oibus diebus vitæ suæ. Quando rogo metuat, cui ois vita secura

Esai.32.a.
Iob.24.c.
Lucæ.9.g.
Prouer.9.a
Pſalm.91.c
Matth.25
Pſalm.26.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

est? Et Augustinus: Vnam (inquit) scil. petitionem petij à domino, hanc requirã, vt inhabitẽ
Psalm. 101. in domo dñi omnes dies vitæ meæ. Domus ea dicitur, vbi semper manebimus. Omnes dies
vitæ suæ non quasi finiendos sed æternos. Sic enim dicũtur dies, qũo anni, de quibus dictum
est: Et anni tui non deficient. Nam dies vitæ æternæ, vnus dies est sine occasu. Et quasi dice-
remus ei, & quid ibi facturus es? Quæ ibi delectatio tua? Vnde gaudia supperent? Vt cõtem
pler (inquit) delectationem domini: Ecce quod amo, ecce quare volo habitare in domo do-
mini p omnes dies vitæ meæ. Habet ibi magnum spectaculum, delectationẽ domini contem
plari. Vnde alio loco Psalmus dicit: Mane astabo tibi, & contemplabor te. Scribitur quoque
Psalm. 5.a alio in loco: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorũ laudabunt te. Si bea-
tus hic habeatur, cui ad tempus omnia secunda procedũt, nec aliqua aduersitate concutitur,
Psalm. 83. quid de illa beatitudine sentiamus, cui nec in qualitate, nec in perennitate quicquã simile re pe
ritur? Et Augustinus: Domum tuam si habueris, pauper es, domum dei si habueris, diues es.
Augustin. In domo tua timebis latrones, domui Dei murus ipse Deus est. Beati ergo, qui habitãt in do
mo tua. Possident Hierusalem cœlestem sine angustia, sine pressura, sine diuersitate & diuisi-
one limitum, omnes habent eam, & singuli habent totam. Magnæ illæ diuitiæ, non angu-
stat frater fratrem, nulla ibi indigentia est. In secula (inquit) seculorum laudabũt te. Hoc erit
totum negotium nostrum, sine defectu Alleluia. Securi ergo simus, non nos satiabit nisi laus
Dei. Si deficias ab amore, deficis à laude. Si autem amor sempiternus erit, quia illa insatiabi-
lis pulchritudo erit, noli timere, ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare.
Psalm. 126. Et exponens illud Psalmistæ, Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, q
ædificant eam: Domus (inquit) dei populus Dei, quia domus Dei, templum Dei. Et quid di
1. Cor. 3. d. xit Apostolus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Omnes autem fideles, qui
sunt domus dei, non solum qui modo sunt, sed & qui ante nos fuerunt, & iam dormierunt,
& qui post nos futuri sunt, vsq; in finem seculi congregati in vnum fideles innumerabiles,
2. Tim. 2. c. sed Deo numerati, de quibus dicit Apostolus: Nouit dominus qui sunt eius. Omnis ergo nu
merus fidelium sanctorum ex hominibus commutandorum, vt fiant æquales Angelis Dei,
adiuncti etiam ipsis Angelis, qui modo non peregrinantur, sed expectant nos, quando à pe
regrinatione redeamus, omnes simul vnam domum Dei faciunt. Nisi ergo dominus ædifi-
cauerit domum, in vanum laborauerunt ædificantes eam, id est, omnes, qui in ecclesia prædi
cant verbum Dei, ministri sacramentorum Dei. Sed dominus ipse ædificat, ipse monet ipse
terret, ipse intellectum aperit, ipse ad fidem applicat sensum populi. Domum ergo Dei do-
minus Iesus Christus ædificat intus, prædicatores loquuntur foris.

Quid dormire mystice significet. Caput XVIII.

Iob. 4. c. DOrmire quid mystice significet, diuus Greg. lib. Moral. v. cap. xxi. exponẽs illud Iob,
Qñ solet sopor occupare hoies, hoc modo declarat, dicens: Quisquis ea q̃ mũdi sunt,
agere appetit, quasi vigilat: quisquis vero internã quietem q̃rens, huius mũdi strepitũ fugit,
velut obdormiscit. Sed prius sciẽdum est, qa in scriptura sacra figurate positus tribus modis
somnus accipit. Aliqñ enim somno mors carnis exprimit, sicut Paulus ait: Nolo vos igno-
1. Thess. 4. d rare fratres de dormientibus. Et paulo post: Ita & Deus eos qui dormierũt per Iesum, adduc-
Roma. 13. c cet cum eo. Somno rursum, torpor negligentiæ designatur, sicut ab eodem Paulo dicitur:
2. Cor. 15. g Hora est iã nos de somno surgere. Et rursum: Euigilate iusti, & nolite peccare. Somno q̃q
Cant. 5. a. carnis (calcatis desideriis) quies vitæ figuratur, sicut sponsi voce in Canticis Canticorum di-
citur: Ego dormio, & cor meum vigilat, qui videlicet sancta mens, quo se à strepitu tempora
lis concupiscentiæ comprimit eo verius interna cognoscit, & tanto alacrius ad intima vigi
lat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Quod bene per Iacob in itinere dormien
tem figuratur, qui ad caput lapidem posuit, & obdormiuit, à terra scalam cœlo inhærentem,
innixum scalæ Deum, ascendentes quoque, & descendentes angelos vidit. In itinere quippe
dormire, est in hoc p̃sentis vitæ trãsitu, à rerũ temporaliũ amore q̃escere. In itinere dormire
Gene. 3. a est in dierum labentium cursu ab appetitu visibilium mẽtis oculos claudere, quos primis ho
minibus seductor aperuit, qui dixit: Scit enim Deus, quod in quocunq; die comederitis ex eo,
aperientur oculi vestri. Vnde & paulo post subditur: Tulit quoq; de fructu illius, & dedit vi
ro suo, & comedit, & aperti sunt oculi amborũ. Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit,
quos innocentia clausos tenebat. Angelos vero ascendentes, & descendẽtes cernere, est cives
supernæ patriæ contemplari, vel quanto amore autori suo super semetipsas inhæreant, vel
quanta compassione charitatis, nostris infirmitatibus condescendant. Et notandum est valde,
q̃ ille dormiens Angelos conspicit, qui in lapide caput ponit, quia nimirum ipse ab exte-
rioribus

terioribus operibus cessans interna penetrat, qui intenta mente, quod principale est homi-
nis, imitationem sui redemptoris obseruat. Caput quippe in lapide ponere, est mentẽ Chri
sto inhærere. Qui enim à præsentis vitæ actione remoti sunt, sed ad superna nullo amo-
re rapiuntur, dormire possunt, sed videre angelos nequaquam possunt, qui caput in lapide
tenere contemnunt. Sunt nanq; nonnulli qui mundi actiones fugiunt, sed nullis virtutibus
exercentur. Hi nimirum torpore, non studio dormiunt, & idcirco interna non conspiciunt,
quia caput non in lapide, sed in terra posuerunt. Quibus plerunq; contingit, vt quanto se-
curius ab externis actionibus cessant, tanto latius immundæ in se cogitatiõis strepitum per
ocium congerant. Vnde sub Iudææ specie per prophetam, torpens ocio anima deflet, quã
dicitur: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Præcepto etenim legis ab exteri
ri opere in sabbato cessatur. Hostes ergo sabbata vidẽtes, irridentes, quũ maligni spiritus, ipso
vacationis ocio, ad cogitationes illicitas pertrahũt, vt vnaquæq; anima, quo remota ab ex-
ternis actionibus seruire Deo creditur eo magis eorum tyrannidi, illicita cogitando, famule-
tur. Sancti autem viri, qui à mundi operibus non torpore sed virtute sopiuntur, laboriosius
dormiunt, q̃ vigilare potuerunt, quia in eo q; actiones huius seculi deserentes superant, ro bu
sto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiã torpeat, ne sub-
acta ocio, ad desideria immũda frigescat, ne ipsis desideriis bonis plus iusto inferueat, ne sub
discretionis specie, sibimet parcendo, à perfectione langueſcat. Et diuus Hieronymus expo
nens illud Zachariæ, Et suscitauit me quasi virum, qui suscitatur de somno suo: Prouerbiorũ Zach. 4. e
Salomonis (inquit) testimonium est: Si sederis, absque timore eris. Si autem dormieris, dulci-
ter dormies, & non timebis terrorem superuenientem tibi, nec impetus impiorum ingruen
tes. Qui hoc somno dormierit, & audierit dictum de se, quod scriptum de Lazaro legimus: Iohan. 11. b
Si dormit, saluus erit, poterit cantare cum sponsa: Ego dormio, & cor meum vigilat. Et in Cant. 5. a.
epistola ad Minerium, & Alexandrum, exponens illud Apostoli: Omnes quidem dormie-
mus &c. hoc modo scribit: Quæritis quo sensu dictum sit, & quomodo in prima ad Corin- 1. Cor. 15. g
thios epistola Pauli sit legendum: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immuta
bimur, an iuxta quẽdam exemplaria, non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur.
Vtrunque enim in Græcis codicibus inuenitur. Super quo Theodorus Heracleotes, quæ
vrbs olim Perinthus vocabatur, in commentariolis Apostoli, sic locutus est: Omnes quidẽ
non dormiemus, omnes autem immutabimur. Enoch enim, & Helias, mortis necessitate su
perata, ita vt erant in corporibus, de terrena conuersatione, ad cœlestia regna translati sunt.
Vnde sancti, qui die consummationis, atque iudicij in corporibus reperiendi sunt cum aljs
sanctis, qui ex mortuis resurrecturi sunt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aera & nõ
gustabunt mortem, eruntq; semper cum domino grauissima morti, necessitate calcata. Vn
de ait Apostolus: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur. Quia enim
ex mortuis resurrexerint & in nubibus viuentes rapti fuerint, transibunt ad incorruptionẽ,
& à mortalitate in immortalitatem mutabuntur, non in tempore, non saltem in breui spa-
cio, sed in atomo, & in puncto temporis, atque momẽto, quo palpebra oculi moueri potest,
in nouissima tuba. Tanta enim fiet celeritate resurrectio mortuorum, vt viui, quos in corpo
ribus suis consummationis tempus inuenerit, mortuos de inferis resurgentes præuenire nõ
valeant. Quod manifeste Paulus differens, ait: Canet enim tuba, & mortui resurgent incor
rupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile istud induere incorruptionem, &
mortale hoc induere immortalitatem, vt possit in vtramq; partem, vel in pœnis, vel in cœ-
lorum regno manere perpetuo. Diodorus Tarsensis episcopus præterito hoc capitulo, in
consequentibus breuiter annotauit in eo, quod scriptum est: Et mortui resurgent incorru-
pti, & nos immutabimur: Si (inquit) incorrupti resurgent mortui, haud dubium, quin & ipsi
ad meliora mutati, quid necesse fuit dicere, Et nos immutabimur? An hoc voluit intelli-
gi, quod incorruptio communis sit omnium, immutatio autem proprie iustorum, dum non
solum incorruptionem, & immortalitatem, sed & gloriam cõsequuntur? Apollinarius licet
aljs verbis, eadem quæ Theodorus asseruit, quosdam non esse morituros, & de præsenti vi-
ta rapiendos in futuram, vt mutatis, glorificatisq; corporibus sint cum Christo. Quod nũc
de Enoch & Helia credimus. Didymus non pedibus, sed verbis in Origenis transiens sen-
tentiam, cõtraria via graditur: Ecce mysterium vobis loquor. Omnes quidem dormiemus,
non omnes autem immutabimur. Quod ita differt. Si non indigeret resurrectio interpre
te, nec obscuritatem haberet in sensibus, nunquam Paulus post multa, quæ de resurrectione
locutus est, intulisset, Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem dormiemus, id est, morie-
mur, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur,non omnes autẽ,sed soli sancti immutabimur. Et scio ꝙ in nonnullis codicibus scriptũ sit:Non quidem oẽs dormiemus,oẽs autem immutabimur.Sed considerandũ,an ei quod ꝓmissum est,Omnes immutabimur,possit conuenire cum eo ꝙ sequitur:Mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur.Si enim oẽs immutabuntur,& hoc cõmune cũ cæteris est, superfluum fuit dicere,Et nos immutabimur.Quãobrem ita legendum est: Oẽs quidẽ dormiemus,non autẽ omnes immutabimur.Si enim in Adã omnes moriuntur,& in morte dormitio est,omnes ergo dormiemus,siue moriemur. Dormit autẽ iuxta idioma scripturarũ, qui mortuus est spe resurrectionis futurę.Omnisq; qui dormit,vtiq; expergiscitur.si tamen non vis mortis eum oppresserit,& mors somno fuerit copulata. Quumq; omnes ita dormierint lege naturæ,soli sancti & corpore,& anima in melius mutabuntur,ita vt incorruptio omnium resurgentium sit,gloria autem atq; muttatio proprie sanctorum.Quodq; sequitur iuxta Græcos,en atomo,en ripe,siue en rope ophtalmu,vtrũq; enim legitur,& nostri interpretati sunt,in momento,& in ictu,siue in motu oculi,idem Didymus ita explanauit,iunctæ simul omnium resurrectione,rapientur obuiam Christo:sed hi, quos mors dissoluerit,quæ ꝓsens sermo significat.Quando enim dicit in puncto temporis,& in motu oculi, atq; momento,futuram oim resurrectionem,cunctam primæ,& secundæ resurrectionis excludit fabulam,vt alij primi,alij nouissimi resurrecturi esse credantur. Atomus aũt punctum rẽporis est quod secari,& diuidi non potest. Vnde & Epicurus ex suis atomis mũdum struit & vniuersa conformat.Ictusq; oculi,siue motus,qui Græce dicitur rope,tanta velocitate transeunt,vt pene sensum vidẽtis effugiat.Verũ quia in pleriscq; codicibus pro ropi.i.ictu,vel motu,ripi legit hoc sentire debemus,ꝙ quõ leuis pluma,vel stipula,aut tenue siccumq; folium, vento,flatuq; raptatur,& de terra ad sublime transfertur:sic ad ictum oculi,& ad nutum dei oim mortuorum corpora mouebunt,parata ad aduentum iudicis. Quodq; iungit & dicit. In nouissima tuba,canet enim tuba,& mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem,& mortale hoc induere immortalitatem,duplicem habet intelligentiã,vt clangor tubæ,aut vocis indicet magnitudinẽ iuxta illud quod scriptum est:Sicut tuba exalta vocem tuam,aut apertã omniũ resurrectionem,iuxta illud,quod in euangelio legimus: Tu autem quando facis elemosynam,noli tuba canere ante te,hoc est,absconditefac misericordiam,& in secreto,ne videaris de alterius miseria gloriari.Quærimus autem cur ad nouissimam tubã mortuos scripserit resurrecturos.Quando enim nouissima dicitur,vtiq; aliæ ꝓcesserunt.In Apocalypsi Ioannis septem describũtur angeli cum tubis,& vnoquoq; clangente,primo videlicet secundo & tertio, quarto & quinto,& sexto, quid per singulos actum sit,indicatur.Nouissimo autem,id est,septimo claro tubæ strepitu personante,mortui suscitantur,corpora quę prius habuerant corruptilia,incorrupta recipientes. Vnde post nouissimam tubam exponit Apostolus quid sequat: Canet enim tuba,& mortui resurgent incorrupti,nos autem immutabimur. Quando dicit nos, aliumse,& eos qui secum sunt, præter mortuos esse significat. Ad quod intelligendum sunt quidam dicant mortuos,qui resurgant incorrupti,esse corpora mortuorum:eos autem qui dicãtur esse mutãdi,animas debere accipi, quando in maiorem gloriam fuerint commutatæ,& perueneriut in virum perfectum,in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Alij vero asserunt, mortuos debere intelligi peccatores,qui resurgent incorrupti, vt possint æterna sustinere supplicia:eos autem qui commutantur, esse sanctos,qui de virtute in virtutem & de gloria transferuntur in gloriam. Vnde & ad incorruptionem mortuorum intulit: Oportet enim corruptiuũ hoc induere incorruptionem. Ad id autem, quod dixerat, Nos immutabimur, illud adiunxit. Et mortale hoc induet immortalitatẽ. Aliud est enim immortalitas,aliud incorruptio,sicut aliud mortale,& aliud corruptiuum. Quicquid autem mortale est & corruptiuum est:sed non quod corruptiuum, statim & mortale. Corruptiua quippe sunt corpora,quæ carent anima,& tamen non sunt mortalia,quia nunquam habuere vitã quæ proprie animantium est.Vnde signanter Apostolus,corruptioni incorruptionem,& mortalitati immortalitatem,resurrectionis futuram tempore copulauit.

Idem Hieronymus in eadem epistola de eadem materia. Cap. XIX.

ACacius Cæsareæ, q̃ prius turris Stratonis vocabatur,post Eusebiũ Pamphili,episcopus, in quarto syllecton zetematon(id est, Collectiuarũ q̃stionum libro) ꝓponẽs sibi hanc eandem q̃stionem latius disputauit & vtrunq; suscipiens,q̃d inter se videtur esse cõtrarium, post principium,q̃d omisimus,sic locutus est:Dicamus primũ de eo, q̃d magis in plurimis codicibus inuenitur,Ecce mysterium dico vobis,Oẽs quidem dormiemus,non omnes autem immutabimur.Mysteriũ dixit,vt attentos faceret auditores,de resurrectione plenius differturus.Dormitio aũt,mortem istam,q̃ communis est omniũ,significat. Vnde rectissime posuit ꝙ omnes dormiamus,id est moriamur,sicut supra dixit: Quomodo in Adam oẽs moriuntur,sic & in Christo omnes viuificabuntur. Quum ergo omnes morituri sint,audite sacramenta,q̃ dico. Omnes quidem moriemur,sed nõ omnes immutabimur. Canet enim tuba (haud dubium quin angelus septimus) & mortui resurgent incorrupti.Si autem incorrupti erunt mortui, quomodo non mutabuntur, quum incorruptio ipsa,mutatio sit? Sed hic Apoc.8.b. communtatio,qua Pauus mutandus,& sancti sunt,glorificatio intelligitur. Incorruptio autẽ ideirco communis est omniũ,quia in eo mirabiliores erunt peccatores,vt ad tormenta perpetui sint,& non mortali,& corruptibili corpore dissoluantur. Legimus in eadem epistola, Apostolo differente sacratam diuersitatem resurrectionis non in natura corporũ,sed in varietate glorię,dum alij resurgũt ad pœnas perpetuas,alij ad gloriam sempiternam. Alia cẽ caro volatilium,alia piscium,alia iumentorum & corpora cœlestia,& corpora terrestria. Sic (inquit)erit & resurrectio mortuorũ.Cui sententiæ magis acquiescit ecclesia,vt oẽs communi morte moriantur,& non omnes mutentur in gloriã,iuxta illud quod Daniel scribit: Dani.12.a. Multi dormientes in terræ puluere,resurgent,alij in gloriam æternam,alij in confusionem, & opprobrium sempiternum.Qui enim resurgent in opprobrium,& confusionem sempiternam,non resurgent in æternã gloriam,in quã Paulus,& qui cũ eo sunt mutabũtur.Quę quum ita se habeant,& sic intellecta sint à nobis,corũ tantũ cõmutationem suscipere,qui resurgent in gloriam:peccatorum aũt,& infidelium,qui mortui appellantur,& resurgent incorrupti,nequaq̃ commutationem, sed pœnas perpetuas esse dicendas. Transeamus ad secũdam lectionem,q̃ ita fertur in pleriscq; codicibus:Non quidem oẽs dormiemus,omnes aũt immutabimur.Ex qua nonnulli asserunt multos viuos in corporibus reperiendos, & si nõ dormiant omnes,non omnes esse morituros:si autem non moriantur omnes, non omnes resurrecturos.Resurgere enim proprie dicitur,qui prius moriendo cecidit.Vnde Paulũ voluntem domini non puememus eos,qui dormiunt,quoniam ipse dñs in iussu,& voce Archangeli,& in tuba dei descendet de cœlo,& mortui in Christo resurgent primum,deinde nos, qui viuimus,qui residui sumus,simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus.Et ex his dictis probare conantur apostolũ Paulum,et q cũ eo scribebant epistolã,putasse se nõ esse morituros,sed reperiẽdos in die cõsummatiõis in corpore.Quod si verum est,errauit Paulus,& humana æstimatione deceptus est,vt arbitraretur se inueniendum in corpore,quod falsum esse rerum exitus approbauit.Hoc intellexerant& ipsi Thessalonicenses,sacramenta sermonis mystici nescientes,& conecturis varijs fluctuabant,dicebantq;:Si Paulus inueniẽdus in corpore est,proximus est dies iudicij. Vnde corrigit eos,secundam epistolam scribens: Rogamus vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi,& nostri congregationem in ipsum,vt non cito moueamini mente,nec terreamini,neq; per spiritum,neq; per verbum,neq; per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies domini.Ne quis vos seducat vllo modo,quoniam nisi discessio venerit primum,& reuelatus fuerit homo peccati,filius perditionis,qui aduersatur,& extollitur super omne quod dicitur Deus,aut quod colitur,ita vt in templo dei sedeat, ostendens se, tanquã sit Deus.Non meministis,ꝙ quum apud vos essem adhuc,hæc dicebam vobis? Quibus dictis,hocagit,vt eos reuocet ab errore,ne putent diem appropinquare iudicij & id quod scripserat:Nos qui viuimus &c.aliter intelligant,quàm intelligi voluit ipse,qui scripsit. Neque enim fieri potest,vt qui ad Timotheum scripserat:Ego enim iam delibor,& tempus resolutionis meæ instat,putaret se in carne perpetuum & nunquam esse moriturum,& de vita terrena statim ad regna cœlestia transiturum, præsertim quum ad Romanos scribens, eadem dixerit:Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ad Corinthios:Habitantes in corpore peregrinamur à domino. Magis autem volumus exire de corpore, & esse cum domino. Qui hæc dicebat,nouerat vtiq; se esse moriturũ. Melius est igitur spiritualiter sentire, quod scriptum est & dormitionem in præsenti loco non mortem accipere,per quam anima à corpore separat,sed peccatũ post fidẽ,& offensam dei,dormitionẽq; post baptismũ de qua & ad Corinthios loquebatur:Et ideo inter vos multi infirmi sunt,& dormiunt plurimi.Et in alio loco:Ergo & qui dormierunt in Christo perierunt,qui quũ mortui sint,non sunt perpetua morte perituri,quia non in mortali crimine continentur,sed leui,modicoq; peccato. Quod & alius sanctus vitare cupiens,loquebatur:Ne forte obdormiam in morte. Est enim somnus

Rom.9.d.

2.Tim.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

somnus peccati, qui ducit ad mortem, & est alia delicti dormitio, quę morte non stringitur.
Iohan. 14. Coloss 3.2. Qui ergo vixerit ea vita, q̃ dicit: Ego sum vita (etenim vita nostra abscondita est cum Christo in Deo) & nunquam ab ea fuerit separatus, nec ad mortem vsq; peccauerit, iste de viuentibus, & semper viuentibus esse dicitur, de quibus & saluator in euangelio Ioānis mystico sermone testatur: Qui credit in me, non morietur. Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in ęternum. Vnde & Apostolus, domini sui calcans vestigia, ea docuit discipulos, quæ didicit à magistro: Omnes itaq; non dormiemus. Qui enim omni custodia seruat cor suum, & ad Christi p̃cepta vigilat, mandatiq; ejus memor est, dicentis: Vigilate, quia nescitis qua hora fur veniet. Et in alio loco: Ne dederis somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, vt saluus fias, quasi caprea de vinculis, & quasi auis de laqueis, iste non dormiet. Quum igitur quidam non dormiant, qui semper in Christo viuunt, & vigilant, sequitur, vt nequaquam omnes dormiant, & econtrario omnes immutentur, non immutatione gloriæ, quæ proprie debetur sanctis, sed ea immutatione, qua corruptiuum hoc, incorruptiuum efficitur, vt vel pœnas, vel p̃mia recipiat sempiterna. Quod & si dormierit aliquis in Christo, & negligentię somno obdormierit, debet audire quod scriptum est: Nunquid qui dormit, nō resurget? Qui vero non dormit, sed vigilat, & semper viuit in Christo, de vita ad vitā tranfiet, siue rapietur in nubibus, vt semper cum dño sit. De istiusmodi dormientibus Lazarus erat, de quo dominus ait: Lazarus amicus noster dormit. Et de hoc dormiente dicebat ad Martha: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Qui enim tota mente in Christo confidit, etiam si, vt homo lapsus, mortuus fuerit in peccato, fide sua viuit in perpetuum. Alioquin mors ista communis, & credentibus & non credentibus debetur æqualiter, & omnes pariter resurrecturi sunt, alij in confusionem ęternam, alij ex eo quod credunt in sempiternam vitam. Et sic stare potest, vt q̃ credit in Christo, quomodo non moriatur, & etiā si mortuus fuerit, non viuit, viuat in perpetuū. Quod iuxta corporalem mortem, excepto Enoch, & Elia, nulli contigisse, perspicuum est. Qui autem fidei magnitudine semper viuunt in Christo, non dormient, neque morientur, sed imitatores erunt vitæ Apostolicę, qui absq; vlla culpa vixerunt in lege iusticię, & ad fidē dñi transeūtes, credentesq; in eū, qui vita vocat, & resurrectio, nunq̃ dormire, nunq̃ mortui sunt. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Sicut igitur anima, q̃ peccat, viuente corpore, mortua est, & eadem die, qua peccauerit, dormit in morte, dicente Ecclesiaste: Qui peccauerit, mortuus est extunc: sic anima, quæ Christi præcepta seruauerit, etiam si corpus mortuum fuerit, viuet in æternum. Hoc autem sciendum, quod magis conueniat veritati, ita legere: Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur, maxime quia legitur: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes sunt immutandi, ex alteram lectionem, quomodo postea dicitur, quasi p̃cipuum, atq; priuatū, & proprie apostolorum, & nos immutabimur? Quando autem dicit, Nos, sanctos quosq; significat.

Idem Hieronymus de eadem materia. Caput XX.

QVæritis (inquit) quomodo intelligendum sit illud, quod in prima ad Thessalonicenses epistola scribitur: Hoc enim vobis dicimus in verbo domini &c. vsq; Cū dominus erimus. Super quo, quamuis superior Acacij disputatio plenius ventilarit, tamen dicendū est quid videatur alijs, Theodorus videlicet, Apollinario, & Diodoro, qui vnam sequuntur sententiam, quorum Diodoro hæc scripsit. Residuos, atque viuentes, Paulus Apostolus vocat, non quo velit intelligi & se, & alios resurrectionis tempore reperiendos, sed. Nos, dixit, pro eo quod est, iustos, de quorum & ego sum numero. Ipsi enim rapientur obuiam Christo, & non peccatores. Viuentes autem non iuxta tropologiam, sanctos accipimus, qui peccato non mortui sunt, sed omnes, quos in corpore aduenies Christus inuenerit. Quodque sequitur, Non p̃ueniemus eos, qui dormierunt, nequaquam ad peccatores referre debemus. Neque enim peccatores cum iustis rapientur obuiam Christo, sed eos, quos mors dissoluerit. Verum quia ista perquiro, & apostolicis dictis calumniam facio, quum ipse manifestissime scribat: Quos fidui sumus in aduentu domini? Qui sint autē residui, verbis dicimus saluatoris: Sicut in diebus Noe ducebant vxores, & nubebant, & repente venit diluuium, & tulit oēs, sic erit aduentus filij hominis. Quibus sermonibus approbatur, in fine mūdi multos viuos, & adhuc in corporibus reperiendos. Sequitur: In iussu &c. Et hoc rursum saluator loquitur in euangelio: Media autem nocte sponsus venit, qui vtiq; viuentes in corpore deprehendet, quando
Mat. 24. d duo erunt in lectulo vno, vnus assumetur, & alius relinquetur, & duę molentes, vna assumetur, & alia relinquetur. Quibus dictis, ostenditur, medio noctis, securis oēbus, cōsummationem mun-

nem mundi esse venturam. Origenes in tertio volumine exegematicon (id est, enarratoriorum, ab exegume, id est, enarro, sic enim vocat commentarios, in quibus explicat scripturam sacram) epistolæ Pauli ad Thessalonicenses primæ, post multa, quæ vario prudentique sermone disseruit, hæc intulit, de quibus nulli dubium est, & Acacium pleraque libasse. Quid est ergo quod scribunt Thessalonicensibus, in verbo Dei Paulus, & Syluanus, & Timotheus? Nos qui viuimus &c. Qui sunt isti viuentes, qui loquuntur talia? Vtique Paulus, non ab hominibus, nec per homines Apostolus & charissimus eius filius in fide Timotheus, & Siluanus, qui illis erat & affectione, & virtutibus copulatus. Et hoc nō solū illi, sed quicūq; Pauli & scientia, & conuersatione similis est, dicere potest: Nos qui viuimus, quorum corpus mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustitiam, & quorum mortificata sunt membra super terram, ita vt nequaquam concupiscat caro contra spiritum. Si enim ad huc desiderat caro, viuit, & quia viuit, desiderat, & non sunt mortificata membra illius super terram. Quod si mortificata sunt nequaquam contra spiritum concupiscunt, quæ mortificatione sui huiusmodi desiderium perdiderunt. Sicut igitur qui vita caruere præsenti, & ad meliora trans lati sunt, magis viuunt, depositio mortis corpore, & vitiorum omnium incentiuis sic q̃ mortificationem Iesu in corpore suo circunferunt, nequaquam viuunt iuxta carnem, sed iuxta spiritum, viuunt in eo, qui vita est, & viuit in eis Christus, de quo scriptum est: Viuens est sermo Dei, & efficax, qui est Dei virtus, Deiq; sapiētia. Viuunt eñ in quibus viuit virtus Dei omni humana fragilitate depositā, & in quibus viuit sapientia, quæ abscondita est in Deo & in quibus operatur iusticia. Christus enim factus est nobis non solum iusticia ex Deo, sed & sapientia, & omne quod virtus est. Et si quidem in præsenti loco se à dormientibus, & in Christo mortuis, qui hanc scribunt epistolā, separarent, videbatur superflua annotatio, & ex vno loco assumptum testimonium, non valeret. Nunc vero eodem sensu, quia & eodem spiritu, in prima ad Corinthios loquitur: Omnes non dormiemus, omnes autem immutabimur, in momento &c. Hoc quod in præsenti loco scriptum est: In tuba Dei descendet de cœlo, compara illi, quod ad Corinthios dicitur, In nouissima tuba. Canet enim tuba & cę. Illi autem, quod ad Thessalonicēses legitur: Et mortui in Christo resurgent primi, hoc quod ad Corinthios scriptum est, & mortui resurgent incorrupti. Porro quod sequitur: Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, illi respondet: Et nos immutabimur, quorum vtrunq; sic intelligi potest: Nos q̃ viuimus, qui residui sumus in aduentu domini non in morte, sed in vita q̃ sto

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum quomodo primum dormientes appellauerit, deinde in Christo mortuos, quos viuentes præuenire non poterunt. Qui enim non custodierit hoc quod scriptum est: Ne dederis somnum oculis tuis, neq; palpebris tuis dormitationem, vt saluus fias, sicut caprea de viculis, & sicut auis de laqueis, dormiet, & culpabili sopore torpescet. Quumq; dormierit, transibit in mortem. Sicut enim mouetur, qui vigilat, sic qui dormit, iacet immotus, & mortis torpet similitudine. Quod autem dormitionem sequatur mors, & prima ad Corinthios epistola docere nos poterit, in qua ita scriptum est: Nunc autem Christus surrexit ex mortuis, primitiæ dormientium, quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et post paulum: Non omnes dormiemus, sed oēs immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Quū ergo hæc de dormitione dicantur, & morte, & illud legamus in Apostolo: Surge qui dormis, & exurge de mortuis, & illuminabit te Christus, iuremus dño, & vorū faciamus Deo Iacob, vnusquisque dicens in corde suo: Si ascendam super stratum meum, si dedero somnū oculis meis & palpebris meis dormitationem, donec inueniā locū dño, haud dubium, qn in anima sua tabernaculum Deo Iacob, vt Deus in illo æterna sede requiescat.

Psalm. 131. a

Idem Hieronymus in eadem epistola. Cap. XXI.

SEqtur: Quia ipse dominus in iussu, & reliqua. Descendet em̄ missus a patre, non diuersitate virtutis, sed dispensatione iudicis, & descendet ad eos, qui deorsum sunt, verbum Dei, & sapientia, & veritas, atq; iustitia. Et quanquam mortui sint ad quos dignatur descendere, non tamen sunt ab eo alieni. Mortui em̄ vocātur in Christo. Qui autem viuunt, hoc habent priuilegium, quod eligantur é pluribus. Attamen vtrunque agmen & mortuorū in Christo, & viuentium, rapientur pariter in nubibus obuiam Christo, vt non cum expectēt donec ad terrena descendat, sed præsentia illius, & contubernio in sublimibus perfruantur. Quantæq; clementiæ Christi vt pro salute nostra non solum caro factus sit, sed ad mortuos vsque descenderit, & in ipla morte habeat signa viuentium. Aqua enim, & sanguis de latere eius egressa sunt. Descendit igitur sermo diuinus voce Archangeli præcedente & præparante sibi viā iis, qui eius possunt ferre præsentiā. Quod, vt queamus intelligere, primi aduentus mysteria cognoscamus. Scriptum est de Ioanne, qui præcursor eius fuit, qin eremo dixerit. Ego vox clamantis in deserto, & reliqua. Quid clamauit vox in deserto? Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Ob quod præmium, quamve mercedem? Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei, hoc autem ideo, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nunc autem nequaquam vox prophetæ in deserto erit, sed vox Archangeli parantis vias non in carnis humilitate venienti sed ei, qui est apud patrem verbum, Deus. & tunc quidem egrediebātur in desertum, vt audirent assumpti hominis præcursorem, & viderent arundinem vento agitatam, de qua factæ sunt tibiæ, & vocalis calamus, qui in ore puerorum dulcisonat modulamine, canentium in plateis, atque dicentium: Cantauimus vobis & non saltastis. Nunc autem in voce Archangeli præcedentis dominum descendentem de cœlis, & in clarissima tuba, vnusquisq; credentium, vel ad prelium, vel ad sacerdotalia ministeria prouocantur. Legimus in Numerorum libro sacratas Deo tubas, quæ ante hostias personent. Sin autem magna est vox Angeli, & tubæ & Archangeli, quanto maior erit tubæ Dei, quæ parat vias primum dormientium, & mortuorum in Christo, deinde eorum, qui viuūt, & reliquntur, & in præsentia Dei reseruantur. Videamus quid possit intelligi, & id quod sequitur: Simul cum illis rapiemur. Quo verbo ostendi puto, subitum ad meliora transcensum, & idcirco raptum se voluisse dicere, vt velocitas transeuntis sensum cogitantis excederet. Quod & in alio loco eiusdem verbi proprietate signauit: Scio hominem in Christo ante annos quatordecim, siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptum istiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, quia raptus est in paradisum, & audiuit verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Alij enim proficientes, & (vt ita dicam) gradientes ad maiora crescebant, donec fierent tanta id, quod scriptum est: Magni valde nimis, & quosdam in cœlum assumptos legimus. Paulus autem vas electionis intertium cœlum raptus, ascendit, & idcirco audiuit verba ineffabilia. Quomodo autem hi, qui rapiuntur in nubibus, rapiantur obuiam Christo, diligentius contemplandum est. Scimus nubes prophetas, quibus præcepit Deus, ne pluerent sup̄ Israel imbrem,

Matth. 5. b.
Luce. 7. c
Nume. 10. a

Iohan. 19. f

Iohan. 1. c

Iohan. 2. b.

2 Cor. 12. a

Gene 26. c
4. Reg. 2. b

ibrem, quando impleuerunt mensuram patrum suorum, & facta est lex, & prophetæ, vsque ad Ioannem Baptistam. Et quia deus in ecclesia posuit primum Apostolos, secundo prophetas, non solum prophetæ, sed & Apostoli nubes intelligendi sunt. Si quis igitur rapitur ad Christum, ascendit super nubes legis, & euangelij, super prophetas, & Apostolos, & assumptis alis columbæ, eorumq; doctrina ad excelsa sublatus, accurrit, non deorsum sed in aere, & spiritali intelligentia scripturarum. Occurrens autem in spiritualibus, & terrena dimittens, siue ille sit dormiens, siue in Christo mortuus, siue viuens, & in illus præsentiam reseruatus, semper cum illo erit, & perfruetur verbo Dei, & sapientia, veritate, atque iustitia. Et in fine dicti capitis, hoc pacto concludit: Illud autem breuiter in fine commoneo, hoc quod in latinis codicibus legitur: Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, in Græcis voluminibus non haberi, sed vel, Omnes dormiemus, nō autem omnes immutabimur, vel, Nō omnes dormiemus, omnes autem immutabimur, quorum quis sensus, sit, supra diximus.

Matth. 23. d
Mar. 12. b.

De eadem materia, idem Hieronymus alio in loco, & Augustinus.

Cap. XXII.

HIeronymus quoque ad Marcellam, hoc pacto scribit: Tertio interrogaueras, quod dicit Apostolus in aduentu domini saluatoris, rapi quosdam viuentes obuiam in nubibus, ita vt non præueniantur ab his, qui in Christo dormierunt, visq; nosse, vtrum sic occurant in corporibus, & non ante moriantur, quum & dominus noster mortuus sit, & Enoch, atq; Elias, secundum Apocalypsim Ioannis morituri esse dicantur, ne scilicet vllus sit, qui non gustauerit mortem. Hoc ex ipsius loci continentia sciri potest, quod sancti, qui in aduentu saluatoris fuerint deprehensi in corpore, in ijsdem corporibus occurrant eisita tamen, vt inglorijs, & corruptiuū, & mortale, gloria, & incorruptione, & immortalitate mutetur, vt qualia corpora sut rectura sint, in talem substantiam etiam viuorum corpora transformentur. Vnde dicit in alio loco Apostolus: Propter quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale hoc a vita, ne scilicet, corpus ab anima deseratur, sed anima habitante in corpore, fiat inclytum, quod ante inglorium fuit. De Enoch autem & Elia quos venturos Apocalypsis refert, & esse morituros, non est istius temporis disputatio, quum omnis ille liber, aut spiritualibus acquiescendum sit, vt rursum ædificetur Hierusalem & hostiæ offerantur, in templo, & spirituali cultu imminuto, carnales obtineāt ceremoniæ. Diuus autē August. lib. de ciuitate Dei vigesimo, cap. xx. hoc pacto scribit: Sed hic Apostolus tacuit de resurrectiōe mortuorū. Ad eosdem autē scribens in epistola prima: Nolumus (inquit) ignorare vos fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi, quia nos viuentes, qui reliqui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui ante dormierunt, quoniam ipse dñs in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgēt primo. Deinde nos viuentes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Hæc verba apostolica resurrectionem mortuorum futuram, quando veniet dominus Christus, vtiq; ad viuos, & mortuos iudicandos, præclarissime ostendūt. Sed quæri solet, vtrum illi, quos hic viuentes inuenturus est Christus, quorum personam in se, atq; illos, q tūc secū viuebant, transfigurabat Apostolus, nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto, quo cum resurgentibus rapientur in nubibus obuiam Christo in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt. Neq; em̄ dicendum est, fieri nō posse, vt dū per aera in sublime portantur in illo spacio, & moriantur, & reuiuiscant. Quod em̄ ait: Et ita semper cum domino erimus, non sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum domino esse mansuros, quia neque ipse vtiq; ibi manebit, qua veniens, transiturus est. Venienti quippe ibitur obuiam non manenti, sed ita cū domino erimus, id est, sic erimus semper habentes corpora sempiterna, vbicunq; cum illo fuerimus. Ad hunc autem sensum, quo existimamus etiam illos, quos hic viuos inuenturus est dominus, in ipso paruo spacio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatem, ipse Apostolus nos videtur vrgere, vbi dicit: In Christo omnes viuificabuntur, quum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporum dicat: Tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Quomodo igitur, quos viuentes hic Christus inueniet, per immortalitatē in illo viuificabuntur, & si non moriantur, quum videamus propter hoc esse dictum, Tu q̄ seminas, non viuificat nisi prius moriatur? Aut si recte nō dicimus seminari, nisi ea corpora hominum, quæ moriēdo q̄

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo reuertuntur in terram, ficut se habet etiam illa, in transgressorem patrem generis humani, diuinitus prolata sententia: Terra es, & in terram ibis: fatendum est istos, quos non-
Gene. 3.d. dum de corporibus egressos, quum veniet CHRISTVS, inueniet, & in istis verbis Apostoli & illis de Genesi, non teneri, quoniam sursum in nubibus rapti, non vtiq; seminantur, quia nec eunt in terram, nec redeunt, siue nullã prorsus experiantur mortẽ, siue paulum in aere moriantur. Sed aliud rursus occurrit, quod idem dixit Apostolus, quum de resurrectione corporum ad Corinthios loqueretur: Omnes resurgemus, vel sicut alij codices habent: Omnes dormiemus. Quum ergo nec resurrectio fieri possit, nisi mors præcesserit, nec dormitionẽ possimus illo loco intelligere, nisi mortẽ, qũo omnes, vel dormient, vel resurgẽt, si tam multi, quos in corpore inuenturus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur, Christo veniente, viuentes, eiq; in obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, siue vbi dicit: Tu quod seminas, nõ viuificatur, nisi prius moriatur, siue vbi dicit: Omnes resurgemus, aut omnes dormiemus, quia nec illi immortalitatem viuificabuntur, nisi quamlibet paulum, tamen ante moriantur, ac per hoc & à resurrectione non erunt alieni, quam dormitio præcedit, quamuis breuissima, non tñ nulla. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodam modo seminari, atq; ibi protinus immortaliter, atq; incorruptibiliter reuiuiscere, quum credamus, quod idẽ ipse Apostolus alibi apertissime dicit: In ictu oculi futurã resurrectionem, & in mẽbra sine fine duratura tanta facilitate, tamq; inæstimabili velocitate rediturum antiquissimorũ cadauerum puluerem? Nec ab illa sententia, qua homini dictum est: Terra es, & in terrã ibis, futuros illos esse sanctos arbitremur immunes, si eorum morientiũ in terra nõ recident corpora, sed sicut in ipso raptu morientur, ita & resurgent, dum feruntur in aera. In terram quip-
Gene. 2. b. pe ibis, id est, in hoc ibis amissa vita, quod eras ante quam sumeres vitam, id est hoc eris exanimatus, quod eras anteqam esses animatus. Terræ quippe sufflauit Deus in faciem flatum vitæ, quum factus esset hõ in animam viuam. Tanquam diceretur: Terra es animata, quod eras, terra eris exanimis, sicut eras. Hoc sunt & antequã putrescant omnia corpora mortuorum, quod erunt & illa, si morientur, vbicunq; moriantur, quum vita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibũt in terram, quãdo ex viuis hominibus terra erunt, quemadmodum it in cinerem, quod fit cinis, it in vetustatem, quod fit vetus, it in testam, quod ex luto fit testa. Libro quoq; vnico de vera religione, capite xxvij. sic legit: Omnes resurgemus,
Apoca. 22. sed non oẽs immutabimur. Resurget ergo pius populus, vt veteris hominis sui reliquias transformet in nouum. Resurget autem impius populus, qui ab initio vsq; ad finẽ veterem hominem gesserit, vt in secundam mortem præcipitetur. Et epistola cxlvi. ad Consentium. Ecce (inqt) mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus (vel sicut Græci codices habent: Omnes quidem dormiemus, non tñ omnes immutabimur. Hanc mutationẽ vtrum in deterius, an in melius intelligi voluerit, inferiora demonstrãt. In atomo (inquit) id est, in puncto rẽporis, quod diuidi nõ potest. In ictu oculi, hoc est, in summa celeritate. In nouissima tuba, hoc est, in nouissimo signo, quod dabit, vt ista compleantur. Canet enim tuba (inquit) & mortui resurgent in corrupti, & nos commutabimur. Ergo istam cõmutationẽ in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes, & iusti, & iniusti resurrecturi sunt. Sed sicut dñs in euange-
Iohan. 5. e. lio loquitur. Qui bene fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui male egerunt, in resurrectionem
Iohan. 3. c. iudicij, iudicium appellans pœnam sempiternã, sicut alio loco: Qui non credit (inquit) iam iudicatus est. Proinde illi, qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam, quæ nec doloris corruptionem pati potest. Illa nanq; fidelium est atq; sanctorum: isti vero perpetua corruptione cruciabuntur, quia ignis eorum non extinguetur, &
Esai. 66. vermis eorum non morietur. Quid sibi ergo vult ista distinctio: Et mortui resurgent incor-
1. Cor. 15 rupti, & nos commutabimur, nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his etiam iustis commutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio, ac per hoc & in ea non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum, sed tamen corrumpendi dolore pœnarum, quum audierint: Ite maledicti in ignem æternum, qui
Matth. 25. paratus est diabolo, & Angelis eius. Et libro vnico de fide, & symbolo, capite octauo: Credimus (inquit) etiam inde venturum conuenientissimo tempore, & iudicaturum viuos, & mortuos, siue istis nominibus iusti, & peccatores significentur, siue quos tunc ante mortem nostrã in terris inuenturus est, appellati sunt viui: mortui vero, qui in eius aduentu resurrecturi sunt. Et lib. vnico de fide ad Petrũ, capite tertio: De hoibus (inquit) quoq; viuis, ac mortuis iudicã-

dis, hoc ait beatus Paulus: Testificor coram Deo, & Christo Iesu, q iudicaturus est viuos, & mortuos. In cuius aduentu ab illo primi hominis corpore, quod Deus de terra plas- 2. Tim. 4.
mauit, vsque ad oim hoim corpora, quæ animata quandoque viuere cœperunt, ab illo resuscitabuntur, à quo operate creata sunt. Erit etiam iniquorum resurrectio, sed sine immutatione, quam solis fidelibus, & ex fide iuste viuentibus daturus est Deus. Hoc est enim quod ait Apostolus Paulus: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Ostendens autem iustos diuino munere commutandos, ait: Et nos immutabimur. Habebunt ergo ini- 1. Cor. 15 g
qui cum iustis resurrectionem carnis communem, immutationis tamen gratiam non habe- Resurrectio communis iusti & iniusti, cõmutatio tãtum iustis.
bunt, quæ dabitur iustis, quoniam à corporibus impiorum non auferetur corruptio, & ignobilitas, & infirmitas, in quibus seminantur, quæ ob hoc morte non extinguentur, vt illud ingens tormentum corpori, atque animæ sit mortis æternæ supplicium. Et libro vnico de octo Dulcitij quæstionibus: Interrogationi (inquit) tuæ, qua quæris vtrum in aduentu domini mox credẽdum sit futurum esse iudicium, puto quod sufficiat fides symboli, qua confitemur Christum a patris dextera esse venturum, ad viuos & mortuos iudicandos. Illi autem, de qui- 1. Thess. 4 d
bus dixit Apostolus, quum loqueretur de resurrectione mortuorum: Et nos viuentes, qui reliqui sumus, simul cũ illis rapiemur obuiam Christo in aera, & ita semp cum dño erimus, afferũt quidẽ aliquid quæstionis, sed propter seipsos, nõ propter istos. Nã & simul sunt etiã ipsi morituri, quid istos adiuuet, omnino nõ video, quũ talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus, Enoch scilicet & Elia. Sed reuera quãtũ ad verba beati Apostoli pertinet, videtur asserere quosdam in fine sæculi, adueniente domino, quum futura est resurrectio mortuorum, non mortuos, sed viuos repertos, in illam immortalitatem, quæ sanctis etiam cœteris datur, repente mutandos, & simul cum illis rapiendos, sicut dicit in nubibus. Nec aliquid aliud mihi visum est, quotiens de his verbis volui cogitare. Sed vellem hinc potius audire doctiores, ne illis etiam, qui putant aliquos, morte non præcedente, viuificatos, ad vitam trã fituros perpetuam, dicere inueniatur Apostolus: Stulte, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Nam & illud, quod in plerisq; codicibus legitur: Omnes resurgemus, vnde fi- 1. Cor. 15 d
eri poterit, nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors præcesserit, nulla est. Et ad nonnulli codices habent, Omnes dormiemus, multo facilius, & apertius id cogit intelligi, & si quid aliud tale in sanctis libris inueniatur, ad id videtur impellere, vt nullos hominum existimemus immortalitatẽ, nisi mors præcesserit, adepturos. Proinde vbi dixit Apostolus: Et nos viuentes, qui reliqui sumus &c. vsq; cum domino erimus, vellem de his verbis (vt dixi) audire doctiores. Et si mihi potuerint hæc ita exponi, vt in eis possit intelligi, omnes homines, q viuunt, vel post nos victuri sunt, esse morituros, corrigere, quod hinc aliquãdo aliter sensi. Neq enim debemus esse indociles doctores, & certe melius homo corrigitur prauus, quam frangitur durus, cum his, quæ descripsimus ita nostra, vel aliorum exerceatur, vel erudiatur infirmitas, vt tamen in eis nulla velut canonica cõstituatur autoritas. Si autem in his verbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperiri, & hoc eum intelligi voluisse clarueri, quod videntur ipsa verba clamare, id est, quod futurifint in fine sæculi, & secundo aduentu domini, qui non expolientur corpore, sed superinduantur immortalitate, vt absorbeatur mortale à vita, huic sententiæ proculdubio conuenier. quod in regula fidei confitemur, venturum dominum, iudicaturum viuos, & mortuos, vt non hic intelligamus viuos, iustos, mortuos autem, iniustos, quamuis iudicandi sint, & iusti, & iniusti: sed viuos quos nondum exisse, mortuos autẽ, quos iam exisse de corporibus, aduentus eius inueniet. Quæ si ita esse constiterit, illa verba excutienda erunt, quomodo sic accipiamus. Tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Et illud: Omnes resurgemus, siue omnes dormiemus, vt non auersentur huic sententiæ, qua quidam creduntur etiam cũ suis corporibus in æternum, non gustata morte, victuri. Sed vtrumlibet horum veracior & perspicacior intellectus inueniatur, quid ad causam pertinebit istorum, siue omnes debita morte plectantur siue aliquibus ab hac exceptis conditione parcatur, quum tamen constet, non solum mortem animæ, verumetiam corporis sequuturã nõ fuisse si peccatum non præcessisset, & gratiæ mirabiliore virtute iustos à morte ad æternam beatitudinem reuiuiscere, quã in mortis experientiam non venire.

Quo pacto Chrysostomus, Ambrosius q; ac Hilarius diuus q; Thomas, legant & exponant antedicta Pauli verba. Cap. XXIII.

CHrysostomus aũt in homilia de resurrectione, hoc pacto scribit: In epistola (inqt) ad Corinthios, dicit Apostolus: Oẽs quidem resurgemus, vnusquisq; aũt in suo ordine. Quod aũt est, quod hic dicitur? Hoc videlicet quod Græcus, & Iudæus, & hæreticus, & omnis ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo,qui venit in hunc mundum in hac nostra resurrectiõe erit,&hoc est,quod manifestat. dicens:Omnes quidem nõ dormiemus omnes autem immutabimur,in atomo, in momento oculi,in illa vltima tuba. Quia ergo cõis ẽ omnib⁹ resurrectio,& pijs,&impijs,&bonis hominibus,vt ne putes iniustum quoddam fieri iudicium,neq;dicas ad teipsum: Quidnã hoc est? Ego qui multo studio,& labore,& in miseria vixi,resurgo,& Græcus,&impius,& idolatra, & qui ignorat Christum,etiam ipse resurgit,& simili honore mecum fruitur. Vt ne talia dicens conturberis,audi quid dicit:Siquidem induti,non nudi inueniamur. Et quomodo dicit, qui indutus est incorruptionem,& immortalitatem,vt inueniatur nudus? Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad Deũ destituimur. Etenim peccatorum quoq; corpora in corruptibilia resurgunt,& immortalia: sed hic honor fomentũ,&viaticum ipsis erunt supplicijorum, & vltionis. Incorruptibilia em̃ resurgũt, vt semper vrantur. Nam quum ille ignis sit inextinguibilis,opus est illis corporibus,quę &ipsa nunquam consumantur. Eapropter dicit:Siquidem&induti non nudi inueniamur. Non enim hoc solum est quod quęritur,vt resurgamus, & immortalitatem induamus:sed vt quum resurrexerimus, indutique fuerimus immortalitatem,non inueniamur nudi à gloria,fiduciaque erga Deum, neve igni illitradamur, & ob hoc dicit:Siquidem,&induti,nudi non inueniamur. Et Ambrosius in oratione de fide resurrectionis:Denique(inquit)Paulus ad vitam excitat quiescentem,dicẽs:Surge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit tibi Christus. Ergo hic excitatur,vt viuat,vt similis Pauli fiat, vt possit dicere, Quia nos qui viuimus,non præueniemus eos,qui dormierunt. Nõ enim cõmunem hunc viuendi loquitur vsum, spirandiq; commercium sed meritum resurgendi. Nã quum dixisset:Et mortui,qui in Christo sunt,resurgẽt primi, subiecit deinde:Et nos q viuimus,simul cũ illis rapiemur in nubib⁹ obuiã Christo in aera. Vtiq;mortuus est Paulus,& passione venerabili vitam corporis cũ immortali gloria cõmutauit. Nũ fefellit,ergo q se viuẽtẽ scripsit in nubibus obuiam Christo esse rapiendũ? Hoc enim de Enoch legimus,aut Elia,sed & tu rapieris in spiritu. Ecce currus Eliæ,ecce ignes,& si non videntur,parantur,vt iustus ascendat,innocens transferatur,&tua vita mori nesciat. Denicq; Apostoli mori nescierunt. Vnde & dictũ est:Amen,amen dico vobis,multi ex his astantibus non gustabunt mortẽ,donec videant filiũ hominis venientẽ in regno suo. Viuit eñ qui non habet quod moriatur in eo q̃ non habet ex Aegypto calciamentum aliq̃t,vt vinculum,sed exuit illud priusq̃ corporis huius deponat officium. Non solus itaq; Enoch viuit,quia non solus est, rapietur & Paulus obuiã Christo,Viuunt etiam patriarchæ. Neq; enim aliter Deus Abraham,Deus Isaac, & deus Iacob,nisi mortui viuerent,diceretur: Deus enim mortuo⁹ si non est,sed viuentium. Viuemus & nos,si gesta,mores q̃ maiorum,voluerimus imitari. Et Hilarius in enarratione Psalmi lij.ita scribit:Sed & illud Apostoli:Si ita tamen legenti videbitur,quia duplicem sensus significationem habet:Et nos, qui viuimus, qui residui sumus, rapiemur cum nubibus obuiam domino in aera,& sic semper cum domino erimus. Interceptio quidem corporis affert temporarium mortis occasum, sed lex constituta moriendi,legem non adimit resurgendi, quia decernendi legem,lex non affert necessitatem,neq;sibi Deus ius vindicandi ademit,legem nobis decernendo moriendi. MORS autem in eos tantum,in quo decreta legitime est. Viuunt autem DEO omnes, ex cuius lege sunt mortui. Neq; mors, quæ non nisi per legem decernentem inualuit,potest per se in his inualescere,ne per decernentem renouandæ vitæ legem demutabilis sit lege viuendi,quum decernendi potestas constitutam ab exordio in Adam sub conditione decreti vita legis demutauerit legem moriendi. Viuunt itaq; sancti quiq; fideles Deo. Nam quum se Deum eorum,qui mortui fuerant,id est Abrahæ,Isaac, & Iacob esse dicat, & continuo testetur,non mortuorum se,sed viuorum Deum esse,docet per id,eos, qui iudicio humanę opinionis mortui existimentur,sibi legem decernenti non mortuos esse,sed viuos. Scribit autem diuus Thomas iiij Sententiarum libro distinctione xliij. vbi q̃rit an mors futura sit terminus à quo,resurrectiõis in omnibus. Ad quod respondens,varias scribit fuisse hac de re opiniones,& securiorem,ac communiorem esse opinionem,quod omnes morientur,& ab morte resurgent. Quod tribus rationibus manifestum esse potest, primo quidem,quia hoc diuinæ iustitiæ magis conuenit,quæ humanam naturam pro peccato protoparentis mortis damnauit,nempe vt omnes,qui ab illo per naturæ actum originem ducerent,&peccati originalis infectione macularentur,morti omnes forent obnoxij. Deinde quoniam hoc magis diuinæ quadrat scripturę,quę omnium futuram resurrectionem predicat,quę propriè non est nisi illius,quod ceciderat,ac dissolutum est. Demum ordini naturæ magis concordat secũdũ quem illud,quod corruptum est,in suam nõ reuertitur nouitatem,nisi p corruptionem. quæ admodum

Matth. 16. vinent qui dicitur.

Luce.10.f

8.Cor.f.5.

Ephe. f. d

4.Reg.2.b

admodum vsuuenit aceto. Siquidem acetum, vinum non fit,nisi corrumpatur acetum & in humorem transeat vitis. Quumq; itaq; natura humana ob peccatũ proparentem nostrorum morti sit obnoxia,ad immortalitatem redire nequit,nisi per mortem. Ad hæc cœli motus est tanquam vita omnibus existentibus,quemadmodum cordis motus, totius corporis est vita. Vnde quemadmodum cessante motu cordis,omnia mortificantur membra,itidem cessante cœli motu non potest quippiã in vita remanere,quæ ex influentia illius motus procisciscitur,qualis est modo omnium mortalium vita. Quam obrem vt ex hac vita demigrẽt, qui victuri sunt motu cœli quiescente,necesse est. Quod autem scribitur in symbolo,dominũ esse venturum ad iudicandum viuos,& mortuos,illa mortuorum,ac viuorum distinctio nõ est referenda ad iudicij tempus. qm̃ tunc omnes viuent,nec ad totum tempus pteritũ. Nam oẽs iudicãdi aliquo tẽpore viui fuere,& aliq; tẽpore mortui,sed referẽda est ad illud determinatum tempus,quando iudicij signa incipient apparere. Nec obstat q̃d ait Apostolus: Nolumus expoliari sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est a vita. Nam quanquam perfectum sanctorum desiderium esse nequit inane attamen desiderium,quod est cũ aliqua conditione,nempe si possibile sit,vanum esse potest,& tale est desiderium, quo,si possibile esset, tunica nostri corporis expoliari nollemus. Et quemadmodum sacræ literæ resurrectionem prænunciant,itidem & corporum reformationem,dicẽte Paulo:Reformabit corpus humiliatis nostræ configuratum corpori claritatis eius: & idcirco vt omnes vere resurgant, & eorum corpora reformentur,vt omnes moriantur,necesse est. Et quemadmodũ ob peccatum primi parentis mors introiuit in mundum & corporum resolutio secundum diuinam iustitiam,dicẽte Paulo:Sicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit peccatũ,& per pctm̃ mors,& ita in oẽs homines mors ptransijt,in quo oẽs peccauerũt,itidẽ ordo exigit naturæ,vt nõ modo aia a corpore separet,verũetiam elementorũ mixtio,q̃ ex cœli motu pficiscitur atq; conseruat,&eo cessante,via mixta in pura resoluunt elemẽta,& quẽadmodũ ignis alia mixta in ptacentẽ resoluet materiã,itidẽ ignis ille,q mũdi superficiẽ purgabit. poterit statim illorum corpora,qui viui inuenientur,in cinerem resoluere. Addendum est &prędictis, quod ignis ante faciem iudicis præcedet,iuxta illud Dauidicum: Ignis ante ipsum præcedet, Nam mortuorum resurrectio vltimum præcedit iudicium alioquin Christum venientẽ non videret omnis oculus. Antedictam autem resurrectionem mũdi præcedet conflagratio. Nã post resurrectionẽ,sctõrum corpora erunt impassibilia,& consequẽter per ignẽ illũ purgari non poterunt,si quid in nonnullis fuerit purgandum. Quam ob rem illa conflagratio,quantum attinet ad suum initium,vere iudicium præcedet,sicut & mortuorũ resurrectio,dicente Paulo,ep qui dormierunt, rapientur in nubibus in aera obuiam Christo,scilicet ad iudiciũ venienti. Communis pterea resurrectio & corporum sanctorum glorificatio,citra omnem dubitationem simul erit. Nam sancti resurgentes,corpora habebunt gloriosa,dicente Paulo: Seminatur in ignobilitate,surget in gloria. Glorificatis autem sanctorũ corporibus,suopte modo tota renouabitur creatura,dicẽte Apostolo:Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quia ergo mũdi conflagratio est dispositio ad antedictam renouationem,idcirco quantum ad mundi purgationem,iudicium præcedet: & sic omnes morientur, qui conflagrationis tempore inuenti fuerint. Illi autem viui dicuntur reperiri,qui vsq; ad illud tempus conflagrationis vixerint. Ignis autem ille conflagrationis suapte natura,ac virtute naturali,tum in bonos,tum in malos,qui viui reperientur,aget,& illorum corpora in cinerem rediget. Sed quatenus est diuinæ instrumentum iustitiæ,non eodem modo in illos aget. Siquidem mali per ignem cruciabuntur, boni vero in quibus nihil reperiet purgandum,nullo dolore afficientur ab illo,quemadmodum nec pueri ignis ardorem senserunt in camino ardenti,vt dicitur Danielis tertio cap. Qui autem aliquid purgandum habuerint tempore conflagrationis,ocissime purgabuntur, tum quod pauca in illis obterrores,&persecutiones præcedentes erunt purganda tum quod viui,ac spõte pœnam illam sustinebunt. Nãeo plus pœna purgat,quo fuerit magis voluntaria, tum quod calor ille erit intensissimus,& propterea citissime purgabit.

Quid draco mystice significet. Caput XXIIII.

DRaconum noie malitiosorum hominũ vita signatur,vt diuus inquit Greg.lib.xx.Moral.cap.xxix.exponens illud Iob.Frater fui draconum,&socius struthionũ: Draconũ (inquit)noie,malitiosorũ hominũ vita signat,de quibus & per prophetã dicitur, Traxerunt venetum quasi dracones. Peruersi etenim quiq; ventũ quasi dracones trahunt,quũ malitiosa superbia inflantur. Electus itaq; sanctæ ecclesiæ populus,quia pacis suæ tẽpore intra se quosdam ma-

Draconẽ malitiosorum vita. Iob.30.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam malitiosos patitur,dicat:Frater fui draconũ. Nullus quippe est perfectus,qui inter próximorum mala patiens non est. Qui enim æquanimiter aliena mala nõ tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est,quia ab omni plenitudine longe distat. Sic nanq; iusto peccator cum malitia iungitur,sicut in fornace auro palea cum igne sociatur, vt quo ardeat palea purgetur aurum. Hi ergo veraciter boni sunt,qui in bonitate persistere inter malos possunt. Hinc etiã sponsi voce sanctæ ecclesię dicitur:Sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias. Hinc ad
Cant.2.2. Ezechielem dominus dicit: Fili hominis,increduli,& subuersores sunt tecum,& cum scorpionibus habitas. Hinc Petrus vitam beati Loth glorificat,dicens: Et iustũ Loth oppressum à nefandorũ iniusta conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat,habitans apud eos,qui quotidie animam iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitã glorificat,& glorificando confirmat,dicens: In medio nationis prauæ & peruersæ,inter quas lucetis,sicut luminaria in mũdo,verbum vitæ continentes. Hinc per Ioannẽ Angelus Pergami ecclesiæ attestatur,dicens:Scio vbi habitas,vbi sedes est sathanæ,& tenes nomen meũ,
ad Phil.2. & non negasti fidem meam. Draco quoq; est contraria potestas,id est, diabolus,vt diuus Scribit Hieronymus,exponens illud Ezechielis, Ecce ego ad te Pharaõ rex Aegypti draco magne &c. Draconem (inquit) iuxta anagogem, contrariam potestatem sæpe legimus. Vnde
Ezech.29.2 Pharao dic ẽ djascedastes(id est dissipator)quod à Deo separet, atq; seiungat,& Aegyptus, id est,Misraim,in tribulantes,& affligentes vertitur,eos videlicet,quos sibi potuerit subiugare. Iste draco est pręuaricator,de quo Iob plenissime loquitur. Et in Psalmis scriptum est:
Iob.40. Tu confregisti capita draconis,dedisti eum in escam populis Aethiopum. Et draco magnus ad comparationem minorum draconum dicitur,de quibus canitur in Psalmo, Tu confregisti capita draconum in aquis. Et in alio loco: Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Et
Apoca.12.b in Apocalypsi: Facta est pugna in cælo, Michael,& angeli eius bellabant cũ dracone,& draco pugnabat &c. Illud autem Psalmi, Contriuisti capita draconum in aquis,mysterium superioris miraculi decenter exponit,quia illa præfiguratio trãsitus maris rubri, aquas sanctibaptismatis indicabat,vbi capita draconum,id est,spirituum immundorum,perducũtur ad nihilum,quando animas,quas illi peccatorum sordibus inquinant,fons salutaris emũdat. Deinde quum superius dixerit plurali numero,capita draconum,significare volẽs nequitias spirituales, modo singulari numero ponit draconem,dicens: Tu confregisti capita draconis, vt ipsum sathanam indicare videatur,qui quanto fortior,tanto nequitior. Cõtractum est caput eius,quando superbia ipsius de cœlo deiecta est, & natiuam claritatem retinere nõ meruit,qui se voluntaria obscuritate maculauit. Et diuus Augustinus: Draconum capita,demoniorum superbias,à quibus gentes possidebantur,contriuisti super aquã,quia eos,quos possidebant,tu per baptismum liberasti. Illi dracones habent principem suum,& ipse primus est magnus draco. Tu confregisti(inquit) caput draconis,id est,diaboli. Tu confregisti caput draconis,id est,initium peccati. Caput illud est,quod accepit maledictum,vt semẽ Euæ obtereret caput serpẽtis. Admonita est enim ecclesia,initium peccati deuitare; id est superbiam.
Gene.3.c.5 Confractum est ergo caput draconis,confracta est superbia diabolica. Et in alio Psalmo scriptum est: Et conculcabis leonem & draconem. Leo dicitur diabolus, dum persequitur innocentes: draco,quum negligentes impia voracitate deglutit. Et sunt verba Dei ad ecclesiam.
Psalm.90. Et August. Leo sæuit aperte, draco occulte insidiatur. Vtranq; vim, & potestatẽ habet diabolus. Quando martyres occidebantur,leo erat sæuiens,quando hęretici insidiantur,draco est surrepens. Probemus quia leo erat,quando aperte sæuiebat. Exhortans martyres Petrus,
1.Pet.5.b ait: Nescitis quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens,circuit quęrens quem deuoret? Draco insidiatur per hæreticos. Tales timens Paulus, ne ab illis corrumperetur ecclesia à virginitate fidei,quam gestabat in corde,ait: Desponsaui enim enim vos vni viro,virginem castam exhibere Christo,& timeo,ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua,ita & mentes vestræ corrumpantur à castitate,quæ est in Christo. Virginitatem corporis paucæ fœminæ habent in ecclesia,sed virginitatem cordis omnes fideles habent. In ipsa fide virginitatis cordis timebat corrumpi à diabolo,quam qui perdiderint,siue causa sunt virgines corporis. Corrupta corde,quid seruat in corpore? Ideo mulier catholica præcedit virginem hæreticam. Illa enim non est virgo in corpore,ista mulier facta est in corde,& mulier non à magis
Psalm.103. to Deo sed à serpente. Et alio in loco scriptum est: Draco iste, quẽ formasti ad illudendũ ei. Hic apertẽ diabolũ significat,qui vere draco dicitur,propter venenũ, quod Euę primæ mulieri pestiferis suasionibus inspirauit. Iste creatus bonus est sicut in Genesi legit: Fecit Deus
Gene, 1.d. oia valde bona. Sed postq̃ sua voluntate peccauit,à Deo ita formatus est,vt ea illuderet ab angelis,quan-

gelis,quando propter execrabilem peruersitatem natiua dignitate priuatus est. Sic enim dixit dominus in lib. Iob: Non est quicquam simile ei factum super terram. Ad illudendũ ei ab
Iob.41.d. angelis meis. Illuditur enim ei ab angelis Dei siue per iustissimas increpationes,vt qui creatus est ad obsequium domini,fœdis videatur peruersitatibus implicari. Siue magis illuditur, quando ei animæ confitentium,imperio superno de fœcosa potestate tolluntur. Illuditur etiam & à fidelibus viris,dum incentiua vitiorum eius detestabili horrore refugiũt. Audis draconem sed non omnino timeas atrocem. Sic enim formatus est,vt ei beneficio domini,& ab ipsis quoq; hominibus possit illudi. Inuoca qui illum calcat, & incipis non timere qui deuorat. Scriptum est enim: Et conculcabis leonem & draconem. Et diuus Augustinus in enarratione antedicti Psalmi: Nostis(inquit) inimicum ecclesiæ,quendam draconem,non vidistis oculis carnis,sed videtis oculis fidei. Ipse est qui leo dicitur,de illo scriptura dicit: Conculcabis leonem,& draconem. Subditus est ille capiti tuo,subdetur & corpori eius hæreant tñ membra capiti suo,& membra eius sint. Dictum est ecclesiæ: Ipsa tuum obseruabit caput,& tu eius calcaneum. Caput serpentis, est prima peccati suggestio. Venit tibi in mẽtem nescio quid illicitum,noli ibi tenere mentem tuam,noli consentire. Caput calca,id est,ipsam suggestionem contemne. Ille autem diabolus calcaneum tuum obseruat,id est,lapsum tuum à via Dei. Si enim lapsus fueris,cades: si ceciderit, possidebit. Vt autem nõ cadas,noli exire de via. Angustam tibi semitam strauit deus, quicquid extra illam est,lubricum est. Hic ergo draco, antiquus hostis noster,ira feruidus,insidijs astutus,in mari magno est. Draco hic,quem finxisti ad illudendum ei. Iã tu illude draconi. Ad hoc enim hic factus est draco. Ipse cadens peccato suo de sublimi habitatione cœlorum,& ex angelo factus est diabolus, accepit quendã locum suum in hoc mari magno,& spacioso. Regnum eius quod putas,carcer eius est. Obserua igitur caput eius à timore seculi,& à cupiditate seculi. Hinc enim suggerit aliquid, aut vnde times aut vnde cupis,aut amorem tuum tentat,aut timorem. Tu si timueris gehennã, si amaueris regnũ Dei,obseruabis caput eius. Euitato capite, securus eris,nec ille lapsum tuũ tenebit,nec de tua ruina gaudebit. Draco hic,quem finxisti ad illudendum ei,id est,vt illudatur ei ab angelis,iuxta illud Iob: Non est quicquam simile illi factũ super terram,ad illudendum ei ab angelis meis. Sunt angeli,qui illudant draconi,ne tibi noceat. Præpositi enim sunt
Iob.41.d. angeli cœlorum super potestates aereas,& inde procedit verbum,quod hic fit. Intuẽtur enim & stantem intuentur angeli corde mundo,& ex illa faciunt,quicquid hic fit,& potestates ex illa ordinantur à summis,vsq; ad ima. Draconi dictum est: Terram manducabis cunctis diebus vitæ tuæ. Audisti cibum draconis. Cibum serpentis esse non vis, noli esse terra, id est,
Gene.3.c. noli terrena sapere. Audi Apostolum,vt non sis terra: Si consurrexistis(inquit)cum Christo,quæ sursum sunt,quærite, vbi Christus est,in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt,sapite,non quæ super terram.
Colloss.3.a.

Quid drachma mystice significet. Caput XXV.

DRachma, est imago Dei in nobis(vt inquit Orig. homil. xiij. super Genesim:) Mulier (inquit)illa,q̃ perdiderat drachmã nõ inuenit extrinsecus, sed in domo sua,posteaq̃ accendit lucernam, & mundauit domũ sordibus, & immundicijs,quas lõgi temporis ignauia,
Luc.15.b & hebetudo cõgesserat,& ibi inuenit drachmã. Et tu ergo si accendas lucernam, si adhibeas tibi illuminationem spiritus sancti, & in lumine eius videas lumẽ,inuenies intra te drachmã. Intra te nãq; est collocata imago regis cœlestis. Quum enim faceret hominẽ ex initio deus, ad imaginem & similitudinem suã fecit eũ & hanc imaginem non extrinsecus,sed intra eũ collocauit. Hæc in te videri non poterat,donec domus tua sordida erat,immunditijs,& rudibus repleta. Iste fons scientiæ intra te erat situs,sed non poterat pluere,quia Philistini repleuerant eum terra, & fecerant in te imaginem terreni. Sed tu portasti quidem tunc imaginẽ terreni. Nunc vero his auditis,ab illa omni mole, & oppressione terrena per verbum Dei purgatus,imaginem cælestis in te splendescere facito. Hæc ergo imago est,de qua dicebat
Gene, 1.d. pater ad filium: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Filius Dei est pictor huius imaginis. Et quia talis,ac tantus est pictor, imago eius obscurari per incuriam potest, deleri per malitiam non potest. Manet enim semper imago Dei in te,licet tu tibi ipse superducas imaginem terreni. Istam picturam tu ipse depingis. Quum enim te libido fuscauerit,induxisti vnum colorem terrenum. Si vero & auaritiæ studeas, miscuisti & alium. Sed & quum te ira sanguineum facit, addis nihilominus & tertium colorem. Superbiæ quoque alius additur fucus,& impietatis alius. Et sic per singulas quasque malitias,velut di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lut diuersis coloribus congregatis, hanc imaginem terreni, quam deus in te non fecit, tu tibi ipse depingis. Propterea ergo deprecandus est nobis ille, qui dicit per prophetã: Ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginem pcta tua. Et quũ deleuerit omnes istos inter colores, qui ex fucis malitiæ sumpti sunt, tunc resplẽdebit in te imago illa, q̃ à Deo creata est. Vides quomodo diuinæ scripturæ formas inducũt, & figuras, quibus ad agnitionem, vel purgationem sui anima doceatur. Vis adhuc & aliam videre formam huius imaginis? Sunt quædam literæ, quas Deus scribit, q̃dam literæ, quas nos scribimus. Peccati nos scribimus. Audi Apostolum dicẽtem: Delens (inquit) quod aduersum nos erat chyrographum in decretis, quod erat contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens illud cruci sue. Istud quidem quod dicit chirographum, peccatorum nostrorũ cautio fuit. Vnusquisq; etenim nostrũ in his, q̃ deliquit, efficitur debitor, & peccati sui literas scribit, quia & in iudicio dei, q̃ Daniel cõsedisse describit, libros dicit apertos, sine dubio, qui pcta hominum continerent. Hos ergo ipsi nobis scribimus, per ea, q̃ nos delinquimus. Huius enim rei & illa imago est, quę in Euangelio dicitur de villico iniquitatis, qui ad vnumquemq; debitorum dicit: Accipe literas tuas, & sedens scribe octoginta, & cætera, quæ referuntur. Vides ergo, quia vnicuique dicitur: Accipe literas tuas. Vnde constat nostras esse literas peccati, literas autem iustitiæ Deus scribit. Ita enim dicit Apostolus: Vos enim estis epistola scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Habes ergo in te literas Dei, & literas spiritussancti: si vero delinquas, ipse tibi conscribis peccati chirographum. Sed vide, quia quum semel accessisti ad crucem Christi & ad gratiam baptismi, chirographũ tuum eruci affixum, & in fonte baptismi deletum est. Non rescribas vltra, q̃ deleta sunt, nec repares, q̃ abolita sunt, solas in te serua literas dei, sola in te permaneat scriptura spiritussancti. Et diuus Hieronymus de duobus filijs, frugi & luxurioso: Subiungit (inquit) & mulieris personam, ac guens Iudæos, docens autem ecclesiam, & hominem, quasi erraticam ouem diligens pastor inquirit, quem hominem drachmam nominat propter monetæ regalis similitudinem, figuraliter in drachma, quæ pecuniæ genus est, q̃ illi tanquam nummo, imago, & inscriptio regis cœlestis insculpta sit. Quærit ergo eam drachmam mulier, accensa lucerna, & mundans domo inuenit, hoc est, homo illuminatus verbo, & misericordia Dei, gloriam naturæ suæ, in qua ad imaginem creatoris sui factus est, quam obscurata peccatis domo cordis, in tenebris cordis amiserat, emendatis sensibus reperit, & gaudio gaudet, quod omnem immunditiã interioris aulæ, studijs disciplinæ specialis abstersserit, & contractas animæ, de rebus, & curis secularibus, sordes, orationibus, & increpationibus expurgatas, excusserit. Et diuus Ambro. in epistola ad iustum: Est (inquit) dimidium didrachmi, drachma. Redemptio autem animę
Luc. 15. b. fides. Fides ergo drachma, quam illa mulier in Euangelio (vt legimus) amissam diligenter requirit, lucernam accendens, & mundans domum suam, & si inuenerit it, conuocat amicas, & vicinas, petẽs cõgratulari eas secum, quod inuenerit drachmam, quam perdiderat. Magnum enim damnum animæ, si quis fidem amiserit, vel gratiam quã fidei precio acquisiuit sibi. Et tu ergo accende lucernam tuam. Lucerna tua, oculus tuus est, ille interior oculus scilicet mentis. Istam lucernam accende, q̃ accipit oleum spirituale, & lucet in tota domo sua. Quære drachmam redemptionẽ animæ tuæ quã, qui amiserit, turbat: qui inuenerit, exultat: Et est redemptio animæ misericordia. Redẽptio enim animæ hois, diuitiæ eius sunt, quibus vtiq; fit
Prouer. 13. b misericordia, quę sumpta, pauperes iuuat. Fides igit gratia, gratia misericordia, mia redẽptio est animæ, quæ drachma, hoc est, integro precio summæ plenioris expenditur. Sic enim scriptum est, dicente domino ad Moysen: Quod si acceperis computationem filiorum Israel in
Exod. 30. visitatione ipsorum, & dabunt singuli redemptionem animę suæ domino, & non erit in his ruina in visitatione eorum. Et hoc est, quod dabunt, quotquot perambulãt visitationẽ, didrachmi dimidiam partem, quod est secundum didrachmum sanctum. Viginti oboli didrachmum. Dimidia autem pars didrachmi illatio domino. Omnis qui intrauerit visitare à viginti annis, & supra, dabunt illationem domino. Qui diues est, nõ adijciet: & qui pauper est, non minorabitur à dimidia parte didrachmi, quum cœperint dare oblationem domino, & exorare pro animabus suis. Et accipies pecuniam illationis à filijs Israel, & dabis illam in opus tabernaculi testimonij, & erit filijs Israel legitimum memoriale in conspectu domini, & orate pro animabus vestris. Ita ergo deerat vel diues, qui plus offerret, vel pauper, qui minus haberet, si in pecunia dimidium didrachmum istud non in virtute esset. Vnde aduertendum, quod non materialis ista, sed intelligibilis drachma sit, quæ ex æquo ab omnibus conferenda existimabatur. Et infra: Potest autem & drachma pro veteri testamento accipi, di-

cipi didrachmum pro vtriusq; testamenti pcio, quia secundum legem, vnusquisq; per legem redimebatur. Qui aũt secundum euãgelium redimitur, soluit drachmã scdm legem, sanguine redimẽ Christi, secundũ gratiam geminam habens redemptionẽ & deuotiõis, & sanguinis. Nec enim fides sola ad perfectionem satis est, nisi etiam baptismatis adipiscatur gratiã & sanguinem Christi, redemptus, accipiat. Bona ergo drachma, q̃ Deo soluitur. Non est dra- Drachma non est denarius.
chma denarius sed diuersum est. Denicq; in denario imago Cęsaris est, in drachma, imago dei. Quia vnius est dei, ad imitationem ipsius, ab vno incipit, & in infinitum diffunditur. Et iterũ de infinito numero in vnum, quasi in finem omnia reuertuntur. Quia deus & principium, & finis omnium est. Vnde nec numerum monada, sed elementũ numeri, quibus ea cura est, Apoca. 1. a
appellauerunt. Et hoc propterea diximus, quia scriptum est: Ego sum a & o primus & nouissimus: Et audi Israel: Dñs deus tuus, Deus vnus est. Et tu ergo ad similitudinem domini, vnus esto, atq; idem. Non hodie sobrius, cras ebriosus, hodie pacificus, crastina die litigiosus, hodie frugi, crastina die incõtinens. Mutatur enim vnusquisq; morum varietate, & fit alter, in quo non agnoscitur quod fuit, & incipit esse quod non fuit, sui degener. Graue est cum mutari in peius, sed esto sicut imago in drachma immutabilis, eundem habitũ seruans. Quotidie videns drachmam, attende imaginem, hoc est, videns legem, attende in lege imaginẽ dei Christum. Quia ipse imago Dei inuisibilis, & incorruptibilis luceat tibi, velut in speculo legis. Confitere eum in lege, vt eum in euangelio recognoscas. Si cognouisti in mandatis, recognoscis in operibus.

Quid duodenarius numerus. Cap. XXVI.

DVodenarius numerus plenę, cõsummatæq; virtutis est, vt D. inquit Hiero. exponens illud Ezechielis. Et factũ est in vndecimo anno. Vnde & xij. sunt filij Iacob, quibus po- Ezech. 31. a
stea xij. nomina prophetarum, vno volumine continẽ. Et apostoli xij. sunt, quorum quia Gene. 35. d
vnus Iudas proditor fuit, in locum eius Matthias eligitur. Et archisynagogæ filia annorum Luc. 6. c
duodecim à dño suscitatur. Hæmorrousa quoq; anno duodecimo recipit sanitatem. Vnde & Marc. 5. d
cap. xxxij. Et factum est (inquit) in duodecimo anno, in mense duodecimo &c. Et D. Greg. lib. Moral. x. cap. xxx. citans illud Euangelicũ: Vos qui secuti estis me &c. sedebitis & vos super xij. sedes, hoc modo scribit: Neq; enim plusquã duodecim iudices illa interni cõsessus curia non habebit? Sed nimirũ duodenario numero quantitas vniuersitatis exprimit, quia quisquis stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic p; oculdubio culmẽ iudiciariæ potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex cũ iudice veniat, qui nũc cõsideratione iudicij, sese spõtanea paupertate castigat. Et Orig. homil. xiij. super Leuiticũ, exponens illud, Et Leuit. 24. a
sumetis similaginẽ, & facietis de ea xij. panes: Duodecim (inqt) panes ex ista simila fieri mandantur, scdm numerũ tribuũ, q̃ tunc erant carnalis Israel. In q̃ mihi videt forma totius creaturę rõnalis contineri. Duodecim ãnq; putant esse gñales ordines rationalis creaturæ, quorũ figura erat in illis xij. tribubus, in quibus erat vnus quidã ordo regalis, qui Iudas noiatur, alius erat ordo sacerdotalis, & Leui appellat. Erat & alius ordo Iudæ vicinus, qui Beniamin dicitur, in quo ordine & templũ dei, & altare collocatũ est. Alius ordo Isachar, Zabulon, & Ephren, alijq; quos noiatim designat scriptura diuina, quorum rationẽ, non est nunc tẽporis, explicare. Hæc ille. Et in Apoc. legitur: Ex tribu Iuda, duodecim milia signati. In quo emi- Apoc. 7. b.
nentes in diuinis laudibus per Iudã, qui sonat confitens, siue laudans, significantur, eminẽtes in cõtemplatione per Rubem, qui visionis filiũ sonat, eminentes in bello cõtra dæmones, p Gad, qui accinctũ sonat, eminentes in sentiendo diuinæ beatitudinis dulcedinẽ, per Aser, q beatus dicitur, eminentes aũt in operibus pietatis, per Nepthalim qui latitudinem sonat (vt aiunt) eminentes in obliuione mundanæ cõuersationis, per Manassem, qui obliuionẽ sonat, eminentes in obedientia diuini sermonis, per Simeonem, qui audientẽ, siue obedientẽ sonat, eminentes in ambulando de virtute in virtutẽ, per Leui, quẽ additũ sonare dicũt, & eminentes in cõtemplatiõe mercedis tribulatiõis æternę, per Isacar, qui mercedẽ sonat, eminentes in pparando suæ mentis habitaculum domino, qui dicunt: Paratum cor meũ Deus, para- Psalm. 56.
tum cor meum, per Zabulon, qui habitaculũ significat, & eminentes in charitate, siue in profectu charitatis, quorũ charitas magis, ac magis abundat, per Ioseph, qui addentem sonat, de quo eminentes in imitatiõe dei, tanq̃ filij charissimi & huius rei gratia adoptione filij dei, p Beniamin, qui filiũ dexteræ sonat. Vel per tribũ Iuda, intelliguntur qui pcta sua confitentur, & nihil penitus ob pudorem omittunt. Et per tribũ Ruben, intelliguntẽ corde cõtriti q lachrymis cor suũ mundarunt, vt deũ videre possent. Vel qui curã omnẽ adhibuerunt, vt filium suum viderent, hoc est, pctũ, quod ab eis perpetratum est, vt de illo conterant. Et p tribum Gad,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.3.a. Hebre.11.b

bum Gad, hi qui succincti sunt, ac parati, vt dignos faciant pœnitentiæ fructus & pœnitentiam peragant, sibi pro peccatis iniunctam. Et per tribum Aser, qui rectam habent fidē sine qua Deo placere non possunt, per quam & beatitudinem consequuntur. Et per tribum Neptalim, spe gaudentes, qui per meditationem habitant in domo dñi. Per tribum autem Manasse, radicati in charitate, per quam, quæ retro sunt obliuiscentes, in anteriora se extendūt.

Psalm. 84. 1. Iohan. 3.c. Psalm. 118.

Per tribum vero Simeon, qui, quoniam sunt ex deo, verbum Dei quàm libentissime audiūt, & aure corporis, & aure cordis, qui audiunt, quid loquatur in eis dominus. Per tribū autem Leui, qui proximis charitate iunguntur, & vero copulantur amore, qui non diligunt verbo, neq; lingua duntaxat, sed opere, & veritate. Nam Leui proprie, copulationem sonat. Per tribum autem Isachar, qui inclinant cor suum ad faciendum iustificationes dei, propter retributionem. Per tribum Zabulon, significantur hi, qui sunt dei habitaculum, in quibus spiritus sanctus requiescit. Per tribum autem Ioseph, intelliguntur hi, qui eunt de virtute in virtutē,

Matth. 10.

& non modo communia præcepta custodiunt, sed & consilia. Denum per tribum Beniamin, intelliguntur hi, qui perseuerant vsque in finem, vt salui sint, & filij sint dexteræ, id est, æternæ felicitatis, quæ non datur, nisi perseuerantibus.

Quid ebrietas mystice significet. Cap. XXVII.

EBrietas in scripturis diuinis in bono plerunq; ponitur, in scripturis autem secularibus, vel communibus fabulis, ebrietas in bona parte penitus nō habetur (vt inquit Cassiodorus Psalmo xxij. Et poculum tuum inebrians, quàm præclarum est:) Nouum (inquit) mirabus, est sanguinis domini, quod sic inebriat, vt mentē sanet, à delictis prohibens, non ad peccata perducens. Hæc vinolentia sobrios reddit, hæc plenitudo malis euacuat. Et qui illo poculo non fuerit repletus, æterna redditur egestate ieiunus. Quam ꝑclarum est (inquit) vtiq; quum talia conferat, vt ad cœlorum regna perducat. De quo poculo in Euangelio dicitur

Iohan. 4.b

Qui biberit ex aqua quam ego do, non sitiet vnquam sed fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. Ebrietas felix, satietas salutaris, quæ, quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem mētibus donare dignatur (vt inquit Cassiodorus) de qua ebrietate & alio loco dicitur

Psalm 64.

Visitasti terram id est, genus humanū, & inebriasti eam, id est satiasti, & refecisti in tuo adiutu. Et diuus Ambrosius libr. de Noe & arca, cap. xxix. exponens illud Geneseos, Et bibit de

Gene. 9. c

vino, & inebriatus est: Non dixit (inquit) vinum bibit, nec iustus vinum ebibit sed de vino, hoc est, de eius portione libauit. Ebriosi est omne absorbere vinū, & intemperantis, euacuare quod sumpserit. Continentia autem vtendi, mensura legitima est. Ebrietatis itaq; species gemina est. Vna, quæ titubationem corpori afferat, atq; eius supplantet vestigia, sensumque perturbet. Altera, quæ mentem virtutis vaporet gratia, & omnem infirmitatem videatur

1. Tim. 5. d

auertere. Vnde Apostolus ait: Vino modico vtere, propter frequentes tuas infirmitates. Sicut enim isto bibendi moderamine, vinum non infirmitati est, sed saluti, atque omnem infirmitatem exmitatem alleuat corporis, ita etiam ebrietas illa præclara, omnem infirmitatem carnis excludit, de qua scriptum est: Et poculum inebrians, quam præclarum est. Quæ sit ista ebrietas: Inebriamini (inquit) non vino, in quo est luxuria, sed impleminī spiritu sancto, Apostolus dixit. Et secundum literam igitur cautio est, & secundum sapientis altiorem sensum laudatio est. Cautus est, qui & si nudatur, in domo tamen nudatur sua, vbi operimenta non desunt, & quædam regmina ebrietatis, vt vitia sua norit abscondere. Corporalia igitur nudum corpus tegunt, vt parietes & tecta, animæ autem quę sint operimenta, videamus. Sed tunc operimenta reperimus, si enudationem eius discutimus. Gemina autem nudatio sapientis, Genesis igitur amictu mens nostra vestitur, si aut peccatum imprudens admiserit. Hæc est enim enudatio velut ebriæ mentis, vt nesciat quod delinquat, quasi quæ temulētia quadam ignorantiæ, in vitium deducta, labatur, aut rursus negligentiæ, & ignorantiæ somno sepulta, errorem suum nesciat. Quæ quum inciderimus, imo, quum peccata plura inciderimus, etiam

Psalm: 22. Ephe. 5. d

præscientiam (est enim naturalis quædā etiam nostræ infirmitatis ebrietas, vt impetu delectationis feramur in vitium, sicut plerique iuuenili accensi calore, aut luxuria, & delectatione flammati, aut auaritiæ rapti cupiditate) certe omnibus his medicina quæratur, vt aliquis tegat huiusmodi infirmitatem suam, primum pudore quodam & verecundia, vt etiam si in lubrico sit adhuc positus delinquendi, det tamen emendationis insigne. Et enim plurimū interest, vtrum peccata sua iactare desideret. In altero enim turpis impudentia, in altero tolerabilis verecundia spem futuræ correctionis ostendit. Alia est aūt denudatio animæ, qua velut quandā sarcinā corporis abijcit atq; exuit, sicut sepulchrū quoddam carnis effugiens. Sepulchrum enim patens est guttur huiusmodi hoim, in q̄ sepulchro velut attumulat anima delectationi-

ctationibus & cupiditatum passionibus onerata diuersis. Exuit igitur se à congestione terrenę, & quasi rete quædam circunfusa euadit, atq; effugit, quæcunq; se ab omni nudauerit passionum laqueo, & omnem illam deformem speciem terrenæ labis auerterit, vt lucem videat decoris æterni. Et cap. xxxi. Et sobrius (inquit) factus Noe à vino. Manifestum est ex ebrietate, intercedente somno, sobrios fieri homines. Mens autem sobria est, quando & præterita, & futura cognoscit. Sobria ergo erat mens iusti, & quando ebria putabatur. Est enim præclarum poculum inebrians iustos. Ille autem vere inebriatus erat, qui ridebat patrem. Qui enim neq; præteritam generationis gratiam, neq; præsentem reuerentiam patris, neq; futuram pę nam paternæ iniuriæ confiderabat, vere ebrius erat, & q̄d putabat videre se, non videbat. Erat in illo profunda cęcitas, qui patrē videre nō poterat. Nā si vidisset patrē, nō vtiq; risisset. Neq; enim ridendus, sed verēdus est pater. Multo autem amplius mentem iusti insipiens videre nō poterat. Quomodo enim videbat, qui in eo putabat dubietatis errorem, vbi erat profectus sapientiæ, cęterarumq; virtutum vapor? Sicut scriptum est: Vapor est enim virtutis Dei. Quando enim mens magis sobria est, quam tunc, quando naturam omnium rerum, tempo rumq; præsentium & futurorum ita spectat negocia, vt nulla in eo temporalis titubatio ebrietatis appareat? Quæro etiam qua ratione quum ante medium dixerit inter filios Cham nūc iuniorem constituat. Sic enim scriptum est: Cognouit Noe omnia, quæ fecit ei filius iunior. Iuniorem non ætate, non tempore accipias, sed rudem sensu, & in quadā intellectus infantia constitutum, qui prouectioris doctrinam ætatis, non hauserit, nec perceperit senile consiliū. Et diuus Hieronimus exponens illud Oseæ, Viuent tritico, pro quo lxx habent: Bibent, & inebriabuntur frumento, scribit: Inebriabuntur tritico id est, rerum omniū abundātia. Quod autem hic ebrietas, non euersionem mentis, sed copiam rerum omnium significet, versiculus ille declarat, dicens: Visitasti terram, & inebriasti eam. Et Ioseph cōuiuium, in quo inebriasse dicitur fratres suos. Et dñs loquens ad Apostolos: Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini fratres. Siue quia dominus noster ipse est frumentum & vinea, quicunq; crediderit in eo, inebriari dicitur. Et exponens illud Hierem. Quia inebriaui animam lassam, sic scribit: Notā dum quod ebrietas in hoc loco, in bonam partem ponatur, de qua & in Cantico dicitur: Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi. Qua ebrietate & Ioseph inebriatus est cū fratribus suis in meridie. Dominus inebriat animam lassam (siue sitientē, vt lxx.) & dicit in Euā gelio. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et in eodem cap. scribitur: Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine. Ebrietas (inqt) sacerdotum & in Apostolis comprobatur, qñ feruebant fide, & musto pleni dicebātur. Quū q̄q; sacerdotes pingues fuerint doctrina dñi, & inebriati in cōuiuio Ioseph, dixerint: Calix tuus inebrians, q̄ ꝑclarus est: tunc erit & hoc, cꝝ nūc dñs pollicetur. Et populus meus bonis meis adimplebit. Et exponēs titulū Psal. lxxx. q est, In finē ꝑ torcularibus: Torcularia (inqt) nō sunt alibi nisi vbi vineæ sunt, & infinita vindemia. Inebriatus ē Noe in domo sua, & denudata sunt femora eius, & eius apparuit turpitudo, & venit frater eius maior, & irrisit, frater autem minor texit. Hoc totum dicitur de saluatore in mysterio, qñ dicebat in cruce passionis: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Bibit, & inebriatus ē, & denudata sunt femora eius, & apparuit ignominia crucis. Venit frater maior, populus Iudęorū, & irrisit, & minor populus de gentibus texit ignominiam. Propterea maledictus Chanaam, seruus erit fratris sui. Ecce maledictio ista, vsq; hodie perseuerat. Nos minor populus, imperamus maiori populo Iudæorum. Sicut ergo dominus in passione inebriatus est, sic & sancti in ardore fidei, quotidie inebriantur in spiritu sancto. Tu qui die hesterna aurum colligebas, hodi proijcis, nonne apud ignotos videris insanus? Deniq; & Apostoli, quando spiritus sanctus descenderat super eos, & impleuerat eos, & loquebantur linguis varijs, propterea dicebantur musto pleni. Multa sunt, quæ dicantur de vini mysterio, & de ebrietate. Legimus & in alio loco, quoniam Ioseph ille vir sanctus, qui in typo præcessit saluatoris, qui venditus est a fratribus suis, quem vendiderunt fratres sui, & regnauit in Aegypto: Sic dominus, & saluator venditus est a Iudæis, & regnauit in Aegypto istius sæculi. Ille ergo Ioseph vir sanctus, ille, præcipuus, qui crudelitatē pietate supauit, qui ideo vēditus est in Aegyptū, vt pasceret Aegyptū & fratres suos, qui eū vendiderunt. Ille igitur Ioseph inuitauit fratres suos, & inebriatus est cum eis in meridie. Hoc vero secundum literam stare non potest, vt vir sanctus inebriatus fuerit. Inebriatus est, in mysterio, sicut & Noe, de quo dictum est. Et Origenes homilia septima super Leuiticum: Est (inquit ebrietas sancta, de qua dicebat quidam sanctorum: Et poculum tuum inebrans, quam præclarum est. Sed & in alijs multis scripturę locis similia legi-

Gene. 9. ē.

sobria mēs qñ dicitur. Psalm. 22.

Psalm. 64. Gene. 43.

Iohan. 7. ē Hierr. 1. c. Act. 2 b Psalm. 22 b. Hierr. 31. d. Gene. 9 c. Matth. 26.

Act. 2. b.

Gene. 43. c

Psalm. 64.

ctus,vt ibi: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente bonitatis tuæ potabis eos. Ita
Hieremia quoq; dixit dominus: Et inebriabo populum meum. Et Esaias dicit: Ecce qui seruiunt mihi bibent,vos autem sitietis. Et multa de huiusce modi ebrietate in scripturis diuinis inue-
Psalm.22.b Psalm.35.a nies memorari. Quæ ebrietas sine dubio,pro gaudio animæ,& lætitia mentis accipitur,sicut
& alibi distinxisse nos meminimus,aliud esse nocte inebriari & aliud die inebriari. Si ergo in-
Esai.65.c Matth.26 telleximus sanctorum quæ sit ebrietas,& quomodo hęc pro lætitia sanctis in promissionibus
datur,videamus nunc quomodo saluator noster dicat,Amen dico vobis,quia non bibam de genimine vitis huius,vsquequo bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei. Si quis
vestrum auribus ad audiendum purificatis accedit,ineffabilis mysterij intueatur arcanum. Sal-
uator meus luget etiam nunc peccata mea. Saluator meus lætari non potest,donec ego in mi-
1.Iohan.2.2 quitate permaneo. Quare non potest? Quia ipse est aduocatus pro peccatis nostris apud pa-
trem,sicut Iohannes Symmysta,id est (condiscipulus) eius pronunciat,dicens: Quia & si quis
peccauerit,aduocatum habemus apud patrem,Iesum Christum iustum,& ipse est repropitia-
tio pro peccatis nostris. Quomodo ergo potest ille,qui aduocatus est pro peccatis meis,bibe
re vinum lętitię,quem ego peccando contristoꝫ? Quomodo potest iste,qui accedit ad altare,
vt repropiciet me peccatorem esse in lętitia,ad quem peccatorum meorum mœror semper
ascendit? Vobiscum (inquit) illud bibam in regno patris mei. Quãdiu nos non ita agimus, vt
ascendamus ad regnum non potest illud vinum bibere solus,quod nobiscum se bibere pro-
2.Cor. 11. misit. Est ergo tam diu in mœrore quandiu nos perstitimus in errore. Si enim Apostolus in-
sius lugeat ꝯdã,qui ante peccauerunt,& non egerunt pœnitentiã in his,quæ gesserunt,qd di-
cam de ipso,qui filius dicitur charitatis,qui semetipsum exinaniuit propter charitatẽ,quã ha-
bebat erga nos,& non quæsiuit ꝙ sua sunt,quũ esset æqualis Deo,sed quæsiuit ꝙ nostra sunt,
& propter hoc euacuauit se? Expectat ergo vt conuertamur,& ipsius imitemur exemplum,
vt sequamur vestigia eius,& lætet nobiscũ,& bibat vnũ nobiscũ in regno patris sui. Nũc enim
qa misericors est,& miserator dominus,maiore affectu ipse,quam Apostolus flet cum flenti-
bus,cupit gaudere cũ gaudẽtib⁹. Vide de spirituali ebrietate diuũ Amb. infra, in dictiõe, Fui-

Quid ebur,electrum,mystice significent. Cap. XXVIII.

DE ebore scribit Hieremias: Rubicundiores (inquit) ebore antiquo,vbi diuus Hieronymus scribit: Dum enim (inquit) ruboris nomẽ imprimitur,sancti desiderij flamma ig-
Thren. 4. natur. Ebur vero esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebore vtiq; antiquo rubicundiores sunt,quia sæpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus studij fer-
uentioris existunt. Et exponens illud Ezechielis, Transtra tua fecerunt ibi ex ebore Indico.
Fiunt (inquit) transtra de ebore,quum mortificauerint corpora sua,vel vsum dentium ad lu-
des Dei contulerint. vbi septuaginta legunt: Et Fecerunt tibi ex ebore domos syluestres de fi-
lis Chettiim,quæ iuxta Hebraici sermonis etymologiam,vertitur in percussam,vt plagam
diaboli non tam interfecta fit,quam probata. Possumus ex ebore & syluestres domos dicere
de insulis Chettiim,quas hæretici non in domo Dei sed in naui Tyria fabricare conantur.
Et ipsi habentes ebur suum sermonis,& linguæ dificantes templa Dei templo contraria,&
domos syluestres,habitacula bestiarum,qui scriptura dicat: In domo Dei nemora,& syluas
ac lucos non esse plantandos. Et exponens illud Psalm. A domibus eburneis,ex quibus de-
Psalm.44 lectauerunt te filiæ regum in honore tuo: Domos (inquit) eburneas,propter magnitudinẽ ele-
phantorum,domos amplas accipimus. Ampla est enim via,quæ ducit ad perditionem. Sed
ebur,nisi radatur limis,diuidatur serris,ac subulis pforetur,obscurũ,& horribile ẽ: fic & Apo-
stoli erant,antequam vocarentur,& inhabitarentur. Sed postq̃ vocati sunt,serris sectis,vngu-
lis rasi,scalpelis scalpti,flãmis igniti,ac diuersis supplicijs elimati,facti sunt domus Dei,in qua
ipse Christus dignaretur inhabitare. Horũ exẽpla sequentes martyres,effecti sunt sanctorũ co-
porum reges. Istorum regum filiæ sunt animæ sanctæ,quę Christũ delectatæ sunt,honorã
nomen maiestatis eius,& prædicãdo misericordiam eius. A domibus eburneis,de quibus lęta-
uerũt te. Vbi & Cassiodorus scribit in hunc modũ: A persona (inquit) sponsæ laus sumitur
Christi. Dicit enim propheta,vnde veniet sponsæ gloriosissima pulchritudo,quæ ad dei dilec-
ram locata consistit,à domibus eburneis,ꝙ significat ornata palatia,quæ copioso ebore vesti-
tur,sed ebur non ad solas diuitias intelligamus apratum: sed qm̃ elephas,cuius hæc ossa sunt,
animæ castitatis asseritur,qui inter quadrupedia,& sensu plurimũ valet,& temperantiæ
tur fœminæ suæ,& coniuge secunda non vtitur. Hoc pudicis fœminis decenter ãpetitum
illæ in domibus eburneis manssisse noscuntur,quæ p castitatẽ,Christi domini præcepta
sunt. Hanc enim translationem probauerunt doctissimi patres Augustinus,& Hieronymus

quibus te delectauerunt,dixit,id est,ad te proprio non cucurrerunt iudicio,sed tua delectatione perductæ sunt. Filiæ regum,siue hominum fidelium,qui regunt corpora sua,& producunt filias,quæ sacro baptismate generantur,siue imperantium,quod frequenter contingit,
vt relicto palatij dominatu,fibulis principum,eligãt diuina seruitia. Ideo enim addidit: In honore tuo,vt religiosam mentem,tali designaret indicio. Non enim in honore patrum suorũ
delectatæ sunt,sed in honore domini saluatoris. Et diuus Augustinus antedictum exponens Augustin.
versum hoc pacto scribit: Domos eburneas,ꝙis domos magnas,ꝙis domos regales dicat,
quas si vis,eligę,delectauerunt inde Christum filiæ regum. Vis domos eburneas spiritualiter
accipere? Magnas domos,& magna tabernacula Dei,corda sunt sanctorum. Ipsosque re-
ges regentes carnem,subiugantes sibi turbas humanarum affectionum,castigantes co. pus &
seruituti subijcientes,accipe,quia inde delectauerunt eum filiæ regum. Etenim omnes animæ
ꝙllis ꝑdicantibus:,& Euãgelizantibus,natæ sunt,filiæ regũ sunt,& ecclesiæ,filiæ apostolorũ,
filię regũ sunt,ille est eñ rex regũ,illi autẽ reges,de quibus dictũ ẽ: Sedebitis super duodecim
sedes iudicantes duodecim tribus Israel. prædicauerunt verbũ veritatis,& genuerunt eccle-
as non sibi,sed illi. Videte si non iste sensus vigilat,& in his versibus. Quum enim diceret,A Apoc. 19.c
domibus eburneis,dixit de regalibus,amplis,pulchris,lenibus,qualia sunt corda sanctorũ: Ex Matth 19.
quibus te delectauerunt filię regum,id est,Apostolorum,nõ in honore suo sed in honore tuo. 1.Cor.3.b
Paulus,quum videret currere ad nomen suum,exclamauit: Nunquid Paulus crucifixus est,p
vobis? Tene te,serua te in honore tuo,id est,habe vestem nuptialem illius,illius honorẽ,illius
gloriam quære. Intellige etiam filias regum ciuitates,quæ crediderunt in Christum,& à re-
gibus conditæ sunt,& à domibus eburneis,diuitibus,superbis,elatis. Filiæ regum delectauerũt
te in honore tuo,quia non quæsierunt honorem patrum suorum,sed quæsierunt honorem
tuum. Ostendatur mihi Romæ in honore tanto templum Romuli in quanto ibi ostẽdo me
moriam Petri. In Petro quis honoratur,nisi ille defunctus pro nobis? Sumus enim Christia
ni,non Petriani. Ecce Roma,ecce Charthago,ecce aliæ,& aliæ ciuitates filię regum sunt,& de
lectauerunt regẽ suũ in honore ipsius,& ex omnibus fit vna quædã regina.

Electrum preciosius est auro & argento,de quo scribitur in Ezechiele: Et de medio eius, Ezech.1.b
quasi species electri,id est,de medio ignis. Vbi diuus scribit Hieronimus. In medio ignis,& tor
mentorum Dei,electri similitudo est,quod est auro,argentoq; preciosius,vt post iudicium,at
q; tormenta,quæ patientibus tristia videntur,& dura,preciosius electri fulgor appareat,dũ
prouidentia Dei omnia gubernantur,& quæ putatur pœna,medicina est.

Quid equus,& eques mystice significent. Cap. XXIX

EQui nomine quid mystice significetur,diuus Gregorius libro xxxi. Moral. cap. decimo
octauo,hoc pacto declarat: In scriptura (inquit) sacra,equi nomine aliquãdo lubrica pra-
uorum vita signatur,sicut scriptum est: nolite fieri sicut equus,& mulus,& sicut per prophetã Psalm.31.
alium dicitur: Equi amatores,& emissarij facti sunt,vnusquisq; ad vxorem proximi sui inhie-
bat. Equi nomine dignitas temporalis accipitur,Salomone attestante,qui ait: Vidi seruos in e Eccle 10.b
quis,& principes ambulantes quasi seruos super terram. Omnis quippe qui peccat,seruus est tohan. 8.d.
peccati,& serui in equis sunt,quum peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur. Prin Psalm. 75.
cipes vero quasi serui ambulant,quum multos dignitate virtutum plenos,nullos honor eri- Genes. 49.
git,sed summa hic aduersitas,velut indignos,deorsum premit. Hinc rursum dicitur: Dormita
uerunt qui ascenderunt equos,id est,in morte animæ,mentis oculos à veritatis luce clause-
runt,qui in præsentis vitæ honore confisi sunt. Equi nomine hoc ipsum præsens seculum de
signatur,sicut Iacob voce dicitur. Fiat Dan coluber in via cerastes in semita,mordens vngu- Numer.2.d
las equi,vt cadat ascensor eius retro. Quo in testimonio qd equus significet,melius ostendi Esa.14.d
mus,si & ea quæ circunstant,paulo subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan ven- Hiere. 8.f.
re antichristum ferunt,pro eo quod hoc loco Dan & coluber asseritur,& mordens. Vnde &
non immerito,dum Israeliticus populus terras in partitionem castrorum susciperet,primus
Dan ad aquilonem castrametatus est,illum scilicet signãs,qui in corde suo dixerat: Sedebo in
monte testamenti,in lateribus aquilonis,ascendam super altitudinem nubium,similis ero altis
simo. De quo & per prophetam dicitur,A Dan auditus est fremitus equorũ eius. Qui nõ so-
lum coluber sed etiam cerastes vocatur. Cerastes enim Græce cornua dicuntur serpen q; hic
cornutus esse perhibetur,per quem digne antichristi aductus asseritur,quia contra vitam fide
lium cum morsu pestiferæ prædicationis armatur etiã cornibus potestatis. Quis aũt neciat
semitam angustiorẽ esse,quã viam? Fit ergo Dan coluber in via,quia in præsentis vitę latitu-
dine eos ambulare prouocat,qbus quasi placendo blanditur,sed in via mordet,quia eos,qbus

Universidad de Deusto
Biblioteca

libertatem tribuit erroris sui veneno consumit. Fit ceraſtes in semita, quia quos fideles repe
rit, & sese ad præcepti cœlestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidæ p
Equus, mū dus. suasionis impetit sed etiam terrore potestatis premit, & in persecutionis languore post bene
ficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat,
qui per elationem suam incursum labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extre
Vngulæ, extrema ſecuti. ma mūdi apphēdere nitit, Ceraſtes iste equi vngulas mordere phibetur. Vngulas qppe equi
mordere, est extrema seculi feriēdo cōtingere, vt cadat ascēsor eius retro. Ascēsor equi est, qi
quis extollit in dignitatibus mundi, q retro cadere dicitur, non in faciem, sicut Saulus cecidis
Act. 9. a. se memoratur. In faciem enim cadere, est in hac vita suas vnumquēq; culpas agnoscere, & pe
nitendo deflere. Retro vero, quo non videtur, cadere, est ex hac vita repente decedere, & ad
quæ supplicia ducatur, ignorare. Et quia Iudæa erroris sui laqueis capta pro Christo antichri
stum expectat, bene Iacob eodem loco repente in electorum voce conuersus est, dicens: Salu
Gē. 49. c tare tuum expectabo domine, id est nō sicut infideles antichristum, sed eum, qui in redempti
onem nostram venturus est, verum credendo fideliter Christum. Equi nomine, præparatio
rectæ intentionis accipitur, sicut scriptum est: Equus paratur in diem belli, sed dominus salu
tem tribuit, quia cōtra tentationem quidem se animus præparat, sed nisi adiuuetur desuper,
salubriter non decertat. Equi nomine, sanctus quisque prædicator accipitur, propheta atte
Zach. 9 ſecundū lxx stante, qui ait, Misisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. Quietæ quippe aquæ iacue
runt, quia humanæ mentes diu sub vitiorum suorum torpore, sopitæ sunt. Sed e quis Dei ma
re turbatum est, quia missis sanctis prædicatoribus, omne cor, quod pestifera securitate tor
puit, impulsu salutiferi timoris expauit. Hoc itaq; loco equi nomine sanctus prædicator ac
cipitur, quum beato Iob dicitur: Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis col
lo eius hinnitum? Verus quisq; prædicator ante fortitudinem & post hinnitum, id est, vocem
prædicationis accipit, quia quum in se prius vitia extinxerit tunc pro erudiendis alijs, ad vocē
prædicationis venit. Equus iste habet fortitudinem, quia aduersa constanter tolerat habet &
hinnitum, quia ad superna blandiens, vocat. Et notandum cur hinnitus, qui interius nimirum
per guttur ducitur, equi collo circundari, id est, quasi per gyrum trahi exterius dicatur, quia
videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extra circundat. Nam quo alios ad bene
viuendum suscitat, eo ad bene agendum, & opera prædicantis ligat, ne extra sermonem actio
transeat, ne voci vita contradicat. Et exponens illud Iob, Deridet equum, & ascensorem:
Iob. 39. c. Equus (inquit) est vnicuiq; sanctæ animæ corpus suum, quod videlicet nouit & ab illicitis con
tinentiæ fræno restringere, & rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxa
re. Equitis ergo nomine, anima sancti viri exprimitur, quę iumentum corporis bene subdi
tum regit. Vnde & Iohannes Apostolus in Apocalypsi dominum contemplatus, ait: Et exer
citus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis. Multitudinem quippe sanctorum, quę
Apoc. 19. d. in hoc martyrij bello sudauerat, recte exercitum vocat. Qui idcirco in equis albis sedere rec
runtur, quia nimirum eorum corpora, & luce iustitię & castimoniæ candore claruerunt. Der
det ergo hypocrita equitem, quia quum ipse in aperto iniquitatis eruperit, electorum despi
cit sanctitatem, & elatos fatuos appellat, quos pace pressus fidei, callida arte fimulabat. Quis
vero alius huius ascensor est equitis, nisi omnipotens Deus, qui & ea, quæ non erant, præui
dens condidit, & ea, quæ sunt, possidens regit? Ascendit quippe equitem, quia iusti vniuscuiu
sq; viri animum possidet, sua bene membra possidentē. Huic ergo hypocritę deridere est equi
tem sanctos despicere: deridere vero est ascensorem, equitis, profilire vsq; ad iniuriam creato
Abac. 3. b ris. Et diuus Hieronymus, exponens illud Abacuc, Qui ascendes super equos tuos, & quadri
gæ tuæ saluatio, hoc pacto scribit: Quæro eōs sup quos ascēdit dñs, & puto non esse alios, ni
si sanctorum animas super quas ascendit sermo diuinus, vt & ipsas saluet & alios per eas. Po
namus equorū exempla, sponsus loquitur in Cantico Canticorū: Equitatui meo in curribus
Can. 1. a. Pharaonis assimilaui te proxima mea. Non quod Christus ecclesiam, vel sermo Dei animā si
ponsam suam vocat, quadrigis comparet Pharaonis: sed quod omnis anima cuius sancta sit,
atq; perfecta, ad Deum comparata quasi currus Phraonis sit, & iumentum. Vnde & Moyses
Exod. 4. c. loquitur ad dominū: Ego sum alogos, id ē, irrationalis. Et Dauid: Vt iumētū factus sum apud
f Psal. 72. d. te, non quod absolute iumentum fit, sed quod apud Deū iumentū fit. His eqs illi cōtrarij sunt,
Exod. 15. a quos habet Pharao, de quibus dicitur: Equum, & ascensorē proiecit in mare. Huiusce modi eq
tatio non salus est, sed ꝓditio. Quęramus & alios equos, qbus ascendit dominus. In quarto re-

gnorum

gnorum libro legimus surrexisse mane ministrum Helizei, & egressum vidisse exercitū am
bientem ciuitatis muros, & equos, & currus. Et postquam ad preces prophetæ aperti sunt
oculi eius, aspexit (inquit) & ecce mons plenus equis, & quadrigæ igneæ in circuitu Helizei.
Diligenter attende quod equi videantur, & currus, & tamen in tantis milibus equorum, &
curruum, nullus ascensor. Horum equorum mille erat auriga, & ille rector, de quo Psalmista cāit:
Qui sedes super Cherubim, ostendere. Talibus equis, taliq; curru, & Elias raptus ad cœlū
est. Vidit & Ioānes equos candidos, & sessores eorum, é qbus corpora in gloria resurgētium
puto esse equos candidos, sessores autem sanctorum animas. Si quis vero peccator est, & mei
similis, sedebit in equo nigro, & dicitur de eo: Dormitauerunt omnes qui ascenderunt equos.
De talibus equis scriptum est: Fallax equus ad salutem. Caro enim concupiscit aduersus spi
ritum, & sapientia eius inimica est Deo. Hoc dictum sit de his, qui corpora diligunt, & in ni
gris sedent equis. Nos autem animas nostras in equos, & in currus domini præparemus, qui
ascendit in Paulo, ascendit in Petro, & in huiuscemodi curribus equitans.

Cap. XXX.

IN Zaecharia quoque scriptum est: Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum
rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varij &
albi &c. vbi diuus Hieronimus hoc pacto scribit: Et ecce vir &c. Hunc Hebræi Michaelem
angelum putant, qui vltor iniquitatum, & peccatorum sit Israel. Myrtos intelligi volunt, p
phetas, & sanctos, qui in medio captiui populi versabantur, & erant in profundo. Virum au
tem, id est Michaelem equi rufi, & varij & albi sequebantur, ordine (vt existimant) commu
tato, vt albi Medos Persasq; significent, quia sub ipsis dimissa captiuitas, & templum instau
ratum est: Varij Macedonas, quorum nōnulli amici, alij persecutores fuerunt. Plenissime su
per hoc Danielis vltima visio loquitur. Rufi vero, regnum Romanorum cruentum, & sangui
narium, quod populum interfecerit, templumque subuerterit. Alij vero ordinem, qui scrip
tus est, conseruantes, virum, qui ascenderit super equum rufū, & equos rufos, & varios, & al
bos, quatuor regna interpretātur. Primum, & secundum sanguinarium, Assyrios, & Chaldę
os, quorum pr mi decem tribus sub Salmanasar duxere captiuas. Secundi Iudam & Beniam
in, incensa Hierusalem ciuitate, temploque subuerso. Tertios, & quartos varios & albos, Me
dos significari putant, & Persas, quorum alij clementes fuerunt, vt Cyrus, & Darius filius Hy
staspis, & Assuerus, quem Græci Artaxerxem vocant, sub quo Hester impletur histo
ria, alij crudeles, vt Cambyses, & cœteri. Cœterum ecclesiarum magistri, noctem in qua
cernitur visio, obscuritatem mysticæ visionis intelligunt. Posuit enim Deus tenebras latibu
lum suum. Vir autem qui ascendebat super equum rufum, dominus, atque saluator est, qui
dispensationem carnis nostræ assumens, audit in Esaia: Quare rubra sunt vestimenta tua?
Hic qui nunc captiuo populo rufus ostēdit in Apocalypsi Iohannis in candidis vestibus & in
candido equo sedere describitur. Myrteta autem, quę erant in profundo, inter quę stare des
cribitur, Angelicas intelligunt potestates, quę ei, etiam in carne posito, ministrarunt, & Apo
stolos, atq; Apostolicos viros sentire possumus, qui totum orbem rufi, & varij & albi pera
grasse memorantur, quorum alij martyrio coronati sunt, & appellantur rufi, alij operibus &
doctrina, & varietate fignorum, varij nuncupantur, alij virginitatis, integrorumque dogma
tum & puri cordis, quod cernit Deus, præmia susceperunt. Et exponens illud Micheæ, Au
feram equos tuos de medio tui, sic scribit: Auferam, id est, interficiam equos tuos de medio
tui, id est, de principali cordis tui lasciuientes impetus, & equorum more ruptis vinculis pro
ruentes, & currus tuos, quibus tibi in vitijs tuis placebas, & peccata peccatis consocians, quasi
triūphans, in quadrigis ferebaris. Et exponens illud Abacuc, Viam fecisti in mari equis tuis,
in luto aquarum multarum, hoc pacto scribit, proquo Septuaginta habent: Et superduxisti
in mari equos tuos, conturbantes aquas multas. Super inducit Deus egregius eques, & auriga
præcipuus, equos suos, Angelos videlicet, sublimesque virtutes super mare huius seculi, vt rur
bent aquas multas, dęmonia, & contrarias potestates. Quod si voluerimus de aduentu Chri
sti interpretari, iuxta illud, quod in Apocalypsi scribitur, quod sermo Dei sedeat in equo al
bo, & omnis exercitus in equis albis sequatur eum, videbimus quomodo Christus ascende
rit in Apostolis suis, dicens eis: Ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus, vsque ad consum
mationem seculi. Et euntes ite, baptizate omnes gentes, & reliqua, & postea conscenderit
in vno equo albo, quem alium non puto esse, nisi Apostolum Paulum, superquem equitans,
omnem orbem circumierit. Ascendit aut ē sermo Dei in equis suis, vt turbarentur aquę mul
tę, hoc est vel populi multi, q ante in mari erant, & à dracone tenebātur obnoxij. Lata em, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

& spacioſa via eſt,quæ ducit ad mortem,& turbarentur,primum errorem priſtinum deſerentes,deinde conturb..ti venientem equitem ſuſciperẽt. Vel certe de quibus ſupra diximus,dæmonum cateruæ nequaquam ita dominarentur in mari,ſed turbate cederent & equitis præliantis vulnera formidarent. Et exponens illud Amos,Et auferetur factio laſciuientium,pro Amos.6.c. quo lxx.habent: Auferetur hinnitus equorum ex Ephraim,hoc pacto ſcribit: Allagorice(inquit)principes hæreticorum,qui propter delicias ſuas,meum populum deuorarunt, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph,primi ducentur ad pœnas & auferetur hinnitus equorum ex Ephraim. Qui in ſcripturis ſanctis dupliciter accipitur,aut in ſuperbiam, potẽtiamq; eorum,qui hinniunt,aut in libidinis magnitudinem. In ſuperbiam,malorumq; conſenſum,vt ibi: Hi in curribus,& hi in equis. Et Pſalmo tricẽſimo ſecundo: Fallax equus ad ſalutem. Et re- Pſalm. 19. gibus Iſrael præcipitur,ne ſibi multiplicent equos. Et in libro Iob,vox equi,clangori tubæ cõ- Deut.17.d. paratur. In libidinis vero magnitudinem,& effrænatum cordis deſiderium,vt in Hieremia,q Iob.39.c. luxurioſos adulteroſq; deſcribens,intulit: Vnuſquiſq; ſuper vxorem proximi ſui hinniebat. Hierr. 5.c. Et Origenes homilia ſecunda in Cantico Canticorum,citans illud Abacuc, Qui aſcendes e- Habac. 3. quos tuos,& equitatus tuus ſalus. Sunt equi domini,quibus aſcendit,& equitatus eius,illæ animæ,quæ frænum diſciplinæ eius accipiunt & iugũ,portant ſuauitatis eius,& quæ ſpiritu Dei agũtur,& in hoc eſt eis ſalus. In reuelatione Iohannis legimus,quod apparuit ei equus,& ſe- Rom.8.c. dens ſuper eum quidam fidelis,& verus & cum iuſtitia iudicans,cuius nomen eſt verbũ Dei. Apoc.19.d Ait ergo: Et vidi cœlum apertum,& ecce equus albus,& qui ſedebat ſuper eum,vocabatur fidelis,& verus,& cum iuſtitia iudicans,& pugnans,& oculi eius ſicut flamma ignis,& ſuper caput eius diademata multa habentia nomen ſcriptum,quod nemo nouit,niſi ipſe,& adopertus erat veſtimento ſanguine conſperſo,& vocabatur nomẽ eius verbum Dei. Et exercitus eius erat in cœlo,& ſequebantur eum in equis albis,induti byſſino albo puro. Sed opus eſt gratia Dei,quæ horum nobis aperiat intellectum,quo poſſimus aduertere,quid iſtæ indicent viſiones,cuis ſit equus albus,& quis ſit qui ſedet ſuper eum,cuius nomen eſt verbum Dei. Et forte quidem dicit aliquis,album eſſe equum corpus quod aſſumpſit dominus,& quo ille,qui in Iohann.1.a principio erat apud Deum,Deus verbum,vel veſtitus,vel vectus eſt. Alius autem animam dicet,quam aſſumpſit primogenitus omnis creaturæ,& de qua dicebat: Poteſtatem habeo ponendi eam,& poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Alius vero,vtrumq; ſimul,corpus,at- Coloſ.1.b. q; animam,quaſi vbi peccatum non fuerit equum dici album putabit. Alius adhuc quarto Iohan.10.c. co eccleſiam dicet,quæ & corpus eius nominatur,album videri equum,quaſi non habentem maculam,aut rugam,quam ſibi ipſe ſanctificauit lauacro aquæ. Secundum hæc autem ſinguli etiam illa accipiet,quæ ſequuntur,militiam cœli,& exercitum verbi Dei,& quomodo ſinguli quiq; eorum ſequentes verbum Dei,equis albis ſedeant,& byſſinis albis induantur,& mundis. Huic ergo equo albo,quo ipſe vehit,qui verbũ Dei appellatur,vel huic equitatui cœleſti, Bpge.1.d. qui eum ſequitur in albis nihilominus equis comparat & ſimilem facit Chriſtus eccleſiam ſu- Ephe. 5.f. am curribus Pharaonis. Vel ita poſſumus accipere,vt quantum hic domini equitatus,equita- Cant. 1.c. rum & currus Pharaonis euincit,& præcellit,tantum tu,quæ pulchra es in mulieribus præcellis & euincis omnes reliquas animas,quæ adhuc iugum Pharaonis portant,& ſeſſores eius patiuntur. Vel certe quod equitatus hic meus,qui lauacro aquæ mundatus,purus, & candidus factus eſt,& verbum dei meruit habere ſeſſorem,ex curribus aſſumptus eſt Pharaonis. Inde 1.Tim.1.c. enim omnes veniunt credentes,quia Chriſtus venit in hunc mũdum peccatores ſaluos face- Cant.1.c. re. Hoc ergo modo poteſt explanari verſiculi huius ſenſus. Equitatui meo,qui fuit ante in curribus Pharaonis,& nunc ſequitur me in equis albis,purificatus in lauacro aquæ,ſimilem te arbitror proxima mea. Beatæ ergo ſunt illæ animæ,quæ dorſum ſuum curuauerunt,vt ſuſcipiant ſeſſorem verbum Dei ſuper ſe,& fræna eius patiuntur,vt quocunq; ipſe voluerit,flectat Pſalm.144 eas,& agat habenis præceptorum ſuorum,quia iam non propria voluntate incedunt,ſed ad omnia ducuntur,& reducuntur voluntate ſeſſoris. Et Heronimus,exponens illud Pſalmiſtæ, Non in fortitudine equi voluntatẽ habebit: Ego(inquit)puto equos homines eẽ peccatores, & eques,dæmones,q equitant in eis. Si quando ergo viderimus aliquem,fratrem perſequentem,& inimicum eſſe ſciamus qa ille equus eſt. Cæterum eques diabolus eſt,q ſua lancea nos pcutit. Iſte currit,& ille pcutit. Sed & ipſe equus calcaribus ducit,confoditur,& inuitus inſanit.

De eodem equo,& equite,ſecundum Origenem.
Cap. XXXI.

Origenes. Ioſue. 11.c. ORigenes quoq; homilia decimaquinta ſuper Ieſum Naue,exponens illa verba, Equos eorũ ſubneruauit,& currus eorum exuſſit igni,hoc pacto ſcribit: Nos ſcripturam ſanctam ſibimetipſi conferentes,& ſpiritalibus ſpiritalia comparantes, requiramus quid eſt,quod de aſinis quidem non eſt ſcriptum,quia ſubneruati ſunt,nec Madianitarum ſpolia, vel animalia interempta dicantur,ſed profuiſſe Iſraeliticis vſibus. De iſtis autẽ, qui non habebant aſinos, ſed equos,præcepit ipſe dominus,& dixit: Equos eorum ſubneruabitis. Quod & Ieſus, ſicut à domino mandatur,expleuit. Putamus hæc accidiſſe fortuitu,vt equi hoſtiles interimerentur,& aſini ſeruarentur,& in præceptis Dei fortuita aliqua arbitramur incidere? An dignius videtur,vt putemus magis in his ſcripturam myſticum aliquid indicare? Deniq; & filij Iſrael nunquam equis vſi eſſe referuntur & lex nihil de equis,ſed de aſinis mãdat,vtpote de animalibus, quæ ad humanos labores iuuandos,& ad onera eorum portanda videtur exiſtere,equi vero magis ad hominum perditionem. Hoc enim eſt, quod per eos in prælijs geritur. Laſciui motus animal,& ſuperbæ ceruicis accipitur. Sunt ergo aſini frequenter à ſcriptura in typo gentium poſiti ſicut & ſaluator oſtenditur ſupra aſinum ſedens,nunquam autem equo ſedẽs referatur: ſed & quum diſcipulos mittit ad ſoluendam aſinam, & pullum aſinæ,dicit eis: Si quis vos interrogauerit,dicite,quia dominus eis opus habet,& ſedens ſuper Matt.21.a. eum,ingreditur Hieruſalem,& nunquam equo ſedens,ingreſſus eſſe dicitur. Sed & prophe- Iohan.12.b ta de ipſo ita pronunciauerat,quod ſedens aſino veniret ad Hieruſalem,dicens: Ecce rex tuus Zach.9.c. manſuetus ſedens ſuper ſubiugalem & pullum aſinæ nouellum. Et exterminabit currus Effrem,& equum ex Hieruſalem. Vides ergo quomodo ſecundum prophetæ ſententiam,qui ſuper aſinum ſedet,exterminabit currus Effrem,& equum de Hieruſalem. Et ideo videntur mihi aſini quidem(vt diximus)figuram ſeruare eorum, qui ex gentibus credunt,ſuper quibus ſediſſe ſcribitur dominus: equi vero,qui exterminantur,& currus,figuram tenere illorũ, qui in cœleſtibus poſiti,per laſciuiam,& ſuperbiam deciderunt, quando vel ad filias hominum concupiſcendas ſemetipſos inceſtatores præbuerunt,vel ſecuti ſunt illum,qui dixit: Ponam ſuper nubes ſedem meam,& ero ſimilis altiſſimo. Inde fortaſſis eſt, quod prophe- Genes.6.a. ta dicit: Falſus equus ad ſalutem. Et iterum dicit de his, qui in dæmonibus confidebant: Eſai.14.d. Hi in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur. Neq; enim Pſalm.82.d currus,& equos Deo contuliſſet,quantum ad inuocandum ſpectat: ſed vtiq; hoc oſtendit,qa Pſalm.19.b ſicut nos inuocamus Deum verum,ita illi inuocant currus,& equos,id eſt,dæmones,quos inuocabant gentes illæ,quæ aduerſus Iſrael bellum gerebant. Sed & Aegyptiorum equos commemorat ſcriptura,& iſtos ipſos,quos nunc interimi iubet. Vnde hoc intelligatur,quod in typo quidem aſinorum gentes,quæ ad credulitatem veniunt,merito reſeruãtur, in typo vero equorum,& curruum,dæmones,qui humanæ ſaluti aduerſarij ſunt & inimici merito perimuntur. Sed & ſi paſſiones corporis,id eſt,libidinem,laſciuiam,vel ſuperbiam,ac leuitatem,quibus infelix anima velut equitans vectat,& fertur ad pcipitia,equos nunc dici, & cur Ioſue.xi. b. rus intelligamus,& ipſos eſſe,qui ex pcepto dei ſubneruari iubentur, non erit rationi noſtræ contraria intelligentia. Subneruatur quippe equus,qũ ieiunijs,& vigilijs,& omni abſtinẽtiæ afflictione corpus humiliatur. Et currus igni exuruntur,quũ in nobis completur ſermo domini, dicentis: Ignem veni mittere in terram,& q̃ volo vt accendatur? Quo igne iam ſe illi ardere confeſſi ſunt,qui dicebant: Nonne cor noſtrum ardens erat intra nos,quum aperiret nobis ſcripturas? Ideo ergo & falſus equis dicitur ad ſalutem,ſi motus corporis noſtri ferri pmittamus infrenes,nec abſtinentiæ iugo laſciuiam carnis,& ſuperba colla ſubdamus. Sed Luc.12.f. nunc ſi quis forte ex his,quæ dicimus,Dei verbis ſtimulatur,atq; compungitur,& is,qui he- Lucæ.24. sterno die pronus & feruidus,tanquam equus, in libidinem ferebatur, hodie,ſi his auditis, Pſalm.31.d pœnitet,conuertitur,ac ſecundum prophetam à Dei timore confixus,refrenat ſe,& reuocat à peccato,& pudicam dehinc,caſtamq; diligit vitam,videbimur etiam nos,gladio verbi Dei Pſalm.118. euaginato,ſubneruaſſe equos,& magis per hoc digne impletur præceptũ Dei,quàm ſi anima lia quis equini generis,de ſpolijs hoſtium capta,ſubneruet. Quorum autem equi ſubneruantur? Equos(inquit)Iabin ſubneruandos. Iabin autem prudentia interpretatur,vel ſenſus. Quæ eſt iſta prudentia,vel quis ſenſus,cuius ſubneruandus eſt currus? Illius nimirum de qua dicit Apoſtolus: Quia prudẽtia carnis,inimica eſt Deo. Et ille ſenſus,de quo dicit: Inflati ſenſu carnis ſuæ. Iabin vero rex Aſor. Aſor autem,aula interpretatur. Hæc eſt Aſor,quæ omniũ hoRom.8.b. Coloſſ.2.d rum regnorum obtinere dicitur principatum, qui intelligitur princeps huius mũdi, regnãs in aula,id eſt, ſuper terram, vel, quod maius eſt,in vitijs carnis. Sed & omnium illorum regum,quorum vim ſecundum nominum ſuorum interpretationem, iam ante expoſuimus, equi ab Ieſu dicuntur interfici. Quorũ nos,ſi recte ſub Ieſu duce militamus,debemus in nobiſmetipſis abſcindere vitia,& accepto ſpiritali gladio,ſubneruare omnem iſtũ equitatũ peſſimum vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum vitiorũ. Sed & currus debemus incẽdere. i. oẽm à nobis arrogantiæ, & elationis ſpiritũ reſecare, vt vltra nõ in equis, neq; armis, ſed in noie dñi Dei noſtri inuocemus. Et homil. vi. ſuper Exodum, exponens illud, Equum & aſcenſorem proiecit in mare: Hoies (inquit) qui nos inſequuntur, equi ſunt, & (vt ita dicam) oẽs qui in carne nati ſunt, figuraliter equi ſunt. Sed hi habent aſcenſores ſuos. Sunt equi, quos dñs aſcendit, & circumeunt omnem terrã, de quibus dicitur: Et equitatus tuus ſalus. Sunt autem equi, qui aſcenſorem habent diabolũ, & angelos eius. Iudas equus erat, ſed donec aſcenſorem habuit dñm, de equitatu fuit ſalutis. Cum cæteris enim apoſtolis miſſus, ægrotis ſalutem, & ſanitatem languẽtibus ꝓſtabat. Sed vbi ſe diabolo ſubſtrauit (poſt buccellã enim introiuit in illum ſathanas) & aſcenſor illius effectus eſt ſathanas, & illius habens ductus, aduerſus dñm, & ſaluatorem noſtrum cœpit equitari. Oẽs ergo, qui perſequũtur ſctõs, equi ſunt hinnientes, ſed habent aſcenſores, quibus aguntur, angelos malos, & ideo feroces ſunt. Si ergo videris aliq̃ perſecutorem tuũ nimis fœmentem, ſcito, q̃ ab aſcẽſore ſuo dæmone perurget, & ideo ſæuus, ideo truculentus eſt. Et homil. I. in Iob exponens illud Iob iuxta lxx. Equites fecerunt ſibi tria cornua: Qui fuerunt (inquit) equites, qui tria cornua ſibi fecerunt, hoc eſt, qui triplici modo ſe armauerunt, qui triplicio circundederunt camelos? Illi fuerunt ſpirituales equites. i. aerei ſpũs, qui terram peragrãt, qui pelagus tranſeunt, qui aerem peruolant, qui omni vento, & aqua atq; omnibus tempeſtiuis procellis vehementiores ſunt, atq; velociores in aera ſua iniquitate. Vnde etiam equites digne appellantur. Qui ſuper oẽs luxurioſos, atq; impudicos ſedent, tanq̃ ſuper equos, & iuxta nequitiam ſuã exagitant illos, & ad ſuæ iniquitatis, atq; impudicitiæ perfectionẽ oẽs infectãtur illos, de quibus dicitur: Adulter ſicut admiſſarius ſub omni ſeſſore hinnit. Et. Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. Et adhuc: Equi admiſſarii facti ſunt, vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui hinniebant. Iſti ergo tales ſunt equi diaboli, iſti ſunt equi maligni. Iſti, & omnes, qui eiuſdem ſeruiunt iniquitati. Iſti quorum pedes iniquitatibus currunt. Huiuſmodi nanq; equorum pedes veloces ſunt ad effundẽdum ſanguinem. Equites ſunt nequiſſimi dæmones, atq; aerei ſpiritus. Talis enim equus fuit olim Nabuchodonoſor, ſed non iugiter, ſed ſeptem annis tm̃, quibus à nequiſſimis equitibus, id eſt, dæmonibus, impar center eſt exagitatus. Talis equus fuit & ille, qui in euangelijs à legione ſimiliter per deſerta, & per montes vrgebatur, donec veniens dominus illos quidem malos equites, id eſt, dæmones, effugauit, & illum miſerum liberauit. Alijsque innumeri à ſeculo, alij aperte, alij vero occulte, diuerſe, ac varie dæmonũ equi effecti ſunt, qbus vniuerſis, quũ eſſent immũdi, atq; execrabiles, in malis vſi ſunt eis nequiſſimi dæmones. Alijs ſane ad velocitatem homicidij & ſanguinis, deuaſtationis quoq; atq; nequiſſimi liuoris, & omniũ, q̃ volũtas diaboli, atq; opus exigebat. De iſtis ergo equitibus, dicit iſte: Equites fecerunt tria cornua, & circundederũt camelos. Tria cornua fecerunt, hoc eſt, finxerunt, conſimulauerũt, armauerũt, vtpote equites, equis ſedentes, atq; vniuerſam armaturam habentes, timorẽ oſtendentes, atq; fortitudinem demõſtrantes. O q̃ multiplicem inquiſitionem, atq; diſputationẽ habet hic ſermo. Tria cornua fecerunt, pro peculij conſumptione, & filiorũ perditione, atq; corporis plaga, ſuperare eum nitentes. Tria cornua fecerunt, quia & cũ eo tertio congreſſi ſunt. Semel ſane, quũ omne peculium, atq; filios ſubito interfecerunt. Secundo, q̃ totum corpus eius putredine, ac vermibus repleuerunt. Tertio, q̃ per vxorem ſeduxerunt, & amici culpauerunt. Adhuc autem tria cornua fecerunt, tanq̃ tria ſ̃cipua, ac ſingularia, id eſt. fidem, ſpem, charitatẽ ſ̃dari cũ conantes. Fidem, quam in Dei cultura habuit, ſpem æternæ liberationis, ac cœleſtis refrigerij, charitatem circa Deum, qua nihil eſt maius, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Pro his ergo omnibus fecerunt tria cornua nequiſſimi dæmones. Sed adhuc tria cornua fecerunt hi, qui aduerſus tria ſecula ab initio & vſq; in finẽ bellũ geſſerunt, & aduerſus cũ, qui ab initio fuit, vſq; ad diluuiũ, & à diluuio, vſq; ad paſſionem, & reſurrectionem dñi Chriſti, & vſq; in finem, & reſurrectionem oim. Et adhuc tria cornua fecerunt hi, qui aduerſus legẽ dimicant per idolorum iniquitatem, aduerſus prophetas, per pſeudoprophetas aduerſus apoſtolos, per falſos apoſtolos. Poſt q̃ vniuerſa, adhuc vnũ aduertamus. Tria cornua fecit diabolus in typũ, atq; figurã trionymæ illius ſectæ, triumq; deorũ hæreſis, q̃ vniuerſum orbem terræ in modum tenebrarum repleuit, quæ patrem & filium & ſpiritum ſanctum aliquando tanquam tres cõtra, nonnunquam vnum adorat, quemadmodum Græcorum lingua memoratur triada, vel homouſion. Iſtam ergo trinitatis ſectam & hæreſim, atq; infidelitatem iam olim de longe deſignans verſutiſſimus ille diabolũs, tria cornua miſit ad Iob deprædandum. Sic nanque etiam nunc memorata ttionyma hæreſis, præſertim prædatur, atq; expugnat eccleſiam. Quid

Quid eruca, & erugo, myſtice ſignificent. Cap. XXXII.

ERuca magna domini fortitudo, vel virtus appellata eſt à Ioele propheta, cap. ſecũdo, vbi ait: Et reddam vobis annos, quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca fortitudo mea magna, quam miſi in vos. vbi diuus Hieronymus hoc pacto ſcribit: Quærimus cur eruca fortitudo, vel virtus dñi appellata ſit, & non ſolum virtus, ſed virtus magna. Quomodo potẽtia Dei in Aegyptijs plagis oſtenſa eſt per parua animalia, & præcipue cyniphes, qui tam parui ſunt culices, vt vix cernãtur oculis, ſic nũc in paruo, tardoq; vermiculo, q̃ vix moueri poteſt, & leui tactu conteritur, Dei potentia, & humana fragilitas demonſtratur. Non quod Deus ad nutum ſuum, & potentiæ maieſtatem nequeat terras ſubuertere, & operire cuncta diluuio, vel fulmine concremare, ſed per parua, & (vt ita dicam) puncta corporũ oſtendit humanam fragilitatem. Vnde & illud ſolemus Marcioni, & cæteris reſpondere hereticis, qui vetus laniant teſtamentum, quod & pulices, & culices, & cimices, & huiuſcemodi animantia idcirco fecerit Deus, vt fragilitatem, & imbecillitatem noſtræ carnis oſtenderet, quæ in tantum nihil eſt, vt ab his, quæ parua ſunt, vulneretur. Si autem eruca, paruusq; vermiculus fortior homine eſt, quid gloriatur terra, & cinis, & elata per ſuperbiam (quum ex humo fit, à quo homo appellatur) humana contemnit? Et capite primo eiuſdem prophetæ ſcriptum eſt: Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, reſiduum bruchi comedi rubigo. Erucam (inquit Hieronymus) quæ Hebraice Gazam, Græce dicitur campe. Hebræi Aſſyrios interpretantur, Babylonios, atq; Chaldæos qui de vno orbis climate procedentes, tam decem tribuum, quàm duarum, hoc eſt, Iſraelitici populi cuncta vaſtarunt. Locuſtã vero Medos interpretantur, & Perſas, qui ſubuerſo imperio Chaldæorum, Iudæos habuerunt captiuos. Bruchus Macedonas, & oẽs Alexandri ſucceſſores, maximeque regem Antiochum, cognomẽto Epiphanes, qui inſtar bruchi ſedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, ſub quo Maccabæorum bella narrantur. Rubiginem referũt ad imperium Romanorum, qui quarti & vltimi in tantum oppreſſere Iudæos, vt de ſuis finibus eos pellerent. Quatuor quoq; antedicta, quatuor ſignificant perturbatiões, quibus animarum fanitas ſubuertitur, quarum duæ præſentes, ſibiq; contrariæ, nempe animi ægritudo, hoc eſt, triſtitia, & gaudium. Aut enim triſtes ſumus, & mœrore conficimur, ſtatusq; noſtræ mentis euertitur. Vnde & Apoſtolus monet: Ne abundantiori triſtitia abſorbeatur frater. Aut é contrario gaudemus, geſtimusq; lætitia, & bona noſtra moderanter ferri nõ poſſumus. Iuſti autem, & fortis viri eſt, nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari, ſed in vtroq; eſſe moderatum. Diximus de perturbatione præſentium, dicamus de futurorum, in quibus metus, aut ſpes eſt. Aduerſa timemus, proſpera præſtolamur, aduerſa nonnunquã plus quã decet, timemus eſſe ventura, & proſpera, quæ ſperamus, in tantum nos faciunt exultare, vt non teneamus modum, maxime in his, quæ incerta ſunt, quia futura, & ſperantur potius, quàm tenentur. Has perturbationes vno, & nec pleno verſiculo, illuſtris pœta comprehendit: Hi metuunt, cupiunt q̃; hoc de futuro: Dolent, gaudentq; hoc de præſenti: Neque auras (inquit) Reſpiciunt clauſi tenebris, & carcere cæco. Qui enim perturbationum tenebris obuoluuntur, clarum ſapientiæ lumen non valent intueri. Cauendum eſt igitur, ne ægritudo quaſi eruca nos comedat, ne locuſta vaſtet in gaudio, huc, illucq; volitans, & geſtiente lætitia per diuerſa ſe iactans, ne bruchus, id eſt, pauor, & futurorum metus, radices ſapientiæ deuoret, ne rubigo, & deſiderium futurorum res inutiles concupiſcat, & nos perferat ad ruinam. Sed vt in omnibus, quatuor quadrigas, & quatuor cornua, & quatuor equos rufos, & varios, & albos, & nigros, id eſt, vel aduerſa, vel proſpera, vel ex vtroque ſociata, frenis ſapientiæ gubernemus. Ego reor erucam eſſe incipientem in animo paſſiõem, quæ tarda eſt, & diſcurrere non poteſt, & mora ipſa, ac pertinacia ebibit, & exugit omnem virorem, quam ſi nõ occiderimus, in nobis creſcet, & auolat, & nunc deuorat quicquid attigerit, nunc ſemeſa dimittens pergit ad alia, reuertensq; ad priſtinam ſedem, bruchus efficitur, vt non ſolum fruges, & folia, & cortices, ſed & ipſam medullam deuoret tarditate. Sin autem euenerit, quod tamẽ rarum eſt, vt etiam poſt bruchum vitalis quiꝑiam nobis ſpiritus refideat, cuncta rubigo populatur, ita vt ſtipulam, & vile fœnum vertat in nigredinem, vt non ſolum eſui, ſed & fimo inutilia ſint. Diuus autem Gregorius libro trigeſimotertio Moralium, capite trigeſimonono, hoc pacto ſcribit: Quid per erucam, quæ toto corpore in terra repit, niſi luxuria deſignatur, quæ cor, quod tenet, ita polluit, vt in ſuperioris munditiæ amorem ſurgere non poſſit? Quid per locuſtam, q̃ ſaltibus euolat, niſi inanis gloria exprimit, quæ ſe vanis præſumptionibus exaltat? Quid per bruchum, cuius pene totum corpus in vẽtrem colligitur, niſi edẽdi ingluuies

1. Cor. 2. b. Virgilius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingluuies figuratur? Quid per rubiginem, q̃ dum tangitur, incendit, nisi ira innuitur? Residuum ergo erucæ locusta comedit, quia sæpe, quum luxuriæ vitium à mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia iã per amorem carnis non sternitur, quasi sanctã se ex castitate gloriatur. Et residium locustę bruchus comedit, quia sæpe, quũ inani gloriæ, q̃ quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, ventri, vel quibuslibet ambitiosis desiderijs immoderatius indulgetur. Mens enim Dei nescia, tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humanæ laudis, amore refrenatur. Residuum bruchi, rubigo consumit, quia sæpe, dum ventris ingluuies per abstinentiam restringitur, iræ impatientia acrius dominatur, q̃ more rubiginis, quasi exurendo messem comedit, quia virtutũ fructus, impatiętię flãma tabefacit. Quũ ergo vitia vitijs succedunt, agrũ mẽtis alia pestis deuorat, dũ alia relinquit. Bñ aũt illic subdit: Expergiscimini ebrij & flete. Ebrij quippe vocati sunt, qui mundi huius amore consossi mala non sentiunt, q̃ patiũtur. Quid est ergo dicere: Expergiscimini ebrij, & flete, nisi somnũ vestræ insensibilitatis excutite, & in deuastatione cordis, tot sibi succedentibus vitiorum pestibus, vigilantibus lamentis obuiate? Et diuus Hiero. exponens illud Amos. Oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca, & non redistis ad me, hoc pacto scribit: Quia semper hæretici tumentes superbia, & incidentes in iudicium diabolj, magna sibi promittunt, & bonorũ simulacra non sentiunt imagines, vt melli venena commisceant, etiã vineas & olieta, & ficeta habere seiactãt, sed vinea eorum, vinea Sodomorum est, oliueta eorum, nõ sunt de bonis oliuis, sed oleastris, quos Apostolus radicibus bonarum oliuarũ præcipit inserendos. Ficeta quoq; talia habent, q̃ calathum pessimarum impleant ficuum, quos Hieremias, p̃ amaritudine comedi nõ posse, testatur. Ad quæ, quum dñs venerit, æterna eis ariditate maledicit, vt nunquam fructũ afferant, ne virore foliorum decipiant transeũtes. Et vt intelligamus olieta, & ficeta ad malam partem referri, singulis sermonibus addidit, vestra, vt non Dei, sed hæreticorum ea esse monstraret. Quæ ola, eruca populata est, id est, extrema pœnarũ omniũ, q̃ non auolat, vt locusta, hucusq; discurrens, semesa dimittit, sed permanet perituris frugibus, & tardo lapsu, pigris quibusq; morbis vniuersa consumit. Quumque hæc passi sint, nec sic quidem ad dominũ redire voluerunt.

Ioel. 1 Ebrij qui dicantur.

Amos. 4. c

Rom. 11. e. Hier. 29. d Matt. 21. b

Psalm. 77. Erugo, de qua scriptum est Et dedit erugini fructus eorum, est fornicatio (vt diuus inquit Hieronymus, eundem versum exponens:) In erugine (inquit) fornicationis forma monstratur. Nam sicut hæc lento repens corrumpit, crudelissime arborũ fructibus insidiat, ita & hæc blande illicięs homines, iniquis eos, atq; occultis morbis sæuissime vorat. Cassiodorus quoq; sic scribit: Erugo est amor turpis, honestatem occulta imminutione consumens. Diuus autem Augustinus: Rubigo occulte nocet, quam etiã eruginem nonnulli interpretati sunt, alij caniculam. Quod malum, cui vitiorum aptius comparatur, nisi, quod difficillime apparet, ficuti est multũ de se fidere? Aura est enim noxia, quæ hoc in fructibus latenter operatur, sicut in moribus occulta superbia, quando se quisquam putat aliquid esse, quum nihil sit.

Esca, quære in dictione, Cibus.

INCIPIT LIBER TERTIVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid faba, faber, facies q; mystice significent Caput I.

Ezech. 4. c

Fabam, de qua dicitur Ezechielis iiij. Et tu sume frumentum, & hordeum, & fabam, quid mystice significet, diuus Hieronymus p̃dicta verba enarrans, exponit: Possumus (inquit) & hoc dicere iuxta intelligentiam spiritualem, q̃ Iudaicus populus post offensam Dei, vsq; hodie subcinericios panes comedat, mistos frumẽto, hordeo, faba, lente, milio, & auena, quorum alter hominum, alter iumentorum cibus est. In eo enim, q̃ videntur in vnum Deum credere, habent aliquid & frumenti. Quod autem filiũ negant, hordeo iumentorum pascuntur, & fabis, quibus comedentium venter inflatur, & mens opprimi dicitur, in tantum vt Pythagoreis quoq; cibus detestabilis sit.

Zach. 1. d. Fabri, siue fabrorum nomine quid significetur, exponitur in Zacharia: vbi dicitur: Et ostendit mihi dñs quatuor fabros: Et dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicẽs: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros & cęt. Vbi diuus Hieronymus scribit

Hieronym. Quatuor fabros, siue artifices, quos Græci tectonas vocant, non ipse propheta conspicit, sed ei dominus ostẽdit, & exponit qui sint fabri, & artifices, quos nos angelos intelligimus obedientes dominicæ potestati, vt quod gentes destruxerant, isti ædificent. Et hoc notandum, quod ista quatuor cornua gentium, vnum contra populum Dei cornu eleuauerint. Nonne tria regna

prostrauerunt pariter, & simul oppresserunt Israel, sed sibi inuicem successerunt, Babylonijs, Medis & Persæ, Persarum regno, regnum Macedonum, regno Macedonum, imperium Romanorum. Hæc sequentes historiæ ordinẽ diximus. Possumus quatuor cornua, quæ regnauerunt contra populum Dei, quatuor perturbationes accipere, ægritudinem, siue tristitiã animi metum, & cupiditatem, de quibus dictum est in dictione, Eruca. Aduersum has quatuor fabri (& vt ita dicam) medici, bonique artifices, non cernuntur à propheta (nec dũ enim absq; ostensione Dei per se eos videre poterat) sed ostenduntur ei à domino, quatuor scilicet virtutes, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, de quibus plenissime in officiorum libris Tullius disputat, scribens proprium quoque de quatuor virtutibus librum. Qui ergo vitia destruunt, virtutes ædificant, omnesque sancti, qui hæc remedia possidentes, instaurant semper ecclesiam, fabri appellandi sunt. Vnde & Apostolus loquebatur: Quasi sapiens architectus fundamentum posui. Et iratus dominus, de Hierusalem ablaturum esse fr̃e dicit architectum, & virum sapientẽ. Et ipse dñs Dei omnipotens filius, & creatois omniũ, fabr i filius appellatur. Legi in quibusdam commentarijs, quatuor fabros quatuor euangelistas intelligi, qui oppressum Israelem, sensum videlicet videntem Deum, & Iudam dominum confitentem & Hierusalem visionẽ pacis, in pristinam sedem restituant, & quos vitiorum gentes dispersérant de ecclesia, per prædicationem euangelij retraxerunt ad salutem. Et Esa. liij. Ecce ego creaui fabrũ sufflantẽ in igne prunas &c. id est, diabolum omnium malorum artificem, nõ necessitate naturæ, sed mẽtis arbitrio. Qui suscitauit incẽdia & proferet cõtra te uasa quales fuerũt Simon, & Elimas magi, Petro, & Paulo Apostolis resistentes. Ego creaui interfectorẽ eorũ, qui incredituli sunt futuri, nõ quo ego sim causa perditiõis eorum, sed quo creatus aduersarius ad pugnandum, & victis perditio, & victoribns causa sit prẽmiorum. Omnesq; qui contra te à fabro sufflante sunt fabricati, non dirigentur, sed præsentes pœnas sentient & futuras. Et in Hieremia scriptum est: Postquam transtulit &c. & fabrum, & inclusorem de Hierusalem, & adduxit illos in Babylonem: vbi diuus Hieronymus scribit

Esai. 54. d

Esai. 41. b.

Gene. 14. d

Iob. 11. c.

1 Iohan. 4. d Prouer. 28. b

Eccli. 7. b

Gene. 3. d

Psal. 50. a

Psal. 31. b

Psal. 118. b

Psal. 50. a

Psal. 31. b

Psal. 118. b

Psal. 50. a

Psal. 31. b

Psal. 118. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quum ab oratione cessat, exhibere festinet, qualis apparere iudici in ipso orationis tempore exoptat. Sæpe nanq; immunda quædam, vel illicita in animo versamus, quotiens à precibus vacamus. Sed quum se mens ad studium orationis erexerit, earum rerum imagines reuerberata patitur, quibus libenter prius ociosa premebatur, & quasi iam facie anima ad Deum leuare nō sufficit, quia in se nimirū, inquinata mēte, maculas pollutæ cogitationis erubescit. Sæpe curis mundi libenter occupamur, quumq; post hoc studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad cœlestia erigit, quia pondus hanc terrenæ solicitudinis in profundum mergit, & in prece facies munda non ostenditur, quia cogitationis infimæ luto maculatur. Et libro decimotertio, capite vndecimo, exponens illud Iob, Facies mea intumuit à fletu, hoc modo scribit: Facies quippe sanctæ ecclesiæ, sunt hi, qui in locis regiminum positi, apparent primi, vt ex eorum specie sit honor fidelis populi, etiam si quid in corpore latet deforme. Quinimirum prælati, plebibus plangunt culpas infirmantium, seq; sic de alienis lapsibus, ac si de propriis, affligunt. Et libro decimosexto, capite x. exponens illud Iob. Et eleuabis ad Deū faciem tuam, hoc modo scribit: Ad Deum facie leuare, est cor ad sublimia inuestiganda attollere. Nam sicut per corporis faciem homini, ita per interiorem imaginē, Deo noti, atq; conspicabiles sumus. Quum vero reatu culpæ deprimimur, ad Deum leuare cordis nostri faciem veremur. Dum enim nulla bonorum operum confidentia fulcimur, intueri summa, mens trepidat, quia ipsa se conscientia accusat. Quum vero iam pœnitentiæ lamentis culpa diluitur, & sic perpetrata planguntur, vt plangenda minime perpetrentur, magna mentis fiducia nascitur, & ad cōspicienda supernæ retributionis gaudia, cordis nostri facies leuatur. Et Origenes homilia prima in Ezechielē, exponens illud Ezechielis. Similitudo hominis in illis, & quatuor facies vni &c. Hæc (inquit) ipsa animalia habent similitudinem super se hominis, quum sint quatuor facierum. Nec dictum est in principio, ep facierum quatuor sint, sed quia inter quatuor facies eminet & principatum tenet facies humana, describitur: & quæ dicitur facies humana, & facies leonis à dexteris quatuor partium, & facies vituli à finistris quatuor, & facies aquile à quatuor partibus. Videamus ergo an tripartitam animam significet, de qua etiam aliorum opinionibus disputatum est, vt animæ tripartitæ, alia quarta fortitudo fideat. Quæ est tripartitio animæ? Per hominem, rationale eius indicatur, per leonē iracundia, per vitulum, concupiscentia. Spiritus vero qui fidet ad auxiliandum, non est à dextris, vt homo, vel leo, nō est à finistris, vt vitulus, sed super omnes tres facies consistit. Aquila quippe, in alio loco nuncupatur, vt per aquilam spiritum fidentem animę significet. Spiritum autem hominis dico, qui est in eo. Atq; ita omnia ducuntur nutu Dei, cælestia, terrestria, & infernа, & ea, quæ super cœlos sunt, & efficimur nos omnes Cherubim, quæ sub pedibus Dei sunt, quibus coniunctæ sunt rotæ & subsequitur ea. Non sub rota, neq; sub seculi ditione, rebusq; versamur, quum iam per passionem Christi sumus à mundi negocijs liberati. Et diuus Hieronymus exponens illud Ezechielis, Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui &c. pro quo lxx. habent: Obfirma faciem tuam, hoc pacto scribit: Nunc aduersus filios populi prophetissas iubetur faciem suam ponere, siue dirigere, & (vt septuaginta transtulerunt) obfirmare. Primum dicendum, quid sibi velit posita facies, siue directa & obfirmata. Nempe illud quod de domino scriptum est: Facies domini super facientes mala, vt disperdat de terra memoriam eorum. Et rursus: Sicut liquescit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Secūdum quem sensum in hoc eodem propheta dicitur: Fili hominis, obfirma faciem tuam super Theman. Et iterū: Fili hominis, obfirma faciem tuā super filios Hieruſalē.

Iob. 16. c.

Iob. 22 d.

Hieronym.

Psalm. 67.

Quid facies Dei mystice significet. Caput II.

Ezech. 21.

FAcies Dei respectus gratiæ eius dicitur. Vnde diuus Gregorius, exponēs illud Iob, Nisi in faciem benedixerit tibi: Nos nēpe quod amamus, respicimus: quod vero auersari volumus, ab eo faciem declinamus. Quid itaq; Dei facies, nisi respectus eius gratiæ per hibetur intelligi? Ait ergo: Extende paululum manum tuam, & tange cuncta q̄ possidet, nisi in faciē benedixerit tibi. Ac si aperte dicat: Ea q̄ dedisti, subtrahe. Nam si accepta perdiderit, respectū gratiæ tuæ, ablatis rebus tēporalibus, non requirit. Si enim ea, quibus delectatur, non habuerit, fauorem tuum, etiam maledicendo contemnit. Cuius petitione callida nequaquam provocata veritas vincitur, sed ad deceptionem suam hosti conceditur, quod fideli famulo ad augmentū muneris suffragetur. Vnde mox subditur: Ecce vniuersa q̄ habet in manu tua sunt &c. Et libro Moral. xxiiij. capite vi. & septimo, exponens illud Iob, Et videbit faciem eius in iubilo, hoc pacto scribit: Quia per faciem quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei, faciem eius vocamus. Vnde Iacob postquam cum angelo luctatus est, ait: Vidi dominum

Iob. 33 d.

minum facie ad faciem. Ac si diceret: Cognoui dominū, quia me cognvscere ipse dignatus est. Quam cognitionem plenissime fieri Paulus testatur in fine, dicens: Tūc cognoscam sicut & cognitus sum. Quia ergo post laborum certamina, post tentationum fluctus sæpe in excessu animа suspenditur, vt cognitionem diuinæ præsentiæ contempletur, quā tamen præsentiā, & sentire possit, & explere non possit, rectē post tot labores de hoc tentato homine dicitur: Videbit faciem eius in iubilo. Iubilum dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi possit, nec seromnibus aperiri, & tamen quibusdā motibus proditur, quāuis nullis prorsus imaginibus exprimatur. Vnde Dauid propheta intuens electorum animas tantum gaudiū mente concipere, quantum sermone non valent aperire, ait: Beatus populus qui scit iubilationē. Nō enim ait, Qui loquitur, sed qui scit: quia sciri quidem iubilatio intellectu potest, sed dicto exprimi non potest. Et exponens illud Iob, Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicū tuum? Quia (inquit) si vt amicum aspiceres, tuæ me visionis lumine non priuares. Humanum genus contemplationē lucis intimæ habuit in paradiso, sed sibimetipsi placens, quo à se recessit, lumen conditoris perdidit eiusq; faciem ad ligna paradisi fugit, quia post culpam videre metuebat, quem amare consueuerat. Et exponens illud Iob, Egressus est Sathan à facie domini. A facie domini, inquit, exijt, quia relaxatus diuinitus ab internæ intentionis augustia, ad sui desiderij noxia, ad opus processit. Quum enim id quod voluit implere nori valuit, quasi ante faciē domini stetit, quia illum ab effectu malitię superna dispensatio coartauit. Sed à facie dñi exijt, quia pos effectum venit. A facie domini exijt, quia diu in viuculis disciplinæ religata quandoq; voluntas reflatem tentationis accipiens, ad malitiæ suæ vota peruenit. Scribitur quoq; in psalmo: Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam dñe requiram. Ne auertas faciem tuā à me, &c. Cor, inquit Cassiodorus, desiderium tacitum prodit, quod plus audit diuinitas, q̄ populoꝝ tonantissimas voces: sicut Moysi dicitur: Quid clamas ad me? quum loquutus aliquid non legatur. Fidelis itaq; vir cor suum dixit ad dñm loqui, qm̄ hoc videbatur, quod cogitabat offerre. Vultum autem dñi querit, qui se sancta conuersatione tractauerit, de quibus dictū est: Beati mū do corde, quoniam ipsi deum videbunt. Geminat quoq; quod dictum est: Vultum tuum domine requiram. Vna quidem res, sed frequentata precatio. Sciebat enim q̄ preciosum est, quod ardenti studio totiēs expetebat. Et Augustinus: Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum. Hoc est ergo quod paulo ante dixit: Vt contempler delectationem domini. Si gaudium nostrum in isto sole esset, non cor nostrum diceret: Quesiui vultum &c. sed oculi corporis nostri. Lucē istā querunt oculi carnis, lucem illam querunt oculi cordis. Deus enim lux est (ait Iohannes) & tenebræ in eo non sunt vllæ. Munda oculum cordis, vt illum videas. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et psalmo xij. Vsquequo auertis faciem tuam à me? Sicut, inquit, nō obliuiscitur deus, sic nec faciem auertit: sed more nostro scriptura loquitur. Auertere autem de us faciem dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet. Et exponens illud psalmi, Aequitatem vidit facies eius: Fortasse, inquit, pro eo sit positum: Aequitatē vidit facies eius, ac si diceretur: Aequitas visa est in facie eius, id est in notitia eius. Facies enim dei est potentia, qua dignis innotescit. Vel certe: Aequitatem vidit facies eius, quia nō se præbet cognoscendum malis, sed bonis: & ipsa est æquitas. Et exponens illud psalmistæ, Ostē de faciem tuam, & salui erimus, pro quo ipse legit: Et illumina faciem tuam, & salui erimus, Nūquid ille inquit, obscuram habet faciem? Non habet obscuram faciem, sed opposuit ei nubē caro nis, & tanquam velum infirmitatis, & non est putatus ipse, quum penderet in ligno, agnoscentem non agnouit synagoga: mortuum tamen, posteaquā resurrexit, & ascendit in cœlum, agnouit. Obtexisti faciem tuam, & ægrotauimus, illumina illam, & salui erimus. Et exponēs illud Psalmistæ, Quærite faciem eius semper: Quæ est, inquit, facies dñi, nisi præsentia dei? Sicut facies venti, & facies ignis, dictum est enim: Sicut stipulam ante faciem venti, & sicut fluit cera à facie ignis. Et multa talia ponit scriptura, nihil aliud q̄ earum rerum presentiam volens intelligi, quarum nominat faciem. Sed quid est, Quærite faciem eius semper? Scio quidem quia mihi adhærere deo bonū est: sed si semper quæritur, quando inuenitur? An semper dixit in tota ista vita, qua hic viuitur, ex quo nos id facere debere cognouimus, quando & inuentus quærendus est? Iam quippe illum inuenit fides, sed adhuc eum quærit spes. Charitas autem & inuenit eum per fidem, & eum querit habere per speciem. Vbi tunc sic inuenietur, vt sufficiat nobis, & vltrius non queratur, nisi enim eum in ista vita inueniret fides, non diceretur: Querite dominum, & quum inueneritis eum, derelinquat impius vias suas, et vir iniquus cogitationes suas. Item si fide inuentus, non adhuc esset perquirendus, non diceretur: Si enim quod non videmus, spera-

Exod. 14. d

Math. 5. a.

Psalm. 12. a.

Psalm. 10. b

Psal. 83. c.

Psal. 71. 2.

Psal. 57. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus per patientiam expectamus. Et quod Iohannes ait: Scimus quia cum apparuerit, similes ei
1.Iohan.3.a erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. An forte etiam quum facie ad faciem viderimus eũ
sicuti est, adhuc perquirendus erit, & sine fine quærendus, quia sine fine amandus? Dicimus etiã
præsenti alicui, non te quero, id est, non te diligo. Ac per hoc qui diligitur, etiam præsens quæ-
ritur, dum charitate perpetua, ne fiat absens, optatur. Proinde quem quisq; diligit, etiam quum
eum videt, sine fastidio semper vult eum esse præsentem, hoc est, semper quærit eum esse præ-
sentem. Et nimirum hoc est, Querite faciem eius semper, vt non huic inquisitioni qua significa
tur amor, finem præstet inuentio, sed amore crescente, inquisitio crescat inuenti. Et diuus Hie-
Hieronymus. ronymus in Esaiam capite primo, citans illud Exodi, Non poteris videre faciem meã. Iste (nem
Exod.33.d. pe Esaias) ausus est dicere: Vidi dominum sedentem super solium excelsum, &c. Homo igitur
Esai.6.a. dei faciem videre non potest, angeli autem etiam minimorum in ecclesia, semper vidẽt faciem
Math.18.b dei. Nunc in speculo videmus & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: quando de homini-
1.Cor.13.d bus in angelos profecerimus, & potuerimus cum Apostolo dicere: Nos autẽ reuelata facie glo
2.Cor.3.d. riam dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, quasi à domini
spiritu: licet faciem dei iuxta naturę suæ proprietatem nulla videat creatura, & tunc mente cer-
natur, quando inuisibilis creditur.

Quid fæx, falx, famesq; mystice significẽt. Cap. III.

Psal.39.a. FAex, de qua scribitur: Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis, quid significet, antedi-
Psal.30.e. ctum exponẽs versum Cassiodorus, sic declarat: Sicut duobus modis operari præcipit chri
stianum, vt declinet à malo, & faciat bonum: ita duplici ratione dominum dicit profutura con-
cedere. Primum est enim vt nos educat de mundi istius profundissima calamitate, cuius aptè de
signata est maligna latitudo, lacus miseriæ, lutumq; fœcilentum. Et vt exprimeret crassitudinẽ,
corpulentiamq; lutum addidit, quod lacu continetur, ne peccata solis aquis cognosceres, quam
uis densissimis, comparata. Nam sicut lutum lacus fœtidum atq; graue est, ita & hominum de-
licta limosa sunt; quę & fœtoribus horrescunt, & grauitate demergunt. Diuus Augustinus legit
Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto limi. Lacus miseriæ est profunditas iniquitatis ex carnali-
bus concupiscentijs. Limus luti, concupiscentia carnalis, tenebræ iniquitatum. Et in alio psalmo
Psal.74.b. dicitur: Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, verum
tamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Fæces, inquit Cassiodorus,
dicuntur reliquię vini, confidentes in densissimam crassitudinem, ad quas solet peruenire, quam
do liquor ille superior probatur expensus. Sed quia interius plenum calicem diximus, iuste ne-
gauit fæcem eius exinanitam, ad quam peruenire non potuit, quoniam cunctis potantibus
eius plenitudo non deficit. Fæces enim hic non sordes, sed ima illa atq; vltima vini debemus ac-
cipere. Nam quomodo fæces habere potuit, quod merũ atq; purum ante declarauit? Sed vt ad
istam fæcem cognosceres minime fuisse peruentum, redit ad poculum plenum, dicens: Bibent
omnes peccatores terræ. Hic significat (quod sæpe diximus) Iudæos in fine seculi cum aliis pec-
catoribus de isto calice bibituros, quando credere meruerint, sed quæ ecclesiæ catholicæ, adunata
Augustinus ta fide, coniunxerint. Et diuus Augustinus: Calix enim vini meri plenus mixto, videtur mihi et
se lex quæ data est Iudæis, & omnis illa scriptura veteris (quod dicitur) testamenti, vbi sunt pon
dera omnium sententiarum. Nam ibi nouum absconditum latet testamentum, tanquam in fæ-
ce corporalium sacramẽtorum. Calix vero in manu domini, id est, in potestate domini, vini me-
ri, id est legis syncerę, plenus est mixto, id est, cum fæce corporalium sacramẽtorum. Verumta-
men fæx eius non est exinanita, quia omnia sacramenta carnalia apud Iudæos remanserunt. Bi-
bent omnes peccatores terræ, id est, superbi Iudæi, qui bibendo fæcem euanuerũt. Et diuus Hi-
eronymus exponens illud Sophoniæ, Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis: Et visita-
Sopho.1.c. bo, inquit, super eos qui confidunt in corporibus suis, & in viribus suis, quia diasyrmicos fæces
vocat siue peccata, in quibus penitus fuere defixi, qui tollentes prouidentiam, nec boni nec mali
li deum autorem esse dixerunt, hoc est, quod nec bonis bona, nec mala malis redderet, sed quod
fortunę cuncta regerentur arbitrio, & casu ferrentur incerto.

Falx, de qua scriptum est secundum Septuaginta, Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, &
vidi falcem volantem, pro quo Hieronymus habet: Et ecce volumen volans, quid significet, ad-
uus scribit Hieronymus in commentarijs: Volumen, inquit, volans ostenditur, in quo omnium
peccata descripta sunt, vt vnusquisq; recipiat secundum opera sua, siue bonum siue malum, dici
re Daniele: Throni positi sunt, & libri aperti sunt. Sin autem drepanon petomenon, id est, falcem
volantem, accipimus, vt Septuaginta transtulerunt, de Apocalypsi Iohannis sumamus exem-
plum,

plum, in quo scriptum est: Et respõdit Angelus, & dixit ei, qui sedebat super equum. Mitte fal
cem tuam acutissimam & mete vineam tuam, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Hæc falx, vi-
ginti habet cubitos longitudinis, & decem latitudinis, in quo numero, tristibus læta sociantur. Ad hoc enim dominus corripit, vt emendet. In vicesimo, qui ex duabus decadibus efficitur, austera, & tristia nunciantur, in decimo, id est, vna decade, meliora, & prospera. Per omnia enim flagella, atq; supplicia, eruditur Israel. Antedicta autem Apocalypsis verba, hoc pacto exponi possunt: Et alius Angelus, id est, sanctus, exiuit de templo, apparens nempe, non qualis olim fuerat, sed qualis in æternum mansurus est: Clamans voce magna ad sedentem super nubem, id est, ad Christum sedentem super sanctos, vel dominicam carnem, siue humanitatẽ, super quam sedet diuinitas: Mitte falcem tuam, id est, iudiciariam sententiam, à bonis malos separantem, & mete, id est, collige tuos, quia venit hora, vt metatur, id est, quia iam est, oppor tunum, quum completus sit numerus tuorum.

Famem aperte, & euidẽter spiritalem nudo sermone propheta Amos pronunciat, dicens: Ecce dies veniunt, dicit dominus, & emittam famem super terram, non famen panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiẽdi verbum domini. Quę verba citans Origenes homilia decimasexta, super Genesim hoc pacto scribit: Vides quæ sit fames, quæ obtinet peccatores? Vides quæ sit fames quæ inualescat super terram? Qui enim de terra sunt, & terrena sapiunt, & nõ possunt percipere quæ sunt spiritus Dei, famem verbi Dei patiuntur, legis mandata non audiunt, correptiones prophetarum nesciunt, apostolicas consolationes ignorant, non sentiunt Euangelij medicinam. Et ideo de his merito dicitur, quia inualuit fames super eos: iustis autẽ, & in lege domini meditantibus, die ac nocte, sapientia præparat mensam suam, occidit victimas suas, miscuit in cratere vinum suum. & summa voce clamat, non vt omnes veniant, non vt abundantes, non vt diuites, neq; vt sapientes huius mundi diuertant ad se, sed si qui sunt (in quit) inopes sensu, veniant ad me, id est, si qui sunt humiles corde, quia Christo didicerunt, mites esse, & humiles corde, quod alibi dicit Spiritu pauperes, sed fide diuites, isti conueniant ad epulas sapientiæ, & dapibus eius refecti, depellant famem, quę inualescit super terram. Vide ergo ne & tu inueniaris Aegyptius, & obtineat te fames, ne forte seculi actibus occupatus, aut auaritiæ vinculis strictus, aut luxuriæ effusione resolutus, alienus efficiaris a sapientiæ cibis, q in Dei ecclesijs semper exhibentur. Si enim auertas auditum ab his, quę vel leguntur in ecclesia, vel disputantur, sine dubio famem verbi Dei patieris. Si vero de Abraham stirpe descẽdas, & nobilitatem Israelitici generis custodias, pascit te semper lex, pascunt prophetæ, exhibent tibi & Apostoli opulenta conuiuia. In finibus quoq; Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno patris recumbere te inuitabunt euangelia, vt ibi manduces de ligno vitæ, & bibas vinum de vite vera, vinum nouum cum Christo in regno patris eius. Ab his enim cibis non possunt ieiunare, nec famem pati filij sponsi, donec cum ipsis est sponsus. Et eadem homilia, exponẽs illud Geneseos: Vendiderunt Aegyptij terram suam Pharaoni. Obtinuit enim eos fames. Vitupe ratio (inquit) mihi videtur, & in hoc Aegyptiorum contineri. Nõ enim facile de Hebræis scriptum inuenies, quia obtinuit eos fames. Licet enim scriptum sit, quia inualuit fames super terram, non tamen scriptum est quia obtinuit fames Iacob, aut filios eius, sicut de Aegyptijs dicitur, quia obtinuit eos fames. Quamuis enim veniat etiam ad iustos fames, non tamen obtinet eos. Propter quod & gloriantur in ea, sicut Paulus inuenitur libenter gloriari huiusce modi passionibus, quum dicit: In fame, & siti, & frigore, & nuditate. Quod ergo iustis exercitium virtutis est, hoc iniustis pœna peccati est. Deniq; etiam Abrahę temporibus scriptũ est: Quia facta est fames super terram. Descendit Abraham in Aegyptum, vt habitaret ibi, quoniam inualuerat fames super terram. Et vtiq; si (vt quidam putant) incaute, & imperite esset sermo scripturæ diuinæ compositus, potuerat dicere, quia inualuerat super eum fames. Sed intuere quãta distinctione vtatur sermo diuinus, quanta cautela, Quum de sanctis refert, famem dicit inualuisse super terram, quum de iniustis, ipsos fame dicit obtentos, Neque ergo Abraham, neq; Iacob, neq; filios eorum obtinet fames, Sed & si inualescat, super terram dicitur inualescere. Et temporibus Isaac nihilominus scriptum est, quia facta est fames super terram, præter illam famem priorem, quæ facta est temporibus Abrahæ. In tantum autem non potest obtinere fames Isaac, vt dicat ad eum dominus: Noli descendere in Aegyptum, sed habita in terra quam cunq; ostendero tibi, & in ea habita, & ego ero tecum. Secundum hanc (vt arbitror) obseruantiam, longe post ista tempora, propheta dicebat: Iuuenis fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Et alibi: Non occidet Deus fame animam iu-

Amos.8.b.

Prou.9.a

Mat.5.a.

Mat.8.b. Prou.11.d. Mat.9.b. Gen.47.c

Gen.12.c.

Gen.12.a.

Psal.36.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam iusti. Ex quibus omnibus declaratur, terram quidem posse pati famem, & eos, qui terena sapiunt. Quorum autem iste cibus, vt faciant voluntatem patris, qui in cœlis est, & quorũ
Ioan. 4. c. Ioan. 6. c. animam panis ille alit, qui de cœlo descendit, nunquam possunt famis inedia laborare. Idcirco ergo obseruanter scriptura diuina non dicit eos fame obtineri, quibus nouit esse scientiam Dei, & cibum cœlestis præberi sapientiæ: sed & in tertio regnorum libro similem de relatione famis inuenies habitam esse cautelam, vbi quum fames inualuisset super terram, dicentem audis Heliam ad Achab: Viuit dominus Deus virtutum, Deus Israel, in cuius conspectu sto, si in his annis ros, vel pluuia fuerit super terram nisi per sermonem oris mei. Et post hæc mandatur à domino coruis, vt pascant prophetam, & vt aquam bibat de torrente Coraph. Et iterum in Sarepta Sydoniæ mandatur mulieri viduæ pascere prophetam, vt cui non amplius, q̃ vnius diei supererat victus, largiendo ea indeficiens fieret, & multipliciter abundaret exhaustus. Hydria enim farinæ, & capsaces olei secundum verbum domini non deficit, pascendo prophetam. Similia quoque inuenies etiam in temporibus Helisæi, quum filius Adadezer, rex Syriæ ascendit aduersum Samariam, & obsedit eam: Et facta est (inquit) fames magna in Samaria, vsquequo efficeretur caput asini quinquaginta siclis argenteis, & quartarium sterco ris columbini, quinq; argenteis. Sed subito per verbum prophetæ fit mira conuersio, dicentis: Audi verbum domini, Hæc dixit dominus Deus: Sicut hac hora crastino, mensura similaginis sicli vno, & duæ mensuræ hordei, sicli vno in portis Samariæ erunt. Vides ergo ex his omnibus, quid colligatur. Quia quum terram fames obtineat, non solum nõ obtinet iustos, sed medela potius per eos intentatæ cladi defertur. Quum ergo videas huiusmodi obseruantiam in omnibus pene scripturæ sanctę locis integre custodiri, conuerte hæc ad tropicum, &
Amos. 8. b. allegoricum sensum, de quo per Amos iam dictum est. Et homilia nona super Leuiticum: Deus (inquit) per prophetam comminatur, & quidem in ira magna: Et mittã famem super terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei. Sed famem nunc non misit Deus super ecclesiam suam, neq; sitim ad audiendum verbum dei. Habemus enim panem viuum, qui de cælo descendit, habemus aquam viuam, salientem in vitam æter-
Ioan. 4. b nam. Cur nos ipsos fœcunditatis tempore fame necamus, ac sitc? Pigræ, & desidis animæ, & in abundantia omnium penuriam pati. Non audistis ex diuinis scripturis, quia certamen est inter homines, carni aduersum spiritum, & spiritui aduersus carnem? Et nescitis, si carnem solam nutriatis, & ipsam frequenti mollicie, aciugi deliciarum fluxu foueatis, insolescet necessario aduersus spiritum, & fortior illo efficietur? Quod fiat, eum sine dubio inditionem suam redactum, suis coget legibus, ac vitijs obedire. Si vero ad ecclesiam frequenter venias, autem literis diuinis admoueas, explanationem mandatorum cœlestium capias, sicut cibis, & delicijs caro, ita spiritus verbis diuinis conualescet, ac sensibus, & robustior effectus, carnem sibi para
Ambrosius Luce. 15. c re coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt, diuina lectio, orationes assiduæ sermo doctrinæ. His alitur cibis, his conualescit, his victor efficitur. Et diuus Ambrosius exponens illud euangelicum, Facta est autem fames per regionem illam: Fames (inquit) non epularum, sed bonorum operum, atq; virtutum, quæ sunt miserabiliora ieiunia. Et enim qui recedit à verbo Dei, esurit, quia nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Qui recedit à fonte sitit, qui recedit à thesauro eget, qui recedit à sapientia, hebetatur, qui recedit à virtute dissoluitur. Merito ergo iste egere cœpit, qui thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei diuitiarumque cœlestium altitudinem dereliquit. Egere ergo ideo cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ satis est voluptati. Semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri.

Quid familia, furina q; mystice significent? Cap. IIII.

Iob. 1. a. DE familia scriptũ est: Ac familia multa nimis. vbi diuus Gregori. hoc pacto scribit: Quid est quod prius animaliũ multitudo describitur, ac famila in extremo mẽtorum, nisi quod ad cognitionẽ fidei prius stulta mũdi collecta sunt, vt postea astuta etiã vocarẽt? Paulo attestante, qui ait: Nõ multi sapientes secundum carnem, non multi potẽtes, nõ multi nobiles, sed
1. Cor. 1. d. quæ stulta sunt mũdi, elegit Deus, vt cõfundat sapiẽtes. Ipsa nãq; sanctæ ecclesiæ principia horarũ perhibentur ignara, vt videlicet cunctis in prædicatoribus suis redemptor ostenderet, q̃ ad vitã credẽtes populos nõ sermo, sed causa suaderet. Et capit. trigesimo primo: Multitudiniam nimis possidemus, quum cogitationes innumeras sub mẽtis dominatiõe restringimus, ne ipsa sui multitudine animã superent, ne puerso ordine discretionis nostræ principatũ cal-
cent. Et bene cogitationum turba multæ familiæ appellatiõe signat. Nam scimus, q̃ absente

domina, ancillarum linguæ perstrepunt, silẽtium deserunt, deputati operis officia negligũt, totumq; ordinem sibimet viuendi confundunt. Ac si repente domina veniat, mox perstrepentes linguæ reticent, officia vniuscuiusq; operis repetunt, ficq; ad opus proprium, ac si nõ recesserint, reuertuntur. Si igitur à domo mentis ad momentum ratio discedat, quasi absente domina, cogitationum se clamor, velut garrula ancillarum turba, multiplicat. Vt autem ratio ad mentem redierit, mox se confusio tumultuosa compescit, & quasi ancillæ se ad iniunctum opus tacite reprimunt, dum cogitationes protinus causis se proprijs ad vtilitatem subdunt. Possidemus ergo multam familiam, quum recto iure, innumeris cogitationibus rationis discretione, dominamur.

Farina quid mystice significet, habes in euangelio, vbi dicitur: Simile est regnum cœlorũ Math. 13. c. fermento, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ satis tribus, donec fermentatũ est totũ. Hieronym. Vbi diuus scribit Hiero. Mulier ista, vel ꝓdicatio mihi videtur apostolica, vel ecclesia, q̃ de diuersis gentibus congregata est. Hæc tollit fermentum, notitiam scilicet, & intelligẽtiam scripturarum & abscondit illud in farinæ satis tribus, vt spiritus, anima, & corpus in vnum redacta, non discrepent inter se, sed cum duobus, & tribus conuenerint, impetrent à patre quodcunq; postulauerint. Differitur locus iste & aliter. Legimus in Platone, & philosophorum dogma vulgatum est, tres esse in humana anima passiões, tologicon, quod nos possumus interpretari rationabile, tothymicon, quod dicimus plenum iræ, vel irascibile, to epimiticon, quod appellatur concupiscibile. Et putat ille philosophus rationabile nostrum in cerebro, iram in felle, desiderium in iecore commorari. Et nos ergo si acceperimus fermentũ euangelicũ sanctarum scripturarum, de quo supra dictũ est, tres humanæ animę passiões in vnum redigentur, vt in ratione possideamus prudentiam, in ira, odium contra vitia, in desiderio, cupiditatẽ virturum, & hoc totum fiat per doctrinam euangelicam, quã nobis mater ecclesia præstitit. Dicam & tertiam quorundam intelligentiam, vt curiosus lector é pluribus, quod placuerit, eligat. Mulierem istam, & ipsi ecclesiam interpretãtur, quæ fidem hominis farinæ satis tribus commiscuerit, credulitati patris & filij & spiritussancti. Quumq; in vnum fuerit fermentata, nõ nos ad triplicem deum sed ad vnius diuinitatis perducit notitiam. Farinæ quoq; sata tria, dum non est in singulis diuersa natura, ad vnitatem trahunt substantiæ. Satum autẽ genus est mensuræ, iuxta morẽ prouinciæ Palestinæ, vnũ, & dimidiũ modiũ capiens. Et Chrisostomus homilia xlvij. super Matthęum: Simile est regnum cœlorũ fermento &c. Nam sicut fermentum (inquit) magnam farinæ copiã in vires suas, quamuis modicũ sit, conuertit, sic quoq; vos vniuersum terrarum orbem conuertetis. Prudentissime autem ex natura rerũ imagines conduxit, vt ostendat, sicut illa natura duce, impossibile est non fieri, pariter hæc quoq; naturæ, dño concedẽte, necessario fient. Nõ igit opponetis: Et quid poterimus ad tam tam duodecim homines multitudinem? Id enim ipsum maxime virtutis vestræ splendorem ostendet, quod multitudini orbis immixti, nõ confundemini. Nam & fermentum quũ farinæ appropinquauerit, nõ solum appositum, sed immixtũ, penitus totam massam fermentat. Propterea nõ dixit apposuit sed abscondit. Si igit & vos, quum vniti, atq; commixti impugnationibus fueritis tunc trophæa consequemini, & quemadmodũ fermentũ in farina subuersum, non deperditur, sed in naturam suam farinam transmutat, pariter in prædicatione hac euangelij fiet. Nolite igit timere, si magna pericula futura prædixi. Non enim extingue tur fulgur vester, sed omnia superabit. Tria vero pro multitudine hic posuit. Consueuit enim hoc numero multitudine abuti scriptura. Nec mireris, si de regno cœlorũ differens sinapis, & fermenti fecit mẽtionem. Homines enim alloquebatur quasi agrestes, atq; imperitos, qui maxime his rebus commoueri solent, quiq; sic erant agrestes, vt harum rerum etiam sæpius interpretationem requirerent. Vbi nunc gentilium alumni sunt? Intelligant saltem nunc à rerum ipsarum euentu, q̃ ineffabilis sit Christi virtus & vtraq; ratione ipsum adorandũ credant: Vel quia incredibilem futuram rem prædixit, vel quia quod prædixit, non aliter quam prædixerat, adimpleuit. Ipse nanq; est, qui tantam fermento virtutem imposuit, & multitudinis hominum ita credentes immiscuit, vt infideles fidei credentiũ adhærerent. Nemo ergo paucitatẽ nostrã (inquit) deploret. Magna enim est ꝓdicatiõis virtus, & quod semel fermentatũ est, fermentũ rursus ad reliqua efficit. Et quẽadmodũ fauilla, quũ in arida ligna incidet, in flammam ipsa conuertit, quę vi sua deinde vel viridia ligna facile incendit, eodem quoque modo prædicatio. Sed cur eam non dixit ignis, sed fermentum? Quoniam non ignis virtute totum fit, sed lignorum quoq; ariditate fermentum vero per seipsum omnia conficit. Et diuus Augustinus libro primo quæstionũ euãgelicarum, capite duodecimo: Mulierẽ, sapientẽ

q in dicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit, fermentum, dilectionẽ, quod feruere facit, & excitat. In farinę autem ſatis tribus, vel tria illa in homine: Ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, vel tria illa fructifera, centeſimũ, ſexageſimũ, triceſimũ, vel tria illa genera hominũ, Noé, Daniél, Iob. Et Geneſis xviij. Accelera (inquit) tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes. Hæc in typum eccleſiæ dicuntur, quæ de tribus mundi partibus in vnitatem fidei congregata eſt, & quaſi panis ſine fermento igne ſpiritus ſancti decocta eſt. Tria ergo ſata tres filios ſignificant Noé, ex quibus omne genus hominum natum eſt, qui diuinæ trinitati credentes, aqua baptiſmatis per Sarã, id eſt, eccleſiam, conſperſi ſunt, & in vnum panẽ corporis Chriſti redacti. Subcinericij panes ſunt, qui per pœnitentiam delictorum ſpiritus ſancti vapore decocti, eſca Deo acceptabilis efficiuntur. Et Geneſis quadrageſimo ſcribitur: Videns piſtorum magiſter, quod prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait: Et ego vidi ſomnium, quod haberem tria caniſtra farinæ ſupra caput meum &c. Sunt enim nonnulli peccatis obſtinati, qui pœnitentiam agere nolunt, & hi per piſtorem ſignificantur, tribus caniſtris oneratum, id eſt, grauibus peccatis preſſum, quæ illum in deſperationis profundum trahunt, iuxta illud: Impius, quum in profundum peccatorum venerit, contemnit. His Ioſeph, id eſt, prædicator, æternam prædicit damnationem, poſt tres dies futuram, id eſt, poſt peccatum operis, conſuetudinem, ac deſperationem. Et diuus HIERONYMVS exponens illud Oſee, Culmus ſtans, non eſt in eo germen, non faciet farinam. Quod & ſi fecerit, alieni comederũt eam, hoc pacto ſcribit: Culmus, hoc eſt, ſtipula, nõ erit ex his ſeminibus (nempe hæreticorum) nec aliquam poterunt ſpeciem ſegetis habere fœcundæ. Quod ſi raro acciderit, vt eccleſiaſtici quid dogmatis ſimile habere videtur, ipſum germen, & ſpica, farinam non faciet. In cuius farinæ ſatis tribus mittit fermentum euangelica mulier, vt ſpiritus, quo ſentimus, & anima, qua viuimus, & corpus, quo incedimus, in vnum ſanctum ſpiritum redigantur, iuxta Apoſtolum: In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Quod ſi raro acciderit hæreticis, vt farinam quoque ſementis eorum faciat, de hac farina fiet ſubciner ciuspanis, qui non reuerſatur, & quem alieni comedent, de quibus ſcriptum eſt: Filij alieni mentiti ſunt mihi.

Quid faſciculus myſtice ſignificet. Cap. V.

DE faſciculis ſcriptum eſt: Colligite primum zizania, & ligate ea faſciculis ad comburendũ. Quę verba, diuus Greg. enarrãs lib. Moral. ix cap. xlvij. ſic ſcribit: Si enim nullus in ſupplicijs ordo ſeruabitur, cur comburenda zizania in faſciculis ligantur? Sed nimirũ faſciculos ad comburendum ligare, eſt hos qui æterno igni tradendi ſunt, pares paribus ſociare, vt quos ſimilis culpa inquinat, par etiã pœna conſtringat, & qui nequaquã diſpari inigrate polluti ſunt, nequaquam diſpari tormento crucientur, quatenus ſimul damnatio conterat, quos ſimul elatio ſubleuat, quosq; non diſſimiliter dilatauit ambitio, non diſſimilis anguſtet afflictio, & par cruciet flamma ſupplicij, quos in igne luxuriæ par ſuccendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris manſiones multæ ſunt, pro diuerſitate virtutis, ſic damnatos diuerſo ſupplicio, gehennæ ignibus ſubijcit diſparitas criminis. Nam ſicut vno ſole omnes tangimur, nec tamen ſub eo vno ordine omnes æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis, ſentitur etiam pondus caloris, ſic damnatis & vna eſt gehenna, quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate comburit, quia quod hic agit diſpar valetudo corporũ, hoc illi exhibet diſpar cauſa meritorum. Et Origenes exponens illud Cãticorum, Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur, pro quo iuxta lxx. legit, Alligamentum guttæ fratruelis, ſiue fraternus) meus mihi, in medio vberum meorum manebit, ſiue commorabitur: frater meus (inqt) appellatur fratris filius. Requamus quid ſit primo frater ſponſę, cuius hic filius habeat. Videſi poſſumus dicere, ſpõſam quidẽ ex gẽtibus eſſe eccleſiã, fratrẽ vero eius, priorẽ populũ, & fratrem indicat vtiq; ſeniorem. Quia ergo ex illo populo Chriſtus ſecũdũ carnẽ naſcitur, ob hoc ab hac eccleſia gẽtium, fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentum guttę, fraternus meus mihi, corporeæ natiuitatis eius indicat ſacramentum. Videtur enim quodãmodo alligamẽtũ eſſe, & vinculũ q̃ddã animę, corpus, q̃ alligamẽtũ in Chriſto diuinę virtutis, ac ſuauitatis aſtringitur. Si autẽ ad vnãq̃q; animã, quæ dicta ſunt referuntur, alligatura guttę dogmatũ cõtinentiæ, & cõſtrictio diuinarum ſententiarum, ac nodoſitas intelligitur. Innexę enim ſibi inuicẽ ſunt fidei rationes, & vinculis veritatis aſtrictæ. Deniq; & lex mundũ dicit eſſe omne vas, quod alligatum eſt, immundum vero, quod ſolutum fuerit, & non ligatum. Cuius rei hęc figura erat, quod Chriſtus, in quo nunquam fuit vlla immundicia, peccati, alligamentum guttæ dicitur. Et ideo anima nõ debet contingere aliquid diſſolutũ, & q̃ non ſit ratione ſubnixum, & dogmatum veritate conſtrictum, ne immũda fiat. Qui enim immũdũ cõtigerit, immũdus

immundus erit, ſecundũ legem. Cõtinget nanq; eũ ſenſus irrationabilis, & alienus à ſapiẽtia dei, & faciet eum immundũ. Vide aũt ſi forte filium Dei in carne guttam dictũ, & quaſi breue aliquid, & exiguum noiatum poſſimus accipere, ſicut & Daniel de eo dicit: Lapidem pardecim prophetarum nihilominus gutta quidem futura dicitur, q̃ congreget populũ. Eſt ergo & in prophetis ita ſcriptũ: Et erit ex gutta populi huius congregatus Iacob. Decebat enim eum, qui veniebat cõgregare non ſolũ Iacob, ſed & oẽs gentes, q̃ ſicut propheta dicit, repu tatæ ſunt, tanq̃ gutta ex ſitula, exinanientẽ ſe diuinitatis forma, effici ipſum, vt guttam, & ſic venire ad congregandam guttã gentium, & guttam nihilominus reliquiarũ Iacob. Sed in quadrageſimo quarto pſalmo dicit ad dilectum, cui etiam ipſe pſalmus aſcribitur: Myrrha, & gutta, & caſia, à veſtimentis tuis. A veſtimentis ergo verbi dei, q̃ eſt doctrina ſapiẽtiæ, procedit myrrha mortis duntaxat indiciũ, pro humano gñe ſuſceptæ. Gutta (vt ſupra diximus) exinanita diuinitatis forma ſeruilis formæ ſuſcepta dignatio. Caſia quoque, quoniam id genus herbæ aquis indefinentibus nutriri dicitur, & coaleſcere, redemptionem humani generis per aquas baptiſmi indicat datam. Sic ergo alligaturam guttæ fraternum ſuum ſponſa, tanquam nuptiali dramate loquens, inter medium vberum ſuorũ commorantem dicit. Vbera principale cordis aduerte, in quo eccleſia Chriſtum, vel anima verbũ dei deſiderij ſui vinculis alligatum tenet, & aſtrictum. Si quis enim verbum Dei toto affectu in corde ſuo, & toto amore conſtringit, ipſe ſolus poterit odorẽ fragrantiæ eius, & ſuauitatis accipere. Et in Eſaia legitur: Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, id eſt, graues pœnas, quas populo imponebant, iuxta illud: Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hoim. vbi diuus Hiero. hoc pacto ſcribit: Poſtq̃ docuit quale ieiunium reprobet, oſtendit quale libenter accipiat: Diſſolue (inquit) colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, ſiue (vt lxx. manifeſtius tranſtulerunt) diſſolue obligatiões violentarũ cautionum, quas noſtri verbi ambiguitate decepti ſynallagmaton cõmutationes, pro chirographis interpretati ſunt. Significat aũt chartarũ faſciculos, in quibus fœneratorũ calũniæ continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno, q̃ in cunctis vrbibus ſeditionis cauſa vel maxima eſt. Vnde & Romanus populus vicinos occupat mõtes, & tabulæ nouæ, quas Græci appellant chreon apocopas. Non ergo p̃cepit propheta, ne exigat vnuſquiſq; q̃d debitum eſt, maxime q̃ iuſte dedit, & iuſte repetit, alioquin Tribunicię eſſet ſeditionis aſſertor, ſed vbi iniqua eſt cautio, vbi opprimuntur pauperes calumnia, ibi faſciculi cautionũ & omnia iniquitatis vincula, rumpenda ſunt. Vel certe hoc dicendum, quia de ieiunijs ſermo eſt. & ieiunij afflictionem, atq; humiliationem habet animæ, afflictio aũt corporis, pctorum indulgentiã deprecatur, docet ſcriptura diuina, vt dimittamus debitoribus noſtris, vt & pater cęleſtis dimittat nobis debita noſtra. Vetus narrat hiſtoria, anno remiſſionis ſeptimo, vel quinquageſimo, qui eſt verus iubileus, oẽs poſſeſſiones redire ad dños, & reddi ſeruis priſtinam libertatẽ, cuncta q̃ nomina, quæ vulgo appellant cautiones, irrita fieri. Et exponens illud Amos. Qui ędificat in cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, hoc modo ſcribit: Dñs deus omnipotens, qui reſpicit, ſiue tangit terram, & cõmouet eam, ipſe eſt qui quotidie ędificat in cælo. i. in ſanctis aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, de q̃ in euãgelio loquitur: Ne timeas grex paruule, quia complacuit patri meo habitare in te. Iſte faſciculus vna dñi religione conſtrictus eſt. Vnde & ipſa religio à religando, & in faſcem dñi vinciẽdo nomen accepit. Porro iuxta lxx. tin epangelian aſtu epi tis ges themelion. i. repromiſſionem ſuam fundat ſuper terram, vt omnes illius repromiſſiones, quas ſancti prophetæ ſuo ore ccecinerunt, non inanem ſonum habeant, & caſſa ſolius tropologiæ nomina, ſed fundentur in terra. Et quum hiſtoriæ habuerunt fundamenta, tunc ſpũalis intelligentiæ culmen accipiant, vt vere Chriſtus de virgine natus ſit, vere Lazarum mortuũ ſuſcitauit &c. licet ſecundum tropologiam q̃tidie de anima virginali naſcatur ſermo diuinus, q̃tidie peccato mortui, & vitiorum funibus alligati, de ſepulchro ſcelerum ſuorum iubeantur exire.

Quid fauces, fauilla, fauusq;, myſtice ſignificent. Cap. VI.

DE faucibus ſcribit Iob: Loquatur lingua mea in faucibus meis. vbi Greg. ſcribit: In faucibus loqui, eſt ſilenter dicere, & nõ clamoribus vociferari. Quibus verbis arrogantes intra ſctãm eccleſiã poſitos ſignat. Hi enim velut in faucibus loqui dicunt, qñ non cõtra aduerſarios extra viuentes clamant, ſed quoſdã intra ſinum ſanctæ eccleſiæ, quaſi vicinos, ac iuxta poſitos increpant. Sæpe vero arrogantes eãdem, quam tenent, arrogantiã ſe fugere oſtẽdũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dum ſic cuncta agunt, vt nullum lateant, hæc priuate ſingulis, quaſi ſilenter, narrant, quate
nus non ſolum de ſenſu intelligentiæ ſed de ipſo apud homines etiam arrogantiæ contemp-
Hieronym. Prouer. 3. tu glorientur. Vnde nunc dicitur: Loquatur lingua mea in faucibus meis. Ac ſi aperte dicatur.
Salomonis, Et erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis, hoc modo ſcribit, Quam dulcia (inqt)
faucibus meis eloquia tua, habet ergo ſenſus animi fauces ſuas, quibus verba, quæ audit, dijudi-
cet, quibus res, & geſta ſingulorum, quæ cernit, diſcernendo examinet, & hæc amplectendo
recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus nimirum faucibus, quum legem atq; conſilium
domini cuſtodimus, gratia multiplicatur, quia quanto ſolertius quiſq; diuinis obtemperat iuſ-
Pſal. 118. n. Origenes. tis, tanto dulcius eius amorem concipit. Quam noſtris faucibus ineſſe gratiã deſiderabat Pſal
miſta, quum ait: Guſtate, & videte, qm̃ ſuauis eſt dominus. Et Origenes homilia tertia in Can
tica Canticorum, exponens illa verba, Et fructus eius dulcis in faucibus meis, hoc modo ſcri-
Pſalm. 5. c. bit: Illius animam hoc credo dicere, quæ nihil emortuũ, nihil inſenſibile habet in faucibus ſuis,
& in nullo prorſus ſimilis eſt illis, de quibus dicitur, Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Qui
cunq; enim verba mortis, & interitus de faucibus proferunt, ipſorũ fauces ſepulchra dicunt,
ſicut ſunt omnes, qui vel contra veram fidẽ loquuntur, vel contra diſciplinam caſtitatis & iu-
ſtitiæ, & ſobrietatis aliquid proferunt. Ipſi ergo ſunt, quorum fauces ſepulchra ſunt. & loca
Pſal. 118. n. 2. Cor. 6. c. mortis, vnde mortis, verba proferuntur. Iuſtus autem dicit: Quam dulcia faucibus me-
is eloquia tua. Et alius qui verba vitæ docebat, ita dicit: Os noſtrum patet ad vos o Corin-
thij, cor noſtrum dilatatum eſt. Sed & alius, qui verbo Dei aperuit os ſuum, inquit: Os meũ
Pſal. 118. r. aperui & attraxi ſpiritum. Et Caſſiodorus p̃dicta Dauidica verba enarrans, Quam dulcia ſan
cibus meis &c. Spiritualibus (inqt) delitijs magna vbertate ſaginatus populꝰ beatus exclamat
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicendo, Quam magnam quidem dulcedinẽ ſibi eſ-
ſe profeſſus eſt, ſed nunquam lingua potuiſſet exprimere. Nam quũ eis guſtus ſapiat in palato,
conſyderandum eſt hic, quare dixit: Faucibus meis. Fauces eñ ſunt gutturis noſtri via vbi eſca
deglutita dulcedo nulla ſentit. Sed qa de eloquijs domini erat abſolute dicturus, mirabilẽ illã
partem poſuit, vt cito ad cordis noſtri penetralia peruenire t. Eloquia eñ dñi non in palato ſa
piunt ſed magis, quum fuerint delutita, dulceſcunt. Super mel, & fauum ori meo. Mel ad ve-
tus, fauum ad nouum pertinet vtiq; teſtamentum. Nam licet vtraq; ſint dulcia, tñ faui ſaporẽ
ſuauior, quia gratia nouitatis maiore cumulatur. Poteſt etiã & mel intelligi aperta doctrina ſa-
pientiæ, fauũ vero, quæ in quibuſdam profundis cellulis probatur eſſe recõdita. Quod vtrũq;
in ſcripturis diuinis nõ eſt dubium reperiri. Addidit: Ori meo, quando reuera ipſam ſapietiã,
quam faucibus deglutiuerat ore prædicabat. Vide Ambroſium in dictione, Fauus.

Fauilla eſt eccleſia, iuxta illud Iob: Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ, & cineri.
Iob. 30 c. Vbi diuus Gregorius ſcribit: In reproborum quippe iudicio ſancta electorum eccleſia luto cõ
paratur, quia temporaliter conculcata, deſpicitur. Fauillæ aſſimilatur, & cineri, quia dum bona
eius interiora non vident, ad ſola hanc mala perueniſſe æſtimant, quæ in ea exhiberi corporali
Iob. 21. c. ter vident. De fauilla iterum vide in dictione. Cinis. Et Gregorius, exponens illud Iob. Erunt
ſicut paleæ ante facim venti ſicut fauilla, quã turbo diſpergit: Ante omnipotẽtis Dei oculos
iniqui vita fauilla eſt, quia & ſi apparet ad momentum viridis, ab eius tamen iudicio iam con-
ſumpta cernitur, quia cõſumptioni eſt æternæ deputata. Hanc fauillam turbo diſpergit, quas
Deus manifeſtus veniet Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius ardebit, & in cir-
Pſal. 59. a. cuitu eius tempeſtas valida. Huius enim tempeſtatis turbine ab æterni cõſpectu iudicis iniqui
rapiuntur, & qui hic mentem deſiderio peruerſo ſolidauerant, ibi paleæ, & fauilla videbũtur,
quia eos ad æterna ſupplicia turbo rapiens aſportat. Et in Eſaia legitur, Et erit fortitudo ve-
Eſa. 1. g. ſtra, vt fauilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla. Vbi diuus Hieronymus ſcribit: Omnis for-
titudo, & ſuperbia peccatorum & ſceleratorum Iſrael, qui dereliquerunt dominum, & idce-
co conſumpti ſunt, & ſacrificauerunt idolis, & erubeſcent in hortis, quos elegerũt, redegẽtur
in purgamenta ſtupæ, quæ leui vorantur incendio. Et opus eius, id eſt, fortitudinis veſtræ, fiet
idololatriæ in qua erraueratis paruula ſcintilla cõſumet. Et ſuccẽdetur vtrunq; ſimul & ſcien
tia videlicet ludæorum & omnia opera quæ faciunt ſiue & idolum, & Hieruſalem, in qua ido-
lum fuit. Et ſuccendente domino nullus extinguere poterit. Quæ omnia de contrarijs quo-
que dogmatibus accipere poſſumus, quod & magiſtri, & diſcipuli pariter pereãt, & omẽ opus
eorum ignis pabulum ſit.

Prou. 24. b. Fauus, vt dictũ eſt in dictione, Fauces, eſt nouum teſtamentum, & occulta ſapientia. Signi-
ficat etiam & allegoricam locutionẽ. iuxta illud: Comede fili mi mel, quia bonum eſt, & fauus
dulcis

dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuę, quam, quum inueneris, habebis
in nouiſſimis ſpem & ſpes tua non peribit. Vbi diuus Hieronymus hoc pacto ſcribit: Patet
facilime, quare doctrinam ſapientiæ, melli comparet, & fauo, quia nimirum ſicut illud cibis,
ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præſtat. Sed hoc inter vtriuſq; ſignificantiam diſtat,
quia mel, quod in promptu eſt ad comedendum, moralem literæ ſuperficiem inſinuat: fauus
autem, in quo mel de cæra exprimitur, allegoricam locutionem figurate denunciat vt ſubdu
cto literæ velamine ſuauitas ſenſus ſpiritualis aliquanto cum labore, vel mora percipiatur. Et
rurſus in Pſalmo ſcriptum eſt, Iudicia domini vera &c. & dulciora ſuper mel & fauum. Mel Pſal. 18. c.
vetus eſt teſtamẽtum, fauus vero nouum (vt inquit Caſſiodorus.) Et in Prouerbijs ſcriptum Prou. 5. a.
eſt: Ne intenderis fallatiæ mulieris. Fauus enim diſtillans, labia meretricis &c. Vbi diuus Hie
ronymus ſcribit: Recte ſapientia huius mundi, atq; concupiſcẽtia eius, fallax mulier dicitur,
quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborum, dũ demul-
cet, à Deo meretricari facit, & de vana ſpe præſentis ſeculi deceptos fallit. Aliter: Quum in
ore hæreticorum dulcedo eloquentiæ, non ad ſufficientiam ſolummodo, verum etiam ad ſu
perfluitatem reſonat, ob id falſitas, quia apte proferri cernitur, veritas à ſtultis exiſtimatur.
Et in eodem libro ſcriptum eſt: Fauus mellis, verba compoſita, dulcedo animæ, ſanitas oſſiũ.
Multi (inquit idem Hieronymus) per eloquentiam poſſunt amantibus, & fauentibus ſuaui-
ter pronunciare bona, quæ ipſi non amant, ea autem ſolum verba ad ſanitatem oſſium tuo-
rum, hoc eſt, ad virtutum tuarum ſpiritualia incrementa proficiunt, quæ ex interna animæ
tuæ dulcedine procedunt. Et rurſum alio in loco inquit: Anima ſaturata, calcabit fauum, &
anima eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet. Hoc eſt, anima diuitum (vt idem ait Hiero- Prou. 16. d.
nymus) qui habẽt conſolationem ſuam, & quibus dicitur à domino: Væ vobis, qui ſaturati Luæ. 6. d.
eſtis, quia eſurietis, ſpernit auditam cœleſtis regni dulcedinem. Anima autem eorum, qui ſu
riunt, & ſitiunt iuſtitiam, etiam aduerſa ſeculi pro domino, imo etiam ipſam mortem perpe
ti, dulce habet, ſciens ſe per poculum amaritudinis, ad gaudia perpetuę ſalutis eſſe venturum.
Et diuus Ambroſius, exponens illud Pſalmiſtæ, Quam dulcia faucibus meis verba tua, ſuper Ambroſi.
mel, & fauum ori meo: Et bene (inquit) dulcia, quibus prædicatur remiſſio peccatorum, vitæ Pſal. 118. r.
perennitas, reſurrectio etiam defunctorum, quæ perpetuæ mortis, & acerbę, amaritudinem
temperarunt. Per hæc, mortem cœpimus non timere, qui cœpimus dicere: Vbi eſt mors vi 1. Cor 15
ctoria tua, & Et bene faucibus dulcia, eo quod intimis infuſa viſceribus gratia ſpiritualis ſit. Su Cant. 4. c.
per mel, & fauum (inquit) ori meo dulcia. Et ideo, quia dulcia nobis verba eſſe cœperunt, di-
cit ad eccleſiam: Fauum diſtillant labia tua ſpõſa. Qui ſit fauus, doce nos Salomon. Tu enim
dixiſti: Fauus mellis, ſermones boni. Et vere bonus fauus, quem manducat eccleſia, multorũ Cant. 5. a.
prophetarum, velut apum ſpiritali vbertate congeſta mella, redolentem. Hoc eſt mel, de
quo ait: Manducaui panem meum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo. Myſticus ſer
mo cœleſtium ſcripturarum ſicut panis eſt, qui confirmat cor hominis, velut fortior ci-
bus verbi. Suaſorius autem ethicus dulcis, & mollior, eo quod ethica prædicatione, mentis
interna mulcentur. Amara febribus, id eſt, pœnitentia delictorum, miti corda ſermone, dul-
ceſcunt. Stillant mel labia predicantis, quando colliſa duris caſibus, vel ruinis, lapſę animæ
membra refouentur. Eſt etiam vis feruentior verbi ſicut & vini. Eſt etiam in lactis ſpecie ſer
mo lucidior, Edite (inquit) proximi mei, & bibite, & inebriamini. Bona ebrietas, quæ ad me-
liora, atque iocunda, facit quendam mentis exceſſum, vt immemor ſolicitudinum animus no
ſter, vino iocunditatis hilaretur. Bona menſæ ſpiritalis, ebrietas. Denique poculum inebri- Can. 5. a.
ans quam præclarum. Sed & alibi habes: Riuos eius inebria, multiplica generationes eius, eo
quod ebrietas terræ, quum infuſa fuerit imbre cœleſti, ſuſcitare ſemina, fructus multiplicare
conſueuerit. Itaque verbum, quod ſicut pluuia deſcendit de cœlo, vbi venas terræ noſtræ, vel Pſal. 21. b.
animæ, ac mentis noſtræ inebriauit prædicatione diuina, excitauit virtutum ſtudia diuerſa- Pſal. 64. a.
rum, fructuſq; fidei, & caſtæ deuotionis adoleuit. Meritoq; ei dicitur: Viſitaſti terram, & ine Eiai. 55. c.
briaſti eam. Suſceptione etenim corporis viſitauit, vt ſaneret infirmos, inebriauit gratia ſpi-
ritali, vt anxios iocunditate mulceret. Recte ergo ſponſæ dicitur: Fauum diſtillant labia tua
ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua. Os enim iuſti diſtillat ſapiẽtiam, de ore iuſti ſuauitatis, & mi Can. 4. a.
ſericordiæ mella procedunt. In ore iuſti nullus dolus, nulla fallacia, nulla eſt amaritudo pec-
cati. Audit eccleſia verba iuſti, audit plebs Dei p̃cepta ſapientis, delectatur alloquij ſuauitate,
moralis diſputationis iocunditate mulcetur, dicens: Quàm dulcia faucibus meis verba tua,
ſuper mel, & fauum ori meo, quia mel apum ad horam delectat, ſed cito ſapor eius euaneſcit,
& plerunq; viſcera vitioſa lædunt: verborum aũt moralium & ſi pungunt mella, non ledũt.

Cognoſco

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cognosco tamen cui illa credantur. Scriptum est enim: In aurem insipientis nihil dicas, neq; irrideat prudentes sermones tuos. Euomet enim, & reñciet sermonem tuum stultus, qui eius non potest sentire suauitatem. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Et dulciora super mel & fauum: Et siue (inquit) quisq; iam sit mel, quia iam solutus vitæ huius vinculis expectat diem, quo veniat in epulas dei, siue adhuc sit fauus, vt quasi cæra circumplicetur hac vita, non huic concretus, sed implens eam, cui opus sit aliqua p̃ssura, nõ opprimentis, sed exprimentis manus dei, qua de temporali vita in æternam eliquetur, dulciora illi sunt iudicia dei q̃ sibi ipse est, quia super mel, & fauum illi dulciora sunt. Et exponens illud Psal. Quàm dulcia faucibus meis verba tua (vel q̃d de Græco est expressus, eloquia tua) super mel, & fauũ ori meo. Hæc est (inquit) illa suauitas, quam deus dat, vt terra nostra det fructum sumu, vt bonum vere bene, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritualis delectatione faciemus. Non nulli sane codices non habent fauũ, sed plures habent mel. Melli aũt est similis aperta doctrina sapientiæ, fauo vero occulta doctrina sapientiæ, q̃ de abstrusioribus sacramentis. tã de cellis cæreis ore differentis, vel vt mandentis exprimitur, verũ ori cordis, non carnis est dulcis.

Augustin. Psal.18.c.

Psal.118.c.

Quid febris, mystice significet. Caput VII.

DE febribus diuus scribit Ambro. exponens illud euãgelicum Socrus autem Simonis, tenebatur magnis febribus: Socrus (inquit) Simonis & Andreæ, variis criminũ febribus, i. caro nostra, languebat, & diuersarum cupiditatũ immodicis æstuabat illecebris. Necmirem febrem amoris esse dixerim, q̃ caloris. Itaq; illa animum febris, hęc corpus inflammat. Febris em̃ nostra auaritia est, febris nostra libido est, eo q̃ ignitæ sint cupiditates. Vnde & Apostolus ait: Si non se cõtinent, nubent. Melius est enim nubere q̃ vri. Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis vitia sint, ignem tamen ossibus implicant, mentem, animum, sensumq; pertentant. Hæc prior diaboli solicitatur arte. Et enim ager bonus, vestis, monile, suadela serpẽtis est. Honorum gratia, sublimitas potestatum, epularum suauitas, forma meretricis, laqueus ẽ diaboli, & quasi quidã nequitiæ ignis illecebrosus affectus, qui per carnis illecebram, quæ cito fœminea quadã leuitate mollitur, animum quoq; de gradu deñcit. Neq; enim formam mulieris animus, priusquam corporis oculus concupiscit. Deniq; quod non videris, non amabis: sed vbi caro cõcupierit, consentit. Vno patientis quoq; animi constantia defetiscit, & mens consortio amoris inflectitur. Duo enim in carne vna sunt, atq; ita mors irrepit sceleris effectu tentante diabolo, carne suadente. Vel mentior tamen est animi, quàm corporis febris, & ideo pro animi voluntate, corporis salus plerumq; contemnitur, nec à periculis abstinetur. Vnde non alienum videtur repetere, quod admodum Theotimus, quũ grauioculorum incõmodo laboraret, & amaret vxorem, interdicta sibi à medico facultate coeundi, cupiditatis impatiẽs, atq; impetu libidinis raptus, se moderari nequiuerit. Sciens enim, prudensque q̃ esset oculos amissurus, priusquam conueniret vxori, in ipso æstu feruẽtis cupiditatis, & consuetudinis apparatu: Vale (inquit) amicũ hunc. Sic febre libido flagrantior est, grauiusq; p̃cipitat, & inflãmat. Sed vbi quis respuerit à furore, tũc conscienti æ interioris visus aperitur, factiq; succedit pœnitentia, & pudenda sui vindicta, quisq; facinoris erubescit. Tunc deus timetur, & peccator cupit se celare, sed non potest. Tibi caro arguitur, diabolus accusatur. Hæc quasi læna vitiorũ, ille quasi autor erroris. Patescit deformitas. Nudũ est enim deo oñe secretũ, nec illius ficus foliis, hoc est, tegmine corporali iactantia seculari, flagitiorũ secreta velantur. Et vnusquisq; diuinũ peccati conscia formidine iudiciũ, dicens: Qui super me montes cadant, in quibus me abscondam fissuris petrarum, quum venerit confringere terram? Tunc tribulos, & spinas animo caro, hoc est, curarum morsus solicitudinumq; generat, æstusq;, quos sibi per concupiscentiã carnis animus ipse excudit. Et enim quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporis voluptatibus, & quũ semel adhæserit cupiditatibus, demersa terrenis difficile in altum potest, vnde descẽdit, sine dolore reuolare. Actuum enim suorum vincta laqueis, & deliciarũ secularium illecebris obnoxia iam tenetur. Et in euangelio Matthei scriptum est: Et quum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. Vbi scribit Beda: Mystice domus Petri lex, vel circumcisio est. Socrus est synagoga, quæ quodammodo mater est ecclesiæ Petro commissæ. Hæc febricitat, quia inuidiæ æstibus laborabat persequens ecclesiam, cuius manum dominus tetigit, quando carnalia eius opera in spiritualem vsum conuertit. Vel (vt inquit Remigius) per socrum PETRI potest intelligi lex, quæ secundum apostolum infirmabatur per carnem, id est, carnalem intelligentiam. Sed quum dominus per mysterium incarnationis vi-

Ambros. Luc 4.g.

1.Cor.7.b.

Mat 8.b.

bilis in synagoga apparuit, & opere legem impleuit, & spiritualiter intelligendam docuit, mox ipsa sociata gratia euangelij, tantũrobur accepit, vt quæ fuerat ministra mortis & pœnæ, post modum fieret vitæ & gloriæ. Vel secundum Rabanum, vnaquæq; anima, quæ carnis concupiscentijs militat, quasi febribus æstuat, sed manu misericordiæ diuinæ tacta conualescit, & per cõtinentiæ frena, carnis lasciuiam constringit, & membris quibus seruierat immunditiæ, seruit iustitiæ. Vel secundum Hilarium: In socru Petri vitiosa infidelitatis æstimatur affectio, cui adiacet libertas voluntatis, quæ nos sibi quadam coniugij societate coniungit. Ergo ingressu domini in Petri domum, id est, in corpore, curatur infidelitas peccatorum calore æstuans, & saluata, officij famulatu ministrat. Vel secundum Hieronymũ, febris intemperantiam significat, de qua nos filij synagogæ per manum disciplinæ, desiderij eleuatione sanamur, & huius qui sanat nos, ministramus voluntati. Et secundum Theophilum, febricitat qui irascitur, vt ex ira manus effrenatus extendat, sed si ratio retineat manum eius, surget, & rationi ministrabit.

Quid femur & femoralia mysticé significent. Cap. VIII.

FEmur Christi significat incarnationem. Vnde diuus Augustinus exponens illud Dauidicum, Accingere gladium tuum circa femur tuum potẽtissimé: Gladium (inquit) tuũ, quid nisi verbum tuum? Isto gladio strauit inimicos, diuisit filium à patre, filiam à matre, nurum à socru. Non veni (inquit) pacem mittere, sed gladium. Circa femur, id est carnem. Vnde illud est: Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius. Nonne & ipse Abraham, cui promissum erat semen in quo benedicerentur omnes gentes, quando misit seruum ad quærendam & ducendam vxorem filio suo, vnde veniret illud semen sanctum, in quo benedicerentur omnes gentes, fidem tenens, in illa veluti humilitate feminis, esse magnitudinem numinis, id est, filium dei venturum ex filijs hominum per semen Abrahæ, fecit ipsum seruum suum quem mittebat, ita sibi iurare: Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, & sic iura. Quasi diceret: Pone manum tuam ad altare, ad euangelium, aut ad prophetam, aut ad aliquid sanctum. Sub femore meo inquit, pone manum, habens fiduciam, nec reuerens turpitudinem, sed intelligẽs veritatẽ. Cassiodorus: Accingere gladio tuo. Metaphora à bellatore concepta, quia dimicaturus, gladio cingitur, vt prosternat inimicum. Sed hic gladium sermonem prædicationis debemus accipere, de quo ipse in euangelio testatur: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Et Apostolus dicit: Et gladium spiritus, quod est verbum dei. Gladius autem dicitur sermo dei, quia corpulenta vitijs corda hominum, ictu suæ virtutis irrumpit, nec potest imbecillitas humana resistere, vbi illa fortitudinis gloria dignatur intrare. Femur vero incarnationem significat domini saluatoris, sicut in Genesi legitur, Non deficiet &c. Bene autem subiunxit, Potentissimé, vt reuerẽdam iam incarnationem crederes, quam potentia diuinitatis assumpsit. Et diuus Hieronymus, Accingere, &c. Per gladium verbum, per femur incarnatio significatur. Ac si dicat Prophetat Tu Christe indue carnem, pugna contra diabolum, & libera genus humanum de inferno. Accingere gladio, verbo prædicationis, Circa femur tuum, super carnem assumptam, Potẽtissimé, non segniter neq; leuiter, sed viriliter. Et Eucherius Lugdunensis episcopus: Quid est, inquit, q̃ Abraham puerum iubet sub femore suo manum ponere, & per cœli dominum iurare, nisi q̃ illius caro per illud membrum descensura erat, qui & Abrahæ filius esset ex humanitate, & dñs ex diuinitate? Sic vtiq; puero dicitur: Pone manum tuam sub femore meo, & iura per deum cœli. Ac si aperté diceretur, Tange filium meum, & iura per dominum meum. Vnde nec super femur, sed sub femore manum ponere iubetur, quia ex illo femore descensurus erat, qui homo quidem, sed super omnes homines veniret. Vnde dignum non fuit vt manum super femur poneret, quia nulla caro super illam carnem est, quam in redemptionem nostram sibi patris vnigenitus vniuit. Et diuus Hieronymus in epistola ad Principiam virginem, exponens illud Dauidicum, Accingere gladium tuum super femur tuum potentissimé, hoc modo scribit: Istum arbitror te locum optime intelligere, & accinctam Christi gladio militare. Vt autẽ scias semper virginitatem gladium habere pudicitiæ, per quem truncat opera carnis, & superat voluptates, gentilis quoq; error Deas virgines finxit armatas. Quod autem femur significet opera nuptiarũ his breuiter exemplis doceberis. Abraham mittens ad vxorem querẽdam filio suo Iasac, dixit maiori domus suę: Pone manum tuam super femore meo, & adiurabo te per dominum deũ cœli, Non dubium, quin per eum qui de eius semine erat nasciturus. Iacob postquam luctatus est cum homine qui ei apparuerat ad torrentem IABOC, Mesopotamia derelicta, & terram repro-

Matth.10.d Ephe 6.d.

Gen.49.b Psal.44.2. Gene.14.a

Hieron. Psal.44.a.

Gen.44.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

repromissionis ingrediens, non ante Israel sortitus est nomen, quam neruus femoris eius emarcuit. Et ad filium loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius. Et rursum ipse moriturus, Ioseph adiurat in femore suo, ne eum in Aegypto sepeliat. In Iudicum quoque libro legimus: Gedeoni erant filij septuaginta, qui egressi sunt de femoribus eius. In Cantico dicitur Canticorum: Ecce lectulus Salomonis, sexaginta potentes in circuitu eius, de potentibus Israel, omnes tenentes gladios, docti ad bellum, vir, & gladius super femur eius. Gloria ergo, & decore suo, siue specie, & pulchritudine diuinitatis suæ, carnis opera mortificans, & natus ex virgine, futuris virginibus, virginitatis princeps fuit.

Iudi. 8. g. Cantic. 3. 6.

Femoralia, quid mystice significet, scribit Origenes homilia nona, super Leuiticum, exponens illud Leuitici, Et femoralia linea sint super corpus eius: Femorale (inquit) indumenti illud, quo pudenda corporis contegi, & constringi solent. Si ergo aspicias SALVATOREM meum suscepisse quidem corpus, & in corpore positum egisse humanos actus, id est, vescendi, & bibendi, & cætera similia, hoc autem solum opus non egisse, quod ad pudenda corporis pertinet, carnemq; eius, neque nuptijs, neq; filiorum procreationi patuisse, inuenies qualiter femoralia linea sanctificata habuerit, vt vere de ipso dici debeat: Quia inhonestiora nostra, abundantiorem habent honorem. Consydera tamen & ipsum pontificis habitum, quia quod per naturam minus in eo honestum videtur, indutis femoralibus lineis, & zona cõstrictis, etiam secundum literam de eo conuenit dici: Quia inhonestiora nostra, abundantiorem honestatem habent. Ita ergo & omnis, qui in castitate viuens, imitatur Christum, hoc solum de humanis actibus nescientem, etiam ipse lineis femoralibus sanctificatis indutus est & inhonestioribus suis abundantiorem circundedit honestatem. Tunica ergo linea sanctificata induitur, & femoralia linea super corpus eius sunt. Et homilia sexta super Leuiticum: Sed videamus (inquit) quonam in superioribus diximus hoc genus indumenti iudicium castitatis videri, quo vel femora operiri, vel constringi renes videntur, ac lumbi, ne forte (inquam) non semper in illis, qui tunc erant sacerdotes, has partis dicant esse constrictas. Aliquando enim & de posteritate generis, & successu sobolis indulgetur. Sed ego in sacerdotibus ecclesiæ huiusmodi intelligentiam nõ introduxerim. Aliam nanq; rem video currere sacramento. Possunt enim & in ecclesia sacerdotes & doctores filios generare, sicut & ille, qui dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et iterum alibi dicit: Tametsi multa milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euãgelium, ego vos genui. Isti ergo doctores ecclesiæ in huiusmodi generationibus procreandis aliquando constricti femoralibus vtuntur & abstinent à generando, quum tales inuenerint auditores, in quibus sentient se fructum habere non posse. Denique & in actibus Apostolorum refertur de quibusdam, quod non potuerunt in Asia verbum Dei loqui, hoc est, imposita habuisse femoralia, & continuisse se, ne filios generarent, quia scilicet tales erant auditores, in quibus & semen periret, & nulla posset haberi successio. Sic ergo ecclesiæ sacerdotes, quum incapaces aures videant, aut quum simulatores inspexerint, & hypocritas auditores, imponant campestre, vtantur femoralibus, ne pereat semen verbi Dei, quia dominus eadem mandat, & dicit: Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus, & conuersi dirumpant vos.

Origenes. Leuit. 6. b. Gala 4. c. Ibidem. Act. 16 2. Mat. 7. 2.

Quid fenestræ, mystice significent. Cap. IX

Fenestræ dicuntur quinque corporis sensus. Vnde diuus Gregorius lib. xxi. Moral. cap. 8. exponens illud Iob, Pepigi fedus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, hoc modo scribit: Quum sit inuisibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, nisi quod inhærens corpori, quasi quædam egrediendi foramina eiusdem corporis fenestras habet. Visus quippe, auditus, gustus, odoratus & tactus, quasi quædam vię mentis sunt, quibus foras veniat, & ea, quæ extra eius sunt substantiam, concupiscat. Per hos etenim corporis sensus, quasi per fenestras quasdam, exteriora quæque anima respicit, respiciens concupiscit. Hinc etenim Hieremias ait: Ascẽdit mors p fenestras nostras, ingressa ẽ domos nostras. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, quum per sensus corporis concupiscentia veniens, habitaculum intrat mentis. Quo contra de iustis per Esaiam dicitur: Quinam hi, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Iusti quippe volare, vt nubes dicti sunt, qui a terrenis contagijs subleuantur, & quasi columbæ ad fenestras suas sunt, qui per sensus corporis exteriora quæque intentione non respiciunt capacitatis, eosque foras non rapit concupiscentia carnalis. Quisquis vero per has corporis fenestras incaute exteriora respicit, plerunque in delectationem peccati, etiam nolens, cadit, atque obligatus desiderijs capit

Iob. 31. a.

Hiere. 9. f.

Esa 60. b

capit velle quod noluit. Præceps quippe anima, dum ante nõ prouidet, ne incaute videat, quod concupiscat, & cæca post incipit desiderare, quod videt. Vnde & propheræ mens, quæ sublimata sæpe mysterijs internis intererat, quia alienam coniugem incaute vidit, obtenebrata postmodum sibimet illicite coniunxit. Sanctus autem vir, qui acceptis corporis sensibus, velut subiectis ministris, quidam æquissimus iudex præest, culpas conspicit, antequam veniant, & velut insidianti morti fenestras corporis conclaudit, dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Vt enim cogitationes cordis castæ seruare potuisset, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incaute aspiceret, quod postmodum inuitus amaret. Valde nãq; est, quod caro deorsum trahit, & semel species formę cordi poculos illecta, vix magna luctaminis manu soluitur. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione versemus, prouidendum nobis est, quia intueri non decet, quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eua lignũ vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute conspexisset. Scriptum quippe est: Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit. Hinc ergo pensandum est, quanto debeamus moderamine erga illicita visum restringere nos, qui mortaliter viuimus, si & mater viuentium per oculos ad mortem venit. Hinc etiam sub ludææ voce, quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat, propheta dicit: Oculus meus deprædatus est animam meam. Concupiscendo enim visibilia, inuisibiles virtutes amisit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriorem visum perdidit, per oculum corporis prædam Cordis pertulit. Vnde nobis ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quiddam exterius perstrepunt, & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodam vigore frænentur, ad fluxa quæq;, & leuia mentem eneruem trahunt. Videamus igitur quomodo beatus Iob id, quod in eo fluxum ac puerile carosapere potuit, iuuenili sapientiæ vigore restringit. Ait enim: Pepigi fœdus cum oculis meis. Et quia nõ in se actionem tantummodo, sed & cogitationem luxuriæ extinxit, secutus adiunxit. Vt ne cogitarem quidem de virgine. Sciebat nimirum luxuriam esse in corde refrænandam, sciebat per sancti spiritus donum, quod redemptor noster veniens, legis præcepta transcenderet, & ab electis suis non solum luxuriam carnis, sed etiam cordis aboleret, dicens: Scriptum est: Non adulterabis. Ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierẽ ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Per Moysem quippe luxuria perpetrata, per autorem vero mundicię, luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim, quod discipulis primas ecclesiæ pastor dicit: Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam. Lumbos enim carnis succingere, est luxuriã ab effectu refrænare. Lumbos autem mentis succingere, est hanc etiam a cogitatione restringere. Hinc est quod Angelus, qui Ioannem alloquitur, zona aurea super mammillas, cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui mundicia, etiam cordis luxuriam frænat. Angelus, qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Quem bene zona aurea stringit, quia quisquis suppliciter patriæ ciuis est, non iam timore supplicij, sed amore charitatis, immundiciam deserit. Malum vero luxurię, aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus nanque aduersarius noster, quum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitatione molitur. Vnde & serpenti à domino dicitur: Pectore, & ventre repes. Serpens videlicet ventre repit quando hostis lubrici eius, per humana membra sibimet subdita, vsq; ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos, quos in opere luxuriæ non valet polluere, polluit in cogitatione. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenitur, recte serpens prius pectore, postmodum repere ventre describitur. Vnde beatus Iob, quia disciplinam etiã in cogitationis tenuit, vna custodia serpentis pectus, ventrẽq; superauit, dicens: Pepigi fœdus cũ oculis meis &c. Sed inter hæc sciendum est aliud esse quod animus de tentatione carnis patitur, aliud vero quũ per consensum delectationibus obligatur. Plerunq; enim cogitatione prava pulsatur, sed renititur, plerunque autem quum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, quum pulsat, sed quum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim prædicator egregius dicit, Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Humana quippe tentatio est, qua plerunque in cogitatione tangimur, etiam nolentes, quia vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtiq; in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis põdere habemus. Iã vero de

Iob. 31. a.

Gen. 3. c

Apoc. 1. c.

1. Pet. 1. c

2. Reg. 11. 2

Threnl

Iob. 31. a.

2. Corin. 12. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

moniaca est, & non humana tentatio, quum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit, g
Roma.6.b. consensum se animus astringit. Hinc iterum dicit: Non regnet peccatum in vestro mortali
corpore. Peccatum quippe in mortali corpore non esse, sed regnare prohibuit, quia in carne
corruptibili, nõ regnare potest, sed non esse, non potest. Vir igitur sanctus dicens: Pepigi fœ
dus cũ oculis meis &c. nequaquam vult intelligi, quia eius animum culpa in cogitatione non
contingit, sed quia nunquam hunc ex consensu superauit. Nam velut integerrimam possessio
nem Dei, mentem suam contra aduersarij deprædationẽ indicat, qui protinus adiungit: Quã
enim partem haberet Deus in me desuper, & hæreditatem omnipotẽs de excelsis? Ac si aper
te dicat: Carne quidem mortali corruptionis conditioni subiaceo, sed autori munde non ser-
uio, si ei integrum a consensu culpæ animum non defendo. Et Origenes exponẽs illud Can-
Ieb. 31.2. ticorum scãdo, Respiciens per fenestras, prospiciens p cancellos, homilia tertia, in Cãtica Can
ticorũ: Possumus (inquit) sensus corporeos fenestras intelligere per quas aut mors, aut vitam
trat ad animam. Sic enim designat Hieremias propheta, quum de peccatoribus loquitur, di-
cens: Ascẽdit mors per fenestras nostras. Quomodo ascẽdit mors per fenestras? Si oculi pec
catoris videant mulierem, & mœchentur eam in corde suo, sic mors ingressa est ad animam
per fenestras oculorũ. Sed & quum recipit quis auditum vanum & scipue falsæ scientiæ, dog
matum peruersorũ, tunc per aurium fenestras mors intrat ad animã. Si vero aia intuens or-
namentum mundi, & ex pulchritudine creaturarum conditorẽ omnium intelligat Deum &
opera eius miretur, laudetq; operum creatorem, ad animam hanc vita ingreditur p fenestras
oculorũ. Sed & quũ auditũ inclinat ad verbũ Dei, & rationibus sapientiæ ac scientiæ eius delectã
tur, huic per aurium fenestras ad animam sapientiæ lumen ingreditur. Per has ergo fenestras
prospiciens verbum Dei, & prospectum suum ad sponsam aiam dirigens, assurgere hortatur
Sapi.13.b eam, & venire ad se, id est corporea, & visibilia relinquere, & ad incorporea, & inuisibilia, ac
spiritualia properare, quoniam quæ videntur, temporalia sunt, quæ aũt non videntur, æterna
sunt. Quod autem per retia fenestrarũ prospicere dicitur, illud sine dubio indicat, quod donec
in domo huius corporis posita sit anima, non potest nudam, & apertam Dei sapientiã capere,
sed per exempla quædam, & indicia, atq; imagines rerũ visibilium, illa, quæ sunt inuisibilia, &
incorporea, contemplatur, & hoc est prospicere ad eam sponsum per retia fenestrarum. Si ve
ro de Christo hæc & ecclesia exponamus, domus, in qua habitat ecclesia, scripturæ sunt le-
gis & prophetarum. Ibi enim & cubiculum regis est, omnibus diuitijs scientiæ, ac sapientiæ re
pletum, ibi & domus vini, doctrina scilicet vel mystica, vel moralis, quæ lætificat cor hominis.
Adueniens ergo Christus, stetit paululum post parietem veteris testamenti. Stetit enim post
parietem, quũ non manifestaretur ad populũ. Vbi vero affuit tẽpus, & cœpit per fenestras le
gis, ac prophetarum, per ea scilicet, quæ de eo prædicta fuerant, apparere, & ostendere se eccle
siæ intra domum, hoc est, intra literam legis sedenti, prouocat eam inde exire, & venire foras
ad se. Nisi enim exeat, nisi procedat, & progrediatur à litera ad spiritũ, nõ potest sponso suo
coniungi, neq; Christo sociari. Vocat ergo eam, & inuitat à carnalibus ad spiritualia, à visibili
Cantt 2.b. bus ad inuisibilia, à lege venire, ad Euangelia & ideo dicit ei: Surge, veni proxima mea &c.

De eadem fenestra, & de fera, & ferculo & fermento, quid mystice significent. Cap. X.

SCriptum est & in prouerbijs: De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, & video paruulos. vbi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Apte Salomon de fenestra do
mus suæ, se per cancellos prospexisse dicit, vt paruulorum gesta dijudicaret. Qui enim de fene
stra per cancellos prospicit, ipse quidem ea, quæ foris aguntur, plene cõsyderare sufficit, nec
tamen ipsum, qui foris infra degunt, aspiciunt. Nanq; hoc est, quod Apostolus ait: Spiritualis
enim iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Patet iuxta literã, quia sapientium atq;
ectus magistrorũ, & infirmorũ actus sedulo speculatur, & fortium. Aeterna Dei sapientia de
cœlo prospexit, & videt omnes filios hominum.

Fera quid significet mystice, habes & in dictiõe, Bestia. Et diuus Ambrosius, libro de spiritu
sancto ij, cap. xi. hoc mõ scribit: Spiritus (inquit) sanctus, ẽ q nos ab illa gentili colluuione mũ
dauit, de qua scriptum est in actibus Apostolorum. Nã Petrus, quũ in oratiõe vidisset cœlũ
apertum, & quatuor initijs ligatum vas quoddam tanquam linteamen, in quo erant omnia
genera quadrupedũ, & ferarũ & volucrũ cœli, facta ẽ vox ad eũ: Surge, occide & mãduca &c.
In illis enim generibus quadrupedum, & ferarum, & volucrum figura erat cõditionis humanæ quæ ferarũ mõ, bestiali videt induta sæuitia, nisi spiritus sanctificatiõe mitesceret. Bona ergo
gratia, quæ ferinam rabiem, spiritali simplicitate cõmutat. Eramus eñ & nos aliqñ infideles, in-

tes, increduli, errãtes, seruientes desiderijs, & voluptatibus vanis. Nunc autem per renouatio
nem spiritus hæredes Christi, Angelorum cœpimus esse cohæredes. Itaq; spiritu videns Da-
uid sanctus propheta, ex feris nos similes esse cœlestium, ait: Increpa feras syluæ. Syluam vide
licet significans, non ferarum fragosam cursibus, nec bestiarum gemitibus inhorrentem, sed
illam syluam, de qua scriptum est: Inuenimus eam in cãpis syluæ. In qua, sicut dicit propheta
Psalm. 28.d Iustus vt palma florebit, velut cedrus, quæ in libano est, multiplicabitur. Illa sylua, quæ verbi
cœlestis alimoniam propheticarum virtutibus arborum, concussa defluxit. Illa sylua, ad quã
Paulus lupus quidem raptor introiuit, sed pastor exiuit. In omnem enim terram exiuit sonꝰ
eorum. Eramus ergo feræ, & ideo dicit dominus: Attendite vobis à falsis prophetis, qui veni
unt in vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Sed per spiritum sanctum iam leonum ſę
tutia, pardorum varietas, tigrium astutia, luporum rapacitas, de nostris exoleuit affectibus.
Magna igitur gratia, quæ cœlo terras mutauit, vt conuersatio nostra (sicut Apostolus dixit)
in cœlis sit, qui ante sicut feræ errabamus in syluis. Hieronymus autem enarrãs antedictum
versum. Increpa feras arundinis: Feræ (inquit) siue bestiæ calami, demones sunt, fragilis, infir-
mæq; virtutis. Vel hæretici sunt, qui tractant, & scribunt cõtra te, vt decipiant nos. Oportet
enim & hæreses esse in nobis. Ferę enim dicuntur ab eo quod capiunt animas, & interficiũt.
Vel, Increpa feras arundinis, ludæorum beluinam superbiam. Et Cassiodorus: Increpa feras
syluarum, id est, argue superbos homines, & feroces, qui in praua persuasione consistunt, vt i-
storum inuectio fidelium sit solidata munitio. Pro iniquis enim hominibus, vel diabolo feras
ponit, sicut in alio Psalmo dicitur: Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depa-
stus est eam. Et diuus Augustinus: Increpa feras calami, id est, Christianum vocabulum habẽ
tes, & diuersa sentiẽtes. Nam & feræ sunt, quoniam non intelligendo nocent, & feræ calami
sunt, quoniam scripturarum sensum pro suo errore peruertunt. Per calamum quippe conue Cantt.3.c.
nienter scripturæ significantur, vt dictum est in dictione, Arundo.

Ferculum pro quo diuus Ambrosius legit secundum lxx. lectum fecit sibi ex lignis Liba-
ni, columnæ eius argẽteæ erãt, acclinatorũ eius aureũ, dorsum eius gẽmatum, stratum. Quis
goris ostenditur in auro, ignis, aqua, in argẽto, terra, per lignũ, ex quibus corpus humanum
quatuor constat elementis. In quo nostra recubat anima, si non aspero montium, non humi
arido expers quietis existat, sed sublimis à vitijs, ligno fulta requiescat. Vnde Dauid dicit. Do Psalm.40.
minus opem ferat illi super lectum doloris eius. Nam lectus doloris esse qui potest, quum do
lere non possit, qui non habet sensum? Corpus autem doloris, sicut corpus est mortis huius? Roma.7.d
ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius?

Fermentum noticiam esse, & intelligentiam scripturarũ, & dilectionem, dictum est in di-
ctione, Farina. Fermentum quoq; est humana doctrina, vt scribit Origenes homilia quinta
super Leuiticum: Requires (inquit) fortasse, quum superius fermentum penitus abiecerit de sa
crificijs, quomodo nunc super panes fermentatos sacrificium mandat imponi. Verum diligẽ
ter intuere, quia nõ ad sacrificium, sed ad ministerium sacrificij fermentatus panis assumitur. Matt.16.a.
Quid ergo hic fit agendum, videamus. Dñs in Euangelijs humanam doctrinam phariſeorũ,
qui tradebant traditionem præcepta hominum, fermentum appellat, quum dicit: Obseruate
à fermento phariſeorum. Similiter ergo humana doctrina est verbi causa, Grãmatica ars, vel
Rhetorica, vel etiam Dialectica. Ex qua doctrina ad sacrificium quidem, hoc est, in his, quæ de
Deo sentienda sunt, nihil susciendum est. Sermo vero lucidus, & eloquentiæ splendor, ac dis
putandi ratio ad ministerium verbi Dei decenter iubetur admitti. An non super hoc fermen
tum habebat verbi Dei sacrificium positum, ille, qui dicebat: Corrumpunt mores bonos col
loquia mala? Et, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri? Et alia his similia ex
fermento sumpta Græcorum. Et homilia xxiij. sup Numeros: Sequitur (inquit) festiuitas azy
morum, quam merito celebrabis, si extermines omne fermentum malitiæ, & nequitiæ ab ani Gene.1.d.
ma tua, & azyma syncerit atis, & veritatis, custodias. Neque enim putandum est, om-
nipotentem Deum leges hominis pro fermẽto scribere, & propterea iubere exterminari ani
mam de populo suo, si qua forte parum aliquid fermenti huius ex farina consperſi in domo
sua habuisse deprehenditur, eamq; curam magnopere fuisse diuinæ maiestati, qua fermenti
huius causa, in tantum se dicat offendi, vt animam, quam ipse ad imaginem, & similitudinem
suam fecit, exterminari pro hoc iubeat, & euerti. Nõ mihi videtur hæc diuinis legibus digna
eẽ intelligẽtia, sed illud magis est, ꝙ horrescit, & merito horrescit Deus, si malitiæ, si iræ, si ne-
quitiæ spiritu infermentetur aia & intumescat ad flagitia. Hæc non vult eẽ in aia Deus, & tale

Universidad de Deusto
Biblioteca

fermentum, ni si abiecerimus de domo animæ nostræ merito exterminabimur. Sed ne cõtẽnas, etiã si paruã videris intra te fermẽtari malitiã, qa modicũ fermẽti totã massam corũpit. Et ideo neq; de paruo peccato negligas, q̃niã ex vno peccato generat & aliud. Sicut em̃ ex iustitia generat iustitia, & ex castitate castitas, ita & q semel intra se licet paruũ malitię repoſu erit fermẽtũ, q̃tidie semetipſo neqor efficit, ac deterior. Et ideo si vis agere azymoꝝ festiuitatẽ cum Deo, nec paruum quidem malitię fermentũ reſidere patiaris.

De eodem fermento. Cap. XI.

DIuus q̃q; Ambro. exponens illud Euãgelicũ, Cui ſimile æſtimabo regnũ Dei? Simile eſt fermento, ꝙ acceptũ mulier abſcõdit in farina, donec fermentatũ eſt totũ, hoc modo ſcribit: Hæc de requirendis quæſtionibus cõparatio, q̃ tantũ ambiguitatis offundit, vt diuerſas habeat ſentẽtias plurimoꝝ. Opportiné itaq; granũ tritici ſupra diximus Chriſtũ, qa ſubierat nobis ſpiritale fermẽtũ, eo ꝙ pleriq; fermẽtũ Chriſtũ putant, ꝙ virtutẽ attollat acceptã. Et qa fermentum ex farina vim, non ſpeciem generi ſuo præſtat: Chriſtus quoq; ex patribus æqualis corpore, ſed diuinitate incõparabili præemi nebat. Igitur ſancta eccleſia, q̃ typo mulieris iſtius Euangelicæ figuratur, cuius farina nos ſumus, dñm Ieſum in interioribus noſtræ mentis abſcõdit, donec animi noſtri ſecreta penetralia color ſapiẽtię cœleſtis obducat. Et qa in Matthæo legimus tribus menſuris abſcõditũ eſſe fermẽtũ, cõgruere viſum eſt, vt Dei filiũ crederemus abſcõditũ in lege, adoptũ in ꝓphetis, Euãgelicis ꝓdicationibus adipletũ, vt perfectã fidẽ nobis adquirat ex omnibus, & ſcriptorũ collatione formatus, in nobis, q ſumus corpus ipſius oĩa & in omnibus impleatur. Ipſe em̃ erat verbũ Dei, atq; myſteriũ, ꝙ abſcõditũ eſt à ſeculis, & à generationibus, q̃ nihil poteſt ad expreſſionẽ perennitatis eius attestantius dici. Erat enim profecto: Nã ita erat, vt abſcõditus ſacrilegis manifeſtatus in ſanctis, prędeſtinatus ante ſecula ſeruaretur ad gloriam. Hæc eſt autem gloria, vt poſſimus fratres inueſtigare myſteriũ abſcõditũ à ſæculis in deo. Quod in deo vtiq; & ex deo. Neq; em̃ deus alienæ carnis poteſt eſſe naturæ. Nec ſum dubius animi, ꝙ aliqui de hoc mundo dictum putent, donec fermẽtetur in lege, prophetis, & euangelio, vt dñm omnis lingua fateatur. Me tamen ſequi iuuat, ꝙ ipſe dñs docuit fermentũ eccleſiæ, ſpirituale eſſe doctrinã. Nã quũ ſcriptũ ſit: Cauete à fermẽto phariſæorum, & quũ Apoſt. dixerit: Nõ in fermento nequitiæ & malicię, oſtendãt, quia doctrina fermentũ eſt. Sed aliud fermẽtũ zizaniæ, aliud tritici. Vnde & bonis autoribus acquieſcimus, vt dicamus, quia eccleſia renatũ hominẽ, qui eſt in corpore, & anima & ſpiritu, fermento ſanctificat ſpirituali. Sanctificatur enim corpus, atq; anima per gratiã ſpiritalẽ, & accipit ſanctificationis augmẽtũ, quũ per eccleſię, velut quoddã fermẽtatis officiũ ſcripturarum doctrinam, quę velut cęleſtiũ collatione ſermonũ, & vbertate concreſcit, infuſus toto homini, atq; permixtus vſus inoleuerit, vt fiant vnũ etiã ipſa fermentũ, Quod vtiq; tunc fit, quũ fides tria hæc pari quadã cupiditatũ læte cõſentiũt, & æqualis aſpirat cõcordia volũtatũ. Hoc igit eccleſiæ opus nõ tumultuariũ, nec fortuitum, ſed diuturna meditatione collatũ, vt hæc tria vnã ſint, integra à lege peccati. Cuius ſententiæ aſſertorem habemus Apoſtolum dicentem: Ipſe autem dominus ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine querela in die domini Ieſu Chriſti ſeruetur. Quod per ſeculatia quidem tentamenta nõ prouenit, niſi fermentum illud, cui comparatur regnum cœlorum, mulier illa euangelica abſcondat in farinæ menſuris tribus, donec fermentetur totũ. Tres enim menſuræ ſunt (vt dixi) carnis, animæ, & ſpiritus. Sed ſpiritu, quo viuimus omnes in hoc corpore ſiti, hoc verius, quando carnis laſciuia non redundat, & anima corporalibus non incuruatur erroribus, ac mẽſura viuendi in toto animæ inoffenſa ſeruatur. Sed quia menſurarum æqualitas ſine adiumento eccleſiæ, atq; doctrinæ difficilẽ perſeuerat, idcirco mulier illa, quæ figuram eccleſiæ gerit, tam diu virtutem illis doctrinæ ſpiritalis admiſcet, donec fermentetur totus ille interior homo cordis abſcõditus, & in gratiam panis cœleſtis aſſurgat. Bene em̃ fermentũ doctrina dicitur Chriſti, quia panis eſt Chriſtus. Et Apoſt. ait: Quia vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Fit ergo vnũ fermentũ, q̃do caro non cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, nec ſpiritus aduerſus carnẽ, ſed facta carnis mortificamus, & anima ex afflatu dei flatum vitæ ſumpſiſſe fecõſcia, ſeculares neceſſitudinis cõtagia terrena declinat. Vnde & Apoſt. non in carne, ſed in ſpiritu ambulare nos præcepit, vt ſanctificati p lauacrũ regenerationis, veterẽ hominem cũ ſuis deſiderijs exuentes induti nouũ, q ſecundũ Chriſtũ creatus eſt, non iã in vetuſtate literę, ſed in nouitate ſpiritus gradiamur, quo poſſit nobis etiam reſurrectionis tempore incorrupta corporis & animæ, & ſpiritus manere cõmunio, & tũc oĩa q̃ petimus, impetremus. Quod pleriq; videtur etiam dominus ſignificaſſe, quum dicit: Si duobus ex vobis conuenerit ſuper terram, de

Luce. 13. d

Gala. 5. c. Coloſſ. 3. b Epheſ. 4. f.

omni re quamcunq; petieritis, fiet vobis a patre meo, qui in cœlis eſt. Itaq; alij duos, animã, & corpus accipiunt, alij animam & ſpiritum, vt ſi in terra, hoc eſt, in corpore ſibi anima ſpiritusq; conſentiant, nec ſe impugnent inuicem diuerſis cupiditatibus vt omnia in effectũ videantur orata poſſe deduci. Quod ita fit, quum fuerint vtraq; vnum, ſi ſubtractis inimicitijs, vel 1. Cor. 14. e ſolutis duo condantur in vnum nouum hominem id eſt, & anima, & ſpiritus, vt oremus ſpiritu, oremus, & mente Licet pleriq; duos populos accipiant, ex Iſrael, & gentibus in vnum reſurrectionis tempore congregandos, vt fiat in æternum menſura perfectio, & id, quod ex parte eſt, deſtruatur. Pleriq; autem virum, & vxorem cõſentientes ſibi ſtudio charitatis accipiũt. Itaq; ſi in hac vita tres menſuræ in eodem fermento manſerint, donec fermententur, & fiant vnum, vt æqualitatum nulla diſtãtia ſit, nec compoſiti ex triũ diuerſitate videamur, erit in futurum diligentibus Chriſtũ incorrupta cõmunio, nec compoſiti manebimus. Nam & qui cõpoſiti nunc ſumus, vnum erimus, & in vnam ſubſtantiam transformabimur. Neq; in reſurrectione aliud erit alio inferius, ſicut nũc fragilis in nobis eſt carnis infirmitas, & corporalis habitudo naturę vel vulneribus patet, vel iniurijs ſubiacet, vel ſui oneris mole depreſſa ſupra terras nequit extollere altius atq; eleuare veſtigiũ, ſed in ſimplicis creaturæ gratiã figurabimur, quum cõpletũ fuerit ꝙ dictũ eſt à Iohanne: Chariſſimi, nũc filij Dei ſumus, & nondũ reuelatũ eſt quid erimus. Itaq; quum Dei natura ſit ſimplex, ſpiritus em̃ Deus eſt, nos q̃q; in eandẽ imaginem figurabimur, vt qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginẽ illius terreni, portemus & imaginem huius cœleſtis, q̃ animus noſter debet induere. 1. Iohã. 3. a. 2. Cor. 3. d.

De eodem fermento. Cap. XII.

ET idem Ambroſius, ſermone v. hoc pacto ſcribit: Libet quædam vobis diuinarum diſſerere literarum, vt intelligam, ꝙ id, quod dixerim, fidei viuãcitate capiatis. Ait dñs in ſancto Euãgelio: Cui ſimile exiſtimabo verbũ Dei? Simile eſt fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farina, donec fermentatũ eſt totũ. Fermenti vim, atq; virtutem omnibus notã eſſe, non dubium eſt. Nã quum ſit magnitudine paruũ, ſpecie ſimplex, natura cõmune, tantã fortitudinem intrinſecus gerit, vt quum recõditum fuerit in farina, ſuccus hoc totam maſſam faciat eſſe, quod ipſe eſt, & ita ſemper vniuerſum cumulũ aſperſionis ſuæ vigore diffundit, vt omnẽ ipſam magnitudinẽ pollinis faciat fermentum, ac ſic res ipſa fortitudine ſua molem ſibi proprij vigoris acquirit. Hoc autem faciunt mulieres, vt viris ſuis ſalubriorem panẽ, & cibum vtilem diligenter exhibeant. Sed quoniam lex ſpiritualis eſt & Euangeliũ ſpeciali- Roma. 7. e gimus in ſancto Euãgelio, dicẽte dño Chriſto de ſeipſo: Niſi granũ tritici cadẽs in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolũ manet: ſi aũt mortuũ fuerit multũ fructũ affert. Ergo ſi triticũ dñs, & dñs eſt fermentũ, quia fermẽtũ nõ niſi de tritico fieri ſolet. Recte ergo fermento dñs compa- Iohan. 12. c. ratur, qui quum eſſet ſpecie homo, humilitate paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinſecus ſapientiæ virtute pollebat, vt doctrinam ipſius mundus ipſe vix caperet, qui quum ſe cœpit per totum orbẽ diuinitatis vigore diffundere ſtatim omne hominum genus in ſubſtantiam ſui ſui poteſtate protraxit vt & iugũ ſpiritus ſui ſancti infunderet oĩbus, hoc ẽ, Chriſtianos cũctos faceret eſſe, quod Chriſtus eſt. Nam quod homo dñs Ieſus vnus, & ſolus eẽt in mũdo, tanquã fermentũ in maſſa reconditũ, vniuerſos homines præſtitit eſſe, quod ipſe eſt. Quiſquis igitur illi fermento Chriſti adhæſerit, efficitur & ipſe fermentum tam ſibi vtilis, q̃ idoneus vniuerſis, & de ſua certus ſalute, & de aliorum acquiſitione ſecurus. Sicut igit fermentũ, quũ in cumulũ cõſpergendum eſt farinarũ, confringitur, comminuitur, diſſipat, & ipſum oĩe diſſoluitur, vt diſperſam illã farinæ multitudinem, in vnum vigorem cõſtringat, atq; in ſolidũ corpus rediget, quod in pulueris modum, ipſa diminutione languebat faciatq; coniunctione ſui vti ſẽ maſſam ꝙ propria diſſolutione videbaẽ inutile: Sic ergo & dñs Ieſus Chriſtus, quũ eẽt totius mundi fermentũ, diuerſis paſſionibus confractus, laceratus & diſſolutus eſt, & ſuccus eĩ⁹ ꝓ ſalute noſtra qui eſt precioſus ſanguis, effuſus eſt, vt admixtione ſui oĩe genus humanũ ſolida reret, ꝙ per diuerſa antra reſolutum iacebat. Sic enim velut fermentũ quoddã nos q farina ex gentibus videbamur eſſe, adhæſimus. Nos, inquam, qui per totum orbẽ diſperſi, & diminuti penitus iacebamus, vigore paſſionis Chriſti in ipſius corpus redacti ſumus, ſicut beatus Apoſtolus ait: Q̃m ſumus corpus Chriſti, & mẽbra. Nos igitur q ex nationibus in pulueris modũ Epheſ. 5. f. ẽ terrę facie iactabamur, aſperſione ſanguinis domini in maſſam ſoliditatis eius aggregamur. Mulier autem quæ dicitur abſcondere in farina fermentum quæ eſt, niſi ſancta eccleſia, q̃ ꝙtidie doctrinam Chriſti in cordibus noſtris conatur abſcondere? Ipſa, in q̃, eſt mulier, q̃ in alio Mat. 14. d. loco etiam molere dicitur, ſicut ait dñs: Erũt duæ molentes, vna aſſumetur, & vna relinquetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Molit enim ſancta eccleſia per legem, per Apoſtolos, per prophetas, quum catechumenos facit, & aſperitatem gentilitatis diſtipat, atq; comminuit, vt emolitos eos in farinæ modum aptos faciat fermento dominici ſanguinis adhærere. Fermentum enim dixerim, totam dominicæ paſſionem. Fermentū enim ſalutis noſtræ eſt ſymbolum ſine quo fermento, vel ſymbolo, nemo poteſt vitæ æternæ ſubſtantiā promereri. Et quia duas Euangelium deſcribit molentes, atq; vnam eccleſiam diximus ſalubriter molere, alteram, quā, niſi ſynagogā accipere debemus?

Rom.10.2. Molit enim & ipſa per Moyſen & prophetas, ſed inutiliter molit. Sicut dicit Apoſtolus de Iudæis: Aemulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Inutiliter, inquam, molit ſynagoga, quia maſſam ſuam Chriſti doctrina non temperat. Atq; ideo euitandum præcepit ſynagogæ dominus eſſe fermentum, dicens: Cauete vos à fermento phariſæorum. Temperatum eſt enim ſanguinibus, & crudelitatibus Iudæorum dicentium de domino: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Vnde ait Euangelium: Erunt duæ molentes, vna aſſumetur, & vna relinquetur. Aſſumetur enim in requiem æternam ſancta eccleſia, quæ domino clibum ſanctitatis emoluit. Relinquetur ad molas cruenta ſynagoga, girum ſemper paſſura ſuppliciæ. Et Hilarius ſuper Matthæum: Simile eſt regnum cœlorum fermento, cp acceptū mulier, abſcondit in farinæ menſuris tribus, donec fermentatum eſt totū. Fermentum de farina eſt, quod virtutem acceptam aceruo generis ſui reddit. Huic ſe dñs comparauit. Quod acceptum mulier, ſynagoga ſcilicet, per iudicium mortis abſcondit, arguens legem & prophetas Euangelijs diſſolutos. Hoc autem in farinæ menſuris tribus id eſt, legis, prophetarum, euangeliorum equalitate coopertum, omnia vnum facit, vt quod lex conſtituit prophetæ nunciauerunt, id ipſum Euangeliorum profectibus expleatur. Fiuntq; omnia per Dei ſpiritum, eiuſdem & virtutis, & ſenſus, nihilq; aliud ab alio menſuris æqualibus fermentatum diſſentiens, reperietur. Quanquam ad fidei ſacramentum, id eſt, ad patris & filij & ſpiritus ſancti vnitatem, ſed & ad trium gentium vocationem, ex Sem, Cham, & Iapheth, tres menſuras farinæ eſſe referendas, ſenſiſſe multos memini. Sed neſcio an hoc ita opinari ratio permittat. quum tametſi omnium gentium vocatio ſit æque, tamen in his Chriſtus non abſconſus ſit, ſed oſtenſus, & in tanta infidelium multitudine non fermentatum ſit totum. In patre autem & filio & ſpiritu ſancto in ea admixti extrinſecus fermēti neceſſitate, in Chriſto omnia vnum ſint. Et divus Cyrillus lib. ix. contra Iulianum: Præcepit quidem Deus (inquit) feſtum diem agētibus, vt panem facerent abſq; fermento. Hoc facientes Iudæi, & nihil amplius, implere putabantur legem. Qualis ergo hinc illis vtilitas? Gauiſus ne in hoc eſt aliquo modo Deus? Sed dicens, quod oportebat purificatos eos diem feſtum agere. Quanquam, quomodo ſi coinquinare poterat comedentes fermentum, non omnino ab illo abſtinere debebant, & non ſolum ſeptem diebus? Siquidem fuiſſent ſtudioſi conuerſationis Deo placentis, & illi addicti. Sed, ſicut iam prædixi, & etiam in hac lege, quemadmodū ſcilicet in alijs, ſpiritualis, & mentalis rei oſtēſio ænigmatice propoſita eſt his, qui acuta, & purificata mente tam ſublimia conſyderare poterant. Impletur etiam lex à nobis in azymis, maxime fide iuſtificatis in ſpiritu, mentalemq; perficientibus cultum, tali quodam modo ſolet diuina ſcriptura interdum accipere fermentū in typum improbitatis. Præcepit igitur eos agere diē feſtum bene ablutos, & purificatos, & quam longiſſime ab omni prauitate recedentes, non habentes, carnalis immundiciæ fermentum, & inutilium diſtractionum, in negocijs parum frugiferis, inquam. Is enim qui feſtias celebrat caudidus eſt. Vnde ſcribit diuus Paulus, vt diem feſtū agamus, non in fermento veteri, neq; in fermēto malitiæ, & nequitiæ ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.

1.Cor.5.c.

Quid ferrum, myſtice ſignificet. Cap. XIII.

FErrum, viros ſignificat fortes. Vnde ſcriptū eſt: Ferrū de terra tollitur. vbi diuus Gregorius hoc pacto ſcribit: Solent hæretici de iuſtitiæ ſuæ cōtra nos elatione gloriari, atq; ſuæ oſtētationis inflatione iactare, nosq; iniqs, aut eſſe aut fuiſſe criminantur. Per humilimā ergo confeſſionē & veracē defenſionē contra eos vir ſanctus loquit, dicens: Ferrū de terra tollitur. Ac ſi aperte dicat: Fortes viri qui acutiſſimis linguarū gladijs in hac acie defendēde fidei ferrū fiunt, aliqñ terra in infimis actionibus fuerūt. Peccāti quippe homini dictū eſt: Terra es, & in terrā reuerteris. Sed de terra ferrū tollitur, quū fortis ppugnator eccleſiæ, à terrenis prius tenuit actione ſeparatur. Non ergo in eo debet deſpici quicquid fuit, qui iam accepit cp non fuit. An non Matthæus in terra inuētus eſt, q terrenis negocijs implicatus, telonei vibus ſeruiebat? Sed de terra ablat⁹ in fortitudine ferri cōualuit, cuius videlicet lingua quaſi acutiſſimo gladio, euangelij adminiſtratione, dñs infideliū corda trāsfixit, & q infirmus prius, deſpectusq; fuerat per terrena negocia, fortis poſtmodū factus eſt ad cœleſtia p̄dicanda. Et exponens illud Iob. Reputabit eū quaſi paleas ferrū, & quaſi lignū putridum æs: Quod ſuperius haſtam dixit hoc inquit inferius ferri appellatione replicauit, & ꝺd thoracem protulit, hoc rurſus æris cōmemoratione ſignauit. Ferrum nāq; acuitur, vt aduerſarius vulneretur, æs autem rubigine pene nulla conſumitur. Ferro ergo p̄dicationis iacula, ære autem longanimitatis conſtātia deſignatur. Vnde & ſub Aſſur ſpecie deſctā eccleſia per Moyſen dicit: Ferrū, & ꝛs, calciamentum eius. Calciamentum quippe in ſcriptura ſacra munimen p̄dicationis accipitur, ſicut ſcriptum eſt: Calciati pedes in ꝓparatione euangelij pacis. Quia ergo per ferrū virtus, per æs autem perſeuerantia exprimitur, ferrū & æs calciamentū eius dicitur, quū p̄dicatio eius acumine ſimul, & conſtantia munitur. Per ferrū enim mala aduerſantia penetrat, per æs autem bona, quæ propoſuit, longanimiter ſeruat. Cuius profecto perſeuerantiā illic apertius inſinuat, dicens: Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. Sed Leuiathan iſte, qnan do illum gladium, quem ſacra eloquia Antichriſtum vocant, in exercitationem ſuæ iniquitatis aſſumpſerit, & ferrum velut paleas, & æs velut lignum putridū reputabit, quia niſi diuina gratia protegat, & p̄dicantium vires, velut paleas, nequitiæ ſuæ igne conſumet, & patientiū conſtantiam, quaſi liguū putridū, in puluerem rediget. Et acumen igitur ferri & æris fortitudo deficiet, dum per violentiam virtutis illius, & p̄dicationis ſenſus obtunditur, & patientiæ lōganimitas diſſipat. Niſi ergo electos ſuos opitulatio diuina roboret, vbi tunc infirmi erūt, ſi fortes, ſicut paleæ reputantur? Quid tunc Leuiathan iſte de paleis faciet, ſi ferrum, quaſi paleas, æſtimabit? Quid de putridis lignis acturus eſt, ſi quaſi lignum putridū, æris fortitudinē ſoluit? Sed ó quam multi, qui ſuis viribus ferrum ſe, vel æs æſtimant, in illo tunc tribulationis igne ſe paleas eſſe deprehendunt. & quam multi, qui per infirmitatem propriam ſe eſſe paleas metuunt, per diuinum adiutorium fulti, in ferri, atq; æris ſoliditate roborantur, vt contra aduerſarium ſuum tanto magis in deo fortes ſint, quanto de ſe amplius infirmos ſe eſſe conſpexerint. Et exponens illud Iob, Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum: Sciendum (inquit) quod auaritia aliqñ per elationem ſurripit, aliquando vero per timorem. Sunt nanq; nonnulli, qui, dum potiores videri appetūt, ad alienarum retum ambitum ſuccēdunt. Et ſunt nonnulli qui, dum ſibi ſubſidiorum neceſſaria deeſſe timent, mētem ad auaritiam relaxant, & aliena ambiunt, quum ſua ſibi ſufficere non poſſe ſuſpicantur. Omnis verò neceſſitas non incongrue ferrum vocatur, quia vitam inopis mœroris vulnere eruciat, ſicut de eius ꝙq; neceſſitatibus ſcriptū eſt, qui à fratribus vēditus, afflictam vitā ducebat: Ferrū pertranſiit animā eius. Quid ergo ſunt arma ferrea, niſi neceſſitates vitæ p̄ſentis, q̄ dure ſumunt, & vitam inopis inſequuntur? Ferrum quippe erugo conſumit, æs autem conſumere difficilius ſolet. Ferro ergo neceſſitas preſens, q̄ tranſitoria eſt, ære autem ſententia æterna figuratur. Et quia iudicium ſupernum ab iniqui mente non attenditur, iuſte arcui comparatur, qñ velut ex inſidijs percutit, dum illud is qui percutitur, non intendit. Fugiet ergo arma ferrea & irruet in arcū æreū, quia dum præſentes neceſſitates metuēs, multa per auaritiā rapit, extremi iudicij diſtrictis ſe percuſſionibus anteponit. Et quum fugit arma ferrea, ab arcu æreo fugitis inuenitur, quia mala temporalia fiulte præcauens, ſententia æterna percutitur. Qui enim hic inopiæ duriciā cū culpa fugit, illic per peruitatem iuſtæ vltionis inuenit. Et diuus Hiero. exponens illud Iob Ferrum de terra tollitur &c. Fortitudo, inquit, quę ferri nomine appellatur, eſt qua terram, id eſt, carnis noſtræ malitiā in nobis tollimus, aduerſus eā contra nos militantem, & contra legem ſpiritus conuerſantem, rigore animi, & virtute repugnemus. Lapidis quoq; nomine, cordis figuratur duricies, q̄ per calorem, & feruorem fidei reſoluta molleſcit, vt primum poſſit in ſe verba ſcribentis recipere, deinde velut æs, quod canorū eſt, meri to ſanctitatis proficiens, ad laudes & gratias deo offerendas, fidei ſoliditate peruenit. Et exponens illud Iob, Fugiet arma ferrea &c. Tanq̄ (ait) ſi diceret: Quādo putauerit ſe leuiores calamitates poſſe fugere, in atrociores incurret. Siue aliter: Si ſocios & minaſtros diaboli fugiat, incurret in ipſum principem tenebrarum, & quum ſint illi rebelles in malicia, fortes & duri cordes, tanquam arma ferrea in peiorem tamen autorem totius mali, velut in arcum æneum impinget, quem quem puto ideo hoc loco arcum nominatū, quia vel maxime in inſidijs & dolo, hoies inopinātes interimere nō definit. Arcu enim inopinantibus plerūq; tela iaciunt. Et Caſſidorus exponens illud Pſalmi, Ferrum pertranſijt animā eius: Ferrū (inquit) indicat tribulationem durę neceſſitatis, q̄ in æſtuāti anima peruagat, dum de futuris ſolicita, iā multa patitur, q̄ timere non definit. Talis illa in euāgelio locutio eſt, vbi Symeon dicit ad Mariā: Et tuam ipſius animā pertranſibit gladius, ſignificans habituram mātrem glorioſam, triſtitiam dominicæ paſſionis. Quod genus locutionis inter propria ſcripturæ diuinæ credimus ad-

Gene.3.d.

Iob.28.a.

Iob.41.c.

Deut.33.d.

Ephe.6.c.

Iob.28.a.

Iob.20.d.

Pſal.104.b

Pſal.104.b

Luce.2.c.

notandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

notandum. Ferrum ergo pertranſuit animam eius, vt nec ipſa anima à pœnis probaretur excepta. Nam quamuis condoleãdo corpori, ſubiecta ſit paſſioni, habet tamen & proprias pœnas, quum graui cogitatione torquetur. Ferrum quoq; malorum duriciam ſignificat, qm ferrum plerumque dicimus, quod durum eſſe monſtramus. Et ſic illud Pſalmiſtæ, Vinctos in mendicitate, & ferro. id eſt, vinctos in indigentia boni, quæ grauior eſt omni penuria, quæ non corpus, ſed (quod eſt grauius) animam probatur affligere, & ferro, id eſt, malorum duricia. Prioris verſus expoſitio, eſt diui Auguſtini, qui hoc pacto ſcribit: Ferrum, quod dicit pertranſiſſe animam eius, tribulationem duram neceſſitatis accipimus. Non enim corpus, ſed animam dixit. Talis enim quædam locutio eſt in euangelio, vbi dicitur: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Paſſio quippe domini ipſam eius matrem, grauiter carnali orbitate percuſſam, ſine dubio contriſtauit.

Luc.2.c.

Quid feſtum ſiue feſtiuitas, myſtice ſignificet. Cap. XIIII.

FEſtum, ſiue feſtiuitas, aut ſolennitas, ſiue ſolennitatis dies, quid myſtice ſignificet, diuus exponit Grego. libro nono Moral. cap. xxi. citans illud Dauidicum, Conſtituite diem ſolennem, in confrequentationibus, vſq; ad cornu altaris: Solennem (inquit) domino diem in frequentatione conſtituit, quiſquis ſe aſſidue in eius deſiderio affligit, qui nimirũ ſolennitatis dies vſq; ad altaris cornu tẽdi præcipitur, quia tandiu neceſſe eſt, vt quiſq; ſe afficiat, quouſq; ad ſuperni ſacrificij altitudinem. i. ad æterna gaudia pertingat. Et Caſſiodorus: Conſtituite &c. Iſtud iã dicit benedictis, qui poterãt dies feſtos celebrare ſolenniter. Conſtituere dicit, id eſt, deliberata cuſtodite ſententia: Diem ſolennem, qui honore dñi, & ſanctorum confeſſione ſacratus eſt: In confrequentationibus, id eſt, proceſſionibus crebris, quas populi turba condenſat, & reddit celeberrimas deuotione feſtiua': vſq; ad cornu altaris. Non enim ad cornu altaris accedunt, qui communicationis gratia non replentur. Hoc de iſto altari vita li (vt mihi videtur) competenter accipimus, q; corpus, & ſanguinem domini ſolenni nobis frequentatione largitur. Illud vero altare eſt ante conſpectum dñi, vbi purificatis animis per cõtemplationẽ ſanctam iubemur accedere, vt in hac actuali ſolẽnitate illud ſemper debeamus

Gregorius. Pſal. 117. d.

Pſal. 42 b. inſpicere, iuxta illud quod ait: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam: cornu vero ſignificat poteſtatẽ, quam ſanctum altare habere manifeſtũ eſt. Et diuus Hieronymus: Conſtituite diem ſolennem, id eſt, exhibete vos templa & aras Deo, in quibus & ſacras celebretis ſolẽnitates. In condenſis, id eſt, in virtutibus multis, in quibus vel ipſe dominus, vel eius Angeli frequentãtur. Vſq; ad cornu altaris, id eſt, vſq; ad ipſum dominum, qui eſt fortitudo animæ, quam eius altare feciſti. Et diuus Auguſtinus: Conſtituite diem feſtum in confrequetationibus &cet. id eſt, vſq; ad interiorem domum Dei, de qua nos benedixinus,

Auguſtin.

Pſal. 42. a. vbi ſunt altaria exceſſa? Conſtituite diem feſtum, non tepide, ac ſegniter, ſed in confrequentationibus. Ipſa eſt enim vox exultationis ſoni feſtiuitatem celebrantis, ambulantium in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. Si enim eſt tibi ſpirituale ſacrificium, ſempiternum ſacrificium laudis, & ſacerdos ſempiternus eſt, & altare ſempiternũ, pacata mẽs ipſa iuſtorum. Hoc apertius dicimus fratres, quicunq; Deum verbum intelligere volunt, nõ eis ſufficiat caro, quod propter eos verbum factum eſt, vt lacte nutrirentur, nec in terrã ſuſpiciat iſte dies feſtus, quo agnus occiſus eſt, ſed conſtituat in confrequentatiõibus, quouſq; perueniat, exaltatis à dño mẽtibus noſtris, vſq; ad eius diuinitatẽ interiorẽ, q nobis exteriorẽ humanitatẽ lacte nutricis ꝓbere dignatus eſt. Et Orige. de feſto die, libro octauo contra Celſum hoc modo ſcribit: Feſtus ſiquidem dies, vt é Grecorum (inquit) ſapientibus quidam, nil aliud præſert, niſi vt quis decentia faciat & in vero celebrem diem is egerit, qui ſemper quæ decent orando perficiat & continenter deo, quum ſupplicat, ſine ſanguine offerat ſacrificia. Vnde accommodatiſſime illud apud Paulum dictum videtur: Dies autem obſeruatis & menſes & tempora, & annos. Timeo ne forte ſine cauſa in vobis laborauerim. Quod ſi quis ad hæc forſan obiecerit, vel dominicos dies, vel Paraſceues & Paſchatis, vel Pentecoſtes tempora, quæ ex diebus vtiq; conſtant, dicendum, perfectiorem quenq; qui pro verbi domini, ac Dei natura dictis, factis q;, & cogitationibus ſemper inſiſtat, aſſiduo in domini diebus verſari & dominicos perſeueranter agere dies, & ad recte viuendum ſedulo paratiorem ſe reddere & mundique ſuauitatibus his abſtinere hominum pleroſque fallentibus, nec carnis ſapientibus enutrire, ſed proprium caſtigando corpus, in ſeruitutẽ redigere ſic fieri, vt ſine intermiſſione Paraſceues dies hic ducat. Quippe qui & illud ſat calleat, vt paſcha noſtrum immolatus eſt

Origener.

1.Cor.5.c. CHRISTVS, & intelligat ei feſtum eſſe hunc diem ducendum, qui verbi carnem nutrius edat, & ita vt ſemper Paſcha hic peragat, quod tranſitus latine interpretatur, nimirũ qui contra-

qui cõtinuo, quum mente, tum verbis, tum re ipſa, & opere, ex vitæ huius negotijs ad deum ipſum, & eius ciuitatem, iter tranſcũdo accelerat. Nec ſecus, & qui in vero id dicere quiuerit: Conſurreximus Chriſto, & ille nos ſimul & ſuſcitauit & cõſidere in ſupercœleſtibus in Chriſto effecit, haud dubie ſemper in Pẽtecoſtes diebus verſatur, & tunc ꝑcipue vbi ſuperiore cœnaculo Ieſu ipſi apoſtolorum more incenſo, ꝑcibus ita & votis intẽderit, vt dignus vehementi ſpiritu illo, & cœlitus aduentante, reddatur, qui vtiq; idcirco & vehemens erat, & violẽtus, vt ex hominum genere nequitiam tolleret, & q̃ ex hac prodeunt mala nec ſecus & linguæ illius à deo ignitæ diuiſione dignetur. Is vero, qui inter credentes videtur ꝑcellere, nec tamẽ tanti eſſe poſtmodum deprehendatur, indiget (vt ita dixerim) ſenſibilium exemplorũ, quũ vel nolit quidem, vel nequeat omnes, & tales dies hos ducere, vt non penitus dilabatur. Iſtiuſmodi arbitror, vbi Paulus cognouiſſet feſti diei partem, feſtum id nominaſſe ꝙ ꝑter dies cæteros feſtos, ſtatis diebus celebraretur, & ex iſtiuſmodi dicto aperuiſſe nõ in parte aliqua feſti diei, ſed in integra quadam, & indeficiente hunc eſſe, qui pro verbi doctrina, vitam perpetuo duxerit. Aduerte itaq; rurſum, vbi noſtri hi celebres dies, quum Celſi fuerint publicis ſacris collati, & feſtis diebus, vt elegantiores longe apud nos ſint, q̃ ſolẽnes apud alios dies publice obſeruati, in quibus ſapientia carnis ad ebrietates, & luxus demum conuerſa petulantius agit. Sed longum eſſet velle nunc explicare, cur iuxta Dei legem ſacrati dies doloris panem comedere doceãt, & item cum lactucis agreſtibus azyma. & animas vt ſuas humiliant, & ſi quid eſt huiuſmodi aliud. Non enim fieri poteſt, vt compoſitus é pluribus homo, quãdiu caro aduerſus animam concupiſcit, & aduerſus carnem, & ſpiritus ab vniuerſis cauendo, feſtum diem vt agat. Aut enim quis ſpiritu, dum feſtum id agit, corpus caſtigat, ꝙ vtique nequeat carnis ob ſapientiam cum ſpiritu hoc ipſo diem celebrem ducere, aut ſi iuxta carnem hunc celebrem duxerit, haud quaquam quiuerit, qui iuxta ſpiritum ſit feſtũ diem hic capere.

Item de eiſdem feſtiuitatibus. Caput XV.

IDem quoque Origenes homilia vigeſimatertia, ſuper Numeros, exponens illud, Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, Munera mea, data mea, hoſtias meas in odorem ſuauitatis obſeruate, vt offeratis mihi in diebus feſtis meis, hoc modo ſcribit: Habet ergo Deus dies feſtos ſuos. Eſt enim ei magna feſtiuitas humana ſalus. Ego puto quod per ſingulos quoſq; credentium, per ſingulos, qui conuertuntur ad Deum, q proficiunt in fide, feſtiuitas oritur domini. Quomodo putas lætificat eum, quum is, qui fuerat impudicus, fit caſtus, & qui fuerat iniuſtus, iuſtitiam colit, & qui fuerat impius, efficitur pius? Iſtæ omnes ſingulorum quorumcunq; conuerſiones, feſtiuitates generãt deo. Nec dubium autem, quin & dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui pro ſalute noſtra etiam ſanguinem ſuum fudit, agat feſtiuitatem maximam, quum operepræcium videtur eſſe, quod ſe humiliauit, & formam ſerui ſuſcipiens, factus eſt obediens vſq; ad mortem. Agit feſta pariter & ſpiritus ſanctus, vbi plura ſibi videt in iis, qui conuertuntur ad deum, templa præparata. Nam de Angelis quid dicam, ad quorum feſtiuitatem lætantium dicuntur accedere omnes, qui conuertuntur ad dominum? Aut non eſt illis magna feſtiuitas, quum lætantur in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, magis q̃ ſuper nonagintanouẽ iuſtis, qui non indigent pœnitentia? Agunt ergo etiam angeli diem feſtum, lætantes ſuper iis, qui refugientes conſortia dæmonum per exercitia virtutũ, angelicis ſe feſtinant ſociare conſortijs. Mirũ fortaſſe ſit, quod dicere volo. Cauſas (vt videtur) feſtiuitatis, & lætitiæ nos deo, & angelis damus. Nos occaſionem lætitiæ, & exultationis in terris poſiti, cælo ꝓbemus, dum ſuper terras ambulantes, conuerſationem habemus in cœlis. Et p hoc ſine dubio diem feſtum cęleſtibus virtutibus generamus. Sed boni actus noſtri, & virtutum profectus lætitiam feſtiuitatemq; deo, & angelis gignunt, ita vereor, ne mala conuerſatio noſtra non ſolum terris, ſed & cœlo lamentationes inducat, & luctus, & fortaſſis etiam ipſi Deo luctũ incutiant humana peccata. Aut non lugentis eſt illa vox, quum dicitur: Pœnitet me quia feci hominem ſuper terram? Sed & illa domini & ſaluatoris noſtri in euangelio, vbi dicit: Hieruſalem, Hieruſalem, quæ lapidas prophetas, & occidis eos miſſos ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis ſuis, & noluiſti? Et ne putes quia de antiquis tantummodo dictum eſt, quod lapidauerint prophetas, & ego hodie ſi prophetæ verba nõ audiam, ſi monita eius ſpernam, lapido prophetam, & quãtum in me eſt occido, cuius ſcilicet verba non audio, tanquam mortui. Sed & illa humanum genus lamentantis dei vox eſt, qua dicitur per prophetam: Heu me, quoniam factus ſum ſicut qui congregat ſtipulam in meſſe, & ſicut racemus in vindemia, quia non eſt ſpica, neque botrus ad edenda primogenita. Hei mihi ani-

Num 28.

Luc.15. b.

Gene.1.a.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi anima,qm̃ perijt reuertens à terra,& qui corrigat in hominibus non est. Domini sunt istæ voces,genus humanum lugentis. Ipse enim venit ad colligendã messem,& inuenit stipulam pro messe,& venit ad colligendam vindemiam,sed inuenit racemos paucos pro vindemia. Apostolos scilicet, quos nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis,semen & granum frumẽti nisi cecidissẽt in terram, vt fructum plurimum faceret, sicut Sodoma facti essemus,& sicut Luc.ij. b. Gomorra similes fuissemus. Angelis quoq; Dei (sicut supra diximus) fit gaudium in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Certum est,q̃ vbi pro bonis gaudia aguntur ibi p contrarijs lamentetur. Si ergo gaudent pro conuerso, necesse est vt lugeant pro peccante. Thren.i.c. Propterea ergo q̃ grande peccatum peccauit Hierusalem,secundũ q̃ scriptum est in lamentatione,in commotione facta est, & perierunt omnes festiuitates eius,& dies solennes eius, Esaiæ. i. d qm̃ in loco sancto,& in die festiuitatis dñm meũ Iesum Christũ occiderunt, & propterea dixit ad eos: Neomenias vestras,& sabbata,& dies festos vestros,odit anima mea. Hic quidem vbi de muneribus mandatur,vbi adhuc nulla peccata sunt, Dies festos meos dicit. Vbi autem peccatum est, non meos,sed vestros dies dicit dominus. Hæc autem omnia,in quibus vel lugere,vel gaudere,vel odisse,vel lætari dicitur deus,tropico & humano more accipiẽda sunt ab scriptura dici. Aliena porro est diuina natura ab omni passionis & pmutationis affectu,in illo semper beatitudinis apice immobilis & inconcussa perdurans.

De festiuitatum diuersitate Caput XVI.

QVia ergo (vt eadem homilia inquit Origenes) festorũ leges habemus in manibus,& inde nunc sermo est,requiramus diligẽtius qui fit ordo festiuitatum, vt ex ipsis ordinibus,& sacrificiorum ritu,colligere possimus,qualiter vnusquisq; ex suis actibus,& conuersationibus sanctis deo festiuitatem possit parare. Prima ergo est festiuitas dei,quæ appellatur indefinens. De ijs enim mandatur,quæ indefinenter,& sine vlla prorsus interruptione,mutatinis,& vespertinis sacrificijs offerantur. Mandãs igitur festiuitatũ ritus,non prio statim venit ad festiuitatẽ Paschæ,neq; ad azymorũ, neq; ad scenophegiæ,aliasq; de qbus scripsimus, sed hanc primam posuit,in qua sacrificium indefinens mandat offerri. Quo scilicet agnoscat quisquis ille vult esse perfectus,& sanctus, quia non aliquando quidem agenda est deo, aliquãdo vero non agẽda festiuitas,sed semper, & indefinenter iustus agere debet diem festũ. Sacrificium nanq; quod indefinenter,& in matutinis,& in vespertinis mãdatur offerri hoc indicat, vt in lege ac prophetis,quæ matutinũ tempus ostendunt,& in euangelica doctrina, id est,in vespertinum, q̃ vespera mundi saluatoris ostendit aduentũ,indefinenti intentione perfistat. Dies ergo festus est domini,& si sacrificium indefinens offeramus, si fine intermissione oremus,ita vt ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu eius mane,& eleuatio manuum nostrarũ fiat ei sacrificium vespertinum. Est igitur prima solennitas sacrificij indefinentis,quæ à cultoribus euangelij,eo modo,quo supra diximus,debet expleri. Sed quoniam (sicut propheticus sermo perdocuit) dies festi peccatorũ conuertuntur in luctum,& cantica Psalm.14. eorum in planctum,certum est,quoniam qui peccat,& agit diem peccati,agere nõ potest diem Amos.8.c. festum. Et ideo illis diebus,quibus peccat,offerri non potest indefinens sacrificium Deo. Sed ille offerre potest, qui indefinenter custodit iustitiam,& conseruat semetipsum à peccato. Qua die autẽ interruperit & peccauerit,certum est, q̃ in illa die non offert sacrificiũ indefinens deo. Vereor aliquid dicere,quod ex sermonibus apostolicis intelligi datur, ne forte vi- Psalm.140 dear aliquos contristari. Nam si oratio iusti sicut incensum offertur in conspectu domini, & eleuatio manuum eius sacrificium est vespertinum,dicit autem apostolis ijs, qui in coniugijs sunt: Nolite fraudare inuicem,nisi forte ex consensu ad tempus,vt vacetis orationi & iterum in idipsum sitis,certũ est,quia impeditur sacrificiũ indefinens ijs, qui cõiugalibus necessitatibus seruiunt. Vnde videtur mihi,q̃ illius est solius offerre sacrificium indefinens,qui indefinenter,& perpetuæ se deuouerit castitati. Sed sunt & alij dies festi,ijs, qui forte non possunt indefinẽter immolare sacrificia castitatis. Secunda ergo festiuitas post indefinẽtis sacrifi- cij festiuitatem ponitur sabbati & oportet sanctorum quenq;, & iustum agere etiam sabbati festiuitatem. Quæ est autẽ festiuitas sabbati, nisi illa, de qua Apostolus dicit, Relinquetur ergo sabbatismus, hoc est,sabbati obseruatio populo Dei? Relinquẽtes ergo Iudaicas sabbati obseruatiões,qualis debeat esse Christiano sabbati obseruatio,videam⁹. Die sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab oñibus operibus secularibus & nihil mundanũ geras,sed spiritalibus operibus vaces,ad ecclesiam conuenias,sectionibus diuinis,& tractatibus aurẽ præbeas,& de cœlestibus cogites, de futura spe solicitudinẽ geras, venturum iudiciũ præ oculis habeas, non respicias ad præsentia & visibilia,sed ad inuisibilia, & futu-

& futura,hęc est obseruatio sabbati Christiani. Sed hęc & Iudæi obseruare debẽt. Deniq; etiam apud istos si faber, si structor, & si quis huiusmodi opificum fuerit peciatur in die sabbati,lector autem legis diuinæ,vel doctor non desinit ab opere suo, & tamen sabbatum nõ contaminant. Sic enim & dñs meus dixit ad eos: Aut non legistis,quia & sacerdotes in templo sabbatum violãt,& sine crimine sunt? Qui ergo cessat ab operibus seculi & spiritalibus vacat,iste est qui sacrificium sabbati,& diem festũ agit sabbatorũ. Neq; onera portat in via. Onus enim est omne peccatum,quemadmodũ dicit & propheta: Iniquitates meæ sicut onus graue grauatæ sunt super me. Neq; ignem accẽdit,illum scilicet ignẽ,de quo dicitur: Ite in lumine ignis vestri,& in flãma quã accẽdistis. In sabbato vnusquisq; sedet in loco suo & nõ Esai.50. d procedit ex eo. Quis ergo est locus spiritalis aiẽ? Iustitia est locus eius,& veritas,sapiẽtia,sanctificatio & oia,quæ Christus est,locus animæ est. Ex quo loco eam non oportet exire, vt vera sabbata custodia,& diem festum in sacrificijs exigat sabbatorũ, sicut dominus docebat: Qui Iohan.15.a in me manet,& ego in illo. Quod autẽ diximus vera sabbata,si altius repetamus,quæ sint vera sabbata,vltra hũc mundũ est veri sabbati obseruatio. Quod enim scriptum est in Genesi, Quia requieuit Deus in die sabbati ab operibus suis,non videmus, vel tunc factũ esse in die septima,vel etiã nunc fieri. Semper enim videmus deũ operari,& nullũ sabbatũ esse in q̃ deus Deut.32.e a non operetur,in quo nõ producat solem suum super bonos, & malos, & pluat super iustos, Iohann.5.c & iniustos,in quo non producat in montibus fœnum & herbam seruituti hominum,in quo non percutiat,& sanet, deducat in infernum & reducat,in quo non occidat, & viuere faciat. Vnde dominus in euãgelijs,quum Iudæi præscriberent sibi de operatione & curatione sabbati,respondit eis, Pater meus vsq; modo operatur,& ego operor,ostendens per hoc in nullo seculi huius sabbato requiescere Deum a dispensationibus mundi,& à prouisionibus generis humani. Nam creaturã quidem fecit ex initio,& substantias protulit, quantas sciebat (vtpote rerum conditor) ad perfectionem mundi posse sufficere, sed vsq; ad consummationẽ seculi ab earum prouisione,& dispensatione non cessat. Erit ergo verum sabbatũ,in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis,seculum futurum,tunc quum aufugiet dolor,& tristitia,& gemitus,& erit omnia,& in omnibus Deus. Tunc fortassis & sacrificium indefinẽs melius offeretur. Tunc enim melius indefinẽter poterit anima assistere Deo,& offerre sacri- Esai. 57.d. ficium laudis per pontificem magnum,qui est sacerdos in æternum,secundum ordinẽ Melchisedech. Tertia festiuitas ponitur Neomeniæ dies, in qua offertur & hostia. Neomenia autem dicitur noua luna. Est ergo & ista festiuitas,quum luna innouatur. Noua autem dici- Psalm. 109 tur, quum soli proxima fuerit effecta,& valde ei coniuncta, ita vt sub claritate eius lateat. Sed mirum fortasse videatur imo superfluum lex diuina mandare. Quid enim religioni conducit,Lunæ nouæ,id est,quum coniungitur soli & adhæret ei, obseruare festiuitatem? Hæc si secundum literam considerentur,nõ tam religiosa,quàm superstitiosa videbuntur. Sed scie bat apostolus Paulus, quia non de his loquitur lex, nec illum ritum,qui à Iudæis obseruari videtur,spiritussanctus præcepit, & ideo ad eos,qui fidem dei susceperunt,dicebat: Nemo er Colos.2.b. go vos iudicet in cibo,aut potu,aut parte diei festi,aut Neomeniæ, aut sabbato,quæ sunt vmbra futurorum. Si ergo vmbra futurorum est sabbatum,de quo pro viribus supra explicuimus, & neomenia vmbra futurorũ est,certũ est q̃d & cæteræ festiuitates similiẽ vmbræ sunt futurorum. Sed nunc videamus de neomenia. Diximus, quod neomeniæ festiuitas appellatur,quum luna innouari cœperit, & soli proxima fuerit, penitusque coniuncta. Sol iustitiæ Christus est,huic si luna,id est,ecclesia sua,quæ lumine ipsius repletur,iuncta fuerit & penitus ei adhæserit,ita vt secundum verbum Apostoli,Qui se iungit domino, vnus cum eo spiritus fiat,tunc festiuitatem Neomeniæ agit. Tunc enim noua efficitur,quum abiecerit veterẽ hominem,& induta fuerit nouum,qui secundum deum creatus est, atque ita merito innouationis solennitatẽ,quæ est neomeniæ festiuitas,geret. Tunc deniq; est, quando neq; videri ne- Ephe 4.d. que comprehẽdi humanis aspectibus potest. Anima enim, quum tota se sociauerit domino, & splendori lucis eius tota concesserit,nihilq; omnino terrenum cogitat, nihil mundanum requirit,nec hominibus placere studet,sed totam se sapientię,totam lumini,totam calori sancti spiritus mancipauerit,subtilis,& spiritalis effecta, quomodo cerni ab hominibus, aut ab humanis potest aspectibus comprehendi? Animalis nanque homo intelligere, & discernere non potest spiritalem,& ideo dignissime diem festum aget,& hostiam Neomeniæ domino, vtpote per ipsum innouatam,iugulabit.

De consequentibus alijs festiuitatibus. Caput XVII.

Quarto

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVarto in loco(vt idem scribit Origenes) ponitur inter festiuitates Dei Paschæ solennitas, in qua festiuitate agnus occiditur.Sed vide tu agnũ verum, agnum Dei,agnum qui tollit peccata mundi & dicito,Quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedant carnes agni,nos autem comedamus carnem verbiDei. Ipse enim dixit: Nisi comederitis carnes meas,nõ habebitis vitam in vobisipsis. Hoc quod modo loquimur, carnes sunt verbi dei,si tamen non quasi infirmis olera, aut quasi pueris,lactis alimoniã proferamus.Si pfecta loquimur,si robusta,si fortiora, carnes vobis verbi dei apponimus comedendas. Vbi enim mysticus sermo,vbi dogmaticus,& trinitatis fide repletus profertur,ac solidus,vbi futuri seculi,amoto velamine literæ,legis spiritalis sacramenta panduntur, vbi species animę,aulsa de terris,iactatur in cœlos,& in illis collocatur,quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascenderũt.Hæc omnia carnes sunt verbi dei,quibus qui potest perfecto intellectu,vesci,& corde purificato,ille vere festiuitatis paschę immolat sacrificiũ, & diem festum agit corã deo,& angelis eius.Post hanc,imo continuata huic festiuitas sequitur azymorum,de qua dictum est in dictione,Fermentum. Post hanc sequitur sexta festiuitas,quæ dicitur nouorũ,id est,quum primitiæ de nouis fructibus offeruntur.Vbi enim seminatus fuerit ager, & diligenter excultus,atq; ad maturitatem peruenerit seges,tũc fructuũ perfectione festiuitas dñi geritur.Si ergo & tu vis nouorũ diem festum agere cum dño, vide quõ semines,aut vbi semines,vt possis tales merere fructus,ex quibus lætari facias Deum,& agere diem festum. Quod aliter implere non poteris,nisi audias apostolum dicentẽ: Qui seminat in spiritu,de spiritu metet vitam æternã. Si sic semines,& sic metas,vere diem festũ ages nouorum.Propterea deniq; & propheta admonet,dicens:Innouate vobis noualia,& nolite serere super spinas. Qui ergo cor suũ,& interiorẽ hominem renouat de die in diem, iste sibi innouat noualia,& nõ seminat super spinas,sed super terram bonam,q̃ reddet ei fructum tricesimum,aut sexagesimum,aut centesimũ.Iste ergo est,qui in spiritu seminat,& colligit fructum spiritus.Fructus autem spiritus primus omnũ,est gaudiũ.Et merito diem festum nouorũ fructuum agit,qui gaudium metit.Præcipue si simul metat,& pacem,& patientiam,& bonitatem,& mansuetudinem,alioq; horũ similes fructus si colligat,dignissime nouorum fructuum festiuitatem dño agit.Tunc deinde sequitur festiuitas septimorum.Sicut enim inter dies,septimus quisq; dies obseruatur sabbatum,& est festiuitas,ita & inter menses,septimus quisq; mẽsis sabbatũ est mẽsium.Agitur ergo in eo festiuitas,q̃ dicitur sabbatorum,& fit in die prima mensis tubarum memoria.Sed quis est,qui festiuitatem gerat memoriæ tubarum,nisi qui potest scripturas propheticas,& euangelicas,atq; apostolicas, q̃ veluti cœlestis quædam personat tuba,mandare memoriæ,& intra thesaurum cordis sui recondere?Qui ergo hęc facit,& in lege dei meditatur die ac nocte,iste festiuitatẽ gerit memoriæ tubarum. Sed & si quis potest gratias illas sancti spiritus promereri,quibus inspirati sunt prophetæ,& psallens dicere: Canite initium mensis tuba,in die insignis solennitatis eius,& qui scit in psalmis iubilare ei,digne agit solennitatem tubarum. Est adhuc & alia festiuitas, quũ affligunt animas suas,& humiliant se deo,festa celebrãtes.O mira festiuitas. Dies festus vocatur afflictio animæ.Hic enim(inquit)dies est propitiationis decima die mensis septimi. Vide ergo si vis diem festum agere,si vis,vt lætetur deus super te,afflige animam tuã,& humilia eam.Non ei permittas explere desideria sua,nec concedas ei lasciuis euagari,sed inquantum fieri potest,afflige & humilia eam.Deniq; Paschæ festiuitas & azymorum,panem afflictionis habere dicitur,nec potest quis agere diem festum, nisi afflictionis panem manducauerit,& manducauerit pascha cum amaritudine ,Manducabitis enim(inquit)azyma cũ amaritudine,siue picris. Audis ergo quid essent festiuitates dei,non recipiunt dulcedinem corporalem.Nihil remissum nihil voluptuosum,aut luxuriosum volunt,sed afflictionem animę,& amaritudinem humilitatemq; deposcunt.Quia qui se humiliat,ipse exaltabitur apud deum. Hoc ergo deposcit & propitiationis dies. Quum enim afflicta fuerit anima,& humiliata in conspectu dñi,tunc ei repropiciatur deus.Et tunc ad eam venit ille,quẽ proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine suo Christus Iesus dominus & redemptor eius. Iam vero vltimus dies festus Dei qui fit,quo deus lætatur in homine,videamus. Scenophegia (inquit) Lætatur ergo super te,quum te viderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem, quũ te videre non habere fixum,& fundatum animum,ac propositum super terras,nec desiderantẽ, quæ terrena sunt,nec vmbram vitæ huius,quasi possessionem propriam, & perpetuam deputantem sed velut in transitu positum, & ad veram illã patriam,vnde egressus es paradisi festinantem,ac dicentem:Incola sum,& peregrinus,sicut omnes patres mei.In tabernaculis enim ha-

enim habitauerunt& patres,& Abrahã in casulis,id est,in tabernaculis habitauit cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdẽ.Quũ ergo incola fueris,& peregrinus in terris, & non est mẽs tua fixa,& radicata in desiderijs terrenorũ,sed paratus es,vt cito transeas,& paratus es extendere te semper ad interiora,vsquequo peruenias ad terram fluẽtẽ lac,& mel & hęreditatem capias futurorum.Si te(inq̃)positum in ijs videat Deus,lętatur in te, & diẽ festum agit super te.Hęc quidẽ in prȩsenti,in futuro vero si vis consyderare q̃modo agantur dies festi erige paululum(si potes)sensus tuos à terra,& obliuiscere paulisper hęc,q̃ habẽtur in facie. Describe vero tibi quomodo cœlum,& terra transeant,& trãsit ois hic habitus mundi,cœlũ vero nouum,& terra noua fundetur.Amoue de consp ectibus tuis etiam solis huius lucẽ & da illi mundo,qui venturus est,solis septuplum lumen,imo potius secundũ scripturę autoritatẽ ipsum ei da dominũ lucẽ.Pone adstantes Angelos gloriæ,pone virtutes,potestates,sedes,dominationes,atq; omne nomen clarissimarum,cœlestiumq; virtutum.Non solum q̃ in ꝑsenti sæculo nominatur,sed q̃ etiam in futuro.Inter hos omnes consydera ,& conijce q̃modo agi possint dies festi domini,quæ ibi festiuitas,q̃ gaudia,quæ lętitiæ magnitudo.Nam de his, quæ supra diximus spiritalibus festiuitatibus,etiam si magnæ sint,& veræ,præcipue quũ spiritaliter geruntur in anima,magna tamen ex parte sunt nõ ex integro.Sicut enim dixit Apost. Quia ex parte scimus,& ex parte prophetamus:ita consequẽs est,vt ex parte diem festũ geramus. Vt autẽ scias hæc ita esse,redeamus ad ipsius Pauli sermonem,quem de diebus festis,& neomenijs posuit,& vide quõ obseruanter dixit:Nemo ergo(ait)vos iudicet in cibo , aut in potu, aut in parte diei festi. Attende ergo diligẽtius quõ non dixit in die festo,sed in parte diei festi.Ex parte enim,& nõ ex integro,die festũ in hoc mũdo positi,celebramus:Interpellamur eñ,etiã si nolumus,ab onere carnis,pulsamur à cõcupiscentijs eius,curisq; & solicitudinibus terebramur.Corpus eñ corruptibile(vt ait sapiẽtissimus)aggrauat aiam,& deprimit sensum multa cogitantẽ.Ex parte ergo in hoc mundo sancti agunt diẽ festum,quia & ex parte sciũt, & ex parte prophetant.Quũ autẽ venerint q̃ perfecta sunt,destruẽtur ista , q̃ ex parte sunt. Sicut eñ perfectæ scientiæ cedit ista,quæ ex parte est,ita & pfectæ festiuitati cedit ista,quæ ex parte est festiuitas.Neq; eñ quod perfectũ est,mũdus iste habere potest,vbi(vt diximus)necessitas corporis nũc cibũ,nunc potũ,nunc somnũ suggerit,nunc etiã quantancunq;necessaria vitæ præsentis solicitudinẽ mouet,quæ omnia interrũpunt sine dubio cõtinuationẽ festiuitatis dei. Quũ autẽ venerit illud, quod dictũ est de ijs, qui restituũtur in sancta, si tamen & nos ex ijs esse mereamur,qui restituendi sunt,q̃ neq; esuriẽt,neq; sitient,neq; dormitabũt neq; laborabunt,sed erunt peruigiles,sicut Angelorũ vita peruigil dicitur,quũ in illum ordinẽ restitui merebimur,tũc erit vera & incorrupta festiuitas,cuius festiuitatis princeps,& spõsus,& dominus erit ipse Iesus Christus.

De eodem die festo. Cap. XVIII.

INIoannis quoque euangelio scriptum est :Quidam autem putabant,quia loculos habebat Iudas,quod dixisset ei Iesus:Eme ea,quæ opus sunt nobis ad diem festum , aut egenis aliquid daret.Quæ verba Cyrillus enarrãs, hoc modo scribit: Quoniam non intellexerunt verba eius,ad res solitas deferuntur,& quæ facere consueuerat,hæc modo iubere vt fiant, arbitrati sunt.Die nanque festo iamiam instante crediderunt nonnulli imperari , quod ad solẽnitatem pertineret,vel vt indigentibus aliq̃d præpararet.Bonus enim est, atque misericors dominus. Perutile autẽ nobis exemplum proponitur. Oportet eñ qui festũ diẽ pie acturi sunt,non de ipsistantummodo curare,nec quomodo ipsi solum hilare celebraturi sint,verũetiam egentiũ proptet charitatem rationem habere.Sic enim spiritualiter Christo dies festus peragetur.Hac de causa olim Iudæis dum manna colligerent,præceptum fuit,nõ sibi tãtum,verumetiam contubernalibus,si qui exire nõ possent ad colligendi munus præstare, vt nõ superflueret q̃ multũ,nec qui minus,deficeret.Hac eñ alterius de altero cura , & studio, mirabilis q̃dã in omnibus æqualitas redditur.Magnam igitur iniuriam solennitatibus inferunt,qui parum de indigentibus curant,nec festum diem recte peragũt, qui coniunctim tã de se,quam de alijs non procurant.Et exponens illud euangelicum ,Quid putatis , quia non venit ad diem festum istum?In pascha(inquit)ei insidias tendebant,& solẽnitatis diẽ,in cędẽ conuertebant.O impietatẽ.Quũ magis virtuti est incũbẽdum,magis à sceleribus abstinẽdũ, tunc innocentẽ capere conant.Sed prohdolor,quamplurimi inter Christianos hãc ludæorũ amẽtiã & improbitatem imitant, qui diebus festis,aut ludis illiberalibus,crapulæ,choreis,aut alijs mundi vanitatibus dediti, quum Deo obsequium diligentius exhibere. quum templa Dei frequentare, orationibus insistere,arq; ecclesiastico interesse officio deberẽt,tũc maxime

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deũ suis dissolutissimis moribus irritant. Id ne est o Christiani, celebrare diem festum, indul
gere vẽtri, & incõcessis voluptatibus habenas laxare? Si prohibetur die festo opus, q̃ manu
exerceatur ad vitæ necessitatẽ, vt integrius diuinis rebus vacare possitis, nonne potiori iure
prohibita sunt ea, q̃ non nisi cum peccato committi possunt, & graui offensione Dei? Diebus
ad exercenda opera seruilia concessis, vnusquisq; suo intentus est operi, & abstinet à crapula,
ludis, & vanitatibus. Diebus autem festis passim curritur ad cauponã, ad ludos, spectacula, &
choreas, in irrisionẽ diuini nominis, & diei prævaricationem, quũ tñ eo grauius sit peccatũ, q̃
sanctiori tempore committat. Resipiscant igitur, & id zizaniũ, q̃ inimicus homo super semi-
Mat. 13. d. nauit in agro dñi, prorsus extirpare, & à se euellere laborẽt. Et diuus Aug. exponẽs illud Psal.
In voce exultationis, & confessionis soni festiuitatem celebrantis: Festa (inqt) quum hic hodie
celebrant suæ luxuriæ, consuetudinem habent constituere organa ante domos suas, aut po-
nere symphoniam, vel quæcunq; musicæ ad luxuriã seruiẽtia, & illiciẽtia, & vbi audita fuerint
hæc qd dicimus, qui transimus? Quid hic agitur? Et respondetur nobis, aliqua esse festa. Na-
talitia (inquit) celebrant, nuptiæ hic sunt, vt non videant̃ inepta illa Cantica, sed excusetur fe-
stiuitate luxuria. In domo Dei, festiuitas sempiterna est. Non enim aliquid ibi celebratur, &
transit. Festum sempiternum, chorus Angelorum, vultus presens Dei, lætitia sine defectu. Et
dies hic festus ita est, vt nec aperiatur initio, nec fine claudat̃. de illa æterna, & ꝑpetua festiuita
te sonat nescio qd canorũ, & dulce auribus cordis, sed si non pstrepat mũdus. Ambulãti in hoc
tabernaculo admirabili Dei, & miracula Dei in redemptione fidelium consyderanti, mulcet
Gala. 4. aurẽ sonus festiuitatis illius, & rapit ceruũ ad fõtes aquarũ. Et diuus Hiero. exponẽs illud Apo.
Dies obseruatis, & mẽses & tẽpora, & annos &c. hoc modo scribit Dies Iudaicos obseruãt vt
sabbati, & neomeniæ, & à decima mensis primi vsq; ad quartamdecimã, qua agnus corporeus
victimæ reseruatur, & à quartadecima vsq; ad vigesimam primã eiusdẽ mensis, qñ azyma co
meduntur, non synceritatis, & veritatis, sed in fermento veteri malitiæ, & nequitiæ pharisæo
rum. Septem quoq; septimanas, qui ritu Iudaico post azyma cõputat dies Israeliticæ pentecos
stes colit. Nec non & clangorẽ tubarũ mense septimo, prima mensis. Decima q̃q; eiusdẽ men-
sis, expiationem, & ieiuniũ, & scenophegias ex more figentes, Iudaicos obseruant dies. Men-
ses aũt custodiunt, qui primũ, & septimũ mensem, non intelligentes mysterium veritatis, ob-
seruant. Tempora quoq; colunt qui ter per annos singulos Hierosolymam venientes pue-
se domini implere præceptum dicentis: Tribus temporibus anni, diem festum agetis mihi,
solennitatem azymorum & solennitatem messis primitiuorum, & solennitatẽ consummatio
Exo. 23. b. nis in exitu anni. Et alibi: Tribus temporibus anni apparebit masculinum tuum in medio do
mini Dei tui. Quod autem ait, Et annos, puto de septimo remissionis anno dici, & de quin
Coloss. 2. c. quagesimo, quem illi Iubileum vocãt. Plenius hunc locũ ad Colossenses Apostol. explicat, dicẽs.
Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbato-
rum, quæ sunt vmbra futurorum. Partem diei festi, ad distinctionem perpetuæ festiuitatis hu
posuit, vt non breuem, & vt ita dicam, totius corporis quandam particulam, sed totum vitæ
nostræ spacium perpetuæ in Christo solennitatis habeamus. Dicat aliquis: Si dies obseruare
non licet, & menses, & tempora, & annos, nos quoq; simile crimen incurrimus, quartã sabba
ti obseruãtes, & parasceuen, & diem dominicã, & ieiuniũ quadragesimæ, & paschæ festiuita-
tem, & pentecostes lętitiam, & pro varietate regionũ, diuersa in honore martyrũ tẽpora cõ-
stituta. Ad quod qui simpliciter respõdebit, dicet, nõ eosdem Iudaicę obseruationis dies cẽ. Je
nostros. Nos enim nõ azymorũ pascha celebramus, sed resurrectionis, & crucis, nec sp tẽ iuxta
morẽ Israel numeramus hebdomadas in pentecoste, sed spiritus sancti veneramur aduẽtũ. Et
ne inordinata cõgregatio populi idẽ minueret in Christo, propterea dies aliq cõstituti sunt,
vt in vnum omnes pariter veniremus. Nõ quo celebrior sit dies illa, qua cõuenimus: sed q̃ quo
cunq; die cõueniendũ sit, ex conspectu mutuo, lætitia maior oriat̃. Qui vero oppositæ q̃stioni
acutius respõdere conat̃, illud affirmat, omnes dies æquales esse, nec per parasceuen tñ Chris-
stum crucifigi, & die dominica resurgere, sed semper sanctum resurrectionis esse diem & sem-
per eum carne vesci dominica, ieiunia aũt, & cõgregationes inter dies, propter eos à viris pru
dentibus constitutos, qui magis seculo vacant, quam Deo, nec possunt, imo nolũt toto in ec
clesia vitę suę tẽpore cõgregari, & ante humanos actus Deo orationũ suarũ offerre sacrificia.
Quotus enim quisq; est, qui saltẽ hæc pauca, quæ statuta sunt, vel orãdi tempora, vel ieiunia
sp exerceat? Itaq; sicut nobis licet, vel ieiunare semper, vel semper orare, & diem dominicum
accepto domini corpore indesinenter celebrare gaudentibus, nõ ita & Iudeis fas est oi tẽpo-
re immolare agnum, pentecosten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie.

Quid, ficus

Quid ficus mystice significet. Cap. XIX.

DE arbore fici scriptum est in Euangelio: Mane (inquit) reuertens in ciuitatem, & videns
fici arborem vnam secus viam, venit ad eã, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, &
ait illi: Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternũ, & arefacta est cõtinuo ficulnea, quę ver-
ba pertractans Origenes homilia decimasexta in Matthęum: Esurit (inquit) Iesus semper in
iustis volens manducare fructum spiritus sancti in eis. Et sunt eius escę (vt ita dicam)
ficus, quas esuriens, edit, id est, charitas eius, qui eã fructificauit, qui primus fructus est spiritus
sancti, & gaudium, & pax, & patientia & reliqua. Quæ quidẽ quanduis fructificamus, nõ are-
cimus. Si autẽ venienti domino, & quærenti huiusmodi fructũ, vt mãducet in nobis nõ exhi-
buerimus, dicet ad nos: Nunq̃ ex vobis fructus nascatur in sempiternũ. Et vide, q̃niã secus
viam erat hæc ficus, quæ folia tantum habuit sine fructu. Sic enim & terra, quæ secus viã est,
licet fuerit seminata, nullum fructũ pducit, diripiẽtibus volucribus semina seminata. Quãdiu
ergo non venit Iesus ad aliquam ficum, nec quęrit fructum eius, sed patienter agit, & sustinet,
si forte proferat fructum, non exiccatur. Si autem venerit esuriens, & fructum requirens, &
inuentus fuerit aliquis nihil iustitiæ habens, nisi professionẽ tantummodo fidei (quod est folia
sine fructu) mox exiccatur, etiam hoc ipsum, quod videt̃ fidelis, amittens. Et est multos in ec-
clesia videre tales, qui multo tempore portauerunt fidei nomen, ostendẽtes tãtummõ, quod
viuunt, omnino autem sunt ficci. Quos, quia non fructificabant, videmus recedẽtes à verbo
dei ad plenũ, & ficcos. Quẽ talem, quũ viderint discipuli ficcũ, mirantur, dicentes: Quomodo
confestim ficcata est? Adhuc manifestius de hoc ipso dicamus, quomodo in tentationibus
petit fructum Iesus à ficulneis, quas plantauit, id est, in persecutionibus confessionem, & testi-
monium quęrit fidelium. Et quum mulier meretrix insaniens, excitata fuerit super aliquem
quærit in eo Christus fructum continentię. Quem protulit & Ioseph quũ fureret eius domi-
na super eum. Et sic in singulis quibusq; tẽtationibus intellige Christũ venire ad Christianos
in tentationibus esurientem, & fructum virtutis quærentem. Qui autem non fuerit præpa-
ratus, vt exhibeat fructum esurienti, aut confessionis, aut castitatis, confestim ficcatur. Qui
enim denegat in persecutione, ficcatur. Similiter & qui fornicatur, ficcatur, quamuis ostensio
ne fidei, q̃ antea baiulabat, quasi foliis coopertus sit. Super tales mirantur discipuli, quomodo
mox ficcantur. Et frequenter per multos annos quis constitit ficus, & non est ficcatus, veni-
ente autem in vltimo vitæ eius ad eum Christo, videlicet in tentationibus, & quærente fru-
ctũ in eo, & non inueniente, ficcatur, & tantorum annorum perdidit subito vitã. Et hoc fit,
vt impleatur sermo dominicus, dicens: Qui habet, dabitur ei, & abundabit. Qui autem non
habet, & ipsum quod habet, auferetur ab eo, vt non sit ociosum quod habet. Et vnusquisque
discipulorũ si habuerit fidem, & nõ hæsitauerit, & ficum àrescere facit, & quod sequitur eũ.
Et est operis demonstrare quomodo Christi discipulus quęrens fructum in ficu, & nõ inue-
niens, dicat ad eam: Nunquam ex te fructus nascatur in ęternum, & statim ficcetur. Vt
puta ponẽ mihi aliquem, quæ sunt quidem fidei professorem, & pronunciantem se in
nomine Iesu manducare, & bibere coram ipso, & Iesum in plateis cordis eius docuisse ita
veniat discipulus Christi, quærens fructum sapientiæ, & verbi in eo secundum professionẽ
docẽdi q̃ Dei sunt q̃rens, & scrutans p verbũ, nullũ inueniat fructũ in eo, & ideo manifestũ
faciens eum videntibus, vacuum à Christo exhibeat per verbum; quoniam non est possibile
aliquem fructum fieri in eo in sempiternum, qui ex arbitrio læsus est. Sicut & Petrus dixit ad
Simonẽ arefaciens eũ, q videbatur Christi professor: Pecunia tua tecũ sit in interitũ, quoni ã
donũ Dei existimasti te per pecuniam possidere. Cor enim tuum nõ est rectum corã Deo. In
felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Melius est, vt fallacem ficum,
quæ viuere æstimatur, non autem fructificat quasi viua; arguam, quia est infructuosa, siccari
verbis discipulorum Christi, & fieri manifestam, quam vt furetur, dum viuere æstimatur per
figmentum professionis, innocentium corda, & eorum, qui facile seducuntur à talibus. Mar-
cus autem in hoc eodem loco scribens, aliud aliquid, quantum ad textum, adiecisse videtur,
dicens: Quoniam videns Iesus ficum de longe habẽtem folia, venit, quasi inuenturus aliquid
in ea: Quum venisset autem, & nihil inuenisset nisi folia tantum (nec enim erat tempus ficuũ)
respondens, dixit ad eam: Nunquam ex te in æternum quisq̃ fructũ manducet. Dicet aliqs:
Si non erat tempus ficuum, quomodo venit Iesus quasi inuẽturus aliquid in ea? Et quomodo
iuste dixit ad eam, Nunquam ex te quisquam fructum manducet? Contra hęc respondemus,
quoniam numerati ab Apostolo fructus spiritus sancti, hi sunt, charitas, gaudium, pax, patien
tia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Hi omnes aliquando in tempore suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

redduntur. Melius autem, est, quando circumstantibus aduersarijs & prouocantibus ad non
fructificandum, potuerit aliquis, propterea quod satis est prodificatus in verbo, nihilominus
pferre fructus spiritꝰ sancti. Quod aũt dico, tale est. Vnus de fructibus spiritus sancti, charitas
est. Huius tempus est, quando non est difficile fructum reddere charitatis, & diligere diligen-
tem. Et est, quidem fructus iste spiritus sancti, tamen in tempore suo. Si autem aliquis excite-
tur ad odium fidelis constitutus, & circunueniatur, & insidias patiatur, & diligat insidiantem
sibi, aut certe si fuerit aliquis male moratus, & odio dignus, ille iustus nec hũc talem odiat, sed
quasi filius eius, qui oriri facit solem suum super bonos, & malos, etiam tunc eũ diligat, vtpu-
Mat.5.c. ta non in tempore ficuum fructum dans charitatis, beatus est. Similis & de gaudio, potest esse
tractatus, qui profert fructum gaudij, nullo cum ad tristitiam prouocante. Quando autem
præsentia prouocant eum ad tristandum, vel ad pusillanimitatem, prouocatus autem ille per
verbum, in tantum proficit, vt etiam in tempore tristiciarũ gaudeat, & in tẽpore opprobrij,
Philip 4.a vel castigationum glorietur, & in omni tempore periculi memor sit eius quod dictũ est: Gau
dete in domino semper, beatus est huiusmodi Christianus, fructũ gaudij ferens, etiam non in
tempore ficuũ. Similiter in omnibus fructibus sancti spiritus est tractandum. Vult enim Chri
stus fideles suos meliores esse humana omni natura, & exigit eos supra naturam, & (vt ita di-
Psal.81.b. cam) opera Dei magis, quam hominum. Propter quod hominibus dicit, ds ad beatitudinem
Ibidem. vocat: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Arguens autem eos, qui nolunt esse dij, nec filij
esse excelsi: Vos autem (inquit) sicut homines moriemini. In singulis enim quibusq; peccatis,
quãdo sumus carnales, & secũdum hominem ambulamus, nihil operamur, nisi vt moriamur.
Rom.8.c. Et verum est, quia si secundum carnem viuimus, morieмur, sicut docet Apostolus.

De eadem ficu. Cap. XX.

Origenes. ET in euangelio rursum, scriptum est: A ficu autem discite parabolam. Quando enim ra-
mus eius factus fuerit tener, & folia producit, scitote quia prope est æstas &c. Quæ ver
ba enarrans Origenes homilia trigesima in Matthæum, hoc pacto scribit: Quomodo de fi-
cu similitudo eorum, quæ dicta sunt intelligi possit secundum quod possumus, exponemus.
Ne forte totus hic mundus, & consummatio eius fico assimiletur, vnusquisq; proficiscentium
ad vitam beatam, vt videat Christi verbi gloriosum in se & perfectum aduentum, fico simi-
lis habeatur. Sicut enim ficus in tempore quidẽ Hyemis, vitalem quidem virtutem habet in
se, absconditam autem habet eam, & non satis manifestam, postmodum autem, quum virtus
ipsa vitalis prodire cœperit ad manifestationem, præterеunte hyeme, ex ipsa valetudine eius
ramus efficitur tener, producit & folia, & sicut arbor in virtute ipsa folia habet fructus, & pe-
mum quidẽ est gemma, deinde paulatim proficiscitur, nouissime autem est in ipso effectu: sic
mundus, & vnusquisque eorum, qui saluantur in fine ante Christi aduentum, quasi in Hyeme
in se absconsam habet vitalem virtutem. Christo autem inspirante, qui sunt teneri, & non
duricordij rami, & quæ abscondita erant in eis, progrediuntur in folia, ætate instante, & mani
festos fructus ostendunt, quos qui aspicit, in Christo iam videt. Sic & in aliqua parabola reli
tur Pastoris, si cui placeat etiam illum legere librum, quoniam seculum præsens hiems est iu-
stis, qui apparent similes proximis suis natura, & arboribus videlicet cœteris ficis, tempore
autem opportuno, in fructibus suis apparent. Si autem & in primo psalmo tale aliquid fit, q
de beato dicitur illo, quod erit tãquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,
Psalm. 1.a. quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet & omnia quæcunque fa
ciet semper prosperabuntur, & tu consydera quod est scriptum: Hyems transiit, abijt sibi, flo
Cantt. 2.c. res apparuerunt in terra, Ex quo Christus aduenit, qui temperiem introduxit, & hyemales spi
ritus fecit cessare & ficus, id est, mundus tenerum ramum, id est, ecclesiam fecit nunc quidem
folia proferentem, donec est in proximo æstas, nondum tamen aduenit. Facta autem æstate,
Hier.24.b. plenius perfectos & maturos Christo ficus præstabit, quando secundum Hieremiã ficus bo
næ, bonę sunt valde, congregatæ in cophinis bonorum ficorum ex quibus Christus accipere
vult, & quasi edere dulcedinẽ eorũ. Absit aũt à nobis, vt Iesu veniente ad nos, & volẽte mãdu
Marci.11.b care de ficu, non inueniatur fructus in ea. Si eñ non fuerit inuentus fructus in ea dicet ad eũ
suo aduentu, quæ non offenderit fructum, Nunquam ex te quisquam fructũ mãducet. Potest
autem ficus illa intelligi populus circuncisionis, ad quos esuriẽs dominus venit, & qui nõ in-
uenisset fructum in ea, sed solam speciem vitalem dixit, nunquam ex te quisq; fruc. man. Pro-
pter quod in aduẽtu eius cõtinuo arefacta est illa ficus, id est, populus ille: illa aũt altera ficus
quæ quantum ad priora tempora, sterilis erat, quæ fuerat iam excidenda, propterea q; mali
habuerat adhibitam sibi diligentiam à suo fossore, quũ stercus illi cœperit circũmitti, profecto
fructus,

fructus, quæ aliquando euacuauerat terram, nunc autẽ largiores fructus producet etiã pro tẽ
pore transacto in q̃ sterilis fuit. Et vnusquisq; nostrũ post Hiemes tentationũ, & post tristi-
tiã periculorum transactorum ad æstatẽ festinet, proferens tenerum ramum, non illũ durũ,
sed molle cor ad credendũ Deo, & profectus nostri proferãt folia interim & flores operũ, vt
postmodum etiam perfectissimos fructus, quũ venerit quod pfectũ est, in Christũ exhibeã-
mus. Adhuc & ipsi, qui saluantur, habent in se verã vitẽ, eũ qui dixit: Ego sum vitis vera, & se-
cundum æstimationem vitis, & ficũ veram afferẽtem salutares fructus, vbi requiescit vnusq;q
secũdum spiritalem promissionem Dei sub vite sua, & subficu sua. Et vitis quidẽ illa in his, q
Ioh.15.a. proficiunt, floret, & dat suum odorẽ. Ficus aũt & ipsa profert fructus suos, vt post dignũ pfe
ctum, digni efficiãtur cœlestibus torcularibus fructus eorum, & cophinis ficorum, valde bo-
norũ eius fici, quæ teneros fructus, & bonos protulit ante æstũ. Cuius fructus etiã languẽtes,
non autem pigritantes orare, medicantur, sicut scriptum est de Ezechia rege in Esaia, q salua-
Esai. 38.d. tus est per ficus, vt non moreretur. Sed & sol super eũ in gradibus demonstrauit maiorẽ, & cla
riorem ei diẽ effectũ. Multa est ergo spes in ficu, quæ ex Dei verbis primum quidẽ fecit tene-
rum ramũ suũ, postea autem nascentia folia. Talibus prope est ætas, & prope est in limine glo
riosus, & in nubibus Christi aduentus, & aduentus gloriæ verbi Dei, & prope est huiusmo-
di hominibus regnum Dei. Et Augustinus libro primo quæstionum euangeliorum, quæstio- Augustin.
ne xxxix. Quod dixit: Ab arbore autem fici discite similitudinem, arborem fici genus huma
nũ intelligẽ propter pruritũ carnis. Quũ iã ramus eius tener fuerit, id est, quũ filij hominũ p fi
dem Christi ad spiritales fructus profecerint, & in eis honor adoptionis filiorũ Dei eminue Ioh.1.g.
rit. Et in enarratione Psalmi xxxi. citans illud euangelicum. Quum esses sub arbore fici, vidi
te: Sub arbore (inquit) fici erat, sub conditione carnis erat, si sub conditione carnis erat, quia Psal.50.a.
impietate propaginis tenebatur, sub illa arbore fici erat, in qua gemit Dauid in alio psalmo:
Ecce enim in iniquitate conceptus sum. Sed vidit eũ ille, q venit cũ gratia, id est, misertus est
eius. Quid magnũ est videre hominẽ sub arbore fici? Si non vidisset sub ista ficu genus huma
nũ Christus, aut arescceremus omnino, aut qũo pharisæi, in qbus dolus erat, id est, iustificabãt
se verbis, factis autem mali erant, folia sola inuenirentur in nobis, non fructus. Nam talem ar
borem fici, quando vidit Christus, maledixit, & aruit. Vidit (inquit) sola folia, id est, sola verba Mat.21.b.
absq; fructu arescat (inquit) vt nec folia habeat. Sic ergo erant Iudæi, pharisæi arbor illa erant,
verba habebant, facta non habebant, ex sententia domini aridita tem meruerunt. Videat er-
go nos Christus sub arbore fici, videat in carne nostra etiam fructũ boni operis, ne eius male-
dictione arescamus. Et tractatu septimo in Iohannẽ, prædicta enarrans verba: Quærendum
est (inquit) an aliquid significet ista arbor fici. Audite enim fratres mei: Inuenimus arborem Mat.21.b.
fici maledictam, quia sola folia habuit & fructũ nõ habuit. In origene humani generis Adã, & Gen.3.b.
Eua quum peccassent, de foliis ficulneis succinctoria sibi fecerunt. Folia ergo ficulnea, intelli
guntur peccata. Erat autem Nathanael sub arbore fici, tanquam sub vmbra mortis. Vidit eũ
dominus, de quo dictum est, Qui sedebant in vmbra mortis, lumen ortum est eis. Esai.9.a.

De eadem ficu: Cap. XXI.

DE ficu quoq; scriptum est in Hieremia: Ostendit mihi dominus, & ecce duo calathi (siue Hiere.24.d
iuxta Symmachũ duo cophini) pleni ficis, positi ante templum domini &c. Calathus
vnus, ficus bonas habebat nimis, vt solẽt ficus esse primi tẽporis, & calathus vnus ficus habe
bat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ. Et dixit dominus ad me:
Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde, quæ come,
di non possunt, eo quod malæ sint. Scribit autem hoc in loco diuus Hieronymus duos cophi Hieronym.
nos siue calathos bonorum, & malorum ficorum, quidam interpretantur in lege, & euange
lio, synogoga, & ecclesia, Iudæorum populo, & Christianorum, gehenna, & regno cœlorum
quorum alterũ ad supplicium pertinet peccatorum, alterum ad sanctorũ habitaculũ. Sed nos
scientes, iuxta Apostolum Paulum, legem bonam, & sanctam, & mandatum bonum, & sanctũ,
& vnum esse vtriusq; testamenti Deum, vel ad eos magis referamus, qui in aduentu domini
saluatoris crediderũt, & nõ crediderunt, vt qui ascribis, & sacerdotibus concitati clamauerunt, Rom.9.b
dicentes: Crucifige crucifige. Sint calathus ficorum malorum: qui vero post ascensionẽ eius de
populo crediderunt, ad bonas ficus, & ad calathum, cophinumq; optimum referantur. Com
parat autem calathũ q bonas ficus habebat, & bonas nimis, ficis primi temporis, q̃ Græce ap
pellant proima Abrahæ videlicet, Isaac, & Iacob, & Moysi & Aaron, & Iob, & cœteris sanctis
viris, de quibus vnus de duodecim loquitur propheтarũ: Sicut vuã in deserto inueni Israel, &
sicut ficus in ficulnea inueni patres eorũ. Vsi & nos appellamur filij Abrahã. Et econtrario di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur ad lud os: Si pater vester esset Abraham, faceretis opera eius. Hi autem calathi, qui bonas habebant, & malas ficus, non erant foris, & extra ecclesiam, sed ante templum domini, eo quod cuncta illius scientiæ pateant, nec tantũ habent amaritudinẽ hẽ ficus, quæ foris sunt, ẽ-
1. Cor. 3. b. tam illæ, quæ post confessionem fidei, prævaricatione mutatæ sunt. Nec tantam suauitatem bonæ ficus, quæ nanc sunt in conspectu templi Dei, quales fuerunt mundi philosophi, qui naturali bono, & intelligẽtia creatoris, non tam visi sunt sequi q̃ laudare virtutes, quantã habẽt suauitatem ficus, quæ sunt in templo Dei, quales fuerũt prophetę, & Apostoli, de quibus vna
Gal. 4. c. ficus loquebatur: Lac vobis dedi, nõ solidum cibum. Et alio in loco: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vnde dicitur, quod in conspectu templi Dei ficus bonæ, fuerint bonæ valde, & ficus malæ, fuerint malæ, valde. Et exponẽs illud Aggei, Et adhuc ficus, & vinea, & malogranatum: Vinea (inquit) id est, sermo Dei, cuius in vnoquoq; pater agricola ẽ, & ficus spiritus sancti dona dulcissima, & malogranatũ, ecclesiastica dogmata, & scientia scripturarum, quæ sponsæ genis in Cantico Canticorum comparatur, & lignum, oliuæ dabunt refectionem, & illuminationem cordis ei, qui cœperit ædificare templum dei. Quod autem vinea, & ficus, & oliua (paulisper de malogranato differo) referantur ad personã saluatoris, & dei patris, & spiritus sancti in Iudicum libro plenius legitur, vbi vadunt infructuosa lingua, vt constituant regem super se, dicuntq; per ordinem vineæ, & ficui, & oliuæ vt regnent super ea, & tam vinea, quam ficus, & oliua, renuunt tale imperium, nec dignãtur supinfructuosa ligna regnare. Tunc illa veniunt ad dignum sterilitatis suæ regem, id est, ramnũ spinosum fruticem, & arbusculã sentibus, vncinisq; cõtextã, quę teneat quicquid attigerit, & reteẽtũ vulneret, & vulneratorum sanguine delectetur, insuper, & ignem emittat à se, & regnata ligna consumat. Referimus autem rãm̃ ad diabolũ, & secundũ virgulti naturã, illius naturã interpretabimur, Porro vinea, & ficus, & oliua ibi erunt, vbi malogranatũ fuerit, q̃ arbor propter granorũ nimiã multitudinẽ, & intertextis mẽbranulis quandã geometricam cõpositionẽ, & diuersas quidem mansiunculas. Sed tamen omnes vna cortice comprehensas, semper
Mat. 21. b. in scripturis super ecclesiæ persona ponitur. Et in Abacuc capite tertio exponens illud, Ficus enim non florebit, hoc pacto scribit: Ficus enim non dedit fructum, ad quã venit in Euangelio esuriens dominus, & non inuenit in ea poma, & maledixit ei, dicens: Non afferes fructum vsq; in sæculum. Et diligenter consydera quid dixerit: Non afferes fructum in sæculum, non ait, vsq; in sæcula sæculorum. Sed quum sæculum istud pertransierit, & intrauerit plenitudo gen-
Luc. 13. b. tium, tunc etiam hæc ficus afferet fructus suos, & omnis Israel saluabitur. Hæc est ficus ad quã tertio venit pater familias, & quasi nõ facientẽ fructus vult subuertere, pro qua agricola, cui cõmissa fuerat, deprecatur, vt det ei spacium & dicit: Domine dimitte eam & istum ad hunannũ, donec fodiã circa eam, & mittã stercus & si quidem fecerit fructum, sin autẽ, tunc succides eam. Agricola iste, vel Gabriel est, vel Michael, cui commissus est populus Iudæorum, dominum deprecatur in passione, & dicit: Domine da ei spacium pœnitentiæ, & noli eos subuertere, & si quidem fecerint fructum, sin autem, tunc subuertes eos. Si fecerint (inquit) fructum, non dixit quid sustinerent, neq; dixit, si fecerint fructum permanebunt vt erant, sed si fecerint fructum suspensa sententia est, vt subaudiatur, transferes eos in ecclesiam gentium & in alteram vineam transplantabis. Venit dominus tertio, & non inuenit in ea fructum. Dedit primum legem per Moysen, secundo locutus est per prophetas, tertio, ipse descendit. Et post passionem datis ad pœnitentiam quadragintaquatuor annis, quia non fecerunt fructum, quarto subuersi sunt. Quod tamen nostræ intelligentiæ derelinquitur. In parabola enim non scribitur, quid postea fecerit paterfamilias, sed quid tantum agricola deprecatus sit. Ex qua animaduertimus eos, qui de hac ficu fecerint fructus, ad populũ gentiũ esse translatos, ad quẽ ascendit & propheta, dicens: Requiescã in die tribulationis, vt adorãd ad populũ peregrinationis meæ. Eos autẽ qui non fecerunt fructus, & permanserũt vinea ricia sua, esse subuersos. Et in caput lxv. Esaiæ, exponẽs illud prophetæ, Et plantabũt vineas &c. citat illud Micheæ: Requiescet vnusquisq; sub vinea sua. Sub ficu (inqt) requiescit, & nullius iniadias reformidat, qui dulcedine sancti spiritus fruit, & illius fructibus saturat̃, charitate, gaudio pace, fide, cõtinẽtia, patiẽtia. De huiusce modi dicit̃ plantatore: Qui plantauerit ficũ, comedet
Prou. 27. c. fructus eius. Eadẽ autẽ fere scribit exponens illud Micheæ superius citatum: Et requiescet (inquit) vnusquisq; sub vite sua, vt premat vinũ, q̃d exhilarat cor hominis, sub vite illa, cuius agricola pater est, & sub ficu sua dulcia spiritus sancti poma decerpens, charitatem, gaudium, pacem
Origenes. Gen. 2. c. & reliqua. Et Origenes homilia quarta in Cantica Canticorum, exponens illa verba si centuaginta ficus produxit gemina sua: Notandum (inquit) fructus ipsius spiritus qui est gaudium,

gaudium, charitas, pax &cet. Sed iam th̃ germina eorum proferre incipit spiritus hominis q̃ in ipso est singulariter ficulnea nominatus. Et sicut generaliter in ecclesia, singuli quiq; credentium, diuersæ arbores intelliguntur, ita & in vnaquaq; anima, diuersæ virtutes efficaciæ eius, diuersę arbores intelliguntur. Est ergo & in anima, ficus quędam, q̃ producit germen suum. Et infra: Et ficulnea germinat, q̃ potest in fructibus sancti spiritus accipi, qui nunc primum aperiuntur, & demonstrantur ecclesiæ, vel etiam in litera legis, q̃ ante aduentum Christi clausa erat, & constricta, & indumento quodam intelligentiæ carnalis obtecta. Ex presentia vero eius, & aduentu prolatum est ex ea germen spirituale intelligentię, & sensus viridis, & vitalis, qui in ea tegebatur, apparuit, vt ecclesia quæ tegebatur à Christo in ficulnea, id est, in lege, non appareat arida, nec occidentem literam sequi sed florentem & viuificantem spiritum. Et infra: Ficulnea vero, quæ germen suum producit, totius congregationis iustorum fructus habeatur. Et Hiero. exponens illud Marci, Quumq; vidisset à longe ficum: Esuriens, inquit, dñs salutem hominum, vidit a longe ficum, foliis, non fructibus ornatam, id est, synagogam vestitam mandatis hominum, & superstitionibus scopatam, cui denegat fructum in æternum. Et in eodem euangelio subditur: Et quum mane transirent, viderunt ficum aridã a radicibus, & recordatus Petrus, & dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Ficus, inquit, arida a radicibus synagoga est a Cain, & a cæteris, a quibus ois sanguis ab Abel, vsq; ad Zachariam requiritur. Petrus agnoscit aridam, & absciſsam radicem, cui succedit oliua pulchra, fructifera, vocata a dño. Et exponens illud Matthæi, Et videns fici arborem vnam &c. Quum vidisset, inquit, arborem vnam, quam intelligimus synagogam, & conciliabulũ Iudęorum iuxta viam. Habebat enim legem, & ideo iuxta viam erat, quia non credebat in viam. Venit ad eam stantem scilicet, & immobilem, & non habentẽ Euangelij pedes, nihilq; inuenit in ea, nisi folia tantum, promissionum strepitum, traditiones pharisaicas, & iactationem legis, & ornamenta verborum absq; vllis fructibus veritatis. Vnde & alius euangelista dicit: Nondum enim erat tempus, fueq; tempus nondũ venerat saluationis Israel, eo quod nondum gentilium populus subintrasset, siue q̃ præteriisset tempus fidei, quia ad illũ primũ veniens, & spretus, transisset ad nationes. Et ait illi: Nunquam &c. vel in sempiternum, vel seculum. Vtrunq; enim iona Græcus sermo significat. Et arefacta est ficulnea, quæ esuriente domino cibos, quos ille cupierat, non habebat. Sic autem aruerunt folia, vt truncus ipse regulta fidei pullulet, implcaturq; scriptura dicens: Est arbori spes.

Mat. 21. b. Marc. 11. b. Roma. 11. b. Iob. 14. a. Ambrosius

De eadem ficu ex Ambrosio. Caput XXII.

Diuus aũt Ambro. lib. vij. super Lucam, exponens illud Lucæ. Arborem fici quidam habuit plantatam in vinea sua, hoc modo scribit: Quid sibi vult, q̃ in euangelio suo dñs fici parabolã frequenter inducit? Habes enim alibi, q̃ iussu domini viriditas omnis ligni huius frondentis aruerit. Vnde intelligimus oim creatorem, qui potest imperare naturis, vt vel in arescant subito, vel virescant. Alibi ex teneritudine arboris huius, & foliis cõmemorat cõscisolere ætatis aduentum, vtroq; significans & Iudaicę plebis inanem, quam ptendebat gloriã, velut florem in aduentu dñi decidisse, quia operibus infructuosa durabat, & iudicij diẽ velut ætatis aduentũ, q̃ adulti fructus terrarum oim recondũtur, ex plenitudine ecclesiæ, in quam Iudęi quoq; credituri sunt, esse metiendũ. Etiam hic ergo altioris sensus aliquod q̃ramus arcanum. Ficus in vinea est. Erat enim vinea dominisabaoth, quam dedit in rapinam gẽtium. Iraq; qui vineã suam diripi fecit, hic etiã ficũ iussit excidi. Apta aũt synagogæ, arboris istius cõparatio est, quia sicut ista arbor foliis redundans fluentibus, spem possessoris sui, cassa spera torũ prouentuũ expectatiõe destituit, ita etiã in synagoga dñi doctores eius operibus infœcũdi, verbis th̃, velut foliis redundãtibus, gloriant̃, inanis, vmbra legis exuberat, spes aũt falsi expectata prouẽtus, populi vota credẽtis illudit. Est etiã in natura arboris, q̃ magis credas synagogę speciẽ cõparatiõe huius exp̃sam. Etem̃ si diligenter inquiras, discretã ab vsu arborũ cæterarũ cõsuetudinẽ naturę huius inuenies. Nãq; aliæ florẽ ferũt ante q̃ fructũ pomaq; vernutrix, pmũtio sui flore, designaut, hęc sola ab initio germinet poma, p̃ floribus. In alijs flos desum, vice floris emergũt, ita p̃coquo quodã nascẽdi vsu, q̃ ordinẽ naturæ nesciũt, beneficiũ naturæ seruare nõ possunt. Etenim quasi medio trudere de cortice, gemma cõsueuit, ea minutissima quæq; huius gñis poma prorũpunt, de qbus legit in Cãticis Cãticorũ: Ficus pducit grossos suos. Iraq; cæteris albẽtibus primo vere virgultis, sola ficus proprio nescit flore ea nescere, eo fortasse, q̃ nullus istius maturior sit vsus in pomis. Nanq; succedentibus alijs, hęc

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi degenerantia respuũtur,& arenti infirma radice,renouatis,quibus sit succus vtilior exu
runtur. Manet tñ aliqua perrara,nec decidũt,quibus hic prouentus arriserit,vt de medio dua
rum virgarũ,clauiculo breui erumpente,promergant,q̃ geminis tecta p̃fidijs,tanquam natu
ræ parentis gremio,succi fotu plenioris inolescant. Ea clementioris auræ prouocata,tẽperie
& prolixioribus adultiora temporibus,vbi sylueſtrẽ animũ succi prioris exuerint,specie ex
teris,& maturitatis gratia p̃feruntur. Specta nunc cultus,& animos Iudæorũ, qui quasi pri
mi fructus male feracis synagogæ,grossi labentis similitudine corruerunt,vt mensura supra
æuum nostri gñis poma succederent. Etenim primus synagogæ populus quasi radice operũ
infirmus arentium, vbertatem sapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideo velut imm̃is
decidit fructus,vt quasi ex ijsdem clauiculis arboris fructuosæ,de pinguedine religiõis ante
quæ,nouus ecclesiæ populus emergeret. Ergo ille qui erat,esse desinit, vt inciperet iste, qui
non erat. Primi tñ ex Israel,q̃s naturæ validioris ramus extulerat, sub vmbra legis,& eruc
Mat.19. in vtriusq; sinu,succo gemino colorati,grossi maturescentis exemplo,pulcherrimorum gra
Gen.3.d. tia fructuũ cæteris p̃stiterunt,quibus dicitur: Sedebitis supra xij. thronos,iudicantes duode
cim tribus Israel. Nec illud alienum q̃d Adam,atq; Eua primi illi nostri, vt generis,ita erro
ris parentes,qui huius arboris texere se foliis,paradisi exules esse meruerunt,quum dñi deam
bulantis p̃sentiam transgressionis suæ conscij declinarent,vt significarent futurum,quod vlti
mis temporibus populus Iudæorum sub dñi saluatoris aduentu, qui eos vocaturus,aduenit,
exutum se virtutibus per diaboli tentamenta cognoscens & intecta conscientiæ probra for
midans,à religione deuius,futaricatione cõfusus esset à domino recessurus, verborũ fluenti,
velut foliorum,velaminibus adopertus pudẽda gestorum. Ergo illi qui folia de ficulnea,nõ
poma carpserunt,eliminati sunt à Dei regno. Erat enim in animam viuentem. Venit secũdus
Adam,& iam non folia,sed poma q̃rebat. Erat enim in spiritum viuificantem. In spiritu ũsq;
fructus virtutis acquiritur,dñs adoratur. Quærebat autem dominus, non quia fructum fi
culneæ deesse nesciret,sed vt offenderet in figura,quia fructum synagoga iam habere di be
ret. Deniq; ex sequentibus docet,non se ante tempus venisse,qui per triẽnium venit. Sic em
habet: Ecce anni tres sunt,ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac,& non inuenio. Sa
cide ergo illam,vt quid etiam terram occupat? Venit ad Abraham,venit ad Moysen,venit
ad Mariam,hoc est,venit in signaculo,venit in lege,venit in corpore. Aduentum eius ex be
neficijs recognoscimus. Alibi pudificatio,alibi sanctificatio,alibi iustificatio est: Circuncisio
purificauit,sanctificauit lex,iustificauit gratia. Vnus in omnibus & vnum omnia. Nemo enim
mundari potest,nisi qui metuit dominum. Nemo meretur legem accipere,nisi purificatus a
Rom.7.c. culpa. Nemo accedit ad gratiam nisi nouerit legem. Ergo populus Iudæorum neq; purifica
ri potuit,quia circuncisionem,non animi,sed corporis habuit,neq; sanctificari,quia virtutem
Gal.2.b. legis ignorauit,qui carnalia magis,quàm spiritalia sequebatur. Lex autem spiritalis est: neque
iustificari,qui delictorum suorum pœnitentiam nõ gerebat & ideo gratiam nesciebat. Me
rito ergo nullus in synagoga fructus inuentus est,& ideo iubetur excidi. Sed bonus cultor,&
fortasse ille in quo ecclesiæ fundamentum est, præsagiens alterum ad gẽtes,se autem ad eos,
qui ex circuncisione sunt,esse mittendum,religiose,ne excidatur,interuenit,fretus vocatione
sua etiam populum Iudæorum per ecclesiam posse saluari,ideoq; dicit: Dimitte illam & hoc
anno,vsq; dum fodiam circa illam,& mittam cophinum stercoris. Quam cito duriciam Iu
dęorum,superbiamq; causas esse sterilitatis agnouit. Itaq; nouit excolere, qui nouit vitia de
prehendere,pollicetur dura cordis eorũ apostolicis ligonibus esse fodienda,vt longo inculto
situm mẽtis obductum,sermo bis acutus inuertat,& corde prociso excitet sensum aerio spi
ritu ramine iam vigentem,ne radicem sapientiæ terrarum aceruus obruat,& abscõdat. Cophinũ
quoq; stercoris dicit esse mittendũ. Magna p̃fecto vis corporis,q̃ tanta est,vt de infœcundis,
Philip 3.b. fœcunda,de arentibus virentia,de sterilibus faciat fructuosa. In q̃ sedit Iob, qui reintegraretur,
& vinci nequiuit. Et Paulus æstimat stercora, vt Christum lucrifaciat. Deniq; quũ ante Iob
plurima perdidisset posteaquam sedit in stercore, non habuit quod diabolus ei posset aufer
Psal.112.d. re. Bona ergo terra quæ foditur,bonum stercus,quod mittitur. Deniq; dominus de terra in
scitat inopem,& de stercore erigit pauperem. Itaque per intellectus exercitium spiritalis,ex
humilitatis affectum,etiam Iudęos in Euangeliũ Christi cultor ille bonus fore existimat fru
ctuosos. Meminerat enim,quia per Aggeum dominus locutus est: Quoniam quarto & vige
simo noni mensis à die quo fundatum est templum dñi omnipotentis,vineam (inquit) & fi
cus,& malogranata & ligna oliuæ,q̃ non afferunt fructum,ex hac die benedicam, quo reue
latur sub ipsum anni vergentis occasum,hoc est,seculi iam senescentis occiduo sanctum Dei
templum

templũ,quod est ecclesia,esse condendũ, cuius gratia per sanctificationem lauacri,Iudæorũ
nationumq; populi,fructũ suorũ possint habere meritorũ. Ergo per naturam arboris,syna- Gen.2.b.
gogæ species indicatur,secundis prouentibus fructuosa. Nos enim ex patrũ semine, meri
toq; Iudæi grossis labentibus cõparantur, & incrassato corde & dura ceruice ad perenni
tatem sui peruenire non possunt. Qui si moriant,& quasi decidant huic mũdo,vt in interiorẽ
hoiem per lauacri gratiam renascantur,erunt vtiq; fructuosi. Perfidia aũr hominũ pertina
cium,synagogã inutilem fecit & ideo quasi sterilis iubet excidi. Quod de Iudęis dictũ,omi
bus cauendũ arbitror,& nobis maxime,ne fœcundũ ecclesię locũ,vacui meritis occupemus,
qui quasi malogranata benedicti,fructus ferre debemus inter hos,fructus pudoris,fructus cõ
iunctionis,fructus mutuæ charitatis,& amoris,sub vno vtero ecclesiæ matris inclusi, ne aura
noceat, ne grando decutiat, ne æstus cupiditatis exurat, ne humoris imber elidat. Nonnulli
tamen ficum istam per allegoriam non synagogæ, sed malitiæ & improbitatis figuram pu
tant: hi tamen in nullo diuisant,nisi quòd pro specie genus eligunt. Id autem cauere se dicunt
quia dominus dixit ad ficũ. Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum,quum vtiq; plu
rimos ex Iudæis credidisse,& credituros esse nouerimus. Sed qui credit,non synagogę iam
fructus est,sed ecclesiæ,nec ex synagoga nascitur,qui renascitur in ecclesia. Sicut enim sunt qui 1.Iohan.2.c.
ex nobis exierũt,sed non erãt ex nobis si enim ex nobis essent,nobiscũ mansissent: sic de his
qui ex Iudæis credũt dicimus,quia si ex synagoga essent,in synagoga manerẽt: sed propterea
exierũt de synagoga,vt ex ea nõ fuisse credãtur. Deide pro malitia interueniret aliquis,& di
ceret excolẽdam, vt fructũ afferret, quũ ideo venerit dñs, vt semina improbitatis aboleret.

De eadem ficu ex Gregorio. Caput XXIII.

Diuus autem Gregorius homilia xxxi. eãdem parabolam de ficu exponens, hoc modo Luce.13.bis
scribit: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quæreris fru
ctum in illa,& non inuenit. Quid arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid mulier
inclinata,nisi eandem naturam significando denunciat? Quæ & bene plantata est sicut & fi
cus,& bene creata,sicut mulier,sed in culpam propria sponte lapsa, neq; fructum seruat ope
rationis,neq; statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructũ
obedientiæ ferre noluit,statum rectitudinis amisit. Quę ad Dei similitudinem condita,dum
in sua dignitate non perstitit,quod plantata,vel creata fuerat,seruare contempsit. Tertio do
minus vineæ ad ficulneam venit,quia naturam generis humani ante legem,sub lẽge,sub gra
tia,expectando,admonendo,visitando requisiuit. Dixit autem ad cultorem vineę: Ecce anni
tres sunt ex quo venio fructum quærens in ficulnea hac,& non inuenio. Venit ante legem,
quia per naturalem intellectum quid vnusquisq; exemplo sui, qualiter erga proximum age
re debuisset,innotuit. Venit in lege,quia præcipiendo docuit. Venit post legem per grati
am,quia pietatis suæ præsentiam exhibendo monstrauit. Sed tamen in tribus annis fructũ
se non inuenisse conqueritur, quia quorundam prauorũ mentes inspirata lex naturalis cor
rigit nec præcepta erudiunt,nec incarnationis eius miracula conuertunt. Quid vero per cul
torem vineæ,nisi præpositorum ordo exprimitur? Qui dum præsunt ecclesiæ, nimirum do
minicæ vineæ curam gerunt. Huius enim vineæ primus cultor Petrus apostolus extitit. Hũc
nos indigni sequimur,in quantum pro eruditione vestra,docendo, prædicando, increpan
do laboramus. Sed cum magno iam timore audiendum est, quod cultori vineæ de infru
ctuosa arbore dicitur: Succide eam,vt quid etiam terram occupat? Vnusquisque iuxta mo
dum suum,in quantum locum præsentis vitæ tenet, si fructum bonæ operationis non exhi
bet, velut infructuosa arbor terram occupat, quia in eo loco, in quo ipse est,& alijs ope
randi occasionem negat. Sed in hoc seculo potens quilibet, si fructum non habet operatiõis
bonæ,etiam impedimentum præstat cæteris, quia quicunq; sub ipso sunt exemplo prauita
tis illius,quasi vmbra peruersitatis eius præmuntur. Stat desuper arbor infructuosa, & subter
terra sterilis iacet. Infructuosæ arboris desuper vmbra densatur,& solis radius ad terram de
scendere nequaquam permittitur,quia dũ subiecti quilibet patroni peruersi peruersa exem
pla conspiciunt,ipsi quoq; infructuosi remanentes,veritatis lumine priuantur. Et pressi vm
bra,calorẽ solis non accipiunt,quia inde remanent adeo frigidi, vnde in hoc seculo male p
teguntur. Sed de hoc peruerso quolibet,& potente, pene iam requisitio Deo non est. Post
quam enim se perdidit,quærendum solummodo est, cur & alios præmat. Vnde bene eius dẽ
viniæ dominus dicit: Vt quid etiam terram occupat? Terram quippe occupat,qui mentes
alienas grauat. Terram occupat,qui locũ,quem tenet,in bonis operibus non exercet. Sed tñ
nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor vineæ quid dicat,audiamus: Domine,dimitte
illam &

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam & hoc anno, vsq; dum fodiã circa illam. Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuo sas mentes increparé? Ois quippe fossa in imo est. Et nimirũ increpatio, dum mentẽ sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquem de pctõ suo corripimus, quasi ex culturæ debito circa infructuosam arborẽ fodimus. Post fossionẽ vero, quid dicatur: audiamus: Et mittã cophinum stercoris. Quid est cophinus stercoris, nisi memoria pctõrum? Peccata enim carnis, stercora vocantur. Vñ & per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales & sq; in fœtore luxuriæ vitam finire. Nos itaque quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriam vitia anteacta reducimus, quasi infructuosę arbori cophinum stercoris versamus, vt malorum, q̃ egit, memoriam recolat, & ad compunctionis gratiam, quasi de fœtore pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad radicẽ arboris, qñ prauitatis suę conscientia tangitur memoria cogitationis. Quũq; se p pœnitẽtiã ad lamenta mens excitat, & ad bonæ operationis gratiam reformat, quasi p tactum stercoris redit ad fœcũditatẽ operis rãdix cordis. Plangit q̃d fecisse se meminit. Displicet sibi qualẽ fuisse se recolit. Intentionẽ cõtra se dirigit, atq; ad meliora animũ accendit. Ex fœtore ergo ad fructũ reuiuiscit arbor, quia de confessione peccati ad bona se opa resuscitat animus. Et sunt pleriq;, qui increpationes audiunt, & tñ ad pœnitentiã venire contẽnunt, & infructuosi deo in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid ficulneæ cultor adiungat: Si quidẽ fecerit fructũ: sin aũt, in futurũ succides eã, quasi pfecto qui hic nõ vult ad fecũditatẽ pinguescere p increpationẽ, illic cadet, vnde iã resurgere per pœnitentiã nõ valet, & in futurũ succidẽtur, quãuis hic sine fructu viridis stare videatur.

Quid filius, filij, filię, filij Dei, mystice significent. Cap. XXIIII.

Filij dicuntur apostoli, ac prædicatores: filiæ vero infirmiores fidelium plebes, siue auditorũ multitudo (vt inquit diuus Gregorius libro Moralium primo, capite xi. exponis illud Iob, Natisunt ei septem filij, & tres filiæ:) Septem, inquit, filij viriliter incedentes Apostoli sunt, qui dum perfectionis præcepta peragũt, quasi superioris sexus fortitudinem in conuersatione tenuerunt. Et tres filiæ, id est, infirmiores fidelium plebes, fidem sanctæ trinitatis tenentes. Quæ & in perfectione operis nequaquam forti virtute permanent, fidem tamen trinitatis cognitam, constanter tenent. In septem ergo filijs, ordo prædicantiũ, in tribus vero filiabus, multitudo auditorum signatur. Possunt etiam per tres filias, tres ordines fidelium designari. Post filios quippe, filiæ nominantur, quia post apostolorum cõspectam fortitudinem tres distinctiones fidelium in ecclesiæ conuersatione secutæ sunt, pastorum videlicet & continentium, atq; coniugatorũ. Et ibant (inquit) filij eius & faciebant conuiuia per domos. Filij, inquit, facturi conuiuia per dõmos ibant, quum prædicatores Apostoli in diuersis mundi regionibus, virtutum epulas audientibus, quasi edentibus, ministrabant. Vnde & eisdem filijs de esurientibus plebibus dicitur: Date illis vos manducare. Hinc rursum eisdem filijs dicitur, Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et mittentes, inquit, vocabant tres sorores suas, vt comederent, & biberent cũ eis. Sorores filij ad conuiuium vocant, quia infirmis auditoribus sancti apostoli refectionis supernæ gaudia indicãt. Vel eorumq; mentes, quia à veritatis pabulo ieiunas aspiciunt, diuini eloquij epulis pascunt. Vel (vt eodem libro capi. xxviij. scribit) septem filij nobis nascuntur, quum per conceptionem bonæ cogitationis, sancti spiritus septem in nobis virtutes oriuntur. Hanc nanq; internam prolem Propheta dinumerat, quum spiritus mentem fœcundat, dicens: Requiescet super eũ spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Et tres filiæ, id est, fides, spes, & charitas, quia quicquid virile, hi virtutum sensus faciunt, fidei spei, charitatiq; coniungunt. Neq; enim ad denarij perfectionem septem filij peruenirũt, nisi in fide, spe, & charitate fuerit, quod agunt. Et cap. xxxij. Et ibant filij eius &c. Filij per domos conuiuium faciunt, dum virtutes singulæ, iuxta modum proprium, mentem pascunt. Sapientia ergo in die suo conuiuium facit, quia mentem de æternorum spe, & rectitudine reficit. Intellectus in die suo conuiuium parat, quia in eo quod audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Cõsilium in die suo conuiuium exhibet, quia dum præcipitem esse prohibet, ratione animum replet. Fortitudo in die suo conuiuium agit, quia dum aduersa non metuit, trepidanti menti, cibos cõfidentiæ apponit. Scientia in die suo conuiuũ parat, quia in ventre mentis ignorãtiæ ieiunia superat. Pietas in die suo cõuiuiũ exhibet, quia cordis viscera misericordiæ operibus replet. Timor in die suo conuiuiũ facit, quia dũ p̃mit mentem, ne de p̃sentibus superbiat, de futuris illã spei cibo cõfortat. Filij autẽ dei, de qbus scribit in Iob: Quadam aũt die quũ venissent filij Dei, vt

vt assisterent coram dño &c. sunt electi angeli (vt inquit diuus Greg. lib. ij. Moral. cap. sc̃do) Qui autem, inquit, Dei filij nisi electi angeli vocantur? De quibus quum constet q̃ obtutibus maiestatis inseruiant, valde quærendum est vnde veniant, vt coram domino assistant. De his quippe voce veritatis dicitur: Angeli eorum in cœlis semper vident faciẽ patris mei, qui in cœlis est. De his propheta ait: Milia miliũ ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Si igitur semper vident, & semper assistunt, vigilanti cura quærendũ est, vnde veniant, qui nunquam recedunt. Sed quum de illis per Paulum dicitur: Nonne oẽs sunt administratorij spirius in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Sed quomodo aut semper assistere, aut videre sempfaciem patris possunt, si ad ministerium exterius pro nostra salute mittuntur? Quod cito soluimus, si quantæ subtilitatis sit angelica natura, pensamus. Neq; enim sic à diuina visione foras exeunt, vt internæ contemplationis gaudijs priuentur, quia si conditoris affectum exeuntes amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus vera nunciare possent, fontemq; lucis, quem egredientes ipsi perderent, cæcis nullatenus propinarent. Et faciẽ ergo patris semper vident, & tamen ad nos veniunt, quia & ad nos spũali præsentia foras exeunt: & tamen ibi se, vnde recesserant, per internã contemplationem seruant. Filius autem olei est fidelis populus, vt inquit idem Gregorius libro decimonono Moralium. capite decimotertio, vbi citat illud propheticũ: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei: Filius (inquit) olei fidelis populus dicitur, qui ad fidem Dei interna sancti spũs vnctione gñatur. Et Augustin. in epistola ad Macedonianũ, q̃ est liij. Ex hoc (inquit) boni sunt, quo filij Dei non natura geniti, sed gratia facti, tanquam hi, quibus recipientibus eum, dedit potestatem filios Dei fieri. Quæ generatio spiritualis more scripturarum etiã adoptio nominat, vt distinguat ab illa gñatione Dei de Deo, coæterni de coæterno. Vnde scriptum est, Generationem eius quis enarrabit? Quum ergo bonos esse demonstrauerit, quos voluit Deo veraciter dicere: Pater noster qui es in cœlis, præcepit tamen, vt in eadẽ oratione inter cætera dicerent: Dimitte nobis debita nostra &c. Quæ debita, esse peccata, quis manifestum sit, postea tamen manifestius declarauit, dicens: Si enim dimiseritis peccata hominibus &c. Boni ergo inquantum non peccant filij Dei sunt, inquantum autem peccant (quod sua non mendaci confessione testantur) vtique mali sunt. Et in libro Retractationum primo, cap. xxij. In potestate, inquit, hominis est mutare in melius voluntatem, sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Quũ enim hoc sit in potestate, quod quum volumus facimus, nihil tam in potestate, quam ipsa voluntas est, sed p̃paratur voluntas à dño. Et libro secundo de consensu Euangelistarum, cap. iij. Neq; absurde, inquit, quisq; dicit, non carne, sed charitate genuisse quẽ filiũ sibi adoptauerit. At vero etiam nos, quibus dedit deus potestatem filios eius fieri, de natura, atq; substãtia sua nos non genuit, sicut vnicum filium, sed vtiq; dilectione adoptauit. Quo verbo Apostolus sæpe vti non ob aliud intelligitur nisi ad discernendum vnigenitum ante omnem creaturam, per quem facta sunt omnia, qui solus de substantia patris natus est, secũm æqualitatem diuini tatis hoc omnino, quod pater, quem missum dicit ad suscipiendam carnem ex illo genere, q̃ & nos secundum naturam nostram sumus, vt illo participante mortalitatem nostram per dilectionem, nos efficeret participes diuinitatis suæ per adoptionem. Ita enim dicit: Quum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et tamen dicimur etiam nati ex deo, id est, accepta potestate, vt filij eius efficiamur, qui iam homines eramus. Efficimur autem per gratiam, non per naturam. Nam si per naturam filij essemus, nunquã aliud fuissemus. Quum enim dixisset Ioannes: Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui crediunt in nomine eius secutus ait: Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Ita quos dixit, accepta potestate, factos dei filios, quod illa adoptio significat, quam Paulus commemorat, eosdem dixit natos ex deo. Atq; vt apertius ostenderet, qua gratia factum sit: Et verbum, inquit, caro factum est & habitauit in nobis. Tanquam diceret: Quid mirum si filij dei facti sunt, quum caro essent propter quos vuis caro factus est, quum verbum esset? Hac sane magna distantia, quia nos effecti filij dei mutamur in melius, ille autẽ filius dei, quũ filius hominis factus esset, non est mutatus in deteriorem, sed assumpsit quod erat inferius. Dixit & Iacobus. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initiũ aliq̃d creaturæ eius. Ne scilicet in eo quod ait, Genuit, hoc nos fieri putaremus quod ipse est, ideo principatũ quẽdam in creatura nobis hac adoptione concessum satis often dit. Et libro vnico contra sc̃m Manichæum, cap. quinto: Lege scripturas, inquit, nusquam inuenies

Iob. 1. b.

Matth. 18. b. Dani. 7. c.

Exod. 5. c. 23

Iohan. 1. b.

Ibi. 51. c.

Matth. 6. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenies de Christo dictũ, q̃ adoptione sit filius Dei, De nobis aũt sæpissime legitur: Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionẽ corporis nostri, vt adoptionem filiorũ recipiamus. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum. Gala. 4.a Gens sancta, populus in adoptionẽ. Vocauit vos p euangeliũ nostrũ, in adoptionem gloriæ dñi nostri Iesu Christi, & si qua talia recordanti, vel legenti occurrerint. Aliud est enim p patris excellentiã esse vnicũ filium Dei, aliud p misericordem gratiam accipere potestatẽ filios Dei fieri credentes in eum. Dedit eis (inquit) potestatem filios dei fieri. In quantũ ergo accepimus potestatem filios dei fieri, nec nos ex carne, & sanguine, aut ex voluntate viri, aut ex voluntate carnis, sed ex deo, non quidem coæquante natura, sed adoptante gratia nascimur. Iohan. 1.b.

Filios in scripturis multipliciter dici. Caput XXV.

TRibus modis (vt diuus ait Augustinus lib. vnico contra Adimantũ Manichæi discipulum, capite. v.) in scripturis sanctis filiorum nomen accipitur. Vno scãm naturam, qũo Isaac filius Abrahæ, vel etiam cæteri Iudæi, qui ex eadem origine veniunt. Alio scãm doctrinam, vt filius eius in ea re quisq; appelletur à q̃ aliquid didicit, sicut filios suos appellat apostolus, q̃ ab illo didicerunt euangeliũ. Tertio scãm imitatiõem, sicut filios Abrahæ nos vocat apostolus, q̃ eius fidẽ imitamur. Duobus ergo modis pctõres infideles Iudæi, filij diaboli vocantur Iohan. 8.f. à domino: Vos, inquit, ex patre diabolo estis, vel q̃ ab ipso impietatem didicerunt, sicut de ipso diabolo apostolus dicit: Qui nunc operatur in filios diffidentiæ, vel q̃ eum imitantur, Iohan. 8.f. quod magis pertinet ad id, quod de illo dictum est: Et in veritate non stetit, quia & ipsi Iudei in veritate legis, quæ sibi data est, non steterunt, eo q̃ domino attestante, & dicente: Si credere tis Moysi, crederetis & mihi. Ille enim de me scripsit. Secundũ eorundẽ peccatorum venena etiam serpentum, & viperarum geminina vocantur. Ad imaginem autem dei factum homo Iohan. 8. & Luc. 3.b. minem, non tantum Genesis, sed etiam Apostolus clamat, quum dicit: Vir quidem non debet velare caput, quum sit imago, & gloria dei, mulier autem gloria viri. Et vt manifestius intelligatur non secundum vetustatem peccati, quæ corrumpitur, sed secundũ spiritualem eos formationem factum esse hominem ad imaginem dei, idem Apostolus monet, vt exuti consuetudine peccatorum, id est, veteri homine, induamur noua vita Christi, quem nouũ hominem Ephes. 4.c appellat. Et vt doceat hoc nos aliq̃ amisisse, renouationẽ illam vocat. Nam ita loquitur: Expoliantes vos veterem hoiem cum actibus suis, induite nouum, qui renouatur in agnitionem Dei secundũ imaginem eius, qui creauit eũ. Filij ergo Dei sunt homines renouati ad eius imaginem, & ei similis facti vsq; ad dilectionem inimici. Sicut dominus dicit, diligere nos debere inimicos nostros, vt similes simus patri nostro q̃ in cœlis est. Quod in potestate nostra ab ipso Deo esse positum docet scriptura, quum dicit, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Filij autem diabolo dicuntur homines, quum imitantur eius impiam superbiam. & à luce, atque celsitudine deciduntsapientiæ, & non credunt veritati, quales dñs arguit, quum dicit: Vos ex patre diabolo estis &c. Cui loco euangelico propheta consonat, dicens: Ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes: vos autem vt homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Sunt & alij modi (vt idem Augustinus ait) sicut dicitur filius gehennæ, vel filius adoptiuus &c. de quibus & in præcedenti capite dictum est. Quo pacto autem intelligatur illud Ioannis: Qui natus est ex Deo, non peccat & non potest peccare, q̃a semen eius in ipso manet, & si quid aliud eo modo dictum est, idem Augustinus lib. ij. de peccatorum meritis & Iohan. 1. b. remissione, cap. vij. & viij. hoc pacto declarat: Multi, inquit, in hoc falluntur, minus considerando scripturas. Non enim aduertunt, eo quousq; fieri filios Dei, quo esse incipiunt in nouitate spiritus, & renouari in interiorem hominem secundum imaginem eius, qui creauit eum. Non enim ex qua hora qusq; baptizatur omnis vetus infirmitas eius absumitur, sed renouatio incipit à remissione omnium peccatorum. Et inquantum quisq; spiritualia sapit, quo ipso sapit, intantum renouatur. Cætera vero in spe facta sunt donec etiam in re fiãt vsq; ad ipsius corporis renouationem in meliorẽ statũ immortalitatis & incorruptiõis, qua induemur in Matt. 19 d. resurrectione mortuorũ. Nam & ipsam dñs regenerationem vocat, non vtiq; talem, quæ fit p baptismũ sed in qua etiam in corpore spiritu inchoatur. In regeneratione, inquit, quũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos sup xij. sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Nam in baptismo, quãuis tota, & plena fiat remissio peccatorum, tamen si continuo tota, & plena etiam hominis in æternam nouitatem mutatio fieret, non dico & in corpore, quod certe manifestũ est adhuc in veterem corruptionẽ, atq; in mortẽ rendere, in fine postea renouandũ, qñ vere tota nouitas erit, sed excepto corpore, ipso animo, qui est homo interior, perfecta in baptismo nouitas fieret, nõ diceret Apostolus. Et si exc-

Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Profecto enim qui de die in diem adhuc renouatur, nondum totus est renouatus, & inquantum nondum est renouatus, intantum adhuc in uetustate est. Proinde ex hoc quod adhuc in uetustate sunt, quamuis iam baptizati, ex hoc etiã adhuc sunt filij seculi. Ex hoc autem q̃ in nouitate sunt, hoc est, ex plena, & perfecta remissione peccatorum, & quãtumcũq; illud est, quod spiritualiter sapiunt eiq; congruos mores agunt, filij dei sunt. Intrinsecus enim exuimus ueterem hominem, & induimus nouum, quoniam ibi deponimus mendacium, & loquimur ueritatem, & cætera, quibus Apostolus explicat quid sit exuere ueterem hominem, & induere nouo, qui secũdum deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Et hoc ut faciant iam baptizatos, fidelesq; adhortatur, quod adhuc monendi non essent, si hoc in baptismo iam perfecte factum esset, & tamen factum est, sicut & salui facti sumus. Saluos enim nos fecit per lauacrum regenerationis. Sed alio loco dicit, quemadmodum hoc fit factum: Non solum (inquit) sed etiam nosipsi primitias habẽtes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quę uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet, etiam corporis nostri. Primitias itaq; spiritus nunc habemus, unde iam filij dei re ipsa facti sumus, in cæteris uero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij deinre autem ipsa, quia nondum salui, ideo nondũ plene innouati, nondum etiam filij dei, sed filij seculi. Proficimus ergo in renouationem iustamq; uitam, per quod filij dei sumus, & per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur, etiam illud per quod adhuc filij seculi sumus. Per hoc enim & peccare adhuc possumus. Ita fit, ut qui natus est ex deo, non peccet. Et si dixeri- 1. Ioan. 1 c mus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Consumetur ergo quod filij carnis, & seculi sumus, & perficietur, quod filij dei, & spiritu renouati sumus. Vnde idem Ioannes: Dilectissimi (inquit) filij dei sumus, & nondum appa- 1. Ioan. 3 a ruit quod erimus. Quid est hoc, sumus, & erimus, nisi quia sumus in spe, & erimus in re? Nam sequitur, & dicit, Scimus quia quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Nunc ergo ei & similes esse iam cœpimus, primitias habentes spiritus, & adhuc dissimiles sumus, per reliquias uetustatis. Proinde inquantum similes, intantũ regnãtes spiritu, filij dei, inquantum autem dissimiles, intantum filij carnis, & seculi. Illinc ergo peccare nõ possumus, hinc uero, si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos decipimus, donec totum transeat in adoptionẽ, & non fit peccator, & quæras locum eius, & non inuenias. Psalm. 36 b

Quid discriminis habeant filij seculi, & filij diaboli, & an peccent filij dei. Caput XXVI.

DIuus quoq; Augustinus lib. 3. ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorũ, cap. 3. Baptisma quoque (inquit) non uere homines nouos facere asserunt, id est, non plenam dare remissionem peccatorum, sed ex parte filios dei fieri, ex parte autem filios seculi, id est, diaboli, remanere contendunt. Mentiũtur, insidiantur, tergiuersantur. Non hoc dicimus. Omnes enim homines, qui sunt filij diaboli, etiam filios seculi, nõ autem omnes filios seculi, etiam filios diaboli dicimus. Absit enim ut filios diaboli dicamus fuisse sanctos patres Abraham, Isaac, & Iacob, & alios huiusmodi, quando per nuptias generabant, & eos fideles, qui usq; nunc, & deinceps adhuc generant. Nec tamen possumus domino contradicere dicenti, Filij seculi huius nubunt, & tradunt ad nuptias. Quidam ergo filij huius seculi sunt, & tamen filij diaboli non sunt. Quãuis enim Lucæ 20 f diabolus sit autor, & princeps omnium peccatorũ, non tamen filios diaboli faciunt quoscunq; peccata. Peccant enim & filij dei, quoniam si dixerint se non habere peccatum, sei 1. Ioan. 1 c psos seducunt, & ueritas in eis non est. Sed ea cõditione peccant, qua sunt filij adhuc huius seculi. Qua uero gratia sunt filij dei, non utiq; peccant, quia omnis qui natus est ex 1. Ioan. 4 a deo, non peccat. Filios autem diaboli infidelitas fecit, quod peccatum proprium uocatur, quasi solum sit, si non exprimatur quale peccatum sit. Sicut apostolus quum dicitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si non exprimatur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est epi-
1.Cor.15 b stolis notior, & plus omnibus illis laborauit. Vnde quod ait dominus de spiritu sanc-
Ioan.16 b to, ipse arguet mundum de peccato, non nisi infidelitatem intelligi uoluit. Hoc enim,
Ioan.15 d quum exponeret, ait, De peccato quidem, q̃ non crediderunt in me. Et ubi ait, Si non
uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Non enim peccatum
antea non habebant, sed ipsam uoluit intelligi diffidentiam, qua nec præsenti, & lo-
quenti crediderunt, pertinentes ad eum, de quo dicit Apostolus, Secũdum principem
Ephes.2 a potestatis aeris, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Ergo in quibus non est fides, fi-
lij sunt diaboli, quia non habent in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hos
minis, uel infirmitate, uel ignorantia, uel omnino aliqua mala uoluntate committis-
2. Ioan.1 c tur. Illi autem filij dei, qui utique si dixerint se non habere peccatum, seipsos decipiũ
unt, & ueritas in eis non est. Profecto quod sequitur, Quum confitentur peccata sua,
quod filij diaboli non faciunt, uel non secundum fidem, quæ filiorum dei propria est,
faciunt, fidelis est, & iustus, qui dimittat eis peccata, & mundet eos ab omni iniquitas
te. Vt autem plenius intelligatur quod dicimus, audiatur ipse Iesus, qui filijs dei utique
Matt.7 b loquebatur, dicens: Si autem uos, quum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris,
quantomagis pater uester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Si enim filij dei
non essent, non eis diceret, Pater uester, qui in cœlis est. Et tamen eos malos esse dix
cit, & nosse bona dare filijs suis. Nunquid inde mali, unde filij dei? Absit. Sed inde ma
li, unde adhuc filij seculi, iam tamen filij dei facti pignore spiritus sancti. Baptismus ig
gitur abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum,
siue originalia, siue addita, siue quæ ignoranter, siue quæ scienter admissa sunt, sed non
aufert infirmitatem, cui regeneratus resistit, quando bonum agonem luctatur, cõsentit
autẽ quando sicut homo in aliquo delicto præoccupatur, propter illud gaudens in actio
Psal.115 a ne gratiarum, propter hoc autem gemens in allegatione orationum. Ibi dicens: Quid
Matt.6 b retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Hic dicens, Dimitte nobis debita
Psalm.17 a nostra. Propter illud dicens, Diligam te dñe uirtus mea. Propter hoc dicẽs, Miserere mei
Psalm.6 a dñe quoniam infirmus sum. Propter illud dicens, Oculi mei semper ad dñm, quoniam
Psalm.24 c ipse euellet de laqueo pedes meos. Propter hæc dicẽs, Turbatus est prę ira oculus meus.
Psalm.6 a Et innumerabilia, quibus diuinæ literæ plenæ sunt, quæ alterius uicibus, uel exultando
de dei bonis, uel mœrendo de nostris malis, à filijs dei dicuntur ex fide, quãdiu adhuc fi-
lij sunt etiam seculi, pro uitæ huius infirmitate, quos tamen deus à filijs diaboli, non so-
lum lauacro regenerationis, sed ipsius etiam, quæ per dilectionem operatur, fidei proba-
Gal.5 a tæ discernit, quia iustus ex fide uiuit. Et lib. 6. contra Iulianũ Pelagianum: De iustis (in-
quit) & legitimis nuptijs filiorum dei, nõ filij dei, sed filij seculi generantur, quia & hi, q
Lucæ 20 f generant, si iam regenerati sunt, non ex hoc generãt, quo filij dei sunt, sed ex quo adhuc
filij seculi. Dominica quippe sententia est: Filij huius seculi generant, & generantur. Et
2.Cor.4 quo itaq; sumus adhuc filij huius seculi, exterior homo noster corrũpitur, ex hoc &hu-
2.Cor.5 d ius seculi filij generantur. Et ex quo sumus filij dei, interior homo renouatur de die in
diem, quamuis & ipse exterior per lauacrum sanctificatus sit, & spem futurę incorrupti-
onis acceperit, propter quod & templum dei merito dicitur, sed hoc non solum propter
præsentem sanctificationem, sed propter illam spem dictum est, de qua dicitur: Et nos
ipsi primitias habentes spiritus, ingemiscimus, expectantes redemptionem corporis no-
stri. Si ergo redemptio corporis nostri secundũ Apostolum expectatur, profecto quod
Rom.8 d expectatur adhuc speratur, nondum tenetur. Et paulo inferius: Gratia (inquit) perfe-
cte hominem nouum facit, quandoquidem & ad corporis immortalitatem, plenamq;
felicitatem ipsa perducit. Nunc etiam perfecte innouat hominem, quantum attinet ad
liberationem ab omnibus omnino peccatis, non quantum ad liberationem attinet ab
omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nũc corpus aggrauat animã.
Sap.9 d Vnde est gemitus, quem suum quoq; confitetur Apostolus, dicens: Et ipsi in nobismetip-
Rom.8 d sis ingemiscimus. Sed ad illam quoq; perfectionẽ, quæ speratur, eodẽ baptismate, quod
hic accipitur, peruenitur. Nõ autem omnes filij seculi, filij sunt diaboli, quamuis omnes

filij diaboli, filij sunt seculi. Sunt enim etiam filij dei, qui tamen adhuc sunt filij seculi,
propter quod & coniugio copulantur, sed filios dei carne non gignunt, quia & ut ipsi es-
sent filij dei, non ex carne, non ex sanguine, non ex uoluntate uiri, neq; ex uoluntate car-
nis, sed ex deo nati sunt. Opera quoq; nostra filij dicuntur. Vnde diuus Augustinus, ex-
Psal.102 c ponens illud Psalmistæ, Et iustitia eius in filios filiorum: Retributionem (inquit) dicit su
per filios filiorum. Quàm multi sunt serui dei, non habentes filios, quantominus filios
filiorum? Sed filios nostros, dicit opera nostra, filios filiorum, mercedẽ operum nostro-
rum. Iustitia eius super filios filiorum.

Qui dicantur filij iræ, uel filij hominum. Caput XXVII.

Ephes.2 a ET Ramus (inquit Apostolus) natura filij iræ, sicut & cæteri. Respondeant (inquit Hie-
ronymus) hæretici, qui diuersas naturas esse contendunt, quomodo Paulus, quem
Rom.7 d utiq; spiritualis naturæ esse, non dubium est, fuerit natura filius iræ, sicut & cæteri, qui
adhuc in errore sunt positi. Nos uero dicimus esse primum omnes homines natura filios
iræ, uel propter corpus humilitatis, corpusq; mortis, & q̃ ab adolescentia mens homi-
Eccls.7 c num apposita sit ad malitiam. Vnde & Salomon ait: Non est iustus in terra, qui faciat
bonum, & non peccet. Vel q̃ ex eo tempore, quo possumus habere notitiam dei, & ad
pubertatem uenimus omnes, aut opere, aut lingua, aut cogitatione peccamus. Eramus
igitur natura filij iræ, sicut & cæteri, & omnes sancti, qui ab ira sanguine Christi redem
Philip.3 b. pti sunt. Si enim Paulus, qui iuxta iustitiam, quæ in lege fuit, irreprehensibiliter est con-
uersatus, dicit se natura fuisse filium iræ, cur timeamus etiam retro sanctos uiros, filios
Rom.7 b iræ fuisse, testari? De quibus omnibus uere dici possit: Quum autem uenit mandatum,
peccatum reuixit, ipsi uero mortui sunt. Filios autem iræ sic accipiendum, ut filios perdi-
tionis, filios iniquitatis, filios mortis. Nõ quo aliqua ira, mors, iniquitas, & perditio sub
sistat in natura sua, quæ filios habeat: sed quo filij dicantur eius rei, quæ operetur in fi-
lijs, sicut filij appellantur gehennæ, qui gehennæ ignibus consumendi sunt. Alius iræ
1. Cor.15 g filios sic uocatos putet, ut filios diaboli. Diabolus enim perditio est, & ira & mors. Deuo-
rauit mors inualescens, & nouissimus inimicus destruetur mors. Et ad ipsum diabolum
dictum est, Perditio factus es: Factus (inquit) propria uoluntate, non ab initio sic crea-
Sap.2 d terrarum, & per illum sunt mortui, qui ante uiuebant, & perditio, quod perdat quoscun-
que deceperit: sic & ira dicitur propter eam, quam exercet aduersus hominem. Sunt qui
illud in Regnorum libris, quando Dauid numerauit populum Israel, iram in se dei pro-
uocans, scriptura dicente, Et apposita est ira dei, succendi in Israel, & incitauit Dauid, di-
2.Reg.24 a cens, iram domini significare putent. Et enim iuxta Græcę linguæ proprietatem non di
xit genere fœminino, Ira dei λιγοσα, hoc est, quæ diceret: sed ira dei λιγων, id est, qui diceret
Psal.77 e genere masculino. Mittit siquidem dominus iram, & furorem suum per angelos pessi-
mos. Quidam pro eo quod nunc exposuimus, Et eramus natura filij iræ, pro natura,
prorsus, siue omnino, quia uerbum φυσει, ambiguum est, transtulerunt. Quod & si sic so-
Ephes.2 a net, iuxta ea, quę dicimus, exponendũ est. Et libro Retractationũ primo, cap. 15. Si quę
ritur quomodo accipiamus quod ait Apostolus, Fuimus & nos natura filij iræ sicut &
cæteri, respondemus, naturam in his uerbis meis me intelligi uoluisse illam, quę propriè
dicitur natura, in qua sine uitio creati sumus. Nam ista propter originem natura appel-
latur, quæ origo utique habet uitium, quod est contra naturam. Et in Enchiridio, cap.
33. Tenebatur (inquit) iusta damnatione genus humanũ, & omnes erãt irę filij de qua
Psal.89 c ira scriptum est, Quoniam omnes dies nostri defecerũt, & in ira tua defecimus. Anni no
Iob 21 a stri sicut aranea meditabũtur. De qua ira dicit etiã Iob: Homo eñ natus ex muliere breuis
uitæ, & plenus iræ. De qua ira dicit etiã dñs Iesus: Qui credit in filiũ, habet uitã æternã;
Ioann.3 d qui autem non credit in filium, non habet uitã æternam, sed ira dei manet super eũ. Nõ
ait, ueniet, sed manet sup eum. Cum hac qppe oñis homo nascitur. Propter quod dicit
Apostolus, Fuimus enim & nos natura filij iræ, sicut & cęteri. In hac ira, quũ essent hoies
Ephes.2 a per originale peccatum, & tanto grauius, & perniciosius, quanto maiora, uel plura insu
per addiderunt, necessarius erat mediator, hoc est, reconciliator, qui hanc iram sacrificij

Universidad de Deusto
Biblioteca

singularis,cuius erant umbræ omnia sacrificia legis,& prophetarum, oblatione placa-
Rom.5 b ret. Vnde dicit apostolus:Si enim,quum inimici essemus,reconciliati sumus deo p mor-
tem filij eius,multo magis reconciliati nunc in sanguine eius, salui erimus ab ira per ip-
sum. Quum autem deus irascitur,nõ eius significatur perturbatio, qualis est in animo
Rom.1 c irascentis hominis:sed ex humanis motibus translato uocabulo,uindicta eius,quæ non
nisi iusta est,iræ nomẽ accepit. Quod ergo p mediatorẽ reconciliamur deo, & accipimus
Ephes.2 a spiritum sanctum,ut ex inimicis efficiamur filij. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi
filij dei sunt. Qui autem sint filij diffidentiæ,de quibus ait Apostolus:Et uos quum esse-
tis mortui delictis,& peccatis uestris,in quibus aliquando ambulastis secundum secu-
mundi huius,secundum principem potestatis aeris,spiritus huius, qui nunc operatur in
filijs diffidentiæ,in quibus & nos omnes conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ,fa
cientes uoluntatem carnis,& affectionum,& eramus natura filij iræ,sicut & cæteri, diuus
Augustinus lib.de trinitate 13.cap.12.hoc pacto declarat:Filij diffidentiæ,sunt infide-
les. Et quis hoc non est,antequam fidelis fiat? Quocirca omnes homines ab origine sub
principe sunt potestatis aeris,qui operatur in filijs diffidentiæ. Et quod dixi, ab origine,
hoc est,quod dixit Apls,natura,& se fuisse sicut cæteros,natura scilicet ut est deprauata
peccato,nõ ut recta creata est ab initio. Modus autem iste,quo traditus est homo in dia-
boli potestatem,non ita debet intelligi,tanq̃ hoc deus fecerit,aut fieri iusserit:sed q̃ tan-
tum permiserit, iuste tamen. Illo enim deserente peccantem, peccati autor ilico inuasit.
Psalm.8 Quid autem discriminis sit inter hominem,& filiũ hominis,diuus August. declarat, ex-
ponens illud Psalmistæ,Quid est homo,quia memor es eius,aut filius hominis quoniã
tu uisitas eum. Quid inter hominẽ(inquit)& filiũ hominis distet,quæri potest. Si enim
nihil distaret,non ita poneretur,Homo,aut filius hoïs,per distinctionẽ. Hoc sane retinen
dum est,quia omnis filius hominis,homo,quãuis non omnis homo,filius hominis pos-
sit intelligi. Adam qppe homo,sed non filius hoïs. Quapropter hinc iam licet attendere,
atq̃ discernere,quid hoc in loco inter hoïem,& filium hominis distet,ut q portant i-
8.Cor.15 b maginem terreni hominis,qui nõ est filius hominis,hoïm nomine significenturiqui au-
tem portant imaginem cœlestis hominis, filij hominis potius appellentur. Ille enim ue-
tus homo dicitur,iste autem nouus. Sed nouus ex uetere nascitur, quoniã spiritualis
regeneratio mutatione uitę ueternæ,atq̃ secularis inchoatur,& ideo iste,filius hominis
nuncupatur. Homo igitur hoc loco dictus est terrenus:filius autem hominis, cœlestis.
Et ille longe seiunctus à deo,hic autem præsens deo. Et propterea illius memor est,tan-
quam in longinquo positi,hunc uero uisitat,quẽ præsens illustrat uultu suo. Lõge est e-
nim à peccatoribus salus. Et signatum est in nobis lumen uultus tui domine. Sic inalio
Psal.117 u Psalmo hoïes iumentis associatos,non per præsentem interiorem illuminationem, sed
Psalm.4 b per multiplicationem misericordiæ dei,qua eius bonitas,usq̃ ad infima tenditur,saluos
Psalm.35 b fieri dicit cũ ipsis iumẽtis,quoniam carnaliũ hoïm salus carnalis est,tanq̃ pecorum. Filij
os autem hoïm seiungens ab eis,quos homines pecudibus iunxit,longe sublimioci mo-
do,ipsius ueritatis illustratione,& quadam uitalis fontis inundatione,beatos fieri pro-
Psalm.35 b dicat. Sic enim dicit,Homines,& iumenta saluos facies dñe,sicut multiplicata est mise-
cordia tua deus. Filij enim hominum,in protectione alarum tuarum sperabũt. Inebria-
buntur &c. usq̃,scientibus te. Memor est igitur hominis per multiplicationem miseri-
cordiæ,sicut iumentorum,quia multiplicata misericordia,etiam ad longe positos perue-
nit. Visitat uero filium hominis,cui sub protectione alarum suarum posito, prætrãsmit-
sericordiam suam,& in lumine suo lumen præbet,& eum delicijs suis potat, & inebriat
ab ubertate domus suæ ad obliuiscendas ærumnas,& errores præteritæ conuersationis.
Hunc filium hominis,id est hominem nouum pœnitentia ueteris parturit cum dolore
& gemitu. Iste quamuis nouus,tamen adhuc carnalis dicitur,quũ lacte nutritur. Nõpo-
2.Cor.3 b tui uobis loqui,quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus(inquit Apostolus.)Et ut osten-
deret iam regeneratos,tanq̃ paruulis(ait)in Christo,lac uobis potum dedi, non escam.
Iste quum relabitur(quod sæpe accidit)ad ueterem uitam,cum exprobratione audit,q
Ibidem homo sit. Nónne homines estis(inquit)& secundum hominem ambulatis?

Quid fimbria,finisq̃ mystice significent. Cap. XXVIII.

FImbria uitam hominum significat extremam, ut inquit Cassiodorus exponens il-
lud Psalmistæ,In fimbrijs aureis circũamicta uarietate:Fimbriæ(inquit)sunt finitis-
Psal.44 c ma uestium,quæ in stamine colligatę tanquam capillorum segetes dependent,per quas
hominum uita significatur extrema. Hæc non deaurata, sed nunc illi esse aurea profite-
tur,quia in fine tota perfectio est, ubi charitas non tanquam deaurata conspicitur, sed
iam plenissima tanquam aurea reperitur. Et diuus Augustinus:In fimbrijs aureis uarie-
tas linguarum,doctrina,decus. Ista quid prosunt,si non sit pulchritudo illa intrinsecus?
Et Hieronymus:Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis. Filiæ regis, id
est,animę fidelis. Ab intus,id est in conscientia. In fimbrijs &c. Non solum litera,sed etiã
sensu spirituali,illi,qui intrant,obtulerunt uel uarietate uirtutum repleti sunt. Et Hiero-
nymus exponens illud Matthæi,Et rogabant eum,ut uel fimbriam uestimenti eius tan- Mat.14. in fine
gerent &c. Qui male se habent(inquit)non tangant corpus Iesu,neq̃ totum uestimentũ
eius,sed extremam fimbriam. Fimbriam uestimenti eius, uel minimum mandatum in-
tellige,quod qui transgressus fuerit,minimus uocabitur in regno cœlorũ. Vel assumpti-
onem corporis,per quam uenimus ad uerbum eius, & illius postea fruimur maiestate.
Et exponens illud Zachariæ 8.in fine,Et apprehendent fimbriam uiri Iudæi:In illo tẽ- Zach.8 d
pore(inquit)& in illis diebus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentiũ
fimbriam uiri Iudæi,dicentes:Ibimus uobiscum &c. Apprehẽdent(inquit)fimbriam ui-
ri Iudæi:id est dñi saluatoris. Quumq̃ apprehẽderint eum, cupiẽt eius hærere uestigijs,
quoniam deus cum eo sit. Et Origenes homilia 24.in Matthæũ:Discipuli(inquit)Iesu,
omnia opera sua faciunt,ut à deo uideantur solo. Alligant enim legem dei super manũ
suam,spiritaliter super opus suum bonum,& per meditationem diuinarum disciplinarũ
semper ea mouentes,mobilia faciunt diuina præcepta coram oculis animarum suarum,
& fimbriam uirtutis Iesu plenam in eo q̃ imitantur magistrum.

Finis,perfectionem indicat rerum,ut inquit Origenes lib. 8.in epistolam ad Roma-
nos,exponens illud Apostolicum,Sed dico,Nunquid nõ audierunt? Equidem in omnẽ
terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum:Hoc(inquit)de Psalmo Rom.10 d Psal.18 a
18.assumitur,ubi ait,Non sunt loquelæ &c. In quo pro linguarum uarietate, & sermo
num,gentes sine dubio intelliguntur,& dicitur,quia Apostolorum Christi in omnẽ qui-
dem terram sonus exierit, in fines uero orbis terræ non sonus, sed uerba peruenerint.
Quod ita intelligi potest,quia terram imperitos quosq̃,& indociles homines dicat, ad
quos non uerba,in quibus ratio fidei continetur,& explanatio sapientiæ:sed sonus fidei
communi,& simplici prædicatione peruenerit. Finem uero orbis terrarum, eruditiores
quosq̃,& prudentiores appellauerit. Finis enim perfectionem indicat rerum. Ad hos er
go tales non sonum uocis, sed uerba, & rationem peruenisse pronunciat, quia utique
audientes sermonem fidei etiam scrutari possunt,& perquirere scripturas diuinas,ut co
gnoscant eorum uerborum,quæ eis per Apostolos annunciata sunt,ueritatem. Et hanc
esse in his differentiam sciens Apostolus,id est in sono,& uerbis, quodam loco ita dicit: 1.Cor.2 b
Et sermo meus,& prædicatio mea non sunt in suasorijs sapientiæ uerbis,sed in ostensio
ne spiritus,& uirtutis,ut ostenderet uerbum quidem esse,quo per uirtutem spiritus sapiẽ
tia dei lucidius explanatur. Prædicationẽ uero hãc esse,propheta de qua dicit,quia in o- Psalm.18 a
mnem terrã exiuit sonus eorum,in qua scilicet simplex annunciatio fidei,& simpliciori- 2.Tim.1 c
bus qbusq̃ sufficiẽs. Sed & alibi de semetipso dicit,qa sit prædicator,& Apostolus,& ma
gister gentium. In quo Apostolus quidẽ generalis indicat nomẽ officij,qui non solũ prę- 1.Cor.2 a
dicet,sed & doceat. Prædicet quidẽ simplicem fidẽ,ut illis,qbus ait:Nihil enim aliud iudi- 1.Cor.2 d
caui me scire inter uos,nisi Iesum Christũ,& hũc crucifixum. Docebat uero eos,qbus di-
cebat:Sapientiã autem loqmur inter perfectos. In quibus ostenditur, q̃ illis quidem so-
lum prædicationis intulit,his uero sapiẽtiam dei per uerba differuit. Et Cassiodorus in
prologo Psalterij,cap. 3. sic scribit: Finem duobus dicimus modis. Primus est iste com-
munis,atque moralis,quando res aliqua ad extremum deducta peruenerit, nec ulterius
potest prodire,qui motus sui terminum probatur accipere. Sic enim dicimus finitum ci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum,qui ſedula comeſtione conſumptus eſt,finitam pecuniam, quæ docetur expenſa.
Secundus dicitur finis perfectus, atq; perpetuus,quem modo quærimus, qui tunc nobis
Rom.10 a protendi,ac dilatari magis incipit, de quo Apoſtolus dicit:Finis enim legis Chriſtus,ad
iuſtitiam omni credenti. Ad quem,dum peruenerimus,nihil ultra perquiremus,ſed in ip
ſo beatitudinis fine contenti, pleniſſima iocunditate perfruemur, & ideo quoties in ti
tulis Pſalmorum finem reperis, ad dominum ſaluatorem aciem mentis intende, qui eſt
finis,fine fine, & bonorum omnium completiua perfectio. Siue (ut quibuſdam placet)
1.Cor.10 c pro nobis dictum eſſe credendum eſt, in quibus ſecundum eundem Apoſtolum ſeculo-
rum finis aduenit.Diuus quoq; Auguſtinus in enarratione Pſalmi trigeſimi,cuius titu-
lus eſt,In finem &c̄.In finem(inquit)quid ſit,nouimus,ſi Chriſtum nouimus.Dicit enim
Rom.10 a Apoſtolus: Finis enim legis Chriſtus &c̄. Finis non conſumens,ſed perficiens. Duobus
enim modis dicimus finem,uel quo fit, ut non ſit quod erat,uel quo fit,ut perfectum ſit,
quod inchoatū erat.Et in enarratione Pſalmi qnquageſimi quarti:In finē(inqt) id eſt,in
Chriſtū.Intētio eī dirigatur in finē,dirigat in Chriſtū. Quare finis dicitur? Quoniā quo
quid agimus,ad illum referimus,& quum ad eum peruenerimus,ultra quod quæramꝰ,
non habebimus.Dicitur enim finis,qui cōſumit,& dicitur finis qui perficit. Aliter quip
pe intelligimus quū audimus, finitꝰ eſt cibus qui māducabatur, & aliter intelligimus,
quum audimus,finita eſt ueſtis,quæ texebatur.In utroq; audimus,finitum eſt,ſed cibus,
ut iam non eſſet,ueſtis ut perfecta eſſet.Finis ergo noſter,perfectio noſtra eſſe debet:per
fectio noſtra,Chriſtus eſt.In illo enim perficimur, quia ipſius capitis mēbra ſumus.Et
Rom.10 a dictus eſt finis legis,quia ſine illo nemo perficit legē.Idem fere dicit in enarratione Pſal
mi quinquageſimiſexti,ubi tamen addit:Finis propoſiti noſtri Chriſtus eſt, quia quan
tumlibet conemur,in illo perficimur,& ab illo perficimur. Et hæc eſt perfectio noſtra,
ad illum peruenire,ſed quum ad illum peruenerit,ultrà non quæris,finis tuus eſt. Quo
modo enim finis uiæ tuæ,locus eſt quo tendis,quo,quum peruenerit,iam manebis,ſic fi
nis ſtudij tui,propoſiti tui,conatus tui,intentionis tuæ,ille eſt ad quem pertendis,ad quē
quum peruenerit,ultrà nil deſiderabis,quia melius nihil habebis. Ipſe ergo & exempli
nobis uiuendi propoſuit in hac uita,& præmium uiuendi dabit in futura uita.Et tradi
tu decimo in epiſtolam beati Ioānis,exponēs illud,quod ait dñs,Mandatum nouum do
Ioan.13 d uobis,ut uos inuicem diligatis:Audi(inquit)quę eſt lex dei. Apoſtolus dicit,Inuicē one
Galat.6 a ra ueſtra portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti. Ipſa eſt conſummatio omniū operū
noſtrorum,dilectio.Ibi eſt finis,propter hoc currimus, ad illam currimus, quum uenio
Pſal.118 m rimus, requieſcemus. Audiſtis in Pſalmo,Omnis conſummationis uidi finem. Quid ui
derat iſte putamus? Aſcenderat in uerticem alicuius altiſſimi montis acutiſſimi,& proſ
pexerat,& uiderat ambitum terræ,& circulos orbis uniuerſi,& ideo dixit, Omnis con
ſummationis uidi finem? Si hoc laudabile,oculos carnis quæramus à domino tam acu
tos,ut aliquem excelſiſſimum montem,qui eſt in terra,requiramus, de cuius cacumine
uideamus,omnis conſummationis uidi finem.Noli ire longe.Ecce dico tibi:Aſcende in
montē,& uide finem.Chriſtus mons eſt.Veni ad Chriſtū,uidebis inde finem omnis con
ſummationis.Quis eſt iſte finis? Paulum interroga. Finis autem præcepti dei, charita-
1.Tim.1 b. de corde puro,&conſcientia bona,& fide non ficta.Et alio loco,Plenitudo autem legis
Rom.13 c charitas. Quid tam finitum,& terminatum,q̄ plenitudo? Etenim fratres, finē poſui bre
uiter,ſi dabiliter,nolite putare cōſumptionē, ſed cōſummationē.Finis legis eſt Chriſtus, qui deus
us,& finis præcepti charitas,& deus charitas,quia pater,& filius, & ſpiritus ſanctus unus
ſunt.Ibi tibi finis eſt,& alibi uia eſt,noli hærere in uia,& non peruenire ad finem. Ad ip
1.Ioan.4 b quid aliud ueneris,tranſi uſquequo peruenias ad finem.Quid eſt finis? Mihi autem ad
Pſalm.72 d hærere deo bonum eſt. Adhæſiſti deo,finiſti uiam,permanebis in patria. Vbi ergo eſt fi
1.Ioan.3 a nis? Dilectiſſimi filij dei ſumus,&nondum apparuit quid erimus &c̄. Adhuc ergo in uia
ſumus, adhuc quocunq; uenerimus, tranſire debemus, uſquequo peruenianmus ad illū
quem finem. Scimus quoniam quum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniā uidebimus
eū ſicuti eſt.Iſte finis,ibi perpetua laudatio,ibi ſemper alleluia ſine defectu. Ergo ipſum
Pſal.118 m finem dixit in Pſalm.Omnis conſummatiōis uidi finem.Et quaſi diceretur illi,Quis eſt

finis,quem uidiſti? Latum(inquit)mandatum tuum ualde. Ipſe eſt finis,latitudo man-
dati:Latitudo mandati charitas eſt,quia ubi eſt charitas,non ſunt anguſtiæ.Et in enar
ratione Pſalmi trigeſimi primi: Finis(inquit)præcepti,eſt charitas,finis,quo perficiun-
tur præcepta. Finis præcepti,charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non fi- 1.Tim.1 d
cta. Pro ſpe conſcientiam poſuit.Ille enim ſperat,qui bonam conſcientiam gerit. Quem
uero pungit mala conſcientia,retrahit ſe à ſpe,& non ſibi ſperat, niſi damnationem. Vt
ergo ſperet regnum, habeat bonam conſcientiam, & ut habeat bonam conſcientiam,
credat,& operetur,quia quod credit, fidei eſt: quod operatur, charitatis eſt.

Quid firmamentum, flatuſq; myſtice ſignificent. Cap. XXIX.

FIrmamentum,eſt exterior homo noſter (ut inquit Origenes, exponens illud Gene-
ſeos,Et fecit deus firmamentum.)Iſtud(inquit) corporale cœlum,quod firmamen
tum dicitur,exterior homo noſter eſt, qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamen-
tum cœlum appellatum eſt,ex eo quod diuidat inter eas aquas, quæ ſuper ipſum,& eas,
quæ ſub ipſo ſunt, ita & homo, qui in corpore poſitus eſt, ſi diuidere potuerit, & diſcer-
nere quæ aquæ ſunt ſuperiores ſuper firmamentum, & quæ ſunt, quæ ſub firmamento
ſunt,etiam ipſe cœlum,id eſt,cœleſtis homo appellatur, ſecundum Apoſtoli Pauli ſen-
tentiam,dicentis:Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.Firmamentum quoque eſt cor Philip. 3 d
firmum,ut diuus ait Auguſtinus,exponens illud Pſalmiſtæ,Et opera manuum eius an- Pſalm.18 a
nunciat firmamentum: Cœlum(inquit)firmamentum,firmum cor, non timidum cor.
Item firmamentum eſt ſcriptura,ut diuus ait Auguſtinus, libro decimotertio confeſſio-
num,capite decimoquinto. Aut quis niſi tu deus noſter feciſti nobis firmamentum au-
toritatis ſuper nos in ſcriptura tua diuina? &c. quæ enarrauimus ſuopte in loco in libro
Geneſeos.Et in enarratione Pſalmi noni:Cœlum(inquit) id eſt, firmamentum intelli-
gitur per figuram liber legis.Ideo quodam loco dicitur,Extendēs cœlum ſicut pellem: Pſal. 103 a
Si extenditur ſicut pellis,tanquam liber eſt extētus,ut legatur.Et infra: Et quomodo in
firmamento cœli? quia lex firmamentum eſt.

Flare deum quid ſit,diuus Gregorius lib. Moral. quinto,cap. 15. exponens illud Iob Iob.4 b
Vidi eos,qui operantur iniquitatem,& ſeminant dolores,& metunt eos, flante deo pe-
riſſe,hoc pacto declarat:Nos(inquit)quum flamus,aerem ab exterioribus introrſus tra
himus,& introrſus tractum hunc exterius reddimus. Flare ergo deus in uindictæ retri-
butione dicitur,quia ab exteriobus cauſis introſus conſilij iudicium concipit,& ab inter-
no conſilio extrorſus ſententiam emittit.Quaſi flāte deo ab exterioribus aliquid intror
ſum trahitur,quando foris mala noſtra cōſpicit,& intus iudicium diſponit. Et rurſum,
quaſi flante deo ab interioribus ſpiritus extrorſus emittitur, quando ab interno conce-
ptu conſilij,exterius iudicium damnationis infertur. Bene itaq; dicitur,q̄ qui dolores ſe
minant,id eſt fraudulenta dicunt,uel peruerſa agunt, & metunt eos, id eſt dicendo præ-
ualent,uel de eadem peruerſitate puniuntur,flante deo pereunt,quia unde foris peruer-
ſa faciunt, inde ab intimis recte feriuntur. Vel certe quum flare deus dicitur, quia &
ſtatim iræ eius ſpiritus ſubinfertur,appellatione flatus illius poteſt ipſa eius animaduer
ſio deſignari. Nos quippe, quum iraſcimur,flatu furoris inflammamur. Vt ergo uin-
dictam cogitans,dominus demonſtraretur,flare iraſcendo dicitur,non quod ipſe in na-
tura ſua mutabilitatis uiciſſitudinem recipiat: ſed quod poſt longam patientiam quan
doque uindictam peccatoris exequitur is, qui in ſemetipſo tranquillus eſt, pereunti-
bus turbulentus uidetur. Mens quippe reproba,quia aduerſum ſuis actibus iudicem con
ſpicit,quaſi commotus ei oſtenditur,quia in conſpectu illius ſuo reatu proprio ipſa tur-
batur. Et exponens illud Iob,Flante deo concreſcit gelu,& rurſum latiſſime funduntur Iob 37 a
aquæ,hoc modo ſcribit:Quia quo fidelium cordibus ſpiritus ſanctus aſpirauit, quo ma
iora uirtutum miracula contulit,eo infidelium mentibus grauioris inuidiæ torpor ex-
creuit, atq; inde contra deum plebs infidelis obduruit, unde humilis populus anteactā
duritiam,qua ſe aſtrinxerat,emolliuit. Deo enim flante,in gelu uerſi fuerāt,qui uiſis mi-
raculis,inuidentes dicebant:Ecce totus mundus poſt eum abijt. Conſpiciebāt ſigna,cer- Ioann. 12 c
nebant per miniſtros eius miracula,totum iam mundum ſecuturum fidei prædicamēta

Universidad de Deusto
Biblioteca

præuidebant,& tamen quo ſanctus ſpiritus mundum repleuerat,eo illorum mentes ar-
ctius inuidiæ malitia ligabat. Aqua ergo in gelu uerſa fuerat,dum eunte poſt deum
mundo,ludæa inuidia pigra remanebat.Sed quia ſupernæ poteſtati(aliàs pietati) ſup-
petūt etiam tantæ crudelitatis duritiam ſoluere, atq; ad amandum ſe corda infidelium
liquare, poſt hoc gelu,mox bene ſubditur:Et rurſum latiſſime funduntur aquę. Poſt ge
lu quippe dñs latiſſimas aquas fudit,quia poſtquam ludæorum fæuitiam uſq; ad mor-
tem pertulit,eorum corda protinus ab infidelitatis duritia,amoris ſui aſpiratione lique
fecit,ut tanto poſt deſiderabilius ad obediendum currerent,quanto præceptis illius pri-
us obſtinatius reſtitiſſent. Vnde bene per quendam ſapientem dicitur:Sicut glacies in ſe
Eccls 3.b reno,ſic reſoluentur peccata tua. Ab hoc frigidi torporis gelu ſolui propheta deſidera-
Pſal.125.a uerat,quum dicebat,Cõuerte dñe captiuitatem noſtram,ſicut torrens in Auſtro. De his
aquis,id eſt ad deum concurrentibus populis,rurſum dicitur:Mittet uerbum ſuum,& li
Pſal. 147 b quefaciet ea,flabit ſpũs eius,& fluẽt aquę. Aquę de gelu currũt,quia pleriq; ex duris per-
ſecutoribus,magni prædicatores fiunt. Gelu igitur in aquam liquatur,quum torpor in-
terni frigoris ad irrigationem uertitur prædicationis. An Paulus gelu non erat,qui ac-
ceptis epiſtolis Damaſcum pergens,in corde fidelium,quaſi in terra dei iactata uerbi ſe-
Act.9.a mina,ne ad perfectionem operum ſurgerent,reſtringere quærebat? Sed gelu hoc in ar-
quam redñt,quia quos perſequendo prius premere ſtuduit,hos poſtmodum fluẽtis ſanc-
tæ exhortationis infudit,ut tanto uberior electorum meſſis exurgeret,quãto hanc im-
ber dei etiam ab opere perſecutiõis irrigaret. Flatus quoq; eſt externa operatio, ut inge-
Iob 14 b diuus Gregorius,exponens illud Iob,Si direxerit ad deum cor ſuum, ſpiritum illius, &
flatum ad ſe trahet:Curuum(inquit)cor eſt,quũ ima appetit:dirigitur, quum ad ſuperi-
na ſubleuatur. Si ergo homo cor ſuum ad dominum dirigit,ſpiritum, & flatũ illius do-
minus ad ſe trahit. Spiritũ uidelicet pro internis cogitationibus,flatũ uero,q per corpus
trahitur,pro externis actionibus ponit. Deo ergo ſpiritũ hominis & flatũ ad ſe traherc,
eſt ad cõuerſionem ſui deſiderij,& interiora noſtra, & exteriora cõmutare, ut nihil iam
menti exterius libeat,nihil caro inferius,uel ſi appetit,adipiſci conetur: ſed omne quod
homo eſt ad eum uidelicet à quo eſt,& interius deſiderando ferueat, & exterius ſe edo-
mando conſtringat. Flatus quoq; domini,eſt eius ſpiritus,ac uoluntas,iuxta illud: Fla-
Eſaiæ 30.g tus domini ſicut torrens ſulfuris ſuccendens eam. ubi diuus Hieronymus ſic habet:Sicut
de camino & fornace ignis ardentis, propheticus ſermo prædixerat, ſeruat metaphor
ram,ut flatu,& ſpiritu,ac uoluntate domini hanc ſuccendi ſciamus,mixto ſulfure,quod
flammas excitat,ut faciat acriora tormenta.

Quid flos,ac florere myſtice ſignificent. Cap. XXX.

Eſaiæ 11.a FLos eſt Chriſtus iuxta illud,Et egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice e-
us aſcendet. Hæc prophetia de Chriſto eſt. Virgam,& florem de radice Ieſſe (ut di-
uus inquit Hieronymus)ipſum dominum ludæi interpretantur, ꝙ ſcilicet in uirga, re-
gnantis potentia,in flore pulchritudo monſtretur. Nos autem uirgam de radice Ieſſe,
ſanctam Mariam uirginem intelligamus, quæ nullum habuit ſibi fruticem cohæren-
Eſaiæ 7.c tem,de qua & ſupra legimus,Ecce uirgo concipiet,& pariet filium,& florem dominum
Cant.1.a ſaluatorem,qui dixit in Cantico Canticorum,Ego flos campi,& lilium cõuallium. Et
pulchre flos aſcendens dicitur,quia de humilitate carnis ad excelſa conſcendit,& nos ſe-
Ioann.12.a cum duxit ad patrem,dicens in Euangelio: Quum exaltatus fuero, omnia traham ad
Iob.14.a meipſum. Flos quoq; fragilitatem ſignificat humanam,iuxta illud Iob,Homo natus de
muliere &c. qui quaſi flos egreditur,& conteritur. ubi diuus Hieronymus ſcribit:In flore
hoc loco fragilitatem humani generis intelligamus,non fragrantem odoris pulchritu-
dinem,& decorem. Et diuus Gregorius libro Moral. 11.cap.27.eadem uerba exponẽs
hoc pacto ſcribit:Quaſi flos etenim egreditur,quia nitet in carne,ſed conteritur,quia re-
ducitur in puluerem. Quid enim ſunt nati homines in mũdo,niſi quidã flores in cãpo?
Tendamus oculos cordis in hanc latitudinẽ mundi præſentis,& ecce quaſi tot floribus
quot hominib⁹ plenus eſt. Vita itaq; in carne,flos in fœno eſt. Vnde bene per Pſalmiſtã
Pſal.102.c dicitur:Homo,ſicut fœnum dies eius, & ſicut flos agri, ita florebit. Eſaias quoque ait:
Omnis

Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius ſicut flos agri. Homo enim more floris proce- Eſa.40.b
dit ex occulto,& ſubito apparet in publico, qui ſtatim ex publico per mortem retrahi-
tur ad occultum. Carnis nos uiriditas oſtendit, ſed ariditas pulueris ab aſpectibus re-
trahit. Quaſi flos apparuimus,qui non eramus, quaſi flos areſcimus, qui temporaliter
apparebamus. Et exponens illud Iob, Lædetur quaſi uinea in primo flore botrus eius, Iob 15.d
& quaſi oliua proĳciens florem ſuum: Si(inquit) florentem uineam per inæqualitatem
aeris,immoderatum frigus attigerit,protinus ab omni humore uiriditatis arefacit. Et
ſunt nonnulli,qui poſt peruerſa itinera,ſanctas uias ſectari appetunt,ſed priuſquam in
eis deſideria bona roborentur,quædam illos præſentis ſeculi proſperitas accipit,quæ e-
os rebus exterioribus implicat,& eorum mentem,dum à calore intimi amoris retrahit,
quaſi ex frigore extinguit,& quicquid in eis de uirtutum flore apparere uidebatur,inter
ficit. In terrenis quippe actibus ualde frigeſcit animus,ſi necdum fuerit per intima donæ
ſolidatus. Nonnunquam uero florentem uineam nõ frigus,ſed æſtus arefacit. Quumq;
immoderato calore tangitur, diſcuſſo flore, botrus tabeſcit. Et plerunq; contingit, ut
hi, qui ad bona opera recta intentione non ueniunt, quum placere ſe hominibus uidẽt,
ad exercenda hæc eadem opera uehementius accendantur,humanis placitura oculis, a-
gere anxie ſtudeant, & quaſi in ſancto ſtudio ferueſcant. Quid itaque iſtos, niſi in flo-
re æſtus contigit, quos humanæ laudis appetitio à fructu alienos fecit? Vnde bene ſub-
ditur, Et quaſi oliua proĳciens florem ſuum. Oliua quippe,quum in flore eſt, ſi immo-
derata nebula tangitur,à plenitudine fructuum uacuatur. Et quotiens inchoantes quis-
que bona opera, laudari ab aſpicientibus cœperint, atque in ſuis laudibus delectari, fit
caligo intelligentiæ in cogitatione, ut iam diſcernere nequeant qua intentione quid fa-
ciant,& fructum perdant operis, uelut ex nebula fauoris. Vnde bene per Salomonem
dicitur: Mane ſurgamus ad uineas, uideamus ſi floruit uinea, ſi flores fructus parturi- Cant.7.d
unt. Florent quippe uineæ, quum mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fru-
ctus non pariunt, ſi ab eo, quod propoſuerint, aliquibus uicti erroribus infirmantur.
Non ergo intuendum eſt, ſi uineæ floreant, ſed ſi flores ad partum fructuum conuale-
ſcant, quia mirum non eſt,ſi quis bona inchoet, ſed ualde mirabile eſt,ſi intentione re-
cta in bono opere perduret. Vnde fit plerunque, ut ſi in bono opere recta intentio non
tenetur, etiam ipſum hoc opus, quod bonum creditur, amittatur. Nam quoſdam fæ-
pe uidimus terrena, quæ poſſederant, reliquiſſe, & nil iam tranſitorium quærere,nul-
lis pro hac uita iurgĳs immiſceri. Quum itaque hoc in ſe fidelis anima oſtendit, quaſi
oliua florem protulit. Sed quum quidam ex talibus rurſus cœperint mundi gloriam,
quam contempſerant, quærere, & terrenis rebus, quas ſpreuiſſe uidebantur,inſatiabi-
liter inhiare, uacare iurgĳs, proximorum læſiones exquirere, nimirum proiecit oliua
florem,quẽ propoſuit, quia rudimẽta boni ſtudĳ,ad perfecta opera non perduxit. Et in
expoſitione Cantici Canticorum, Mane ad uineas ſurgit, quia poſt reſurrectionem Cant. 7.d
ſuam in gloria patris ſedens, eccleſias quas conſtruit, etiam defendit. Si floruit uinea,
conſpicit, quia omnem profectum eccleſiæ diſtricto examine perpendit. Videt ſi flores
fructus parturiunt, quia perſpicit ad quem profectum teneri quique, & imperfecti ex-
creſcant. Videt etiam ſi floruerunt mala punica, quia perfectos quoſq; reſpicit, & quid
utilitatis in proximis habeãt,quaſi in floribus fructum arborum cognoſcit. Et exponẽs Cant.2.a
illud Cantic. ſecũdo, Ego flos campi,& lilium conuallium:Bene (inquit) florem Chri-
ſtus ſe nominat,quia dum ſpinas peccatorum exterminat,mentem ſponſæ,& pulchritu-
dine ſuæ iuſtitiæ exornat,& naribus cordis dum cœleſte deſiderium applicat, interiora
animæ, quaſi odore refocillat. Et exponens illud Canticorum, Flores apparuerunt in Cant.2.c
terra noſtra: Flores(inquit)apparuiſſe in terra dicuntur, quia ſanctæ animæ, quum à
corporibus recedunt,in cœlo recipiuntur. Et qa in hac uita,quãuis hyems fuerit,à bono
opere non torpuerunt,mox ut receſſerunt,in terra uiuentium glorioſæ floruerũt. Et ex-
ponẽs alium locũ,nempe,Fulcite me floribꝰ,ſtipate me malis,qa amore lãgueo: Per flo Cant.2.b
res(inqt)teneri quiq;,& inſipiẽtes:per mala uero pfecti fideles deſignãtur. Sponſa quip
pe,quia amore lãguet,fulciri ſe floribus,& ſtipari malis appetit, quia dum ſe æternita-
tis deſide

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis dſiderio afficit, dum qualiter illuc perueniat, tota anxietate perquirit, eo ꝙ perfectionem (aliàs peruentionem) dum in carne uiuit, omnino non inuenit, fatigata in deſiderio ſuo requieſcit. Et in hoc gaudet, ſi circa ſe reſpicit, uel quibus ipſa proficiat, uel in quorum profectione conſolationem de languore ſuo recipere poſſit. Et exponens illud
Cant. 6 d Canticorum ſexto, Et inſpicerẽ, ſi floruiſſent uineæ, & germinaſſent mala punica: Vineę (inquit) florent, quando in eccleſia filij recenter in fide generantur, & ad ſanctam conuerſationem quaſi ad fructus ſoliditatem præparantur. Mala punica germinant, quando perfecti quiq; per exempla ſua proximos ædificant, & in nouitatem ſanctæ conuerſationis per prædicationem, & bonorum operum oſtenſionem inuitant. Illud quippe malum
Galat. 4 c punicum, uidelicet Apoſtolus Paulus, germinauerat, qui dicebat: Filioli mei, quos iterũ
Gene. 27 d parturio, donec formetur Chriſtus in uobis. Et homilia ſexta in Ezechielem, exponens
Luc. 27 b & illud Geneſeos, Ecce odor filij mei ſicut odor pleni agri, cui benedixit dominus deus: Si
Matth. 33 f cut enim in Euangelio ueritas dicit: Ager eſt hic mundus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus per electos ſuos in uniuerſo mundo uirtutibus redolet, odor filij, odor eſt agri pleni. Aliter nanq; olet flos uuæ, quia magna eſt uirtus, & opinio prædicatorũ, qui inebriant mẽtes audientium. Aliter flos oliuæ, quia ſuaue eſt opus miſericordię, qa more olei refouet, & lucet. Aliter flos roſæ, qa mira eſt fragrãtia, quæ rutilat, & redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij, quia candida uita carnis eſt de incorruptione uirginitatis. Aliter flos uiolæ, quia magna eſt uirtus humilium, qui ex deſiderio loca ultima tenentes, ſe per humilitatem à terra in altũ non ſubleuant, & cœleſtis regni purpurã in mente ſeruant. Aliter redolet ſpica quum ad maturitatem perducitur, quia bonorum operum perfectio ad ſatietatem eorum, qui iuſtitiam eſuriunt, præparatur. Quia ergo
Cant. 2 a gentilis populus in electis ſuis ubiq; per mundum ſparſus eſt, & ex eis uirtutibus, quas agit, omnes qui intelligunt, odore bonæ opinionis replet, dicatur recte, Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Et diuus Ambroſius libro de Iſaac, & anima, cap. quarto, exponens illud Canticorum, Ego (inquit) flos campi, & lilium conuallium: In moralibus (inquit) flos eſt. Et libro tertio de uirginibus: Ego (inquit) flos campi, quia patẽtem ſimplicitatem purę mentis frequẽtat. Et lilium conualliũ. Flos eñ humilitatis eſt Chriſtus, nõ luxuriæ, non uoluptatũ, atq; laſciuiæ, ſed flos ſimplicitatis, flos humilitatis, tanq; lilium in medio ſpinarum. Nónne inter aſperitates laborum, contritionesq; animorum bonus flos odoris aſſurgit? quia contrito corde deus placatur. Et libro de inſtitutione uirginis cap. 15. Ego flos campi &c. quæ in hac conualle iſtius mundi gratiam boni odoris exhalat, ſedula confeſſione pietatis. Et libro ſecundo de ſpiritu ſancto, cap. quinto: Benedicta tu (inquit) inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Opus ſpiritus: flos radicis eſt. Ille, inquã, flos de quo bene eſt prophetatum, Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Radix Ieſſe patriarchæ, familia ludęorum, uirga, Maria, flos Mariæ, Chriſtus, qui bonum odorem fidei toto ſparſurus orbe uirginali ex utero germinauit, ſicut ipſe dixit, Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos odorem ſuum ſuccifus reſeruat, & contritus accumulat, nec auulſus amittit. Ita & dominus Ieſus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec auulſus euanuit: ſed illa lanceæ punctione ſuccifus, ſacro ſpecioſior fuſi coloris cruore uernauit. Mori ipſe neſcius, & mortuis æternæ uitæ munus exhalãs. In hoc igitur ſpũs ſanctus uirgæ regalis flore requieuit. Bona uirga (ut quidã putant) & caro dñi, quæ de radice terrena, ad ſuperna ſe ſubrigens, odoriferos ſuæ creæ fructus religionis circuntulit mũdo, myſteria diuinæ reuelationis, & gratiã cœleſtibus altaribus ſupereffundẽs. Et ſermone quinto in Pſalmũ centeſimũdecimumoctauum: Ambulemus (inquit) ſecundum legis doctrinã, uia nobis lex dei ſit. Hanc uiã ambulans
Cant. 2 a eccleſia, dixit, Ego flos campi & lilium conuallium, ſicut lilium in medio ſpinarum. In totam enim terram fides populi credentis exiuit, & in ſpacioſo poſuit pedes ſuos Chriſtus. Et ideo pulchre ait florem ſe eſſe campi. Flos erat etiam Paulus, qui dicebat, Bonus
2. Cor. 2 d odor Chriſti ſumus deo. Et uere flos, qui poterat noua, & uetera de ſui cordis proferre
Matt. 13 g theſauro. Et exponens illud Euangelicum, Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt.
Mar. 6 d & Non ocioſum uidetur, ꝙ flos uel homini confertur, uel certe plus pene, quàm homini
Lucæ 12 d

bus in Salomone præfertur, qui tantum meruit, ut uel in ſpecie templũ deo conderet, uel in myſterio Chriſti eccleſiam figuraret. Non alienum uidetur, ut per claritatem coloris, Angelorum cœleſtium gloriam putemus expreſſam, qui uere mundi iſtius flores ſunt, ꝙ eorum claritatibus mundus ornatur, & bonum odorem ſanctificationis aſpirant, quorum præſidio fulti, poſſumus dicere: Bonus odor Chriſti ſumus deo in his, qui ſalui
2. Cor. 2 d fiunt, qui nulla ſolicitudine præpediti, nullo uſu laboris exercitati, diuinæ in ſe liberalitatis gratiam, & cœleſtis ſeruant dona naturæ. Et infrà: Pleriq; etiam comparationem hanc ſecundum naturam floris, & uſum putant propoſiti germinis aptiorem, eo ꝙ lilia nullius annui uſus cultum requirant, nec ſicut erga prouentum fructuũ cæterorum, ita etiam erga generationẽ iſtius floris, ſolicitis in orbem redeat labor actus agricolis. Qui buſlibet enim ſiccitatibus agri oñe illud quod alitur in florem, quadã uirtute genitali ex ſeſe, atq; in ſe ſucci ſemper manẽtis animatur: ita quum foliorum puberum caulẽ uideas aruiſſe, floris tamen natura uileſcit. Abſcõditur enim uiriditas, non amittitur. Aſt ubi uernis fuerit prouocata blandiciis, indumẽtum germinis, comam floris, lilij ſui reſumit ornatus. Nec incongruum quiſquam putet, ꝙ Angelis lilia comparentur, quum lilium ſe Chriſtus ipſe memorauerit, dicens: Ego ſum flos campi, & lilium conuallium. Et bene lilium Chriſtus, quia ubi martyrum ſanguis, ibi Chriſtus, qui eſt flos ſublimis, immaculatus, innoxius, in quo non ſpinarum offendat aſperitas, ſed gratia circunfuſa clareſcat. Bernardus, ſermo. 3. de annunciatione: Flores apparuerũt in terra noſtra. Neque hinc diſcrepat, ꝙ Nazareth interpretatur flos. Amat florigeram patriam flos de radice leſſe, & libenter inter lilia paſcitur flos campi, & lilium conuallium. Commendat enim flores pulchritudo, ſuauiolentia, & ſpes fructus, gratia triplex. Teq; florem reputat deus, & bene ei complacet in te, ſi tibi nec honeſtæ conuerſationis decor, nec bonæ opinionis fragrantia, nec intentio deſit futuræ retributionis, fructus enim uitæ, eſt uita æterna. Et exponens illud, Lectus noſter floridus: Lectus (inquit) floridus demonſtratur, quum exemplis, & inſtitutis patrum, tanquam quibuſdam bene olentibus reſperſa floribus fratrum conuerſatio, & uita refulget.

Cap. XXXI.

Quid flumen, ſiue fluuius myſtice ſignificet,

FLumina, antiquorum ſunt dicta, ut diuus ait Gregorius, exponens illud Iob, Profunda quoq; fluuiorum ſcrutatus eſt: Quid (inquit) hic aliud flumina, niſi antiquorum patrum dicta nuncupantur? Quis enim penſare ſufficiat, quàm uehemens fluuius, dum legem conderet, ex pectore Moyſi erupit, quàm uehemens fluuius ex Dauid corde defluxit, quanta à Salomonis ore, atque omnium prophetarum fluminum fluenta manarunt? Sed horum fluminum ludæa ſpeciem tenuit, dum literæ ſuperficiem ſeruans, eorum profunda neſciuit. Nos uero, qui ueniente domino, in eis æterna ſpiritalia quærimus, eorum profunda rimamur. Quod ipſe dominus facere dicitur, quia id nos agere, ipſo donante, prævalemus. Per nos ergo, qui non literam, quæ occidit, ſed ſpiritum, qui uiuificat, ſequimur, profunda fluuiorum dominus ſcrutatur, & abſcondita in lucem producit, quia dicta legis, quæ caligoſa nimis hiſtoria obſcurat, nunc expoſitio ſpiritalis illuminat. Vnde loquens in parabolis per Euangelium ueritas, diſcipulis præcepit, dicens: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Aperte nanq; dicta exponentium fecerunt nobis eſſe iam conſpicuas ſententias antiquorum patrum. Vnde Eſaias propheta plana ſanctæ Eccleſiæ expoſitionis uerba conſpiciens, & non allegoriarum tenebris obſcura, exclamauit, dicẽs: Lo
Eſa. 33 d cus fluuiorum, riui latiſſimi, & patentes. Teſtamenti enim ueteris dicta quaſi anguſti, & clauſi riui fuerant, qui immenſas ſcientiæ ſuæ ſentẽtias collectione obſcuriſſima cõſtringebant. At contrà doctrina ſanctæ eccleſiæ riui & lati, & patentes ſunt, quia eius dicta, & inueniẽtibus multa ſunt, & quærẽtibus plana. Ait ergo, Profunda fluuiorũ ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem, quia dum ſuis expoſitoribus intelligentiæ ſpiritum infudit, antiquas prophetantium obſcuritates aperuit. Et hoc iam ſancta eccleſia per ſpiritum agnouit, quod ſynagoga prius per literã intelligere oĩno nõ ualuit. Vnde
Exod. 34 g Moyſes, quũ populo loqueretur, faciem uelabat, ut uidelicet deſignaret, ꝙ ille ludæorũ populus
Iob. 28 b
Matt. 10 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

populus legis uerba cognoſceret,ſed eiuſdem claritatem legis omnino non uideret. Va
2. Cor. 3 c de recte per Paulum dicitur: Vſq; in hodiernum enim diem, quum legitur Moyſes, uela-
men eſt poſitum ſuper cor eorum. Et in libro decimoquinto. Moral. capite octauo, expo
Iob 20. c nens illud Iob, Non uideat riuulos fluminis, torrentis, mellis, & butyri, hoc modo
Ioann. 7 f ſcribit: In Euangelio dominus dicit: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uen-
tre eius fluent aquæ uiuæ. Vbi Euangeliſta ſubiungit, dicens: Hoc autem dixit de ſpiri-
tu, quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Riuuli ergo ſunt fluminis, dona ſpũs ſancti. Riuulus
eſt fluminis charitas, riuulus eſt fluminis fides, riuul⁹ eſt fluminis ſpes. Sed quoniã omnis
hypocrita, nec deũ, nec proximũ diligit, quum tranſitoriã mũdi gloriam quærit, riuulos
fluminis non uidet, quia irrigatione non infunditur charitatis. Hypocrita dum præſen-
tia lucra quærit, munera futura deſpicit, & fidem non habens, riuulum fluminis mente
Hebr. 11 a non uidet, quia eſt fides rerum argumentum non apparentium. Et dum retinet hypocri
ta quæ uidẽtur, ſpem negligit eorum quæ non uidentur. Riuulum ergo fluminis per de
fiderium non uidet, quia ſolis uiſibilibus intendit. Et ſcriptum eſt, Quod enim uidet
Rom. 8 c quis, quid ſperat? Riuulos ergo fluminis uidiſſet, ſi à præſentis mũdi gloria oculos clau
deret, eosq; ad cœleſtis patriæ amorem aperiret. Et notandum, q̃ non riuos, ſed riuu-
los dicit. Accipi enim riuuli fluminis poſſunt ea dona ſpiritalia, quæ in amãtis mentem
ita de cœleſtibus ſubtiliter currunt, ut per os carnis expleri non poſſint. Sæpe nanque
amantis animus tanto contemplationis munere repletur, ut uidere ualeat, quod loqui
non ualet. Fluminis autem torrens, eſt ipſa inundatio ſpiritus ſancti, quæ in contemptã
tis animum exuberanti infuſione colligitur, quum mens, pluſquam intelligere ſufficit,
repletur. Et ſciendum, quia quum nos ſpiritus ſancti gratia infundit, melle nos pariter,
& butyro replet. Mel enim deſuper cadit, butyrum uero ex animalium lacte colligitur.
Mel itaque ex aere, butyrum uero ex carne eſt. Summi autem patris unigenitus, quum
fit deus ſuper omnia, homo eſt factus inter omnia. Qui quum nos dulcedine diuinita-
tis ſuę, & myſterio incarnatiõis repleuit, melle nos pariter, & butyro ſatiauit. Quia ergo
ſpiritus Chriſti mentem, quam repleuerit, & diuinitatis eius dulcedine, & incarnationis
fide lætificat, iſti riuuli torrẽtis fluminis, mellis ſimul & butyri eſſe memorantur, quia &
de cognitione dei alta mentem ſuauitate reficiunt, & de incarnationis gratia chara-
ſmatis hanc myſterio perũgunt. Et libro 30. Moralium, capite quarto, exponens illud
Eccls 1. b Salomonis, Ad locum unde exeunt, flumina reuertuntur, ut iterum fluant: Ipſi quippe
illic flumina, qui hic fulgura ſunt uocati. Quia enim corda audientium rigant, dicun-
tur flumina, quia uero accendunt, fulgura uocantur. De quibus aliàs ſcriptum eſt: Elo-
Pſalm. 92 a uauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina uoces ſuas. Et rurſum: Illuxerunt ful-
Pſalm. 96 a gura orbi terræ. Ad locũ ergo de quo exeũt flumina reuertũtur, quia ſancti uiri & eius
fi à conſpectu creatoris ſui, cuius claritatem mente conſpicere conantur, foras propter
Eccls 1. b nos ad actiuæ uitæ miniſterium ueniunt, inceſſanter tamen ad ſanctum contemplatio-
nis ſtudium recurrunt, & ſi in prædicatione ſua exterius noſtris auribus per corporalia
uerba ſe fundant, mente tamen tacita ad conſiderandum ſemper ipſum fontem luminis
reuertuntur. De quibus & bene dicitur, Vt iterum fluant. Niſi enim ad contemplandum
Deum ſolicita ſemper mente recurrerẽt, nimirum interna cæcitas etiam exteriora prę-
dicationis eorum uerba ficcaret. Sed dum uidere deum indeſinenter ſitiunt, quaſi decur-
ſura foras flumina intus ſemper oriuntur, quatenus illic amando ſumant, unde ad nos
prædicando, defluant. Flumẽ quoq; humani generis decurſionem deſignat, ut diuus Gre-
gorius libro 33. Moral. capite ſeptimo, exponẽs illud Iob, Abſorbebit fluuium,
Iob. 40 c & non mirabitur, & habebit fiduciam, quod fluat Iordanis in os eius: Quid enim (ait)
hoc loco fluuij nomine, niſi humani generis decurſio deſignatur? Quę uelut à fontis ſui
origine naſcendo ſurgit, ſed quaſi ad ima defluens, moriendo pertranſit. Qui autem ſi-
gnantur appellatione Iordanis, niſi qui iam imbuti ſunt ſacramento baptiſmatis? Quia
Matth. 3 c enim redemptor noſter in flumine baptizari dignatus eſt, eius nomine debent omnes ba-
ptizati exprimi, in quo ipſum contigit ſacramentum baptiſmatis inchoari. Quia igitur
Behemoth iſte à mundi origine exortum (uix paucis electis euadentibus) humanum ge-

nus in ima defluens, uſq; ad redemptoris tempora, quaſi quendam in ſe fluuium traxit,
bene nunc dicitur, Abſorbebit fluuium, & non mirabitur. Quia uero & poſt mediatoris Iob 40. c
aduentum quoſdam qui recte uiuere negligunt, etiam fideles rapit, recte ſubiungitur,
Et habet fiduciam q̃ influat Iordanis in os eius. Ac ſi aperte diceretur: Ante redempto-
rem mundi mundum non miratus abſorbuit, ſed (quod eſt grauius) etiam poſt redem-
ptoris aduentum quoſdam, qui baptiſmatis ſacramento ſignati ſunt, deglutire ſe poſſe
confidit. Alios nanq; ſub Chriſtianitatis nomine poſitos deuorat, quia in ipſo eos fidei
errore ſupplantat, alios à rectitudine fidei nequaquam deuiat, ſed ad uſum prauæ ope-
rationis inclinat, alios quantum uult in operatione immunditiæ inflectere non ualet,
ſed apud ſemetipſos intus in ſtudio intentionis intorquet, ut dum à charitate mẽtem di-
uidunt, rectum non ſit quicquid extrinſecus operentur. Et fidem tenent, ſed uitam fidei
non tenẽt, quia aut aperte illicita faciunt, aut ex peruerſo corde quæ agunt, praua ſunt,
etiam ſi ſancta uideantur. Dicatur ergo abſorbebit fluuium &c. Neq; enim pro magno
diabolus habuit, q̃ infideles tulit, ſed toto nũc anniſu in illorum mortem ſe erigit, quos
contrà ſe regeneratos tabeſcit. Nemo igitur ſibi fidem ſine operibus ſufficere poſſe con-
fidat, quum ſcimus quod ſcriptum eſt, Fides ſine operibus mortua eſt. Et capite octauo: Iaco. 2 c
Habemus adhuc quod hac in re ſubtilius perpendamus. Hi enim, quos per Iordanem di-
ximus exprimi, poſſunt per fluuium deſignari. Qui enim fidem iam ueritatis agnoue-
runt, ſed uiuere fideliter negligunt, recte fluuius dici poſſunt, quia uidelicet deorſum flu-
unt. Iordanis uero Hebræo uocabulo, deſcenſio eorum dicitur. Et ſunt nonnulli, qui ui-
am ueritatis appetentes, ſemetipſos abijciunt, atque à uitæ ueteris elatione deſcendunt,
quũq; æterna cupiũt, ualde ſe ab hoc mũdo alienos reddũt, dum nõ ſolũ aliena nõ appe-
tunt, ſed etiã ſua derelinquũt, & non ſolũ in eo gloriã non quærũt, ſed hãc, quũ ſe obtule
rit, etiã contẽnunt. Hinc eſt enim q̃ uoce ueritatis dicit: Si qs uult uenire poſt me, abneget Lucæ 9 c
ſemetipſum. Semetipſum abnegat, q̃ calcato typho ſuperbiæ, ante dei oculos eſſe ſe à ſe
alienũ demonſtrat. Hinc Pſalmiſta ait: Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm. Pſalm. 41. 8
Iordanis q̃ppe (ut dixi) deſcẽſio, Hermonijm autẽ anathema, id eſt, alienatio interpretat.
De terra igitur Iordanis, & Hermonijm deo reminiſcitur, qui in eo q̃ ſemetipſum deijcit
atq; à ſe alienus exiſtit, ad cõditoris ſui memoriam reuocatur. Sed antiquus hoſtis hoc
pro magno non habet, q̃ ſub iurẽ ſuæ tyrannidis terrena quærentes tenet. Propheta q̃
pe atteſtante cognouimus, quia eſca eius electa. Neque enim mirum deputat, ſi eos ab-
ſorbeat, quos ſuperbia erigit, auaritia tabefacit, uoluptas dilatat, malitia anguſtat, ira
inflammat, diſcordia ſeparat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans necat. Abſorbebit er-
go fluuium, & non mirabitur, quia pro magno non æſtimat, quum eos deuorat, qui per
ipſa ſuæ uitæ ſtudia deorſum currunt: ſed illos magnopere rapere nititur, quos deſpe-
ctis terrenis ſtudijs, iungi iam cœleſtibus contẽplatur. Vnde abſorpto fluuio, recte ſub-
iungitur, Et habet fiduciam, q̃ influat Iordanis in os eius, quia illos inſidiando rapere
appetit, quos pro amore ſupernæ patriæ, à præſentis uitæ gloria ſemetipſos deijcere a-
gnoſcit. Antiquus ergo hoſtis habet fiduciam, q̃ in os eius & Iordanis influat, quia nõ-
nunquam calliditatis ſuæ inſidijs etiam eos, qui iam electi putantur, necat. Flumen quo
que, eſt ſeculi actio, ut inquit diuus Gregorius libro ſexto Moralium, capite undecimo,
exponens illud prophetæ, Tranſi flumina: Flumina (inquit) tranſit, qui actiones huius Eſa. 47 a
ſeculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indeſinenter appetit, dumq; alias relinquit,
alias aſſequitur, quaſi de flumine ſemper ad flumen tranſit. Et libro duodecimo Morali-
um, capite quinto, exponens illud Iob, Quomodo ſi recedãt aquæ de mari, & fluuius ua- Iob 14 b
cuefactus areſcat, ſic homo, quum dormierit, non reſurget, hoc modo ſcribit: Mare, mẽs
hominis, & quaſi fluctus maris, ſunt cogitationes mentis, quæ aliquando per iram tu-
meſcunt, per gratiam tranquillæ fiunt, per odium cum amaritudine defluunt. Sed quum
homo moritur, aquæ maris recedunt, quia iuxta Pſalmiſtæ uocem, In illa die peribũt o- Pſal. 145. 8
mnes cogitationes eorum. Et rurſum de moriente ſcriptum eſt, Amor quoque & odi-
ũm ſimul peribunt. Areſcit ergo fluuius uacuefactus, quia ſubducta anima, uacuum re-
manet corpus. Quaſi enim alueus fluminis uacuus, eſt corpus examine. Qua in re uigi- Eccls 9. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ianter intuendum est,quia uita præsens, uidelicet quousq; anima moratur in corpore, mari comparatur,& fluuio. A qua enim maris,amara est,fluminis,dulcis. Et quia hic uiuentes,modo quibusdam amaritudinibus afficimur,modo autem dulcedine tranquillitatis inuenimur,præsentis uitæ decursus comparatione exprimitur maris,& fluminis. Sed in his durum ualde uidetur esse,quod subditur,Sic homo,quum dormierit, nõ resurget. Sed subiuncta sententia indicat,quæ discretio in præmissa lateat. Nam subditur,Donec atteratur cœlum,non euigilabit,neq; consurget de somno suo. Liquet enim quia nõ resurget, scilicet donec atteratur cœlum,quia nisi mundi huius finis aduenerit, humanum genus à somno mortis ad uitam non euigilabit. Non ergo quia omnino nõ resurgat,sed quia ante contritionem cœli,humanum genus minime resurgat, insinuat.

Iob 22 c Scriptum quoq; est in Iob,Et fluuius subuertit fundamẽtum eorum, hoc est ipse cursus

Cant.8 c mutabilitatis statum in eis subruit peruersæ constructionis, ut diuus exponit Gregorius. Et in Cantico Canticorum: Aquæ multæ non poterũt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. ubi diuus Gregorius scribit: Charitate quippe martyres sancti uiuaciter ardebant,quia in dei,& proximi dilectione mirabiliter flagrabant. Hanc charitatem aquæ multæ extinguere non poterant,quia quantæcunq; tribulationes eis fierent,ad odium eos transmutare non ualebant. Hoc nimirum esset charitatem extinguere,si in tribulationibus,quas ingerebant,ad dei, aut proximi odium eos humiliare posset. Sed quum aquæ dictæ sint,quid rursum per flumina,nisi aquarum ipsarum incrementa,& uiuacitas intelligitur? Flumina quippe uiuas aquas solere dici cognoscimus. Flumina ergo maximas tribulationes accipimus, quæ dum per totum orbem sunt per martyres ebullierunt,ad extinguendum charitatis ignem grandi impetu confluxerunt. Sed quia inter flumina adeo charitatis uigor uixit, ut potius flumina consumerẽt, quàm se ab illis extingui permitteret,ideo multi etiam persecutorum ad eandem charitatem se conuertebant,ita ut dimitterent quicqd in mundo possidebant,& seipsos morti darent,quam prius patientibus inferebant. Et in Ezechiele scriptum est, Iuxta fluuium

Ezech.1 a Chobar aperti sunt cœli,& uidi uisiones dei: Chobar,interpretatur grauitas. Fluuius autẽ

Zach.5 c Chobar humanum genus congrue designat(ut diuus ait Gregorius homilia 10 da)quod ab ortu defluit ad mortem,& graue sibi est ex peccatis,quæ & perpetrat,& portat,quia sicut scriptum est,Iniquitas in talento plumbi sedet. Omne enim peccatum grue est,quia non permittit animam ad sublimia leuari. Ezechiel fortitudo dei dicitur,Dei zi despectus,uel contemptus. Venit ergo Ezechiel iuxta fluuium Chobar,quia fortitudo dei per incarnationis suæ mysterium propinquare dignata est peccatorum suorum

Psalm.1 a pondera portanti generi humano,quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem, sicut de illo per Psalmistam dicitur: Et erit tanquam lignum,quod plãtatum est secus decursus aquarum. Iuxta decursus quippe aquarum plantatus est, quia iuxta lapsus incarnatus est defluentiũ populorum. Sed Ezechiel filius est Buzi,quia ex illo populo unigenitus dei incarnari dignatus est,quem propter culpam perfidiæ dominus despexit. Fortitudo ergo dei ex contemptu,uel despectu nascitur, quia redemptor noster humanitatẽ assumere ex populo perfido, & contempto dignatus est.

De eodem flumine. Cap. XXXII.

Ezech.29 a ORigenes quoq; homilia 13. in Ezechielẽ: De Pharaone(inquit) iam aliqua fermo memorauit,affirmans eum draconem sedentem in medio fluminum,atq; dicentẽ, Mea sunt flumina,& ego feci illa. Noui ego differentias fluminum, & scio flumina, in quibus draco sedeat,super quę flumina hi qui de Israel capti fuerant sedentes,quũ carmẽ

Psal. 136 a Sion canere non possent,flebant,secũdum id quod in Psalmis scriptum est,Super flumina Babylonis illic sedimus,& fleuimus. Et scio aliud flumen,cuius impetus lætificat ciuitatem dei,iuxta Psalmistæ uocem dicentis,Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Vis audire quis est iste fluuius,cuius impetus lætificat ciuitatem dei? Iesus Christus dominus noster est fluuius,cuius impetus lętificat ciuitatem dei. Iste est qui ait per Esaiam,

Esaiæ 44 d Ioann.4 b Ecce ego declino in uos quasi fluuius pacis. Scio ego quosdam esse fluuios repromissos qui ex hoc fluuio manãt. Omnis enim qui biberit ex aqua ista,sitiet rursum: qui autem

biberit ex aqua,quam ego dedero(ait Iesus) non sitiet in æternum, sed erit fluuius in eo Ioan.7 f.
fons aquæ salientis in uitam æternam,& flumina de uentre eius egredientur. Habes igitur fluuios sanctos,à quib⁹ procul est draco. Quomodo enim tria impossibilia sunt mis- Prou.30 c
hi ad intelligendum,uia serpentis supra petram,petra autem erat Christus,& nõ est uia
serpentis,ubi est Iesus: sic nõ possum in his fluminibus draconis inuenire uestigia. Est au- 1.Cor.10 b
tem quidam fluuius,quem draco fecit,dicit quippe draco,& comminatur deus tam dra-
coni,quàm fluuijs,in quibus est draco: Mea sunt flumina,& ego feci illa. Audi hæreticũ Ezech.29 a
cum omni uersutia,& ingenio prædicantem,necdum uenisse Iesum Christum. Ista sunt
flumina in quibus uersatur draco,& ipse fecit ea,& dixit draco: Mea sunt flumina, & ego feci illa. Idcirco diligenter attẽde,quum aquam biberis,ne forte de illo fluuio bibas,
in quo sedit draco: sed bibe ex aqua uiua,& de eo fluuio in quo est sermo dei,in quo dominus noster Iesus Christus. Et in psalmo scriptum est, Quia ipse super maria fundauit Psalm.23 a
eam,& super flumina præparauit eam. Vbi Cassiodorus hoc pacto scribit: Quid est super maria fundare, nisi supra uitiorum huius seculi tremulos fluctus Ecclesiam firmissima credulitate solidare,ut anchora fidei fundata,procellas cuiuslibet periculi nõ paueſcat? Vnde & Apostolus dicit: Quam sicut anchoram habemus animæ fixam,atq; turam. Si Hebr.6 d
mili modo & super flumina dicit esse præparatam,quoniam ad uoluntates turbulentas perſecutorum aptatam constat ecclesiam, ut ei prauę uoluntates nocere non ualeant, quamuis contra eam insana mentium præcipitatione consurgant. Et Augustinus: Ipse super maria fundauit eam: Ipse firmissime stabiliuit eam super omnes fluctus seculi huius,ut ab ea superentur,nec nocerẽt ei. Et super flumina præparauit eam. Flumina in mare fluunt,& cupidi homines labuntur in seculum. Etiam istos superat ecclesia,quæ deuictis per dei gratiam cupiditatibus secularibus, ad recipiendam immortalitatis claritatẽ parata est. Et rursus per Psalmistam dicitur, Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Is Psalm.54 a
iste fluuius est,de quo ipsa ueritas ait: Quí credit in me,nõ sitiet unquã,sed fiet in eo fons Ioan.4 b
aquæ salientis in uitam æternam. Et bene dixit,Impetus fluminis, quia nihil palustre, nihil morosum cursus eius sustinet,quum se potentia diuinitatis infuderit. Lætificat ciuitatem dei,id est ecclesiam,uel animam. Et Augustinus: Conturbantur(inquit) mõtes, quum sæuit mare,non deserit deus ciuitatem suam per impetus fluminis,id est inundationem illam spiritus sancti,de qua dominus dicebat: Si quis sitit, ueniat, & bibat. Qui Ioan.7 ẽ
credit in me,flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Ergo hæc flumina fluebãt de uẽtre Pauli,Petri,Ioannis,aliorum Apostolorum,aliorum Euangelistarum fidelium. Hęc flumina,quum fluant ab uno flumine,multi impetus fluminis lætificant ciuitatem dei. Nam ut noueritis hoc de spiritu sancto dictum,in eodem Euangelio consequenter dicit Ibidem
Euangelista: Hoc autẽ dicebat de spiritu,quẽ accepturi erant hi q in eum erant credituri. Spiritus autem nondum erat datus,quia Iesus nondum erat glorificatus. Glorificato Iesu post resurrectionem,glorificato post ascẽsionem, die Pentecostes uenit spiritus sanctus,impleuit credentes,locuti sunt linguis,prædicare Euangelium cœperunt gentibus. Act.2 a
Hinc ciuitas dei lætificabatur. Et psalmo sexagesimoquarto scriptum est, Flumen dei re- Psal.64 c
plenum est aquis. Bene(inquit Cassiodorus) misericordia domini plenissimo fluuio cõparatur. Non enim aliqua siccitate potest imminui, qui potationibus crebris nescit expẽdi. Mundialis aqua,aut imbribus accipit augmentum,aut siccitate defectũ,dei uero fluuius semper plenus,semper æqualis est,de quo dictum est,Fluminis impetus lætificat ci- Psalm.45 a
uitatem dei. Et Augustinus,Fluuius dei repletus est aqua. Quid est fluuius dei? Populus dei. Primus populus repletus est,unde & cætera terra rigaretur. Audi illum promittentem aquam: Si qs sitit &c. Si flumina,& unus fluuius,quia propter unitatem multi unũ sunt,multæ Ecclesiæ,& una Ecclesia. Crediderunt multi Israelitæ,& impleti sunt spiritu Ioan.7 f
sancto,inde diffusi sunt per gentes,cœperunt prędicare ueritatem,& de fluuio dei,qui impletus est aqua,irrigata est tota terra. Et alio in loco scriptum est, Eleuauerunt flumina Psal. 92.a
domine,eleuauerunt flumina uocẽ suam &c. Stabat Iesus & clamabat, Qui credit in me Ioan.7 f
sicut scriptura dicit,flumina &c. Ecce iam ipsum caput fluminum clamat,ipse fons uitæ unde sunt flumina curſura,leuauit prior uocem suam. Misit spiritum suum sanctum,im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pleuit discipulos. Ipse spiritus magnum flumẽ, de quo dictum est, Fluminis impetus &c.
Psal.45 a unde impleta sunt multa flumina, quæ accepto spiritu sancto eleuauerũt uoces suas. Nã
ubi impleti sunt spiritu sancto, accersierunt eos Iudæi, & præceperunt eis, ne omnino los
Act.4 d querentur, neq; docerent in nomine Iesu. Petrus autem, & Ioannes dixerunt ad eos: Si iu-
stum est coram deo, ut uobis obediamus magis quàm deo, iudicate. Nõ enim possumus
quæ uidimus, & audiuimus non loqui. Eleuauerunt ergo flumina uoces suas. Stetit Pe-
trus cum undecim, & eleuata uoce dixit ad eos: Viri Iudæi &c. quibus annunciat Iesum
Psalm.97 b fine timore cum magna fiducia. Et in alio loco ait Psalmista: Flumina plaudent manibus
bus in id ipsum, commoueatur mare in persecutionibus, & flumina plaudant manibus
in ipsum. Fiunt persecutiones, & gaudent in animo. Quid est plaudere manibus? Gaude
re operibus. Quæ flumina? Quos deus fecit flumina, dando illis illam aquam spiritum
Ioann.7 f sanctum. Si quis sitit (inquit) ueniat, & bibat &c. Ista flumina operibus gaudebãt, & deũ
Psal.35 e 2 benedicebant (ut inquit Augustinus.) Et alio in loco Psalmista ait: Super flumina Baby
lonis illic sedimus, & fleuimus, ubi diuus Augustinus hoc pacto scribit: Flumina Baby
lonis sunt omnia quæ hic amantur, & transeunt. Amauit qs agriculturam ipsam exerce
re, inde dilescere, ibi occupare animũ, inde percipere uoluptatem. Attẽdat exitũ, & uideat
illud quod amauit non esse fundamentum Hierusalem, sed fluuiũ Babylonis. Alius dix-
xit: Magna res militare. Omnes agricolę formidant eos qui militant, obsequuntur eis.
O insane, in alium re Babylonis fluuium precipitasti, & turbulentiorem, & rapaciorem,
& quum tu timeri uis à minore, time maiorem potestatem. Aduocatum esse (inquit) ma
gna res est, potentissima eloquentia in omnibus habere suspectos, pendentes ex lingua
diserti patroni sui, & ex eius ore sperantes uel damna, uel lucra, uel mortẽ, uel uitam. At
lius & iste fluuius Babylonis est, & quod multũ sonat, strepitus aquę in saxa percutit. At
tende, quia fluit, & labitur, caue, qa trahit. Alij ergo ciues sanctæ Hierusalem intelligen
tes captiuitatẽ suã, attendũt humana uota, & diuersas hoĩm cupiditates hac, atq; illac ra
pientes, trahẽtes, impellentes in mare. Videt hæc, & nõ se mittũt in flumina Babylonis,
sed sedent sup flumina Babylonis, uel illos q rapiũtur, uel seipsos q in Babylonia esse me
ruerunt, sedentes tamen, hoc est humilitate humiliati, sedeamus super flumina, non tra
fra flumina, uel sub fluminib⁹, aut in fluminibus Babylonis. Talis sit humilitas nostra,
ut nos non mergat. Illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. O sancta Sion
ubi totũ stat, & nihil fluit. Quis nos in ista præcipitauit? Quare dimisimus conditorem
tuum, & societatem tuã? Ecce inter fluentia, & labentia constituti, uix quisq; raptus à flu
mine, si tenere lignum potuerit, euadet. Dum recordaremur tui Sion. O pax illa, qui alio
debimus apud deum. O pax illa, & sancta æqualitas Angelorum, o illa uisio, & spectacu
lum pulchrum. Ecce in Babylonia pulchra sunt, quæ tenent, non te teneant, non deq;
ant. Aliud est solatium captiuorum, aliud gaudium liberorũ. Et diuus Hieronymus co
Abac.3 b ponens illud Abacuc, Nũquid in fluminibus iratus es dñe, aut in fluminibus furor tuus
uel in mari indignatio tua? hoc modo scribit: Sunt & bona flumina, sunt & mala. Bonæ
Psalm.45.a fluminum illud exemplum est, Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et flumina de
Ioan.7 f
Ezech.29 a uentre eius fluẽt aquæ uiuæ. Malorum illud quod Pharao loquitur in Ezechiele, Mea
sunt flumina, & ego feci illa, in quibus draco habitat, & multa his similia. Et dicimus
uerba diuina, quæ manifestiora sunt, & quasi potum sitientibus præbent, hæc dici flumi
na. Hæreticorum quoq; eloquentia quę contra ueritatem, & ecclesiã fluit, flumina sunt,
Abac.3 b quibus irascitur dominus. Et paulo inferius ait, Fluuios scindes terræ, id est, reges terræ
Esaiæ 42 e aduersus tuum populum dimicantes, diuides, atq; disperges. Et Esaiæ 41. cap. scriptum
est: Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes & cæt. ubi scri
bit Hieronymus: Quæ flumina ex illo fluuio duxere principium, qui in psalmis legitur.
Psal.45 a Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et in alio loco, Fluuius dei repletus est aquis.
Hierem.2 c Quę aquę, & fontes de illo fonte manarunt, qui per Hieremiam loquitur, Me dereliquerũt
Esaiæ 12 a runt fontem aquę uiuę. Et suprà in hoc eodem propheta dicitur: Bibent aquas de fon-
Ioan.4 b tibus saluatoris, de quibus aquis & saluator in Euãgelio mystico sermone dicebat: Qui
biberit de aqua &c.

Incipit

INCIPIT LIBER QVARTVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid quatuor paradisi flumina mystice norent. Caput I.



VID autem tum paradisus, tum eius quatuor flumina mystice no
tent, diuus Ambrosius libro de paradiso, cap. 3. hoc pacto scribens
declarat: Est ergo paradisus terra quædã fertilis, hoc est anima fœ
cunda in Eden plantata, hoc est in uoluptate quadam, uel exercita
ta terra, in qua animæ sit delectatio. Est enim uir tanquã Adam, est
& sensus tanq̃ Eua. Ac ne haberes quod ad infirmum retorqueres
naturæ, uel ad obnoxiam in tolerandis periculis conditionem, con
fidera quæ habeat anima ista subsidia. Erat fons, qui irrigaret pa
radisum. Qui fons nisi dominus Iesus Christus, fons uitæ æternæ sicut & pater? Quia Psalm.35
scriptum est: Quoniã apud te fons uitæ. Deniq; flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ, Ioann.7 f
Et fons legitur, & fluuius legitur, qui irrigat paradisi lignũ fructuosum, quod ferat fru
ctum in uitam æternã. Hic ergo fons (sicut legisti.) Fons enim procedit (inquit) ex Eden
id est, in anima tua fons est. Vnde & Salomõ ait: Bibe aquam de tuis uasis, & de puteo⁹
tuorum fontib⁹. Hic est fons qui procedit ex illa exercitata, & plena uoluptatis anima. Prou.5 a
Hic fons qui irrigat paradisum, hoc est uirtutes animæ eminentissimo merito pullulan
tis: Et diuiditur (inquit) hic fons in quatuor initia. Nomẽ est uni Phison. Hic est qui cir
cuit totam terrã Euilath, ubi est aurum. Terræ autem illius aurum bonũ est, ubi est car
bunculus, & lapis prasius. Et nomen secundi Geon. Hic est qui circuit omnem Aethio
piam. Et flumen tertium Tigris. Hic est qui uadit contra Assyrios. Et flumen quartum
est Euphrates. Hæc igitur quatuor sunt flumina, hoc est Phison, secundum Hebrços Phi
son dicitur, Ganges autem secundum Græcos, qui fluit contra Indiam, Geon autem Ni
lus, qui circuit terram Aegypti, uel Aethiopiam. Mesopotamia autem dicitur, q̃ Tigris
& Euphrates incluserint eam, eo q̃ inter duo hæc flumina constituta sit, quod etiam lõ
gę positis nomen ipsum, & opinio communis expressit. Sed quemadmodum fons dici
tur sapientia dei: Fons enim est secundum Euangelium, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me Ioan.7 f
& bibat: Fons est & secundũ prophetam, qui ait: Venite, & edite de meis panibus, & bibi Prou.9 a
te uinum quod miscui uobis: Sicut ergo fons uitæ est sapientia, fons gratiæ spiritalis, ita
fons uirtutum est cæterarum, quæ nos ad æternæ cursum dirigunt uitæ. Ex hac igitur
anima, quæ culta est, non ex ea, quæ inculta, fons iste procedit, ut irriget paradisum, hoc
est quæ iam diuersarum fruteta uirtutum, quarum sunt quatuor initia, in quæ sapientia
ista diuiditur. Quæ sunt quatuor initia uirtutum, nisi unum prudentiæ, aliud temperan
tiæ, tertium fortitudinis, quartum iustitiæ, quæ etiam sapientes istius mundi ex nostris
assumpta, in suorum scripta librorum transtulerunt? Itaq; sicut fons sapientiæ, ita etiam
flumina ista quatuor quædam ex illo fonte manantia sunt fluenta uirtutum. Phison igi
tur prudentia est, & ideo habet bonum aurum, splendidum carbunculum, & prasium la
pidem. Aurum enim pro inuentis prudentibus frequenter accipimus. Vnde & dominus
per prophetam ait: Dedi illis aurum, & argẽtum. Et Dauid de prudentibus dicit: Si dor- Psal.67 e
miatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in spe
cie auri, eo q̃ qui ueteri, & nouo inhæserit testamento, in ipsa secreta sapientiæ dei, dis
putationis possit ubertate procedere. Hoc bonum aurum dicit, nõ monetale, quod
corruptibile, ac terrenum est. Habet etiam splendidum (inquit) carbũculum, in quo qui
dem animæ nostræ uiuit igniculus. Habet & Prasium lapidem, qui uiride quiddam, atq;
uitale coloris sui specie ostentare uideatur. Virent enim arbusta quæ uiuunt, arescunt
contrà, quæcunq; moriuntur. Viret terra, dum floret, uirent & semina, dum prorumpũt.
Et bene primo loco hic fluuius positus est Phison, qui secundum Hebræos Feoison dici
tur, hoc est oris mutatio, qui non unam gentem circunfluit, sed etiam per Lydiam fluit.
Non enim angusta quædam, sed diues utilitatum prudentia est, quæ pluribus prosit. In
deo prima, ut si quis de paradiso fuerit egressus, ueluti quoddam cum prudentiæ flumen

u iij excipiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

excipiat,ne cito possit arescere,sed per hãc facile ad paradisum reuertatur. Hic fluuius à multis hominibus frequentatur,pulchritudinemq́;,& fertilitatem maximã habere perhibetur. Et ideo prudentia in specie huius accipitur,quæ plurimos fructus attulit in domini saluatoris aduentu. Atq; in extrema terrarũ fluit,quia per sapiẽtiam omnes homi-
Psalm.18.a nes sunt redempti. Vnde & dictum est:In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines terræ uerba eorum. Secundus est fluuius Geon,iuxta quem lex data est Israelitis, quum essent in Aegypto cõstituti,ut ex Aegypto recederent,& succincti lũbos,ederent agnum, quod insigne est temperantiæ. castos enim,& sanctificatos oportet dñi pascha celebrare. Et ideo iuxta istum fluuium legitima primo obseruantia constituta est, quia significat nomen hoc quendam terræ hiatum. Sicut igitur terra,& quæcunq; uel purgamenta uel sordes in eo sunt,hiatu absorbet, ita castitas omnes corporis passiones abolere consueuit. Meritoq; ibi primum obseruantiæ constitutio,quia per legem absorbetur carne peccatum. Bene ergo Geon,in quo figura est castitatis circumire terram Aethiopiam dicitur,ut abluat corpus abiectum,& carnis uilissimæ restinguat incẽdium. Aethiopia enim abiecta,& uilis,latina interpretatione signatur. Quid autem abiectius nostro corpore? Quid tam Aethiopiæ simile, quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum? Tertius est fluuius Tigris,q uadit cõtra Assyrios,ad quẽ præuaricator Israel captiuus est ductus. Hic fluuius uelocior dicitur esse omnibus,quem incolunt Assyrij, hoc est dirigentes,hoc enim significat interpretatio. Ergo quicunq; fortitudine animi præualentia corporis uitia captiuauerit,dirigẽs ad superna,iste huius fluminis similis æstimatur. Et ideo etiam fortitudo de illo,qui est in paradiso dei,fonte emanat. Fortitudo autem quodam cursu rapido resistentia quæq; transuerberat,nec aliquibus cursus eius impedimentorum hęret obstaculis. Quartus est fluuius Euphrates,qui latine fœcunditas, atq; abundantia fructuum nuncupatur,prẽferẽs quoddã insigne iustitiç,quę oẽm pascit animam. Nulla enim abundantiores uidetur habere fructus uirtus,quàm çquitas,atq; iustitia,quę magis alĳs,quàm sibi prodest,utilitates suas negligit,communia emolumenta prẽponens. Pleriq; Euphatem ἀπὸ τῆς εὐφροσύνης dictum putant,hoc est à lętando, eo quòd hominum genus nullo magis,quàm iustitia,& çquitate lętetur. Causam autem cur eorum quà commeant fluuij,describuntur regiones locorum,quà Euphrates commeat, non describatur,illam accipimus,quia aqua eius uitalis afferitur,& quę foueat,atq; augeat. Vnde Auxen eum Hebrçorum,& Assyiorum prudentes dixerunt. Contrà autem fertur esse aqua aliorum fluminum. Deinde quia ubi prudentia, ibi & malitia, ubi fortitudo ibi iracundia,ubi temperantia,ibi intemperantia plerunq; est,aut alia uitia sunt: ubi autem iustitia,ibi concordia uirtutum est cęterarum,ideo non ex locis quà fluit, hoc est nõ ex parte cognoscitur. Non enim pars est iustitia,sed quasi mater est omnium. In hoc ergo fluminibus quatuor,uirtutes principales quatuor exprimuntur,quę ueluti mundi istius incluserunt tempora. Primum igitur tempus ex mundi principio usq; ad diluuium fuit,quo in tempore iusti numerantur: Abel à deo iustus dictus, & Enos, hoc est,ad imaginem dei factus,qui sperauit inuocare nomẽ domini dei: Et Enoch, qui dicitur latine dei gratia,raptus ad cœlum. Et Noe,qui & ipse iustus,& quędam requietis directio. Secundum tempus est Abrahã,& Isaac,& Iacob,reliquorumq; numerus patriarcharum,in quibus casta,& pura quædam temperantia religionis effulsit. Immaculatus enim Isaac per repromissionem Abrahæ datus est filius, non tam corporalis partus, q̃ diuinæ munus præferens indulgentiæ, in quo uera immaculati figura præcessit, ut Apostolus docet,dicens: Quia Abrahæ dictæ sunt repromissiones,& semini eius. Non dicit,seminibus tanquam multis,sed ficut in uno,& semini tuo,qui est Christus. Tertiũ tempus est in Moysi lege,& cæteris prophetis. Deficiet enim me tempus enarrãdi de Gedeõ, Barac,Samson,Salomone,Dauid,& Samuel,& cæteris prophetis,Anania,Azaria,Misael,Daniel,Helia,Helisęo,qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam,pepererunt repromissiones,obstruxerunt ora leonum,extinxerunt uirtutem ignis,effugerunt aciem gladij,cõualuerunt de infirmitate,fortes fuerunt in bello,castra ceperũt exterorũ. Non immerito igitur in his species fortitudinis est. Sancti enim sunt,ficut infrà habes,qui

Gene.4.a
Matt.23.d
Gene.4.d
Gene.5.d
Gene.6.a
Galat.3.c
Hebr.11.f

tati,in mactatione gladij mortui. Circuierunt in caprinis pellibus,egẽres angustiati,& doloribus afflicti,quorum meritis non erat dignus orbis: In solitudinibus errãtes,in mõtibus,in spelũcis,& in foueis terræ. Recte igitur in his speciem fortitudinis collocamus. Secundum autem Euangelium digna est figura iustitiæ, quia uirtus est in salutem oĩni credenti. Deniq; ipse dominus ait: Sine modo,sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Quæ quidem parens cæterarum est fœcunda uirtutum quadam ui. In quo aliquarum,quas diximus,principalis est uirtus,in eo etiam cæterę præsto sunt,quia ipsę sibi sunt connexæ,concretæq; uirtutes. Nam utiq; Abel iustus,& fortissimus, ac patientissimus Abrahã,& prudentissimi prophetæ,& Moyses eruditus in omni sapiẽtia Aegyptiorum,maiorem honestatem æstimauit Aegypti thesauris opprobriũ Christi. Et qs sapiẽtior,q̃ Daniel? Salomon quoq; sapientiam poposcit,& meruit. Dictum est ergo de quatuor uirtutum fluminibus,quorum potus est utilis. Et quia Phison aurum bonum terræ,& carbunculum,& lapidem prasium habere dictus est,hoc quoq; quale fit considere mus. Videtur enim nobis tanquam aurum bonum Enos,qui prudenter dei nomen scire desiderauit. Enoch autẽ qui trãslatus est,& mortem non uidit,carbunculus quidã est laporis boni odoris,quẽ operibus suis sanctus Enoch deo detulit,gratiam quandã factis,& moribus spirãs. Noe uero tanquã prasius lapis uitalẽ colorem prætulit. Siquidem diluuij tempore solus uelut assuturæ constitutionis uitalis semen in illa arca est reseruatus. Ergo bene paradisus,qui pluribus fluminibus irrigatur. Secundum orientẽ,non cõtra orientẽ,hoc est secundum ilium orientem,cui nomen est oriens,id est secundum Christũ, qui iubar quoddam æternæ lucis effudit,& est in Eden,hoc est in uoluptate.

Rom.12.a
Matth.3.b
Act.7.c
Hebr.11.e
Gene.4.d
Gene.5.d
Gene.6
Zach.6.d

De eisdem paradisi fluuijs,secundum Augustinum. Cap. II.

Dluus quoq; Augustinus libro 2. contra Manichæos de eisdem paradisi fluuijs,hoc pacto scribit: Flumẽ autem quod procedebat ex Eden,id est ex delicijs,& uoluptate,& epulis,quod flumen à Prophęta significatur in Psalmis, quũ dicit, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. (Hoc est eĩ Eden,quod latine uoluptas dicitur) diuiditur in quatuor partes,id est quatuor uirtutes significat,prudentiã,fortitudinem,tẽperantiam,& iustitiam. Dicitur autẽ Phison ipse esse Gãges,Geon autẽ Nilus,quod etiã in Hieremia propheta animaduerti potest,nunc alĳs nominibus appellãtur. Sicut nunc Tibris dicitur fluuius,qui prius Albula dicebatur. Tigris uero,& Euphrates etiam nunc eadem nomina tenent,quibus tamen nominibus uirtutes (ut dixi) spiritales significãtur. Quod etiam in pforũ nominum interpretatio docet,si quis Hebræam linguã,uel Syram consideret. Sicut Hierusalẽ,quãuis sit uisibilis,& terrenus locus,significat tamen ciuitatem pacis spiritaliter,& Sion,quamuis sit mons in terra,speculationem tamen significat,& hoc nomen in scripturarum allegorĳs ad spiritalia intelligenda sæpe transfertur. Et ille qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho,sicut dominus dicit,& in uia uulneratus,saucius,& semiuiuus relictus est à latronibus,utiq; locos istos terrarum,quamuis secundum historiam in terra inueniuntur,spiritaliter cogit intelligi. Prudẽtia ergo,quæ significat ipsam contemplationem ueritatis,ab omni ore humano alienam,quia est ineffabilis, quam si eloqui uelis,parturis eam potius,q̃ paris,quia ibi audiuit & Apostolus ineffabilia uerba quæ nõ licet homini loq. Hæc ergo prudentia terrã circumit,quæ habet aurum,& carbũculum,& lapidem prasinum,id est disciplinam uiuendi,quæ ab oĩbus terrenis sordibus quasi decocta nitescit,sicut aurũ optimũ,& uerũ,quod nulla falsitas uincit,sicut carbunculi fulgor nocte non uincitur,& uitam æternam,quę uiriditate lapidis prasini significatur,propter uigorem,qui non arescit. Fluuius autem ille qui circumit terram Aethiopię multum calidam,atq; feruentem,significat fortitudinem,calore actionis alacrem, atq; impigram. Tertius autem Tigris uadit contra Assyrios,& significat temperantiam,quę resistit libidini multum aduersanti consilĳs prudentiæ. Vnde plerũq; in scripturis Assyrij aduersariorum loco ponũtur. Quartus fluuius nõ dictũ est cõtra quid uadat, aut quã terrã circumeat, iustitia enim ad omnes partet animæ pertinei,quia ipse ordo,& æqtas animæ est,qua sibi ista tria concorditer copulãtur,prima prudẽtia,secũda fortitudo, tertia tẽperantia,& in ista tota copulatione,atq; ordinatiõe perficiũt iustitiã. Et Eucherius

Psalm.35.b

2.Cor.12.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene. 2 b libro primo in Geneſim: Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen uni Phiſon. Ipſe eſt Ganges, qui nunc dicitur Nilus, qui Aethiopiæ partes irrigat. Tigris uero, & Euphrates, etiam nunc nomina eadem tenent. Sed Euphrates fluuius eſt Meſopotamiæ, Tigris uero contra Aſſyrios uadit, & poſt multum circuitũ influit in mare rubrum. Vocatur enim hoc nomine propter uelocitatem adinſtar beſtiæ nimia uelocitate currentis. Plantauerat autem dominus deus paradiſum à principio. Paradiſus Eccleſia eſt: ſic eñ de illa legitur in Cãticis Canticorũ, Hortus concluſus ſoror mea. A principio autẽ paradiſus plantatur, quæ Eccleſia catholica à Chriſto principio omnium cõdita eſſe cognoſcitur. Fluuius de paradiſo exiens, imaginẽ portat Chriſti de paterno fonte fluentis, qui irrigat Eccleſiã ſuã uerbo prædicationis ex dono baptiſmi. Quatuor autem paradiſi flumina, quatuor ſunt Euangelia ad prædicationem cunctis gentibus miſſa. Ligna fructifera, oẽs ſancti ſunt, fructus eorum, opera eorũ. Lignum autem uitæ, ſanctus ſanctorum Chriſtus uidelicet, ad quem quiſq; ſi porrexerit manum, uiuet in æternum. Lignum autem ſcientiæ boni, & mali, proprium eſt uoluntatis arbitrium, quod in medio eſt poſitum, ad dignoſcendum bonum, & malum, de quo qui relicta gratia dei guſtauerit, morte morietur. Et Auguſtinus libro de ciuitate dei 13. cap. 21. hoc pacto ſcribit: Vnde nonnulli totum illum paradiſum, ubi primi hoĩes parentes generis humani ſanctæ ſcripturæ ueritate fuiſſe narrantur ad intelligibilia referũt, arboreſq; illas, & ligna fructifera in uirtutes uitæ, monereſq; cõuertunt, tanq̃ uiſibilia, & corporalia illa non fuerint, ſed intelligibiliũ ſignificandorum cauſa eo modo dicta, uel ſcripta ſint. Quaſi ,ppterea non potuerit eſſe paradiſus corporalis, qa poteſt etiam ſpiritalis intelligi, tanq̃ ideo nõ fuerint duæ mulieres Agar, & Sara, & ex illis duo filij Abrahæ, unus de ancilla, alius de libera, qa duo teſtamenta in eis figurata dicit Apoſtolus, aut ideo de nulla petra Moyſe percutiẽte aqua defluxerit, qa poteſt illic figurata ſignificatione etiam Chriſtus intelligi, eodem Apoſtolo dicente, Petra autem erat Chriſtus. Nemo itaq; prohibet intelligi paradiſum, uitam bonorũ (aliàs beatorum) quatuor eius flumina, quatuor uirtutes, prudẽtiã, fortitudinem, temperantiam, atq; iuſtitiã, & ligna eius omnes utiles diſciplinas, & lignorum fructus, mores piorum, & lignũ uitæ, ipſam bonorũ omniũ matrẽ ſapientiam, & lignum ſcientiæ boni, & mali, trãſgreſſi mãdati experimentũ. Pœnã enim peccatoribus bene utiq;, quoniã iuſte conſtituit deus, ſed non bono ſuo experitur homo. Poſſunt hæc etiã in Eccleſia intelligi ut ea melius accipiamus, tanq̃ prophetica indicia præcedentia futurorũ. Paradiſum ſiquidem licet ipſam Eccleſiã, ſicut de illa legitur in Cantico Canticorũ, Quatuor autẽ paradiſi flumina, quatuor Euãgelia, ligna fructifera, ſanctos, fructus autẽ eorũ, opera eorum, lignum uitæ, ſanctum ſanctorum utiq; Chriſtum, lignum ſcientiæ boni, & mali, proprium uoluntatis arbitrium. Nec ſeipſo quippe homo diuina uoluntate contẽpta, niſi pernicioſe uoluntatis poteſt, atq; ita diſcit, quid interſit, utrum inhęreat communi omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur ſibi, ut inde timoribus, mœroribusq; cõpleatur, cantet in Pſalmo, ſi tamen mala ſua ſentit: Ad meipſum anima mea turbata eſt, correctusq; iam dicat: Fortitudinem meã ad te cuſtodiam. Hæc, & ſi qua alia cõmodius dici poſſunt de intelligendo ſpiritaliter paradiſo, nemine prohibente dicantur, dum tamen illius hiſtoriæ ueritas fideliſſima rerum geſtarum narratione commendata credatur.

Cant. 4 d

Cant. 4 d

Pſalm. 41 b

Pſal. 58 b

Quid fœnum myſtice ſignificet. Cap. III.

Iob 6 a

Eſa. 40 b

FOenum, myſtice ſignificat mediatoris incarnationẽ, ut diuus ait Gregorius lib. Moral. 7. cap. 4. exponens illud Iob, Nunqd rugiet onager, quum habuerit herbã, aut mugiet bos, quum ante plenum præſepe ſteterit? Herba (inquit) onagri, & fœnũ bouis, eſt hæc ipſa mediatoris incarnatio, per quam ſimul gentilitas, & Iudæa ſatiatur. Quia enim per prophetam dicitur, Omnis caro fœnum, uniuerſitatis cõditor ex noſtra ſubſtantia carnẽ ſumẽs, fœnum fieri uoluit, ne noſtra in perpetuum caro fœnũ remaneret. Tãta ergo herbã onager inuenit, quum gẽtilis populus gratiã diuinæ incarnationis accepit. Tunc bos uacuũ præſepe nõ habuit, quũ plebi Iudaicæ eius carnem expectanti lex exhibuit, quem diu expectatum prophetauit. Vnde & natus dominus, in præſepe ponitur, ut uidelicet

uidelicet ſignaretur, quia ſancta animalia, quæ ieiuna diu apud legem inuenta ſunt, incarnationis eius fœno ſatiarentur. Præſepe enim natus impleuit, qui cibum ſemetipſum mentibus mortalium præbuit, dicens: Qui comedit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Sed quia diu & electorum gentilium uota dilata ſunt, & ex Hebraico populo ſancti quiq; longo tempore redemptionem ſuã expectando, gemuerũt, bene beatus Iob, pphetiæ myſteria enarrans, ex utraq; natione cauſas afflictionis infinuat, dicens: Nunquid rugiet onager &c. Ac ſi aperte dicat: Idcirco gentilitas gemit, quia eam necdum redemptoris ſui gratia reficit, atq; ideo ludæa mugitus dilatat, quia legem tenens, ſed legis autorem non uidens, ſtans ante præſepe ieiunat. Quæ nimirum lex, quia ante mediatoris aduentum nequaquam ſpiritaliter, ſed carnaliter tenebatur, recte ſubiungitur, Aut poterit comedi inſulſum &c. Et homilia 13. exponens illud Eſaiæ, Vere fœnum eſt populus: Si enim (inquit) fœnum populus non eſt, ubi ſunt illi, q ea, quæ hodie colimus, nobiſcum tranſacto anno beati Felicis natalitia celebrauerunt? O quanta, & qualia de præſentis uitæ prouiſione cogitabant, ſed ſubrepente mortis arti culo, repente in his, quæ prouidere uolebant, inuenti ſunt. Et cuncta ſimul temporalia, quæ congregata, quaſi ſtabiliter tenere uidebantur, amiſerunt. Sic ergo tranſacta multitudo generis humani, quæ per natiuitatem uiruit in carne, poſt mortem aruit in pulue re, uelut fœnum fuit. Et in explanatione ſeptem pſalmorũ, exponens illud Pſalmiſtę, Et ego ſicut fœnũ arui: Nemo (inquit) eſt qui neſciat, q̃ quantũlibet tenera aut delectabilis herba ſit, ſi appoſita falce ſucciditur, ex coloris uenuſtate confeſtim exuitur, & à radicis humore ſiccatur. Sic profecto quicunq; per opera prauitatis à deo receſſit, neceſſario à uirtutis intimæ humore areſcit. Hinc etenim ſaluator diſcipulis ait: Sicut palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in uite, ſic & uos, niſi in me mãſeritis. Nam & ſi florere in hac uita peccatores plerunq; uideantur, ariditatẽ tamen ſuã in fine recognoſcunt, dum ſimul amittunt, & ridentis uitę dulcedinẽ, & tẽporalis glorię dignitatẽ. Et Iobro Moral. 32. cap. 10. exponens illud Iob, Fœnum ſicut bos comedet? Si prophetarũ (inquit) ſolicite uerba diſcutimus, hęc, & illa uno ſpiritu prolata reperimus. Eſaias nãq; quum cerneret uitam peccantiũ ab antiquo, & inſatiabili hoſte deuorari, ait: Leo ſicut bos comedet paleas. Quid autem fœni, palearumq; nomine, niſi carnalium uita ſignat? De qua per prophetam dicitur: Omnis caro fœnum. Qui ergo hic Behemoth, illic leo, q leo, uel hic dominica uoce Behemoth in confeſſatione fœni, uel paleæ, utroq; loco non equo, ſed boui comparetur. Quod tamẽ citius agnoſcimus, ſi in utriſq; animalibus quæ ſit nutrimentorum diſtantia perpendamus. Equi nanq; fœnum quamlibet ſordidum comedunt, aquam uero non niſi mundam bibunt. Boues autẽ aquam quãlibet ſordidam bibunt, ſed fœno non niſi mundo ueſcuntur. Quid eſt ergo q̃ boui, qui mundo pabulo paſcitur, Behemoth iſte comparatur, niſi hoc, quod de iſto antiquo hoſte per prophetã alium dicitur, Eſca eius electa? Neq; enim ſe eos gaudet rapere, quos prauis, ac ſordidis actionibus implicatos in imis ſecum reſpicit uoluntarie iacere. Fœnum ergo comedere ſicut bos appetit, quia ſuggeſtionis ſuæ dente conterere mundam uitam ſpiritalium quærit. Sed quærendum uideo quomodo Behemoth iſte fœnum ſicut bos comedens, uitam ſpiritalium conſumere dicitur, quum (ſicut ſuprà dictum eſt) fœni nomine uita carnalium deſignatur. Eſca quoq; eius electa iam nõ erit, ſi fœnum comedens, carnales rapit. Sed ad hæc citius occurrit, quia nonnulli hominum & apud deum fœnu m ſunt, & apud homines ſanctitatis nomine cenſentur, quum & ante humanos oculos aliud oſtendit uita, & ante diuina iudicia, aliud intendit conſcientia. Ii itaque apud humana iudicia electi ſunt, ſed apud ſubtile domini examen fœnum. An ante diuinos oculos Saul fœnum non erat, de quo Samuel propheta populo dicebat, Certe uidetis quem elegit dominus. Et de quo paulo ſuperius dicitur, Electus, & bonus. Quem enim peccans populus meruit, & apud deum reprobus extitit, & tamẽ cauſarum ordine, electus, & bonus fuit. Quia multi fœnum ſunt, & electos ſe ex humana æſtimatione ſuſpicantur, beneper Salomonem dicitur: Vidi impios ſepultos, qui etiam dum adhuc uiuerent, in loco ſancto

Lucæ 1 a

Ioan. 6 c

Iob. 6 a

Eſaiæ 40 b

Pſal. 101 b

Ioan. 15 a

Iob 40. a

Eſaiæ 11 a

Eſaiæ. 40 b

Abac. 1 d

Abac. 1 d

1. Reg. 16 d

1. Reg. 9 a

Eccls. 8 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancto erant, & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. Quia multi fœnum
sunt, sed tamen sanctitatis fauore uallantur, bene quidem sapiens indicat, dicens: Trã
Eccl.29 d si hospes, & orna mensam. Transeundo nanque hospes, ornare mensam dicitur, quia
si ad altare dei quis positus, per bona opera gloriam propriam quærit, & de ostenta-
tione sanctitatis eius laus altaris extenditur, & ipse tamen apud deum in numero ciui-
um non habetur.

Quid sit fœnum, stipula, & cætera de quibus Paulus scribit. Cap. IIII.

2.Cor.3 c DIuus autem Augustinus libro unico de fide, & operibus, exponens illud Apostoli
cum, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum,
quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum aurum, argen-
tum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies
enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis ip-
babit. Si cuius opus permanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius aute
opus arserit, damnum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, hoc pa-
2.Cor.3 c Pauli illa sententia, plane ad intelligendū putant, ut illi uideantur ædificare super hoc funda-
&c. Quod quidam ita intelligendū putant, ut illi uideantur ædificare super hoc funda-
mentum aurum, argentum, lapides pretiosos, qui fidei, quæ in Christo est, bona opera
adiiciunt: illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui, quum eandem fidem habeant, male o-
perantur. Vnde arbitrãtur per quasdam pœnas ignis eos posse purgari ad salutem perci-
piendam merito fundamenti. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili charitate conari,
ut omnes indiscrete admittantur ad baptismum, non solum adulteri, & adulteræ contra
sententiã domini falsas nuptias prætẽdentes, uerumetiam publicæ meretrices in turpis-
sima professione perseuerantes, quas certe nulla etiam negligentissima ecclesia coniuc
uit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista ratione cur nõ omni
modo admittantur omnia, non uideo. Quis enim non malit eas, posito fundamento, li
cet ligna, & fœnum, & stipulam congerant, aliquanto certe diuturniore igne purgari,
quàm in æternum perire? Sed falsa erunt illa, quæ obscuritatem, ambiguitatemq; non
1.Cor.13 c habent. Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non ha-
Iaco.2 c beam, nihil sum. Et quid proderit fratres mei, si fidem dicat se quis habere, opera autem
non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Falsum erit & illud, Nolite errare neq;
1.Cor.6 b fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concu-
bitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possi-
Gal.5 c debunt. Falsum est & illud, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornications, immũ-
ditiæ, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, ani-
mositates, dissentiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ
prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Fal
sa erunt hæc. Si enim tantummodo credant, & baptizentur, quãuis in malis talibus per-
seuerent, salui erunt per ignẽ, atq; ideo in Christo baptizati, etiã qui talia agũt, regnum
1.Cor.6 c dei possidebunt. Frustra autẽ dicitur, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, quãdo &
1.Pet.3 d luti, hæc sunt. Inaniter etiam illud à Petro dictum uidebitur, Sic & uos simili forma ba-
ptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio.
Siquidem & habentes pessimas conscientias, omnium flagitiorũ, & scelerum plenas, nec
eorum malorum pœnitentia mutatas, tamen baptisma saluos facit. Propter fundamen-
tum enim, quod in eo baptismate ponitur, licet per ignem, salui erunt. Illud quoq; nõ ui-
Matt.19 c deo cur dominus dixerit, Si uis uenire ad uitam, serua mandata. Et commemorauit ea,
quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruiatis, ad uitam ueniri potest per so-
Iaco.2 c Iam fidem, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo uerum erit, quod eis,
Matt.25 d quos ad sinistram positurus est, dicet: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus est dia-
bolo, & angelis eius: nec increpat, qa in eum nõ crediderunt, sed qa bona opera nõ fece-
Iacob.2 c runt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, promittat
æternam uitam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permixtæ eidem
pascuis

pascuis utebantur, ut appareat eos illi dicturos, Domine quãdo te uidimus illa, & illa pa- Matt.25 d
tientem, & non ministrauimus tibi? Qui in eum crediderant, sed bona operari non cura-
uerant, tanquam de ipsa fide mortua ad uitam peruenire tur æternam. An forte ibunt
in ignem æternum, qui opera misericordiæ non fecerunt, & non ibunt, qui aliena ra-
puerunt, uel corrumpendo in se templum dei, in seipsos immisericordes fuerunt, quasi
opera misericordiæ profint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo, Si distribuam o-
mnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest? Aut diligat 1.Cor.13 b
quisquam proximum sicut seipsum qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquita-
tem, odit animam suam. Neque illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt, Psalm.10 b
ignem æternum dictum, non ipsam combustionem æternam. Per ignem quippe, qui æ-
ternus erit, transituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignem pro-
mittunt salutem, ut uidelicet ipse ignis æternus sit, combustio uero eorum, hoc est, ope-
ratio ignis, non sit in eos æterna, quum & hoc præuidens dominus, sententiam suam ita
concluserit, dicens: Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in uitam æter- Mat. 25. d
nam. Erit ergo æterna combustio sicut ignis, & eos in illam ituros ueritas dicit, quorum
non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc omnia, & cætera, quæ innu-
merabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa erunt, pote
rit uerus esse ille intellectus de lignis, & fœno, & stipula, ꝙ hi salui erunt per ignem, qui
solam in Christum fidem tenentes, bona opera neglexerunt. Si autem ista & uera, & cla
ra sunt, proculdubio in illa Apostoli sententia alius requirendus est intellectus, atq; in
his deputanda est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficilia intellectu, quæ 2.Pet.3 d
non debent homines peruertere ad proprium suum interitum, ut contra euidentissima
testimonia scripturarũ securos faciant de percipienda salute nequissimos, nequitiæ suæ
pertinacissime cohærentes, nec emendando, aut pœnitendo mutatos.

Antedicta apostoli uerba exponuntur ab Augustino secundum pro-
priam sententiam. Cap. V.

Cap.1 e HIc à me (inquit) fortasse quæratur de ipsa Pauli Apostoli sentẽtia quid ego sentiã,
& quonam modo intelligendam putem. Fateor me hic malle audire intelligentio
res, atque doctiores, qui sic eam exponant, ut illa omnia uera, & inconcussa permaneant
quæ suprà commemoraui, & quæcunq; alia nõ commemoraui, quibus apertissime scri-
ptura testatur, nihil prodesse fidem, nisi eam, quam definiuit Apostolus, id est quæ dile- Galat.5 a
ctionem operatur, sine operibus autem saluare non posse, neq; præter ignem, neq; per i-
gnem, quia si per ignem saluat, ipsa utiq; saluat. Absolute autem dictum est, & aperte, Iacob.2 c
Quid prodest si dicat quis fidem se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit
fides saluare eum? Dicam tamen quàm breuissime potero, etiam ipse quid sentiam de ils
la Apostoli sententia ad intelligendum difficili. Fundamentum Christus est in structu- 1.Cor.3 c
ra architecti sapientis. Hoc expositione non indiget. Aperte enim dictum est, Fundamen-
tum enim aliud &c. Si autem Christus, proculdubio fides Christi. Per fidem quippe ha- Ephes.3 d
bitat Christus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porro fides Christi, illa u- Galat.5 a
tiq; quam definiuit Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Non enim fides illa dæ- Iacob.2 c
monum, quã & ipsi credant, & cõtremiscant, & filium dei confiteantur Iesum, potest acci Matt.15 c
pi in fundamentum. Quare? nisi quia non est fides, quæ operatur per dilectionẽ, sed quę Galat.5 a
exprimitur per timorem. Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ, id est ea fides, quæ
per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit
ædificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides precioſos, & ligna, fœnũ,
stipulam, si subtilius differere coner, uereor ne ad intelligendum difficilior fit ipsa expo
sitio. Enitar tamen quantum dominus adiuuat, & breuiter, & quantum potero, dilucide
expedire quod censeo. Ecce ille qui quæsiuit à magistro bono, quid boni faceret, ut ha-
beret uitã æternã, & audiuit, si ad uitam uenire uellet, seruanda sibi esse mãdata. Et quũ Matt.19 b
quæreret, Quæ mãdata, dictum est ei, Nõ occides, Nõ mœchaberis, Non furtũ facies,
Nõ falsum testimoniũ dices, Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã, &, Diliges proximum tuum
tanquam teipsum, ut hæc faciens, fidem Christi teneret, & proculdubio fidem, quæ per

dilectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectionem operatur. Neq; enim diligeret proximum tanquam ſeipſum, niſi recepta di
lectione dei, ſine qua non diligeret ſeipſum. Porro ſi faceret etiam quod dominus addi-
dit, dicens: Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ha
bebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me, ędificaret ſuper illud fundamentum, aurũ
argentum, lapides precioſos. Non enim cogitaret niſi quæ ſunt dei, quomodo placeret
3.Cor.7 f deo, & hæ cogitationes ſunt, quantum exiſtimo, aurum, argentum, lapides precioſi. Por
ro ſi circa diuitias ſuas quodam carnali teneretur affectu, quamuis ex eis multas eleemo
ſynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid, rapinæq; moliretur, aut earum minu
endarum, uel amittendarum metu in aliquod facinus, flagitiumue laberetur, alioquin
iam ſe iſto modo ab illius fundamenti ſtabilitate ſubtraheret, ſed propter carnalem (ut
dixi) quem in eis habebat affectum, talibus bonis ſine dolore carere non poſſet, ędificare
ret ſuper fundamentum illud fœnum, ligna, ſtipulam, maxime ſi & uxorem ſic haberet
1.Cor.7 f ut etiam propter ipſam cogitaret ea, quæ ſunt mundi, quomodo placeret uxori. Hæc igi
tur quoniam affectu dilecta carnali, non ſine dolore amittuntur, propterea qui ſic ea ha
bent, quum habeant in fundamento fidem, quę per dilectionem operatur, neq; huic ulla
ratione uel cupiditate præponant, in eorum amiſſione paſſi detrimentum, per i-
gnem quędam doloris perueniunt ad ſalutem. A quo dolore atq; detrimento tanto eſt
quiſq; ſecurior, quanto ea uel minus amauerit, uel tanquam non habens habuerit. Qui
uero propter illa, uel renęda, uel adipiſcenda homicidium, adulterium, fornicationem, i
dololatriam, & ſimilia quęq; commiſerit, non propter fundamentum, per ignem ſalua
bitur: ſed amiſſo fundamento, æterno igne torquebitur. Quamobrem & illud quod di
cunt ueluti probare cupientes quantum ualeat ſola fides, ubi Apoſtolus dicit, Quod ſi
2.Cor.7 c infidelis diſcedit, diſcedat, Non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater, uel ſoror in huiuſmo
di, id eſt ut propter fidem Chriſti etiam ipſa uxor legitima ſocietate coniuncta, ſine ulla
culpa relinquatur, ſi cum uiro Chriſtiano propter hoc, quod Chriſtianus eſt, perma
re uoluerit, nõ attendũt eo modo illam rectiſſime dimitti, ſi uiro ſuo dicat, Nõ ero uxor
tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut niſi ſolita lenocinia, quib⁹ noſtram do
mum tranſigebas, etiã Chriſtianus exerceas, aut ſi quid aliud uel facinoroſum, uel fla
gitioſum in uiro nouerat, quo delectata, uel libidinem explebat, uel facilẽ uictum habe
bat, uel etiã incedebat ornatior. Tunc enim ille, cui hoc uxor dicit, ſi ueraciter egit pœni
tentiam ab operibus mortuis, quãdo acceſſit ad baptiſmũ, habetq; in fundamẽto fidem,
Gal.5 a quæ per dilectionẽ operatur, pculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, q̃ carnis ſu
xuriæ. & membrum, quod eum ſcandalizat, fortiter amputat: quẽcunq; autem in hac di
reptione dolorẽ cordis propter carnalẽ affectum cõiugis ſuſtinebit, hoc eſt detrimenti,
quod patietur, hic eſt ignis per quẽ, fœno ardẽte, ipſe ſaluabitur. Si autẽ iam ſic habeat
1.Cor.7 c xorem, tanquam nõ habens, non propter concupiſcentiam, ſed propter miſericordiã, ne
forte eam ſaluã faceret, reddens potius, q̃ exigens debitum coniugale, profecto nec dole
bit canaliter, quũ ab illo tali coniugio ſeparabitur. Neq; enim in eo cogitabat, niſi quæ
ſunt dei, quomodo placeret deo. Ac per hoc inquantũ aurũ, argentum, lapides precio-
ſos cogitationibus illis ſuperędificat, intantum detrimentum nullum pareretur, intan
tum ſtructura eius, quæ non erat fœnea, nullo incẽdio cremaretur. Siue ergo in hac ui
ta tantum homines iſta patiuntur, ſiue etiam poſt hanc uitam talia quædam iudicia ſub
ſequuntur, non abhorret, quantum arbitror, à ratione ueritatis iſte intellectus huius ſen
tentiæ. Veruntamen etiam ſi eſt alius, q mihi nõ occurrit eligẽdus, iſtũ quãdiu teneamus,
non cogimur dicere iniuſtis, nõ ſubditis, ſceleſtis, cõtaminatis, parricidis, matricidis, ho
1.Tim.1 c micidis, fornicatoribus, maſculorũ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periurijs, & ſi
quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati dei,
tantummodo in Chriſtum credatis, & ſacramentum baptiſmi eius accipiatis, etiam ſi ut
Matt.15 c tam iſtam peſſimam non mutaueritis, ſalui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chana-
næa præſcribit, quia dominus ei quod petebat dedit, quum ante dixiſſet, Non eſt bonũ
tollere panem filiorum, & mittere canibus, quia ille cordis inſpector mutatã uidit, quã
laudauit, & ideo non ait, O canis, magna eſt fides tua, ſed, O mulier, magna eſt fides tua.

Mutauit

Mutauit uocabulum, quia mutatum uidit affectum, atq; illam correptionem ad fructũ
peruenisse cognouit. Miror autem ſi laudaret in ea fidem ſine operibus, id eſt fidem non
talem, quæ per dilectionem iam poſsit operari, fidem mortuam, & quod Iacobus dicere
Iacob.2 minime dubitauit, fidem, non Chriſtianorum, ſed dæmonum. Poſtremo ſi iſtam Cha-
nanæam nolunt intelligere mutaſſe perditos mores, quando eam Chriſtus contemnen-
do, & corripiendo redarguit, quoſcunq; inuenerint tantummodo credere, uitam uero in
quinatiſſimam nec ſaltem occultare, ſed etiam libere profiteri, ac nollent mutare, ſanẽt
filios eorum, ſi poſſunt, ſicut ſanata eſt filia Chananææ mulieris, non tamen eos faciant
membra Chriſti, quum ipſi eſſe non deſinant membra meretricis. Illud ſane non abſur-
de intelligunt eum peccare in ſpiritum ſanctum, & eſſe ſine uenia reum æterni peccati,
qui uſq; in finem uitæ noluerit credere in Chriſtum, ſed ſi recte intelligerent quid ſit cre-
dere in Chriſtum. Non enim hoc eſt, habere dæmonum fidem, quæ recte mortua perhi-
betur, ſed fidem, quæ per dilectionem operatur.

Quid Ambroſius, Cyrillus, Gregoriuſq; ſcribant in antedicta uerba. Cap. VI.

Diuus quoq; Ambroſius libro epiſtolarum 9. epiſtola 72. exponens illud Ioannis, Ioan.8
Vade, & amodo uide ne pecces, hoc pacto ſcribit: Tibi (inquit) æterni illius ſolis i-
mitator ait, Si quis autem ſuperædificauerit ſuper fundamentum, aurum, argentum, la-
pides precioſos, ligna, fœnũ, ſtipulam, unicuiuſq; opus manifeſtũ erit. Dies eñ dñi ma- 1.Cor.3 c
nifeſtabit, qñ in igne reuelabitur. Et uniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Et ſi
deo illud ſuperædificemus ſupra Chriſtum. Chriſtus enim noſtrum eſt fundamentum,
quod non exuratur, ſed melioretur. Aurum meliorarur, igitur melioratur argentum.
Audiſti aurum, & argentum, putas hoc materiale, congregare deſideras, ſed ludis ope-
ram. Hoc aurum, & argentum onus habet, fructum non habet. Onus quærentis eſt, ſum
ptus hæredis. Hoc aurum ſicut lignum exuritur, non perpetuatur. Hoc argentum in die
illa detrimentum uitæ tuæ, non lucrum affert. Aliud aurum, aliud argentum à te quæri-
tur, hoc eſt, ſenſus bonus, uerbum optimum, de quibus dicit deus, quia dat uaſa aurea, &
argentea. Hæc ſunt munera dei, eloquia domini, eloquia caſta, argentum, igne examina Pſal.11 b
tum, probatum terræ, purgatum ſeptuplo, gratia ſenſus tui, nitor caſti ſermonis exigi-
tur, ſplendor fidei, non tinnitus argenti. Hoc manet, illud perit, hoc mercedem ha-
bet, & migrat nobiſcum, illud detrimentum habet quod hic relinquitur. Si quis di-
uitum putat quod illud argentum repoſitum, & reconditum ei ſuffragari poſſit ad ui-
tam, onus inane portat, quod iudicij ignis abſumat. Hic relinquite ligna ueſtra di-
uites, ut onus ueſtrum futuro incendio incrementum non addat. Si erogaueris, minue-
tur onus, & quod remanſerit, onus non erit. Noli auare recondere, ne fias nudo qui- 1.Cor.3 c
dem nomine Chriſtianus, opere ludæus, quum aduerteris onera tua tibi eſſe ſupplicio.
Dictum eſt enim tibi non per umbram ſed in ſole, cuius opus manſerit mercedem accipi-
et, ſi cuius, afferit, detrimẽtum patietur. Et Cyrillus 14. lib. in Leuiticum: Poſſumus (in-
quit) addere etiam illud, quod natura peccati ſimilis eſt materiæ, quæ igni conſumitur, 1.Cor.3 c
quam ædificari Paulus Apoſtolus à peccatoribus dicit, qui ſupra fundamentum Chri-
ſti ædificant ligna, fœnum, ſtipulam. In quo manifeſte oſtenditur eſſe quædam peccata
ita leuia, ut ſtipulæ comparentur, cui utiq; ignis illatus, diu nõ poteſt immorari. Alia ue
ro fœno eſſe ſimilia, quę & ipſa nõ difficulter ignis abſumat, uerum aliquãto tardius, q̃
ſtipulis immoretur. Alia uero eſſe, quæ lignis cõferuntur, in quibus pro qualitate crimi-
num, diutinũ, & grande pabulũ ignis inuenias. Ita ergo unũquodq; peccatũ, p qualitate
uel quãtitate ſui pœnarũ iuſta perſoluit. Verũtamen qd opus eſt fidelib⁹, & his, q cogno
uerunt deum de pœnarũ qualitatibus cogitare? Quid opus eſt ligna, qd fœnũ, qd ipſam
ſtipulã ad fundamentũ Chriſti ſuperponere? Cur nõ magis aurũ, uel argentũ, uel precio
ſos lapides precioſo ſuperponimus fundamẽto, ubi quum ignis acceſſerit, nihil inueniat
quod abſumat? Nã ſi acceſſerit ad ſtipulã, ex ſtipula fauillã reddet, & cineres: ſi uero acceſ
ſerit ad aurũ, aurũ purius reddet. Hæc nobis dicta ſint pro ijs, qui negligunt oris male-
dici conſuetudinem refecare, qui ſi non ex corde maledicant, etiã ſi nõ uoto, & animo ini Eſaiæ 6 d
quo proferãt maledidicta, tamen immũdiciã labiorũ, ſecundũ Eſaiæ uerbum, & inquina

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta oris incurrũt. Et diuus Hieronymus in commentarijs, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere prẽter id quod positum est, quod &c. Non est alius Christus, quem uobis possit alius prædicare, prẽter Iesum, cui fide firmissima credidistis. Hoc solum agitur, ne per doctorũ negligentiã, obnoxij incipiatis esse gehennę. Si qs autẽ superædificat supra fundamentũ hoc. Eiusdẽ artis est, q superędificat, licet minor sit in opere, cuius ille est, qui posuit fundamentũ. Non ergo unusquisq; homo super fidem suã ædificat, sed quilibet doctor, qa nec parietes per se aliquando possunt erigi, nisi fuerint ab operatore constructi. Itẽ hic magistros, & doctores significat super fundamentũ, quod est Christus homines recte instituere, uel praue, in quibus magistrorꝫ doctrina in die iudicij in igne reuelabitur, ubi cõsumptis peccatoribus, probati manebunt. Doctores autẽ super his, q probati fuerunt, mercedẽ retributionis accipient: in illis uero, quos ignis exurit, dãno afficientur, quia in uacuum laborauerũt. Iidem autẽ magistri in iudicium uenientes, salui fient, si tamen ipsi causa non fuerint perditorum. Quod autem ait: Si cuius opus arserit, damno affectus erit. Non hic (ut quidã putãt) in igne flãmę arsura sunt opera, sed homines, q ita operati sunt, ut mereantur incendio deputari. Si autẽ opera, id est crimina punientur, saluo eo, qui perpetrauerat, non erit ei damnũ, sed lucrũ. Vnde manifeste ostenditur (sicut suprà cõprehensum est) hoies esse aurum, argentum: lapides pretiosos: ligna: fœnum: stipulã. Quia acceptis institutionibus magistrorũ, uel obseruant præcepta, uel negligunt. Aurũ, argentũ: lapides pretiosos: ligna: fœnũ: stipulã: uniuscuiusq; opus manifestũ erit. Dies enim dñi declarabit, quæ in igne reuelabitur. In ecclesia tria genera sunt bonorum. Est bonum, & melius, & optimum. Quod autem primo aurum positum, ut fermo melius texeretur, siue ad fortitudinem, nõ ad speciem cõparauit. Quia argentũ fortius est auro, ideo meliori ponitur loco. Et Gregorius lib. dialogi 4. cap. 39. Si quis superædificauerit & cęte. Quamuis hoc de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandũ solicite est, qa illum per ignẽ dicit posse saluari, non q super hoc fundamentũ ferrũ, æs, uel plumbum ædificat, id est peccata maiora, & idcirco duriora, atq; tunc iam insolubilia, fœnum, fœnũ, stipulam, id est peccata minuta, atq; leuissima, quæ ignis facile consumma. Hoc tamen sciendũ est, quia illic saltẽ (aliàs statim) de minimis nihil quisq; purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actib⁹, in hac adhuc uita positus, ut illic obtineat, promeretur. Nã quũ adhuc essem iuuẽculus, atq; in laico habitu cõstitutus, narrari à maioribus, atq; sciẽtibus audiui, quod Pascasius, huius Apostolicę sedis diaconus, cuius apud nos recolendi memoria fragrat, & luculẽti de sancto spiritu libri extãt, mirę sanctitatis uir fuerit, eleemosynarũ maximi, & operibus uacans, cultor pauperum, & contẽptor sui. Sed hic in ea contentione, quæ inardescente zelo fidelium inter Symmachũ, atq; Laurentiũ facta est, ad põtificatus culmẽ Laurentiũ elegit, & oĩm post unanimitate superatus, in sua tamen sentẽtia usq; ad diẽ sui exitus perstitit, illũ amãdo, atq; præferẽdo quẽ episcopoꝫ iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaq; quũ tẽporibus Symmachi Apostolicę sedis prę sulis esset defunctus, eius dalmaticã feretro superpositã dæmoniacus tetitigit, statimq; fanatus est. Post multũ uero tẽporis Germano Capuano Episcopo (cuius superius memoriam feci) medici pro salute corporis dictauerãt, ut in angularibus (alias angulanis) thermis lauari deberet. Qui ingressus easdẽ thermas, prædictum Pascasiũ diaconũ stantẽ, & obsequentes buisset. Qui ingressus easdẽ thermas, prædictum Pascasiũ diaconũ stantẽ, & obsequentes in caloribus inuenit. Quo uiso, uehementer extimuit, & quid illic tantus uir faceret, ubi quisiuit. Cui ille respõdit: Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi qa in parte Laurẽtij cõtra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me dñm deprecare. Atq; ita hoc cognosces, q exauditus fis, si huc rediẽs, me non inueneris. Qua de re uir dñi Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies redijt, sed iam dictũ Pascasium in loco eo dẽ minime inuenit. Quia eñ non malitiæ, sed ignorãtię errore peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendũ est, quia ex illa eleemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, ut tũc posset promereri ueniã, quũ iam nihil posset operari.

Quo pacto diuus Augustinus antedicta Apostoli uerba in libro de ciuitate Dei exponat. Caput VII. Diuus

Diuus autem Augustinus libro de ciuitate dei 21. cap. 26. hoc pacto antedicta uerba exponit: Sed habẽt (inquiũt) Christiani catholici in fundamẽto Christũ, à cuius unitate non recesserunt, tametsi huic fundamento superædificauerunt pessimã quãlibet uitam: uelut ligna: fœnum: stipulam. Recta itaq; fides est, per quã Christus est fundamentum, quamuis cum damnotquoniam illa, quæ superædificata sunt, exurentur: tamen poterit eos quandoq; ab illius ignis perpetuitate saluare. Respondeat ergo eis breuiter Apostolus Iacobus: Si quis dicat se fidem habere, opera autem nõ habeat, nũquid poterit fides saluare eum? Et quis est (inquiunt) de quo dicit Apostolus Paulus: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem? Simul quis iste fit, inquiramus: hunc tamẽ nõ esse certissimum est, ne duorum Apostolorum sententias mittamus in rixam. Si unus dicit, etiam si mala opera quis habuerit, saluabit eum fides per ignem: alius autem, si opera non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Inueniemus ergo qui possit saluari per ignem, si prius inuenerimus quid sit habere in fundamento Christum. Quod ut de ipsa similitudine quantocius aduertamus, nihil in ædificio præponit fundamento. Quisquis itaq; sic habet in corde Christum, ut ei terrena, & temporalia, nec ea, quæ licita sunt atq; concessa præponat, fundamentum habet Christum. Si autem præponit, & si uideatur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui talia præponuntur: quantomagis si salutaria præcepta contemnens, committat illicita, etiã nõ præposuisse Christum, sed postposuisse conuincitur, quem posthabuit imperantem, siue concedentem, dum contra eius imperata, siue concessa, suam per flagitia diligit explere libidinem? Si quis igitur Christianus diligit meretricem, eiq; adhærens, unum corpus efficitur, iam in fundamento non habet Christum. Si quis autem diligit uxorẽ suam, si secundum Christum, quis ei dubiter in fundamento esse Christum? Si uero secundum hoc secundum carnaliter, si in morbo concupiscentiarum, sicut & gentes, quæ ignorant deum, etiam hoc secundum ueniam concedit Apostolus, imo per Apostolum Christus. Potest ergo & iste habere in fundamento Christum. Si enim nihil ei talis affectionis, uoluptatisq; præponat, quamuis superædificet ligna, fœnum, stipulam, Christus est fundamentum, ꝓpter hoc, saluus erit per ignẽ. Delicias quippe huiusmodi, amoresq; terrenos, pro ꝓpter coniugalem quidem copulam non damnabiles tribulationes ignis exuret, ad quem ignẽ pertinent & orbitates, & quæcunq; calamitates, quæ auferunt hæc. Ac per hoc ei q ædificauit, erit ædificatio ista dãnosa, qa nõ habebit quod superædificauit, & eorũ amissione cruciabitur, qbus fruendo utiq; lætabatur. Sed per hũc ignẽ saluus erit merito fundamenti, quia & si utrum id, an Christum habere mallet à persecutore præponeretur, se mallet Christum habere, quàm ista, liberrime profiteretur. Vide in Apostoli uerbis hominem ædificantem super fundamentum hoc: aurum: argẽtum: lapides pretiosos: Qui sine uxore est (inquit) cogitat quæ sunt dei, quomodo placeat deo. Vide alium ædificantem lignа: fœnum: stipulam: Qui autem autem matrimonio iunctus est (inquit) cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Vniuscuiusq; opus quale fit, manifestabitur: dies enim domini declarabit. Dies utiq; iræ, dies tribulationis: quoniam in igne (inquit) reuelabitur. Et andemq; tribulationem ignem uocat, sicut alibi legitur: Vasa figuli, ꝓbat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et uniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit, permanet enim quod quisq; cogitat quæ sunt dei, quomodo placeat deo, quod superædificauit mercedem accipiet, id est unde cogitauit, hoc sumet. Si cuius autem opus arserit, damnum patietur: quoniam quod dilexerat, non habebit. Ipse autem saluus erit, quia eum nulla tribulatio ab illius fundamenti stabilitate remouit, sic tamen quasi per ignem. Quod enim sine illicente amore non habuit, sine urente dolore non perdet. Ecce quantum mihi uidetur, inuentus est ignis qui nullũ eorũ damnet, sed unum ditet, alterum damnificet, ambos probet. Si autem ignẽ illum isto loco uoluerimus accipere, de quo dñs dicit finistris: Discedite à me maledicti in ignem æternum, ut in eis etiam isti esse credantur, qui ædificant super fundamẽtum ligna: fœnum: stipulam: eosq; ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitum liberet boni meritum fundamenti, quid arbitramur dexteros, quibus dicetur: Venite benedicti patris mei, possidete

Iaco. 2 e
1. Cor. 3 c
1. Cor. 3 d
1. Thes. 4 b
Ecci. 27 a
Matt. 25 d
Matt. 25 e

Universidad de Deusto
Biblioteca

possidete paratum uobis regnum,nisi eos, qui superædificauerunt super fundamentum
1.Cor.3 c aurum,argentũ,lapides preciosos?Sed in illum ignem,de quo dictum est,Sic tamẽ quasi per ignem,si hoc modo est intelligendus, utriq; mittendi sunt, & dextri scilicet, & finistri. Illo quippe igne utriq; probandi sunt, de quo dictum est, Dies enim domini declarabit,quoniam in igne reuelabitur,& uniuscuiusq; opus quale sit,ignis probabit. Si ergo utrunq; ,pbabit ignis,ubi si cuius opus permanserit,id est nõ fuerit igne consumptum quod superædificauit mercedem accipiat:si cuius autẽ opus arserit dãnum patietur,profecto non est ipse æternus ille ignis.In illum enim soli sinistri nouissima,& perpetua dãnatione mittentur,iste autẽ dexteros probat.Sed alios eorũ sic probat,ut ædificiũ, quod super Christum fundamentum ab eis inuenerit esse constructum,nõ exurat,atq; consumat,alios autem aliter,id est ut quod superædificauerunt ardeat,damnumq; idem patiẽtur,salui fiant autem,quoniam Christum in fundamentum stabiliter positum præcellẽti charitate tenuerunt.Si autem salui fient,profecto & ad dexteram stabunt,& cum æteris audient:Venite benedicti patris mei,possidete paratum uobis regnum,nõ ad finistrã,
Matt. 25 c ubi illi erunt, qui salui non erunt, & ideo audient: Discedite à me maledicti in ignem
Ibidem d æternum.Nemo quippe ab illo igne saluabitur, quia in supplicium æternum ibunt illi
Esaiæ. 66 g omnes,ubi uermis eorum non morietur,& ignis non extinguetur,quo cruciabuntur die
Apoca.20 c ac nocte in secula seculorum.Post istius sane corporis mortẽ donec ad illum ueniatur, qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis,& remunerationis ultimus dies,si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum eiusmodi ignem dicuntur perpeti, quem non sentiant illi,qui non habuerunt tales mores,& amores in huius corporis uitã, ut eorum ligna: & fœnum:& stipula consumatur:alij uero sentiant,qui eiusmodi secum ædificia portauerunt,siue ibi tantum,siue hic,& ibi,siue ideo hic,ut non ibi, secularia:quamuis à damnatione uenialia concremantem ignem transitorię tribulationis inueniant,non redarguo,quia forsitan uerum est. Potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiam ipsa mors carnis,quæ de peccati primi perpetratione concepta est, & secundum cuiusq; ædificium tempore suo ab unoquoq; susceptа . Possunt & persecutiones ecclesiæ,quibus martyres coronati sunt,& quas patiuntur quicunq; Christiani,probant utraq; ædificia uelut ignis,& alia consumunt cum ipsis ædificatoribus,si Christum in eis non inueniunt fundamentum , alia sine ipsis si inueniunt , quia licet cum damno saluierunt,ipsi non consumentur propter Christi uidelicet meritum in fundamentum repe-
Matt.24 d ti,qui manet in æternum. Erit etiam in fine seculi tribulatio tempore Antichristi, qualis nunquam antea fuit,quàm multa erunt,quàm multa erunt tunc ædificia , siue aurea, siue fœnea super optimum fundamentum,quod est Christus Iesus,ut ignis ille probet utraq;,& de alijs gaudium,de alijs inferat damnum, neutros tamen perdat in quibus hęc inueniet,propter stabile fundamẽtum. Quicunq; autem,non dico uxorem,cuius etiam commixtione carnis ad carnalem utitur uoluptatem,sed quæ ab eiusmodi delectationibus aliena sunt nomina pietatis , humano more carnaliter diligendo Christo antepo-
Matt. 10 d nit,non eum habet in fundamento, & ideo non per ignem saluus erit, sed saluus non erit,quia esse cum saluatore non poterit,qui de hac re apertissime loquens,ait:Qui amat patrem,aut matrem plusquam me,non est me dignus:& qui amat filium,aut filiam supra me,non est me dignus:Verum qui has necessitudines sic amat carnaliter,ut tamen
1.Cor.3 c as Christo domino non præponat , malitq; ipsis carere,quàm Christo, si ad hunc faciat articulum tentationis adductus,per ignem saluus erit,quia ex earum amissione tantum necesse est urat dolor,quantum hæserat amor. Porro qui patrem,matrem,filios,filiasq; secundum Christum dilexerit,ut ad eius regnum obtinendum, eiq; cohærendum illis esse saluat,uel hoc in eis diligat,quod membra sunt Christi,abfit ut ista dilectio reperiatur in ligni,fœno,& stipula consumenda,sed prorsus ædificio aureo,argenteo, gemmeoq; deputabitur. Quomodo autem potest eos plus amare, quàm Christum,quos amat utique propter Christum?

Quo pacto diuus exponat Anselmus antedicta Apostoli uerba.

Caput VIII.

Anselmus

ANselmus autem exponens illud, Alius autem superædificat, hoc modo scribit:Superædificat, quisquis prædicationem Apostolorum superueniens aut bonus, aut malus doctor prædicat.Sed unusquisq; uideat quomodo superædificet,id est,ut superpo
1.Cor.3 c situm ædificium congruat fundamento, ne si obliquum fuerit, aut friuolum, ruinam faciat,manente incolumi fundamento.Quia si etiam male ille docuerit, Christi nomen permanet,quod est fundamentum, doctrina autem mala peribit. Videat,inquam,quomodo superædificet,non quomodo fundamentum ponat,Nam fundamẽtum aliud ne-
1.Cor.3 c mo ponere ualet,nisi illud quod à me positũ est,quod est Christus Iesus,id est fides Christi Iesu. Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum , quia nec hæretici docere ualent nisi sub Christi nomine.Aliter enim commenta errorum suorum commendare non ualent,nisi interposito saluatoris nomine prædicent, ut res cõtrarias,& absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat.Fundamentum permanet,sed quod superædificatur,si inutile fuerit non stabit,sed tantum illud quod utile est,si superaddetur, permanebit. Quia si quis superædificat super hoc Christi nominis fundamentum, aurum, argentum,lapides preciosos , per quæ tria designatur præclara doctrina, uel ligna,fœnum,stipulã,per quæ significatur uaria,& friuola,& corrupta,& uaria doctrina, uniuscuiusq; opus in noui ssimo die manifestum erit,id est uniucuiusq; doctrina in iudicio erit omnibus manifesta,utrum bona,an mala fuerit. Dies enim dñi hoc declarabit , Dies iudicij uocatur dies dñi,non q̃ oẽs dies non sunt eius , sed per excellentiã hoc dicitur,& ad differentiã humani diei.Dies enim præsentis tẽporis,est dies hominis,quia in isto agit homo quod uult, sed ille dies erit dñi,quia in illo faciet dominus quod iustum erit,reddens unicuiq; secũdum opus eius,& ideo declarabit ille dies qualitatem uniucuiusq; operis,quia in igne re
2.Thes.1 uelabitur,id est manifestabitur idem dies,qui nunc omnes latet,& tunc oñibus erit notus.Quum enim uiderint omnes ignem illum ante faciem iudicis per totum diffundi orbem , sciẽt adesse diem iudicij.Vel dñs in igne illo reuelabitur,id est apparebit omnibus bonis,& malis.Vnde & Thessalonicensibus dicitur:In reuelatione domini Iesu de cœlo iusq;,id est,an sit firmum,an solubile. Ignis probabit opus,id est, doctrinã uniuscuiusq;. Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenerit quod exurat, manifestabit illum bonum fuisse doctorem.Mala uero,& adultera doctrina,idcirco per ligna, & fœnum,& stipulam significata est,ut oñẽderetur fore ignis esca.Vere ignis opera singulorum probabit.Nam si cuius opus,quod ipse superędificauit,manserit,mercedem accipiet. Quia sicut aurum,& argentum,& lapides,quos ignis non consumpserit,ita & bonus magister incorruptibilis permanebit . Quumq; nihil in illo fordis inuentum fuerit, & prauæ doctrinæ,accipiet cum gloria mercedem remunerationis perpetuę.Si uero cuiusquam opus arserit,id est alicuius doctrina praua in igne defecerit,talis operarius detrimentum patietur,id est deorsum atteretur supplicijs. Ipse autem saluus erit,quia non interibit substantia,qua constat,sicut & doctrina eius mala peribit,quę est accidens. Quod tamen nõ de hæretico doctore debet intelligi,sed de catholico,qui nõ recte docuit.Nam & in libris sanctorum doctorum, quos autentice legit Ecclesia,nonnũquam inueniũtur quædam praua,uel hæretica, non tamen pro his uel libri,uel autores damnantur.Perlegat eorum libros prudens lector,& inueniet esse uerum quod dico.Et ipse saluus erit,sic tamen quasi per ignem,ut salus hæc non sine pœna fit. Saluus quidem erit,sed tamẽ pœnam ignis patietur,ut per ignem purgatus,fiat saluus,& non sicut perditi æterno igne in perpetuum cruciantur, ut ex parte profit illi in perpetuum credidisse. Potest & aliter intelligi uerius.Ego fundamẽtum(inquit)posui,alius autem superædificat.Ac si dicat:Posito fundamento,hoc est,fide fundata in uobis, nihil ulterius ad me pertinet,ut superædificem,sed alterius est superædificare,id est eius,qui fidem habet,est ut bona opera superædificet.Credentis est superædificare.Sed unusquisq; uideat quomodo superædificet,id est cuiusmodi opera supaddat,scilicet utrum maluerit contemplatiuæ uitæ adhærere,& cõtinẽter absq; iugo uxoris uiuere,quod quidẽ melius est,& laudabilius consiliũtan magis expetat actiuam uitam,& uxoris uinculum,quod infirmum est,& minus laudabile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De superædificatione bonæ operationis solummodo uidendum est, qualem quisq; uelit eam eligere, quia multa sunt genera bene operandi, sed de fundamento erigendo, nulli datur potestas, quia non est nisi unum fundamẽtum, id est una fides, quam nemo ualet mutare, sicut nituntur pseudoapostoli. Fides Christi, Christus est in nobis, qui per fidẽ habitat in cordibus nostris. Et hoc est fundamentum, ex quo surgit totum bene uiuendi ædificiũ. Neq; enim fides hæc, intelligẽda est ociosa, sed quicqd boni poterit, operabitur per dilectionem. Non enim fides dæmonum, qui & credunt, & contremiscunt, ac filium dei confitentur Iesum, potest accipi in fundamentum, qa non est quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ, id est ea fides, quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminẽ perite permittit. Sed si quis superædificat super fundamentũ hoc aurum &c. Quisquis bene uiuit, ac deum honorat, & laudat, non inhærens ex dilectione terrenis rebus, sed desiderans æternam patriam, & aut uendens omnia sua, distribuensq; pauperibus, aut possidens, tanquam non possideat, & utens hoc mundo, tanquam non utatur, iste superædificat aurũ, argẽtum: lapides pretiosos. In auro sensus occultus designatur, in argento sermo docẽs, in lapidibus pretiosis opera deo placentia. Aurum sapientiæ, quod in occulto sensu eius est, & in cordis arcano splendet, uero lumine dei superædificat iste, & argentum, id est nitorem sanctæ eloquentiæ, qua docet alios, & lapides pretiosos, id est, exempla uirtutum & bonorum operum, quibus adornat ea quæ loquitur, siue cogitat. Qui uero amat adhuc secularia, & negocijs terrenis implicatus est, ac uinculis quibusdam, & affectionibus carnis deditus est domui suæ, & coniugi, ac possessioni, & tamẽ Christianus est, ita ut coeius non recedat à Christo, & nihil prẽponat Christo, sicut in ædificando nil prẽponitur fundamento, iste superædificat ligna: fœnum: stipulam: per quę non absurde possunt intelligi rerum secularium licite concessarum tales cupiditates, ut amitti sine dolore non possint, per ligna scilicet duræ, & graues, per fœnum uero, & stipulam paruæ, & leues. Sed uniuscuiusq; opus manifestum erit in feruore tentationis. Dies enim domini declarabit, dies uticq; tribulationis. Præsentis enim temporis tribulatio cruciat electos, diuino dispoñẽte iudicio, quia tempus est, ut incipiat iudicium de domo domini. Propterea dies tribulationis appellatur dies domini, id est dies iudicij, quia (inquit) in igne reuelabitur. Eãdem tribulationem uocat ignem, sicut alibi legitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. Ignis enim iste talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant, id est: Et qui ædificat super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, & qui çdificat ligna: fœnum: stipulam. Ignis enim tribulationis in hac interim uita probat opus utriusq;, si duobus accidat fidelibus, uni scilicet cogitanti quæ deo placeat, quomodo placeat deo, id est ædificanti supra Christi fundamentum aurũ, argentum, lapides pretiosos, alteri cogitanti quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, id est ædificanti super fundamentum ligna: fœnum: stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione crucietur. Exuritur autem huius, quoniam sine dolore nõ pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Et hoc est quod dicitur, Si cuius opus manserit. Manet opus, quando quisq; cogitat quæ sunt domini, quomodo placeat deo. Quod superædificauit, mercedem accipiet, id est unde cogitauit, hoc sumet. Nec solum post mortem, sed & in hac uita habet suam requiem anima contemnens omnia. Sed cuius opus arserit, id est, igne tribulationis consumptum fuerit, detrimentum patietur, quia quod dilexit, non habebit. Ipse autem saluus erit, quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamen quasi per ignem, quia quod sine illiciente amore nõ habuit, sine urente dolore nõ perdet. Qui enim ædificat amorem terrenorum, super fundamentum regni cœlorum, id est super Christum, ardebit amor temporaliũ rerum, & ipse saluus erit, si in fundamento permanserit, id est si Christum ante omnia sic dilexerit, ut ab eius amore separari non possit. In rerum temporalium amissione patietur detrimentum, & per ignem quendã doloris perueniet ad salutem. A quo dolore, atq; detrimento tanto est quisq; securior, quanto temporalia uel minus amauerit, uel tanquam non habens, habuerit. Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, nonnullos scilicet

Ephes. 3 d
Galat. 5 a
Iaco. 2 c

2. Pet. 4 d
Eccl. 17 a

1. Cor. 7

scilicet fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis, minusue bona temporalia dilexerunt, tanto citius saluari. Nam de quibusdam leuibus culpis esse ante corporum resurrectionem purgatorius ignis credendus est, pro eo quod ueritas dicit: Quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam autem in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen hoc de paruis, minimisq; peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, uel peccatum certe rei familiaris, quæ uix sine culpa, uel ab ipsis, qui qualiter culpa declinare debeat, sciunt, aut in non grauibus rebus error ignorantiæ. Quæ cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac uita positis, non fuerint relaxata. Nam pensandum solicite est, quia & Apostolus illum dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc fundamentum: ferrum: æs: uel plumbum ædificat, id est peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc insolubilia: sed ligna: fœnum: stipulam: id est peccata minima, atque leuiora, quæ ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac uita adhuc positus, ut illic obtineat, promereatur.

Matt. 12. c

Theophylacti, & Origenis, & Magistri sententiarum expositio in prædicta Pauli uerba. Cap. IX.

THeophylactus autem antedicta Apostoli uerba enarrans, hoc pacto scribit: Vnusquisq; autem uideat quomodo superædificet. Quum (inquit) de animarum coniunctione, & concordia differuisset, disputat demum & quemadmodum uiuendum his sit, ædificationem appellans opera singulorũ. Fundamẽtum enim aliud &c. Haudquaquam (inquit) aliud quispiã iacere poterit fundamentũ, quãdiu perstat sapiẽs ille architectus. Qui si aliquãdo sit deliturus (quod dici est nephas) tunc aliud poni licebit, à quo sunt o Corinthij, inter uos abortæ contẽtiones. Verũ quum cõstet Christũ & uerũ esse, & unicũ fundamentũ, super hũc uobis ædificatio fiatuenda, non liuore, & altercatiõibus, sed uirtutibus, & operibus bonis cõstructa. Si quis autẽ superædificat &c. Postq̃ erimus per fidem gloriã consecuti, singuli super huiusmodi fundamentũ çdificabimus, aliq̃ quidẽ operã rectiora, & bene facta, quæ tamẽ inter se uel magnitudine, uel exiguitate differunt plurimum, ut castimoniã, quæ aurum præfert, uel nuptias honore dignissimas, quæ argentũ prętẽdunt, uel paupertatẽ, quæ pretiosis lapidibus cõparatur, uel abundantiorẽ eleemosynã, quę cum minoris precij rebus cõferri potest. Aliq̃ uero uel praua facinora superædificabũt, quę & si gradib⁹ discernãtur, possunt tamẽ fœni, & stipulæ, quę facile flagrãt, & succendũtur, noibus dici, cuiusmodi immunditia, idololatria, & auaritia sunt. Ligna autẽ erãt, quę his inferiora sunt uitia, qualis temulẽtia est, & risus effusior, & eiusmodi a fœno uero, & stipula, inferiora hæc, & minora. Dies enim dñi declarabit &c. Diem dñi, iudicij diem interpretatur, futurumq; adstruit, ut per ignẽ opera retegãtur, & palam fiant, qualia pro eorum natura sint singula, siue aurũ fuerit, siue lapis, siue dictorũ quodcunq; aliud. Si cuius opus mãserit &c. Si aurũ (inquit) uel argentũ habueris, perfiabit omnino quod operaberis, & prẽmiũ accepturus es. Sin uero fœnum, uel istiusmodi, haudquaquã ignis defluentẽ uredinem, opera tua tolerabunt. Hoc enim præfert, quum arserit inquit, quin potius opera hæc tua praua esse coarguẽtur. Fit itaq; ut sine rectis operib⁹, nihil ualeat fides. Ecce hoc loco Christus ipse in fundamentum est positus, alioqui quæ à Christo sunt aliena, ut ardeant digna iam prædicantur. Ipse autem saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. Non enim ad operum instar, & ipse perdendus est, qui ea gesserit, tanquam in nihilum euasurus, sed saluus erit, hoc est sanus, & integer asseruabitur, ut igne arideat. Dici enim apud nos solet: Quum lignũ foco iniectũ, haud facile absumi, nec in cineres ocyus collabi uidemus, in igne dñi id suffecturũ, arsurũq; longius. Patitur autẽ peccator iacturã, quia his rebus plurimũ insudauit, e quibus frustra in impensis laboribusq; quo minus subsisterent, nec diu essent mãsura, perditionẽ adeptus est. Nam oñe flagitiũ

1. Cor. 3 e

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam nihil sit plane existimãdum est,quia eius exitus fruſtra mortales habeat,nec se
cus fallit,q̃ si quis magno precio depenſo,rem emat emortuam,& cadauerosam pro ui-
ua.Saluus autẽ erit peccator,hoc est integer(ut diximus)asseruabitur, pœnas perpetuo
luiturus.Et Origenes homilia sexta,super Exodum:Triplex est etiam bene agendi uia.
Nihilominus enim uel opere,uel cogitatione,uel uerbo,boni aliquid agitur. Hoc enim
1.Cor.3 c significat & Apoſtolus,quum dicit:Qui autem ædificat super fundamentum hoc aurũ:
argentum:lapides precioſos,triplicem bonorum indicans uiam,ſubiungit nihilominus
triplicem etiam malorum,quum dicit:ligna:fœnum:ſtipulam. Magiſter quoq; senten-
tiarum in quarto,diſtinctione 21.hoc pacto ſcribit: Solet etiam quæri utrum poſt hãc
uitam,aliqua peccata remittantur. Quod aliqua poſt hanc uitam remittãtur, Chriſtus
Matt. 12 c oſtendit in Euangelio,ubi ait:Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum,non remittetur ei,ne-
que in hoc ſeculo,neq; in futuro. Ex quo datur intelligi,ſicut ſancti doctores tradunt,q̃
quædam peccata in futuro dimittentur. Quædam enim culpę in hoc ſeculo relaxantur,
quædam uero pœnæ etiam in futuro,quæ quidem poſt mortem grauant, ſed dimittun-
tur,ſi digni ſunt,ſi bonis actibus in hac uita meruerunt,ut dimittatur eis. De illis etiam,
qui ædificant lignum: fœnum:ſtipulam:dicit Auguſtinus,q̃ ignem tribulationis tranſi
toriæ inuenient,cremabilia ædificia,quæ ſecum portauerunt,cremantem. Ait enim fic-
Poſt iſtius ſane corporis mortem,donec de igne purgatorio ueniatur ad diem damna-
tionis,& remunerationis,ſi hoc temporis interuallo ſpiritus defunctorum, qui ædifica-
uerunt fœnum:lignum:ſtipulam:huiuſmodi ignem dicantur perpeti,quem alij non ſen
tiunt,q huiuſmodi ædificia portauerũt,ut inueniãt ignẽ trãſitoriæ tribulationis uenialis
cõcremãtem, non redarguo,quia forſitã uerũ eſt.Sed quia dicitur,Saluus erit quaſi per
ignem,contemnitur ille ignis.Grauior tamen erit ille ignis, quàm quicquid poteſt ho-
mo pati in hac uita. Hic aperte inſinuatur, q̃ illi qui ædificant lignum: fœnum: ſtipu-
lam: quædam cremabilia ædificia, id eſt uenialia peccata ſecum portant,quæ in igne co
mendatorio cremantur, unde conſtat quædam uenialia peccata poſt hanc uitam dele-
ri.In illo autem igne purgatorio,alij tardius,alij citius purgantur,ſecundum q̃ iſta pec
cuntia magis, uel minus amauerunt. Vnde Auguſtinus:Poſt hanc uitam incredibile nõ
eſt,nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis, minus ue bo-
na pereuntia dilexerunt,tanto tardius,citiusq̃ ſaluari. Vnde non fruſtra illa tria diſtin-
xit Apoſtolus:lignum:fœnum:ſtipulam,quæ illi ædificant,qui etſi aliena non rapiunt,
rebus tamen infirmitati conceſſis,aliqua dilectione inhærent,qui ſecundum ſuos aman
di modos,uel diutius,ut lignũ:uel minus,ut fœnum: uel minimum: ut ſtipulam, ignem
ſuſtinebunt. Qui uero ſuperædificant aurum: argentum:lapides precioſos, de quoq; ia
gne ſecuri ſunt,non ſolum de illo æterno,qui cruciaturus eſt impios in æternũ,ſed etiam
de illo emendatorio,quo purgabuntur quidam ſaluandi.Hic obijci poteſt,Si per lignũ:
fœnum:ſtipulam:uenialia intelliguntur peccata,& nullus adeo perfectus eſt,qui uenia-
liter non peccet,ergo qui ædificant aurum,argentum,lapidem precioſum,ædificãt etiã
lignum:fœnum:ſtipulam:ergo per ignem tranſibunt. Ad quod dicimus, q̃ non omnis q
qui uenialiter peccat:lignum: fœnum:ſtipulam ædificat, ſicut econuerſo, non omnis q
contemplatur deum,& diligit proximum,& opera bona facit,ædificat aurum,argentũ,
lapidem precioſum: & tamen in auro intelligitur contemplatio dei, in argento, dilec
ctio proximi,in lapide precioſo,bona opera. Sed illi qui ædificant lignum:fœnum: ſtipu
pulam,deum contemplantur,& proximum diligunt,& opera bona faciunt, nec tamen
ædificant aurum,argentum,lapidem precioſum.Hæc enim ædificat, qui ſic illa tria ſu-
cit,ut cogitet quæ dei ſunt,& quomodo placeat deo,non mundo. Lignum uero, & fœ-
num,& ſtipula accipi poſſunt ſecularium rerum,quamuis licite conceſſarum, tales cupi-
ditates,ut amitti ſine animi dolore non poſſint.Hęc ergo ędificat is,qui cogitat quę mũ
di ſunt,& quomodo placeat mũdo, q circa diuitias ſuas quodãmodo carnali affectu te-
netur,& tamen ex eis multa beneficia facit,nec pro eis aliquid fraudis,uel rapinę moliꝰ.
Ex eis ergo patet, q̃ non idem homo ſimul hęc & illa ędificat. Illa enim ędificario per-
fectorum tantum eſt,qui non cogitant placere mundo,ſed tantũ deo,qui & ſi uenialiter
aliquando

aliquando peccãt,feruore tamen charitatis ita abſumitur in eis peccatum,ſicut gutta a-
quæ in camino ignis,& ideo nunquam ſecum portãt cremabilia. Hæc autem autem in-
ferior ædificatio minorum eſt,qui non tantum deo,ſed etiam mundo placere cogitant,
Deũ tamen præponunt. Si uero mundũ pręponerent,non ſuperædificarent,ſed deſtruerẽt
fundamentũ. Affectiones ergo carnales,q̃bus dediti ſunt domibus,cõiugibus,poſſeſſio-
nibus,ita ut nihil præponãt Chriſto,illis tribus ſignificantur, quæ in mentes perfecto-
nõ cadunt,& ſi alia uenialia admittant.In cordibus uero minorũ interdũ durant uſq; in
finẽ,qui cũ talibus ædificijs tranſeũt,ſed diſſoluẽtur in igne.Ipſi autẽ merito fundamenti
ſalui erunt,grauiſſimã tamẽ pœnã ſentient.Ex quo apparet, quantã hic miſericordiam
exhibet deus,& quantã ibi exerceat ſeueritatem,quũ pro eodem peccato multo grauius
ibi puniat,q̃ hic. Sed fortaſſe dices illud eſſe accipiendũ de pœna peccati,nõ de ipſo pec-
cato,quod Gregorius dicat quędã leuia in futuro dimittẽda.Si enim ueram pœnitentiã
habuerit quis,peccata omnia dimiſſa ſunt ei,ſed pœna forte remanſit. Ideoq; ſi uere pœ-
nitẽs obijt,ſine peccato tranſijt. Si autem uere pœnitens non eſt in obitu,maculam por-
tat,quæ nunquam delebitur. Qui uero ædificat lignum,fœnum,ſtipulam,uere pœnitet,
quia bonus eſt,& charitatem habet, & in charitate de hac uita tranſit,ergo ſine peccato
trãſit,nõ ſequitur. Verum quidẽ eſt,quia bonus eſt,& charitatem habet,& uere pœnitet,
& tamẽ cum ueniali peccato tranſit,quod non deleuit pœnitentia. Pœnitentia enim non
delet,niſi peccatum illud,quod deſerit homo. Tale autem peccatum ſæpe in hac uita nõ
relinquitur ab homine,& tamen uere pœnitens eſt,& ſi non de omnibus uenialibus pœ-
nitear.Poteſt enim quis de omni mortali,& de omni ueniali pœnitere,excepto uno, uel
pluribus uenialibus quidem.Sicut habet quis charitatem, & unum, uel plura uenialia.
Quod de criminalibus nullatenus eſſe poteſt.Eſt enim aliquis bonus charitatẽ habens,
ſed adhuc quodã cupiditatis affectu amans hæc ſecularia. Talis exiſtẽs ſubita morte op
primitur,in illo terreno affectu mortuus eſt,& tamen ſaluabitur,à quo non ſe hic abſol-
uit, ergo poſt hanc uitam ab illo purgabitur. Conſtat ergo quædam peccata, ſed leuia
poſt hanc uitam dimitti. Si uero de pœna peccati illud intelligi uoluiſſent autores, cur
magis commemoraſſent leuia, quam grauia, quum etiam grauium pœna hic inexple-
ta, poſt hanc uitam reſtet?

Diui Thomæ Aquinatis,& Alberti cognomento Magni,in prædicta quarti ſen
tentiarum diſtinctione eorundem uerborum declaratio. Cap. X.

Diuus autem Thomas Aquinas in eadem diſtinctione 21.quarti ſententiarum tria
declarat. Primum quidem eſſe purgatorium poſt hanc uitam,deinde quod per lig-
num,fœnũ,& ſtipulam peccata notentur uenialia. Poſtremo quod per ignem purgato
rium peccatum expietur. Quantum attinet ad primum:Manifeſtũ eſt(inquit)quod per
contritionẽ deleta culpa,pœnæ reatus penitus nõ tollitur,neq; mortalibus peccatis dimiſ
ſis,uenialia ſemper tolluntur. Ad iuſtitiam autem dei pertinet,ut per debitam pœnã pec
catum ordinetur,ac expietur,& idcirco qui poſt peccati contritionem ex hoc mundo de-
migrauerit,debita ſatisfactione non peracta,ut poſt hanc uitã pœnas luat,operæ precij
eſt. Quamobrem qui contra diuinam iuſtitiam purgatorium ignem denegãt,cõtra deũ
loquuntur,& in fide errant. Vnde Gregorius Niſenus hoc pacto loquitur: Si quiſpiam
Chriſto amico conſentiens,hac in uita peccata purgare minus potuerit, poſt tranſitum
hinc per purgatorij ignis cõflationem expeditur. Hoc prædicamus,dogma ueritatis ſer-
uantes,& ita credimus. Hoc etiam uniuerſalis tenet eccleſia,quæ pro defunctis ut à pec-
catis ſoluant, exorat. Quod niſi de illis,qui ſunt in purgatorio,intelligi nequit. Vnde in
libro Machabæorum ſcriptum eſt,Sancta,& ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exora 2.Mac.12 g
re, ut à peccatis ſoluãtur. Quod de his q ſunt uel in paradiſo,uel in inferno,nullo pacto
intelligi poteſt:ſed de his,qui poſt hãc uitam in charitate ſunt,citra quã peccatorum re- Prou. 10 b
miſſio nequit eſſe. Siquidem uniuerſa delicta operit charitas,qui morti æternæ obnoxij
non ſunt,quoniam qui uiuit,& credit in me, non morietur in æternum, ut ait dominus, Ioan.11 c
nec diuinæ gloriæ,ac beatitudinis,niſi purgati,participes eſſe poſſunt. Poſt hanc igitur
uitam,ut illorum peccata purgẽtur,neceſſe eſt.Nam ſcriptura teſte, nihil coinquinatum Apoc. ultĩ.
in illam

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illam introibit. Qui ergo pertinaciter autoritati refiſtit Eccleſiæ, hæreticus cenſetur. Quod autem per lignum, fœnum, ſtipulam, quæ ſuper fundamentum ſuperædificãtur peccata notentur uenialia, ex dictis Auguſtini liquidum eſſe poteſt. Præterea uenialia peccata, quæ charitati cohærent, per aliquã pœnam deleri poſſunt, & idcirco metaphorice per illa ſignificantur, quæ igni conſumi poſſunt. Et quia inter uenialia peccata unũ eſt altero grauius, & propterea ad expiandum, purgandumq; difficilius eſt, idcirco cõſentaneum eſt, ut illorum diuerſitas ſignificetur, per illorum diuerſitatem, quæ ab igne facilius, ac difficilius abſumuntur. Et quia cuiuſlibet quantitatis perfectio, propter principium, medium, & finem, ternario comprehenditur, idcirco Apoſtolus triplicem notauit differentiam uenialium peccatorum. Siquidem in uenialium peccatorum genere quædam ſunt grauiſſima, quæ haudquaquam facile purgantur, & hæc per lignum ſignificãtur. Et quædam ſunt minima, & hæc per ſtipulam exprimuntur, nonnulla uero ſunt media, quæ per fœnum figurantur. His addenda ſunt, quæ in prima ſecundæ idem notauit doctor. Siquidem diuus Paulus ſaluum fieri quaſi per ignem illũ dixit, qui lignum, fœnum, ſtipulam ſuperædificaverit. Pœnę igitur ille obnoxius eſt, nõ quidem æternæ, quæ peccato debetur mortali, ſed temporali, quæ uenialium propria eſt peccatorum. Fuerũt autem nonnulli, qui fundamẽtum putarunt eſſe fidem informem, id eſt, eam fidem, quæ per dilectionem nõ operatur, ſuper quã aſſeruerũt nõnullos bona ædificare opera, quæ per aurũ, argentũ, lapides q; preciosos figurantur, nõnullos uero peccata etiam, quę mortalia uocant, quæ per lignum, fœnũ, ſtipulamq; ſignificantur, quos per ignem ſalutẽ conſequi putant æternã. Horum opinionem diuus Auguſtinus ſatis ſuperq; (ut ex dictis cõpertiſſimũ eſt) confutauit. Alij uero fuerunt, qui per lignũ, fœnũ, ſtipulam, bona opera ſignificari exiſtimauerunt, quæ ſpirituali ſuperędificantur fundamento, quibus peccata cohærẽt uenialia, quemadmodũ ufuuenit his, qui rei familiaris curã habẽt, quod bonũ eſt, ſed cohæret illi, atq; coniungitur uel uxoris, uel filiorum nimius affectus, citra deum tamen, quem cunctis præponunt rebus. Verũ hæc opinio rationi conſentanea non inuenitur. Nam omnia bona opera in charitate dei, & proximi ſunt radicata, citra quam nullum eſt uerum bonum. Et idcirco ad aurum pertinent, & argẽtum, lapides q; preciosos. Quare dicendum eſt, peccata uenialia, quę terrena procurantibus admiſcẽtur, per lignum, fœnum, & ſtipulam ſignificari. Nam quẽadmodum ligna, fœnũ, ſtipula in domo cõgregantur, quæ tamen non ſunt de ſubſtantia domus, & domo remanẽte, comburi poſſunt, ita idem ſtãte ſpirituali ædificio in homine, peccata uenialia multiplicari poſſunt, pro quibus, uel igne temporalis tribulationis hac in uita, uel igne purgatorio poſt hanc uitam, ut ſalutem conſequantur æternam, afficientur. Nec obſtat quod lignum, fœnum, ſtipula dicantur ſpirituali fundamento ſuperædificari, & peccata uenialia dicantur eſſe præter ſpirituale fundamentum. Nam uenialia peccata ſpirituali fundamento non dicuntur ſuperædificari quaſi directe ſupra ipſum poſita ſint, ſed quod poſita ſint iuxta fundamentum, quo pacto accipitur illud Dauidicum, Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flemus. Siquidem uenialia fundamentum non deſtruunt, ſed pariter cum fundamento ſunt. Vel ſuper, ponitur uice poſt, iuxta illud, Super terminum Aſer, id eſt poſt terminũ. Quod etiam ait Apoſtolus, quod ſaluus erit quaſi per ignem, non intelligitur de quouis ædificante lignum, fœnum, ſtipulam, ſed de illo duntaxat, qui ædificat ſuper fundamentum, id eſt fidem, quæ per dilectionem operatur, iuxta illud, In charitate radicati, & fundati. Ille ergo qui cum peccato mortali, & uenialibus ex hac uita demigrat, habet quidẽ lignum, fœnum, ſtipulam, ſed quia nõ ſunt ſuperædificata ſuper fundamentum ſpirituale antedictum, propterea non erit ſaluus quaſi per ignem. Quãtum attinet ad tertium, eſt adnotandum, quod quidam dixerunt, poſt hanc uitam, nullum, qnantum attinet ad culpam, dimitti peccatum. Qui autem cum mortali culpa ex hac uita demigrauerit, profecto damnatur, nec remiſſionem habere poteſt. Quod autem emigret quiſpiã cum ueniali peccato citra mortale, non poteſt eſſe, quoniam finalis gratia culpam expiat, atq; purgat uenialem. Venialis autem culpa ob hoc uſuuenit, q; quiſpiam Chriſtum in fundamento habens, nimis aliqua diligat temporalia. Hic autẽ exceſſus ex concupiſcentiæ corruptio

Pſal. 136 a
Ezech. 48 a
Gal. 5 a
Epheſ. 3 d

corruptione proficiſcitur. Vnde gratia penitus cõcupiſcentiæ corruptionẽ ſuperãte, ut in beata uirgine, uenialis culpa manere neqt. Et qa in morte iſta cõcupiſcẽtia penitus dimittitur, imo annihilatur, idcirco potentiæ animæ, gratiæ penitus ſubiectæ uenialẽ expellunt culpam. Sed hæc opinio ſanctoꝝ dictis, & Euangelio aduerſatur. Siquidem quantum ad pœnam non poſſunt exponi de uenialium remiſſione: quoniã hoc pacto tam leuia, q̃ grauia in futuro remitterentur. At Gregorius, cæteriq; orthodoxi leues duntaxat culpas poſt hanc uitã remitti perhibent. Nec ſufficit quod hoc in loco dicitur peculiariter de leuibus, ne putetur, p illis nihil graue nos paſſuros. Nam pœnę remiſſio grauitatẽ aufert, nõ ponit. Ad illoꝝ autem rationem, quæ nullius eſt momẽti, dicendũ eſt defectũ corporalem, qualis eſt in ultimo uitæ, non auferre, quantum attinet ad radicẽ, & fundamentum, concupiſcẽtiæ corruptionem: ſed quantũ ad actum, quemadmodũ in his q grauiter ægrotant, manifeſte uidemus, in qbus potentię animæ gratiæ non ſubijciũtur, per quã potentiaꝝ tranquillitas poſſidetur. Nam inferiores potentiæ obtemperant ſuperioribus, quæ legi dei condelectantur, quod quũ actus utrarũq; impediatur, eſſe non poteſt illo in ſtatu, niſi qs dicere uoluerit illã tranquillitatẽ pugnæ eſſe priuationem, quẽadmodum dormiẽtibus uſuuenit. Sed huius rei gratia ſomnus nõ dicitur concupiſcentiã diminuere, neq; uiribus animę quietẽ præſtare, nec illas gratiæ ſubijcere. Et idcirco quanquã radicaliter concupiſcentiã diminueret ille defectus, & uires animæ, gratię ſubijceret, hoc tamẽ ad purgationem culpę uenialis iam cõmiſſæ, non ſufficeret, tametſi ad futurę culpę uitationem ſufficere poſſet. Nam tam actualis, q̃ uenialis culpa citra actualẽ contritiõis motũ, ut aliàs dictũ eſt, nõ remittit. Poteſt autẽ quiſpiã obdormiens, & in gratia exiſtẽs, mori cũ aliquo ueniali pctõ, q tamẽ de ueniali pctõ ante mortẽ contritionis actũ habere nequiuit. Quod autem aiunt, q̃p ſi non pœnituit actu, uel propoſito in generali, uel ſpeciali ueniale uerſum eſſe in mortale, quia placuit: non eſt rationi conſentaneum. Siquidem non quæuis uenialis peccati complacentia, peccatum conſtituit mortale, alioquin omne peccatum ueniale eſſet mortale. Nam quodlibet ueniale, quũ ſit uoluntarium plæconſiſtit, dum rebus utẽdis fruimur, ut diuus ait Auguſtinus, peccatum efficit mortale, & eſt actualis complacentia. Siquidẽ in actu conſiſtit peccatum mortale. Poteſt autem uſuuenire, ut quiſpiam peccato ueniali cõmiſſo, nihil actu de peccato dimittendo, uel retinẽdo cogitet: ſed de aliꝭ rebus quæ menti illius occurrũt, & in ipſa cogitatione moriatur. Liquidum eſt igitur, antedictam opinionem non eſſe rationi conſentaneam. Dicendum eſt ergo (ut dicunt aliꝭ doctores) culpam uenialẽ in eo qui in dei gratia mortuus eſt, poſt hanc uitam per ignem purgatorium remitti: quoniam pœna illa aliquo pacto uoluntaria, uirtute gratię uim habebit expiandi culpam omnem, quæ ſimul cũ gratia ſtare poteſt. Eſt autem præterea adnotandũ, q̃p uenialia peccata hoꝭ nõ uariant ſtatũ: quoniam neq; tollunt, nec diminuũt charitatẽ, ſecundũ quã quãtitas gratuitæ bonitatis animę mẽſuratur. Et idcirco per hoc, q̃p uenialia uel cõmittuntur, uel remittuntur, eadẽ manet anima, quæ prius fuerat. Et q̃q̃ poſt hanc uitam non poteſt eſſe meritum reſpectu eſſentialis præmij, poteſt tamen reſpectu alicuius accidentalis præmij eſſe meritũ, quoad manet homo aliquo pacto in ſtatu uiæ. Quamobrem in purgatorio poteſt eſſe, quantum attinet ad culpæ uenialis remiſſionem, actus meritorius. Et ſi quiſpiam dixerit, fomitẽ in anima ſeparata in purgatorio exiſtente nõ remanere, ex cuius corruptione peccatum ueniale proficiſcitur, & idcirco illic nõ poſſe uenialiter peccare, nõ tamen propter hoc ſequitur remiſſionem culpæ uenialis in purgatorio non eſſe: quoniã uenialis culpæ remiſſio ex gratia, quę in purgatorio in anima ſeparata inuenitur, proficiſcitur. Albertus quoq; cognomẽto Magnus in eadẽ diſtinct. 21. ſcribit, q̃p quẽadmodum ignis tres habet ſpecies ſecundũ materiam, in qua reperitur, nempe lucem, quę eſt in puro aere circũſtante, & flammam, quę eſt in uapore terreo, atq; humido, & carbonẽ, qui eſt in materia terrea. Itidem dicere poſſumus lucem, quędam perfectorum comburere uenialia, in quibus nõ eſt ad ignem notabilis ſenſus, atq; reſiſtentia, ſed potius momentaneum. Nam, ut dicit magiſter in litera de uiris perfectis, ſi uenialiter aliquando peccãt, feruore charitatis ira abſus-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita absumitur in eis peccatum, sicut gutta aquæ in camino ignis, per quod significatur pa
rum, uel nihil eos sentire, & parum, uel nihil obscurari, sed luminosos remanere. Alij ue
ro plus inflammantur, & obscurantur, qui scilicet ædificant lignum, fœnum, stipulam, à
quibus, ut quidam uapor, impuritas extrahitur. At damnati ueluti carbo inconsumptibilis & inuoluuntur, & denigrantur.

Quid fons mystice significet. Cap. XI.

Cant. 4 d FOns, & puteus, sacram designat scripturam, ut diuus inquit Gregorius, exponens illud Salomonis, Fons hortorum, puteus aquarum uiuentiũ, quæ fluũt impetu de Libano: Recte (inquit) in emissionibus Ecclesiæ fons hortorum, & puteus aquarum uiuentium describitur. Quid enim per fontẽ, & puteum, nisi sancta scriptura designatur? Quę sic aquam sapientię generat, ut & potantes semper reficiat, & tamen manere nõ desistat. Quæ bene hortorũ esse perhibetur, quia illorum specialiter est sancta scriptura, in quo rum mentibus uirtutum semina oriuntur, sed quærendum nobis est, quare fons, & puteus utrunq; simul scriptura dicatur, quum fons in superficie appareat, puteus uero in intimis latens, omnes se quærentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est, q̃ diuina scriptura in quibusdam manifesta existens, in quibusdam uero locis obscuram se præbens, & aliquando leuiter, sicut inuenitur, tanquam fons potatur, & aliquando magna inquisitione eget, tanquam puteus, ut inuenta sumatur. Quod uero sanctæ scripturæ intellectus per aquam designetur, ostenditur alibi, quum diuina uoce de reprobis dicitur, Mit-

Amos 8 d Esa. 3 a tam eis sitim aquæ, & famem panis. Et per Esaiam dicitur: Auferet dominus ab Hierusalem, & Iuda omne robur panis, & omne robur aquę. Vbi notãdum, q̃ robur panis prius, & postea robur aquæ aufertur. Dum enim grauia dicta scripturæ non perquiruntur, ut mandantur, paulatim à scientia decidit mens, ut aliquando non leuia, etiã intellectu capiantur. Sed aquæ istæ bene de Libano fluere cum impetu dicuntur. Libanus enim dealbatio interpretatur. In baptismo quippe dealbamur, dum amissa nigredine peccatorũ, ad munditiã nouæ uitę reformamur. De Libano ergo aquæ putei fluunt, quia in baptismo electi qui donum spũs sancti accipiunt, quo illuminati scripturæ sacræ sensum intelligunt. Quæ scripturæ sanctæ scientia, tanto fluit impetu, ut electos, dum tangit, ab hu-

Psal. 45 a ius uitæ amore submoueat, & ad æterna gaudia ui impetus sui quosq; adhærentes, trahat. Hinc est enim q̃ in Psal. scriptum est, Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Impetus enim fluminis ciuitatem dei lætificat, quum per donum sancti spũs fortiter inundans scripturæ sapientia sanctam Ecclesiam, uel cuiuslibet capientis mentem infusione sua exhilarat. Et de ecclesia eodẽ capite dicitur, Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus: Fons dicitur (ut illic inquit Gregorius) quia dum cœlestia assiduc

Ioan. 4 b cogitat, dum scientiam scripturarum semper in uentre memoriæ cõgregat, quasi aquas uiuentes sancta mens in se gignere non cessat, quas sitientibus proximis præbere, ut ręciantur, ualeat. Vnde scriptum est dicente domino, Qui biberit ex aqua quam ego dabo

Ioann. 7 f ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternã. Et alibi, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumĩa de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ. Sed cur dicitur fons ille signatus, nisi quia sensus spiritalis mẽtibus indignis abscõ

Ioan. 3 b Psalm. 4 b ditur? Infideli enim homini à domino dicitur, Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat. Et iterum scriptum est: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Quod enim ibi lumen signatum, hoc hic proculdubio fons illuminans irrigat, & irrorans illuminat, ut & de luce eius uideat quid appetat, & de rore eius se refrigeret, ne calescat (aliàs lassescat). Et homilia 20. libri secundi super Ezechielẽ, citans illud

Zach. 13 a Zachariæ, In die illa erit fons patens domus Dauid habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Fons quippe occultus est unigenitus patris inuisibilis deus: fons uero patens est idem deus incarnatus. Qui fons patens recte domus Dauid dicitur, quia ex Dauid genere noster ad nos redemptor processit. Hierusalem uero, uisio pacis interpretatur. Hi autem Hierusalem habitant, qui in uisione pacis intimæ mentem figunt, Peccator uero, & menstruata est, uel is, qui delinquit in opere, uel mens, quæ labor

tur in praua cogitatione. Menstruata nanq; ista pollutio est, quia & aliena carne non tãgitur, & sua carne inquinatur. Sic itaq;, sic est omnis anima, quæ & si malum opus nõ agit, polluta tamen cogitatione sordescit. Vnde etiam per prophetã alium sub Iudæę spe

Hierem. 2 e cie de anima immundis desiderijs occupata, dicitur: Omnes qui quęrunt eam, non deficient, in menstruis eius inuenient eam. Maligni quippe spiritus quærentes non deficiunt, quum inferre perditionem cupiunt, & nulla bonæ cogitationis rectitudine repelluntur. Atq; in menstruis suis animam inueniunt, quãdo in pollutis cogitationibus positam facile ad peruersam operationẽ trahunt. Dicatur ergo, In die illa erit fons patens &c. quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor noster, qui in domo Dauid incarnari dignatus est, ut peccatorem lauet à peruerso opere, & menstruatam mentem diluat ab immũda cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum lachrymis, lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoq; Dauid lotus est, quum redijt ad lamenta pœnitentiæ, post

Psalm. 50 c maculas grauis culpæ. Ipsum quippe inuenire fontẽ quærebat, quum diceret, Redde mihi læticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Iesus enim Hebraice, Latine salutaris dicitur. Et quid est, quod sibi læticiam Iesu reddi postulabat, nisi quod hũc ante culpam contemplari consueuerat, eiusq; contemplationis gaudia in culpa perdiderat? Vnde recte post pœnitentiam, uisionis eius læticiam sibi reddi quęrebat. In hoc fonte mi-

Lucæ 7 f sericordiæ lota est Maria Magdalenæ, quæ prius famosa peccatrix, postmodũ lauit maculas lachrymis, detersit lachrymas, corrigendo mores. In hoc fonte misericordiæ omni

Matt. 26 g Lucæ 23 f bus aperto lauit Petrus quod negauerat, quia fleuit amare. In hoc fonte misericordiæ in fine suo lotus est latro, qui semetipsum in morte reprehendens, à culpa sua ablutus est cõfessione ueritatis. Cur igitur pigri sumus, cur torpentes, & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos iam se lauisse cognouimus? Ergóne in mundatione nostra desperabimus, qui tot exemplа misericordiæ in pignore tenemus, & cessamus ueniam quærere, atq; cum lachrymis fiduciam habere, qui tantorum iam emundationem spei nostræ pignus accepimus? Quærere enim misericordiæ fontem debuimus, etiam si clausus esset. Patet & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundũ uniuersum, consyderemus quanti per tenebras ad lucem, quanti post maculas ad munditiam redeunt. Curramus cum talibus post mortis tenebras ad aquam uitæ, consyderemus quantum peccauimus, quantum quotidie peccamus, atq; ut appareamus mundi post culpas, lauemus holocaustum. Et diuus Ambrosius libro de uirginitate primo: Hortus (inquit) cõclusus soror mea, hortus conclusus, fons signatus, eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imagisnem dei, syncerí fontis unda resplendeat, ne uolutabris spiritualium bestiarum, sparso cœno, fluenta turbentur. Et in exhortatione ad uirgines, Hortus clausus, fons signatus. Hunc hortum (inquit) animæ uestrę, hunc fontem seruate puri liquoris, ut eum in uobis nemo perturbet, nemo designet, quem genitalis in uobis origo signauit.

De eodem fonte. Cap. XII.

DAuid quoq; in Psalmo ait: Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum, id est ueritas prædicantium, qui fontes æternæ uitæ sanctitatis suæ ore fundebant. Ipso enim ueniente patuit, quod obscuritas diuini tegebat eloquij. Et reuelata sunt fundamenta orbis terræ id est manifestati sunt prophetæ qui non intelligebantur, supra quos orbis terrarum in Ecclesiæ facie sancta ædificatione cõstruPsalm. 17 c

Psalm. 35 c ctus est. Vnde diuus Augustinus hoc pacto exponit: Et apparuerũt qui facti erant in prędicantibus fontes aquarum salientium in uitam æternam. Et reuelata sunt &c. id est reuelati sunt prophetæ, qui non intelligebantur, super quos ædificaretur orbis terrarũ, credens dominum. Et in alio Psalmo scriptum est, Quoniam apud te est fons uitę, & in lumine tuo uidebimus lumen. Quàm salubriter aperit, quàm potenter exponit quid sit illud, quod superius ait, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ &c. Christo domino dicit, Quoniam apud te est fons uitæ, id est initium omnium bonorũ, & origo uirtutum. Vnde perfectissime complemur, quando aliquod munus ab eius pietate suscipimus. Debriat etenim nos uita potabilis, quum bonæ cõuersationis studiũ de sacris prædicationibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

hauſerimus,ſicut Eſaias dixit,Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Verum
Eſa. 12 a in conſuetudine mortalium, aliud eſt lumen,aliud fons, imo & contraria ſibi ſunt,quia
fons aquæ flammarum lumen extinguit, apud deum uero unum eſt,quia quicquid dixe
ris,& uerum eſt,& adhuc minus. Dicimus enim deum lumen,quia omnem hominem ue
nientem in hunc mundum illuminat,& fontem,quia ſitientem,& inanem ſatiat. Et Aus
guſtinus: Quis eſt fons uitæ,niſi Chriſtus? Venit ad te in carne,ut irroraret fauces tuas ſi
tientes. Satiabit ſperantem,qui irrigauit ſitientem. Hic,aliud eſt fons,aliud lumen,ibi nõ
ita. Quod enim eſt fons,hoc eſt lumen. Si diceres quia lumen eſt ſolum,diceretur tibi,Si
ne cauſa ergo mihi dictum eſt,ut eſuriam,& ſitiam. Quis enim eſt qui manducet lumen?
Matth. 5 a Illud plane recte mihi dictum eſt,Beati mundi corde,quoniam ipſi deum uidebunt. Si lu
men eſt,oculis meis paret,paret & fauces,quia illud quod lumẽ eſt,& fons eſt. Fons,quia
ſatiat ſitientes,lumen,qa illuminat cęcos. Hic aliquãdo alibi lumẽ,alibi fons. Aliquãdo
eñ currũt fontes,& in tenebris,& aliquãdo in eremo pateris ſolẽ, nõ inuenis fontẽ. Hic
ergo poſſunt iſta duo eſſe ſeparata,ibi nõ fatigaberis,qa fons eſt,nõ tenebraberis,qa lu
Pſal. 41. a mẽ eſt. Et in alio Pſal. legitur: Quemadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquaꝝ,ita deſi
derat anima mea ad te deus. Ceruo homo aſſimilat. Eſt eñ primo animal innoxiũ,dein
de uelociſſimum,tertio deſiderio inardeſcente ſiticuloſum. Serpẽtes naribus trahit,quos
ut uorauerit,ueneno æſtuante permotus, ad fontem aquarum,quanta poteſt uelocitate
feſtinat. Amat enim aqua dulci,puriſſimáq; ſatiari. Huius decora cõparatio noſtrũ deſi
deriũ ardẽter inſtigat,ut quãdo uenena antiqui ſerpẽtis haurimus, & eius facibus ſtimu
mus,ad fontẽ diuinę miſericordię ilico feſtinemus,quatenus quod peccati aduerſitate cõ
trahitur,dulciſſimi hauſtus puritate uincatur. Nec uacat,quod ad fontes aquarum diuiſi
non ad aquas. Fons enim aquarũ,Chriſtus eſt dñs,unde omnia fluũt quæcunq; reticũ
Fluẽta enim plerũq; ſiccari poſſunt, fons autẽ aquarũ,ſemper irriguus eſt. Vnde merito
dictũ eſt ad liquorẽ ſacrę originis feſtinandũ,ubi deſideriũ noſtrũ nunquã poſſit habere
ieiuniũ. Auguſtinus: Deſideremus uelut ceruus fontẽ,excepto illo fonte,quẽ propter re
miſſionem peccatorum deſiderant baptizandi, & iam baptizati deſideremus illum fon
Pſalm. 35 c tem,de quo ſcriptura alia dicit: Quoniam apud te eſt fons uitæ. Ipſe enim fons,& lumen
eſt,quoniam in lumine tuo uidebimus lumen. Si & fons eſt,& lumen eſt,merito & intel
lectus eſt,quia & ſatiat animam auidam ſciẽtia,& omnis qui intelligit, luce quadam in
teriore illuſtratur. Curre ad fontes,deſidera aquarũ fontes. Apud deum eſt fons uitæ,&
inficcabilis fons, cui fonti hauriendo ſitis interior inardeſcit. Non ſit tarditas in curſu,
do,impiger curre, impiger deſidera fontem. Inuenim⁹ enim inſigne uelocitatis in cerua,
Et alio in loco inquit Pſalmiſta, Qui emittis fontes in conuallibus,inter medium mon
Pſal. 103 b tium pertrãſibunt aquæ: Quum natura terrarum deſcribitur,cauſa nobis occultior pul
cherrimis allufionibus indicatur. Certum eſt enim conualles aquis abundare copioſiſs,
fontiumq; ibi eſſe frequentiam magnã,ubi ſunt arua iacentia. Sed illud potius debemus
aduertere,quia in humilitate hominum,qui loco conuallium ponũtur,aquę diuinę ſcri
per æſtuãt. Spiritualiter montes hic accipere debemus hæreticos,ac ſuperbos,inter quos
ſcripturæ diuinæ perenni ubertate decurrunt, quia in hoc mundo eas audire bonis, ma
liſq; commune eſt. Et bene dictum eſt,Pertranſibunt aquę,quia tales uiros nullo fœcun
daſſe beneficio ſentiuntur. Nam ſi (ut quidam dicunt) montes hic iuſtos prędicatores no
luiſſet intelligi,dixiſſet de ipſis montibus aquas fluere,non eis in medio conſtituiſſet
fire potuiſſe. Diuus autẽ Auguſti. antedictũ exponẽs uerſum,hoc pacto ſcribit,Qui emit
tit fontes in conuallibus &c. Conualles noſtis quid ſint,depreſſa loca terrarũ. Nam col
libus,& montibus contraria figura apponuntur ualles,uel conualles. Colles & montes,
tumores terrarum ſunt: ualles autem, uel conualles, humilitates terrarum. Noli contẽ
mnere humilitates,inde fluunt fontes,emittit fontes in conuallibus. Audi montem,dicit
Apoſtolus: Plus illis omnibus laboraui. Magnitudo quædam commendatur,ſtatim ca
1. Cor. 15 b men,ut profluant aquæ, conuallem ſe fecit. Non ego autem,ſed gratia dei mecum. Nõ
repugnat,ut qui ſunt montes,ſint & conualles. Sicut enim montes dicuntur propter ſpi
ritualem magnitudinem,ita & conualles propter ſui ſpiritus humilitatem. Non ego, (in
quit) ſed gratia dei mecum. Ergo cõuallis eſt,& gratia dei fons eſt. Qui emittit fontes in

cõuallibus,de ſpiritu dicebatur, quomodo commemorauit: Si quis ſitit,ueniat,& bibat:
qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. hoc autem dicebat de ſpiritu, Ioan. 7 f
quem accepturi erant,hi qui in eum erant credituri. Videamus ſi conualles ſunt,ut emit
tantur fontes in conuallibus,audi prophetam: Super quem requieſcit ſpiritus meus,niſi
ſuper humilem,& quietum,& trementem uerba mea? Quis habebit fontem meum? Cõ Eſa. 66 a
uallis. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Audiuimus quid ſunt montes,ma
gni prędicatores uerbi,ſublimes Angeli dei,quamuis adhuc in carne mortali excelſi,nõ
ſua uirtute,ſed illius gratia. Quantum autem ad ipſos attinet,conualles ſunt,humiliter
emittunt fontes. Et inter medium montium (inquit) pertranſibũt aquæ,id eſt inter Apo
ſtolorum medium pertranſibunt prædicatores uerbi ueritatis. Quod medium dicitur,
commune eſt. Res communis,unde omnes æqualiter uiuunt,media eſt,nec attinet ad te,
nec ad me. Audi aquas inter medium montium: Quia cõmunis illis fides erat,nec quiſq;
aquas quaſi proprias,& ſuas habebat. Si enim non ſunt in medio,quaſi priuatę ſunt,nõ
publice fluunt,& ego habeo meam,& ille habet ſuam. At uero,ut inter medium monti
um fluant aquæ, Audi uocem montis,deus (inquit) pacis det uobis idipſum ſapere inui Rom. 15 b
cem. Et iterum, Vt id ipſum ſapiatis omnes, & non ſint in uobis ſchiſmata. Audi ipſum 1. Cor. 1 b
montem: Siue autem ego,ſiue illi,ſic prædicamus,& ſic credidiſtis. Inter mediũ enim mõ 1. Cor. 15 b
tium fluebant aquæ. Nulla enim de aquis diſcordia montium, ſed pax conſenſionis, &
ſocietas charitatis. Si qs autem uellet aliud prædicare,iam de ſuo prædicaret,nõ de me
dio. Et alio in loco Pſalmiſta ait: Tu dirũpiſti fontes,& torrẽtes,tu ficcaſti fluuios Ethã. Pſalm. 73 c
Hoc totum (inquit Caſſiodorus) per allegoriam de peccatoribus dicit. Fõtes illos appel
lat, quorum mala iugiter influebat. Torrentes, qui ſubito concitati rapidis excurſibus
irruebant. Hęc enim duo genera peccantium dominus dirumpit, quum eos à diaboli fa
mulatione diuiſerit, Siccaſti fluuios Ethan. Priorem excolit ſenſum,ut fluuios,id eſt,in
undationes diabolica iniquitate collectas,non ſolum dirumpat,ac diuidat,uerumetiam
deſiccet,& auferat. Fluuius enim quando ſiccatur,ad nihilum ſine dubitatione perduci
tur. Quod tunc contingere manifeſtum eſt,quando donans multitudinem peccatorum
diaboli conſtat inundantia perniſſe conſilia. Ethan Hebræa lingua fortis interpretatur,
quod ſæpe diabolum ſignificare iam diximus. Diuus autem Auguſtinus hoc pacto expo
nit, Tu dirupiſti fontes,& torrentes,ut manarent liquorem ſapientiæ,ut manarent diui
tias fidei,ut irrigarent falſitatem gentium, ut omnes infideles in fidei dulcedinem ſua ir
rigatione conuerterẽt, Dirupiſti fontes,& torrentes. Forte diſcretum eſt,forte unum eſt,
quia fontes tam largi fuerunt, ut flumina facerent. Si autem ad diſcretionem, in alijs Ioan. 4 b
fit uerbum dei fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Alij autem audientes uerbum,
& non ſic habentes, ut bene uiuant, tamen non tacentes lingua,torrentes fiunt. Torren
tes enim dicuntur proprie,qui non ſunt perennes. Nam aliquando & trãſlate dicitur tor
rens pro fluuio, ſicut dictum eſt, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ,& torrente deli
ciarum tuarum potabis eos. Non enim ille torrens aliquando ſiccabitur. Vides ergo ho Pſalm. 35 b
minem bene fidelem perſeueraturum uſq; in finem,non relicturum deum in omni tenta
tione pro ueritate,non pro falſitate,& errore omnes moleſtias ſuſtinentem. Hic unde ſic
uiget,niſi quia uerbum factum eſt in eo fons aquæ ſalientis in uitam ęternam? Alius au Ioan. 4 b
tem accipit uerbum,prædicat,non tacet,currit, ſed æſtas probat fontem,aut torrentem:
tamen ex utroq; rigatur terra ab eo,qui operatur ſalutem in medio terrę. Tu ficcaſti flu Pſalm. 73 c
uios Ethan. Hac rumpit fontes,& torrentes,hac ſiccat fluuios Ethan,ut inde currant a
quę. Ethan interpretatur fortis,robuſtus,ille nimirum,de quo ſcriptum eſt: Nemo enim
intrat domum fortis,ut uaſa illius diripiat,niſi prius alligauerit fortẽ. Ipſe enim eſt for Matt. 12 c
tis de uirtute ſua præſumens,& deum deſerens. Ipſe eſt fortis,qui ait,Ponam ſedem me Eſa. 14 d
am ad Aquilonem,& ero ſimilis altiſſimo. Fortes eſſe uoluerunt,qui ſe Deos futuros de
cibo uetito crediderunt. Factus eſt Adam fortis,quũ audiret,Ecce factus eſt Adam qua Geñ. 3 d
ſi unus ex nobis. Fortes & Iudæi de iuſtitia ſua præſumentes. Ignorantes enim dei iuſtiti
am,& ſuam quærentes conſtituere iuſtitiam,tanquam fortes,iuſtitiæ dei non ſunt ſubie Rom. 10 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

cti. Illi adhuc fortes sunt, qui de uirtute sua præsumunt. Siccentur flumina eorum, non proficiant doctrinæ gentium, haruspicum, mathematicorum, magicæ artes, quoniam ficcati sunt fluuij fortes. Arescat illa doctrina, ut undentur mentes Euangelio ueritatis. Ciprianus quoque libro primo epistolarum, epistola sexta, ad Magnum filium, hoc pacto scribit: Quod autem Ecclesia una sit, declarat in Cantico Canticorum
Cant. 6 spiritus sanctus ex persona CHRISTI, dicens: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa est genetrici suæ, de qua item denuo dicit: Hortus conclusus
Cant. 4 soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ uiuæ. Si autem hortus conclusus est sponsa CHRISTI, quæ est Ecclesia, patere res clausa alienis, & profanis non potest. Et si fons signatus est, neque bibere inde, neque consignari potest, cui foris posito, ad fontem accessus non est. Puteus quoque aquæ uiuæ si unus est, idem qui intus est, uiuificari, & sanctificari foris positus ex illa aqua non potest, ex qua solis eis, qui intus sunt, usus omnis, & potus concessus est. Quod & Petrus ostendens, unam Ecclesiam esse, & so-
1. Pet. 3 los eos qui in Ecclesia sint, baptizari posse, posuit, & dixit: In arca Noe pauci, id est octo animæ hominum, saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos similiter saluos faciet baptisma, probans, & contestans unam arcam Noe typum fuisse, unius Ecclesiæ. Si potuit tunc in illo expiati, & purificati mundi baptismo per aquam saluus fieri, qui in arca Noe non fuit, potest & nunc uiuificari per baptisma, qui in Ecclesia non est, cui soli baptisma concessum est.

De eodem fonte. Cap. XIII.

Psal. 113 b. ALio quoq; in Psalmo scriptum est, Qui conuertit petram in stagna aquarũ, & rupes in fontes aquarum: Petram (inquit Cassiodorus) Iudæorum duritiam debemus aduertere, quam in sacri baptismatis stagna conuertit, quum eos ad religionem fecit uenire tranquillam. Quam similitudinem dominus in Euangelio dicit, Potẽs est dominus
Matth. 3 a de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Rupes sunt arida, & dura corda gentilium, quę diuini eloquij manare fecit fontes irriguos, ut qui ante sterilibus superstitionibus ficcabãtur, post auditi fuerint uerbi cœlestis prędicationes influere copiosas. Et Augustinus
Ioan. 4 b Seipsum enim, & quandam suam duritiam liquefecit ad irrigandos fideles suos, ut fieret in eis fons aquę salientis in uitã æternã, quia prius, quum ignoraretur, durus uidebatur. Inde illi turbati sunt, & non expectauerunt, donec scripturis apertis influeret, atque
Luc. 24 d inundaret in eos, qui dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Ita petra
Ioan. 7 f ista duritia conuersa est in stagna aquarum, & ista rupes in fontes aquarum, quum rediens gens exposuit eis, incipiens à Moysi per omnes prophetas, quia sic oportebat Christum pati, & misit spiritum sanctum, de quo dicebat: Si quis sitit ueniat ad me, & bibat. Et diuus Hieronymus, Qui conuertit &c. Petra, Christus, & secundum historiam de petra exierunt flumina. Antequam Christus ueniret in carnem, non eruperant adhuc tantæ
Esa. 12 a aquæ, hoc est tanta doctrina. Postea exierunt de Christo quatuor flumina, id est quatuor Euangelia, & irrigauerunt totum mundum. Et Bernardus sermone sexagesimo sexto, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: Pro paradiso, quem perdidimus, restitutus est nobis Christus saluator. Sicut ergo de uno fonte paradisi deriuantur quatuor flumina ad irrigandum paradisum, ita de pectoris eius arcano procedunt quatuor fontes, ex quibus hauriuntur quatuor aquarum genera, unde tota per uniuersum mundum rigatur ecclesia. Sunt autem quatuor fontes, ueritas, sapientia, uirtus, & charitas. Ex his ergo fontibus hauriuntur aquæ, ex singulis scilicet singulæ. Nam de fonte ueritatis sumuntur aquæ iudiciorum, de fonte sapientiæ, aquæ consiliorum, de fonte uirtutis, aquæ præsidiorum, de fonte charitatis, aquæ desideriorum. In aquis iudiciorum cognoscimus quid liceat, uel quid non liceat, in aquis cõsiliorum discernimus quid expediat, uel quid non expediat. Sed quia electis uiris recte per hęc gradientibus non desunt tentationes, tentantur autem de duobus, aut terroribus, ut concutiantur, aut blandimentis, ut seducantur: idcirco armandi sunt contra terrores, pręsidijs diuinę uirtutis, contra blandimenta desiderijs supernæ charitatis. Desiderijs enim meliorum superantur

(ut ait quidam sanctus) desideria deteriorum. Vel sic possumus procedere. Quid prodest nosse quid liceat, & expediat, quod utiq; docent iudicia, atq; consilia, si posse perfici minime contingat? Ideo post aquas iudiciorum, & consiliorum, quærendę sunt aquę præsidiorum. Rursum & posse quid ualeat, si horum omnium non sit finis charitas? Recte itaq; post iudicia, post consilia, post præsidia, hauriuntur de fonte charitatis desideria, ut uide licet quicquid sapimus, aut loquimur, quicquid operamur, aut patimur, æternę uitę finis concludat. Sed ut hęc quę dicta sunt de fontibus, & aquis, clarius eluceant, scripturarum testimonijs reor esse comprobanda, auriq; similitudines, quas protulimus, uermiculandas argẽto. Ac primum quod dictũ est, quatuor illos fontes de pectore Iesu manare, nullum arbitror ambigere. Quomodo autem ex eisdem fontibus hauriantur prædictæ aquæ, id elaborandum est. Veniat ergo Dauid, & dicat, quod ex fonte ueritatis procedant iudicia. Hoc certe uidetur sensisse, quum diceret: De uultu tuo iudicium meum prodeat. Neque enim uir sanctus iudicium suum diceret, quod de uultu dei, id est de ueritate non prodiret. Nouerat enim electos dei ueritatis iudicijs, tanquam uirga ferrea, regi, & quia sub eorum regimine se esse sentiebat, exultans psallebat, Iudicia dei uera, iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum. A quibus ne forte per incuriam deuient, audiant uocem patris per eundem prophetam comminantis: Si in iudicijs (inquit) meis non ambulauerint, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Hæc mysteria diuini iudicij referabat cœlestis regni clauicularius, quum diceret, Tempus est ut incipiat iudicium de domo dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorũ, qui non credunt dei Euangelio? Et hoc de electis dictum est. Cæterum est aliud de reprobis iudicium, quod nihilominus ab ipsa ueritate procedit. Vnde & per Paulum dicitur, Scimus enim, quod iudicium est secundum ueritatem in eos, qui talia agunt. Et utrunque quidem iudicium complectitur ipsa ueritas, dicens: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Vtrunque autem discernit, quum item dicit: Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Si uidimus quomodo de fonte ueritatis hauriuntur iudicia, uideamus quomodo de fonte sapientiæ propinentur consilia. Quis dubitet Apostolum Paulum esse sapientem, quum & Petrus eius coapostolus sapientiam ei datam esse astruat, & eiusdem Apostoli tota uerborum series nil aliud quàm sapientiam redoleat? Proferat igitur consilia, & per ipsa nos doceat quid peregrinantibus, & ad cœlestem patriam festinantibus, expediat. De uirginibus (inquit) præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse, hoc est in uirginitate manere. Si de uirginibus præceptum haberet, nil aliud quàm quod præciperetur, liceret. Nunc uero quum utrunque liceat, uel nubere, uel non nubere, quid compendiosius dici potuit, quàm bonum est homini sic esse, præsertim quum & necessitatis instantia frequenter obrepere soleat, & cito mori ipsa temporis breuitas urgeat, totiusq; mundi figura prætereat? Item quum de uidua loqueretur, beatior (inquit) erit si sic, id est innupta permanserit, secundum consilium meum. Ac ne de proprio corde, & non potius de fonte sapientiæ uideretur hoc ipsum consilium deprompsisse, subiecit, dicens: Puto ego, quod & ego spiritum dei habeam. Sed cur ego paucis immoror exemplis, quum in eius uerbis omnis sexus, omnis ætas, omnis conditio consilium inueniat, si diligenter quærat salutis? Quod si quis curiosius uelit perspicere, utrum uerum sit quod dictum est, de sapientia consilia manare, legat libros, q inscribũtur Sapientiæ, ubi totus orationis cõtextus consilia parare uidetur. Si uero cõsultius, & utilius studet uitã inde eligere, audiat ipsam salubriter inuitãtem sapientiam: Si uis (inquit) ad uitam uenire, serua mandata. Quæris cuius? Deum (inquit) time, & mandata eius obserua. Audiat eam ipsam materno affectu inclamantem, Da mihi cor tuum. O quantum uellem & ego cor meum in eius uerbum suspendere, de cuius ore mirifico, tam dulcia uitæ consilia audio personare. Vtinam autem & linguæ meæ calamum in eius fonte possem intingere, quo idoneus

Rom. 2 a
Ioan. 9 g
Matt. 25 d
2. Petri 3 d
1. Cor. 7 d
Ibid. f
Ibid. g
Ibid.
Matt. 19 c
Eccls 11. d
Prouc. 23 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

us essem,ea quoque quæ restant de duobus fontibus,id est uirtutis, & charitatis utiliter exarare. Et quoniam quatuor isti fontes ita sibi inuicem saporẽ transfundunt, ut qui de uno biberit,quadam ineffabili dilectionis dulcedine inuitetur ad alium, libet iam de sapientia ad uirtutem tranfire,& qualiter illinc hauriuntur aquæ præfidiorum, quantum ab ipsa uirtute adiuuor,ostẽdere. Sicut autem superius dixi gemina esse ueritatis iudicia, quia scilicet determinant quid liceat,uel quid non liceat, itidem sapientiæ duo, hoc est, quid expediat,uel quid non expediat:ita & hic agnoscamus de fonte uirtutis hauriendas duplices præfidiorum aquas,quæ uel abluant electos à culpis,uel refrigerent in tormentis. De utrisque sumamus exemplum. Refert Lucas Euangelista, ꝙ quædam mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur,erogata in medicos tota substantia, quum minime curari potuisset, accesserit retro, & tetigerit fimbriam uestimenti domini, & confestim steterit fluxus sanguinis &c. Ecce quas aquas præfidij hauserit mulier de fonte uirtutis,quibus abluta est à profluuio sanguinis,quæ nulla medicorum arte poterat sanari. Quod si quis obijciat prolatum testimonium nihil ad rem præsentis operis pertinere, eo ꝙ illa mulier nequaquam abluta esse uideatur à culpis,sed tantum ab ægritudine carnis,nouerit moris esse diuinę uirtutis, prius cordi mederi, quàm copori. Vnde & alibi, quum quidam ei paralyticus offerretur curandus,tanquam bonus,& pius medicus, uolens sanare prius quod erat potius,id est mẽtem,quàm carnem,ait eidem paralytico,Cõfide fili,remittuntur tibi peccata tua. Itaq; sanata conscientia,consequenter sanatur corpus,quum dicitur,Surge,tolle lectum tuum,& uade in domum tuam. Sic ergo & huius cor mulieris prius abluit intus per donum fidei,sicut scriptum est: Fide mundans corda illorum,per quam meruit exterius impetrare salutem corporis. Hoc enim innuit ipse dominus,quum dicit:Filia,fides tua te saluam fecit,uade in pace. Quod autem de hoc ipso fonte uirtutis oriantur aquæ prę fidij in tormentis,ostendunt & illi tres pueri in fornacis incendio æstuantis positi,quibus ipsa flamma refriguit,& præcipue inclytus ille martyr Vincentius,qui quũ grauiter torqueretur,non solum tolerasse, sed etiam tortorem suũ constanter prouocasse fertur his uerbis, Insurge (inquit) & toto malignitatis spiritu debacchare,uidebis me dei uirtute plus posse,dum torqueor,quàm possis ipse qui torqueas. Ad hunc fontem inuitamur redemptoris nostri uoce,dicentis: Si quis sitit, ueniat, & bibat & cæte. Hoc autem dixit de spiritu ,quem accepturi erant credentes in eum. Quem nisi spiritum charitatis , quem mundus non potest accipere,quem soli accipiunt, qui uere credũt in eum? Ex hoc ergo fonte hauriamus nobis aquas desideriorum,ipsasq; paretiamur in geminos riuulos,ut sicut eiusdem charitatis duo sunt præcepta , ita sint & desideria gemina,quibus impleantur ipsa præcepta. Aliud est enim desiderium, quod deus propter seipsum,aliud uero proximus diligitur,in deo,uel propter deum . In illo nullus modus,sed ex toto corde,tota anima,tota uirtute diligitur deus:in hoc autem præscribitur quidam modus,quum dicitur,Diliges proximum tuum sicut teipsum. Illo flagrabat propheta,quum diceret:Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum , ita desiderat anima mea ad te deus. Et iterũ,Concupiscit,& deficit anima mea in atria domini. Et notandũ ꝙ ad illud excitatur mens humana,specialiter tribus affectionibus,ac prouehitur. Vnde deum diligere toto corde,tota anima,tota uirtute iubetur. Prima quidem dulcis, secũda prudẽs,tertia fortis est. Primam habuit Petrus,quum domino mori dissuaderet. Ex corde enim dulciter diligebat,cuius passionem expauescebat . Sed quũ audiret: Vade retro Satanas,non sapis quæ dei sunt,sed quæ hominis,eis uerbis eruditus,& intelligens quid boni haberet mors Christi,cœpit tota anima prudenter diligere,quem prius tantum diligebat dulciter toto corde, necdum uero diligebat tota uirtute. Quod si faceret,nec propter mortis discrimen eum negaret. At uero post resurrectionem , & ascensionem, dato desuper spiritu,tunc demum tota uirtute dilexit, pro quo etiam horrendum crucis supplicium postmodum subire nõ expauit. Ergo charitatem quoq; proximi exercemus triplicíter,uel ut ædificetur ipsa charitas,ubi non est,uel certe ne pereat , uel minuatur ubi est . Quisquis autem hanc puro affectu erga proximum operatur , illam proculdubio, quæ deus est,ulterius promeretur.

Lucæ 8 f

Matth . 9 a
Act.15 c
Matt.9 c

Danie.3 c

Ioan.7 f

Matt. 22 d
Psal. 41.a
Psalm. 83 a

Mar.8 d &
Matt.16 d
Ibidem

De quatuor

De quatuor saluatoris nostri fontibus. Caput XIIII.

FOns nobis est Christus dominus,unde lauemur,sicut scriptum est: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris. Veruntamen non iste solus aquarum est usus, nec tantum sordes abluunt,sed & sitim extinguũt. Beatus uero (ait sapiens) qui in sapientia morabitur,& qui in iustitia meditabitur. Et post pauca, A qua (inquit) sapientiæ salutaris potabit illum. Bene sapientiæ salutaris,quoniam sapientia carnis mors est,& sapientia mundi etiam ipsa inimica est deo. Sola quæ ex deo est sapientia salutaris,quæ secundum beati Iacobi diffinitionem,primum pudica,deinde pacifica est. Nam sapientia carnis uoluptuosa est,non pudica. Sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica. Sapientia uero, quæ ex deo est, primum pudica est, non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, ut non suam quisque faciat uoluntatem, sed consideret quæ sit uoluntas Dei, deinde pacifica, non abundans in suo sensu, sed alieno magis acquiescens consilio, uel iudicio. Tertius aquarum usus est irrigatio, quam profecto maxime necessariam habent nouellæ plantationes. Alioquin aut minus proficient, aut ex toto peribunt præ ficcitate. Quærat ergo deuotionis aquas quisquis feminauerit bonorum operum semina, ut irrigatus fonte gratiæ bonæ conuersationis hortus non arescat, sed in perpetua uiriditate proficiat. Orat enim pro huiusmodi propheta: Et holocaustum tuum (inquiens) pingue fiat. Sic & in laudibus Aaron legis, quoniam sacrificium eius, quotidianus ignis absumpsit. In quibus omnibus nihil aliud intelligendum uidetur, nisi ut bona opera feruore deuotionis, & dulcedine spiritualis gratiæ condiantur. Putas inueniri poterit quartus fons, ut paradisum recuperemus, quatuor fontium irrigatione amœnissimum? Nam si terrenam paradisum denuo nobis reddendam non speramus, quomodo regnum cœlorum sperabimus? Si terrena (inquit) dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Nunc autẽ ut de exhibitione præsentium firma sit expectatio futurorum, paradisum habemus multo meliorem,& longe delectabiliorem,quàm primi parentes habuerunt, & paradisus noster Christus dominus est. In quo tres quidem fontes iam inuenimus,quartum quæramus. Habemus de fonte misericordiæ ad diluendas culpas, aquas remissionis, habemus de fonte sapientiæ ad potandum sitim nostram,aquas discretionis,habemus de fonte gratiæ ad irrigandas plãtas bonorum operum,aquas deuotionis. Quæramus ad decoquendos cibos aquas feruentes,aquas æmulationis. Hæ nimirum condiunt,& decoquunt affectiones nostras, & ebulliunt de fonte charitatis. Vnde ait propheta: Cõcaluit cor meum intra me,& in meditatione mea exardescit ignis. Alibi quoq; Zelus (inquit) domus tuæ comedit me. Si quidem,ex dulcedine deuotionis diligens iustitiam,ex feruore æmulationis, odio habet iniquitatem,& uide ne forte de fontibus istis prædixerit Esaias, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Nam ut promissionem hanc uitæ præsentis esse noueris, nõ futuræ,illud attende quod sequitur, Dicetis in illa die, Confitemini domino,& inuocate nomen eius. Inuocatio quippe præsentis temporis est, sicut scriptum est, Inuoca me in die tribulationis. Porro ex his quatuor fontibus tres quidem proprie conuenire uidẽtur tribus ecclesiæ ordinibus,singuli singulis. Nam primus quidem communis est omnibus. In multis enim offendimus omnes,& necessarium habemus misericordiæ fontem, ad diluendas offensionum sordes. Omnes (inquã) peccauimus,& egemus gratia dei. Et prælati dei, & continentes, & coniugati. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Quia ergo nemo mũdus à sorde,necessarius est omnibus fons misericordiæ, & pari uoto debent ad hunc fontem Noe,Daniel, & Iob properare. De cæteris quidem Iob maximæ sapientiæ fontem quærat, quoniam ipse magis inter mediosos laqueos ambulat,ita ut magnum uideatur, si à malo declinet. Danieli uero currendum est ad fontem gratiæ, cui nimirum pœnitentiæ opera,& labores abstinentiæ, deuotionis gratia necesse est impinguare. Oportet enim ut nos maxime in hilaritate oia faciamus. Quoniã hilarẽ datorem diligit deus. Nam & terra nostra nequaq; fertilis est huiusmodi seminis,bonæ scilicet conuersationis,ideoq; facile exaresceret,nisi crebris irrigationibus adiuuetur, unde & in oratione dominica huiusmodi gratiã sub quotidiani pa-

Apoc.1 b
Eccl.14 b
Eccl.14 b
Rom.8 b
Iacob.3 d
1.Cor.13 b
Psalm.19 a
Ioan.3 b
Psalm.38 a
Psalm.68 b
Esa.12 a
Psal. 49 b
Iaco.3 a
Rom.3 c
1.Ioan.1 a
Iob 15.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis nomine poſtulamus. Merito ſane, ne forte cadat ſuper nos terribilis illa maledictio
prophetícæ imprecationis, Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur, exa
ruit. Fons uero æmulationis Noe conuenit ſpecialiter, quia maxime prælatos decet hic
zelus. Quatuor itaq; fontes iſtos adhuc in carne uiuentib⁹ nobis in ſemetipſo Chriſtus
exhibet. Quintum qui eſt fons uitæ poſt hoc ſeculum repromittens, ad quẽ ſitiebat pro-
1.Cor.9 b pheta, quum diceret, Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuũ. Fortaſſis etiam propter
hos quatuor fontes, quatuor in locis uulneratus eſt Chriſtus adhuc uiuens in cruce, pro
Matt. 6. b pter quintum, quum iam tradidiſſet ſpiritum, tranforatus eſt in latere. Viuebat adhuc,
Pſal.118 a quando foderunt ei manus, & pedes, ut nobis adhuc uiuentibus, quatuor fontes ex ſeip-
ſo proferret. Quintum pertulit uulnus, quũ iam expiraſſet, ut in ſe nihilominus quin-
tum nobis fontem poſt obitum aperiret. Sed ecce dum loquimur de myſterijs natiuitatis, ad ſcrutanda repente deuenimus ſacramenta dominicæ paſſionis. Nec mirum tamẽ, ſi quærimus in paſſione, quid in natiuitate ſua Chriſtus attulerit. Tunc enim confeſſio ſacco, pecuniam, quæ latebat, in precium noſtræ redemptionis effudit. Et in ſententijs eiuſdem Bernardi: Fontes (inquit) quibus animæ lauantur, tres ſunt: Anxietas contritionis, quæ irrigat ſuperficiem terrę, humilitas confeſſionis, quę poſita eſt extra urbem, de-
Pſalm.41 a nis, quæ irrigat ſuperficiem terrę, humilitas confeſſionis, quę poſita eſt extra urbem, de-
Ioan.19 f uotio compunctionis, ſuper quam Ieſus moratur, & ſedet. Et Auguſtinus libro Cõfeſſi-
onum 12. capite 27. Sicut fons in paruo loco uberior eſt, pluribuſq; riuis in ampliora ſpacia fluxum miniſtrat, quàm quilibet eorum riuorum, qui per multa locorum ab eo-
dem fonte deducitur, ita narratio diſpenſatoris tui (id eſt, Moyſi) fermocinaturis plu-
ribus profutura, paruo ſermonis modulo ſcatet fluenta liquidæ ueritatis, unde ſibi quil-
uerum, quod de his rebus poteſt, hic illud, ille illud per longiores loquelarũ anfractus
Gene. 2 a trahat &c. Et libro de Geneſi contra Manichæum ſecundo, capite 5. Fons aſcendebat
(inquit) de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. Ante peccatum (inquit) quum uiride
agri, & pabulum feciſſet deus, quo nomine inuiſibilem creaturam ſignificari diximus, ir-
rigabat eam fonte interiore, loquens in intellectu eius, ut non extrinſecus uerba excipe-
ret, tanquam ex ſupradictis nubibus pluuiam, ſed fonte ſuo, hoc eſt de intimis ſuis mana-
te ueritate ſatiaretur. Fons aſcendebat &c. De qua ſcilicet terra dicitur, Spes mea ex tu,
Eccl.10 b portio mea in terra uiuentium. Quando autem anima tali fonte rigabatur, nõdum per-
ſuperbiã proiecerat intima ſua. Initiũ enim ſuperbiæ hominis, apoſtatare à deo. Et quo-
niam in exteriora per ſuperbiam tumeſcens cœpit non irrigari fonte intimo, bene intul-
tatur illi uerbis propheticis, & dicitur: Quid ſuperbit terra, & cinis? Quoniã in uita ſua
proiecit intima ſua. Quid eſt enim ſuperbia aliud, niſi deſerto ſecreto conſcientiæ foris
uideri uelle quod non eſt? Et ideo laborans in terra, neceſſariam habet pluuiam de nubi-
bus, id eſt doctrinam de humanis uerbis, ut etiam hoc modo poſſit ab illa ariditate resi-
refcere, & iterum fieri uiride agri. Sed utinam uel pluuiam ueritatis de ipſis nubibus libe-
ter excipiat. Nam propter illam dominus nubilum carnis noſtrę dignatus eſt aſſumere,
imbrem ſancti Euangelij largiſſimum infudit, promittens etiam, q; ſi quis biberit de a-
qua eius, rediet ad illum intimum fontem, ut forinſecus non quęrat pluuiam. Dicit enim,
Ioan. 4 b Fiet in eo fons aquę ſalientis in uitam æternam. Iſte (credo) fons ante peccatum aſcende-
bat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ, quia interior erat, & nubium non deſide-
rabat auxilium. Et capite 6. Nomine (inquit) fontis aſcendentis, & irrigantis omnem fa-
ciem terræ, inundatio ueritatis animam ſatians ante peccatum, inſinuata eſt. Et cap. 24.
Fons aſcendebat de terra &c. Facies terræ, id eſt dignitas terræ, mater domini uirgo Ma-
ria rectiſſime accipitur, quam irrigauit ſpiritus ſanctus, qui fontis, & aquæ nomine in
Ioan.7 f Euangelio ſignificatur, ut qualis de limo terræ, talis homo ille fieret, qui conſtitutus eſt
in paradiſo, ut operaretur ibi, & cuſtodiret, id eſt in uoluntate patris, ut eam impleret, at-
Eſaiæ 12 a que ſeruaret. Et Cyrillus de recta fide: Et haurite (inquit) aquam cũ lætitia ex fontibus
ſalutaris. Salutares autem fontes eſſe dicimus ſanctos Prophetas, Euangeliſtas, & Apo-
ſtolos, qui ſuperne, & de cœlo etiam ſalutarem mundo pluunt ſermonem, ſuppeditante
illis ſpiritu ſancto, totumq; ſic lætificant mundum, in profunditatem ſententiarum illo-
rus demittentes mentem, inuentam ueritatem inde haurimus.

De fonte

De fonte ſignato. Cap. XV.

ET Gilbertus ſermone trigeſimoquinto, ſuper Cantica exponens illud Cantícorũ, Hortus concluſus, fons ſignatus: Signetur (inquit) fons tuus, ut non effuſione prodi- Cant.4 d
ga totus exiccetur, ſignetur ut ad irrigandum tibi ſufficiat. In plateis tuis aquas tuas diui- Prou. 5 d
de, habeto eas ſolus, ut non ſint alieni participes tui. In plateis (inquam) ſed in tuis aquas
diuide, ut uirtutum aromata tibi accreſcant, ac ſi iuxta aquam in plateis. Quomodo nõ Ioan.4 b
erit fons ſignatus, qui de fonte illo uitę profluit, quem ſignauit deus pater? Qui (inquit)
biberit de aqua hac, quam ego do, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. In fon
te hoc, quem ſignatum uocant, ſignatam quandam & ſpiritualem, & propriam, & à ſecu
lari ſeiunctam doctrinam intellige, aut certe deuotionem priuilegio dulcedinis ſignatã,
& quaſi ſingularem copioſe fluentem, & iugiter. Hæc eſt quæ omnia uirtutum læta red-
dit genimina. Hæc eſt fortium operum exhilaratio, ac ſi quędam irrigatio oſſium. Gau-
dium enim cordis exhilarat hæc ſingularis, & inſignis deuotio in deum, quaſi fons ſigna-
tus, & proprius, ſegregatusq; in hoc miniſterium, ut cor ſponſæ, ac ſi hortum quendam
irriget in ſponſi delitias. Signetur ergo, ut non fiat iuxta quod ſcriptum eſt, Fons tuus Prou. 25 d
turbatus pede, & uena corrupta, alioquin neſcit tuus dilectus de puro fonte potare: Si-
gnatum eſt (inquit) ſuper nos lumen uultus tui domine, dediſti lætitiam in corde meo. Pſalm 4 b
Lętitiam ad irrigationem deflecte. Deniq; in ſtillicidijs fontis hort⁹ lętabitur germinãs. Pſal.64 c
Nónne recolis de Geneſi, q; fons aſcendebat, & irrigabat totam faciem terræ? Adhuc ter- Gene.2 a
ra dedit fructus ſuos, nondum nouit ſpinas, & tribulos. Quis dabit hortulo meo hanc
aquam, & areolis meis hunc fontem ſignatum? Quis dabit, ut tota hortuli mei facies
irrigua ſit lætitiæ, & lucis riuulis, nihil in eo aut ſterile ſit, aut quadam indeuotione
triſte? Vicina ſterilitati uidetur operatio triſtis, & ſpiritualis gaudij carens irrigatio-
ne. Denique & ſi quid naſcitur, quaſi radix aſcendit de terra ſitienti. Quaſi radix, non Eſa. 53 a
quaſi flores, non quaſi fructus. Quaſi radix, hoc eſt aut parum, aut nihil plus habens in
radice. Ideo fontis inducta eſt mẽtio, ut germina læta credas erumpere in horto irriguo.
Et eſt equidem hortus, cuius aquæ fortuitæ ſunt, & quaſi deforis adſcitæ, non perennes,
non propriæ. Bonus autem hortus, cuius fons in ipſo naſcitur. Fons ſignatus, & propri-
us, fons (inquit) & fons ſignatus, id eſt iugiter intus erumpens, & non ualens corrumpi.
Fons, quia ubertim fluit, ſignatus, quia nequaquam per effluit. Aut ideo dicitur fons ſi-
gnatus, quia & ſi alȷs alij fontes ſunt, ſorori & ſponſæ ſpecialis eſt fons, & proprius, &
quadam prærogatiua ſignatus. Bonus omnino fons ſapientiæ, ſed adhuc ſub ſignaculo
nobis emanat, dulciter ſapit, ſed nondum dilucide ſcitur. Signatus eſt, & clauſus ſub figu
ris. In Apocalypſi liber oſtenditur in manu ſedentis ſuper thronum, ſignaculis ſeptem ſi Apoca.5 a
gnatus. Vtriuſq; ratio & fontis, & libri ad ſapientiæ ſpectat intellectum, ſed uterque ſi-
gnatus eſt figuris, & ænigmatibus inuolutus. Signatus eſt, quoniam quibuſdam nobis
intimatur indicijs, & occultatur in ipſis. Fons iſte ſignatus quidem eſt, ſed exiccatus nõ
eſt, cuius tam gratioſæ ſunt emiſſiones. Signatus eſt fons ſapientiæ, ſed ab emiſſioni-
bus eius cognoſcetis eam. Erit (inquit) fons patens domus Dauid in ablutionem pecca- Zach.13 a
toris, & meſtruatæ. Ille patet, hic ſignatur. Ille abluit, hic alit. Ille lauat, hic rigat. Ille pur-
gat delicta, hic producit delicias. Ille communis multorum, hic ſpecialis eſt ſponſæ. Ibi
remiſſiones ſiunt, hic emiſſiones. Et exponens illud Salomonis, Fons hortorum, puteus
aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de Libano: Noſtis (inquit) quantum inter ſe di Cant.4 d
ferunt hi noti fontes, & putei. Puteus infoditur, fons gratis fluit. In illo aquæ reconditæ
ſunt, in iſto quaſi propoſitæ, & ſeipſas offerentes ultro. Magna eſt in iſtis differentia, nec
poſſunt utraq; in alterutris inueniri. Non poteſt uel fons putei, uel puteus fontis pro-
pria, & domeſtica ſibi uendicare. Vterque naturæ ſuæ continetur limitibus. Corporalia
& æterna anguſta ſunt, ſpirituales abundant diuitiæ. Ad ſpiritualia ſi referamus iſta, in
eodem erit inuenire fontem, & puteum, & alterutra ab inuicẽ propria cõmunicari. Cõ-
municemus ergo hæc, ſi uultis inuicem propria, & in eodem aſſignemus utraq;. Accipia
mus in fonte ſufficientiam doctrinæ, in puteo ſecretum. In illo abundantiam, in iſto alta
myſteria. Et quidem bonus doctor qui quaſi de quodam alto puteo, ita de abdito ſapiẽ-

tiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ thesauro copiose profert noua,& uetera, puteus est, quia quæ dei sunt,nemo nouit,
1. Cor. 2 c nisi spiritus dei. Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei,& quasi fons quidam
producit in medium,& uirtutum hortos irriguos reddit. Habetis ergo in puteo occultas
2. Cor. 2 c tionem,in fonte copiam,profusionem in fonte,& sensuum profunditatem in puteo. Pu
teus altus est,sed non indiget hauritorio. Fons est,& gratis fluit. Qui sitit,ueniat,& bibat
Eccl. 1 a de aquis sponsæ. Sicut & puteus sapiētiæ,ita & fons sapiētiæ legitur. Et forte in his duo
bus geminus eius modus exprimitur. Vnus qui fit per inuestigationem, alter qui fit per
inspirationem. Fontis aquæ ultra prorumpunt in puteo uero,terræ prorumpitur moles
& soliditas penetratur,ut ad aquam uiuam pertingas. Vtraq; alteri necessaria est,& in
dustria gratiæ,& gratia industriæ. In uanum enim laborat,qui puteum fodit, si non ipse
fons uitæ gratis effluat. Sed & tibi gratis foderis puteum,& receptaculum aquarū præ
paraueris,si fuerit neglectus puteus tuus. Et si squaleas, non descendent in illum aquæ
uiuæ,non fluent impetu de Libano. Aquæ quæ descendunt de Libano, nesciunt colligi,
nisi in puteum candidum,& aquæ,quæ cum impetu fluunt,uolunt puteum habere capa
cem. Altum & capacem efficies cordis tui puteum,si curas terrenas egeras,si locū efficias
Psal. 118 r in animo tuo lætitiæ spirituali,si os tuum aperias,ut attrahas spiritum, & fluant in uen
trem tuum flumina aquę uiuæ.

Quid fores,& formica mystice significent. Cap. XVI.

Prou. 1 c FOres mystice sunt doctores,qui uerbum dei prædicant,& credentes in ecclesiam in
troducunt,ut diuus inquit Hieronymus,exponens illud Salomonis,Sapientia foris
prædicat &c. in foribus portarum urbis profert uerba sua &c. Vrbs (inquit) Ecclesia est
ex utroq; populo,ludæorum uidelicet,& gentium adunata,cuius portarum fores, sunt
doctores,qui uerbum prædicando,credentes in eam introducunt. Et in foribus portę
eius uerba sapientia proferebat,quum in Apostolis suis loquebatur, e quibus unus ait
2. Cor. 13 a bat,An experimentum quæritis eius,qui in me loquitur,Christus? Possent fores portarū
urbis,etiā synagogæ maiores intelligi,in quibus sapiētia disputabat,quum legisperitos
pharisæos,& sacerdotes per Apostolos loquens,suam reuocabat ad gratiam,ita ut dicat
Act. 6 b Lucas ait,Multa turba sacerdotum obediebat fidei,& sic capite octauo, In ipsis foribus
Prou. 8 a loquitur,dicens &c. Doctores Ecclesiæ sint (inquit) fores ciuitatis eius,per quos uiris &
mul,ac fœminis,sapientibus,& insipientibus,grandęuis prædicat,& paruulis. At contrà
Prou. 8 d doctrina fallax clàm,& priuatim,quos seducere ualeat,quærit. Et eodem capite: Beatus
(inquit) homo qui audit me,& qui uigilat ad fores meas quotidie,& obseruat ad postes
ostij mei. Fores (inquit) suas,& postes ostij sui scripturas sanctas,& eorum doctores nun
cupat. sine quibus ad uitam,quam pollicetur,nō ualemus ingredi. Et de muliere stulta,
& clamosa,& plena illecebris,& nihil omnino sciente,id est,de hæresi,quæ sapientiæ cō
Prou. 9 c trariatur,scriptum est,Sedet in foribus domus suæ super sellam: Sedet (inquit) in foribus
domus suæ,id est. in doctoribus falsitatis,qui in penetralia perfidiæ miseros fallendo,
Psalm. 1 a introducunt. Super sellam autem,quia cathedram sibi prædicationis usurpat. Hæc cā
thedra pestilentiæ,in qua beatus uir sedere detrectat.

Formicæ quid homo facerere debeat,indicant. Nam (ut diuus ait Augustinus in enar
ratione Psalmi trigesimi sexti:) Quum res sunt tranquillæ,tunc homo sibi colligere de
bet uerbum dei,& recondere in intimis cordis sui,quemadmodum formica abscondit in
cauernosis penetralibus labores æstatis. Per æstatem enim uacat hoc agere. Venit autem
hyems,id est superuenit tribulatio,& nisi intus inuenerit quod edat, necesse est ut fame
dispereat. Scribit quoq; Salomon, Vade ad formicam o piger,& cōsidera uias eius,& di
Prou. 6 a sce sapientiam. Quę quum non habeat ducem,nec præceptorem,nec principē,parat æsta
te cibū sibi,& cōgregat in messe quod comedat. ubi Hieronymus hoc pacto scribit: Hinc
uacantē hortatur quēq;,ut si ad alios erudiendos non sufficit,saltē suimet curā agere non
negligat. Et si sapientiā docēdi nequit ab hoīe discere,uel operādi sapiētiam,discat à for
mica. Formica dicit strenuus quisq;,& ¡puidus operarius,q in præsenti uita,uelut in æsta
te,fructus iustitiæ quos in æternū recipiat,sibi recōdit. Si tantillū animal principe carēs,
& rationis expers, natura duce, sibi prouidet in posterum, multo magis tu ad imaginē
dei conditus,

dei conditus,ad uidendam eius gloriam uocatus,doctorum magisterio adiutus, ipsum
conditorem habens ducem,debes in præsenti bonorum operū fructus congregare,quibus
in æternum uiuas in futuro. Hæc etenim uita in eo messi cōparatur,& æstati, q̄ nūc
inter ardores tentationum tempus est colligendi futurorum merita præmiorum. At dies
iudicij hyemis similatur rigoribus,quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro
uita laborandi,sed tantum cogitur quisque de horreo priscæ actionis,quod recondidit,
proferre. Vnde dominus præcipit,dicens: Orate autem ut non fiat fuga uestra in hyeme,
Matt. 24 b uel sabbato. Hyeme enim facultas,sabbato licentia iuxta legem deest fructus uitæ colli
gendi,ac penuriam fugiēdi perpetuam. Et Prouerbiorū 30. scriptum est: Quatuor sunt
Prou. 30 d minima terræ,& ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicæ populus infirmus, qui præ
parat in messe cibum sibi,ut diuus scribit Hieronymus: Ecclesiæ populus infirmus, qui præ
mentis custodiat,infirmum se temporaliter aduersarijs sæuientibus ostēdit,domino per
Euangelium dicēte,Ego autem dico uobis non resistere malo,sed si quis te percusserit in
Mat. 5 f dexteram maxillam,tu præbe ei & alteram. Qui in hac uita præparat sibi fructus bono
rum operum,quibus uitam mereatur habere perennem.

Quid fornicatio mystice significet. Caput XVII.

DE fornicatione autem scribit Origenes homilia 7. in Ezechielem: Quomodo (in
quit) in fornicatione carnis est aliquis non nimiæ fornicationis,& tamen fornica
tione pollutus,alius uero multiplicans fornicationem suā: sic & in ea fornicatione,quæ
animam suam,sensumq; commaculat,alius multitudine fornicatiōis obruitur,alius ue
ro non tam à fornicatione est seiunctus. Idcirco qua mensura mensi fuerimus, remetie
Matt. 7 a tur nobis. Et fornicata es in filios Aegypti confines tuos. Filij Aegypti,cōtrariæ fortitu
Ezech. 16 c dines sunt. Nec mirum est,si confines nostri Aegyptij dicantur. Cōfines Aegypti,& Hie
rusalem in sua ciuitate sunt positi,qui sunt magnis carnibus,sic dicti,quia carnei intelle
ctus magnarum nos carniū faciant,ut e contrario est quædā caro deficiens,de qua dicit,
Quomodo caro mea in terra deserta,& inuia,& inaquosa,sic in sancto apparui tibi. For
Psalm. 62 a Ezech. 19 c multipliciter (inquit) fornicata es ad me exasperādum. Multas species fornicationis cō
mifisti ad me concitandū. Quod si extēdero manū meam in te,& auferam legitima tua,
& tradam te in animas eorū,qui te oderunt filios alienigenarū: Vides quia in animas a
lienigenarū traditur,quę indigna fit usu legis,& sermonum dei,Qui te diuerterūt de uiæ
tua. Impie egisti,& fornicata es super filios Assur. Primum super filios Aegypti, deinde
super filios Assur. Hæc species peccatorum sunt. Nam & quum captiuos acceperunt As
syrij filios Israel, factum est quidē id quod scriptura refert,scriptum est autē propter fre
quentē nostram captiuitatē,quæ à spiritalibus Assyrijs perpetratur, de quibus Aposto
Ephes. 6 b lus dicit: Non est nobis certamen aduersus carnem,& sanguinē,sed aduersum spiritalia
nequitiæ. Et nec sic satiata es. Et fornicata es,& non satiaberis. Quando quis non imple
tur delinquens,sed semper prioribus peccatis noua peccata cōiungit,colligans ut funē lō
go,& sicut loro iugi uitulæ,iniquitates,nunquā se ad meliora conuertens,neq; pœniten
tiam agens super malis suis, dicitur ad eum,Et non satiaberis. Et circa finem: Et forni
cata es tripliciter in filiabus tuis. Quid est quod ait,tripliciter fornicata est in filiab⁹ suis
Hierusalē? Dei indigemus auxilio,ut ipse nobis obscuritatē istius loci edisserat. Et quo
modo Moyses audiebat deum,& deinde ea,quę à deo audierat,proferebat ad populum,
sic nos indigemus spiritu sancto loquente in nobis mysteria,ut orationibus nostris scri
pturam possimus audire,& rursum quod audiuimus, populis intimare. Quid est ergo,
Tripliciter fornicata es in filiabus tuis? Si intelligas fornicationem carnis,& animæ, &
spiritus,& uideas aliquem fornicari in his omnibus,uidebis tripliciter fornicantem Hie
rusalem. Qui uero tripliciter cautus est,iste ab Apostolo meretur audire, Deus autem pa
1. Thes. 5 d cis sanctificet uos per omnia,ut integer spiritus uester,& anima, & corpus sine querela
in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Et homilia 20. super Numeros in hunc
modum scribit: Est execrabilis etiam corporis fornicatio. Quid enim ita execrabile,
quàm templum Dei uiolare,ac tollere membra Christi, & facere membra meretricis?

Multo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur. Generalis autem fornicatio dicitur, quum anima, quæ in consortium uerbi dei ascita est, & matrimonio eius quodammodo sociata, ab ullo, alieno scilicet, & aduersario illius uiri, qui eam sibi despondit in fide corrumpitur, & uiolatur. Est ergo sponsus, & uir animæ mundæ & pudicæ, uerbum dei, qui est Christus dominus, sicut
1. Cor. 6 c & Apostolus dicit: Volo autem omnes uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne forte sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic corrumpantur sensus uestri à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Donec igitur anima adhæret sponso suo, & audit uerbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semē suscipit uerbi, & sicut
2. Cor. 11 a ille dixit, De timore tuo domine in utero concepi: ita & hæc dicit, de uerbo tuo domine
Esa. 26 c
1. Tim. 2 d in uentre concepi, & parturiui, & spiritum salutis tuę feci super terras. Si ergo sic de Christo concepit anima, fecit filios, pro quibus dicatur ad eam, quia salua erit per filiorum procreationem, si permanserit in fide, & charitate, & sanctitate cum sobrietate, etiam si prius sicut Eua seducta fuisse anima uideatur. Est itaq; uere beata soboles, ubi concubitus factus fuerit animæ cum uerbo dei, & ubi complexus adinuicem dederint. Inde nascetur progenies, inde pudicitia orietur, inde iustitia, inde patiētia, inde mansuetudo, & charitas, atq; omnium uirtutum proles ueneranda succedet. Quod si infelix anima diuini uerbi dereliquerit sancta connubia, & in adulterinos se cōplexus diaboli, aliorumq; daemonum illecebris deceptam tradiderit, generabit sine dubio etiam inde filios, sed illos,
Sap. 3 e de quibus scriptum est, Filij autem adulterorum imperfecti erunt, & ex iniquo cōcubitu semen exterminabitur. Omnia ergo peccata, filij sunt adulterij, & filij fornicationis. Vode & ostenditur, quod per singula quæq; quæ gerimus, parit anima nostra, & generat filios, sensus scilicet, & opera, quæ gerit. Et si quidem secundum legem est, quod gerit, & secundum uerbum dei, spiritum parit salutis, & propterea per filiorum generationem saluabitur. Et isti sunt filij de quibus propheta dicit, Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Si uero quod agit, contra legem est, & peccatum est, sine dubio ex conceptione contrarij spiritus, malignam sobolem gignit. Parit enim filios peccati. Et istæ
Iob 3 a. & Hier. 20 d sunt maledictę generationes, in quibus à nonnullis sanctorum maledicitur etiam dies in quo nati sunt. Nunquam est ergo quando non pariat anima. Anima semper parit, semper generat filios. Sed illa quidem benedicta generatio est, quæ de uerbo dei cōcepta generatur, & ista est filiorum generatio, per quam salua fiet. Si autem (ut diximus) ex con-
1. Tim. 2 d trario spiritu concipiat, certum est, quia pariat filios iræ, aptos ad interitum. Et forte ad
Rom. 2 e utrasq; istas generationes animæ respicit illud, quod dictum est, Quum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni, uel mali, ut propositum dei, quod secundum electionem factum est, maneat, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Istæ enim tales generationes animæ etiam priusquam faciant boni aliquid (siquidem ex spiritu sancto generatę sunt) iam diliguntur. Si uero ex spiritu maligno, etiam priusquā opere impleant, aliquid mali, hoc ipso tamen quod huiusmodi uolūtatem peperit anima, digne in ea odio habetur malæ uoluntatis execranda conceptio. Propterea fortassis in huius sacramenti
Gen. 9 d figura etiam Chanaā puer antequam nasceretur, maledicitur. Cham nanq; peccauit in pater eius, & prophetans Noe, quum unicuiq; filiorum suorum optima quæq; desiderauit, ubi ad Cham uentum est, Maledictus (inquit) Chanaā puer. Chani peccauit, & Chanaam progenies eius maledicitur, & maledicta est. Et ideo acrius nobis intendēdū est, & prospiciendum, ne forte generet aliquid anima, quod maledicto dignum sit, ut etiam si nondum opere impleuerit, in ipsa tamen uoluntate, & proposito eius, erit huiusmodi maledicta progenies. Quod & si forte aliquando euenerit (quis enim inuenietur facile, qui ab huiusmodi generatione, id est peccandi uoluntate habeatur immunis?) si ergo acciderit tale aliquid, quid remedij detur, ex diuinis uoluminibus requiramus. Inueniemus
Psal. 136 b. in psalmis de hoc scriptum, Filia Babylonis misera, beatus qui retribuit tibi retributionem quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Etiam si nondum aliquid operis gessit Babylonius in nobis iste cōceptus, dū adhuc paruulus est, non mi-

non miserearis eius, nec parcas ei, sed statim interfice. Odibilis em̄ est, perime, occide, elidens ad petram, petra autem est Christus. Quis ergo tantus, ac talis est, ut non expectet 1. Cor. 10 b
omnino usquequo crescat in eo Babyloniæ soboles, nec augeantur in eo opera confusionis, sed in primis statim initijs, ubi nasci cœperint, & ex uoluntatis motibus coalescere, at que (ut ita dicam) ubi caput cœperint de uulua animæ proferre pernicioſa desideria, malligni spiritus inspiratione cōcepta, arripiat statim, & elidat ad petram, id est adducat ad Christum, ut in conspectu tremendi iudicij eius posita, exolescant, & pereant? Hæc dicta sunt nobis de generali fornicatione, quæ species habet plurimas, quarum una est hæc, q̄ in consuetudine ob corporale stuprum, fornicatio nominatur. Ego uero legens Aposto lum, quum uenissem ad eum locum, in quo dicit, Qui se iungit domino, unus spiritus, & 1. Cor. 6 d
qui se iungit meretrici, unum corpus est, quærebam si est aliquid aliud medium præter hoc, ut aut domino quis iungatur, aut meretrici, & pro uiribus meis discutiens, profundum satis, & reconditum in ijs uerbis intuebar Apostoli sensum, qui ita definierit, quod omnis anima aut domino coniuncta sit, aut meretrici. Et intellexi quod dominum quidem dixerit uirtutes, quę Christus est, id est uerbum: sapientiam: ueritatem: iustitiam: cęteraq; huiusmodi. Meretrices uero omnes e contrario malitiæ species. Hoc etiam apud Salomonē dici intelligo in eo quod ait de meretrice, quia per fenestras prospicit in plateas, & si quem uiderit insipientium adulescentulorum, & inopem sensuum, trāseuntem iuxta angulos domus suæ, & loquentem in tenebris uespertinis, quum silentium fuerit nocturnum, uel caligo noctis, mulier autem occurrit ei habens speciem meretricis, quæ facit iuuenum euolare corda.. Hæc ergo quæ dicitur meretrix, ipsa est malitia, & qui se iunxerit huic meretrici, unum corpus malitiæ efficitur. Sicut ergo qui se iungit Christo domino, iungit se sapientiæ, iungit se iustitiæ, iungit se pietati, & ueritati, & cum ijs omnibus unus efficitur spiritus: ita & qui se iungit huic meretrici, iungit se impuditiæ, impietati, iniquitati, mendacio, & simul omnibus peccatorum malis, cum quibus unum corpus efficitur. Et Augustinus libro secundo confessionum, capite 6. Fornicator (inquit) anima, quum auertitur abs te, & quærit extra te ea quæ pura, & liquida non inuenit, nisi quum redit ad te. Et libro unico contra Adimātum, capite septimo: Est autem (inquit) animæ fornicatio, auersio à fœcunditate sapientiæ, & ad conceptum temporalium illecebrarum, corruptionumq; conuersio. Et tractatu 42. in Ioannē: Quia (in quit) consuetudo scripturarum est, quas legebant, fornicationem spiritaliter appellare, Ioan. 8 c
quum dns multis, & falsis anima tanquam prostituta subijcitur, respondenrunt ei, & dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum.

Quid frænum, ac fratres mystice significent. Cap. XVIII.

FRænum quid mystice significet, diuus Gregorius declarat libro 20. Moralium, capite 19. exponens illud Iob, Et frenum posuit in os meum: Frēnum (inquit) sibi apud Iob. 30 b
quosdam positum cognouerant, qui dicebant, Vobis oportebat primum loqui uerbum Act. 13 g
dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternę uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Frænum silentij sibi superimpositum sancti uiri apud dura reproborum cordа conspiciunt, qui per prophetam dicunt: Quomodo cantabimus canticum domini in Psal. 136 a.
terra aliena? Frēnum poni etiam Paulus admonuit, qui discipulo præcepit, dicens: Hęreticum post primam, & secundam correctionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui eius Titum 3 c
modi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Sancti quippe doctores plerunq; aliena consideratione refrenantium corda conspiciunt, & dum ea derelicta diuinitus uidēt, afflicti, gementesq; conticescunt. An non aliquando frænum Salomon doctoribus impo Prouer. 9 b
nit, qui dicit, Noli arguere derisorem, ne oderit te? Sed si ab increpatione idcirco retrahimus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, non iam lucra dei, sed nostra quærimus. Qua in re sciendum est, quod nonnunquam, quum redarguuntur praui, deteriores exiſtunt. Ipſis & non nobis parcimus, si ab eorum redargutione, pro eorum amore cessamus. Vnde necesse est, ut aliquando toleremus, tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant, uidendo (alias bene uiuendo) quod non sunt. Quia igitur sancta Ecclesia, quæ uerba sua semper per charitatem exerit, ea etiam nonnunquam ex charitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

reſtringit, dicat, Frænum poſuit in os meum. Ac ſi aperte fateatur, dicens: Quia in quibuſdam profectum non uidi, prædicationis, ab eis impetum temperaui, ut uitam meam ſaltem per patientiam diſcerent, quum uerba mea admittere per oblatam prædicationẽ
Pſal. 31 b nollent. Et Dauid in Pſalmo ait: In camo, & fræno maxillas eorum cõſtringe. Fræno (inquit Hieronymus) & camo moderationis ſuæ, Deus coartat impiorum ſuperuacuas blaſphemias. Hoc rogat Eccleſia deum patrem, ut per frænum, id eſt, prædicationem populum gentilem, quos equos nominauit, de lata uia, & ſpecioſa ſeculi huius, faciat ad ſe appropinquare & populum Iudaicum, quos mulos nominauit, q piger eſt ad deum credendum, per camum, id eſt per contritionem cordis faciat eum ad ſe uenire. Et Caſſiodorus, In fræno, & camo maxillas eorum conſtringe. Hic iam generaliter humanum genus cõmonet, ne uagis ſubdatur erroribus. Sed perſcrutemur, quare iſtę cõparationes ſint poſitæ. Equus ſine diſcretione, ſeſſoris ſeruit arbitrio, & quocunq; fuerit aſcenſus, excurrit. Mulus autem patienter accipit ſarcinas, qbus fuerit oneratus, & pro hoc uterq; intellectum non habent, quia nec ille eligit, cui obediat, nec iſte, quibus oneribus ingrauetur, intelligit. Prohibet ergo huiuſcemodi homines diabolicis fraudibus infidere, & uitiorũ oneribus prægrauari, ne male obediendo, ſuperbiæ magis partibus addicantur. Verum iſtis talibus, quid dicit eſſe faciendum? Scilicet quod animalibus imprudentibus. His enim comparationibus ſtultos homines ueritati ſubdidit inuitos. Nam quod ait, In fræno, ad equum pertinet. Frænum enim à fero, id eſt caballo retinendo dictum eſt: In camo uero, ad mulum reſpicit. Ergo hæc duo animalia ſupradicta cohibent iſta retinacula, ut ad arbitrium iubentis incedant, ne ſuis uoluptatibus efferantur. Maxillę uero adminicula ſunt animalium, quibus eſca manditur, ut corporis uita procuretur. Ipſas ergo maxillas per figuram allegoricam dicit inobedientibus debere conſtringi, id eſt, copias uictuales parcius dari, ut ieiuniorum neceſſitate concluſi, creatoris ſubdãtur imperio. Et diuus
Zach. 14 Hieronym. exponens illud Zachariæ, In die illa erit quod ſuper frænum equi eſt, ſanctũ dño: Sin autẽ (inquit) uoluerimus (ut lxx. tranſtulerunt) frænũ accipere ſermonẽ dei, intelligamus in fræno, q equos inſaniẽtes libidine, & mulos ſteriles, atq; laſciuos reſtringit à uitijs, & coercet, & nõ patit ire per præceps, de qbus dicit:
Pſalm. 31 c Nolite fieri ſicut equus & mulus, qbus nõ eſt intellectus. In freno, & camo maxillas eoꝝ cõſtringe, q non approximant ad te. De hoc fræno & Iacobus loqtur, In equorum ora mittimus frænos, & omne corpus eoꝝ circũagimus, ut ſcilicet recto gradiãtur itinere, & mollia ad ſedẽdum dño poſſint tergo præbere. Tale frenum, & talis ſermo auri, & argenti uarietate cõpoſitus, feros equos ſaluatori præparat ad ſedendum, & ſanctos facit, ac proprie illius cultui conſecratos.

Iaco. 3 a

Fratres dicuntur Chriſti fideles, ſiue Chriſtiani. Vnde diuus Auguſtinus ad Honoratum de gratia noui teſtamenti: Intuere (inquit) quid legamus tanto ante prophetatum, quid iam cernamus impletum. Narrabo (inquit) nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ cantabo te. Fratres illi ſunt, de quibus in euãgelio ait, Vade, & dic fratribus meis. Et libro primo de ſermone domini in monte: Fratres (inquit) Chriſtianos ſignificari multis diuinarum ſcripturarum documentis probari poteſt. Manifeſtiſſimum tamen illud eſt, quod Apoſtolus ita ponit, Sanctificatus eſt enim uir infidelis in uxore, & ſanctificata eſt mulier infidelis in fratre. Nõ enim addidit noſtro, ſed manifeſtum exiſtimauit, quum fratris nomine Chriſtianum intelligi uoluit, qui infidelem haberet uxorem. Et ideo paulo poſt dicit: Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. Nõ enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, uel ſoror in huiuſmodi. Dixit autem Apoſtolus Ioannes, Si quis ſcit peccare fratrem ſuum peccatũ non ad mortem, poſtulabit, & dabit illi dominus uitam, qui peccat nõ ad mortem. Eſt autem peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget. Aperte enim oſtendit eſſe quoſdam fratres, pro quibus orare nõ nobis præcipitur, quum deus etiam pro perſecutoribus noſtris orare nos iubeat. Nec iſta quæſtio ſolui poteſt, niſi fateamur ea aliqua peccata in fratribus, quæ inimicorũ perſecutione grauiora ſint. Peccatũ ergo fratris ad mortẽ puto eſſe, quod poſt agnitionẽ dei per gratiã dñi noſtri Ieſu Chriſti, quiſq; oppugnat fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiam, qua reconciliatus eſt deo, inuidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem eſt, ſi quiſquam non amorem à fratre

Pſal. 21 e
Ioan. 20 d
2. Cor. 7 c
1. Ioan. 5 d
Matt. 5 g

fratre alienauerit, ſed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi nõ exhibuerit. Quapropter & dominus in cruce ait, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Nondum enim gratię ſpiritus ſancti participes facti, ſocietatem ſanctæ fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apoſtolorum orat pro eis à quibus lapidabatur, quia nondum Chriſto crediderant, neq; aduerſus illam cõmunem gratiam dimicabant. Et Apoſtolus Paulus propterea (credo) non orat pro Alexandro, qa iam frater erat, & ad mortem, id eſt inuidiæ facibus, fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autẽ, qui non abruperant amorẽ ad mortem, ſed timori ſuccubuerant, orat, ut eis ignoſcatur. Sic enim dicit, Alexãder ærarius, multa mihi mala oſtendit, redder illi dñs ſecundum opera eius, quẽ & tu deuita. Valde enim reſtitit noſtris ſermonibus. Deinde ſubiungit pro quibus orat, ita dicens: In prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed oñes me dereliquerunt, non illis imputetur. Iſta differentia peccatorũ ludam tradentẽ à Petro negante diſtinguit, non quia pœnitenti non ſit ignoſcendũ, ne cõtra illam ſententiam dñi ueniamus, qua præcepit ſemper ignoſcendum eſſe fratri petenti, ut ſibi frater ignoſcat: ſed quia illius peccati tanta labes eſt, ut deprecandi humilitatem ſubire nõ poſſit, etiam ſi peccatum ſuum mala conſcientia & agnoſcere & annunciare cogatur. Quum enim diſſet ludas, Peccaui, quod tradiderim ſanguinẽ iuſtum, facilius tamen deſperatione cucurrit ad laqueum, q̃ humilitate ueniam deprecatus eſt. Quapropter multũ intereſt qua li pœnitentiæ ignoſcat deus. Multi eñ multo citius ſe fatentur peccaſſe, atq; ita ſibi ſuccenſent, ut uehementer ſe peccaſſe nollent, ſed tamen animam ad humiliandum, & obtẽperandum cor, implorandumq; ueniam, non deponunt. Quam mentis affectionem pro pter peccati magnitudinẽ iam de damnatione illos habere, credendum eſt. Et hoc eſt forte peccare in ſpiritum ſanctum, id eſt per malitiã, & inuidiam, fraternam oppugnare charitatem, poſt acceptam gratiam ſpũs ſancti, quod peccatum dñs neq; hic, neq; in futuro ſeculo dimitti dicit. Sic igitur accipiatur diligendos inimicos eſſe & benefaciendũ his, qui nos oderunt, & orandum pro his, qui nos perſequuntur, ut pro quibuſdam etiã fratrum peccatis intelligatur non præceptum eſſe, ut oremus, ne per imperitiam noſtram diuina ſcriptura (quod fieri non poteſt) à ſe diſſentire uideatur. Et libro unico de uera, & falſa pœnitentia: Obiciunt (inquit) aliud dictum Ioannis: Eſt autem peccatum non ad mortem, pro quo oret quis. Eſt aliud ad mortem pro quo nõ oret quis, quaſi pro peccatis ante baptiſmum eſt orandum, pro alijs non. Falluntur qui ſic intelligunt. Cõtrarius enim eſſet ſibiipſi, qui pœnitentiam admonet Eccleſiæ Pergami. Sed ſunt quędam peccata uenialia, quæ oratione dominica quotidie ſoluuntur, quum dicitur: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et hæc (ut idem ait) non ſunt ad mortem. Alia uero quæ ſunt ad mortem, non ſic, ſed per fructus pœnitentiæ ſoluuntur. Qui Petrum lachrymantem ſuſcepit, remiſſionem non negauit baptizatis. In libro autem retractationum, capite 19. hoc pacto ſcribit: Loco alio peccatum fratris ad mortem putaui eſſe, quum quis oppugnat fraternitatem &c. quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi: ſed tamen addẽdum fuit, ſi in hac tam ſcelerata mẽtis peruerſitate finierit hanc uitam, quoniam de quocunq; peſſimo in hac uita cõſtituto, nõ eſt utiq; deſperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur. Ambroſius autem libro de pœnitentia primo, cap. nono, hoc modo ſcribit: Nec illa queſtio (inquit) ueſtra quicquam poterit ferre ponderis, quam ſumitis de epiſtola Ioannis dicentis: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum nõ ad mortem, petat, & dabit illi uitã deus, qa non peccat ad mortẽ. Eſt peccatũ ad mortẽ, non de illo dico ut oret. Non enim ad Moyſen, & Hieremiam loquebatur, ſed ad populum, q ſuorum peccatorum alium precatorem deberet exhibere, cui ſatis eſt, ſi pro leuioribus delictis deum precetur, grauiorum ueniã, iuſtorum orationibus reſeruandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, q legiſſet Moyſen rogaſſe, & impetraſſe, ubi erat præuaricatio uoluntaria, q ſciret etiã Hieremiã rogaſſe? Quomodo Ioannes diceret non orandũ pro peccato, quod eſſet ad mortem, q ipſe in Apocalypſi ſcripſit mandatũ Angelo Eccleſiæ Pergami: Habes illic tenentes doctrinam Balaam, q docebat Balach mittere ſcandalum co-

1. Tim. 1 c
Matt. 18 c & 1 b
Matt. 27 b
1. Ioan. 5 d
Mar. 3 d
Matt. 5 g
1. Ioan. 5 d
Apoc. 2 c
Matt. 6 b
Mat. 21 c & Mar. 3 d
Apoc. 2 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram filijs Israel, mãducare immolata, & fornicari, ita & habes tenentes doctrinam Nico
Apoca. 2 c laitarum, similiter age pœnitentiam, alioquin uenio tibi: Vides q; deus, qui pœnitẽtiam
Act. 7 g exigit, ueniam polliceatur? Deniq; & tibi dicit, Qui habet aures, audiat quid spiritus dis
cat Ecclesijs: Vincenti dabo manducare manna. Nonne ipse Ioãnes cognouerat Stepha
num pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatum, quũ
de ipsis à quibus lapidabatur, diceret: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, cuius pecca
tionis effectum in Apostolo uidemus? Paulus enim qui lapidantium Stephanum uestis
mẽta seruabat, nõ multo postea per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat an
te persecutor. Et Origenes homilia 10. super Exodum: Ioãnes Apostolus (inquit) in epi
1. Ioan. 5 d stola sua dicit quædam esse peccata ad mortem. Quæ autem sint species peccatorum ad
mortem, quæ uero non ad mortem, sed ad damnum, non puto facile à quoquam homi
Psalm. 18 d num posse discerni. Scriptum nanq; est: Delicta quis intelligit? Verũtamen ex his quæ in
Euangelio per parabolas referuntur, ex parte aliqua cognoscere possumus cuiusmodi
sint, quæ damna nominantur, quum ibi iterum uideamus ad lucrum deputari quædam
Lucæ 19 b quæ per negotiationem quæsita dicuntur. Verbi gratia: Quum referuntur super quinq;
mnas acquisitæ esse aliæ quinq;, uel super duas acquisitæ aliæ duæ, aut quum drachma,
uel denarius, uel talentum ponitur, & quasi pecunia quædam in quæstu operum nomi
natur. Sed & quum dicitur paterfamiliàs ponere rationem cum seruis suis, & offertur el
unus qui debebat decem milia talenta. Talis ergo quædam ratio damni est, ut uerbi gra
Matt. 18 c tia: Qui pro mercede sua accepturus erat decem mnas, non accipiet decem, sed octo, uel
sex, aut etiam minus, & hoc damno percuti dicitur is, qui causam scandali infirmiori, &
muliebri præbuit animæ. Gregorius libro Moralium 16. cap. 31. Peccatum ad mortẽ,
est peccatum usq; ad mortem, quia scilicet peccatum quod hic non corrigitur, ei⁹ uenia
Iob 24 frustra postulatur, de quo & Iob, Et usq; ad inferos peccatum illius.

Quid fratris sobolem suscitare mystice significet. Cap. XIX.

Deut. 25 a FRatris sobolem suscitare quid mystice significet, insinuat Augustinus libro 14. cap
te 13. contra Faustum: Nobis sufficit (inquit) scire unum deum locutum per Moy
sen, & per Esaiam, & maledictum esse omnem qui non suscitauerit semen in Israel, hinc
hinc quũ populo secundũ carnem propagando, etiam carnalis prolis operatio in comu
nem, gali castitate ad officium ciuicum pertinebat, siue nunc, ne quisquam spiritaliter natus,
putet sibi debere sufficere, nec insistet dominicis lucris, quibus quisq; pro modulo suo præ
dicando Christũ debet generare Christianos, ita illa diuina sententia, tẽpora utriusq; tu
stamenti mira breuitate cõplectitur. Maledictus omnis, qui non suscitauerit semen in Is
rael. Et lib. 32. contra eũdem Faustum, capitulo 10. Quum (inquit) tale aliquid legitur
in instrumento ueteris testamenti, quale à nobis obseruari, uel iussum non est in nouo te
stamento, uel etiam prohibitum, quid significet quærendum est, & non reprehendendum,
quia eo ipso, quo iam non obseruatur, non damnatum, sed impletũ probatur. Vide inuol
ta (ut sæpe iam diximus) uelut hoc ipsum, quod modo non intelligens Faustus mandatis
ueteris testamenti pro crimine obiecit, q⁹ uxorem fratris ad hoc frater iussus est ducere,
ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret, eiusq; uocaret nomine, quod indidem nasceretur,
quid aliud in figura præmonstrat, nisi quia unusquisq; Euangelij prædicator ita debet in
Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, hoc est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mor
tuus est, & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat? Deniq; hoc implens Apostolus,
non iam carnaliter in præmissa significatione, sed spiritaliter in completa ueritate, quæ
in Christo Iesu per Euangelium se genuisse commemorat, succenset eis, & eos increpis
1. Cor. 1 b corrigit, uolentes esse Pauli: Nunquid Paulus (inquit) pro uobis crucifixus est, aut in no
mine Pauli baptizati estis? Tanquam diceret: Defuncto fratri uos genui, Christiani uo
camini, non Pauliani. At uero qui electus ab Ecclesia ministerium euangelizandi ac
nuerit, ab ipsa Ecclesia merito, digneq; contemnitur. Hoc est enim q⁹ in eius faciem inue
tur expuere, non sane sine signo huius opprobrij, ut calciamento pedis unius exuatur, ac
fit in eorum sorte quibus ipse Apostolus ait, Et calciati pedes, in præparationem Euan
Ephes. 6 c gelij pacis, & de quibus commemorat propheta, Quàm speciosi pedes eorum, qui annũ

nunciant pacem, qui annunciant bona. Qui enim sic Euangelicam fidem tenet, ut & ipsi Esaiæ 25 a
profit, & ecclesiæ prodesse non renuat, bene intelligitur utroq; pede calciatus: qui aus
tem sibi putat, quia credit satis esse consultum, curam uero lucrandorum refugit aliorũ,
decalciati illius non figuratum significauit, sed in se impletum portabit opprobrium. Et
Origenes homilia uigesimasecũda in Matthæum hoc modo scribit: Si habitauerint fra Deut. 25 a
tres in idipsum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen autem non fuerit ei, non erit uxor
mortui fratris uiro non appropinquanti. Frater uiri eius ingredietur ad eam, & accipiet
eam sibi in uxorem, ut habitet cum ea, & erit infans quicunq; fuerit natus, constituetur
ex nomine fratris eius mortui, & non delebitur nomen eius ex Israel. Si autem noluerit
homo accipere uxorem fratris sui, ascendet uxor fratris eius ad portam ad seniores, & di
cet: Non uult frater uiri mei suscitari fratri sui nomen in Israel. Et uocabunt eum seni
ores ciuitatis illius, & dicent ei. Et si stans, dixerit, Nolo eam accipere, accedens uxor fra
tris eius ad eum ante conspectũ seniorũ, excalceabit calceamentum eius de pede ipsius, &
expuet in faciem eius, & respondens dicet: Sic facient homini, qui non ædificat domum
fratris sui, & uocabunt nomen eius in Israel, Domus excalceati calceamentum. Hæc uer
ba legentes Saducæi, & nihil dignum deo intelligentes in eis, arbitrati sunt non posse fi
eri propter huc uerba, ut mortui resurgant, ut uir iterum fit uirilia habens membra, aut
mulier, ut mulier fit, muliebria habens membra. Et dominus quidem respondens eis,
uoluntatem uerborum legis non exposuit, quasi indignis huiusmodi agnitione myste
rij, sed tantum simpliciter eis dixit, resurrectionem futuram, contestantibus hoc etiam Matt. 22 c
scripturis diuinis, quoniam illic nuptiæ non sunt, sed erunt qui resurrexerint sicut Ange
li in cœlo, & quia transformabuntur corpora humilitatis eorum secundum corpora an
gelorum cœlestia, atq; luminea. Non autem ęstimaui superfluum ex quo semel ipsa uer
ba protulimus legis, ut sensum eorum aliquatenus explanemus. Quæro ergo quę sit hęc
mulier una, & duo fratres, quorum primus quidem habuit uxorem, & fructum non re
liquit ex ea, alter autem mortui frater, qui accepit eam, & generauit ex nomine mortui,
& quis est ille, qui non uult accipere uxorem fratris sui, & propterea coram senioribus
excalceat eum mulier calceamentum unum, & expuit in faciem eius ascendens ad por
tam, dicens: Non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israel, & qui sunt seni
ores, & quæ porta, ad quam ascendit mulier illa. Duo igitur fratres sunt, primus quidem
sermo legis, secundus uero Euangelij sermo. Hos ambos una peperit sapientia mater, &
una eos semper habuit domus, id est eadem scriptura ueteris testamẽti, & in idipsum ha
bitauerunt semper. In aduentu autem Christi mortuus est frater prior, id est sermo legis
ex eo quod euacuatus per nouum testamentum irritus factus est. Mulier autem sermo
nis illius est omnis anima, uel synagoga, quæ prius fuit sub lege. Qualis fuit anima Pau
li, uel Petri, cęterorũq; ex populo illo. Omnis autẽ anima recta, quæ fuit amatrix sermo
nis illius, & uult memoriã illius, & nomen apud se semper seruare, ut nunquam desinat
dici uxor illius, efficitur uxor fratris alterius, non peregrini, & extranei uerbi, quod non
appropinquat. Peregrinum autem, & extraneum est omne uerbum gentile, quod lon
ge est à genere legis dei, sed accepit sibi uirum Euangelicum sermonem, fratrem uiri sui
defuncti, atque propinquum secundum genus diuinum, ut faciat natos ex eo. Ex prio
re sermone, nullum potuit facere natum, quia ex operibus legis nemo iustificatur. Nati
uero mulieris de uiro secundo opera eius sunt sancta, & ipsa est mulier seruans legis mã
datum. Et omnis (puto) anima in primordijs suis, prius accepit uerbum secundum sim
plicem historiam legis, qui sine dubio morietur, quum cœperit anima illa ad maiora
proficere. Sic mortuo simplici uerbo, specialiori iungitur uerbo, qui est secundum my
steria altiora in scripturis. Anima autem quæ non seruat legis mãdatum, quæ prius fuit
sub lege, post mortem legis fit uxor uiro non appropinquanti, quando suscipit uer
bum, quod non appropinquat omnino legi priori, nec est secundum sensum eius, sed o
mnino habetur extraneum. Et tales sunt omnes animę hæreticorum, quibus sermo qui
dem legis antiquæ mortuus est, noluerunt autem uerbo nubere spirituali, quod semper
habitauerat in idipsum cum lege antiqua sub una, eademq; domo eiusdem scripturę, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

nupserunt alicui extraneo uerbo,& alieno tam à nouo,quàm à uetere testamento,& nũquam eis appropinquãti. Quum autem anima recta mortua sibi(sicut diximus)lege acceperit super se Euangelicum uerbum,fratrem defunctæ legis, tunc frater mortui, hoc est, uerbum nouæ legis intrat ad animam illam, & fit intus in ea, & accipit illam sibi uxorem,& cohabitat animę illius in omni beatitudine eius,& ex ea fructificat,& infans quicunque natus fuerit ei,bonum efficitur ex nomine fratris mortui. Et quamuis non fit ex lege natum, tamen baiulat nomen legis prioris, & dicitur opus illud generatum ex lege, & nomen legis dei nominatur in opere illo bono, quoniam & illa lex, dei lex uocabatur, & non debetur nomen legis illius ab omni opere animæ sanctæ, licet sit ipsa euacuata. Sequitur autem quod ait, Si autem noluerit homo accipere uxorem fratris sui, ascendet uxor fratris eius ad portam ad seniores, & dicet quæ scripta sunt dicti. Et primum uide, Quandiu quidem & mulier faciebat, quod præceptum ei fuerat ex lege, & uir intrans ad eam habitabat cum ea,& generabat ex ea, non dicebatur homo, sed frater defuncti. Quando autem non uult accipere uxorem fratris sui, nec uult suscitare nomen fratris sui in Israel, & uocatus à senioribus ciuitatis dixerit,nolo eam accipere, tunc iam non dicitur frater, sed homo. Vtputa quandiu quidem facit legis mandatum,dicit ad eum scriptura: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Si autem præterierit, dicitur ei: Vos autem sicut homines moriemini. Propinquus autem, qui non uult accipere fratris sui uxorem,habetur omnis hęresiacus sermo. Quoniam post mortem legis,facta est altera quædam traditio legis erratica,& non spiritalis,neq; uera, quæ quãuis fit peruersa,tamen generationem habet ex lege,quoniam ex occasionibus eorũ,quę dicuntur in lege, sumit originem,& ideo dicitur homo propinquus,nolens suscitare nomen fratris sui, & honorare nomen legis. Hoc autem uerbum, quum fit prauum, non uult accipere uxorem fratris sui,id est animam rectam ad fructificandum, & reparandũ nomen legis. Propter quod mulier illa non deorsum stat,quæ parata fuit honorare uirum suum priorem,sed ascendit ad portam,de qua scriptum est,Hæc porta domini,iusti intrabunt in eam,& ad seniores ciuitatis illius,id est ad presbyteros Ecclesiæ dei,& conuincet mulier uerbum illud prauum,dicens:Non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israel. Qui enim contraria docet legi,non uult suscitare semen legis, Ita seniores ciuitatis illius interrogant uirum illum talem,si uere non uult. Quando enim lucidotes discutiunt uerba dogmatis alicuius,quasi interrogant illud. Et quum inuenerint ipsum,q; legi contraria profitetur,uidetur dogma illud senioribus dare responsum,& dicere,quia nolo accipere eam,quæ fuit legis. Quum ergo ille responderit nolle se,accedit ad eum anima sancta,& sub præsentia seniorum excalceat eum calciamentũ eius uestrum,& ignominiat. Et uide in his ex eo quod alibi scriptum est: Solue calciamenta pedum tuorum &c. Et iterum in Euangelio dicitur:Cuius non sum dignus ego soluere,et ciamenta pedum eius,ne forte non fit hoc ipsum soluere calciamentũ,& excalceare. Nec enim excalceare iubetur Moyses,nec Ioannes de saluatore excalceare dixit, sed soluere. Iste autem qui contra legem agit,excalceatur. Omne enim dogma,quoniam ex occasione ueritatis scripturarum nascitur,plerunq; in aliqua quidem parte uerum dicit, in alia autem falsum. In qua ergo parte falsum dicit,in ea parte arguitur, & conuictum ab anima sancta excalceatur à calore uerisimilis erroris sui quod fuerat calceatum. Et ideo omnis hæresiacus sermo,nec ad plenum excalceatus est,nec ad plenum calciamẽtis ornatus. Propter quod expuit in faciem eius corã senioribus mulier illa abrenuncians eum. Expuere enim uidetur in faciẽ dogmatis erratici omnis anima,in eo q; abrenũciat ipsum, & abdicat. Et uere nisi abrenunciauerit anima omne dogma peruersum, non poterit feliciter uerbo nubere ueritatis. Et respõdens dicet:Sic facient homini, qui nõ ædificat domũ fratris sui. Omnis ergo q uidet hunc hoĩem excalceari à muliere,& expui, & audire dicentẽ,sic faciẽt oñi homini,q non ædificat domũ fratris sui,omnia ad ædificationẽ fratris facere debet. Si autẽ non ædificauerit domũ fratris sui,legis, excalceabitur similiter unum calceamentum,& expuetur, & nomen eius uocabitur in Israel ab oĩbus uidentibus eum,domus excalceati calciamentum. Quoniam autem animę uir prior fuit sermo

Pſal. 81.a

Pſal.117.c

Exod.3.b

Ioan.1.d

Deut.25.a

Moſaicæ

Moſaicæ legis, ſecundus autem euangelicus ſermo, cui nubit omnis anima recta, mortua lege, illud eſt documentum, quod Apoſtolus dicit hoc modo: An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quoniam lex dominatur homini inquantum temporis uiuit? Si autem mortuus fuerit uir, ſoluta eſt à lege uiri. Igitur uiuente uiro,adultera eſt, ſi facta fuerit alteri uiro. Si autem mortuus fuerit uir,liberata eſt à lege uiri,ita ut non ſit adultera,ſi fuerit cum altero uiro.

Rom.7.a

Quid frigus myſtice ſignificet. Cap. XX.

FRigus deſiderium ſignare poteſt, ut diuus inquit Gregorius, & culpam. Nam exponens illud Iob,Nudos dimittunt homines,indumenta tollentes,quibus non eſt operimentum in frigore: Sicut(inquit)ueſtimenta corpus, ſic bona opera protegunt hominem. Vnde cuidam dicitur,Beatus qui uigilat,& cuſtodit ueſtimenta ſua,ne nudus ambulet. Hęretici itaq;,quum in quorundam mentibus bona opera deſtruunt,nimirum uelamina indumentorum tollunt. Bene autem dicitur, Quibus non eſt operimentum in frigore. Operimentum quippe ad iuſtitiam pertinet,frigus ad culpã. Et ſunt nonnulli,qui in quibuſdam rebus peccata faciunt,in quibuſdam uero,recta opera ſequuntur. Qui ergo ex alijs actib⁹ delinquit, atq; ex alijs iuſtitiã peragit,quid iſte niſi in frigore ueſtitur? Et alget,& tegitur,quia ex alio opere feruefcit ad iuſtitiam,& ex alio frigeſcit ad culpã. Sed quum hæretici bona opera talibus ſubtrahunt, agunt ne in frigore habeant quo uestiantur. Recte ergo dicitur, Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus nõ eſt operimentum in frigore, ut uidelicet ſolum culpæ frigus interimat, quos calor alterius operis ex parte aliqua tegebat. Poteſt uero per deſiderium,per ueſtimentum operatio ſignari. Et ſunt pleriq; qui adhuc peruerſis deſiderijs æſtuant,ſed contra ſe ſpiritualiter decertantes, rectis ſibi operibus repugnant, & bonis actibus tegunt hoc, quod ſinistrum ſibi reſultaſſe per tentationem ſentiunt. Hi itaque unde mala deſiderant, inde alegent: unde autem bona operantur, inde ueſtiti ſunt. Quum uero hæritici peruerſis alegationibus rectæ fidei eis opera ſubtrahunt, quid agunt, niſi ut hi,qui adhuc deſideriorum carnalium frigora ſentiunt, ſine bonorum actuum ueſtimento moriantur? Et capite tricefimo, exponens illud Iob, Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, hoc pacto ſcribit: Idcirco iniquitas frigori comparatur,quia peccantis mentem torpore constringit. Vnde ſcriptum eſt, Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam facit malitiam ſuam. Quo contra charitas calor eſt, quia uidelicet mentem accendit, quam replet. De quo calore ſcriptum eſt: Abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Et ſunt nonnulli, qui dum iniquitatum ſuarum frigora declinant, ad ueram fidem, uel ad ſanctitatis habitum ueniunt. Sed quia pluſquam neceſſe eſt de ſuis ſenſibus præſumunt, ſæpe in fide, quam accipiunt, ea quæ non capiunt, perſcrutari uolunt, ut ratione magis in deo, quàm fide teneantur. Quia uero humana mens perſcrutari non ualet diuina ſecreta, omne quod ratione perſcrutari non poſſunt, credere contemnunt,& per inquiſitionem nimiam in errorem labuntur. Hi itaq; quum necdum crederent,uel adhuc ad iniquitatis opera uacarent,aquæ niuium fuerunt. Sed quum carnalia facta deferentes in fide,ad quam perducti ſunt,plus appetunt perſcrutari,quàm capiunt,amplius profecto calent,quàm calere debuerunt. Bene ergo de hoc peruerſo quolibet prophetantis duntaxat ſententia,non optantis dicitur,Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium. Ac ſi aperte diceretur:Qui humiliter ſub diſciplinæ uinculo nõ reſtringitur, ab infidelitate ſua, uel peruerſi operis frigore, per immoderatam ſapientiam in errorem labitur. Vnde bene quoq; egregius prædicator diſcipulorum ſuorum cordibus hunc exquiſitæ ſapientiæ nimium calorem deuitans,ait: Non plus ſapere,quàm oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatem. Ne fortaſſe nimius calor interimeret,quos prius aquę niuium,id eſt infidelitas,uel torpentium actionum frigora morituros tenebant. Et quia ualde difficile eſt,ut is,qui ſe ſapientem æſtimat, mentem ad humilitatem reducat,& recta prædicãtibus credat,ſenſumq; ſuæ peruerſitatis abiiciat,recte ſubiungitur,Et uſq; ad inferos peccatum illius &c. Et libro ſecundo,capite 2. A qualitate(inquit)aeris res ſubſequens demonſtratur,ſicut Euangeliſta,quũ prædicãte domino, nullos tunc ex Iudæis

Iob 24.b

Apoc.16.c

Ibidem.

Hier.4.b

Mat.24.b

Rom.12.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.10 d crediturос diceret,præmisit,dicens:Hyems autem erat.Scriptum nanq; est,Quoniam abundabit iniquitas,refrigescet charitas multorum.Idcirco ergo hyemis curauit tempus
Matt. 24 b exprimere,ut inesse auditorum cordibus malitiæ frigus indicaret. Hinc est quod de negaturo
Ioan.18 c Petro præmittitur,Quia frigus erat,& stans ad prunas,calefaciebat se.Iam nanque intus à charitatis calore torpuerat,& ad amorem præsentis uitæ,quasi ad perfecto
Prou.25 b rum prunas,infirmitate æstuante, recalebat. Et Salomon ait: Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei,qui misit eum,animam illius requiescere facit. ubi diuus Hie
Prou.26 a ronymus hoc pacto scribit:Importunum uidetur omnimodis tempore messis ningere. Nam & infrà legimus:Quomodo nix in æstate,& pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria. Sed tamen in feruentissimis Palestinæ regionibus non parum delectabile est metentibus,si subito frigus,quomodo in niue solet,adueniat,quod incēdia solis aliquantum refrigeret,sudorem laborantium tergat,ardentes temperet anhelitus. Cui recte frigori legatus assimilatur fidelis,qui mentem eius,qui se misit,prudenter agendo, repausat. Mystice autem legatꝰ fidelis,doctor est catholicus, qui autem mittit eum dominus.
Matt. 9 d Porro dies messis in æstu,tempus est prædicationis inter furores persequētium. De quo dictum est,Messis quidem multa,operarij autem pauci.Frigus niuis in messe,aliquantula est quies prædicantium,à persecutione repugnantium.Recte ergo dicitur, sicut frigus niuis in die messis,ita legatus fidelis ei qui misit illum,animam illius requiescere facit,
Matt. 11 d quia sicut optabile est prædicatoribus uerbi,quum ab infidelium rabie forte aliquid refrigerij accipiunt,nec facultas docendi negatur:ita ipsi,qui ad prædicādum eos misit domino gratum esse constat,quum susceptam ab eo legationem,etiam inter aduersa obstentium,fideliter complent.Deniq;,ut Lucas refert,Reuersis à prædicationis officio discipulis,exultans spiritu sancto patri gratias obtulit,dicens, Confiteor tibi domine pa-
Hierem.8 b ter cœli,& terræ &c.Et in Hieremia scriptum est:Sicut frigidam facit aqua cisternam suam,sic frigidam facit malitiam suam. ubi diuus Hieronymus sic scribit: Quomodo cisterna frigidam facit aquam suam,sic in medio Hierusalem,malitia,quæ est in ea, oēm calorem perdidit uitæ.Et hoc notandū,q; sancto spiritu accensi,feruentes appellentur,
Matt. 24 b mala autem frigida sint. Vnde & illud scriptum est,q; in nouissimis diebus,quando abundauerit iniquitas,refrigescet charitas multorum.Et in Zacharia scriptum est,Et erit,
Zach.14 c in die illa non erit lux,sed frigus,&gelu. Manifeste de secūdo saluatoris prædicatoris aduentu:Non erit lux,sed frigus,refrigerata omnium charitate,& præ multitudine malorum,quæ superuentura sunt,frigescentibus cunctis,& calorem pristinę fidei perdentibus,
Galat.6 b ut diuus exponit Hieronymus.Et in Prouerbijs scriptum est,Propter frigus piger arare
Prou.20 c noluit, mendicabit ergo æstate,& nō dabitur ei. Vbi Hieronymus ait: Qui nunc propter desidiam in dei seruitio laborare neglexit,uenturo die regni mendicabit,& nō dabitur ei,quia quæcunq; seminauerit homo,hæc & metet.Bene ergo regnum dei æstati cōparatur,quia tunc mœroris nostri nubila transeunt,& uitę dies æterni solis claritate inlustrati gelascunt.Et alio in loco,Aqua frigida animæ sitienti,& nuncius bonus de terra longinqua. Aqua(inquit Hieronymus) frigida,quæ sitienti ardorem restringit,& nuncius q de longe ueniens,noua quælibet,& inopinata gaudia portat,assimulantur, qa & dulcedo
Proue.25 c diuinæ uisionis animam diu desiderantē consolatur,atq; ab æstu præsentium tribulationum liberam reddit.Et Angeli quotidie de terra longinqua,hoc est,à superna patria descendentes in mundum,iustos uel inter tentationes spe cœlestium roborant,uel finis tētationum certaminibus,ad palmam perpetuæ retributionis inducunt.Et eodem capite,
Psal.72 d Dens putridus,& pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, & amittit pallium in die frigoris:Recte(inquit Hieronymus) dēti putrido,& pedi lasso comparatur,qa qui illud unicum ffominis bonum,hoc est adhærere deo,& ponere in deo spem suā nescit, ibique nec uitę percipere cibum,nec ad mansionem potest desideratę salutis pertingere.Et ratis amittit pallium in die frigoris,quia & si in serenitate uitæ prę sentis,habitu religionis utetur indutus,ubi tamē districtio iusti iudicij ingruerit,nudus omnimodis ab ornatu iustitiæ patebit,nec eorum consortio dignus,de quibus scriptum est:Beatus qui uigilat, &
Apoca.16 c custodit uestimenta sua,ne nudus ambulet,& uideant turpitudinem eius.

Quid

Quid fructus mystice significet. Cap. XXI.

QVid autem fructus mystice significet,diuus Gregorius exponens illud Iob, Si fructus eius comedi absq; pecunia,hoc pacto declarat:Fructus terræ absq; pecunia co- Iob 31 d
medere(inquit)est ex Ecclesia quidem sumptus accipere,sed eidem Ecclesiæ prædicationis precium non præbere.De qua uidelicet prædicatione,autoris uoce dicitur, Oportuit Matt. 25 c
te committere pecuniam meam nummularijs,& ueniens ego recepissem utiq; quod meum erat cum usura. Terræ igitur fructus absq; pecunia comedit, qui Ecclesiastica comoda ad usum corporis percipit,sed exhortationis ministerium populo non impendit.
Quid ad hæc nos pastores dicimus,qui aduentum districti iudicis præcurrentes, officium quidem pręconis(aliàs prędicationis)susc ipimus,sed alimenta Ecclesiastica muti mādu
camus:Exigimus quod nostro debetur corpori,sed non impēdimus quod subiectorum debemus cordi.Ecce uir sanctus tot in hoc seculo pignoribus obstrictus,inter occupationes innumeras, liber ad studium prædicationis fuit. Qui fructus terræ nunquam sine pecunia comedit,quia nimirum subditis uerbum bonæ admonitionis reddidit à quibus fructus corporeę seruitutis accepit. Hoc nanque debet omnipotenti deo omnis qui prę
est populo,hoc qui multis, hoc qui paucioribus præest, ut sic debita ministeria à subditis exigat,quatenus subditus ipse etiam quid semper admonitionis debeat, solicitus attendat. Omnes nanque, qui sub dispensatione conditoris uicario nobis ministerio iungimur,sub uno,ac uero domino,quid nobis aliud nisi inuicem serui sumꝰ? Quum igitur
is,qui subest,iussis obtemperat,seruit ad obsequium,restat proculdubio,ut is qui præest, curam solicitudinis,ac pietatis impendat. Sicq; fit, ut dum studiose nunc seruire nobis inuicem per charitatem nitimur, quandoque cum uero domino communi exultatione dominemur. Sed sunt nonnulli,qui in eo q officium prædicationis exhibent, alijs inuident bonum,quod habent bonum,atq; ideo iam ueraciter non habēt. Quibus recte per
Iacobum dicitur:Quod si zelum amarum habetis inter uos,& contentiones sunt in cor- Iaco.3 d
dibus uestris,non est ista sapientia de sursum descendens,sed terrena,animalis, diaboli
ca.Et libro octauo,capite trigesimosexto,exponens illud propheticum de uerbi semine, Esaiæ 37 f
Et hoc quod saluatum fuerit de domo Iuda,& quod reliquum est,mittet radicem deorsum,& faciet fructum sursum:Radicem(inquit)deorsum mittere, est cogitationem bonam in abditis multiplicare:fructum uero sursum facere,est per efficaciam operis,recta
quæ cogitant,ostendere.Et libro sexto,capite quarto,exponens illud Salomonis, Date Proue.31 b
ei de fructu manuum suarum,& laudent eam in portis opera eius:Tunc(ait)sancta Ecclesia de fructu manuum suarum accipit,quum eam ad percipienda cœlestia laboris sui
retributio attollit. Tunc eam sua opera in portis laudant,quando eius membris in ipso Matt. 25 c
regni aditu dicitur,Esuriui enim,& dedistis mihi māducare:sitiui,& dedistis mihi potū
hospes eram,& collegistis me:nudus,& cooperuistis me.Et homilia 20. exponens illud Lucæ 3 b
Euangelicum,Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ,hoc modo scribit:In quibus uerbis notandum est,q; amicus sponsi non solum fructus pœnitentiæ,sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciendos. Aliud nanq; est fructum facere,aliud dignū pœnitētiæ fructum facere.ut enim secundū dignos pœnitentię fructus loquamur,sciēdum est, qa quisquis illicita nulla commisit,huic iure conceditur,ut licitis utatur, ficq; pietatis opera faciat,ut tamen si uoluerit,ea quę mūdi sunt,non relinquat. At si quis in fornicationis cupam,uel fortasse(quod est grauius)in adulterium lapsus est,tanto à se licita debet abscindere,quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neq; enim par fructus boni operis esse debet,eius q minus,& eius qui amplius deliquit,aut eius,qui nullis,& eius q in quibusdam facinoribus cecidit,& eius qui in multis lapsus est.Per hoc ergo quod dicitur, Facite dignos fructus pœnitentiæ,uniuscuiusq; conscientia conuenitur, ut tanto maiora aegrat
lo inferius,Omnis arbor non faciens fructum bonum,excidetur,& in ignē mittetur, qa bonorum operum lucra per pœnitentiam,quātum grauiora sibi intulit damna. Et paulatim unusquisq; peruersus paratam citius gehēnæ concremationē inuenit,q hic fructum boni operis facere cōtemnit.Et exponens illud Psalmistę,Et semen eorū in seculum dirigetur,hoc modo scribit:Quod uero ait,Semen eorū in seculum dirigetur, electorum uo-

luit

Universidad de Deusto
Biblioteca

luit opera intelligi,quæ tunc profecto diriguntur in ſeculum,quum omnia ſpectant ad deum. Semen quippe ſuum nequaquam dirigit, qui ex operibus ſuis aliquid tranſitoris um quærit. Opera autem noſtra idcirco ſemen dicta ſunt, quia ſicut ex ſemine fructum colligimus, ſic ex operibus noſtris mercedem expectamus. Hinc nanque Apoſtolus ait,

Gal.6 b Quæcunq; ſeminauerit homo,hæc & metet. Qui enim in hac uita ſemen boni ſeminaue rit operis,in futuro fructum æternæ cõſequetur remunerationis. Per ſeculum uero,illi us beatæ uitæ intelligitur æternitas,quæ quia per uarias temporum mutationes nullare

Ioan.6 c nus diuiditur,unius appellatione non inconuenienter ſignatur. In illud ergo ſeculum di rigamus ſemen noſtrum,ſi cibum operemur,non qui perit,ſed qui permanet in æternam

Galat.6 c uitam. Dum tempus habemus operemur bonum,ut quum ad indeficiẽtem uitę illius bea titudinẽ peruenerimus,ppetuos fructus in cœlo colligamus. Ille enim uere perpetuus eſt fructus,per quẽ perpetuo uiuimus,& perẽni panis,& uini ſatietate gaudemus. Perpetuo, inq̃,quia & mandẽdo nõ minuitur,& uetuſtate nõ deterioratur. Et homilia 11. in Eze chielẽ,exponens illud Ezechielis, Et ueni ad tranſmigrationẽ,ad aceruũ nouarũ frugũ.

Hierem.2 a Quia enim(inqt)bonæ animæ,fruges appellãtur dei, propheta alius teſtatur,dicens:Sã cti Iſrael dño primitiæ frugum eius. Fruges etenim domini etiam conuerſæ ad fidem gẽ tes poſtmodũ factę ſunt. Sed quia prius Iſrael domino credidit,recte hunc propheta fru gum eius primitias appellauit. Quia ergo propheta miſſus, non priori populo,ſed filiis

Cant.2 a. eiuſdem populi uerba intulit,ad aceruum frugum nouarũ uenit. Et exponens illud Can ticorum, Et fructus eius dulcis gutturi meo: Arbor quippe(inquit)fructifera,ipſe Chriſtus in corde noſtro plantatus per fidem exiſtit. Quam ſi mens noſtra digne diligit,& inſtanter excolit,fructus nimirum interius pulchros,& utiles gignit. Quos dum mens ca piens auide comedit,omnes mundi uoluptates prę eius dulcedine poſtponit. Dulce enim ualde eſt ſibi cœleſtia cogitare,in æternitate oculum intimum figere,ut aliquando in cœ leſtibus etiam mens accenſa compũgatur,& inter lachrymas ſubleuata, Angelorum ci

Cant.4 d bo,ipſa uidelicet ſapientia, quanto dulcius,tanto auidius paſcatur. Et exponẽs illud,Et miſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum,cum pomorum fructibus:Mala(inquit) punica ſub rubeo cortice multitudinem granorum continent,fructus uero pomorum in ſe refectionis dulcedinem habent. Sic ſic martyres, dum ſub igne tribulationis laborãt, dum pro Chriſto ſanguinem exterius fundere nõ dubitant, multitudinem uirtutum in terius ſibi congregant in mente. Sancti etiam quiq; qui in pace Eccleſiæ uiuunt,fructus pomorum gerunt,quia dum ſancta opera faciunt,proximis exempla tribuunt,quorum

Cant.7 c exhibitione ſe,qui uolunt,reficiũt. Et capite quinto: Veniat(inquit)dilectus meus in hor tum ſuum,& comedat fructum pomorum ſuorum:In hortum dilectus uenit,& fructum comedit,quando Chriſtus mentes uiſitat,& bonorum operum delectatione ſe ſatiat. Et capite ſeptimo:Aſcendam in palmam,& apprehendam fructus eius:Dixit uere,& aſcen dit,quia ſicut ante ſecula pro morte noſtra mori diſpoſuit,ſic in fine mundi propitius & uerax adimpleuit. In palmã ergo aſcendit,& fructus eius apprehendit,quia in cruce ſuſ penſus,fructum uitæ inuenit, ac apprehendit, & nobis tribuit. Vide adhuc de fructibus in dictione,Arbor.

De fructibus ſpiritus, quos Paulus enumerat Apoſtolus. Cap. XXII.

Galat.5 d Diuus autem Paulus 12. enumerat fructus in epiſtola ad Galatas, dicens: Fructus autem ſpiritus,eſt charitas:gaudium:pax:patientia:benignitas:bonitas:longanimitas:manſuetudo:fides:modeſtia:continentia:caſtitas. Quę uerba enarrans Theophylactus,hoc pacto ſcribit:Quia à nobis ortum ducunt praua facinora,propterea & carnis opera appellauit,perinde,ac ſi operoſa ſint, & grauia factu. Bona uero nõ modo noſtro indigẽt ſtudio,ſed ope etiã diuina,ob idq; ſpiritus dicit pinde ac noſtra interſit ſemẽ ſubminiſtrare,& uolũtatẽ offerre:diuini uero arbitrij ſit,ut fructus emergat. Omniũ autẽ bonorũ radicẽ priorẽ ſtatuit charitatẽ,deinceps gaudium. Qui enim afficitur charitate,ſem per eſt lætior,uel ſi mala perpetiatur,& beneficiũ erga ſpectat,qui mala geſſerit. Gaudet eñ,ſed in deo,cuius gratia & peragat cũcta,& toleret,eoq; & optimę adgaudet conſcientiæ. Ex charitate autẽ, & ſuſcepta lætitia conquieſcit,nec ullis animi cogitationibus ob turbatur.

turbatur. Quinetiam uel ſi quos odio habere uidebitur,nõ eos odit, ſed illorum faſtidit nequitiam. Quandoquidem hos ipſos ut fratres colat,& odium præferat,ut corrigãtur, & correctis conducat. A benignitate lõganimitas ita uidetur ſacris in literis diſcrepare, ut qui animi ſit magnitudine præditus, is certe ſapientia polleat,neq; accelerate,& prę ci pitanter,ſed ſenſim,& lento gradu, decentes ingerat pœnas. Qui uero benignior fuerit, uel ſontes,& noxios dimittit impunes. Quemadmodum Moyſes,quia Mariç,& Aaron

Num.12 a ipſi pepercerat,clementior eſt appellatus à cunctis, qui eas terras incolerent. Et bonitas quidem eſt, quàm beneficentia longe uulgatior. Bonus eſt enim dominus (inquit) uniuerſis. Beneficentia uero dignis duntaxat benefacit,ut eſt illud,Benefac domine bonis,&

Pſal.124 b rectis corde. Fidem autem dicit,non ſimplicem quandam,ac tenuem,ſed quæ mõtes præ

Pſal.124 a fore facilima. Poſtremo & continentiam poſuit, qua non ſolum ab eſcis,ſed ab omni fit nequitia abſtinendum. Et Hieronymus,Fructus autem &c. Omnium uirtutum prima eſt charitas,quam in quatuor partes diuiſibilem annotauim⁹, Gaudium ſpirituale,pax,

Luc.17 b patientia, etiam cũ odiẽtibus pacẽ:benignitas:bonitas:ſemper bene uelle facere,longanimitas, illaras iniurias ſuſtinere patienter, manſuetudo,nulli iniuriam irrogare, fides, uel debes credere,uel omnibus promiſſa complere. Modeſtia, nec lęſus iraſci. Continẽtia,in coniugiis ſpiritalibus. Caſtitas in uirginibus intelligitur. Et Aug. lib. 2. de ſermone dñi in mõte:Et qui ſunt fructus,per quos cognoſcimus arborẽ bonã, idem ipſe Apoſtolus dicit,Fructus autẽ ſpiritus eſt charitas &c. Sane ſciendũ eſt hic gaudiũ proprie poſitũ. Mali enim homines nõ gaudere,ſed geſtire dicũtur proprie. Ex iſta proprietate uer

Eſa. 57 d bi,qua gaudiũ non dicitur niſi in bonis,etiam propheta loquitur,dicens: Non eſt gaudere impijs,dicit dominus. Ita quoq; poſita eſt fides, non quæcunq; utiq;,ſed uera fides. Et cætera,quæ hic poſita ſunt,habent quaſdã imagines ſuas in malis hoibus,& deceptoris

1. Tim.1 a mẽdare fructũ ſpiritus uellet,à capite hoc poſuit: Fructus(inquit)ſpiritus charitas eſt,ac deinde cætera tanquam ex iſto capite exorta,& religata contexuit,quæ ſunt,Gaudium, pax &c. Quis autem bene gaudet,qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem uera nisi cum illo poteſt habere,quem ueraciter diligit? Quis eſt longanimis in bono operepere perſeueranter manẽdo,niſi ferueat diligendo? Quis eſt benignus,niſi diligat,cui opitulatur? Quis bonus,niſi diligendo, efficiatur? Quis ſalubriter fidelis,niſi ea fide,quæ per dilectionem operatur? Quis utiliter manſuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo cõtinet,unde turpetur, niſi diligat unde honeſtatur? Merito itaq; magiſter bonus dilectionem ſic ſæpe commendat, tanquam ſola præcipienda ſit, ſine qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ non poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Et Anſelmus in epiſtolam ad Galatas hoc modo ſcribit: Opera carnis quæ

Galat.5 d lia ſunt,dictum eſt. Sed opera ſancti ſpiritus habitantis in homine,ſunt iſta,quæ ſubduntur, quæ magis ſunt appellanda fructus, quoniam ex bona arbore ſicut optimi fructus prodeunt,ut refectionem perpetuę ſaturitatis præbeãt electis,ideoq; propter ſeipſa ſunt appetenda. Fructus enim à fruendo dicitur, & frui proprie nõ dicimur, niſi rebus illis,in quibus finem lætitiæ noſtræ ponimus in æternis bonis, quæ in deo poſſidere quandoq; ſperamus. In his ergo fructibus prima charitas, qua diligitur dominus, & proximus, quia maior omnibus cæteris uirtutibus, & eius radice uigent omnes aliæ. Nam ex iſta oritur gaudium,id eſt elatio non ſuperba,ſed benigna mentis de bono exultantis. Qui enim diligit dominum,gaudet in deo pura conſcientia. Et qui diligit proximum,gaudet de bono eius. Pacem quoq; ſeruat erga deum, qui diligit eum, quia inquantum poteſt, cauet eum offendere, & ſtudet ei placere. Sed & cum proximo pacem cuſtodit, non inquietans eum, ſi eum diligit. Non tamen uiolat pacem,ſi eum errantem pio ſtudio increpat,uel etiã(ſi ita oportet) uerberat. Quia uero multa ſunt in cõuerſatione humana

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quę pacem turbare possunt,necessario subiungitur patientia,per quam iniurię,& aduer
sitates æquo animo sustineantur,ut fraterna pax queat obseruari. Patientia enim est a
liena mala æquanimiter tolerare, & contra eum quoq; qui mala irrogat, nullo dolore
morderi. Et quia non ad horam,sed quandiu uoluerit dominus,seruanda hæc patiẽtia,
subnectitur, & longanimitas, per quam omnia perseueranter usq; in finem sustineãtur.
Longanimitas enim est longitudo animi patienter aduersa tolerantis,& æterna præmia
diu expectantis. Ne quis uero inter eos,quos longo tempore patitur,non amaret,sequi
tur,bonitas,quæ est dulcedo animi,& affectio pia,ut non rancorem animi,sed dulcedinẽ
erga eos,qui nos tribulant,habeamus,per quã eis & bona quæ possumus impendamus.
Ne enim sit inanis hæc bonitas,subiũgitur alia uirtus sibi cognata,& consimilis,id est be
nignitas,quæ & ipsa est bona affectio animi gratis sua tribuens,& hilariter pro ea quic
quid potest,largientis.Et quia nonnulli,dum bona proximis impendunt,aspere loquũ
tur eis,& austeritatem ostendunt, congrue subnectitur mansuetudo, ut qui benigne tri
buit,non intractabilis fit,uel asper, sed mansuetus,& lenis, id est mitis, & affabilis,& fa
miliaris. Mãsuetus enim,quasi manu assuetus dicitur.Fides uero qua ueraciter credimus
id quod non possumus uidere,cuius nomen inde appellatur,quod omnino fiat quod dic
tum est,aut promissum. Fides enim uocatur ab eo quod fit illud quod inter utrosq; pla
citum est,id est deum,& hominem, quãdo & homo facit opere, quod dixit ore,& reddit
dominus quod promisit.Et ideo fides sine operibus non est uera fides,quia non facit id
dicit. Propter quod & inter duos homines seruatur fides,quando illud quod dixerũt, &
statuerunt inuicem,custodiunt ueraciter, & faciunt. Modestia autem est quando modus
stat,id est tenetur,& seruatur in dictis,& in factis:continẽtia uero ab illicitis actibus cas
nis,castitas autem, quum iam caro sedata fuerit. Continentia enim in lactamine,castita
tas autem in pace. Non enim castitas,sed continentia dicitur,ubi adhuc ei resistit adueri
tas uoluptatis. Consummatio enim ueræ castitatis est,quæ non impugnat carnalis con
cupiscentiæ motum,sed toto horrore detestatur,ac iugem,& inuiolabilem sui retinet pu
ritatem,nec potest aliud esse,quàm sanctitas. Et diuus Thomas, Fructus autem spiritus
&c. Fructus bifariam dicitur, nempe acquisitus siue ex labore, siue ex studio, iuxta illud,
Sapien. 3 d Bonorum laborum glorioſus est fructus, & productus,sicuti fructus,qui ex arbore pro
Matt. 7 c. uenit,dicẽte domino,Non potest arbor bona fructus malos facere. Et hoc pacto hoc in
loco dicũtur fructus. Nam fructus,quem quispiam adipiscitur,ultimi finis rationem ha
bet,in quo tamen duo possumus expendere, nempe quod sit ultimꝰ ab arbore fructus,&
Cant. 2 a quod sit suauis,ac delectabilis,iuxta illud,Et fructus eius dulcis gutturi meo. Hoc igitur
pacto & uirtutum, ac spiritus opera rationẽ ultimi in nobis habere possunt. Nam spiri
tus sanctus est in nobis per gratiam, qua uirtutum acquirimus habitum, quo secundum
uirtutem operari ualemus.Sunt & admodum delectabilia,& huius rei gratia ab Apostolo
Rom. 6 c Io fructus nuncupantur, quum ait, Habetis fructum uestrum in sanctificatione, hoc est
in operibus sanctis. Appellantur quoq; & flores respectu futurę felicitatis. Quemadmo
dum enim floribus apparẽtibus fructuum spem nanciscuntur homines, itidem ex uirtu
tum operibus spem uitę habemus æternę. Et sicut in floribus est quoddam fructuum in
itium, itidem in uirtutum operibus quoddam est beatitudinis principiũ. Quę tunc per
ficietur,quum deum & perfecte cognoscemus,& perfecte amabimus. Recte autem Apo
stolus carnis effectus opera nuncupauit,& opera spiritus fructus merito uocauit. Siqui
dem quod ab aliquo præter naturam proficiscitur,ac prodit,fructus nuncupari non de
bet,sed alterum potius germen. Et quia deus uirtutum semina humanæ indidit naturæ,
Nam suapte natura bonum expetit,& illius cognitionem habet,& gratię dona superadi
Rom. 8 d didit,idcirco peccata præter naturam esse dicuntur. Vnde & diuus Paulus ait: Quem er
go habuistis fructum tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Aſt e diuerso uirtutum o
pera ob illam,quam in se habent dulcedinem, & oblectamentum,& naturæ conuenien
tiam, merito fructus dicuntur spiritus. Sed adhuc expendendum est discrimen esse inter
uirtutem atq; donum. Nam uirtus more humano ad bene operandum perficit, donum
uero modum excedit humanum. Siquidem fides quatenus uirtus est,cognitio rerum in
uisibilium

uisibilium est in ænigmate:quatenus uero donũ est intellectus, notio perspicua est. Vir
tutis autem actus, ut hominem perficit, beatitudo nuncupatur: quatenus uero mentem
obiectat & spirituali reficit iocunditate,fructus nuncupatur. Hos ergo fructus spiritua
lis gratia, in mente producit, quorum nonnulli perficiunt hominem interius, alij uero
exterius. Interius uero perficitur, ac dirigitur tam in honis, quàm in malis. In bonis pri
mum, ac potissimum perficitur in corde per amorem, & charitatem, per quam diligitur
& deus propter seipsum,& proximus propter deũ. Quamobrem diuus Paulus nos hor
tatur,dicens:Super omnia autem charitatem habete,quę est uinculum perfectionis. Hęc Col. 3 c
diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum. Alius fructus est, qui prouenit ex Rom. 5 a
præsentia dei super omnia dilecti. Nam qui manet in charitate,in deo manet, & deus in 1. Ioan. 4 c
eo. Hæc autem dei præsentia animum maximo afficit gaudio, ad quod diuus Pau
lus nos hortatur,dicens: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. At gaudium
perfectum esse nequit, ni quod amatur, perfecte possideatur. Propterea tertius fructus Philip. 4 a
est pax,per quam dilectus deus perfecte possidetur,per quã perfecte deo fruitur animꝰ,
& ab illa fruitione, quod illi sit impedimento,nihil est. Siquidem pax multa diligẽtibus Psal. 118 x
deum,& illius legem, & non est illi offensio, ut noster cecinit Dauid. Gaudium igitur,
est charitatis, siue dei fruitio: pax uero charitatis perfectio. In malis autem spiritus san
ctus fructus & perficit,& dirigit,& primum quidem in aduersis,quæ pacem perturbant,&
& hoc per patientiam agit,quæ opus perfectum habet,ut Iacobus ait Apostolus: Vt sitis Iacob. 1 a
perfecti, & integri,in nullo deficiẽtes,per quã animus sibiipsi dominatur,& seipsum pos Lucæ 21 d
sidet, dicente domino, In patientia uestra possidebitis animas uestras. Dilatio præterea
rei amatæ dolorem ingerit non mediocrem,qui gaudio illius magnũ affert impedimen
tum. Et idcirco spiritus sanctus alium producit fructum in mente,qui longanimitas nũ
cupatur,per quam si moram fecerit, patienter expectat illum, quia ueniens ueniet(ut ait Abac. 2 a
propheta)per quam,ut saluus fiat,perseuerat usq; in finem. In exterioribus autem spiri Matt. 10 c
tus sanctus & perficit,& dirigit. Primum quidem quantum attinet ad proximum,ut re
ctam,& bonam uoluntatẽ erga illum habeat, & hic fructus bonitas appellatur, per quã
cæteris potentijs bene utitur. Nam homo per uoluntatem cæteris ut agant,imperat po
tentijs,& quũ bona,& recta fuerit, & bonum illarũ usum,& ipsum hominẽ bonum red
dit. Et de hoc fructu ait Apostolus,Fructus autem lucis est in omni bonitate. Et non mo Ephes. 5 c
do in corde, uerumetiã & in opere perficit,nempe ut proximo indigẽti bona sua commu
nicet,& dilargiatur cum hilaritate,& gaudio. Et hũc fructum appellauit benignitatem,
id est rerum suarum largitatem, ad quam Apostolus hortatur, dicens: Induite ergo uos Col. 3 b
sicut electi dei,sancti,& dilecti, uiscera misericordiæ,benignitatem &c. Perficit quoq; a
nimum nostrũ,ut æquo animo ferat proximorum iniurias exemplo saluatoris,qui nos
ut illum imitemur,hortatur,dicens:Discite à me,quia mitis sum,& humilis corde. His e Mat. 11 d
nim deus gratiam dilargitur,dicente Salomone,Et mãsuetis dabit gratiam,& hunc fru Prou. 3 d
ctum appellauit mansuetudinem. Perficit quoq; spiritus sanctus mentem nostram erga
deum per fidem,quæ est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentiũ, Hebr. 11 a
id est quę est rerum inuisibilium certa,sed ænigmatica cognitio,quę necessaria est. Nam
(ut ait Apostolus) accedentem ad deum, oportet credere quia est, & quod inquirenti Hebr. 11 a
bus se renumerator sit. Operæprecium quoq; est,ut spiritus sanctus nos perficiat,& diri
gat in actibus exterioribus corporis per modestiam, quæ actibus,ac dictis modũ impo
nit. Vnde & diuus Paulus præcipit,dicẽs: Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Philip. 4 a
Et hic est fructus,quem modestiam appellauit. Sed opus est ut sensibilis appetitus inte
rior perficiatur per continentiam,per quam & à licitis abstinet homo,& per castitatem,
per quam licitis recte utitur. Vel continentia est per quam uigore mentis,quum à prauis
impugnatur concupiscentijs,ne ab illis superetur, seipsum uiriliter tenet. Castitas uero Col. 3 a
dici potest illorum, qui membra sua super terram mortificauerunt, & corpus suum ser 1. Cor. 9 d
uituti redegerunt, ut nec ab illis impugnetur,neq; abducatur.

De eisdem duodecim fructibus designatis per Ioannem in Apocaly
psi capite ultimo.

Cap. XXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoca.22 a DE antedictis duodecim fructibus in Apocalypsi hoc pacto scribitur: Et ostendit mihi fluuium aquæ uiuæ, splendidum, tanquam & crystallum, procedentem de sede dei, & agni. In medio plateæ eius, & ex utraq; parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim, per mẽses singulos reddẽs fructũ suũ, & folia ligni ad sanitatem gentium. Ambrosius prædicta enarrans uerba libro tertio, de spiritu sancto, cap. 21. hoc modo scribit: Nec illud mediocre, quod de throno dei exire fluuium legimus, sic enim habes dicente Ioanne Euangelista: Et ostendit mihi flumen aquæ uiuę &c. ut supra retulimus. Hic est utiq; fluuius de dei sede procedens, hoc est, spiritus sanctus, quem bibit, qui credit in Christum, sicut ipse ait: Qui sitit, ueniat ad me, & bibat. Et, Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dicebat de spiritu. Ergo flumen est spiritus. Hic igitur est in dei sede. Neque enim aqua abluit dei sedem. Denique Dauid non supra sedem dei dixit, sed supra cœlos esse, quamlibet illam intellis gas aquam, quia scriptum est, Et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Laudent dixit, non laudet. Nam si aquæ elementum uoluisset intelligi, laudet, utiq; dixisset. Dicendo autem pluraliter, uirtutes uoluit æstimari. Et quid mirum, si in sede dei spiritus sanctus est, quum ipsum regnum dei operatio spiritus sit, sicut scriptum est: Quia nõ est regnum dei esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto? Et ipse quum dicit saluator, Omne regnum in seipsum diuisum destruetur. Deinde subiciendo, Quod si in spiritu dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei, ostendit regnum sibi indiuisum esse cum spiritu. Quid autem dementius, quàm ut neget quisquã Christo conregnare spiritum sanctum, quum etiam nos in Christi regno conregnaturos Christo Apostolus dicat: Si enim commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus? Sed nos per adoptionem, ille per potestatem, nos gratia, ille natura. Habet igitur consortium regni cum patre, & filio etiã spiritus sanctus, qui unius naturæ, unius dñationis, unius etiã potestatis est. Et Hilarius in enarratione primi Psal. Et ostendit (inquit) mihi flumen aquæ uiuæ &c. Cœleste sacramentũ ita per corporales species exponitur, ut rationem spiritualem corporalia ipsa, quanquam implere non possint, tamen ad corporata non mutilent (aliàs tamen ad comparationem immunita sint). Conuenerat enim dixisse ex utraque parte fluminis demonstrati, arbores esse, non arborem. Sed quia uitæ arbor ubiq; in sacramento baptismi una est, undiq; ad se uenientibus Apostolicæ prædicationis fructus subministrans: Ideo ex utraq; parte fluminis una uitæ arbor affixit. Vnus enim agnus est in throno dei uisus, & unum flumen, & uitæ arbor una, quæ omnia in se complectuntur mysteria corporationis: baptismi pabulationis: cuius folia, id est prædicationis uerba, salutem gentibus per doctrinam eloquii nouæ decidentis, impartiuntur. Hæc ille. In glossa autem, hoc pacto exponitur: Postquam ostendit ciuitatis, dignitatem eius, & muros, & fundamenta ostendit, describit refectionem, quam deus ciuitati præbuit, & in præsenti, & maxime in futuro. In præsentia deitatis, uel in imitatione uitæ agni, qui proposuit nobis in se exemplum. Fluuium, id est aquam fluentem, hoc est, æternam beatitudinem: In specie aquę notatur per ablutionem baptismi ad hoc peruenisse. De sede dei, id est, de illis, in quibus principaliter sedebit deus: quia in illis maxime est, & per instructionem eorum, minores coronabũtur. Et ex utraq; parte &c. Circa flumen, id est, in hac uita habemus lignum uitæ, id est, corpus, & sanguinem Christi, in quibus reficimur. Et ultra flumen, id est, in futuro habebimus ipsum præsentem, uel per circa flumen, accipiamus tempus ante baptismum, per ultra, illud quod fuit post baptismum, ut denotemus fideles, & in ueteri, & in noua lege saluatos per Christũ. Quod significauit Moyses, qui duxit filios Israel usq; ad flumen Iordanis, & Iesus filius Naue, qui de flumine Iordanis duxit eos in terram promissionis. Alia litera habet, Lignum uitæ reddens fructum suum per duodecim menses, id est, per duodecim horas Iesus, quia Christus dies, Apostoli horæ, uel menses, iuxta illud, Nónne duodecim horæ sunt diei? Quasi dicat, Vos estis subditi mihi, & mihi prouidendum est, non uobis. Alia autem ligna, id est, sancti, reddunt fructum suum, id est, reddunt pro meritis præmia fibi subditis. Lyranus autem hoc pacto exponit: Et ostendit mihi fluuium &c. Per quem intelligi

Apoca.22 a

Ioan.7 f

Psal. 148 b

Rom.14 c

Luc.22 c

2.Tim.2 b.

Ioan.11. b

Ioan. 7. f

Gal.5 d

intelligitur spiritus sanctus, dicẽte saluatore: Qui credit in me (sicut dicit scriptura &c.) procedentem. Nam spiritus sanctus ex patre procedit, & filio. In medio plateæ eius, ut omnes reficiat beatos. Lignum uitæ, id est, Christus, qui secundum deitatem est ubique, quemadmodum & spiritus sanctus, quum eandem habeant essentiam. Afferens fructus duodecim, de quibus ait Apostolus, Fructus autem spiritus, est charitas & cæt. Veruntamen hi fructus aliter sunt in hac uita per gratiam, aliter in patria per gloriam. Siquidem charitas patriæ, qui primus est fructus, est in deum uisum perfectissima per amorem trãsformatio, Gaudium, est de deo uiso perfecta fruitio, Pax est in ipso deo pacatus quiescere, Patientia est firma in deo stabilitas, Benignitas est unus ardor cordium, & amoris in proximum inflammatio. Bonitas, id est, propriũ boni in proximum diffusio. Siquidem beati de aliorum beatitudine, perinde ac propria esset, gaudent. Longanimitas est æquanimis expectatio gloriæ ipsius corporis. Mansuetudo est in obstinatos peccatores iustæ uindictæ appetitus, hoc est, secundum diuinæ iustitiæ regulam moderatur. Lætabitur (inquit propheta) iustus quum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Fides est clara dei uisio, & fidelitas erga suum creatorem. Modestia excellenter est in illa patria, per quam inferiores potentiæ animæ, perfecte superioribus subiiciũtur. Continentia est per quã ad aliquod malũ flecti penitus btũs non potest. Castitas, est perfecta mentis, & corporis mundities. Per menses singulos, id est, continue, ac perpetuo reddens fructum suum. Et folia ligni, id est, Christi uerba, ac præcepta, quæ & tegunt fructum, atq; ornant.

Psalm.57 b

De fructu tricesimo, sexagesimo, & centesimo. Cap. XXIIII.

DE fructibus antedictis tricesimo & cæte. hoc pacto scribit diuus Augustinus libro unico de sancta uirginitate, capite uicesimoquarto. Proinde (inquit) quid dicemus? Est ne aliquid quod uirgo dei ueraciter cogitet, unde se fideli mulieri, non tãtum uiduæ, uerumetiam coniugatæ præferre non audeat? Non ego reprobam dico. Nam hæ sint obedientes præceptis dei, ita ne trepidabit sanctam uirginitatem, etiam castis nuptijs, & continentiam præferre connubio, fructum centenum præire triceno? Imo uero non dubitet hanc rem illi rei præponere. Hic tamen uel hæc uirgo obediens, & deum timens se anteferre non audeat, alioquin non erit humilis, & deus superbis resistit. Quid ergo cogitabit? Occulta scilicet dona dei, quæ non nisi interrogatione tentationis, etiam semetipsum unicuique declarant. Vt enim cætera taceam, unde scit uirgo, quamuis solicita, quæ sunt domini, quomodo placeat domino, ne forte propter aliquam sibi incognitam mentis infirmitatem, non dum sit matura martyrio: illa uero mulier, cui se præferre gestiebat, iam possit bibere calicem dominicæ humilitatis, quem prius bibendum discipulis, amatoribus sublimitatis opposuit? Vnde, inquam, scit, ne forte ipsa nondum sit Thecla, iam sit illa Crispina. Certe nisi affit tentatio, nulla doni huius fit demonstratio. Hoc autem tam magnũ est, ut eum fructum centenum quidam intelligant. Perhibet enim præclarissimum testimonium ecclesiastica autoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. Sed quicquid significet fœcunditatis illa diuersitas, uiderint qui hæc melius, quàm nos intelligunt, siue uirginalis uita in centeno fructu fit, in sexageno uidualis, in triceno autem coniugalis, siue centena fertilitas martyrio potius imputetur, sexagena continentiæ, & tricena connubio, siue uirginitas accedente martyrio centenum fructum impleat, sola uero in sexageno sit, coniugati autem tricenum ferentes, ad sexagenum perueniant, si martyres fuerint, siue, quod probabilius mihi uidetur, quoniam diuinæ gratiæ multa sunt munera, & est aliud alio maius, ac melius, unde dicit Apostolus, Aemulamini autem dona meliora, intelligendũ est plura esse, quàm ut in tres differentias distribui possint. Primum, ne continentiam uidualem, aut in nullo fructu constituamus, aut ad coniugalis pudicitiæ merita deponamus, aut uirginali glorię coæquemus, aut coronam martyrij, uel in habitu animi, etiam

Iaco.4 b

Matt.23 b

1.Cor.22 d

Universidad de Deusto
Biblioteca

si defit tentationis examen, uel in ipsa passionis experientia constitutam, cuilibet illa-
rum trium castitati sine ullo incremento fertilitatis accedere existimemus. Deinde ubi
ponimus, quod multi ac multæ ita custodiunt continentiam uirginalem, ut tamen non
Matt.19 c faciant, quæ dominus ait, Si uis esse perfectus, uade, uende omnia quæ habes, & da pau-
peribus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. Nec audeant eorum cohabi-
Act.2 g tationi sociari, in quibus nemo dicit aliquid proprium, sed sunt eis omnia communia.
Nihil ne putamus fructificationis accedere uirginibus dei, quum hoc faciunt? Aut sine
ullo fructu esse uirgines dei, etiam si hoc non faciunt? Multa ergo sunt dona, & aliis as-
sia clariora, ac superiora singulis singula. Et aliquãdo alter fructuosus est donis paucio-
ribus, sed potioribus, alter inferioribus, sed pluribus. Et quemadmodum inter se uel co-
æquentur, uel distinguantur in accipiendis æternis honoribus, quis hominũ audeat iu-
dicare, dum tamen constet, & multa esse ista diuersa, & non ad præsens tempus, sed in
æternum prodesse meliora? Sed dominum tres arbitror uoluisse fructificationis com-
memorare differentias, cæteras intelligentibus reliquisse. Nam & alius Euãgelista solũ
Lucæ 9 a commemorauit centuplum, nunquid ideo putandus est alia duo, uel improbasse, uel ig-
norasse, ac non potius intelligenda reliquisse? Sed, ut dicere cœperam, siue cẽtenus fru-
ctus sit deo deuota uirginitas, siue alio aliquo modo, uel quem commemorauimus, uel
quem non commemorauimus, sit illa fertilitatis intelligenda distantia: nemo tamen,
quantum puto, ausus fuerit uirginitatem præferre martyrio, ac nemo dubitauerit hoc
donum occultum esse, si examinatrix desit tẽtatio. Habet itaq; uirgo quod cogitet, quod
ei profit ad seruandam humilitatem, ne uiolet illam, quæ supereminet donis omnibus
2.Cor.13 b charitatem, sine qua utiq; quæcũq; alia uel pauca, uel plura, uel magna, uel praua habue-
rit, nihil est. Habet (inquam) quod cogitet, ut non infletur, non æmuletur, ita se scilicet
bonum uirginale coniugali bono multo amplius, & melius profiteri, ut tamen nesciat
utrum illa, uel illa coniugata iam pati pro Christo possit, adhuc uero ipsa non possit, &
in hoc ei parcatur, quia infirmitas eius tentatione non interrogatur. Fidelis em̃ deus (ait
2.Cor.10.c Apostolus) qui uos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatio-
ne etiam exitum, ut possitis sustinere. Fortassis ergo illi, uel illi coniugalis uitæ retinens
tes in suo genere laudabilem modum, iam possint contra inimicum ad iniquitatem cogẽ
tem, ctiam laniatu uiscerum, & effusione sanguinis dimicare: illi autem, uel illi à puerita
Matt.19 b continentes, seq; castrantes propter regnum cœlorum, nondum tamen ualent talia uel
pro iustitia, uel pro ipsa pudicitia sustinere. Aliud enim est pro ueritate, ac proposito san
cto non consentire suadenti, atq; blandienti, aliud non cedere etiã torquenti, atq; ferien
ti. Latent ista in facultatibus, & uiribus animorum. tentata panduntur, experta propalã
tur. Vt ergo quisq; non infletur, ex eo q̃ uidet se posse, humiliter cogitet, q̃ ignorat alis
quid præstantius se fortasse non posse, aliquos autem qui illud quo sibi glorioſe nonus
est, nec habent, nec profitentur, hoc quod ipse non potest, posse. Ita seruabitur non falsa
Rom.12 c ci, sed ueraci humilitate, honore mutuo præuenientes, & alterutrũ existimantes superio
res sibi. Et lib. 1. quæstionum Euangeliorum, quæstione nona: Quod dicit, Aliud cen
tesimum, aliud sexagesimũ, aliud tricesimum. Centesimum martyrum, propter sanctita-
Philip.2 a tem uitæ, uel contemptum mortis. Sexagesimum uirginum, propter otium interius, quia
Mat.13 b non pugnant contra consuetudinem carnis. Solet enim otiũ concedi sexagenariis post
militiam, uel post actiones publicas. Tricesimum coniugatorum, quia hæc est ætas pro-
liantium: Ipsi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur. Et libro de
ciuitate dei, uigesimoprimo, cap. uigesimoseptimo, in fine: Verum (inquit) ista liberatio,
quæ fit, siue suis quibusq; orationibus, siue intercedentibus sanctis, id agit, ut in ignẽ qui
que non mittatur æternum, non ut quum fuerit missus post quantumcũq; tempus, inde
eruatur. Nam & illi qui putant sic intelligendum esse quod scriptũ est, afferre terram bo-
Matt.13 a nam, uberem fructum, aliam tricenum, aliam sexagenum, aliam centenum, ut sanctis pro
Lucæ 8 a suorũ diuersitate meritorum, alij cẽtenos, alij sexagenos, alij tricenos homines liberent, alij sexagenos, alij cẽtenos,
hoc in die iudicij futurum suspicari solent, non post iudicium. Qua opinione quidã, quæ
uideret homines impunitatem sibi peruersissime pollicẽtes, eo quod omnes isto modo
ad libera-

ad liberationem pertinere posse uideantur, elegantissime respondisse perhibetur, bene
potius esse uniendum, ut inter eos quisq; reperiatur, qui pro alijs intercessuri sunt liberã-
dis, ne tam pauci sint, ut cito ad numerum suum uel tricenum, uel sexagenum, uel cente-
num unoquoq; eorum perueniente, multi remaneãt, qui erui iam de pœnis, illorum in-
tercessione non possint, & in eis inueniatur quisquis sibi spem fructus alieni temeritate
uanissima pollicetur. Et diuus Hieronymus super Matthæum: Sicut (inquit) in terra ma- Matt. 30 a
la tres fuere diuersitates, secus uiam, & petrosa, & spinosa loca: sic in terra bona, trina di- Marc.4 b
uersitas est, centesimi, sexagesimi, & tricesimi fructus. In illa autem & in ista nõ mutatur
substantia, sed uolũtas, & tam incredulorum, q̃ credentium corda sunt, quæ semen reci-
piunt. Venit (inquit) malus, & rapit quod seminatum est in corde eius, & secundo, ac ter-
tio, hic est (ait) qui uerbum audit. In expositione quoq; terræ bonæ, iste est, qui audit uer
bum. Primum ergo debemus audire, & post intelligentiam fructus reddere doctrinarũ,
& facere uel centesimum fructum, uel sexagesimum, uel tricesimũ, de quibus plenius in
libro cõtra louinianum diximus, & nunc breuiter perstringimus, centesimum fructum
uirginibus, sexagesimum uiduis, & continentibus, tricesimum casto matrimonio de-
putantes. Honorabiles enim nuptiæ, & cubile immaculatum. Quidam nostrum cen- Hebr.13 a
tesimum fructum ad martyres referunt. Quod si ita est, sancta consortia nuptiarum ex-
cluduntur à fructu bono.

De tribus antedictis fructibus. Cap. XXV.

Diuus autem Gregorius homilia decimaseptima, super Ezechielem, hoc modo scri-
bit: Quoniam peccatori homini deus legem dedit, quæ in decem præceptis scripta
est, & sex decies ducta in sexagenarium surgũt, recte per sexaginta cubitos bonorum o-
perum perfectio designatur. Quod aperte etiã dominus in Euangelio designat, qui quũ
parabolam seminantis exponeret, dixit: Aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructũ
ascendentem, & excrescentem, & afferebat unum triginta, & unum sexaginta, & unum
centum. Fructus etenim terræ bonæ triginta affert, quum mens perfectionem fidei, quæ Marc.4 b
est in trinitate, conceperit. Sexaginta affert, quum bonæ uitæ opera perfecte protulerit. Mat.13 a
Centum uero affert, quum ad æternæ uitæ contemplationem profecerit. Sinistra enim
nostra, est uita præsens, dextera uero, est uita æterna. Et recte per centenarium numerũ
æternæ uitæ contemplatio designatur, quia quum post triginta, ac sexaginta ad centesi-
mum numerum computandum peruenimus, idem centenarius numerus in dexterã trã-
sit. Fides, atq; operatio adhuc in sinistra est, quia hic adhuc positi & credimus quod non
uidemus, & operamur, ut uideamus. Quum uero iam se animus in contemplationem æ-
ternæ uitæ suspenderit, quasi ad dexteram manum computus peruenit. Eandem exposi-
tionem accepit Remigius, qui & alteram addidit. Semen uerbi dei (inquit) tricesimũ fru-
ctum facit, quando bonam cogitationem gignit, sexagesimum, quando bonam locutio
nem, centesimum, quando ad fructum boni operis perducit. Et diuus Hieronymus libro
primo, contra louinianum: Scimus (inquit) in domo magna, non solum uasa esse aurea,
& argentea, sed & lignea, & fictilia, & super fundamentum Christi, quod Paulus archite
ctus posuit, alios ædificare aurum, argentum, lapides pretiosos: alios e contrario ligna,
fœnum, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias, & thorum immaculatum. Les
gimus primam dei sentẽtiam, Crescite, & multiplicamini, & replete terrã: sed ita nuptias
recipimus, ut uirginitatem, quæ de nuptijs nascitur, præferamus. Nunquid argentum nõ 2. Tim. 2 b
erit argentum, si aurum argento pretiosius est? Aut arboris, & segetis contumelia est, si 1.Cor.3 c
radici, & foljs, culmo, & aristis, poma præferantur, & fructus? Vt poma ex arbore, fru- Hebr.13 a
mentum e stipula, ita uirginitas e nuptijs. Centesimus, & sexagesimus, & tricesimus fru- Gen.2 c
ctus, quanquam de una terra, & de una semente nascatur, tamẽ multum differt in nume-
ro. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli se cõ
plexans osculo, & fœderans, maritum pingit, & coniugem. Sexaginta uero ad uiduas,
eo quod in angustia, & tribulatione sunt positę. Vnde & superiori digito deprimuntur,
quantoq; maior est difficultas expertæ quondam uoluptatis illecebris abstinere, tanto
maius est præmium. Porro centesimus numerus (diligenter quæso lector attende) de su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nistra transfertur ad dexteram,& eisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus
in læua nuptæ significantur,& uiduæ,circulum faciens,exprimit uirginitatis coronam.
Et paulo inferius:Dicit(nempe Iouinianus)uirgines,uiduas,& maritatas, quæ semel in
Christo lotæ sunt,si non discrepent cæteris operibus, eiusdem esse meriti. Et infrà citat
1. Cor.7a Apostolum dicentem:De his autem quæ scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem
non tangere &c.usque,nubant:Bonum est(inquit)mulierem nõ tangere. Si bonum est
mulierem non tangere,malum est ergo tangere. Nihil enim bono contrarium est, nisi
malum.Si autem malum est,& ignoscitur,ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat.
Quale autem illud bonum est,quod conditione deterioris conceditur? Nunquam enim
subiecisset,Vnusquisq; uxorem suam habeat,nisi præmisisset,Propter fornicationes aut
rem. Tolle fornicationes,& non dicet, Vnusquisq; uxorem suam habeat. Velut si quis
definiat,Bonum est triticeo pane uesci,& edere purissimam similam,tamen nequis com
pulsus fame,comedat stercus bubulum,concedo ei,ut uescatur & hordeo. Num idcirco
frumentum non habebit puritatem suam,si fimo hordeum præferatur? Bonum est illud
lud naturaliter, quod comparationem non habet mali, quod prælatione alterius non
obumbratur.Simulq; animaduertenda est Apostoli prudentia.Non dixit,Bonum est u
xorem non habere,sed,Bonum est mulierem non tãgere,quasi & in tactu periculum sit,
Prou. 7d quasi qui illam tetigerit,non euadat,quæ uirorum preciosas animas rapit,quę facit ado
lescentium euolare corda. Alligabit quis in sinu ignem,& nõ comburetur? Aut ambula
bit super carbones ignis,& non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, statim
aduritur,ita uiri tactus,& fœminæ,sentit naturam suam,&diuersitatem sexus intelligit.
Narrant & gentilium fabulæ Mithrham,& Erichtonium,uel in lapide,uel in terra,de lo
Gen.39c lo æstu libidinis esse generatos. Vnde & noster Ioseph,quia tangere uolebat eum Aegy
ptia,fugit ex manibus eius,& quasi ad morsum rabidissimæ canis,ne paulatim uirus sor
peret,pallium,quod tetigerat,abiecit. Propter fornicationes autem unusquisq; uxorem
suam habeat,& unaquæq; uirum suum habeat. Non dixit autem, Vnusquisque uxorem
fornicationes ducat uxorem,alioquin hac excusatione libidini fræna laxasset, ut quoties
cunque uxor moritur,toties ducenda sit alia,ne fornicemur, sed unusquisque uxorem
suam habeat.Suam(inquit)habeat,sua utatur,quam habebat antequã crederet, Quàm
bonum erat uxorem non tangere,& post fidem Christi sororem tantum nosse,non con
iugem,nisi fornicatio tactum eius excusabilem faceret. Vxor proprij corporis non ha
bet potestatem,sed uir. Similiter & uir sui corporis non habet potestatem, sed uxor. O
mnis hæc quæstio de his est,qui in matrimonio sunt deprehensi,an eis liceat uxorem di
Matt.19b mittere,quod & dominus in Euangelio prohibuit. Vnde & Apostolus: Bonum est,(ait)
& Mar.10a uxorem non tangere.Sed quia qui semel duxit uxorem,nisi ex consensu,non ualet se ab
& Luc.16d stinere,nec dare repudium non peccanti,reddat coniugi debitum:sponte quippe se alliga
uit,ut reddere cogeretur.Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut
uacetis orationi. Oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus
Christi accipi non permittit? Quandiu impleo mariti officium, non impleo Christia
1. Thes.5c ni.Iubet idem Apostolus in alio loco, ut semper oremus. Si semper orandum est, mutu
quam ergo coniugio seruiendum, quoniam quotiescunque uxori debitum reddo, o
rare non possum. Petrus Apostolus experimentum habens coniugalium uinculorum
1. Petri 3a uide quomodo informet Ecclesiam, quid doceat Christianos, Similiter uiri cohabi
bitantes iuxta scientiam,quasi infirmiori uasculo muliebri tribuentes honorem, & sicut
cohæredes multiplicis gratiæ,ut non impediantur orationes uestræ. Ecce eodem sensu,
quia eodem & spiritu,impediri dicit orationes officio coniugali. Quod autem ait.Simili
Ibidem. ter,idcirco ad imitationem prouocat uiros,quia iam suprà uxoribus præceperat, dicens:
Vt uideant uiri in timore castam uestram conuersationem,quarum sit non extrinsecus com
positio crinium,& distinctio auri,& in cultu uestis ornatus:sed abscõditus cordis homo,
in incorruptione mitis,& silentis spiritus,hoc est,coram deo placens. Cernis quale cõiu
gium inter uiros uxoresq; præcipiat? Cohabitantes iuxta scientiam, ut nouerint qd uo
lit,quid desideret deus,ut tribuãt honorem uasculo muliebri.Si abstinemus nos à coitu,
honorem

honorem tribuimus uxoribus,si non abstinemus,perspicuum est,honori contrariam es
se contumeliam. Ad uxores quoq;,Vt uideant(inquit) uiri,castam conuersationem ue
stram,& ornatum in abscondito cordis hominem,in incorruptione mitis,& silentis spi
ritus.O uere digna uox Apostolo,& petra Christi.Maritis,uxoribusq; dat legem,& dã
nato carnis ornatu,castitatem prædicat,& ornatum interioris hominis in incorruptio
ne mitis & silentis spiritus. Quomodo hoc dices? Quoniam exterior uester homo corru
ptus est,& beatitudinem incorruptionis,quæ proprie uirginum est,habere desistis, imi
tamini incorruptionem spiritus,saltem per seram abstinentiam,& quod corpore nõ po
testis,mente præstate.Has enim Christus diuitias,& hos uestræ coniunctionis quęrit or
natus.Verum ne quis putet ex eo quod sequitur,Vt uacetis orationi,& iterum reuertimi
ni ad idipsum, Apostolum hoc uelle,& non propter maiorem ruinam cõcedere, statim
infert,Ne tentet uos Satanas propter incontinentiam uestram.Pulchra nimirum indul
gentia, & interim ad idipsum,quod erubescit suo uocare nomine,quod tẽtationi prefert
Satanæ,quod causam habet incontinentiam,laboramus quasi obscurum disserere, quũ
exposuerit ipse quod scripsit.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum,Hoc autem dico secundum
indulgentiam &c.

Cap. XXVI.

HOc autem(inquit)dico iuxta intelligentiam, non iuxta imperium, & mussitamus 1.Cor.7b
adhuc nuptias non uocare indulgentiam,sed præceptum,quasi non eodem modo
& secunda,& tertia matrimonia concedantur,quasi non & fornicatoribus per pœniten
tiam fores aperiantur Ecclesiæ,quodq; his est maius,& incestis. Nam illum uiolatorem
nouercæ,quem in prima ad Corinthios epistola tradiderat Satanæ in interitum carnis, 1.Cor.5a
ut spiritus saluus fieret,in secunda retrahit,& ne abundantiori tristitia absorbeatur fra 2.Cor.2b
ter,laborat. Aliud est uelle quid Apostolum,aliud est ignoscere. In uoluntate promere
mur,uenia abutimur. Vis scire quid uelit Apostolus? Iunge quod sequitur, Volo autem 1.Cor.7b
omnes homines esse sicut meipsum. Beatus qui Pauli similis erit. Felix qui audit Aposto
lum præcipientẽ,non ignoscentẽ:Hoc(inquit)uolo,hoc desidero,ut imitatores mei sitis, 2.Cor.11a
sicut & ego Christi.Ille uirgo de uirgine,de incorrupta incorruptus.Nos quia homines
sumus,& natiuitatem saluatoris non possumus imitari, imitemur saltem conuersatio
nem.Illud diuinitatis est,& beatitudiuis,hoc humanę conditionis est,& laboris. Volo o
mnes homines similes mei esse,ut dum mei similes sunt,similes fiant & Christi, cuius e
go similis sum. Qui enim in Christum credit,debet sicut & ille ambulauit,& ipse ambu 1.Cor.7b
lare.Sed unusquisq; proprium donum habet ex deo,alius quidẽ sic, alius autẽ sic. Quid
(inquit)uelim,perspicuum est.Sed quoniam in Ecclesia diuersa sunt dona,cõcedo & nu
ptias,ne uidear damnare naturam.Simulq; considera,qp aliud donum uirginitatis sit, a
liud nuptiarum.Si enim eadem esset merces nuptiarum,& uirginum,nunq; dixisset post
præceptum continentiæ,Sed unusquisq; propriũ habet donũ ex deo,alius quidem sic, a
lius autem sic.Vbi proprietas singulorũ est,ibi altrinsecus diuersitas. Cõcedo & nuptias
esse dei donũ,sed inter donũ,& donum magna diuersitas est.Deniq; & Apostolus de eo 1.Cor.7a
dem post incestum pœnitentiæ e cõtrario,inquit: Donate ei,& cõsolamini, & si cui quid
donastis,& ego.ac ne putaremus donum hominis esse contẽnendum,addidit:Nã & ego
quod donaui,si qd donaui,ppter uos,corã Christo.Diuersa sunt dona Christi. Vnde & Gen.37a
Ioseph in typo eius uariam habet tunicam. Et in Psalmo quadragesimoquarto legim⁹:
Adstitit regina à dextris tuis,in uestitu deaurato,circũdata uarietate.Et Petrus Apostolus: Psal.44.c
Sicut cohæredes(ait)multiplicis gratiæ dei. Quod significantius Græce dicitur ποικίλης, 1.Petr.3a
id est,uariæ.Sequitur:Dico autem innuptis,& uiduis, si sic permanserint, ut ego &c.
Positq; nuptis cõcesserat usum cõiugij,& ostẽderat ipse quid uellet,quidue cõcederet, trã
sit ad nuptias,& uiduas,& sui proponit exemplum,& felices uocat,si sic permanserint.Si
autẽ nõ se continent,nubãt,id ipsum quod suprà:Propter fornicationes autem,& ne ten 1.Cor.7b
tet uos Satanas,propter incontinentiam uestram.Redditq; causam,cur dixerit, Si se non
continent,nubant. Melius est enim nubere,quàm uri.Ideo melius est nubere,quia peius
est uri,Tolle ardorem libidinis,& non dicet,Melius est nubere.Melius enim semper ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni. Velut si dicat, Melius est unum oculum habere, quàm nullum. Melius est enim uno inniti pede, & alteram partem corporis baculo sustentare, quàm fractis cruribus repere. Quid ais Apostole? Non tibi credo dicenti, Et si imperitus sermone, non tamen scientia. 2.Cor.11 b Quomodo illud de humilitate descendit: Quia non sum dignus uocari Apostolus: Et, 1.Cor.15 b Mihi omnium Apostolorum, & tanquàm abortiuo, sic & hoc humilitatis dictum puto. Nosti sermonum proprietates, quamobrem & de Epimenede, & de Menandro, & de Ara- Ibidem a to quædam sumis testimonia. Vbi de continentia loqueris, & uirginitate, Bonum est (ais) homini mulierem non tangere, & bonum est eis, si sic permanserint, ut ego, & pus to hoc bonum, eis esse propter instantem necessitatem, & quia bonum est homini sic esse. Vbi ad nuptias uenis non dicis, Bonum est nubere, quia non potest iungere, quàm uri, sed dicis, Melius est nubere, quàm uri. Si per se nuptiæ sunt bonæ, noli illas incendio comparare, sed dic simpliciter, Bonum est nubere. Suspecta est mihi bonitas huius rei, quam magnitudo alterius mali, malum esse cogit inferius. Ego autem non leuius malum, sed simplex per se bonum uolo.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum, De uirginibus autem præceptum domini non habeo &c. Cap. XXVII.

1.Cor.7 e MAritorum, & continẽtium (inquit) disputatione præmissa, tandem ad uirgines uenit, & ait: De uirginibus autem præceptum domini nõ habeo, cõsilium autem do, tanquàm misericordiã cõsecutus à domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonũ esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Hic aduersarius tota exultatiõe bacchatur, hoc uelut fortissimo ariete uirginitatis murũ quatiẽs. Ecce (inquit) Apostolus profitetur de uirginibus domini se nõ habere præceptum, & qui cum auctoritate de maritis, & uxoribus iusserat, non audet imperare, quod dñs non præcepit. Et recte. Quod enim præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri, quod necesse est fieri, nisi fiat, pœnã habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iussum est. Si uirginitatẽ dñs imperasset, uidebatur nuptias cõdemnare, & hominũ auferre seminariũ, unde & ipsa uirginitas nascitur. Si præcidisset radicẽ, quomodo fruges quærere et nisi ante fundamenta iecisset, qua ratione ædificiũ extrueret, & operturũ cuncta despeculmẽ imponeret? Multo labore fassorũ subuertũtur mõtes, terrarũ pœne interna penetrantur, ut inueniatur aurũ. Quumq; de granis minutissimis prius conflatione formacis, deinde callida artificis manu fuerit monile conpactũ, non ille beatus uocatur, qui de luto excreuit aurum, sed qui auri utitur pulchritudine. Noli igitur admirari, si inter tritillatiõnẽ carnis, & incẽtiua uitiorũ Angelorũ uitã nõ exigimur, sed docemur. Quia ubi cõsilium datur, offerentis arbitriũ est, ubi præceptum, necessitas est seruientis. Præceptum (inquit) dñi nõ habeo, cõsiliũ autẽ do, tanq̃ misericordiã cõsecutus à dño. Si nõ habes præceptũ dñi, quare audes dare cõsiliũ, de quo nõ habes iussionẽ? Respõdebit mihi Apostolus: Et uis ut ego iubeã, quod dñs obtulit potius, quàm præcepit? Ille creator, & figulus scit ens fragilitatem uasculi, quod operatus est, uirginitatẽ in audientis potestate dimisit, & 2.Cor.9 c ego doctor gentiũ, qui omnib⁹ omnia factus sum, ut omnes lucrifacerẽ, onus perpetuæ castitatis statim in principio credentiũ imponã ceruicibus infirmorũ? Discãt prius ferias Matt.19 b nuptiarũ, uacent ad tempus orationi, ut accepto gustu pudicitiæ, id semper habere desiderent, quoad modicũ delectati sunt. Dñs tẽtatus à Pharisæis utrum secundũ legẽ Moysi uxores liceret dimittere, oñino fieri prohibuit. Quod discipuli considerãtes, dixerũt ei, Si talis est causa hominis cum uxore, nõ expedit nubere. Quibus ille respõdit, Non omnes capiunt uerbũ, sed quibus datũ est. Sũt enim eunuchi, qui de utero matris ita nati sunt, & sunt eunuchi, q ab hominib⁹ eunuchizati sunt, & sunt eunuchi, q se castrauerũt propter 2.Cor.7 e regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. In propatulo est, cur Apostolus dixit, De uirginib⁹ autẽ præceptũ dñi nõ habeo, profecto qa prẽmiserat dñs, Nõ oẽs capiũt uerbũ, sed quibus datũ est, & qui potest capere, capiat. Proponit ἀγωνοθέτης præmiũ, inuitat ad cur- Ioan.7 f sum, tenet in manu uirginitatis brauiũ, ostendit purissimũ fontẽ, & clamitat: Qui sitit, ueniat ad me, & bibat, qui potest capere capiat. Non dicit, uelitis nolitis, bibendũ uobis est, atq;

atq; currendum: sed qui uoluerit, qui potuerit currere, atq; potare, ille uincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum. Maioris q̃ gratiæ est, offerre, quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. Apostoli uxoris onera contemplati, Si talis est, inquiunt, causa hominis cum uxore, nõ expedit nubere. Quorum dñs sententiam probans, Recte quidem sentitis (ait) quod non Mat.19 b expediat homini ad cœlorum regna tendenti, accipere uxorem, sed difficilis res est, & nõ omnes capiũt uerbum istud, uerum quibus datum est. Alios Eunuchos natura facit, alios uis hominum. Mihi illi eunuchi placẽt, quos castrauit, non necessitas, sed uoluntas. Libenter illos in meos sinus recipio, qui se castrauerunt propter regna cœlorum, & ob mei cultũ noluerunt esse quod nati sunt. Simul q̃ tractanda sententia, Qui se (inquit) castrauerunt propter regnum cœlorum. Si castrati mercedem habent regni cœlorum, ergo Ibidem qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum. Qui potest (inquit) capere, capiat. Grandis fidei est, grandis q̃ uirtutis dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre domino, & iuxta eundem Apostolum esse sanctum & corpore, & 1.Cor.7 b spiritu. Hi sunt eunuchi, qui se lignum aridum ob sterilitatem putãtes, audiunt per Esaiam, quod pro filiis, & filiabus locum in cœlis habeant paratum. Horum typus est Ab- Esa.56 b demelech eunuchus in Hieremia, & spado ille reginæ Candacis in Actis Apostolorum, Hier.38 b qui ob robur fidei, uiri nomen obtinuit. Ad hos & clemens successor Apostoli Petri, cuius Paulus Apostolus meminit, scribit epistolas, omnem q̃ pene sermonem suum de uiri- Act.8 c ginitatis puritate cõtexuit, & deinceps multi Apostolici, & martyres, & illustres tam sanctitate, quàm eloquẽtia uiri, quos ex propriis scriptis nosse perfacile est. Existimo enim 1.Cor.7 e (inquit) hoc opus bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est illa necessitas, quæ spreto uinculo coniugali, uirginitatis appetit libertatem? Væ prægnantibus, & Mat.24 b nutrientibus in illo die. Non hic scorta, non lupanaria condemnantur, de quorum damnatione nulla dubitatio est, sed uteri tumescentes, & infantum uagitus, & fructus, atq; opera nuptiarum. Quoniam bonum est homini sic esse. Si bonum est homini sic esse, malum est ergo homini sic non esse. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Habet unusquisq; nostrum terminos suos, redde mihi meum, & tuum tene. Si alligatus es uxori, ne illi des repudium. Si solutus sum ab uxore, non quæram uxorem. Vt ego non soluo coniugia, si semel ligata sunt, ita tu non liges quod solutum est. Simul q̃ significantia uerborum est. Qui uxorem habet, & debitor dicitur, & esse in prœputio, & seruus uxoris, & quod malorum seruorum est, alligatus. Qui autem sine uxore est, primum nullius debitor est, deinde circuncisus, tertio liber, ad extremum solutus. Curram⁹ per reliqua, neq; enim nos patitur magnitudo uoluminis diutius in singulis immorari. Si autem acceperis uxores, non peccasti. Aliud est nõ peccare, aliud benefacere. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Non illa uirgo, quæ semet dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irri- 1.Tim.5 b tam fecit. Si autem hoc de uiduis dictum obiecerit quanto magis de uirginibus prœuale bit, quum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim quæ post confessionem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ. Ac ne uideretur in eo quod dixerat, non peccauit, rursum cœlibes ad nuptias prouocare, statim se refrænat, & aliud inferendo, infirmauit quod concesserat dicens, Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Qui sunt isti, qui tribulationem carnis habebunt? Quibus supra indulserat. Si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit uirgo, non peccauit, tribulationem tamẽ carnis habebunt huiusmodi. Nos ignari rerum, putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiam. Si autem nubentibus etiam in carne tribulatio, in qua sola uidebantur habere delicias, quid erit reliquũ propter quod nubãt, quum & in spiritu, & in anima, & in ipsa carne tribulatio sit? Ego autem uobis parco. Sic ait, Obtendo carnis tribulationem quasi non maiora sint propter quæ nubere non debeatis. Igitur hoc dico fratres, Tempus breue est &c.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum, Mulier innupta, & uirgo, cogitat quæ sunt domini &c. Cap. XXVIII.

Mulier

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 7 f MVlier innupta,& uirgo, cogitat quæ sunt dñi,ut sit sancta corpore,& spiritu. Non omnis innupta,& uirgo est. Quæ autẽ uirgo,utiq; & innupta est. Quanquam ob elegãtiam dictionis potuerit idipsum altero uerbo repetere,mulier innupta,& uirgo,uel certe definire uoluisse quid esset innupta,id est uirgo,ne & meretrices putemus innuptas nulli certo matrimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta, & uirgo? Quæ domini sunt,ut sit sancta corpore,& spiritu. Vt nihil aliud esset,ut nulla merces uirginem amplior sequeretur,sufficeret ei hæc sola prælatio,cogitare quæ dñi sunt. Statimq; docet quæ sit ipsa cogitatio, ut sit sancta corpore,& spiritu. Nonnullæ quippe sunt uirgines carne, nõ spiritu,quarum corpus integrum est,anima corrupta.Sed illa uirginitas hostia Christi est,cuius nec mentem,cogitatio,nec carnem libido maculauit.Econtrario,quę nupta est,cogitat quæ mũdi sunt,quomodo placeat uiro.Sicut q uxorẽ habet,solicitus est quæ sunt mũdi,quomodo placeat uiro:sic nupta res mũdi cogitat, quomodo placeat uiro. Ioan. 15 c Nos autẽ nõ sumus de hoc mũdo,qui in maligno posit⁹ est,cuius figura prẽterit.De quo dicitur ad Apostolos: Si essetis de hoc mundo, amaret utiq; mũdus quod suum erat. Ac 1. Cor. 7 f ne forsitan putaretur onus grauissimũ castitatis nolẽtibus imponere, statim iungit causas suadendi,& ait:Hoc autem ad utilitatem uestrã dico, non ut laqueũ uobis injecia,sed Ioan. 15 c ut ad id,quod honestũ est,& intente facit seruire dño,absq; ulla distractione uos adhor- 1. Cor. 7 f ter.Proprietatẽ Græcã Latinus sermo nõ explicat,quib⁹ enim uerbis quis possit dicere Τοῦτο δὲ πρὸς ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. Vnde &in Latinis codicibus,ob translationis difficultatem,hoc penitus non inuenitur,utamur igitur eo quod nos uertimus. Non imponit nobis Apostolus laqueum, nec cogit esse quod nolumus, sed suadet quod honestum est, & decorum,& intente facit seruire domino,& semper esse solicitum,& expectare paratam domini uoluntatẽ,ut quũ quid imperauerit,quasi strenuus,& armatus miles, statim impleat quod perceptũ est,& hoc faciat sine ulla distentione,quæ data est secundũ Ecclesiã hominibus iustis mũdi,ut distendantur in ea.Si quis autem cõsyderat uirginẽ suã,id est carnẽ lasciuire, & ebullire in libidinem,nec refrænare se potest,duplexq; ei incumbit necessitas,aut accipiendæ coniugis, aut ruendi, quod uult faciat,non peccat, si nubat:Faciat(inquit)quod uult,non quod debet. Non peccat,si ducit uxorem,nõ tamen bene facit,si duxerit. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis,& hoc iudicat in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam,bene facit,& qui non iungit,melius facit.Signanter &proprie supra dixerat,Qui ducit uxorẽ,non peccat,hic q seruat uirginẽ suã,bene facit, Psal. 36 c Aliud est autem non peccare, aliud est benefacere. Declina (inquit) à malo, & fac bonum.Illud declinamus,hoc sequimur. In altero initium, in altero perfectio est. Verum ne in eo quod dixit, Et qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, existimet aliquis obseruationem nostram non stare,protinus hoc ipsum bonum extenuat,& obumbrat cõparatione melioris,& dicit:Et qui nõ iungit,melius facit. Nisi illa turus esset,melius facit,nunquàm præmisisset,Bene facit. Vbi autem bonũ,& melius est,ibi boni,& melioris non unum est præmium:& ubi nõ unum præmium,ibi utiq; dona diuersa. Tantũ est igitur inter nuptias,& uirginitatem, quantum inter non peccare, & bene facere,imo, ut leuius dicam, quantum inter bonum,& melius. Sed quoniam ad uetus nos trahit testamentũ,& incipiens ab Adam,ad Zachariam, & Elizabet peruenit,ac deinde opponit Petrum,& cæteros Apostolos habuisse uxores, nos quoq; debemus per eadẽ currere uestigia quæstionum,& docere castitatem semper operi nuptiarum fuisse prælatam.Ac de Adam quidem,& Eua illud dicendum,quod ante offensam in paradiso uirgines fuerint; Ephes. 5 g post peccatum autem,& extra paradisum protinus nuptiæ. Deinde quod hoc ipsum interpretetur Apostolus,Propter hoc relinquet homo patrem,& matrem suam,& adhærebit uxori suæ,& erunt duo in carne una. Statimq; subiungit,Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo,& in Ecclesia. Christus in carne uirgo, in spiritu monogamus. Vnam enim habet ecclesiam,de qua idem Apostolus: Viri(inquit)diligite uxores uestras,sicut & Christus Ecclesiã. Si Christus sancte,si caste,si absq; ulla macula Ecclesiam

clesiam diligit,uiri quoq; in castitate uxores suas diligant,ut sciat unusquisq; uas suũ possidere in sanctificatione,& honore,non in passione desiderij,sicut & gentes,quæ nesciunt deum. Neq; enim uocauit nos deus in immunditiam,sed in sanctificationem, exuentes Col. 3 b nos ueterem hominem cum operibus suis,& induẽtes nouum,qui renouatur in cognitionem secundum imaginem creatoris sui,ubi non est masculus,& fœmina,Græcus,& Iudæus,circuncisio,& præputiũ, barbarus,& Scytha,seruus,& liber:sed & omnia in omnibus Christus.Imago creatoris non habet copulam nuptiarum. Vbi diuersitas sexus auferetur, & ueteri homine exuimur, & induimur nouo, ibi in Christũ renascimur uirginẽ, qui & natus ex uirgine, & renatus per uirginem est. Quod autem ait, Crescite, & multiplicamini,& replete terram,necesse fuit prius plantare syluã,& crescere,ut esset quod postea posset excidi,simulq; considerandum uis uerbi,Replete terram. Nuptiæ terrã replent, uirginitas paradisum. Sed & hoc intuendum duntaxat iuxta Hebraicam ueritatem,quum scriptura in primo:& tertio:& quarto:& quinto:& sexto die expletis operibus singulorum dixerit,Et uidit deus,quia bonum est,in secundo die hoc omnino subtraxit,no Gen. 1 a bis intelligentiã derelinquens, nõ esse bonum duplicem numerũ, qui ab unione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarũ. Vnde & in arca Noe omnia animalia quęcunq; bina ingrediuntur,immunda sunt.Impar numerus est mundus. Quanquam in duplici numero ostendatur & aliud sacramentum, quod ne in bestijs quidem,& in immundis auibus diu gamia comprobata sit. Bina enim ingrediuntur immunda,& septena,quę munda sunt, ut haberet Noe post diluuium,quod de impari numero statim deo posset offerre.Si autẽ transfertur Enoc,& seruatur in diluuio Noe,non reor idcirco translatum Enoc q uxorem habuerit,sed q primus inuocauerit deum,& crediderit saluatorem. de quo Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos plenissime docet.Porro Noe qui quasi secunda radix humano generi seruabatur, utiq; cum uxore,& filijs debuit reseruari. Quãquam in hoc mysterium scripturarum sit. Arca illa iuxta Apostolum Petrum, typus Ecclesiæ fuit, in qua octo animæ saluæ factæ sunt. Quando ingreditur in eam Noe, tam ipse,quam filij eius ab uxoribus separantur: quando uero egreditur in terram,iungũtur paria,& quod in arca, id est in Ecclesia fuerat separatum, in mundi conuersatione sociatur. Simulq; si arca plures habuit mansiones,& nidulos,& bicamerata,& tricamerata,& diuersas bestias,& pro qualitate animalium habitationes quoq; uel maiores, uel minores, existimo, quod diuersitas illa mansionum præfigurauerit Ecclesiæ uarietatem.

Exponit Hieronymus illud Apostolicũ,Nunquid non habemus potestatẽ mulieres,uel uxores circunducendi &c.

Cap. XXIX.

SI autem(inquit)nobis illud opposuerit ad probandum, quod omnes Apostoli uxores habuerint,Nunquid non habemus potestatem mulieres,uel uxores circunducen (quia γυναῖκας apud Græcos utrunq; significat)sicut cæteri Apostoli,& Cephas,& fratres do- 1. Cor. 9 a mini,iungat & illud quod in Græcis codicibus est, Nunquid non habemus potestatẽ sorores mulieres,uel uxores circunducẽdi?Ex quo apparet eum de alijs sanctis dixisse mulieribus,quæ iuxta morem Iudaicum magistris de sua substantia ministrabant,sicut legimus ipsi quoq; domino facultatũ. Nã & ordo uerborũ hoc significat,Nunquid nõ habemus potestatẽ mãducandi,& bibendi, aut sorores mulieres circũducẽdi? Vbi de comedẽdo, & bibendo, & de administratione sumptuũ præmittitur, & de mulieribus fororibus infertur,perspicuũ est non uxores debere intelligi,sed eas(ut diximus)quæ de sua substã- Marc. 15 d & Luc. 8 a tia ministrabant. Quod & in ueteri lege de Sunamitide illa scribitur,quæ solita sit Elisæum recipere,& ponere ei mensam,& panem,& cãdelabrum &c. Aut certe si γυναῖκας uxores accipimus,non mulieres, id quod additur, sorores, tollit uxores, & ostendit eas germanas in spiritu fuisse,non coniuges. Quanquam,excepto Apostolo Petro,non sit manifeste relatum de alijs Apostolis, quod uxores habuerint, & quum de uno scriptum sit, ac de cæteris tacitum, intelligere debemus sine uxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale scriptura significet. Et tamen ille,qui nobis obiecit Zachariã,& Elizabet,Petrum & soceru eius,sciat de Zacharia,& Elizabet Ioannẽ fuisse generatũ,id est de nuptijs uirginẽ 4. Reg. 4 b

de lege Euangelium, de matrimonio castitatem, ut à propheta uirgine, uirgo dominus & annun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& annunciaretur,& baptizaretur. Possumus autem de Petro dicere, ꝙ habuerit socrum eo tempore quo credidit,& uxorem iam non habuerit,quanquam legatur in πρώτοις & uxor eius,& filia. Sed nunc nobis de canone omne certamen est. Et quia ad Apostolos ꝓuocauit,ꝙ principes disciplinę nr̃æ,& Christiani dogmatis duces,uirgines nō fuerint, ut eos interim uirgines concedamus non fuisse (neq; enim hoc præter Petrum probari
Esaiæ 1 c potest) nouerit hos esse Apostolos,de quibus Esaias uaticinatur: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semẽ,quasi Sodoma essemus,& similes Gomorræ fuissemus. Qui ergo erãt ex Iudæis,uirginitatẽ,quam in Iudaismo amiserant,in Euangelio habere nō pote-
Ioan.13 c rant. Et tamen Ioannes unus ex discipulis,qui minimus traditur fuisse inter Apostolos,
Ioan. 20 a & quẽ fides Christi uirginẽ repererat,uirgo permansit,& ideo plus amatur à dño, & re-
cumbit super pectus Iesu. Et quod Petrus,q uxorem habuerat,interrogare nō audet, illũ
Ioan.21 b rogat ut interroget. Et post resurrectionem nunciãte Maria Magdalene ꝙ dñs resurre-
xisset,uterq; cucurrit ad sepulchrum,sed ille præuenit. Quumq; essent in naui, & piscarẽ
tur in lacu Genesaret,Iesus stabat in littore,nec sciebant Apostoli quem uiderent, solus
uirgo uirginẽ agnoscit,& dicit Petro,Dñs est. Rursus post auditam sentẽtiam, ꝙ ab alio
Ioan.21 f cingendus esset Petrus,& ducendus quo nollet,& crucis fuisset illi passio prophetata,&
ille diceret,Domine quid iste,nolens deserere Ioannem,cum quo semper fuerat copula-
tus,dicit ei dominus,Si eum sic uolo esse,quid ad te? Vnde & sermo exiuit inter fratres,il
lum discipulũ nō moriturũ. Ex quo ostenditur uirginitatem nō mori, nec sordes nuptia
rum ablui cruore martyrij,sed manere cum Christo,& dormitionẽ eius transitũ esse, nõ
mortem. Si autem obnixe contenderit Ioannem uirginem non fuisse,& nos amoris præ-
cipui causam uirginitatem diximus,exponat ille,si uirgo non fuit,cur cæteris Apostolis
plus amatus sit. At super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super o-
Mat.16 c mnes Apostolos fiat,& cuncti claues regni cœlorum accipiant,& ex æquo super eos Ec-
clesiæ fortitudo solideturtamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite con-
stituto,schismatis tollatur occasio. Sed cur Ioannes non electus est uirgo? Aetati delatũ
est,quia Petrus senior erat,ne adhuc adolescens,ac pene puer,progressæ ætatis homini-
bus præferretur,& magister bonus,qui occasionem iurgij debuerat auferre discipulis,
Ioan.14 d & qui dixerat eis,Pacem meam do uobis,pacem relinquo uobis. Et, Qui uoluerit inter
Matt.20 d uos maior esse,minimus omnium sit,in adolescentem,quem dilexerat, causam præbere
uideretur inuidiæ. Vt autem sciamus Ioannem tunc fuisse puerum,manifestissime docet
Ecclesiasticæ historiæ, quod usque ad Traiani uixerit imperium, id est post passionem
domini sexagesimooctauo anno dormierit,quod & nos in libro de illustribus uiris bre-
uiter perstrinximus. Petrus Apostolus est,& Ioannes Apostolus,maritus, & uirgo. Sed
Petrus Apostolus tantum,Ioannes & Apostolus,& Euangelista, & Propheta. Apostolus
Ioannes,quia scripsit ad Ecclesias,ut magister,Euangelista,quia librũ Euãgelij cõdidit,quod
excepto Matthæo,alij ex duodecim Apostoli non fecerũt. Propheta,quia uidit in Patho-
mos insula (in qua fuerat à Domitiano principe ob domini martyriũ relegatus) Apoca-
lypsim infinita futurorũ mysteria continentem. Refert autem Tertullianus,ꝙ à Nerone
missus in feruentis olei dolium,purior,& uegetior exiuerit,quàm intrauerit. Sed & ipsum
eius Euangelium multum distat à cæteris. Matthæus quasi de homine incipit scribere,
Matt.1 a Liber generationis Iesu Christi filij Dauid,filij Abrahã, Lucas à sacerdotio Zachariæ,
Marcus à prophetia Malachiæ prophetæ,& Esaiæ. Primus habet faciem hominis pro-
pter genealogiam,secundus faciem ituli,propter sacerdotium,tertius faciẽ leonis,pro-
pter uocem clamantis in deserto,Parate uiam domini,rectas facite semitas eius. Ioannes
Ioan.1 a uero noster,quasi aqla ad supna uolat,& ad ipm patrẽ prædicat,dicens: In principio erat
uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud de-
um &c. Expositio uirginitas,ꝙ nuptiæ scire non poterant,& ut breui sermone multa cõ-
prehendam,doceamq; cuius priuilegij sit Ioannes, imo in Ioanne uirginitas, à domino
uirgine,mater uirgo,uirgini discipulo commẽdatur. Verum casso labore sudamus. Ob-
ijcit quippe nobis aduersarius Apostolicam sententiam, & ait: Adam primus formatus est,deinde Eua,& Adam non est seductus,mulier autem seducta in præuaricatione
1. Tim.2 d facta

facta est. Salua autem fiet per filiorum generationem,si permanserint in fide,& dilectio ne,& sanctificatione cum sobrietate. Consideremus cur Apostolus ad hanc sententiam, & unde peruenerit. Volo ergo uiros orare in omni loco, leuãtes sanctas manus sine ira, & cogitationibus. Consequenter itaq; mulieribus dat præcepta uitæ, & ait: Similiter & mulieres in habitu ornato,cũ uerecundia,& castitate,ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro,uel margaritis,siue uestę preciosa,sed secundum quod decet mulieres,promittẽ tes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere au tem mulieri non permitto,neque dominari in uirum,sed subditam esse in silentio. Et ne uideretur mulieris dura conditio,quæ eam in mariti redigeret seruitutem, legis recorda-
Gen.3 c tur antiquæ,& ad originale exemplum redit, quod Adam primus factus sit, deinde mu-lier ex costa eius,& quod Adam diabolus seducere non potuerit,sed Euam,& quod post offensam dei statim uiro subiecta sit, & ad maritum illius facta conuersio, quodq; erro-rem ueterem illa,quæ semel connubio copulata est,& redacta in conditionem Euæ,filiorum procreatione deleret: ita tamen,si ipsos filios eruditet in fide,& dilectione Christi, & in sanctificatione,& pudicitia. Non enim (ut male habetur in Latinis codicibus) sobri etas est legẽda,sed castitas,id est, σωφροσύνη. Vide igitur quomodo ex hoc ipso quoq; testimonio supereris,& quod putabas esse pro nuptijs,pro uirginitate sentire cogaris. Nam si saluatur mulier in filiorum generatione,& liberorum numerus salus matrum est, cur addidit,si permanserint filij in charitate,& sanctificatione cum castitate? Tunc ergo salua-bitur mulier,si illos genuerit filios,qui uirgines permãsuri sunt,si quod ipsa perdidit, acquirat in liberis,& damnum radicis,& cariem,flore compensęt,& pomis.

Ex libro Canticorum diuus Hieronymus uirginitatis sacramenta commonstrat.

Cap. XXX.

TRanseo ad Canticum Canticorum, & quod aduersarius totum putat esse pro nuptijs,uirginitatis continere sacramẽta monstrabo. Audiamus quid loquatur sponsa antequam sponsus eius ad terras ueniat,patiatur, inferos penetret,ac resurgat, Simili
Cant.1 d tudines auri faciemus tibi,cum distinctionibus argẽti,quoadusq; rex in accubitu suo est. Antequam resurgeret dominus,& Euangelium coruscaret,non habebat aurum sponsa, sed similitudines auri. Argentum autem quod in nuptijs habere se pollicetur, habebat uarium,atq; distinctum in uiduis, continẽtibus,ac maritatis. Deinde sponsus respondet
Cant.2 e ad sponsam,& eam docet,quod ueteris legis umbra transierit,& ueritas Euangelij uene-rit,Surge ueni proxima mea,sponsa mea,columba mea,quoniã ecce hyems transijt,plu-
1. Cor.7 c uia abijt sibi. Hoc de ueteri testamento. Rursum de Euangelio, & uirginitate. Flores nisi
Cant.2 c sunt in terra,tempus sectionis aduenit. Nónne tibi uidetur idipsum dicere,quod & Apo-stolus,Supereſt,ut qui habent uxores,sic sint,quasi non habeant? Et manifestius de præ-conio castitatis,Vox (inquit) turturis audita est in terra nostra. Turtur auis pudicissima, semper habitans in sublimibus, typus est saluatoris. Legamus physiologos,& reperie-mus turturis hanc esse naturam,ut si patrem perdiderit, alteri non iungatur,& intellige
2.Cor.2 d mus digamiam etiam à multis auibꝰ reprobari. Statimq; turtur dicit ad turturem. Ficus protulit grossos suos,id est ueteris legis præcepta ceciderunt, & de Euangelio uites flo-
Cant.2 d. rentes dederũt odorem. Vnde & Apostolus, Christi bonus odor sumus. Surge ueni proxima mea,sponsa mea, & ueni. Tu columba mea in uelamento petræ iuxta promurale,
2.Cor.3 c & ostẽde mihi faciem tuam, & auditam fac mihi uocem tuam, quoniam uox tua suauis, & facies tua speciosa. Dum uultum tuum tegeres cum Moyse,& uelamentum esset in le-
Esaiæ 1 d ge,nec faciem tuam uidebam,nec uocem tuam dignabar audire,dicens: Et si multiplica-
2.Cor.3 d ueritis preces uestras,nec sic exaudiam uos. Nunc autem reuelata facie contemplare glo-riam meam,& petræ firmissimæ tegere promurali. Quod audiens sponsa, aperit sacra-
Cant.2 d menta pudicitię. Fratruelis meus mihi,& ego illi,qui pascit inter lilia,hoc est inter uirgi-num cãdidissimos choros. Vis scire quale uerus Solomon,& pacificus noster soliũ,qua-
Cant.3 c les habeat armigeros? Ecce (ait) lectus Solomonis,sexaginta potentes in circuitu eius de
Iudic.3 c potentibus Israel, omnes tenentes frameam, & docti bello, uniuscuiusq; uiri gladius in femore ipsius. Qui in circuitu Solomonis sunt, gladium habent in femore, sicut Aóth

Universidad de Deusto
Biblioteca

illeiudex ἀμφικτίων, qui interfecit hostem pinguissimum, & totum carni deditum, omnes
Cant.4 b amputans uoluptates. Ibo (inquit) ad montem myrrhæ, ad eos scilicet, qui mortificauerunt corpora sua, & ad collem Libani, ad purissimos uirginum greges, & loquar sponsę
Ephes.5 f meæ. Tota speciosa es amica mea, & nõ est macula in te. Vnde & Apostolus, ut exhibeat
Cãt.4 b & c (inquit) sibi sanctam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam. Veni à Libano sponsa, ueni à Libano. Venies, & pertransibis ab initio fidei à capite Sanir, & Hermon,
à cubilibus leonum, à montibus leopardorum. Libanus λευκασμὸς id est candor interpre-
Cant.4 tatur. Veni ergo sponsa candidissima, de qua alibi dicitur, Quæ est ista quæ ascendit de-
albata, & transit per uiam huius seculi, ab exordio fidei, & ex Sanir, quod interpretatur
Psal.121 o deus lucernæ, iuxta illud quod in Psalmo legimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum
domine, & lux semitis meis. & Hermon, id est consecratione, & fuge leonum cubilia, &
leopardorum montes, qui non possunt mutare uarietatem suam. Fuge (inquit) cubilia
leonum, fuge superbiam dæmonum, ut postquàm mihi fueris consecrata, possim tibi di-
Cant.4 c cere, Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum, in uno oculorum tuorum, in uno ornamento colli tui. Quod dicit huiusce modi est: Non repudio nuptias,
habes & sinistrum oculum, quem tibi dedi propter imbecillitatem eorum, qui recta uide-
re non possunt. Sed magis mihi dexter uirginitatis oculus placet, qui si cæcatur, omne
corpus in tenebris est. Ac ne putaremus eum amorẽ carnis, & nuptias significare corpo-
reas, ilico excludit hunc sensum, & ait, Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa. Vbi fororis
nomen est, suspitio omnis fœdi amoris excluditur. Quàm speciosa sunt ubera tua à uino,
Cant.4 c de quibus & supra dixerat. Fratuelis meus mihi, & ego illi, in medio uberũ meorũ com-
Cant.1 d morabitur, in principali cordis, ubi habet sermo dei hospitium. Quàm speciosa sunt ube-
Cant.4 c ra tua uino. Quod istud uinum est, quod sponsæ mammas pulcherimas facit, & pudici-
Cant.5 a tiæ lacte fœcundat? Nẽpe illud, de quo sponsus in consequentibus loquitur, Bibi uinum
Act.2 b meum cum lacte meo. Manducate proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres. Vnde
& Apostoli dicebantur musto pleni: Musto (inquit) non uino ueteri, quia uinum no-
Matt.9 b uum in utres nouos mittitur, & non ambulabunt in uetustate literæ, sed in nouitate spi-
ritus. Hoc est uinum, quod quum inebriauerit adolescentes, & puellas, statim uirginita-
tem sitiunt, & in crapulam castitatis eructant, & expletur illud uaticinium Zachariæ
Zach.9 c duntaxat iuxta Hebraicam ueritatem de Ecclesiæ uirginibus prophetantis, Comple-
bũtur infantibus, & puellis ludentibus plateę eius. Quid enim bonũ eius est, & quid pul-
chrũ eius, nisi frumentũ electorũ, & uinũ germinans uirgines? Istę sunt uirgines, de quibus
Psal.44 d in quadragesimoquarto psalmo scriptũ est, Adducẽtur regi uirgines post eam. proximæ
eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione. Adducentur in templũ regis. Sequitur, Hor-
Cant.4 d tus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Quod clausum est, atq
Lucæ 23 g signatum, similitudinẽ habet matris domini, matris, & uirginis. Vnde & in sepulchro cre-
atoris nouo, quod in petra purissima fuerat excisum, nec ante, nec postea quisquã posi-
est. Et tamen hæc uirgo perpetua multarum est mater uirginum. Sequitur enim: Emissi
ones tuæ paradisus malogranatorũ, cum fructu pomorum. In malogranatis, & pomis,
omniũ uirtutũ significatur in uirginitate concẽtus. Fratuelis meus candidus, & rubicun-
Cant.4 d dus, cãdidus in uirginitate, rubicũdus in martyrio. Et quia rubicũdus, & candidus est, ide
Cant.5 c circo statim additur, Gustus eius dulcedines, & totus cõcupiscẽtia. Sponsus uirgo laudatus à sponsa uirgine, laudat uicissim uirginẽ spõsam, & dicit ei, Speciosi facti sunt gressus
Cant.7 a tui in calciamẽtis filij Amminadab, quod interpretatur populi se sponte offerẽtis. Virgi-
nitas enim uolũtaria est, & ideo gressus Ecclesię in castitatis pulchritudine collaudan-
tur. Nõ est huius tẽporis in morẽ cõmentarij omnia de Cantico Canticorũ uirginitatis pãde-
re sacramẽta, quia & hæc ipsa fastidioso lectori nares cõtractura nõ ambigo. Loquatur
Esaias spei nostræ, fideiq; mysterium, Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filium, & uo-
Esaiæ 7 c cabis nomen eius Emanuel. Scio Iudæos opponere solere, in Hebræo uerbum Alma,
non uirginem sonare, sed adolescentulam. Et reuera uirgo proprie Bethula appellatur,
adolescentula autem uel puella, nõ Alma dilitur, sed Naara. Quid est igitur quod figu-
ficat Alma? Absconditam uirginẽ, id est non solum uirginem, sed cum [illegible] uirginem,

quia non omnis uirgo abscondita est, nec ab hominum fortuito separata conspectu. De
nique & Rebecca in Genesi ob nimiam castitatem, & Ecclesiæ typum, quem in sua uirgi-
nitate signabat, Alma scribitur, non Bethula, sicut manifestum esse poterit ex sermonib⁹
Abraham, quos loquitur in Mesopotamia, & dicit: Domine deus domini mei Abrahã, Gene.24 b
si tu dirigis uiam meam per quam ego ingredior, ecce dum stetero super fontem aquæ,
uirgo quæ egredietur, ut hauriat aquam, & dixero ad eam, Da mihi paululum aquæ, ut
bibam de hydria tua, & respõderit, & tu bibe, & camelis tuis hauriam, hæc erit uxor, quã
præparauit dominus filio domini mei. In eo enim loco, in quo ait, Virgo, quæ egredie-
tur, ut hauriat aquam, in Hebraico scriptum est Alma, id est, uirgo secreta, & nimia parẽ-
tum diligentia custodita. Aut certe ostendant mihi, ubi hoc uerbo appellentur & nuptæ,
& imperitiam confitebor: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium. Si non præfer- Esa.7 c
tur nuptijs uirginitas, spiritus sanctus cur maritatam, cur uiduam non elegit? Nam illo Lucæ 2 e
tempore erat Anna filia Phanuelis de tribu Aser, insignis pudicitiæ, & semper uacans o-
rationibus, & ieiunijs in templo dei. Si conuersatio tantum, & bona opera, & ieiunia abs
que uirginitate, spiritus sancti ad se merentur aduẽtum, potuit & ista mater esse domini.
Curramus ad reliqua: Spreui te (inquit) & despexi, uirgo filia Sion. Quam filiam dixe- Esaiæ. 37 d
rat, appellauit & uirginem, ne si tantum filiam nominasset, arbitrareris & nuptam. Hæc
est uirgo filia, ad quam alibi dicitur, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe, & clama, quę Esaiæ 54 a
non parturis, quoniam multi filij desertæ, q̃ eius quę habet uirum. Ista est de qua per Hie Hiere.20 g
remiam loquitur deus, dicens: Nunquid obliuiscetur sponsa ornamenti sui, aut uirgo fa
sciæ pectoralis suæ? De hac in eadem prophetia grande miraculum est, quia fœmina cir Hiere. 31 d
cundederit uirum, & uniuersitatis parentem, uirginis uenter incluserit.

Respõdet diuus Hieronymus alteri propositioni ipsius Iouiniani. Cap. XXXI.

Esto (inquit) nuptiarum, & uirginitatis sit diuersa cõditio, quid ad hoc potes dicere? Si uirgo, & uidua fuerint baptizatæ, & ita permanserint, quæ erit inter utranq; di-
uersitas? Quod de Petro, & Ioanne, Anna, & Maria dudum diximus, hoc præsenti loco
proficiat. Si enim inter uirginem, & uiduam baptizatas nihil interest, quia baptisma no-
uum hominem facit, eadem conditione, & scorta, prostibula, si fuerint baptizatæ, uirgi-
nibus æquabuntur. Si enim præteritæ nuptiæ nihil nocent, uiduæ baptizatæ, & præteri-
tæ in meretricibus uoluptates, expositaq; publicæ libidini corpora, post lauacrum uirgi-
nitatis præmia consequentur. Aliud est purissimam mentem, & nulla recordatione pol-
lutam deo iungere, aliud meminisse amplexuum uiri, fœdæ necessitatis, & quod corpo-
re non agas, recordatione simulare. Hieremias qui in utero sanctificatus est, & cognitus Hierem.1 a
in uulua matris, ideo hoc priuilegio fruitur, quia uirginitatis erat beatitudini destinat⁹.
Et quum oñes capti sint, uasa quoq; templi, Babyloniæ rege uastante, direpta, iste solus
liber ab hostibus est, & captiuitatis nescit iniurias, & à uictoribus accepit stipendia, & Na
buzardan, cui de sanctis sanctorum Nachodonosor non præceperat, præcepit de Hie- Hiere.39 c
remia. Hoc enim uerum templum dei est, & hæc sancta sanctorum, quæ uirginitatis pu-
ritate, domino consecrantur. At e contrario Ezechiel, qui captiuus tenebatur in Babylo Ezech.24 c
ne, qui tempestatem ab aquilone uenientem uiderat, & turbinem cuncta rapientem, ait,
Mortua est uxor mea ad uesperam, & feci mane, sicut præceptum mihi erat. Prædixerat
enim ei dominus, q̃ in die illa aperiretur os eius, & loqueretur, & nõ taceret amplius. Di-
ligenter attende. Donec uxor uiueret, nõ habebat libertatem populum cõmonendi. Mo
ritur uxor, & coniugale uinculum soluitur, & absq; ulla trepidatione semper in officio
prophetali est. Qui enim liber uocatus est, uere est seruus Christi. Non nego beatas esse
uiduas, quæ ita post baptismum manserint, nec illarum detraho merito, quæ cum uiris
in castitate perdurant, sed ficuti hæ maioris apud deum præmij sunt, q̃ nuptæ coniugali
officio seruientes, ita & ipsæ æquo animo patiantur uirginitatem sibi præferri. Si enim
illas fera pudicitia post despumatas corporis uoluptates erigit contra maritatas, cur nõ
infra perpetuam castitatẽ esse se nouerint? Frustra (inquit) hæc loqueris, quia & episco- 1. Tim.3 a
pi, & presbyteri, & diaconi unius uxoris uiri, & habẽtes filios ab Apostolo cõstituuntur,
quomodo de uirginibus Apostolus dicit se non habere preceptum, & tamen dat consi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.15 f

Mat.10 b

Mat.19 c

Ibidem.

Act.21 f

1.Cor.5 a

1.Tim.3 a.

1.Cor.7 b

1.Tim.3 a

Leuit.8

Leuit.10 b

lium, quasi misericordiam consecutus à domino, & hoc agit in omni illa disputatione, ut uirginitatem pręferat matrimonio, & suadet quod imperare non audet, ne injcere uideatur laqueũ, & plus imponere ponderis, q̃ potest hoim sustinere natura: ita & in Ecclesiastico ordine constituendo, quia rudis ex gentibus constituebatur Ecclesia, leuiora nusquam per credentibus dat prȩcepta, ne territi ferre non possent. Deniq; & Apostoli, & seniores de Hierosolymis literas mittunt, ut non amplius imponatur oneris his, qui de gentibus crediderunt, nisi ut abstineant se ab idololatria, & fornicatione, & à sanguine, & à suffocatis, & quasi paruulis, atq; infantibus lac potum dant, non solidum cibum, nec prȩcipiunt de continẽtia, nec de uirginitate significant, nec ad ieiunia prouocãt, neq; dicũt illud, quod in Euangelio ad Apostolos dirigitur, ne habeant duas tunicas, nec peram, neq; in zonis, neq; uirgam in manu, neq; calciamenta in pedibus, aut certe illud, Si uis perfectus esse, uade, & uende oĩa tua, & da pauperibus, & ueni sequere me. Si enim adolescens ille, qui se iactauerat cuncta fecisse, quę legis sunt, audiens hoc, tristis abijt, quia habebat possessiones multas, & pharisęi huiusce modi dñi sententiam subsannabant, quantomagis tanta gentium multitudo, cui summa uirtus erat aliena non rapere, non habebat necesse prȩceptum de castitate, & continentia perpetua, quibus scribebatur, ut abstinerent se ab idolis, & à fornicatione, & in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, quę nec inter gentes quidem est? Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit, Eligatur episcopus, qui unam ducat uxorem, & filios faciat: sed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subditos disciplina. Certe confiteris non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat. Alioqui si deprehensus fuerit, nõ quasi uir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint uirgines, quod mariti, aut si sacerdotibus non licet uxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam uirginalem. Sed & hoc inferendum, Si laicus, & quicunq; fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam & in ueteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati, & uinum, & siceram non bibebant, quę solent libidinem prouocare. Eligũtur mariti in sacerdotium, nõ nego, quia non sunt tanti uirgines, quanti necessarij sunt sacerdotes. Nunquid quia in exercitu fortissimus quisq; eligendus est, idcirco non assumentur, & infirmiores, quum omnes fortes esse non possint? Si exercitus uiribus tantum constaret, & nõ etiam numero militum, abijcerentur imbecilliores. Nunc & secũdarum, & tertiarũ uirium gradus assumitur, ut turba, & numero exercitus compleatur. Et quomodo (inquies) frequenter in ordinatione sacerdotali uirgo negligitur, & maritus assumitur? Quia forte cætera opera non habet uirginitati congruentia, aut uirgo putatur, & nõ est, aut est uirginitas inflatis, aut certe ipsa uirginitas ei parit superbiam, & dum sibi applaudit de sola corporis castitate, uirtutes cæteras negligit. Non fouet pauperes, pecuniæ cupidior est. Euenit interdum, ut tristior uultus, adductum supercilium, incessus pomparum ferculis similis, offendat populum, & quia nihil habet quod reprehendat in uita, habitum solum odeit, & incessum. Multi eliguntur, non amore sui, sed alterius odio. In plerisq; suffragium meretur sola simplicitas, & alterius prudentiæ, & calliditati, quasi malitiæ opponuntur. Nonnunquam errat plebis, uulgiq; iudicium, & in sacerdotibus comprobãdis, unusquisque suis moribus fauet, ut non tam bonum, q̃ sui similem quærat præpositum. Euenit saliquoties, ut mariti, quæ pars maior in populo est, maritis, quasi sibi applaudant, & in eo se arbitrentur minores non esse uiginibus, si maritum uirgini prȩferant. Alioqui (iuxta sententiam Apostoli) nõ erunt episcopi nisi mariti, ipse Apostolus episcopus esse nõ debuit, qui dixit, Volo autem omnes sic esse, ut ego sum. Et Ioannes indignus hoc gradu existimabitur, & oẽs uirgines, & continentes, quibus quasi pulcherrimis gemmis Ecclesiæ monile decoratur. Episcopus, & presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina sed officiorum. Nec dicitur, Si quis episcopatum desiderat, bonũ desiderat gradũ, sed bonum opus desiderat, quod in maiori ordine constitutus, possit, si uelit occasionem exercendarum

darum habere uirtutum. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, ut nulli uitio mancipatus sit, unius uxoris uirum, qui unam uxorem habuerit, nõ habeat, Sobriũ, siue (ut melius in Græco dicitur) uigilantẽ, id est, νηφάλιον, Pudicum, hoc enim significat σώφρονα ornatum & castitate, & moribus, Hospitalem, ut imitetur Abraham, & cum peregrinis, imo in peregrinis Christum suscipiat. Doctorem, nihil enim prodest conscientia uirtutũ frui, nisi & creditum sibi populum possit instruere, ut ualeat exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt redarguere. Nõ uinolentũ, quia semper in sanctis sanctorum est, & qui offert hostias, uinum, & siceră non bibet, qa in uino luxuria est. Sic bibat episcop⁹, ut an biberit, ignoretur. Non percussorem, id est, qui conscientias nõ percutiat singulorũ. Neque enim pugilem describit sermo Apostolicus, sed pontificem instituit, quid facere non debeat. Docet nunc e regione quid faciat. Sed modestũ, non litigiosum, non cupidum, dotem suam bene regentẽ, filios habentẽ subditos, cum omni castitate. Vide quanta pudicitia exigatur in episcopo, ut si filij eius impudici fuerint, ipse episcopus esse non possit, & eodem uitio offendat deum, quo offendit Heli pontifex, q̃ corripuerat quidem filios, sed quia nõ abiecerat delinquentes, retrorsum cecidit, & mortuus est, lucerna dei antequam extingueretur. Mulieres similiter pudicas, & reliqua. In omni gradu, & sexu, tenet pudicitia principatum. Cernis igitur, q̃ episcopus, presbyter, & diaconus non ideo sint beati, qa episcopi, uel presbyteri sint, aut diaconi: sed si uirtutes habuerint nominũ suorum, & officiorum. Alioqui si diaconus sanctior episcopo suo fuerit, nõ ex eo, q̃ inferior gradu est apud Christum deterior erit. Aut Stephanus diaconus, qui primus martyrio coronatus est, minor futurus est in regno cœlorum multis episcopis, & Timotheo, ac Tito, quos, ut subijcere nõ audeo, ita nec anteponere. Quomodo in legionibus, & exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt centuriones, sunt ferẽtarij, ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli, commissa q̃ pugna uacant nomina dignitatum, & sola fortitudo quæritur: ita in hoc campo, & prælio, quo contra dæmones dimicamus, nõ quæruntur nomina, sed opera: & glorioſior ille sub uero imperatore Christo, non qui nobilior, sed qui fortior est.

Respondet diuus Hieronymus obijcienti, Si omnes uirgines fuerint, quomodo stabit humanum genus.

Cap. XXXII.

AT dices: Si omnes uirgines fuerint, quomodo stabit humanum genus? Par pari refera̅m, Si oẽs uiduæ fuerint uel in matrimonio continẽtes, quomodo stirps mortalium propagabitur? Hac ratione nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia, Si cuncti philosophi sint, agricolæ non erunt. Quid loquar de agricolis? non oratores, non iurisconsulti, non reliquarum artium prȩceptores. Si uniuersi principes, quis erit miles? Si omnes caput, cuius uocabunrur caput, quum cætera membra defuerint? Vereris, ne si uirginitatem plures appetierint, cessent lupæ, cessent adulteræ, ne infantes in urbibus, uilliscq; non uagiãt. Quotidie mœchorum sanguis effunditur, adulteria damnãtur, & inter ipsas leges, & secures, ac tribunalia, flagrans libido dominatur. Noli metuere, ne omnes uirgines fiant. Difficilis res est uirginitas, & ideo rara, quia difficilis. Multi uocati, pauci electi. Incipere plurimorum est, perseuerare paucorum. Vnde & grande prȩmium eorum qui perseuerauerint. Si omnes uirgines esse possent, nunquam & dominus diceret, Qui potest capere, capiat: & Apostolus in suadendo non trepidaret, De uirginibus autem præceptum domini non habeo. Et cur (inquies) creata sunt genitalia, & sic à conditore sapientissimo fabricati sumus, ut mutuum nostri patiamur ardorem, & gestiamus in naturalem copulam? Periclitamur responsionis uerecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis, & pudicitiæ συμπλήγαδας hinc, atq; inde, uel pudoris, uel caſæ naufragium sustinemus. Si ad propoſita respondeamus, pudore suffundimur. Si pudor imperarit silentium, quasi de loco uidebimur cedere, & aduersario feriendi occasionem dare. Melius est tamen clausis (quod dicitur) oculis Andabatarum more pugnare, quam directa spicula, clypeo non repellere ueritatis. Poteram quidem dicere. Quomodo posterior pars corporis, & meatus, per quem alui stercora egeruntur, relegatus est ab oculis, & quasi post tergum positus: ita & hic, qui sub uentre est ad dirigendos humores, & potus, quibus uenæ corporis irrigantur, à deo conditus est. Sed quoniam ipsa organa, & genita-

Titum 1 §

1.Reg.2 e & 4.c

1.Tim.3 e

Act.6 & 7

Matt.20 b

Mat.19 b

1.Cor.7 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

& genitalium fabrica,& noſtra,fœminarumq; diſcretio,& receptacula uuluæ, ad ſuſcipiendos,& coalendos fœtus condita,ſexus differentiam prædicant,hoc breuiter reſpondebo. Nũquam ergo ceſſemus à libidine,ne fruſtra huiuſmodi membra portemus. Cur enim maritus ſe abſtineat ab uxore? Cur caſta uidua perſeueret,ſi ad hoc tantum nati ſumus,ut pecudum more uiuamus? Aut quid mihi nocebit ſi cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium officium eſt mandere,& in aluum ea,quæ ſunt manſa tranſmittere,& non habet crimen,qui coniugi meę panem dederit:ita ſi genitalium hoc eſt officium,ut ſemper fruantur natura ſua,meam laſſitudinem alterius uires ſuperent, & uxoris,ut ita dixerim,ardentiſſimam gulam,fortuita libido reſtinguat. Quid ſibi autem uult Apoſtolus,ut ad continentiam cohortetur,ſi contra naturam eſt? Quid ipſe dominus,qui eunuchorum præcipit uarietates? Certe Apoſtolus,qui ad ſuam nos prouocat pudicitiam,debet conſtanter audire,cur portas ueretrum o Paule? Cur à ſexu fœminarum barba,pilis,aliaq; membrorum qualitate diſtingueris? Cur tuæ non intumeſcũt papillæ,non dilatãtur renes,non pectus arctatur? Vox obſoletior eſt,ſermo ferocior,& hirſutius ſupercilium. Fruſtra hæc omnia uirorum habes,ſi complexu non uteris fœminarum. Compellor aliquid loqui,& inſipiens fieri,ſed uos me, ut loqui audeam, coegiſtis. Dominus noſter,atq; ſaluator,qui quum in forma dei eſſet,formam ſerui dignatus eſt aſſumere,factus obediens patri uſq; ad mortem,mortem autem crucis: quid neceſſe erat,ut his membris naſceretur,quibus uſurus non erat? Qui certe ut ſexum offenderet, etiam circunciſus eſt. Cur Ioannem Apoſtolum,& baptiſtam ſua dilectione carne caſtra uit,quos uiros naſci fecerat? Qui ergo in Chriſtum credim⁹,Chriſti ſectemur exemplum? Et ſi nouerамus illum iuxta carnem,ſed iam non nouimus eum ſecundum carnem. Certe in reſurrectione eadem erit corporum ſubſtantia, qua nunc utimur, licet auctior gloria. Nam & ſaluator intantum ipſum corpus habuit poſt inferos,in quo & crucifixus eſt ut manus perforatas clauis,& lateris uulnus oſtenderet. Porro ſi clauſis ingreſſus eſt oſtijs,quod humanorum natura non patitur,ergo & Petrum,& dominum negabimus uera habuiſſe corpora,quia ambulauerunt ſuper aquas,quod contra naturam eſt. In reſurrectione mortuorum,non nubent,neque nubentur,ſed ſimiles erunt Angelis. Quod alij poſtea in cœlis futuri ſunt, hoc uirgines in terra eſſe cœperunt. Si angelorum uobis ſimilitudo promittitur,inter Angelos autem, non eſt ſexus diuerſitas, aut ſine ſexu erimus, quod angeli ſunt,aut certe,quod liquido comprobatur, reſurgentes in proprio ſexu, ſexus non fungemur officio.

Philip.2 a

2.Cor.5 c

Ioan.20 f

Ioan.20. c

Mat.22 c

Currit diuus Hieronymus per Apoſtolorum ſententias,& caſtitatis,& continentiæ Chriſtianæ exemplа replicat,& de multis teſtimonijs quaſi unum corpus efficit. Cap. XXXIII.

Rom.6 d

SCribit inter cætera Paulus Apoſtolus ad Romanos, Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis,in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorũ mors eſt. Nunc uero liberati à peccato,ſerui aũt dei facti, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationẽ,finem uero uitam æternam. Puto quod & nuptiarum finis mors ſit. Fructus autem ſignificationis,qui uel ad uirginitatem,uel ad continentiam pertinet,uita penſatur æterna. Ac deinde,Itaq; fratres mei & uos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti,ut ſitis alterius,qui ex mortuis reſurrexit,ut fructificemus deo. Quum enim eſſemus in carne,paſſiones, quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris,ut fructificarent morti. Nũc autem ſoluti ſumus à lege mortis,in qua detinebamur,ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literæ. Quum(inquit)eſſemus in carne,& non in nouitate ſpiritus,ſed in uetuſtate literæ,faciebamus ea,quæ carnis erant, & fructificabamus morti. Nunc autem quia mortui ſumus legi per corpus Chriſti, fructificemus deo,ut ſimus eius, qui ex mortuis reſurrexit. Necnon & in alio loco quum prædixiſſet, Scio quia lex ſpiritualis eſt, & quum de uiolentia carnis,quod crebro nos impellat facere quod nolimus,latius diſputaſſet,ad extremũ intulit. Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Et iterum,Ipſe igitur mente ſeruio legi dei,carne autem legi peccati. Et nihil damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum

Rom.7 b

Rom.7 c
Rom.7 d

Ibidem.
Rom.8 a

cundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus in Chriſto Ieſu,liberauit me à lege peccati & mortis. Ac manifeſtius in conſequentibus docet Chriſtianos non ambulare ſecundũ carnem,ſed ſecundum ſpiritum,dicens: Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ ſunt carnis ſapiunt: qui uero ſecundum ſpiritum,quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudentia carnis mors eſt,prudentia autem ſpiritus,uita,& pax,quoniam prudentia carnis,inimicitia eſt in deum. Legi enim dei non ſubijcitur,nec enim poteſt. Qui autem in carne ſunt, deo placere nõ poſſunt. Vos autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu,ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis,& reliqua,uſq; ad illum locum,in quo ait,Ergo fratres debitores ſumus, non carni,ut ſecundum carnem uixeritis,moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis. Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur,hi filij dei ſunt. Si prudentia carnis,inimicitia eſt in deum,& qui in carne ſunt,deo placere non poſſunt,arbitror eos, qui ſeruiunt officio coniugali,quod prudentiam carnis diligant,& in carne ſint. A qua nos retrahens Apoſtolus,& iungens ſpiritui,deinceps loquitur,Obſecro uos fratres per miſericordiam dei,ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem,ſanctam,deo placẽtem, rationabile obſequium ueſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri,ut probetis quæ ſit uoluntas dei bona,& beneplacens,& perfecta. Dico enim per gratiam,quæ data eſt mihi omnibus qui ſunt inter uos, non plus ſapere quàm oportet ſapere,ſed ſapere ad prudentiam, non ad ſobrietatem, ut male in Latinis codicibus legitur: ſed ſapere(inquit)ad pudicitiam. Siquidẽ Græce ſcriptum εἰς σωφροσύνην. Conſideremus ſententiam Apoſtoli,Reformamini(inquit) in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis quæ ſit uoluntas dei bona,& beneplacens,& perfecta. Quod dicit,huiuſcemodi eſt. Concedit quidem deus nuptias,concedit digamiam, & ſi neceſſe fuerit, fornicationi, & adulterio præfert etiã trigamiam: Sed nos,qui corpora noſtra exhibere debemus hoſtiam uiuam, ſanctam, placentem deo, rationabile obſequium noſtrum, non quid concedat deus,ſed qd uelit cõſideremus,ut probemus quæ ſit uoluntas dei bona,& beneplacens, & perfecta. Ergo quod concedit,nec beneplacens eſt, nec perfectum. Redditq; cauſas cur hoc ſuadeat,Scientes tempus,quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc autem propior eſt noſtra ſalus, quàm quum credidimus. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et in extremo, Induimini dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Aliud eſt uoluntas dei, aliud indulgentia. Vnde & ad Corinthios ſcribens, ait: Ego fratres non potui loqui uobis ſicut ſpiritualibus, ſed ſicut carnalibus, ſicut paruulis in Chriſto, lac uobis potum dedi, non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed neque nunc poteſtis. Adhuc enim carnales eſtis. Qui animalis eſt, & non recipit ea quæ ſpiritus dei ſunt, ſtultitia enim illi eſt, nec poteſt intelligere, quia ſpiritualiter dijudicatur, iſte non perfecto caſtitatis cibo, ſed rudi nuptiarum lacte nutritur. Sicut per hominem mors, ſic & per hominem reſurrectio mortuorum. Quomodo in Adam omnes morimur,ſic in Chriſto omnes uiuificabimur. Seruiuimus in lege ueteri Adam,ſeruiamus in Euãgelio nouo Adam. Factus eſt eñ primus homo Adam in animã uiuentem,& nouiſſimus Adam in ſpiritum uiuificantẽ. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus,tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Sicut portauimus imaginẽ terreni,portemus & imaginẽ cœleſtis. Hoc aũt dico fratres,quia caro,& ſanguis regnũ dei poſſidere nõ poſſunt,neq; corruptio incorruptionẽ poſſidebit. Hoc tã clarũ eſt,ut nulla expoſitione queat manifeſtius fieri. Caro(inquit)& ſanguis regnũ dei poſſidere non poſſunt,neq; corruptio incorruptionẽ. Si corruptio ad omnẽ coitũ pertinet,incorruptio aũt proprie caſtitatis eſt, præmia pudicitiæ nuptię poſſidere nõ poſſunt. Scimus eñ quoniã ſi terrena domus huius habitationis deſtructa fuerit,ædificationẽ habeamus ex deo,domũ nõ manufactã,ſempiternã in cœlis. In q̃ ingemiſcimus,habitaculũ noſtrũ,quod de cœlo eſt ſuperindui cupientes, Cupimus eñ egredi de corpore, & habitare cũ Chriſto, ppter quod & ſtudioſiſſime nitimur, ſiue in corpore,ſiue extra corpus placere deo. Et ut plenius exponeret quales nos eſſe uellet,in alio loco docet,dicens: Deſpondi enim uos uni uiro, uirginẽ caſtã exhibere Chriſto. Quod ſi ad totam Eccleſiam credẽtium uoluerís referre,& in hac deſponſione Chriſti,& maritas,&

Rom.13 d

1.Cor.3 a

1.Cor.15.c
Ibidem, f

2.Cor.5 a

Ibidem. b

2.Cor.11 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas,& digamas,& uiduas,& uirgines contineri,hoc quoq; pro nobis facit. Nam dum omnes ad pudicitiam & præmium uirginitatis inuitat, ostendit cunctis gradibus uirginitatem esse potiorem. Rursumq; ad Galatas, Ex operibus (inquit) legis, non iustificabitur
Gal.2 d omnis caro. Opera legis & nuptiæ sunt, unde & maledicuntur in ea qui non habent filios. Quæ si conceduntur etiam in Euãgelio, aliud est indulgentiam infirmitati tribuere, aliud uirtutibus præmia polliceri.

Hieronymus suis respondet nuptiatoribus. Cap. XXXIIII.

Dicam & ego nuptiatoribus meis, qui post castitatẽ, & diuturnam continentiã subãt
ad coitum, & pecudũ more lasciuiunt, Sic insipientes estis, ut quum cœperitis spirí
Galat. 3 a tum, nunc carne cõsummemini? Tanta passi estis sine causa? Apostolus quod continẽtię quibusdã nodos relaxat, & dimittit frena currẽtibus, propter infirmitatem carnis hoc facit. Contra quẽ scribẽs denuo loquit, Spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis.
Galat. 5 c Caro enim cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Non necesse est nunc de operibus carnis dicere, quia longum est, & facile potest de Apostoli epistola sumere,
Ibidem d qui uoluerit. Dicam tantum de spiritu, cuius fructus sunt, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continẽtia. Omnes uirtutes spiritus quasi solidissimum fundamẽtum, & sublime culmen continentia sustentat, & protegit. Ad
Ibidem. uersum huiusmodi non est lex. Qui autẽ sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cũ uitijs, & cõcupiscẽtijs, Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Qui cũ Christo carnẽ nostrã,
& passiones eius, desideriaq; crucifiximus, quid rursum ea quę carnis sunt agere cupimus?
Galat. 6 b Quodcũq; seminauerit homo, hoc & metet, Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptiones. Qui autẽ seminat in spiritu, de spiritu metet uitã æternã. Existimo q̃ qui uxorem habet, quãdiu reuertitur ad idipsum, ne tentet eum Satanas, in carne seminet, & nõ
Ephes. 1 a in spiritu. Qui autem in carne seminat, nõ ego sed Apostolus loquitur, metit corruptionem. Elegit nos in Christo deus pater ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, &
Ephes. 2 a immaculati coram eo. Ambulauimus in concupiscentijs carnis, faciẽtes uoluntatem eius, & cogitationum, & fuimus, filij iræ, sicut & cæteri. Nunc autem conresuscitauit, & con-
Ibidem b
Ibidem. 4 e fidere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut deponamus secundum priorem conuersationem ueterẽ hominẽ, qui corrumpitur iuxta desideria erroris, & aptari nobis illa be-
Ephes. 4 d nedictio possit, quæ missam ad Ephesios, epistolam, tali fine concludit, Gratia uobis cũ
Philip. 3 d omnibus qui diligunt dominũ in incorruptione. Conuersatio nostra in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christũ, qui trãsfigurabit corpus
Ibidem. 4 b humilitatis nostrę, cõforme fieri corpori gloriæ suę. Quæcunq; ergo sunt uera, quę cũq; pudica, quæcũq; iusta, quæcunq; ad castitatẽ pertinentia, his copulemur, hæc sequamur.
Reconciliauit nos Christus in corpore suo, deo patri per mortem, & exhibuit sanctos, &
immaculatos, & absq; ulla reprehensione coram se, in quo & circuncisi sumus circuncisione non manufacta, in expoliationem corporis carnis, sed circuncisione Christi, con-
Col. 2 b & c sepulti ei in baptismo, in quo & consurreximus. Si ergo consurreximus cum Christo, ea
Col. 3 a quæ sursum sunt, quæramus, ubi Christus est in dextera dei sedens, ea sapiamus, quæ sursum sunt, non quæ super terram. Mortui enim sumus, & uita nostra abscondita est cum
Ibidem. Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit uita nostra, tunc & nos apparebimus cũ
2. Tim. 2 a ipso in gloria. Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, ut possit ei placere,
Titum. 2 c qui se eligit. Apparuit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, caste, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. Dies me deficiet, si uoluero omnia castitatis de Apostolo præcepta memorare. Ita
Ioan. 21 c sunt, de quibus ad Apostolos dominus loquebatur. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis ea portare modo. Quum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit
Act. 21 b uos omnem ueritatem. Post crucem Christi, statim in Actis Apostolorum, una domus Philippi Euangelistę quadrigam producit uirginũ filiarum, ut Cęsarea, in qua ex gentibus Ecclesia per centurionẽ Cornelium fuerat dedicata, etiam uirginũ puellarũ præberet
Matt. 22 b exempla. Quumq; dñs in Euãgelio dixerit, Lex, & prophetę, usq; ad Ioannem, ista quia uirgines erãt, etiã post Ioannẽ prophetasse referũtur. Neq; enim poterãt ueteris testamẽti lege

ti lege retineri, quæ uirginitatis fulserant claritate. Transeamus ad Iacobum, qui frater
dñi dicebatur, tãtæ sanctitatis, tãtæq; iustitiæ, & perpetuæ uirginitatis, ut Iosephus quoq;
historicus Iudæorũ propter huius necem Hierosolymã subuersam referat. Hic primus episcopus ex Iudæis Hierosolymæ credẽtis Ecclesiæ, ad quẽ Paulus cũ Tito, Barnabaq; pergebat, loquitur in epistola sua, Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datum bonum, &
Iaco. 1 c omnis perfecta donatio de sursum est, descendẽs à patre luminũ, apud quẽ non est differentia, aut cõuersionis obumbraculum. Volens genuit nos uerbo ueritatis, ut simus primitię creaturarum eius. Virgo mystice uirginitatem docet: Omne perfectum donum de
sursum descendit, ubi non sunt nuptiæ, non à quolibet, sed à patre luminum, qui dicit ad
Apostolos, Vos estis lux mũdi, Apud quẽ nõ est differẽtia Iudæi, siue gẽtilis, nec ulla um-
Matt. 5 b bra, quę uersabatur in lege, premit eos, qui de nationib⁹ crediderũt, sed uerbo nos genuit
Iacob. 1 c & uerbo ueritatis, quia umbra, & imago, & species quædam ueritatis pręcessit in lege, ut
simus primitiæ creaturarum eius. Et quomodo ipse primogenitus ex mortuis, omnes in
se mortuos suscitauit, sic ipse uirgo, primitias uirginum suarum in se uirgine dedicauit.
Petrus quoq; quid de uocatione gẽtium sentiat, cõtemplemur, Benedictus (inquit) deus,
1. Petr. 1 a & pater domini nostri Iesu Christi, qui secũdum magnã misericordiam regenerauit nos
in spem uitæ, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hęreditatem incorruptam, &
immaculatam, & immarcessibilem, quæ seruatur in cœlis in uos, qui uirtute dei custodimini per fidem, in salutem, quæ præparata est reuelari in tempore nouissimo. Vbi incorrupta prædicatur hæreditas, & immaculata, & immarcessibilis, & præparata in cœlis, &
in tempus nouissimum reseruata, & spes uitæ æternæ, quando non nubent, neq; nuben-
Matt. 22 c tur, ibi alijs uerbis uirginitatis priuilegia describuntur. Nam & in sequẽtibus hoc ipsum
docet. Propter hoc accincti lumbos mentis uestræ, uigilãtes perfecte, sperate in eam gra-
1. Petri 1 c tiam, quæ uobis deferenda est in reuelatione Iesu Christi. Quasi filij obedientiæ non cõformemini prioribus ignorantiæ uestrę desideriis, sed secundũ eum, qui uos uocauit sanctum, & ipsi sancti estote in omni conuersatione. Scriptũ est enim, Sancti estote, quia ego
sanctus sum. Neq; enim corruptibili auro, & argento, redempti sumus, sed precioso sanguine immaculati agni Iesu Christi, ut castificemus animas nostras in obedientia ueritatis, renati non ex coitu corruptibili, sed ex incorruptione, per uerbum uiuentis dei, & per-
Ibid. ca. 2 a manentis, & sicut lapides uiui ædificemur in domũ spiritualem, sanctũ sacerdotium, offerẽtes spirituales uictimas, per Christum dominum nostrum. Nos enim sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Christus pro nobis carne
Ibid. ca. 4 a mortuus est. Armemur eadem cõuersatione qua Christus, quoniam qui passus est in carne, quieuit à peccato, ut nequaquam in desideriis hominum, sed in uoluntate dei, reliquũ
in carne tempus exigamus. Sufficit enim nobis præteritum tempus, quando ambulauis-
2. Pet. 1 a. b nus in luxurijs, & desiderijs, cæterisq; uitijs. Grandia nobis, & preciosa uirginitatis pro
missa donauit, ut per hanc efficiamur diuinæ consortes naturæ, fugiẽtes eam, quæ in mũ-
Ibid. ca. 2 b do est concupiscentiam corruptionis. Nouit dominus pios de tentatione eripere, & iniquos cruciãdos in diem reseruare iudicij, præcipue eos qui post carnem in desideriis pollutionis ambulant, & dominationes despiciunt, audaces, & procaces. Isti enim quasi irrationabilia iumenta in uentrem, & libidinem proni sunt, blasphemantes, qui & in corruptione sua corrumpentur, recipientq; mercedem iniquitatis luxuriam, qui putant delicias esse, iniustitiam, sordes, & maculas, & nihil aliud nisi de uoluptatibus cogitantes. Qui
habent oculos plenos adulterio, & insatiabili libidine, & decipiũt animas necdum Christi charitate robustas. Loquuntur enim uerba tumentia, & indoctos facile illecebris carnis irretiunt, repromittentes eis libertatem, quum ipsi serui uitiorum sint, atq; luxuriæ,
& corruptionis. Vnusquisq; enim ei subiacet passioni, à qua uincitur. Quod si fugientes
coinquinationes mundi per scientiam saluatoris nostri Iesu Christi, iisdem rursum superantur, quę ante superauerant, facta sunt eis nouissima peiora prioribus. Melius q̃ eis
erat non nosse uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti, & relinquere
sanctum mandatum, quod eis traditum fuerat. Completumq; est in eis uerissimum illud
prouerbium, Canis reuersus ad uomitum suum. Et, Sus lota in uolutabro luti.

Hieronym:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymus ex Apocalypsi uirginitatem præfert. Cap. XXXV.

Apoca.14 a LEgamus Apocalypsim Ioannis,& ibi reperiemus agnũ super montem Sion,& cum eo centum quadraginta quatuor milia signatorum,habentium nomen eius,& nomen patris scriptum in frontibus suis,qui cantant canticum nouum,& nemo potest dicere canticum illud,nisi hi,qui empti sunt de terra. Isti sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt,uirgines enim permanserunt. Hi sequũtur agnum quocunq; uadit: Empti sunt enim ex hominibus primitiæ deo,& agno,& in ore eorum non est inuentum mẽdacium,& sine macula sunt. De singulis tribubus,excepta tribu Dan,pro qua reponitur tribus Leui,duodena milia uirginum signatorum creditura dicuntur,qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Ac ne putaremus de his dici,qui scorta non norunt,statim intulit,Virgines enim permanserunt. Ex quo ostendit omnes qui uirgines non permanserunt,ad comparationem purissimæ,& Angelicæ castitatis,& ipsius domini nostri Iesu Christi esse pollutos. Hi sunt qui cantant canticum nouum, quod nemo potest canere, nisi qui uirgo est. Hi sunt primitiæ dei,& agni,& sine macula. Si uirgines primitiæ dei sunt,ergo uiduæ,& in matrimonio continentes,erunt post primitias, id est, in secundo, & tertio gradu,nec prius perditus populus saluari poterit,nisi tales hostias castitatis deo obtulerit,& immaculatum agnum,purissimis uictimis reconciliauerit. Infinitum est de
Matt.25 a Euangelio decem uirginum exponere sacramentum,quinq; stultarum,& quinq; sapientum. Hoc solum nunc dico,quomodo absq; cęteris operibus uirginitas sola non saluat, sic omnia opera absq; uirginitate,puritate,continẽtia,castitate,imperfecta sunt. Ex quo nequaquam nos illud poterit impedire,quod aduersarius obiẽcit fuisse dominum in Ca
Ioan.2 a na Galilææ,& nuptiarum festa celebrasse,quando aquas uertit in uinum. Hoc enim bre
Luc.2 b uissime respondebo,q̃ qui octaua die circuncisus est,& pro quo par turturũ,& duo pulli columbarum die purgationis oblati sunt,cum cæteris antequam pateretur,Iudaicam consuetudinem comprobauit,ne illis occasionem iuste se interficiẽdi tribuere uideretur, quasi legem destruens,damnansq; naturam. Quanquam & hoc pro nobis faciat. Qui enim semel uenit ad nuptias,semel docuit esse nubendum. Et tunc uirginitati posset obsti cere,si nuptias post uirginitatem,& uiduitatis castimoniam non in gradu tertio ponere mus. Nunc autem quum hęreticorum sit damnare coniugia,& dei spernere conditionẽ, quicquid de laude dixerit nuptiarum,libenter audimus. Ecclesia enim matrimonia non damnat,sed subijcit,nec abijcit,sed dispensat, sciens (ut suprà diximus) in domo magna
2. Tim. 2 c non solum esse uasa aurea,& argentea,sed lignea,& fictilia,& alia esse in honorem,alia in contumeliam,& quicunq; se mundauerit,eum esse uas honorabile, & necessarium in omne opus bonum præparatum. Satis abũdeq; Christianæ pudicitiæ,& uirginitatis Angelicę,de diuinis libris exempla prębuimus, sed quoniam intellexi in commentarijs aduersarij prouocari nos etiam ad mundi sapientiam,q̃ nunquam hoc genus in seculo fuit probatum,& nouum dogma cõtra naturam religio nostra prodiderit, percurram breuiter Græcas,& Latinas,Barbarasq; historias,& docebo uirginitatem semper tenuisse pudicitiæ principatum. Referunt fabulæ Atalantam Calydoniam uirginem semper in uenatibus,semper in syluis,non tumentes uteros fœminarum,fastidiaq; conceptum, sed expeditam,& castam amasse uirtutem. Harpalicen quoq; uirginem Thraciam, insignis poeta describit,& reginam Volscorũ Camillam,quam Turnus,cui auxilio uenerat,laudare uolens,non amplius habuit quod diceret,nisi uirginem nominaret: O decus Italiæ uirgo. Chalciæcus quoq; filia illa Leo uirgo illa perpetua,pestilentiã patriæ scribit spontanea morte soluisse,& Iphigeniæ uirginis sanguis,aduersos placasse uentos. Quid referã Sibyllas Erithręã,atq; Cumanã,& octo reliquas,nã Varro decẽ fuisse autumat,quarum insigne uirginitatis est,& uirginitatis præmiũ diuinatio? Quod si Aeolici generis sermonis Sibylla θεοβόλος appellatur,recte consilium dei sola scribitur nosse uirginitas. Cassandram quoq;,& Chrysein uates Apollinis,ac Iunonis uirgines legim⁹. Et sacerdotes Dianæ Tauricæ,& Vestæ,innumerabiles extiterunt. Quarum una Minutia propter suspitionem stupri,uiua defossa est,iniusta(ut reor)pœna,nisi grande crimen putaretur uelatæ uirginitas. Certe Romanus populus quanto honore uirgines semper habuerit, hinc apparet

paret,quod consules,& imperatores,& in curribus triumphantes,qui de superatis gentibus trophæa referebant,& omnis dignitatis gradus,eis de uia cedere solitus sit. Claudia uirgo Vestalis, quum in suspitionem uenisset stupri,& simulachrum matris Ideæ in uado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam fertur cingulo duxisse nauem, quam multa milia hominum trahere nequiuerant. Melius tamen, inquit Lucani poetæ patruus, cum illa esset actum, si hoc, quod euenit, ornamentum potius exploratæ fuisset pudicitiæ, quàm dubiæ patrocinium. Nec mirum hoc de hominibus, quum Mineruam quoque,& Dianam uirgines Deas finxerit error gentilium,& inter duodecim signa cœli, quibus mundum uolui putant, uirginem collocarint. Magna iniuria nuptiarum, ut ne inter scorpios quidem,& centauros,& cancros,& pisces,& aegoceratas, uxorem, maritumq; detruserint. Triginta Athenienſium tyranni, quum Phidonem in conuiuio necassent, filias eius uirgines ad se uenire iusserunt,& scortorum more nudari, ac super pauimenta, patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere, quæ paulisper dissimulato doloris habitu,cũ temulentos conuiuas cernerẽt, quasi ad requisita naturæ egredientes, inuicem se complexæ præcipitauerunt in puteum, ut uirginitatem morte seruarent. Demotionis Areopagitarum principis uirgo filia, audito sponsi Leosthenis interitu,qui bellum Lamiacum concitarat, se interfecit,asserens quanquam intacta esset corpore, tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet,quũ priori mẽte nupsisset. Spartiatę,& Messenij diu inter se habuerunt amicitias,in tantum, ut ob quædam sacra, etiam uirgines ad se mutuo mitterent. Quodam igitur tempore, quum quinquaginta uirgines Lacedæmoniorum Messenij uiolare tentassent, de tanto numero ad stuprum nulla consensit, sed omnes libentissime pro pudicitia occubuerunt. Quam ob rem graue bellum,& longissimum concitatum est,& post multum temporis Mamertia subuersa est. Aristoclides Orchomeni tyrannus adamauit uirginem Stymphalidem,quæ quum patre occiso,ad templum Dianæ confugisset,& simulacrum eius teneret,nec ui posset auelli,in eodem loco confossa est. Ob cuius necem, tanto omnis Arcadia dolore commota est,ut bellum publice sumeret,& necem uirginis ulciscereturAristomenes Messenius,uir iustissimus,uictis Lacedæmonijs,& quodam tẽpore nocturna sacra celebrãtibus,quæ uocabant Hiacynthina, rapuit de choris ludentiũ uirgines quindecim,& tota nocte gradu concito fugiens,excessit de finibus Spartanorũ. Quumq; eas comites eius uellent uiolare,monuit quãtum potuit,ne hoc facerent,& ad extremum quosdam non parentes interfecit,cæteris metu coercitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ,quum Aristomenẽ uiderent cædis reum fieri,tandiu ad patriã non sunt reuersæ,quandiu iudicum aduolutæ genibus defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente patre,duos iuuenes prętereuntes iure hospitij suscepisse: qui multum indulgentes uino,uim per noctem intulere uirginibus. Quæ amissa pudicitia nolentes superuiuere, mutuis conciderunt uulneribus. Iustum est & Locridas uirgines non tacere,quæ quum Illium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obscœni rumoris,& pollutæ uirginitatis ullam fabulam dedit. Quis ualeat silentio præterire septem Milesias uirgines,quæ Gallorum impetu cuncta uastante,ne quid indecens ab hostibus sustinerẽt,turpitudinem morte fugerunt,exemplum sui cunctis uirginibus relinquentes,honestis mẽtibus magis pudicitiam curę esse quàm uitam. Nicanor uictis Thebis,atq; subuersis,unius uirginis captiuę amore superatus est. Cuius cõiugium expetens,& uolũtarios amplexus,quod scilicet captiua optare debuerat,sensit pudicis mentibus plus uirginitatem esse,quàm regnum,& interfectam propria manu flens,& lugens amator tenuit. Narrant scriptores Græci & aliam Thebanam uirginem,quam hostis Macedo corruperat,dissimulasse paulisper dolorem,& uiolatorem uirginitatis suæ iugulasse postea dormientẽ, seq; interfecisse gladio, ut nec uiuere uoluerit post peditã castitatẽ,nec ante mori,q̃ sui ultrix existeret. Apud gymnosophistas Indię, quasi per manus huius opiniõis autoritas traditur,q̃ Buddam principem dogmatis eorũ,e latere suo uirgo generarit. Nec hoc mirum de Barbaris,quum Mineruam quoq; de capite Iouis,& Liberum patrem de femore eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

re eius procreatos doctissima finxerit Græcia. Pseusippus quoq; sororis Platõis filius, & Clearchus in laude Platonis, & Anaxilides in secundo libro Philosophiæ Perictionem matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt, & sapientiæ principem non aliter arbitrantur, nisi de partu uirginis æditũ. Sed & Timęus scribit Pythagorę uirginem filiam choro uirginum præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis. Diodorus Socraticus quinq; filias dialecticas insignis pudicitię habuisse narratur, de quibus & Philo Carneadis magister plenissimam scribit historiam. Ac ne nobis dominum saluatorẽ de uirgine procreatum Romana exprobaret potentia, autores urbis, & gẽtis suæ Ilia uirgine, & Marte genitos arbitrantur.

Virginitatem nuptijs præferendam. Cap. XXXVI.

IDem quoq; Hieronymus aduersus Heluidium hoc pacto scribit: Et quia de comparatione uirginitatis, & nuptiarum sum aliqua dictur⁹, obsecro lecturos, ne me putẽt nuptijs detraxisse in uirginũ laude, & aliquam fecisse distantiam inter sanctos ueteris testamenti, & noui, id est inter eos, qui habuere coniugia, & hos, qui à complexu mulierum penitus recesserunt: uerum pro conditione temporum, alij eos tunc subiacuisse sententiæ, & alij nos, in quos fines seculorum decurrerunt. Quandiu lex illa permansit, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &, Maledicta sterilis, quæ non parit semen in Israel, nubebãt omnes, & nubebantur, & derelictis parentibus, fiebant una caro. Quando uero uox illa pertonuit, Tempus breuiatum est, reliquũ est, ut qui habent uxores, sic sint quasi non habeant, adhærentes domino, unus cum eo efficimur spiritus. Et quare? Quia qui sine uxore est, cogitat ea, quæ dei sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. Et diuisa est, mulier, & uirgo. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt dei, ut sit sancta corpore, & spiritu. Nam quę nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Quid obstatras? Quid repugnas? Vas electionis hæc loquitur, Diuisa est, dicens, mulier, & uirgo. Vide quantæ felicitatis sit, quæ & nomen sexus amiserit. Virgo iam mulier non uocatur. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta corpore, & spiritu. Virginis definitio sanctam esse corpore, & spiritu, quia nihil prosit carnem habere uirginem, si mente quis nupserit. Quæ uero nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Idem tu putas esse diebus, & noctibus, uacare orationi, uacare ieiunijs, & aduentum domini expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit, ut turpior appareat, & natura bonum infuscet iniuria. Hæc ad speculum pingitur, & in contumeliam artificis colorat pulchrior esse, q̃ nata est. Inde infantes garriunt, familia perstrepit, liberi ab oscultis, & ab ore dependent, computantur sumptus, impendia prępărantur. Hinc coquorum accincta manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat, nunciatur interim uicineisse cum socijs. Illa ad hirundinis modum lustrat uniuersa penetralia, si thorus rigeat, si pauimenta uerrerint, si ornata sint pocula, si prandium præparatum. Respondeat, (quæso) inter ista ubi sit dei cogitatio? Et hæ felices domus. Cæterum ubi tympana sonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi dei timor? Paralitus in cõtumelijs gloriatur, ingrediuntur expolitæ libidinum uictimæ, & tenuitate uestium nudæ impudicis oculis ingeruntur. His infelix uxor, aut lætatur, & perit: aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur. Hinc discordia, seminarium repudij. Aut si quæ inuenitur domus, in qua ista nõ fiant (quę rara auis est) tamen ipsa dispensatio domus, liberorum educatio, necessitates mariti, correctio seruulorum, quam à dei cogitatione non auocẽt? Defecerunt (inquit scriptura) Saræ muliebria, post quod dicitur ad Abraham: Omnia quæcunq; dicit tibi Sara, audi uocem eius. Quæ non est in partus anxietatibus, & dolore, quæ deficientibus menstrui cruoris officijs, mulier esse desijt, à dei maledictione fit libera, nec est ad uirum conuersio eius: sed e contrario uir subijcitur ei, & domini uoce præcipitur: Omnia quæcunq; tibi dicit Sara, audi uocem eius, & sic incipiunt uacare orationi. Quia quandiu in coniugio debitum soluitur, orandi præteritur instantia. Non negamus uiduas, non negamus maritatas, sanctas mulieres inueniri: sed quæ uxores esse desierint, quæ in ipsa necessitate coniugij uirginum imitentur castitatem. Hoc est, quod

x.Cor.10 c
Geñ.1 c
x.Cor.7 e
x.Cor.4 d
x.Cor.7 f
Geñ.18 b
Geñ.21 b
Ibidem.

Apostolus

Apostolus breuiter Christo in se loquente testatus est. Innupta cogitat quæ dei sunt, quomodo placeat deo: nupta uero cogitat, quę sunt mundi, quomodo placeat uiro, nos bis super hoc campum intelligentiæ derelinquens. Neq; tamen alicui necessitatem imponit, aut laqueum, sed id, quod honestum est, suadet, uolẽs omnes esse sicut seipsum. Et quanquam de uirginitate domini præceptũ non habeat, quia ultra homines est, & quodammodo impudentis erat, aduersum naturam cogere, alioq; modo dicere, uolo uos esse, quod Angeli sunt, unde & uirgo maioris est meriti, dum id contemnit, quod si fecerit, non delinquit, nihilominus in cohærentibus infert: Consilium autem do, tanquam misericordiã consecutus à dño, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonũ esse propter instantem necessitatem, quia bonũ est homini sic esse. Quæ est ista ista necessitas? Væ prægnantib⁹ & nutrientibus in ũlla die. Ideo sylua succrescit, ut postea rescindatur, ideo ager seritur, ut metatur. Iam plenus est orbis, terra nos non capit. Quotidie bella nos secant, morbi subtrahunt, naufragia absorbent, & nihilominus de terminis litigamus? De hoc numero sunt illi, qui agnum sequuntur, qui uestimenta sua non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt. Obserua quid significet, Non coinquinauerunt. Ego non audeo exponere, ne Heluidius calumnietur. Quod autem ais quasdam esse uirgines tabernarias, ego tibi plus dico, esse in his & adulteras, & quo magis mireris, clericos esse caupones, & monachos impudicos. Sed quis non statim intelligat, nec tabernariam uirginẽ, nec adulterum monachum, nec clericum posse esse cauponem? Nunquid uirginitatis est culpa, si fiat mulator uirginitatis in crimine est. Ego certe, ut alijs personis prętermissis, ad uirginem ueniam, quæ institorias exercet artes, nescio an corpore, quod scio, spiritu uirgo non permanet.

x.Cor.7 f
Rom.11 a
1.Cor.14 g
Ephes.5 d
Matt. 7 b

Hieronymus de institutione perfectæ uirginis. Cap. XXXVII.

ET in epistola ad Demetriadem, hoc pacto scribit: Et quoniam sufficiẽter de his (ut puto) diximus, nunc instituamus perfectam uirginem, quæ ex utroq; semper accensa, & naturæ simul, & gratiæ bonum, morum sanctitate testetur. Prima igitur uirginis cura, primumq; studium sit scire uoluntatem domini sui, & quid ei placeat, quidue displiceat, diligenter inquirere, ut secundum Apostolum rationabile deo reddat obsequiũ, tumq; uitæ suæ cursum ex eius possit ordinare sententia. Impossibile enim est ei quenquam placere, cui quid placeat, ignorat, fieriq; potest, ut etiam obsequẽdi uoto offendat, cui quomodo obsequi debeat, ante non didicit. Et ut maius est uoluntatem dñi facere q̃ nosse, ita prius est nosse, quàm facere. Illud enim merito præcedit, hoc ordine. Vnde propheta dicit, Et tu Israel, noli ignorare. Et beatus Paulus, Qui autem ignorat, ignorabitur. Idemq; alibi, Propterea nolite fieri imprudẽtes, sed intelligentes quę sit uoluntas domini. Initium obedientiæ, est quid præcipiatur uelle cognoscere, & pars est obsequij didicisse quid facias. Scito itaq; in scripturis diuinis, per quas solas potes plenam dei intelligere uoluntatem, prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, nonnulla suaderi. Prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, perfecta suadẽtur. In duobus illis, quæ priori loco sunt, peccatum omne concluditur: In utroq; enim dei cõtinetur imperium, Et non solum præcipere, sed & prohibere ipsum, iubentis est. Generaliter nãque omnibus mandatur iustitia, quam saluator in Euãgelio breuiter quidem, sed plenissime comprehendens, ait: Quęcunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis, hoc est ut nihil mali inferamus alijs, sed præstemus omne quod bonum est, quia uolumus hoc ab alijs in nos utrunq; seruari. Hæc sententia æquo iure prȩcepti uniuersos tenet. Nec ulli omnino transgredi licet, quod imperatum est, apertusq; contemptus dei est, uel facere prohibita, uel iussa non facere. Duo uero reliqua quæ sequuntur, quorum unum conceditur, & suadetur aliud, in nostra potestate dimissa sunt, ut aut cũ minori gloria concessis utamur, aut ob maius præmium etiam ea quæ nobis permissa sunt, respuamus. Conceduntur quidem nuptię, carnium usus, & uini, sed horum omnium abstinẽtia, consilio perfectiore suadetur. Ad uirginitatis honorem pertinet licẽtia nuptiarum, & escarum indulgentia, uirtutem abstinentiæ clariorem facit. Contempsisti uirgo coniugium licitum tibi, priusquam contemneretur. Maioris prȩmij amore flagrans, uouisti deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

non imperatam,sed laudatam uirginitatem,& consilio Apostoli,legem tuam fecisti lati
orem. Certaminis ingressa campum,non tam laborem cursus, quàm brauium uictoriæ
cogitasti. Legeras(credo) illud Euãgelicum de perpetua castitate præconium, & ipsius
te domini sermo ad amorem seruandæ uirginitatis accenderat, qui Petri super hoc sen
tentiam,ipsa rei magnitudine,ac difficultate laudauit,& uolũtarijs spadonibus regnum
Mat.19 b cœlorum promittens,ait:Qui potest capere,capiat.Rem itaq; tã magnã nõ impero, nõ
impono,sed offero.Neq; quenquam ad hoc cogo,sed prouoco. Quanquam de uiris tan
tum sonare uideatur, non solis tamen uiris dicitur, sed æqualis utroq; sexui uirginitatis
1. Cor.7 c palma promittitur. Et Apostolus de uirginibus præceptum quidem se dicit non habere,
2. Cor.13 b sed dat consilium. Dicitq; itaq;,An experimentum quæritis eius,qui in me loquitur Chri
stus?Perfectionis igitur secuta consilium,beatitudinem specialis aggressa propositi,sera
ua generale mandatum. Dixi, idemq; nunc repeto. In causa iustitiæ omnes unum debe
mus,uirgo,uidua,nupta,summus,medius,& imus gradus, & æqualiter iubentur implere
præcepta.Nec à lege soluitur,qui supra legem facere proponit. Quinimo nullus magis
illicita uitare debet,quàm qui respuit quæ licebant.Nec quisquam ita à se mandata pos
licetur implenda,ut ille qui amore perfectionis supra mandata conscendit. Et dum am
plius statuit facere,quàm præceptum est, ostendit minus sibi præceptum esse, quàm po
tuerit. Deinde qui tantæ se esse obedientiæ profitetur,ut etiam consilium diuinum liben
ter audiat,quomodo non debet audire præceptum?Illa enim res electionis est,ista neces
Mat.19 b sitatis.De uirginitate dicitur,Qui potest capere,capiat.De iustitia non dicitur,Qui potest
Matt.7 c facere,faciat:sed omnis arbor,quę non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mit
tetur.Considera(quæso)quantum à consilio distet imperium. Ibi aliquos excipit,hic ge
neraliter omnes comprehendit.Ibi præmium proponit, hic pœnam.Ibi inuitat,ut facias,
hic nisi feceris,comminatur.Hæc igitur optima ratione distinguens, animaduerte quid
offeras, animaduerte quid debeas. Imo quia utrunq; iam debes, & uirginitatem, quam
ultro obtulisti deo,& iustitiam,quam ipse præcepit,integrum utrunq; persolue. Ille ser
uus domino placet,qui ita aliquid ultro operis exercet,ut tamen etiam imperata perfici
at, qui non facit aliud pro alio, sed utrunq;,nec mutat, sed addit obsequium. Nec te ca
rum exẽpla decipiant, quæ sibi in sola castitate plaudentes, ut post suas uoluntates eant,
dei uoluntatem abijciunt. Quæ perpetuæ castitatis bonum non cum iustitia,sed pro iu
stitia offerre uolunt, & in compensatione peccatorum, præmium uirginitatis annume
rant,atq; pro præmio impunitatem petunt, uel certe impudentiori uecordia coronandas
esse se putant,& in regno cœlorum cæteris præferendas, quæ sibi transgressione manda
torum,aditum clausere regni cœlorum. Non omnis(Christus inquit)qui dicit mihi, do
Matt.7 c mine,domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in
Matt.25 b cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Meminerint stultas uirgines à sponsi ianuis
Ibidem d repellendas,dicendum eis, Nescio uos,illisq; iungendas esse,de quibus dominus ipse ait,
Multi dicent mihi in illa die,Domine,domine,nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus,
& in nomine tuo uirtutes multas fecimus?Et tunc confitebor illis,Amen,amen dico uo
bis,nescio uos.Discedite à me omnes,qui operamini iniquitatem.

Diui Hieronymi expositio in caput septimum prioris ad Corinthios epistolæ. Cap. XXXVIII.

1.Cor.7 a DE quibus autem scripsistis mihi &c. Incipit de cõiugijs, Ante enim expugnauit illi
cita,quàm de licitis loqueretur. Bonum est homini mulierem non tangere &c. Bo
num fuerat illud,quod uobis in primordio prædicaui,hoc est,secundum coniugij usum,
non tangere mulierem. Sed quoniam multos incontinẽtes huic doctrinæ scripsistis refra
gari,concedatur remedium,ne fornicando moriãtur. Ergo hoc Apostoli exemplo,in pri
mis uirginitas,& continentia prædicatur. Et si quis se incontinentem non erubuerit cõfi
teri,in languorem incontinentiæ reclamanti,non denegetur remediũ nuptiarum. Quo
modo si peritus medicus inquieto ægro,& neganti se posse à pomis omnibus abstinere,
cõcedat aliquantũ,ne illa pernicios præsumat. Incontinentiæ reuera usus, & tempore,
& ætate,& loco,& infirmitate perhibetur. Castitas uero potest iugiter custodiri.Illud ex
go debe

go debemus appetere,quod facilius custodire sine impedimento ullo possumus,& in per
petuum possidere. Sed obijcere amatores luxuriæ solent, Vt quid ergo prima dei benedi
ctio crescere,& multiplicare concessit?Vt terra scilicet repleretur,qua iam impleta, debe Gen.1 c
mus ab incontinentia temperare.Sed potuit(inquies)omnes homines de terra formare,
si semper illi usus coniugij non fuerat placiturus.Sed non quæritur quid potuit,sed quid
fecit,cui omnia possibilia sunt.Ipsam denique Euam noluit de terra facere, sed de costa.Si
autem putas nobis antiqua tempora in omnibus conuenire, imitare Adàm, qui filiam
(ut ita dixerim)suam accepit uxorem.Cain similiter,si non pudet,& cæteros, qui propri
as in matrimonium accepere sorores. Quod si fieri non debet, omnia dominum secun
dum præscientiam suis temporibus ordinasse credamus, ut qui tunc terram impleri uo
luit,modo plus diligit castitatem,cui & grande præmium repromittit.Illud etiam dicen
dum est,q; nec secundum uetus testamẽtum,quosdam uxores habuisse uideamus. Quia
ibi uxores liberorum causa habere permissum est,non propter nimiam libidinem exer
cendam,qui in hoc etiam animalibus deteriores esse noscuntur,quo necando filios, pro
bant se non filiorum causa nupsisse. Qui autem ea sola causa coniungitur,statim se ab
stinet post conceptum.Et cessante iam per ætatem partu,cessat & usus. Mulier sui corpo
ris potestatem non habet &c. Corpus dicitur omne quod iũgitur.Sicut ergo mulier cor
pus dicitur uiri,ita & uir corpus mulieris appellatur.Ideo neq; si uoluerit mulier contrais
re,in corpore suo,id est,in uxore,uir poterit dominari.Hoc autem dico secundum indul
gentiam,& non secundum imperium. Volo autem uos esse sicut meipsum. Hoc, ut para
uulis indulgeo,non præcipio,ut perfectis,nam omnes homines cupio mihi similes inue
niri.Noui enim quanta castitas mercede pensetur. Nũquam hoc uoluisset Apostolus, si
fieri oĩno nõ posset,Sed unusquisq; propriũ donũ habet ex deo,alius quidẽ sic, alius ue
to sic.Hoc est,propriq; uolũtatis accepit donaticũ.Dico autẽ non nuptis,& uiduis.Incipit
aliam causam de innuptis,Bonum est illis,si sic permanserint, sicut & ego. Magnopere
appetendum est,quod à tanto doctore laudatur.Quod si non se continent,nubant.No
tandum q; incontinentibus nuptiæ concedantur,Melius est enim nubere,quàm uri:Ma
lo fornicationis melius est,quod igne punitur,sicut Iudas in Genesi de sua nuru pronun Gene.38 f
ciat.De uirginibus autem &c. Et de hoc consuluerant,ubi esset præcepta uirginitas.Præ
ceptum domini non habeo:Quod sub præcepto est,si non impleatur,punit,impletũ,mor
te tantum caret,quia nihil ex se dat,sed quod debet,exoluit,Consilium autem do: Con Mat.19 b
silium est autem saluatoris dicentis,Sunt qui se castrauerunt propter regnũ cœlorũ. Tã
quam misericordiam consecutus à domino:Suo exemplo docet,non nisi in domino glo
riandum. Vt sim fidelis:Domini mei semper seruitio occupatus. Existimo ergo hoc bo
num esse:Hic existimo non pro dubio posuit,sed pro certo,sicut & illud,Puto enim q; &
ego spiritum dei habeo. Propter instantem necessitatem,id est præsentis uitæ solicitudi 1.Cor.7 g
nem,quæ multum potest obesse iustitiæ,& qua præcipue iuncti matrimonijs implican
tur. Quoniam bonum est homini sic esse:Duplex bonum est & solicitudinibus mũdi ca
rere,& uirginitatis præmiũ expectare. Alligatus es uxori, noli quærere solutionẽ: solu
tus es ab uxore,noli q̃rere uxorẽ:Ita uult solutos nõ ligari, quõ nec solui diffidio ligatos
admittit, Si autem accepisti uxorẽ, nõ peccasti &c. Quia liberæ uoluntatis es, si non uis
esse maior,esto uel minor. Nuptiæ enim peccatum non sunt,sed per solicitudinem mun
di qui nubunt,legem seruare uix possunt. Aliter,illos dicit non peccare,si nubant,qui nõ
dum deo uouerint castitatem,Cæterum qui uel in corde suo promisit,si aliud fecerit, ha
bet damnationem,quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per uotũ
fibi fecit illicitum,sicut Ananiæ,& Sapphiræ,quibus de precio possessionis suæ retinere Act.5 a
nihil licuit.Ob quam causam & subita morte prostrati sunt, Tribulationem tamen &c.
Maledicto se Euę subijcientes, siue solicitudinem secularis tribulationis,& tristitiæ pa
tientur.Ego autem uobis parco. Vobis uirginibus,ut minori labore, maiorem possitis
implere iustitiam. Hoc itaq; dico fratres:Hic omni intentione etiam habentes uxores ad
continentiam cohortatur,ut multomagis suadeat non nubere, non habentes. Tempus
breue est,Reliquum est &c. Tempus uitæ nostræ modicum asserit, ut doceat uoluptatẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ cito finitur,non magnopere appetendam,sed magis concupiſcendum eſſe æternum
præmium caſtitatis, Et qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non
gaudentes,& qui emunt,tanquam non poſſidentes &c. Quia & iſtud in breui tranſibit,
Eccl. 3 a Tempus enim omnis rei ſub ſole,tempus plangendi &c. Præterit enim figura huius mũ-
di:Hoc ſeculum quaſi umbra pertranſit. Nolite ergo de eo multum eſſe ſoliciti,ne huius
poſſeſſione,perdatis æternum. Et figuram quærentes,incipiatis amittere ueritatem. Hic
enim mundus,imago futuri eſt. Si ergo talis eſt imago, ipſa ueritas qualis eſt? Vnde ſi
hoc tam impenſe diligitis,quãto magis illud impenſius amare debetis? Nam ſeculum
hoc nos dimiſſuros,quotidiana morientium exempla teſtantur. An forte nos ſolos cre-
dimus immortales,quaſi non ſimus ex hominibus generati? Vnde ſapiens ſemper alio-
Eccl. 7 a rum caſibus emendatur,dicente ſcriptura, Cor ſapientis in domo luctus. Hic enim finis
omnium hominum,& cui uult,dabit bonum in corde ſuo. Volo autem uos ſine ſolicitu-
dine eſſe:Debemus & nos uelle, quod Apoſtolus uelle ſe dicit ne incontinentes, contra
eius uideamur facere uoluntatem. Qui ſine uxore eſt,ſolicitus eſt,quæ domini ſunt, quo
modo placeat deo &c. Multum nobis expedit ſolicitudine carere mundana,ne forte ſpi-
næ ſuffocent ſemen,&dicere incipiamns,Villam comparaui,boues emi,uxorem duxi,ad
Lucæ 14 d cœnam uenire non poſſum,Quomodo placeat uxori:Quale eſt uxori magis uelle pla-
cere,quàm deo? Et diuiſus eſt:Quod diuiſum eſt,unum non poteſt eſſe,quia unitas diui-
ſionem omnino non accipit. Et,Mulier innupta,& uirgo cogitat quæ domini ſunt,ut ſit
ſancta corpore,& ſpiritu:Corpore,ab uſu coniugali:ſpiritu,à rerum mundanarũ ſolici-
tudine,dum tota diuino ſeruitio mancipatur, Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt
mundi &c. Nuptam uiro placere aſſerit,cogitando quæ mundi ſunt:innuptam uero de
eo quod illi nulla cura ſit ſeculi. Quæ ergo uirum non habet,& tamen quæ mundi ſunt,
cogitat, cui placere deſiderat? Nónne incipiet illi nupta præponi, quæ cogitando
mundana complacet uel marito,quum hæc nec marito quem non habet,poſſit placere,
nec deo? Porro hoc ad utilitatem ueſtram dico,non ut laqueum uobis injiciam & cæte-
Neceſſitatem illis uidetur imponere. Dicit ſe quid illis expediat commonere eos. Simul
attende,quia ſi hoc illis utile erat quod Apoſtolus ſuadebat,illud minus utile erat quod
illi uolebant. Si quis autem turpem ſe uideri exiſtimat ſuper uirgine ſua,quod ſit ſuperad-
dulta: Turpis uideri poterit,ſi cupientem uirginem ſuam,nubere non permittat, & illa
fuerit fornicata. Item hoc loco non parentes dicit uirginum filiarum,neq; enim poteſta-
tis illorum poteſt eſſe propoſitum alienæ continentiæ,ſed unumquenq; habere proprię
carnis arbitrium, eam incorruptam ſeruare. Et ita oportet fieri, quod uult faciat, non
peccat,ſi nubat:Si ita neceſſe fuerit propter filiæ uoluntatem,Nam parentes quidem uſ-
que ad legitimam ætatem cuſtodire debent, & docere quod melius eſt,ſi autem illa nos
luerit,fiat quod neceſſe eſt,Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem
&c. Ille firmus ſtatuit,cuius puellæ conſenſus,patris firmauerit uoluntatem. Et non illi
compellit filiæ neceſſitas facere quod nolebat,ſicut illum de quo ſuprà locutus eſt, Igi-
tur & qui matrimonio iungit uirginem ſuam &c. Ita concludit uirginum cauſam, ut eas
faciat in omnibus meliores. Vnde prudentibus ſemper meliora, & perfectiora ſectanda
ſunt,quia nec in ſecularibus, & caducis norunt mediocribus eſſe contenti. Vide & diuũ
Bernardum ſuprà libro quarto,cap. decimotertio.

INCIPIT LIBER QVINTVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

De uirginibus,& uiduis,quid diuus ſcribat Ambroſius. Cap. I.



Diuus autem Ambroſius de uirginibus,ac uiduis, hoc pacto ſcribit
in libro de uiduis:Honorabile(inquit)coniugium,ſed honorabi-
lior integritas. Nam &qui matrimonio iungit uirginem ſuam,be Hebr. 13 a
ne facit,& qui non iungit,melius facit. Quod igitur bonũ eſt,non 1. Cor. 7 g
uitandum eſt,& quod eſt melius,eligendum eſt. Itaq; non impo- 1. Cor. 7 e
nitur,ſed præponitur. Et ideo bene Apoſtol⁹ dixit, De uirginibus
autem,præceptum domini non habeo,conſilium autem do. Ete-
nim præceptum in ſubditos fertur, conſilium autem amicis datur. Vbi
præceptum eſt,ibi lex eſt:ubi conſilium,ibi gratia eſt. Præceptum
ut ad naturam reuocet,conſilium ut ad gratiam prouocet. Et ideo lex Iudęis lata eſt,gra
tia autem electioribus reſeruata eſt. Lex ut à naturæ finibus culpæ ſtudio demeantes,ad
naturæ obſeruantiam pœnæ terrore reuocaret:Gratia autem ut electos,tum ſtudio bo-
norum,tum propoſitis etiam præmijs prouocaret. Et ut intelligas diſtantiam præcepti,
atq; conſilij,illum recorderis,cui in Euangelio ante præſcribitur,ne homicidium faciat,
ne adulterium admittat,ne falſum teſtimonium dicat. Præceptum etenim ibi eſt,ubi eſt
pœna peccati. At uero quum ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe,conſilium ei datur,
ut uendat omnia,& ſequatur dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, ſed pro Matt. 19 e
conſilio deferuntur. Duplex nanq; forma mandati eſt,una præceptiua, altera uolunta-
ria. Vnde & dominus in alia dicit,Non occides,ubi præcepit. In alia,Si uis perfectus eſſe,
uende omnia tua. Ergo hic liber eſt à præcepto,cuius defertur arbitrio. Itaq; q præceptũ
impleuerint,poſſunt dicere,Serui inutiles ſumus:quod debuimus facere,fecim⁹. Hoc uir Lucæ. 17 c
go non dicit. Non dicit ille qui bona ſua uendidit,ſed quaſi repoſita expectat præmia, ſi-
cut ſanctus Apl's ait:Ecce nos reliquimus omnia,&ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis? Matt. 19 d
Non enim quaſi inutilis ſeruus,quod debuit facere,feciſſe ſe dixit, ſed quaſi utilis domi-
no,qui commiſſa ſibi talenta,quæſitis multiplicauit uſuris,mercedem fidei,atq; uirtutis
bene ſibi conſcius,meritorumq; ſecurus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur, Vos qui Ibidem.
ſecuti eſtis me,in regeneratione,quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſede
bitis & ipſi ſuper duodecim ſedes,iudicantes tribus Iſrael. At uero illi qui talenta ſerua- Matt. 25 b
uerit,& ſi præmia,minora tamen præmia pollicetur,dicens: Quia ſuper pauca fuiſti fi-
delis,ſuper multa te conſtituam. Fides igitur ex debito,miſericordia in præmio. Qui be-
ne credidit,ut ei credatur,emeruit. Qui bene contulit,quoniam ſuum nõ quæſiuit,quod
cœleſte eſt,impetrauit. Ideo ergo præceptum non datur,conſilium datur. Præceptum e-
nim caſtitatis eſt,conſilium integritatis. Sed non omnes capiunt uerbum iſtud,ſed quib⁹ Matt. 19 b
datum eſt. Sunt enim ſpadones,qui de matris utero ſic nati ſunt,in quibus naturæ neceſ
ſitatis non eſt uirtus caſtitatis. Et ſunt ſpadones,qui ſeipſos caſtrauerunt,uolũtate utiq;,
non neceſſitate. Et ſunt ſpadones,qui facti ſunt ab hominibus. Et ideo magna in his cõ
tinentiæ gratia,quia uoluntas facit,non infirmitas continentẽ. Nã decet integrũ diuini
operis ſeruare munus,nec illis forte parũ ſit,lubrico corporis non teneri. Nã & ſi erepta
eſt ſubeundi iſtius palma certaminis,erepta etiã materia periculi:& quamuis non queũt
coronari,nõ queũt tamen uinci. Habent alia genera uirtutũ, quibus commendare ſe de-
beant,ſi fides firma ſit,profiua miſericordia,aliena auaritia,frequens gratia. Sed in iſtis
nulla culpa,quia facti ignorantia. Non eadem cauſa eorum,qui in ſeipſos ferro utun-
tur,quos non imprudenter defleximus. Sunt enim qui uirtutis loco ponãt,ferro culpam
compeſcere. De quibus & ſi noſtram uolumus proferre ſententiam,quamuis ſint ſtatura
maiorum,conſiderent tamen,ne quis id ad profeſſionem infirmitatis trahat, non ad fir-
mitatis gloriam. Ergo nemo militet,ne aliquando uincatur,nec pedis uratur obſequio,
qui gradiendi periculum reformidat,nec oculi intendat officio,qui concupiſcentię timet
lapſum. Sed quid prodeſt carnem abſcindere,quum etiam ipſa culpa ſit in aſpectu? Nam
& qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendum,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et quę Mat. 5 d
ſimiliter uirum in concupiſcentia uiderit,adulteratur. Caſtos ergo nõ infirmos eſſe nos
conuenit. Pudicos oculos habere,non debiles. Nemo igitur(ut pleriq; arbitrantur)ſe de
bet abſcindere,ſed magis uincere. Victores enim recipit Eccleſia,nõ uictos. Et quid argu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galat.5 b mentis? Præsto sit Apostolici forma præscripti. Sic enim habes, Vtinam & abscindãtur, q uoluntuos circuncidi. Cur enim coronæ occasio, & uirtutis casus eripitur homini, qui ad laudem natus est, ad uictoriam præparatus est; qui ipse potius uirtute animi castra re se possit? Sunt enim spadones, qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum. Sed hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitatur. Etenim qui mandata dat decre torum, semper tenere debet mensuram, & qui pensa distribuit, æquitatem debet examis Prone.12 a nis reseruare. Statera enim fallax, abominatio est apud deum. Est ergo minus pondus & maius. Sed utrunq; non recipit Ecclesia. Pondus enim maius, & minimum, & mensu ræ duplices immunda in conspectu domini. Vtraq; sunt pensa, quæ diuidit sapientia. Et ita diuidit uirtutem, ut uires æstimet singulorum. Et ideo præmijs uirtutem prædicauit, non infirmitatem uinculis alligauit. Scit & ille gentium doctor bonus morum auriga nostrorum, & quidem interiorum rector affectuũ, qui de seipso didicerat legem mentis, legem corporis repugnare, eandem tamen dei gratię cedere. Scit (inquam) uarios cursus mentium repugnare. Et ideo neque in tantum adhortationem integritatis intendit, ut aboleret gratiam nuptiarum, neque ita coniugium prætulit, ut studia integritatis extin gueret. Sed à continentiæ persuasione incipiens, ad incontinentiæ remedia descendit. Et quum brauium supernæ uocationis fortioribus demonstraret, deficere tamen in uia ne minem passus est, ita plaudens prioribus, ut non despiceret & sequentes. Didicerat enim Ioan.6 a & ipse, quia dominus Iesus alijs panem hordeaceum, ne in uia deficerent, alijs corpus suũ, ut ad regnum contenderent, ministrauit. Nec dominus ipse præceptum imposuit, sed uoluntatem inuitauit. Nec Apostolus præceptum statuit, sed consilium dedit. Sed non hoc humanum consilium, humanarũ uirium habere mensuram. Diuinæ munus miseri cordiæ confitetur in se esse collatum, ut fideliter sciret prima præferre, secunda dispone 1. Cor.7 c re. Et ideo existimo (inquit) non statuo. Et existimo bonum esse propter instãtem necessi fitatem. Non ergo copula nuptialis quasi culpa uitanda, sed quasi necessitatis farcina de Gen.3 c clinanda. Lex enim astrinxit uxorem, ut in laboribus, & in tristitia filios generet, & con uersio eius ad uirum fit, & ipse dominetur. Ergo laboribus, & doloribus in generatio ne filiorum addicitur nupta, non uidua, & dominatui uiri sola subditur copulata, nõ uir go. Omnium autem horum uirgo libera est, quæ uerbo dei suum spopondit affectum, quæ sponsum benedictionis cum facibus expectat bonæ lumine uoluntatis accenso. Et ideo prouocatur consilijs, non uinculis alligatur. Sed nec uidua præceptum accipit, sed consilium. Consilium autem non semel datum, sed sæpe repetitum. Et primo dixit. Bo 1. Cor.7 a num est enim mulierem non tangere. Et iterũ, Volo sic omnes homines esse, sicut & ego. Et Ibidem b psum. Et tertio, Bonum est illis, si sic maneant sicut & ego. Et quarto, Bonum est Ibidem instantem necessitatem, & hoc placere domino, & hoc honestum esse. Postremo bea tiorem esse in uiduitate perseuerantem, non tantum suo consilio, sed etiam dei spiritu definiuit. Quænam igitur talis consiliarij benignitatem recuset, qui & uoluntati ha benas indulgeat, & id suadeat alijs quod in se expertus utile iudicauit, non facile compre hendi, nec fastidiosis æquari? Quæ igitur refugiat, sancta fieri corpore, & spiritu, quum supra laborem sit præmium, supra usum gratia, supra opus merces? Atq; hoc ita dico, nõ ut laqueum cæteris iniiciam, sed ut commissi mihi ruris operarius agrum, hunc Ecclesię fertilem cernam, nunc integritatis flore uernantem, nunc uiduitatis grauitate pollẽtem, nunc etiam coniugij fructibus redundantem: Nam & si diuersi, unius tamen agri fructus 1. Cor.7 f sunt, nec tanta hortorum lilia, quantæ aristę segetum, messium spicæ, complurium; spa cia camporum recipiendis aptantur seminibus, quàm redditis nouales fructibus feriantur. Bona ergo uiduitas, quæ totiens Apostolico iudicio prædicatur. Hæc enim magistra fidei, magistra castitatis. Vnde & illi qui Deorum suorum adulteria, & probra uenera tur, cœlibatus, & uiduitatis statuere pœnas, ut æmuli criminum multarent studia uirtu tum. Specie quidem qua fœcunditatem quærerent, sed studio, quo propositum castitatis abolerent. Nam confectis & miles stipendijs arma deponit, & relicto officio quod gere bat, ad propria ueteranus rura dimittitur, ut & ipse exercitæ laboribus, uitæ requiem con sequatur, & alios spe futuræ quietis subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoq;

quoq; maturior torquenda alijs æstiua committit, & iuuenili grauatus opere prouiden tiam curæ senilis explorat. Vitem facilius tondere, q̃ premere, ut iuuenescentẽ luxuriam reprimat, & adolescentem lasciuiam falce succidat.

De eodem ex Ambrosio. Cap. II.

IDem quoque Ambrosius in exhortatione ad uirgines, hoc pacto scribit: Sola (inquit) est uirginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest. Res magis uoti, quàm præce pti. Quod enim gratiæ est, non iubetur, sed desideratur, electionisq; magis est, quàm 1. Cor.7 a seruitutis. Vnde & Apostolus dicit, De uirginibus autem præceptum domini non ha beo, consilium autem do, tanquàm misericordiam consecutus à domino. Legerat enim dixisse dominum spadonibus, Quicunque custodierint præcepta mea, & elegerint quæ Esa.56 b ego uolo, & amplectentur testamentum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatum meliorem filiorum, & filiarum, nomen æternum dabo illis, & non deficient. Meliorem (inquit) locum uobis dabo. Spadonibus dicit, his qui uidelicet rese cta genitali parte absciderint. Ipsi sunt ergo qui habent in cœlo præmia cæteris præstan tiora. Hoc in Euangelio suo prædicat dei filius. Dicentibus enim Apostolis, quia si ita Mat.19 b est causa uiri, ut non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, nõ ex pedit nubere, respondit dominus, Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est, hoc est, non capit hoc conditionis humanæ infirmitas, ut omnibus pateat: sed illis so lis facile est ad capiẽdum, quibus diuina refulsit gratia, ut castrare se possint, quo regnũ cœlorum adipiscantur. Audisti fili mi quantum sit præmium integritatis. Regnum ac quiritur, & regnum cœleste uitam Angelorum exhibet. Hoc uobis suadeo, quo nihil pul chrius, ut inter homines Angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula, quoniam Matt.22 c quæ non nubunt, & qui uxores non ducunt, sicut Angeli in terris sunt, ut tribulationem carnis non sentiant, seruitutem ignorent, à mundanq; cogitationis abluantur contagio, diuinis rebus mentem intendant, ut tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ homi nis sunt, sed quæ dei sunt, cogitent. Videte itaq; quid scriptura dicat, quid Apostolus suas deat. Quis uobis potest melius consilium dare, quàm ille uas dominicæ electiõis? Quid 1. Cor.7 b igitur dicat, percipite auribus, Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Et iterũ Ibidem dicit de non nuptis, & uiduis, Bonum est illis, si sic maneant, sicut & ego. Volo uos i mitatrices esse tanti Apostoli, ut uitam eius sequamini, qui coniugij uinculum refugit, ut uinctus esset Christi Iesu. Non potuisset ad tantam Apostolatus sui peruenire gratiã, si fuisset alligatus coniugij contubernio. Quod si ille qui & doctrina præstantissimus e rat, & tantum Christi donum habebat, iudicauit tantum momenti esse, si abstineret ab usu copulæ coniugalis, & ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri decerperetur, quod neque orationi uacare semper liceret, neque semper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret, ut placere uxori esset necesse, quid utique uos eligere oportet, quibus sola uirginitas potest libertatem dare? Considerate filiæ quam sibi ueniẽs in has terras dominus Iesus matrem elegerit, salutem mundo daturus. Per uirginem uenit, & mulieris lapsus partu uirginis soluit. Multas fœminas diuina scriptura in lucem euexit, palmã tamen publicæ salutis solis uirginibus dedit. Et post multa hoc pacto scribit: De nio iungit uirginem suam, bene facit, & q non iũgit, melius facit. Ille bene facit, propter 1. Cor.7 g laqueum, hic melius facit, propter utilitatem. Illud pro remedio, istud pro præmio. Bea Ibidem tior autem erit quæ sic manserit, secundum meum consilium, puto enim q̃ & ego spiritũ dei habeam. Sequimini ergo filiæ consilium Apostoli, donum spiritus sancti. Et idem di uus Ambrosius libro de uirginibus primo, hoc modo scribit: Vnguentum (inquit) exina Cant.1 a nitum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt, & attraxerũt te. Postremo nõ meum est illud, quoniam quæ non nubunt, neq; nubentur, erunt sicut Angeli dei in cœ Matt.22 c lo. Nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quæ Angelorum domino copulantur. Quis igitur neget hanc uitam fluxisse de cœlo, quam non facile inuenimus in terris? Nisi postquam deus in hæc terreni corporis membra descendit, tunc in utero uirgo concepit, & uerbum caro factum est, ut quod caro factum est, caro fieret dei. Dicet aliquis, Sed Ioan.1 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam Helias nullis corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus, inuenitur. Ideo ergo
4.Reg.22 curru raptus ad cœlum, ideo cum domino apparet in gloria, ideo dominici uenturus est
præcursor aduentus. Et Maria sumēs tympanum, pudore uirgineo choros duxit. Sed cō
fiderate cuius illa speciem tunc gerebat. Nōne Ecclesiæ, quæ religiosos populi cœtus, qui
carmina diuina concinerent, immaculato uirgo spiritu copulauit? Nam etiam templo
Hierosolymis fuisse legimus uirgines deputatas. Sed quid Apostolus dicit? Hæc au-
2. Cor.10 c tem in figura contingebant illis, ut essent indicia futurorum. Figura enim in paucis est,
uita in pluribus. At uero posteaquam dominus in corpus hoc ueniens, contubernium di
uinitatis, & corporis sine ulla concretæ confusionis labe sociauit, tunc toto orbe diffusus
corporibus humanis uitæ cœlestis usus inoleuit. Hoc illud est quod ministrantes in ter-
ris Angeli decantarūt futurum genus, quod ministerium domino immaculati corporis
obsequijs exhiberet. Hæc est cœlestis illa militia, quam laudantium exercitus Angelorū
promittebat in terris. Habemus ergo autoritatem uetustatis à seculo, plenitudinem pro-
fessionis à Christo. Et infrà: Ego licet laudationem non susceperim uirginitatis, sed ex-
pressionem, ad rem tamē pertinere arbitror, ut quæ sit ei patria, quis autor appareat. Ac
prius ubi sit patria, definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium, in cœlo
profecto est patria castitatis. Itaq; hic aduena, ibi incola est. Quid autem est castitas uir-
ginalis, nisi expers contagionis integritas? Atq; eius autorem, quem possumus existima-
re nisi immaculatum dei filium, cuius caro non uidit corruptionem, diuinitas non est ex-
perta contagionem? Videte igitur quanta uirginitatis merita sint. Christus ante uirgi-
nem, Christus ex uirgine. A patre quidem natus ante secula, sed ex uirgine natus ob secu
la. Illud naturæ suæ, hoc nostrę utilitatis est. Illud erat semper, hoc uoluit. Spectate aliud
uirginitatis meritū. Christus uirginis sponsus, & si dici potest, Christus uirgineæ castita-
tis. Virginitas enim Christi, non uirginitatis est Christus. Virgo est ergo quę nupsit, uir-
go quæ nos utero suo portauit, uirgo quæ genuit, uirgo quæ proprio lacte nutriuit. De
qua legimus quanta fecit uirgo Hierusalem. Non deficient de petra ubera, neq; nix à Li
bano, aut declinauit aqua ualida uento quæ portatur. Qualis est hæc uirgo, quę trinita-
tis fontibus irrigatur, cui de petra fluunt aquæ, non deficiunt ubera, mella funduntur?
1.Cor.10 b Petra autem est, iuxta Apostolum, Christus. Ergo à Christo non deficiūt ubera, claritas
à deo, flumen à spiritu. Hęc est trinitas, quæ Ecclesiam suam irrigat: pater, Christus, & spi-
Ibidem. 7 c ritus. Sed à matre descēdamus ad filias. De uirginibus (inquit Apostolus) præceptum do
mini non habeo, consilium autem do. Si doctor gentium nō habuit, habere quis potuit?
Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest uir
ginitas, sed optari. Nā quę supra nos sunt, in uoto magis, quàm in magisterio sunt. Sed
uolo uos (inquit) sine solicitudine esse. Nam qui sine uxore est, solicitus est quę domini
sunt, quomodo placeat deo. Et uirgo cogitat quę domini sunt, ut sit sancta corpore, & spi
ritu. Nam quę nupta est, cogitat quę mundi sunt, quomodo placeat uiro. Non ego qui-
dem dissuadeo matrimonium, sed uirginitatis attexo beneficium. Qui infirmus est (in-
Roma.14 a quit) olera manducet. Aliud exigo, aliud admiror. Alligatus es uxori, noli quærere solu-
2. Cor.7 c tionem. Solutus es ab uxore, ne quęsieris uxorem. Hoc præceptum est copulatis. De uirgi
nibus autem, quid ait? Et qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non
iungit, melius facit. Illa nō peccat, si nubat: hęc si non nubat: ęterna est. Ibi remedium in-
firmitatis, hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur, ista laudatur. Conferamus (si pla-
cet) bona mulierum, cum ultimis uirginum. Iactet licet fœcundo se mulier nobilis pare-
tu, quo plures generauerit, plus laborat. Numerat solacia filiorum, sed numerat pariter
& molestias. Nubit, & plorat. Qualia sunt uota, quę flentur? Concipit, & grauescit. Pri-
us utiq; impedimentum fœcunditas incipit afferre, quàm fructum. Parturit, & ægrotat.
Quàm dulce pignus, quod à periculo incipit, & in periculis definit, prius dolori futurum,
quàm uoluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur. Quid recenseam nutrien-
di molestias, instituendi, & copulandi? Felicium sunt istę miserię. Habet mater hęredes,
sed augeat dolores. Nam de aduersis non oportet dicere, ne sanctissimorum parētum a-
nimi contremiscant. Vide mi soror quàm graue sit pati, quod non oportet audiri. Et hęc

in præsenti seculo. Venient autem dies, quando dicant, Beatę steriles, & uentres qui non Lucæ.23 d
genuerunt. Filię enim huius seculi generantur, & generāt: Filia autē regni abstinet à uo
luptate uiri, & à uoluptate carnis, ut sit sancta corpore, & spū. Quid ego famulatus gra-
ues, & addicta uiris seruitia replicem fœminarum, quas ante iussit deus seruire, quàm ser
uos? Quę eo prosequor, ut indulgentius obsequantur. Quibus hoc, si probę sunt, merces
est charitatis: si improbę, pœna delicti. Hinc illa nascuntur incentiua uitiorum, ut quæsi-
tis coloribus ora depingant, dum uiris displicere formidant, & de aduerio uultus medi-
tentur adulterium castitatis. Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, picturam
quærere, & dum uerentur maritale iudicium, prodere suum? Prior enim de se pronunci-
at, quæ cupit mutare quod nata est. Ita dum alij studet placere, prius sibi ipsa displicet.
Quem iudicem mulier ueriorem requirimus deformitatis tuæ, quam te ipsam, quæ ui-
deri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, cur te formosam esse mentiris,
nec tuę conscientię, nec alieni gratiam erroris habitura?

Theophylacti expositio in septimum caput prioris ad Corinthios epistolæ.

Cap. III.

THeophylactus autē in septimū caput prioris ad Corinthios epistolę, hoc pacto scri
bit: De quibus autem scripsistis mihi. Dissensionibus iam, fornicatione, & auaritia 1.Cor.7 a
castigatis de nuptijs, & cœlibatu iam statuit. Scripserant enim Corinthij rogantes Apo-
stolum, utrum esset à re uxoria abstinendum, an minime. Bonum est homini mulierē nō
tangere. Bonum est (inquit) & egregium mortali cuiq;, non sacerdoti duntaxat (ut senti-
unt multi) nil prorsus mulierem contingere, sed uitam cœlibem ducere, & castam seruа-
re. Quod tamē fieri si nequeat, matrimoniū imbecillitati nostrę subueniet. Infert igitur,
Propter fornicationem autem unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquæq; uirum su-
um, In utranq; disputat partem. Potest enim uir dari qui pudicitiam tueatur, & mulier a-
liqua quæ procliuior sit in libidinem, & contrà. Enimuero de fornicatione quum face-
ret mentionē, ad ueneris abstinentiam uniuersos compellit. Et si declinandę (inquit) for-
nicationis gratia nuptię permittuntur, non tamen his quidam abuti per luxum, & intem
perantiam debent. Et infrà, Hęc autem dico secundum indulgentiam, non secundum im
perium: Ad tempus (inquit) uos inuicem fraudate, per indulgentiam dixi, hoc est, uestræ
indulgēs fragilitati, nulla uobis lege imposita, uel mandato indicto, quod excedi impu-
ne non possit. Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum. Vbi rem aliquam ardu-
am inducit, & perdifficilē, sese proferre in medium consueuit Apostolus. Velim itaq; (ait)
à luxu, & uenere uniuersos homines abstinere, quemadmodum & ipse abstineo, hoc est,
castitatem sectari. Sed unusquisq; proprium donum habet à deo, alius quidem sic, alius
uero sic. Permanere (inquit) in cœlibatu, dei donū est, tametsi nostro studio ea res egeat.
Cur ergo continentiam dei donum appellat? Vt eos, quos castigando diu iam urget,
quando propria afferit intemperantia in id crimen fuisse prolapsos, consoletur, & miti-
get. Aduerte autem quemadmodum etiam pro dono connubium statuat. Et quum sin-
gulos dicit proprium donum habere, alium sic, id est ut sit continentior, & uirginitatem
tutetur, & alium sic, quia matrimonio scilicet, & nuptijs obstringatur. Dico autem nō nu
ptis &c. Vides ut sapiēter Apostol⁹ potiorē arguat pudicitiā, nec eum ad hāc adhortetur
seruandā, qui à uenere abstinere non possit, ne grauius delinquatur. Nā si uehementiorē
huiusmodi uiolentiam tuleris, & ardorem libidinis sustinebis. Ingens est enim concupi-
scentiæ uis, eris haud dubie labore immenso liberatus, quia proculdubio timendum fuis
set, ne in deterius aliquod facinus prolabereris. Et infrà, De uirginibus autem &c. Quum
de continentia abunde disseruisset, castigasset q; satis Corinthios, ad uirginitatem trans-
greditur, quæ cæteris est longe præstantior, atq; nullam dominum tulisse de uirginitate
legem, neq; de hac sibi quippiam iniunxisse, sed unum illud dixisse, & solum, Qui potest Mat.19 b
capere, capiat. Quocirca neq; ipse ausim de illa quicquam statuere. Magnum hoc enim,
& periculosum, alioqui consulerem equidē, quemadmodū & ipse nō indignus apud de-
um sum habitus, ut sim fidelis, hoc est, qui mysterij cognitionē ut habeam, sum digna-
tus. Existimo ergo &c. Vt sentio (inquit) à nuptijs abstinere conducit homini, propter

rei uxo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei uxoriæ difficultates, quæ moleſtias, non immunditiæ gratia, aut quia impurior de-
beat res illa haberi. Alligatus es uxori &c. Quum enim alligatus es (inquit) arguit malũ
afferre, connubia, quia hominẽ nexu quodam deuinciãt. Quũ uero ſolutus es (ait) oſtẽ-
dit eum, qui nuptiarũ ſit expers, nequaquam debere nexus uxorios quærere. Adiũcit præ-
terea illud, Si uxorem duxeris, non peccaſti. Vide ut tacite nos ad uirginitatem tutãdam
hortetur. Siquidem matrimonium compedes appellat, & uincula: uirginitatem uero ſo
lutionem, & libertatem. Et ſi nupſerit uirgo, non peccauit. Virginem hoc loco dicit, non
eam, quæ deo dicata ſit. Hæc nanq; ſi nupſerit, delinquit haud dubie plurimum, utpote
quæ Chriſto ſponſo ſuperinducat adulterum, ſed quæ nondum nupſerit, adoleſcentu-
lam. Non enim immundæ ſunt nuptiæ, tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmo
di. Ego autem uobis parco. Matrimonij angores, & curas, tribulationẽ appellat: ipſe ue
ro haud ſecus (inquit) ac pater indulgeo, uelimq; uos & libertate uti, & carere triſtitia,
quod præſtare de ſe connubia nequeunt. Quippe quæ pro uinculis ſint, & qui illis ſubdũ
tur, nullam ſui habeant poteſtatem, ut ſupra iam diximus. Volo autem uos ſine ſolicitu
dine eſſe. Quo pacto futuri ſine ſolicitudine ſimus, qui uxore caremus, ſic indicat. Qui ſi
ne uxore eſt, cogitat quę dei ſunt &c. Quonam modo Apoſtole, quum uacare curis nos
uelis, eoq; & ad cœlibatũ horteris, illud repetis, Qui ſine uxore eſt, cogitat quæ dei ſunt?
Ecce uel aliunde curæ nobis oboriuntur, haud tamen cuiuſmodi uxorem habentes ſo-
lent urgere. Nam quæ de domino ſuggerũtur meditationes, ſalutares ſunt, & magnum
in modum oblectant. De mundo uero & noxiæ ſunt, & moleſtæ. Cur enim illud non
moleſtum ſit, & turbulentum, quum morem gerere uxori ſtudemus, mundo præſertim
huic deditiſſimę, aurumq; efflagitanti, & margaritas, & reliquum luxum, quibus uiri mi
ſerrimi iniuſtius agere, & exercere quæ iniqua ſunt, compelluntur, & reliqua facſtitare,
quæ animę & detrimentoſa ſunt, & officiunt maxime? Diuiſa eſt mulier nupta, & uirgo,
hoc eſt, ab inuicem differunt, nec cura ſimili ducuntur, ſed ſeiunctę ſunt ſtudijs, & alienę,
& rebus intendunt diſparibus, & diſcrepant curis. Quo fit, ut uia ſit eligenda, quæ potior
ſit, & minus laborioſa. Innupta & uirgo cogitat quæ domini ſunt &c. Nec ſatis eſt (inquit)
corpore ſanctum eſſe, niſi & ſpiritu conſtet hæc ſanctitas. Vera eſt enim & certa uirgini-
tas, animi puritas. Nã & ſi pleręq; nulla corporis labe infectæ ſunt uirgines, animo ta-
men ſunt inquinatæ. Cæterum & illud aduerte, uirginem minus hanc eſſe, quæ mũdi cu-
ram ſuſceperit. Quum itaq; quæ uirginitatem profiteatur proſpexeris ſuſcepiſſe mundi
hanc curam, intellige nihil prorſus eam à nupta differre. Paulus etenim terminos utriſq;
præſcripſit, quibus facile poſſint hæ internoſci. Nec tamen rei uenereæ uſum, uel contin
tiam præfiniuit, ſed ſolicitudinem, & curam. Fit itaq; ut ea, quæ rebus præſentibus nimo
um curæ impenderit, pro uirgine minus habẽda ſit. Cogitat autem nupta quemadmodũ
placeat uiro, uel forte quia & uenuſtati, & pulchritudini ſtudet, uel quia rem familiarem
optime curet, uel etiam quia inclementiorem ſe, & parcam exhibeat. Hoc autem ad utilis
tatem ueſtram dico, non ut laqueum uobis iniiciam: De uirginitate ſum (inquit) ſermo-
nem adortus, quum eam uobis uidiſſem (quia moleſtia, & cura uacaret, animæq; conclu
ceret plurimum) profuturam. Nec eo dixerim, ut aliquos cogam, uel inuitos uirginitatẽ
ſeruare. Laqueum autem neceſſitatem ipſam appellat, perinde ac ſi dicat, Nullam uobis
eius rei impono neceſſitatem, ſed ad id quod honeſtum eſt, & facultatem præbeat, ſine im-
pedimento dominum obſecrandi: Vt honeſte (inquit) & pure uiuatis, hæc dixerim. Nam
uirginitate quid dici uel honeſtius poteſt, uel purius? Quinetiam ut coniugij perturbati
onibus liberi ſine ſolicitudine ſupplicare deo poſſitis, in eumq; curam ueſtram ut omnẽ
trãsferatis, & cogitatũ. Si quis autem turpem ſe uideri exiſtimat ſuper uirgine ſua, quod
ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri, quod uult, faciat, non peccat, ſi nubat: Id eſt, ſi eam lo
care uiro maluerit, locet. Nil quidem quum id egerit peccat. Eſt tamen ſatius uirginem
ſuam ut ſeruet, ut in ſequentibus infert. Qui autẽ ſtatuit firmus in corde ſuo, non habens
neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uolũtatis &c. Aduerte uti in primis & demi
retur, & laudibus efferat, qui filiæ tueatur uirginitatẽ, ſtabilem illum, & bene fundatũ ap-
pellans, & recto iudicio quæ agat, tunc facere. Iudicauit enim (inquit) in corde ſuo. Qui
igitur

igitur filiam alteri locat, inſtabilis eſt, & nihil habet in ſe firmitatis. Id nanq; clarius expri
mit, quum dicit, Qui neceſſitatẽ non habet, uelut qui nihil coactus poteſtatẽ habeat, cui
libitum fuerit filiam ſuã matrimonio copulare. Quo fit, ut filiæ ſeruata uirginitas, pa-
tri gloriam afferat. Nec minus & qui filiam locat, recte agit. Non enim nubendo delinq;
tur, quodcũq; autem his peccatũ nec ceſſerit, recte, & laudabiliter geritur: & tamẽ ſatius
longe nemini filiam cõnubio iungere. Id enim eſt officij loco habendũ, & miræ uirtutis,
Mulier alligata eſt legi &c. De ſecundis hoc loco nuptijs cõmonefacit, quas & ſi uidetur
permittere, beatiorem tamen hanc afferit, quæ nequaquam bis nupſerit. Nam quemad-
modum primis nuptijs præfertur uirginitas, ſic ſecundis primæ ſunt potiores. Legi itaq;
alligata eſt mulier, id eſt, legi obſtringit, qua de adulterijs ipſis cauetur, ne adultera fiat,
ſi uiro ſuperſtite alteri copuleť, quo mortuo, priori uinculo liberat, & lege, in dño tamẽ
& ſolo ſi nubat, libertatẽ aſſequitur. Hoc eſt ſi Chriſtiano iungatur, uel ſi in pudicitia ma
neat, & cœlibatu, & familiæ præſit, nullis affecta concupiſcẽtiæ uitijs. Secundũ autẽ me-
um conſiliũ eo intulit, ne uideatur iniunxiſſe neceſſitatẽ. Affirmat tamẽ ſuũ cõſilium pro
dei amplectendum ſententia, inquiens, Puto enim quod & ego ſpiritum dei habeam.
Quod ſane ſummam Pauli refert humilitatem. Neq; enim habeo dixit, ſed puto. Et ad
Philippenſes quarto, Euodiam rogo, & Syntichen deprecor idipſum ſapere in domino &c. Philip. 4.2
Apparent hæ mihi fœminæ, tanquam primates in Philippenſium Eccleſia extitiſſe.
Commendat autem has miræ uirtutis, uiro qui harum alteri uel uir erat, uel frater. For
ſitan etiam carceris erat hic cuſtos, quaſi id inquiat: Nunc uere germanus es frater, nũc
uirum te proprium, & coniunctiſſimum geres, ſi in opere domini & iugũ pariter traxeris,
mulieribus hiſce opem ferens. Nonnulli uero errore ducti, uxorem dicunt Paulum ad-
hortari, quod tamen longe eſt ſecus. Quippe quem neq; uxorem legimus habuiſſe. Et
Germana coniunx dicere debuiſſet, ſi uxor illa fuiſſet.

Cap. IIII.

ET epiſtola ad Timotheũ prima, hoc pacto ſcribit: Sipiritus autẽ manifeſte dicit &c.
Hoc eſt, nõ adumbrate & ſub figuris, tanquã regulis prophetarũ aſtrictus, Quia no
uiſſimis temporibus diſcedẽt quidam à fide &c. Quum enim conſtet circa fidem naufra
gium feciſſe nonnullos, nequaquam (inquit) mireris, ſi quidam ex hoc tempore Chriſti-
ani, Iudæorum ritus tutantur. Eſt nanq; ut in deteriora prolabantur, futurum, qui ſecta-
ri Chriſtum uidentur. Hæc quidem non de Iudæis prædicit, quippe qui ſuperioribus fue-
re temporibus, ſed de Marchioniſtis, & Manichæis, & cæteris hæreſum ſectatoribus. At
tendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum &c. Horum nanq; ſuggeſtione, &
opera, & eſcam detrectabunt, & nuptias. Arguit præterea & reliquas hæreſes, quæ om-
nes per dæmonum fallacias obrepſere, & doctrinam. Nec tamen has apertius patefacit,
ne illas in animos diſſeminet hominum, ſed eam, quę iam obrepſiſſet, eſcam (ut diximus)
& nuptias detrectantem, in præſentiarum oſtendit: In hypocriſi loquentium mendaci-
um &c. Hoc eſt, ea, in quibus hi deprehenduntur mendaces, non ut ueritatis ignari men-
tiuntur, ſed prudentes, ſcientesq; falſa hæc eſſe, pro ueris docere diſſimulant: Et cauteria-
tam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere. Hoc eſt, uitæ ſunt nequioris.
Et quum ſibi ſint hi multarum ſordium conſcij, eo, & illorum conſcientia, & ineluibiles
habet uitæ inſtitutiones impurioris, & matrimonium improbat. Nam ſi eorum uita pu-
rior eſſet, & conſcientia labe careret, nunquam quæ deus benedicendo probaſſet, uio-
luperarent. Qui tamen haud faciunt ſecus, ac ſolent, qui quum laborant ex ſtomacho,
eo cibum repudiant, quia noxios intus humores contineant. Quid igitur? Num ipſi nu-
ptias prohibemus? Abſit. Quin potius ipſum ad cœlibatum hortamur, qui nuptias fu-
giat, eoq; & honoratior ſit. Haud tamen propterea ignominioſæ ſunt nuptiæ, ſicut ne-
que ob id contemnetur argentum, quia maioris ſit pretij aurum. Quod enim honoratio-
us eſt, honore illud excedit, quod ſit honoratum. Et melior quiſpiam quod bonum eſt,
ſuperat bonitate, nõ malum. Qui poteſt itaq;, habeat ſecum uirginitatis hoc aurum: qui
minus, nuptiarum argentum excipiat. Quod autẽ nõnulli citant, ut Paulum habuiſſe u-
xorem probent, Theophylactus antedictus nõ de uxore intelligit. Vnde illud, Apoſtoli,

Nunquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi,hoc modo expo-
2.Cor.9a nit:Fœminæ utiq; locupletiores sequebãtur Apostolos,illisq; & necessaria subministra-
bant,& uacuos curis quibusuis reddebant, ut prædicationi duntaxat intenderent uires.
Aduerte autem quemadmodum omnium postremum posuerit Petrum,ut eum cæteris
arguat præstantiorem: Quid enim(inqt) alios commemorauerim,quandoquidem uel
Petrus ipse hoc factitet? Fratres autem domini Iacobum dicit Hierosolymorum episco-
pum,& Ioannem,& Simonem,& Iudam. Hi nanq; carnis necessitudine erant Christo cõ
iuncti,ut ex uirginis sororibus orti. Et exponẽs illud Euangelicum,Si ad istum modum
habet causa hoĩs cũ uxore, non expedit cõtrahere matrimoniũ,turbãtur discipuli,& dis-
Matt.19b cunt:Si ꝓpterea coniuncti sunt,ut unũ sint,& indiuulsi maneãt per oẽm uitã,ut etiã si pœ
nitenda alioqui sit mulier, eã eĩcere non liceat,nõ expedit matrimoniũ contrahere. Le-
uius fuerit matrimoniũ nõ cõtrahere,sed pugnare, & certare cũ naturalibus cõcupiscen-
tijs,q̃ sustinere malã mulierẽ. Causam eñ hominis cũ muliere dicit perpetuã, & insepa-
rabilem unionem. At ille dixit illis:Non omnes capaces sunt huius dicti,sed quibus da-
tum est: Postquam dixerunt Apostoli melius esse non uenire ad nuptias, dicit dominus
magnam esse uirginitatis possessionem, at eam non ab omnibus recte seruari,sed ab his
duntaxat,quorum cooperator est deus. Nam hoc loco,Datum est,ualet, Quibus coope-
ratur deus. Illis autem datum est,qui petunt. Petite enim (inquit)& dabitur. Oñis enim
Matt.7a (inquit)qui petit,accipit. Sunt enim Eunuchi &c̃. Paucorum est(inquit)uirginitatis uir
Matt.19b tus. Sunt enim eunuchi ex utero matris, hoc est,sunt quidam,qui propter naturæ constitu-
tionem,ad coitum nõ sunt idonei,qui & sine utilitate casti sunt. Sunt & qui eunuchi fu-
unt ab hominibus. Qui autem seipsos eunuchos faciunt propter regnum cœlorum,non
sunt hi,qui uerenda sibĩpsis amputant(Maledictum enim hoc)sed qui continentes sunt.
Intellige autem & sic. Est eunuchus à natura,qui propter naturalem complexionem,nõ
mouetur ad uenerea. Ab hominibus autem eunuchus fit, qui ex humano præcepto ca-
nalis concupiscentiæ incendium excindit. Qui autem seipsum castrat, non ab alio,sed à
seipso doctus est,& sua sponte ad continentiam inclinatur. Hic igitur & optimus est,qui
non alteri,sed sibĩpsi dux fuit ad regnum cœlorũ. Volens autem sponte nos operari uir-
tutem,inquit, Qui potest capere,capiat. Non enim cogit uirginem esse,neq; nuptias de-
struit,sed uirginitatem prẽfert. Et Anselmus,Exponẽs illud Apostoli,Euchodiam rogo
Philip.4a &c̃. Euchodia,& Syntiche erant matronæ religiosæ,quę prædicatores suscipe solebant.
Et forte audierat illas Apl'us à fide dissentire,ideoq; nominatim rogauit,ut idipsũm,quod
cæteri,saperent in domino,id est in eius fide. Quasi dicat,Omnes moneo stare,sed specia-
liter Euchodiam,& Syntichen,quia plus de eis timeo: Etiam rogo & te o germane com-
par,id est coadiutor meus in prędicatione, adiuua illas,firmãdo tuis exhortationibus,&
instructionibus,atq; orationibus,ut possint unanimes stare in fide. Quę non sunt parua
pendendæ,quia mecum laborauerunt in Euangelio,id est de labore suo ministrauerunt
mihi stipendium in prędicatione Euangelij. Laborauerant(inquam)cum Clemente,qui
in hoc laborabat,& cum cæteris,qui me adiuuabant. Iste Clemens fuit tertius papa Ro-
manus. Vel adiuua illas cum Clemente,& cęteris adiutoribus meis,id est tu,& cęteri adi-
utores mei,qui sunt Philippis,adiuuate illas. Adiutores dico,qui non frustra laborauc-
runt,ut me adiuuarent,quia nomina eorum scripta sunt in libro uitæ, id est assignata te-
nentur ad uitam in memoria diuinæ prædestinationis. Quis est enim liber uitæ,nisi me-
moria dei,in qua sunt illi,qui uiuunt in æternum? Et exponens illud Apostoli, Spiritus
1.Tim.4a autẽ manifeste dicit, Quia in nouissimis tẽporibus &c̃. Ecclesia quidẽ(inquit)est columpna,& firmamentum ueritatis: sed tamen spiritus sanctus manifeste in me,uel per me di-
cit,quia in nouissimis temporibus,id est regnante Antichristo,uel antea,discedent à fide
2.Thes.2a quidam notabiles,propter cuiusmodi discessionem dictum est, Nisi uenerit discessio pri-
mum. Et quia tales surrecturi sunt,ideo uigilandum ne nostris temporibus surgant,uel
si surrexerint,ne alios seducant. Discedent enim à fide ueritatis,attendentes spiritibus er-
roris, id est dæmonibus, qui per artem fallaciæ loquentur eis, uel apparebunt,& aliqua
uelut bona dabunt,ut eos errare faciant,uel in errore detineant,sicut Agimnenſibus hę-
reticis

reticis nouimus contigisse, quos dæmones in æquorum specie noctibus apparentes por-
tant per aera ubicunq; uoluerint,& copiam eis temporalium rerum ministrant,atq; pra-
uis dogmatibus imbuunt. Vel attendẽtes spiritibus erroris,id est,hæresiarchis,in quibus
maligni spiritus loquentur,& errorem docebunt. Et attendẽtes doctrinis dæmoniorum,
id est,hominum dæmonia habentium,loquentium mendacium in hypocrisi,id est simu-
lata religione,ut magis decipiant. Et habentium conscientiam suam cauteriatam,id est
corruptam,& putrefactam,atq; putredinem cum fœtore semper emittentem. Dæmoni-
orum dico,prohibentium nubere,& abstinere iubentium à cibis,quos deus creauit. Hoc
Agimnenses faciunt, & Manichæi,nonnulliq; alij fecerunt. Ille enim prohibet nubere,
qui hoc esse malum dicit,nõ qui huic bono aliquid melius anteponit. Multum ergo in-
terest inter hortantes ad uirginitatem, bono minori bonum amplius præponendo, &
prohibentes nubere concubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est uehe-
mentius accusando. Item multum interest, inter abstinẽtes à cibis ꝓpter sacratã significa-
tionẽ, uel propter corporis castigationẽ,& abstinentes à cibis quos deus creauit, dicen-
do quod eos deus non creauit. Nam & primi patres nostri à quibusdam cibis abstinue-
runt, non tamen eos damnandi, uel significandi gratia, & nunc fideles, non quia cibos
putent immundos,sed edomandi corporis causa propter animam in orationibus ampli-
us humiliandã,non solum à carnibus, sed à quibusdam terræ fructibus abstinẽt uel sem-
per,sicut pauci,uel certis diebus,atq; temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes.
Manichæi uero ipsam creaturam negabant esse bonam,& dicebant esse immundam,eo
quod carnes diabolus operetur. Et ab escis huiusmodi temperabant,quod non significa-
tione, sed natura malæ, & immundę essent.

Quid diuus Augustinus scribat in eadem uerba Pauli. Cap. V.

Diuus autem Augustinus libro de moribus Ecclesiæ primo,cap. 35. hoc modo scri- 1.Cor.7a
bit:De quibus autem scripsistis mihi,Bonũ est homini mulierem non tangere &c̃.
usq; Alius uero sic: Satis ne (inquit) uobis uidetur Apostolus & fortibus demonstrasse Ibidem.b
quid summũ,& imbecillioribus permisisse quod proximum est? Nam nõ attingere muli-
erem,summũ ostẽdit esse,quũ ait, Vellem omnes homines esse sicut meipsum. Huic autẽ
summo coniugalis castitas proxima est,ne homo fornicatione uastetur. Et libro de nu-
ptijs,& concupiscentia,cap. 3. Donũ dei esse(inquit) etiam pudicitiam coniugalem be- 1.Cor.7b
atissimus Paulus ostendit,ubi de hac re loquens,ait:Volo autem omnes homines esse si-
cut meipsum,sed unusquisq; proprium donũ habet à deo &c̃. Ecce & hoc donũ esse dixit
à deo,& si inferius, quàm illa continentia, in qua omnes uolebat esse sicut seipsum,tamẽ
donũ à deo. Vnde intelligimus,quũ hæc præcipiuntur,ut fiant,nihil aliud ostendi,quàm
inesse nobis oportere ad hæc accipienda,& habenda,etiam propriam uoluntatẽ. Quum
uero dei dona esse monstrantur, à quo petenda sint discitur, si non habẽtur,& cui sint a-
gendæ gratiæ,si habẽtur,nostrasq; uoluntates ad hæc expetenda,sumenda,retinenda pa- Eccis.3a
rum ualere,nisi diuinitus adiuuentur. Et cap. 13. Quod scriptũ est, Tempus amplectẽdi, 1.Cor.7c
&tempus cõtinendi ab amplexu,super illud atq; hoc tempus agnoscitur distributũ. Illud
quippe fuit amplectendi, hoc autem continendi ab amplexu. Itaq; & Apostolus quum
hinc loqueretur, ait:Hoc autem dico fratres,tempus breue est &c̃. Hoc(inquit)dico fra-
tres,tẽpus breue est,non adhuc populus dei propagandus est generatione carnaliter,sed
iam regeneratione spiritualiter colligẽdus. Reliquum est ergo,ut & hi,qui habẽt uxores
nõ carnali cõcupiscentiæ subiugẽtur,qui flent tristitia præsentis mali,gaudeant spe futu-
ri boni:& qui gaudẽt propter tẽporale aliquod cõmodum, timeãt æternũ iudiciũ: & qui
emunt sic habẽdo possideãt,ut amãdo nõ hæreant:& qui utũtur hoc mũdo,transire se co-
gitent nõ manere. Prẽterit enim figura huius mũdi. Volo uos(inquit)sine solicitudine es
se,hoc est uolo sursum cor in his quę modo prẽtereũt,uos habere. Qui sine uxore est&c̃.
Et libro unico de gratia,& libero arbitrio,cap. 4. Dño(inquit)loquenti, quum dixissent Mat.19b
discipuli,Si talis est causa hominis cum uxore,non expedit nubere:respondit eis:Non o-
mnes capiunt uerbũ hoc, sed quibus datũ est. Nunquid non liberũ arbitrium Timothei 1.Tim.5d
est exhortatus Apostolus,dicẽs:Cõtine teipsum? Et in hac re potestatẽ uolũtatis ostẽdit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.7 g Mat.19 b ubi ait: Non habẽs necessitatẽ, potestatẽ autẽ habẽs suæ uoluntatis, ut seruet uirginẽ suã, & tamẽ nõ omnes capiũt uerbũ hoc, sed quibus datũ est. Quibus enim nõ est datũ, aut no lunt, aut nõ implent quod uolũt: quibus autẽ datũ est, sic uolunt, ut impleãt quod uolũt. Itaq; ut hoc uerbũ, quod nõ ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & dei donũ est, &

1.Cor.7 g Prouer.18 d liberũ arbitriũ. De ipsa quoq; pudicitia coniugali, nẽpe Apostolus ait, Quod uult faciat, nõ peccat si nubat, & tamẽ hoc dei donũ est, dicẽte scriptura, A dño iungitur mulier uiro. Ideo doctor gentiũ & pudicitiã cõiugalem, per quam nõ fiunt adulteria, & perfectiorem

continẽtiam, per quã nullus cõcubitus quæritur, sermone suo cõmendans, & hoc, & illud

1.Cor.7 a donũ dei esse mõstrat, scribẽs ad Corinthios, & admonens coniuges, ne se inuicem fraudent, quos quum admonuisset, adiecit, Vellẽ autem omnes homines esse sicut meipsum, quia utiq; ipse ab omni concubitu continebat. Et cõtinuo subiunxit, Sed unusquisq; proprium donũ habet à deo, alius sic, alius autem sic. Nunquid tam multa, quæ præcipiũtur in lege dei, ne fornicationes, & adulteria cõmittantur, indicãt aliud, quàm liberũ arbitrium? Neq; enim præciperentur, nisi homo haberet propriam uoluntatẽ, qua diuinis præceptis obediret: & tamen dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt.

Sapien. 8 d Vnde ait ille in libro sapientiæ, Quum scirẽ quia nemo esse potest cõtinens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. Vt autẽ ista non seruẽtur castitatis sancta mandata, unusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Vbi

Iaco.1 b si dixerit, Volo seruare, sed uincor à concupiscentia mea, respõdet scriptura libero eius ar-

Roma.12 d bitrio, Noli uinci à malo, sed uince in bono malum, quod tamẽ ut fiat, adiuuat gratia. Et libro unico de sancta uirginitate, capite octauo: Nulla (inquit) fœcunditas sanctæ uirgi nitati etiam carnis cõparari potest. Neq; enim & ipsa, quia uirginitas est, sed quia deo dicata est, honoratur, quę licet in carne seruetur, spiritus tamen religione, ac deuotione seruatur. Ac per hoc spiritalis est etiam uirginitas corporis, quam uouet, & seruat continentia pietatis. Sicut enim nemo impudice utitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia: ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate. Porro autem si pudicitia coniugalis, quamuis custodiatur in carne, animo tamen, non carni tribuitur, quo præside, atq; rectore, nulli præter proprium coniugium caro ipsa miscetur, quanto magis, quantoq; honoratius in animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis uouetur, consecratur, seruatur? Et capite 13. Virginalis integritas, & per piam continentiam, ab omni concubitu immunitas, Angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptiõis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis. Illa non est in potestate, illa non est in æ-

1.Cor.7 e ternitate. Et infra: De uirginibus autem præceptum domini non habeo &cẽ. Ecce (inquiunt peruersi) ubi manifestat Apostolus hoc propter præsentem necessitatem bonũ esse, non propter futuram æternitatem, quasi præsentis necessitatis rationem haberet Apostolus, non prouidens, & consulens in futurum, quum omnis eius dispensatio non nisi ad uitam æternam uocet. Præsens ergo est uitanda necessitas, sed tamen, quæ aliquid bonorum impedit futurorum. Qua necessitate uita cogitur coniugalis cogitare quæ mundi sunt, quomodo placeat uir uxori, uel uxor uiro, non quod ea separẽt à regno cœlorum, sicut sunt peccata, quæ ideo præcepto, non consilio cohibẽtur, quia domino præcipienti non obedire, damnabile est: sed illud quod in ipso dei regno amplius haberi posset, si amplius cogitaretur, quomodo placendum esset deo, minus erit utiq;, quum hoc ipsum minus coniugij necessitate cogitatur. Ideo de uirginibus (inquit) præceptum domini nõ

1.Cor.7 e habeo. Præcepto enim quisquis non obtemperat, reus est, & debitor pœnæ. Proinde quia uxorem ducere, uel nubere peccatum non est, si autem peccatum esset, præcepto uetaretur, propterea præceptum domini de uirginibus nullum est. Sed quoniam deuitatis, remissisue peccatis, adeunda est uita æterna, in qua est quædam egregia gloria, non omnibus in æternum uicturis, sed quibusdam ibi tribuenda, cui consequendæ parum est liberatum esse à peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori uoueatur, quod nõ fit criminis nõ uouisse, sed uouisse, ac reddidisse, fit laudis. Consilium (inquit) do, tanquam misericordiam consecutus à deo, ut fidelis essem. Neque enim inuidere debeo fidele consilium,

qui non meis meritis, sed dei misericordia sum fidelis. Existimo itaq; hoc bonum esse p- pter præsentem necessitatem. Hoc est (inquit) unde præceptum domini non habeo, sed consilium do, hoc est, de uirginibus existimo bonum esse propter præsentem necessitatẽ. Noui enim quid præsentis temporis, cui coniugia seruiunt, necessitas cogat, ut ea, quę dei sunt, minus cogitentur, quàm sufficit adipiscendæ illi gloriq, quæ non erit omnium, quãuis in æterna uita, ac salute manentium. Stella enim à stella differt in gloria, sic resurrectio mortuorum: Bonum est ergo homini sic esse. Deinde adiungit Apostolus, Ligatus es uxori &c. Horum duorum quod prius posuit, ad præceptum pertinet, contra quod nõ licet facere. Non enim licet dimittere uxorem, nisi ex causa fornicationis, sicut in Euãgelio dominus dixit. Illud autem quod addidit, Solutus es &c. cõsilij sententia est, non præcepti. Licet itaq; facere, sed melius est non facere. Addidit autem, Tribulationem carnis habebunt huiusmodi &c. Hoc modo exhortans ad uirginitatem, continentiamq; perpetuã, ut aliquantulum à nuptijs etiam deterreret, modeste sane, nõ tanquam à re mala, & illicita, sed tanquam ab onerosa, ac molesta. Aliud enim est admittere carnis turpitudinem, aliud habere carnis tribulationem. Illud est criminis facere, hoc laboris est pati, quẽ plerunq; homines etiam pro officijs honestissimis non recusant, sed pro habendo coniugio iam hoc tempore, quo non per carnis propaginem uenturo Christo ipsius prolis propagatione seruitur, istam tribulationem carnis, quam nupturis prædicit Apostolus, sustinere tolerandam, perstultum esset, nisi timeretur incontinentibus, ne tentante Satana, in peccata damnabiliora laberentur. Quod autem se dicit eis parcere, quos ait tribulationem carnis habituros, nihil mihi interim sanius occurrit, quàm eum noluisse aperire, & explicare uerbis eandem ipsam carnis tribulationem, quam prænunciauit eis, qui eligunt nuptias, in fusp itionibus zeli coniugalis, in procreãdis filijs, atq; nutriendis, in timoribus, & mœroribus orbitatis. Et infrà, cap. 18. Vnde sectatores, & sectatrices perpetuæ continentiæ, & sacræ uirginitatis admoneo, ut bonũ suum ita præferant nuptijs, ne

1.Cor.7 g malum iudicent nuptias, neq; fallaciter, sed plane ueraciter ab Apostolo dictum nouerint, Qui dat ad nuptum, bene facit &c. usq;, spiritum dei habeã. Hæc dominica, hæc Apostolica uerba, hæc sana doctrina est, sic eligere dona maiora, ne minora dãnentur. Et ca-

1.Cor.7 f pite 22. Apostolus ait, Qui sine uxore est &c. usq;, quomodo placeat uiro: Non utiq; (ait) coadhoc diuisam dicit innuptam, & uirginẽ ab ea, quæ nupta est, id est, distinctam, atq; discretam, ut innupta in hac uita secura sit propter temporales molestias cuitandas, qbus nupta non caret, sed cogitat (inquit) quæ sunt domini, quomodo placeat domino &c. Et dominus ait, Non omnes capiunt uerbum hoc. Sunt enim spadones, qui ita nati sunt &c. Matt. 19 b Quid ueracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit eos, qui pio proposito ab uxore ducenda se continuerint, castrare seipsos propter regnum cœlorum, & cõtrà humana uanitas, impia temeritate contendit, eos qui hoc faciunt, præsentem tantummodo necessitatem molestiarum coniugalium deuitare, in regno cœlorum amplius quicquam cæteris non habere. De quibus autem spadonibus loquitur deus per Esaiam prophetam, q- Esaiæ 56 b bus se dicit daturum in domo sua, & in muro suo locum nominatum, meliorem multo, q- filiog, atq; filiarũ, nisi de his, qui seipsos castrant propter regnum cœlorum? Et quum dicit, Dabo eis locum multo meliorem, ostendit & cõiugatis dari, sed multo inferiorẽ. Et ne quis nimiũ carnalis existimaret in his uerbis aliqd temporale sperandũ, cõtinuo subiecit: Nomen æternũ dabo eis, nec unquã deerit. Et si forte hic ipsum æternũ pro diutur- Ibidem no conaris accipere, addo, accumulo, inculco: Nec unquã deerit. Aeternũ hoc nomẽ quic quid illud est, spadonibus dei, quod utiq; gloriam quandã propriã, excellentemq; fignificat, nõ erit cõmune cum multis, quamuis in eodem regno eadem domo cõstitutis. Nam ideo fortassis, & nomen dictum est, q- eos quibus datur, distinguit à cæteris.

Ex eodem Augustino. Cap. VI.

ET capite 27. Pergite itaq; sancti dei, pueri, ac puellæ, mares, ac fœminæ, cœlibes, & innuptæ, pergite perseueranter in finem. Laudate dñm dulcius, quem cogitatis ubertius, sperate felicius, cui seruitis instantius, amate ardentius, cui placetis attẽtius. Vos af-

Universidad de Deusto
Biblioteca

feretis ad nuptias agni canticum nouum, quale nemo poterit dicere, nisi uos. Sic enim uos
Apoc.14a uidit in Apocalypsi quidam præ cæteris dilectus agno, qui discübere super pectus eius so
litus erat, & bibebat, & eructabat mirabilia supercœlestia dei uerbũ. Ipse uos uidit duode
cies duodena milia sanctorũ citharœdorũ illibatæ uirginitatis in corpore, inuiolatæ uir
ginitatis in corde, & quia sequimini agnum quocunq; ierit, scripsit ille de uobis. Quo is
re putamus hunc agnũ? Quo nemo eum sequi uel audeat, uel ualeat, nisi uos ubi nõ sunt
gaudia seculi huius uana, nec gaudia qualia in ipso regno dei cæteris nõ uirginibus, sed
à cæterorũ omniũ gaudiorum sorte distincta. Gaudiũ uirginum Christi, de Christo, in
Christo, cum Christo, post Christum, per Christũ, propter Christũ, gaudia propria uir
ginum: Christi, nõ sunt eadem nõ uirginũ, quamuis Christi. Nam sunt aliꝭ alia, sed nul
lis talia. Et cap. 30. Vos etiã qui hoc nondũ uouistis, qui potestis capere, capite. Perseue
ranter currite, ut cõprehendatis. Tollite hostias quisq; suas, & introite in atria dñi, nõ ex
necessitate, potestatẽ habentes uestræ uolũtatis. Neq; enim sicut, Nõ mœchaberis, nõ oc
cides, ita dici potest, nõ nubes. Illa exigũtur, ista offeruntur. Si fiant ista laudanturnisi fi
ant illa, dãnantur. Illis dñs debitũ imperat, uobis autem si quid amplius supererogaueris
Lucæ.10 f tis, in redeundo reddet. Cogitate quicquid illud est, in muro eius locũ nominatũ melios
Esaiæ. 56 b rem multo q̃ filiorum, & filiarũ, cogitate illic nomen æternum. Quis explicat quale nos
Psalm.75 b men erit? Quicquid tamen erit, æternũ erit. Et exponens illud Psalmistæ, Vouete, & red
dite dño deo uestro: Sunt (inquit) etiã uota propria singulorum, alius uouet deo castitatẽ
coniugalem, ut præter uxorem suã non nouerit aliã. Aliꝭ uirginitatem ipsam ab ineunte
ætate uouent. Et infrà: Nescio quæ castimonialis nubere uoluit. Aliquid mali uoluit, qa
iam uouerat dño deo suo. Quid autem Paulus dicat de quibusdam quæ uouerunt, & nõ
1.Tim.5 b. reddiderunt, audiamus: Habẽtes (inquit) damnationẽ, quia primã fidem irritam fecerũt.
Vouerunt enim, & non reddiderunt. Nemo ergo positus in monasterio frater dicat: Re
cedo de monasterio. Neq; enim soli qui sunt in monasterio peruenturi sunt ad regnũ cœ
lorum, & illi qui ibi nõ sunt, ad deum non pertinent. Respondetur ei, Sed illi non uouê
runt, tu uouisti, tu retro respexisti. De die iudicij, quum dñs minaretur, ait, Mementote u
Lucæ 17 g xoris Loth. Vxor Loth liberata est à Sodomis, & in uia posita, retrorsum respexit. Vbi
Gene.19 f respexit, ibi remansit. Facta est autẽ statua salis, ut illius contemplatione condiantur ho
mines, cor habeant, non sint fatui, non retro respiciant, ne malum exemplum dantes, is
Psalm.75 b pi remaneant, & alios condiant. Vouete (inqt) & reddite domino deo uestro. Vidua, quę
iam sic permanere uouerat, uoluit nubere. Hoc uoluit quod licuit ei quæ nupsit, sed illi
non licuit, quæ de loco suo retro respexit. Virgo est castimonialis, iam dicata deo, si ante
quam uouisset, nupsisset, non damnaretur. Elegit aliquid melius, superauit quod ei lices
bat. Si retro respexerit, nõ quia uoluit nubere, damnatur, sed quia iam ante receſſerat, &
fit uxor Loth, respiciendo retrorsum. Non fitis pigri qui potestis, quibus aspirat deus ap
prehendere gradus meliores, quia non ista ideo loquimur ut non uoueatis, sed ut uouea
tis, & reddatis. Et in expositione psalmi 83. Qui respiciunt (inquit) retro, & decidũt à po
Lucæ 17 g sito, non attendunt cũ quanto terrore dictum est, Mementote uxoris Loth. De talibꝰ
2.Petri 2 d quid dicit Apostolus Petrus? Cõtingit illi res ueri prouerbij, Canis reuersus ad suum uo
mitum. Premebat enim pectus cõscientia peccatorum, accepta indulgẽtia quasi uomitũ
ses, & reuelatum est peccatum tuum. Facta est bona conscientia ex mala conscientia. Quid
rursus conuerteris ad uomitum tuum? Si canis hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris
oculis dei? Vnusquisq; autem fratres charissimi de loco itineris sui, ad quem proficiẽdo
peruenit, & quem uouit deo, inde respicit retro, quum ipsum dimiserit. Verbi gratia. Sta
tuit castitatem coniugalẽ seruare, quando se ad fornicationes cõuerterit, retro respexit.
Alius ex munere dei maius aliquid uouit, statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur,
si duxisset uxorem, post uotum, quod deo promisit, si duxerit, damnabitur, quia respexit
retro: Sic uirgo quæ si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera
reputabitur. Respexit enim retro de loco quo accesserat.

Expositio diui Ambrosij in septimum caput prioris ad Corin
thios epistolæ. Cap. VII.

De his autem quæ scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non cõtingere: Pra 1.Cor.7a
uis sensibus pseudoapostolorum exagitati, qui nuptias per hypocrisim, ut purio
res cæteris uiderentur, spernentes docebant, hæc per epistolam ab Apostolo requirebãt.
Quia enim non oblectabantur hac sententia, prætermissis cæteris, hoc solum requirunt,
quibus tamen respondit, bonum esse mulierem non contingere, quanquam non illi is
tud simpliciter asserant: tamen propter fornicationem, hoc est ne quid cõtra legem ad
mittatur, quando quid lex non prohibet, uitatur, Vnusquisque uxorem suam habeat, &
unaquæque suum uirum habeat: Solent enim qui compendium quærunt, errare. Quin
go non permittit, ne ab licitis se abstinentes, inconcessa præsumerent, sicut faciunt Ma
nichæi. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: Manife
stum est ideo hoc illum dare consilium, ut fornicationem excludat, non ut ad meliorem Ibidem.b
uitam tendentibus iter claudat: Volebam autem omnes homines esse sicut meipsum:
Quantum ergo ad beneuolum, & solicitum magistrum pertinet, omnes tales, si fieri
posset, uolebat esse sicut seipsum. Qualis autem ipse erat, mox in subiectis ostendit, Sed Ibidem
unusquisque proprium donum habet à deo, alius quidem sic, alius uero sic: Hoc est, u
nusquisque iuxta uotum suum donum dei habet, ut si uelit ipsius nutu dei possibilitatem
consequatur. Ideo non debet quis constringi, ne à licito prohibitus, illicita admittat, sed
ipse sibi eligat quid sequatur. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis si sic per
maneant sicut & ego: Non diceret, bonum est innuptis, ut sint sicut & ego, nisi esset inte
ger in corpore. Nec diceret, omnes homines uolebam esse sicut meipsum. Si enim habue
rit uxorem, & hoc dixit, uirgines esse noluit, sed abst. Sic enim à pueritia spiritu seruiuit,
ut huius rei studium nõ haberet. Quippe quum iuuenculus anticipatus sit à gratia dei.
Postquam dixit unumquenque proprium donum habere à deo, ostendit in qua re meli
us est esse propensiorem, quia in eo adiuuatur quis, quod uidetur auiditate mentis appe
tere. Quod si se non continent, nubant: Imitari illos uult contendere, ut se contineant.
Quod si impulsu carnis perseuerare se uiderint non posse, quia nec sunt promptiores, in
eo ipso, ut adiuuentur à deo, illum enim deus iuuat, quem uidet tota uirtute contendere,
nubant itaque, si uri timent. Forte enim poterunt hoc postea adipisci. Digesto enim im
pedimento, reparat se uoluntas robustiore uirtute. Melius est enim nubere, quam urit
Non ideo dixit, Melius est nubere, quàm uri, quasi bonum sit uri, ideo nubere melius:
sed consuetudinem secutus est. Solemus enim dicere, Melius est lucrum facere, quàm da
mnum. Vri uero, est desideriꝭ agi, uel uinci. Quum enim uoluntas calori carnis consen
tit, uritur. Nam desideria pati, & non uinci, illustris uiri est, & perfecti. De uirginibus au- 1.Cor.7e
tem præceptum non habeo: Hoc ad scripta illorum respondit, sicut suprà dixit, De qui
bus autem scripsistis mihi & cæte. Consilium autem do, tanquam misericordiam conse
cutus à domino, ut sim fidelis. Præceptum de uirginibus negat se accepisse, quia non po
terat autor coniugij rem aduersam nuptiꝭ imperare, ne factum suum pristinum accusa
ret. Consilium autem (ait) do, non quod displiceat, neque quod adulatione fucatum sit,
quia ad hoc gratiam consecutus est, ut idoneus sit in dandis consiliꝭ salutaribus. Existi
mo ergo hoc bonum esse propter præsentem necessitatem, quia optimum est homini sic
esse: Bonum dicit esse uirginem permanere. Et quum hoc absolutius ostenderet, propter
præsentem necessitatem, ait, Quia optimum est, ut inter bonum, & optimum nihil tam
præclarum, atque utile esse cognosceretur, quàm est uirginitas, quia non solum & apud
deum uirginitatem cõmendatiorem docet, sed & apud uitam præsentem, dum necessitas
tes temporis nescit, quas patitur coniugatio, & mœrores partus, simulq; orbitates filio
rum ignorat. Vt ergo ad hanc affectandam hortaretur, præsentis necessitatis exitia lus
crari docet has, quæ illam dilexerint, ut quum non solum hanc apud deum locum meli
orem habere discunt, uerumetiam in præsenti, omni industria hanc appeterent. Vnum es
nim est quod laborat, ut affectum carnis uincat, in cæteris omnibus libera. Quia enim
caro in origine sua est, & natura, usus eius suauis uidetur, & dulcis affectus uidetur, ideo
hæc superare non breuis gloriæ est. Vinctus es uxori, ne quæsieris solutionẽ. Hæc reme

Universidad de Deusto
Biblioteca

diorum consilia sunt. Dicit enim non debere quenquam absolui ab uxore, nisi causa fornicationis. Frequenter enim suas dimittentes sub tegimine continentiæ, alias decipiunt, refrigescente proposito. Sed si melius uult uiuere cum uxore sua positus, exhorterur illam, ut sine scandalo purius uiuant. Solutus es ab uxore, ne quæsieris uxorem: Vt sciens hoc magis deo acceptum, & à necessitate liberum, non quærat uxorem, ita tamen ut à cæteris tẽperet. Si quo minus, quid prodest desiderium carnis premere, hoc est rem licitam spernere, & illicitis subiacere? Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Non utiq; peccat, quia quod concessum est, facit. Si uero contempserit, meritum sibi collocat. & coronam. Magnæ enim patientiæ est hoc non contingere, quod prohibitum non est. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Non peccat, quia apud deum ex hac causa libera est. Tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi: Hoc est, & si à peccato liberi sint, in hac tamen uita tribulationes habebunt, gemitus uentris, nutrimenta filiorum, uictus, tegumenta, dotes, ægritudo, apparatus domus, uxoris necessitas, mariti dominatio. Ego autem uobis parco. Parcit, quando ad hæc magis prouocat, quæ tribulationes carnis, & solicitudines meritas excludunt. Potest sic uideri parcere, quum permittit, & non contradicit uolentibus, quod onerosum ostendit, Volo uos sine solicitudine esse: Diminuta enim solicitudine seculi, in dei rebus propensius uigilatur. Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt, quomodo placeat deo: Quomodo sine solicitudine simus, ostendit, dicens: Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt, Amputata enim solicitudine rei uxoriæ, quæ sola in mẽdo cæteris grauior est, ad deum promerendum animus eruditur, si tamẽ hac spe animus his molestijs se exuat, ut deo magis seruiat. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Cura enim uxoris, & filiorum, cogitatio mundi est. Nam inter cætera solent aliquando res puniendas admittere, ne illas offendant, sicut refert Zorobabel unus de tribus cubicularijs Artaxerxis in libro Esdræ. Magna enim amaritudo est in domo uxor tristis. Diuisus ideo dicitur, quia non potest & diuinis insistere rebus, & uxoris facere uoluntatem. Diuisa est mulier, & uirgo. Diuisa non utiq; natura, sed actu: quia legimus in Numeris mulieres uirgines appellatas. Alia ergo solicitudo mulieris, alia uirginis est: tamen quum dicitur mulier, incertum est quid significet, nisi significatio subsequatur: quum autem dicit uirgo, manifesta locutio est. Hic Apostolus uirginem post mulierem posuit, ut mulierem, non uirginem significaret. Per hoc enim uoluit ostendere uirginem liberam à tædijs, & laboribus, quos patitur mulier uiro copulata. Quæ autem non est nupta, solicita est de his, quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu: Id est animo. Dum enim spe cœlestiũ mariti, & filiorũ solicitudinem non susc ipit, de domino cogitat, quomodo proposito deo deuotum cultum diat, si tamẽ in corpore mundo animus terrena abijciens, cœlestibus studeat. Animus enim, qui aut sanctificat, aut polluit corpus. Quid enim prodest corpus mundum habere, & animam pollutam, quum merito animæ, aut honoratur corpus, aut damnatur? Nã quæ nupta est, cogitat quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uiro: Lege enim maritali constricta, solicita est quomodo impleat ius maritalis officij, subdita mundanis necessitatibus. Hoc autem ad uestram ipsorum utilitatem dico, ut non laqueũ uobis injiciam, sed ad id quod honestum est: Quoniam quibusdam asperum, & graue uidetur, quod utilius, aut melius est propter cõsuetudinẽ tẽporalis usus, ideo post rationẽ redditã hortatur affectu charitatis simpliciter hoc utilius, hoc honestius esse quod dicit. Honestũ est, quia sanctũq; & mũdum: utile uero, qa dignitosum est apud deũ, & leue in seculo. Quid ergo dicemus si uirgines de deo cogitant, & iunctę uiris de mundo, quæ spes relinquitur nubentibus apud deum? Si enim ita est, dubium est de salute eorum. Nam uidemus uirgines de seculo cogitare, & matrimonio iunctos dominicis studere operibus. His uirginibus non imputabitur sanctimonium à deo, & his matrimonijs erit merces apud deum, quia quod obligati essent terrenis, & carnis nexibus, operam dederunt ut in futurũ aliquid immortalis præmij mererentur, Illis autem non solum non imputabitur uirginitas, sed & peccata subijcientur, qui sub tegimine melioris spei uitam, & conuersationem suam mundialibus curis, & solicitudine occupantes, pigros se ad dei opera agenda fecerunt, sicut dicit Hieremias propheta, Maledictus qui opera dei facit negligẽter. Hi sunt de quibus in alia epistola dicit, Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Apostolus autem his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderant cœlestibus præceptis, ostendens, & docens quo compendio citius itur ad deum, quia qui propter deum promerendum uirgo manere uult, sciens quale præmium possit accipere, quia licito temperat, ut melior fiat, simul omnia impedimenta carnis spernit, non nescius hæc esse, quæ gressum currentis uelut oneribus compedum detinent: Si quis autem turpem se uiderit supra uirginem suam, si sit ultra pubertatem, & sic oportet fieri, quod uult faciat, non peccat si nubat: Propter quod superius uirginitatẽ tenendam, & cõtinentiam reddita ratione hortatus est, ita ut pene ad cõparationem earum coniugia inutilia, & abijcienda uideantur. Nunc ne nuptias negare putaretur, non peccare uirginem, si nubat, ostendit: sed rem maximi laboris aggredi, quia apud deum præmium non habeat, sicut non habet pœnam. Christianos enim uult per omnia esse meliores. Si ergo aliqua in desiderio nuptiarum est, iam matura ad usum, melius esse ut secundum cõcessam legem publice nubat, quàm occulte turpiter agat istud, & erubescatur in illa. Qui autem stanuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem habet de sua uoluntate, & hoc decreuit in suo corde seruare uirginem suam, bene facit. Hoc dicit, ut q uirginẽ habet, cui animus ad nuptias non est, seruet illam, nec illi ingerat fomitem nuptiarum, quam uider nubendi uolutatem non habere. Beneficia enim si præstanda sunt, quanto magis minime auferenda? Itaque & qui nuptum dat uirginem suam, bene facit: Bene facit, quia licet quod facit: Et qui non dat nuptum, melius facit. Melius facit, quia, & apud deum meritum illi collocat, & seculi solicitudine illam liberat.

Ibidem

Hiere. 48 d
2. Tim. 3 a

1. Cor. 7 a

Ex Cypriano de uirginibus. Cap. VIII.

PRimus (inquit Cyprianus tractatu secundo de habitu uirginum) cum centeno martyrũ fructus est, secundus sexagenarius uester est. Vt apud martyres nõ est carnis, & seculi contagio, nec parua, & leuis, & delicata cõgressio: sic & in uobis, quarum ad gratiam merces secunda est, sit & uirtus ad tolerantiã proxima. Non est ad magna facilis ascẽsus. Quem sudorem perpetimur, quem laborem, quum conamur ascendere colles, & uertices montium? Quid ut ascendamus ad cœlum? Si præmiũ pollicitationis attendas, minimus est quod laboras. Immortalitas perseueranti datur, perpetua uita promittitur, regnũ dominus pollicetur. Seruate uirgines, seruate quod esse cœpistis, seruate quod eritis. Magna uos merces manet, præmium grande uirtutis, munus maximum castitatis. Vultis scire quo malo careat, & quid boni teneat continentię uirtus? Multiplicabo (inquit mulieri deus) tristitias tuas, & gemitus tuos, & in tristitia paries filios, & conuersio tua ad uirum tuum, & ipse tui dominabitur. Vos ab hac sententia liberæ estis, uos mulierũ tristitias, & gemitus non timetis, nullus uobis de partu circa filios metus, nec maritus est dominus. Dominus uester, & caput Christus est, ad instar, & uicem masculi, sors uobis, & conditio cõmunis est. Domini uox est illa, dicentis: Filij seculi huius generant, & generãtur. Qui autem habuerit dignationem seculi illius, & resurrectio à mortuis, non nubunt, neq; matrimonium faciunt, neq; enim incipiẽt mori, æquales enim sunt Angelis dei, quum sint filij resurrectionis. Quod futuri sumus, iam uos esse cœpistis, uos resurrectionis gloriam in isto seculo iam tenetis, per seculum sine seculi cõtagione transitis. Quũ castæ perseueratis, & uirgines, Angelis dei estis æquales: tantũ maneat, & duret solita, & illæsa uirgini tas, & ut cœpit fortiter, iugiter perseueret. Nec monilium, aut uestium quærat ornatum, sed morum. Deum spectet, & cœlum, neq; oculos ad sublime porrectos, ad carnis, & mũdi concupiscentiã deprimat, & ad terrena deponat. Prima sententia crescere, & generare præcepit, secunda ad continentiam suasit. Quum adhuc rudis mundus, & inanis est, copia fœcunditatis generante propagamur, & crescimus ad humani generis augmentũ. Quũ iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continẽtiam possunt, spadonũ moremur, uiuentes castrantur ad regnum. Nec hoc iubet dominus, sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit, quãdo manet uolũtatis arbitriũ liberũ. Sed quum habitatiões multas apud patrẽ suũ esse dicat, melioris habitaculi hospitia demõstrat, habitacula ista meliora

Lucæ. 20 f
Matt. 22 c

Gen. 3 e

Gen. 1 e

Mar. 19 b

Ioan. 14 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

uos petitis,carnis desideria castrantes, maioris gratiæ prẽmium in cœlestibus obtinetis. Omnes quidem qui ad diuinum munus, & patrimonium baptismi sanctificatione perue niunt, hominem illic ueterem gratia lauacri salutaris exponunt, & innouati spiritu sanc to à sordibus contagionis antiquæ,iterata natiuitate purgantur.Sed natiuitatis iteratæ uobis maior sanctitas,& ueritas conpetit, quibus desideria iam carnis,& corporis nulla sunt.Sola in uobis quæ sunt uirtutis,& spiritus, ad gloriam remanserunt. Apostoli uox est,quem dominus uas electionis suæ dixit, quem ad promenda mandata cœlestia, deus
Act.9 c misit: Primus homo(inquit)de terræ limo,secundus de cœlo. Qualis ille e limo,tales &
1.Cor.15 f qui de limo, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est,portemus & imaginem eius,qui de cœlo est. Hanc imaginem uirginitas portat,portat integritas,portat sanctitas,portat & ueritas. Portant disciplinę dei memo res,iustitiam cum religione retinentes,stabiles in fide, humiles in timore,ad omnem to lerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes, atq; concordes. Quæ uos singula o bonæ uirgines obseruare, diligere,implere debetis, quæ deo, & Christo uacantes ad dominum, cui uos dicastis, & maiore,& meliore patre præceditis. Prouectæ annis,iunioribus facite magisterium,mis nores natu præbete comparibus incitamentum,hortamentis uos mutuis excitate,æmu lis de uirtute documentis ad gloriam prouocate. Durate fortiter, spiritualiter pergite, peruenite feliciter,tantum mementote tunc nostri,quum incipiet in uobis uirginitas hon norari.Et rursus eodem tractatu: Nunc nobis ad uirgines sermo est,quarum quo sublis mior gloria,maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamen tum gratiæ spiritualis,læta indoles,laudis,& honoris opus integrum,atque incorruptũ, dei imago respondens ad sanctimoniam domini, illustrior portio gregis Christi. Gau det per illas,atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fœcunditas.Quantoq; plus copiosa uirginitas numero suo addidit, tantum gaudium matris augescit. Ad has loquimur,has hortamur affectione potius, quàm potestate, non quod extremi,& mini mi,& humilitatis nostræ conscij aliquid ad censuram licentiæ uindicemus; sed quod ad solicitudinem magis cauti plus de diaboli infestatione timeamus. Neq; inanis cautio est & formido uana,quæ ad salutis uiam consulit,quæ dominica,& uitalia præcepta custo dit,ut quia se Christo dicauerint,& à carnali concupiscentia recedentes,tam carne,quàm mente se deo deuouerint, opus suum consumment magno præmio destinatum, nec or nari iam, aut placere cuiquam nisi domino suo studeant, à quo & mercedem uirginita
Mat.19 b tis expectant, dicente ipso, Non omnes capiunt hoc uerbum, sed illi, quibus datum est. Sunt enim spadones,qui ex utero matris sunt nati,& sunt spadones,qui seipsos castrauerunt proter regnum cœlorum, & sunt spadones,qui castrati sunt ab hominibus. Denuo quoque per hanc Angeli uocem continentiæ munus ostenditur, uirginitas prædicatur,
Apoca.14 a Hi sunt qui cum mulieribus non se coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunque ierit. Neque enim masculis tantum, continentiæ
Gen.2 d gratiam repromittit dominus,& fœminas præterit:sed quoniam fœmina uiri portio est, & ex eo sumpta, atque formata est,in scripturis fere omnibus ad protoplastum deus lo quitur, quia sunt duo in carne una, & in masculo simul significatur, & fœmina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno dei uirginitas destinatur, quid est illis cum ter reno cultu,& cum ornamentis, quibus,dum hominibus placere gestiunt, dominum of fendunt,non cogitantes esse prædictum: Qui hominibus placent, cõfusi sunt, quoniam
Psal.52 b deus nihil fecit eos. Et Paulus quoque gloriose,& sublimiter prædicans dicit, Si adhuc
Galat.1 b hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Continentia uero, & pudicitia, non in sola carnis integritate consistit,sed in cultus,& ornatus honore pariter,ac pudore, ut secũdum Apostolum,quæ innupta est,sancta sit & corpore,& spiritu. Instruit nos Pau
1.Cor.7 f lus,& dicit,Cœlebs cogitat ea quæ dei sunt,quomodo placeat deo. Qui autem matrimo nium contraxit,cogitat ea quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori.Sic & uirgo,& mu lier innupta cogitat ea quæ sunt domini, ut sit sancta corpore, & spiritu.

Ex diuo Gregorio de uirginitate,& uirginibus. Cap. IX.

Diuus quoq; Gregorius libro Moralium 15.cap.9.hoc pacto scribit:Sicut exercita ti in bonis operibus electi nonnunquam plus student agere,quàm eis dignatus est dominus iubere.Carnis enim uirginitas nequaquam iussa est,sed tãtummodo laudata. Nam si illa iuberetur,nimirum coniugium iam culpa crederetur, & tamen multi uirtu te uirginitatis pollent,ut uidelicet plus impendant obsequio,quàm acceperũt præceptor ſic plerunq; peruersi &c.Et in tertia parte Pastoralis admonitione 28. Admonẽdi sunt (inquit)qui ligati coniugijs non sunt,ut cœlestibus præceptis eo rectius seruiãt, quo eos ad curas mundi nequaquam iugum copulæ carnalis inclinat,ut quos onus licitum con iugij non grauat,ne quaq; pondus illicitum terrenæ solicitudinis premat. Sed tanto eos paratiores dies ultionis,quãto expeditiores inueniat,ne quo meliora agere uacãtes pos sunt,sed tamen negligunt,eo supplicia deteriora mereantur. Audiant quid Apostolus, quum quosdam ad cœlibatus gratiam instrueret,Non coniugium spreuit,sed curas mũ di nascentes ex coniugio repulit,dicens:Hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueũ 1.Cor.7 f uobis iniiciam,sed ad id quod honestum est,& quod facultatem præbeat sine impedimẽ to dominã obsecrandi.Ex coniugijs quippe,terrenæ solicitudines prodeũt,& idcirco ma gister gentium auditores suos ad meliora persuasit, ne solicitudine terrena ligarentur. Quem ergo cœlibem curarum secularium impedimentũ præpedit,& coniugio se nequa quam subdidit,& tamen coniugij onera non euasit. Admonendi sunt itaq; ut si rentatio num procellas cum difficultate salutis tolerant,coniugij portum petant.Scriptum nãq; 1. Cor.7 b est,Melius est nubere,q̃ uri.Sine culpa quippe ad coniugium ueniunt, si tamen necdum meliora uouerunt.Nam quisquis bonum maius subire proposuit,bonum minus, quod Luc.9 g licuit illicitum fecit.Scriptum quippe est:Nemo mittens manum suam ad aratrum,& re spiciens retro,aptus est regno cœlorum. Qui igitur fortiori studio intenderat,retro con uincitur respicere,si relictis amplioribus bonis ad minima retorquetur. Et admonitione 29. Admonendi sunt(inquit)peccata carnis ignorantes,ut tanto solicitius præcipitẽ rui nam metuant,quanto altius stant. Admonendi sunt,ut nouerint,qa quo magis loco præ eminenti cõsistunt,eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetũtur,quia tanto ardẽtius so let erigi,quãto robustius se conspicit uinci,tantoq; intolerabilius dedignatur uinci,quã to cõtra se uidet per integra infirmæ carnis castra pugnari. Admonendi sunt ut incessan ter præmia suspiciãt,& libẽter proculdubio tentationũ,quas tolerant,labores calcabũt. Si enim attendatur felicitas,quæ sine transitu attingitur, leue fit quod trãseundo labo ratur. Audiant quod per prophetam dicitur:Hæc dicit dominus Eunuchis: Qui custo Esa. 56 b dierint sabbata mea,& elegerint quæ uolui,& fœdus meum tenuerint, dabo eis in domo mea,& in muris meis locum,& nomẽ melius à filijs,& filiabus. Eunuchi quippe sunt, q cõpressis motibus carnis,affectũ in se praui operis abscindunt. Quo autem apud patrẽ lo co habeantur,ostenditur,qa in domo patris,uidelicet æterna mansione,etiam filijs præ feruntur. Audiant quod per Ioannem dicitur,Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinq; nati. Virgines enim sunt,& sequũtur agnum quocunq; ierit. Et q̃ canticum cãtant,quod Apoca.14 a nemo potest dicere,nisi illa centum quadraginta quatuor milia. Singulariter quippe cã ticum agno cantare,est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptio ne carnis gaudere. Quod tamen electi cæteri cãticum audire possunt,licet dicere neque ant,quia per charitatem quidem in illorum celsitudine læti sunt,quamuis ad eorum præ mia non assurgant. Audiant peccatorum carnis ignari,quod per semetipsam de hac in tegritate ueritas dicit,Non omnes capiũt uerbũ hoc. Quod eo innotuit summũ esse,quo Mat.19 b denegauit omniũ,& dum prædicit,qa difficile capitur,audientibus innuit, captum cum qua cautela teneatur. Admonendi sunt itaq; peccata carnis ignorãtes,ut & præeminere uirginitatem coniugio sciant,& tamen se super cõiuges non extollant,quatenus dum & uirginitatẽ præferunt,& se postponunt,& illud non deserant,quod melius esse æstimãt, & se custodiant,quo se inaniter non exaltant. Hæc ille. Sed cur hæc tam plixe sunt à me de uirginitate,ac uirginibus digesta? Nempe ob Lutheranas hæreses, quæ iam totã fer me Germaniã infecere,non modo uirginitati,ac uirginibus detrahentes, sed & sacratas deo uirgines non solum ut ad seculum redeant,& uiros ducãt,sed illas etiam ui e mona

steriis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sterijs eductas,monasteria destruentes,nubere cogunt. Quod & contra Euangelium,& diui Pauli consilium,& omnes orthodoxos manifestissime pugnat. Verum(quod turpius est & maioris profecto impietatis) tam sacerdotes,quàm religiosi castitatem professi, illas,uel alias,ut lubet,ducunt uxores,& uota,quę deo uouerunt,non modo non reddũt, uerumetiam ad illa reddenda sese astrictos non existimãt. Sed de his alio in loco,uita comite,& deo iuuante sumus scripturi.

Quid frumentum mystice significet. Cap. X.

QVid frumentum mystice significet,diuus Gregorius lib. Moral. 22. capite 24. exponens illud Iob,Pro frumento oriatur mihi tribulus,& pro hordeo spina, hoc pacto declarat:Pro frumento quippe tribulus,& pro hordeo spina oritur,quum in retributione ultima, de qua remuneratio laboris quæritur,punctio doloris inuenitur. Ac si aperte dicat:Si iniustum quid erga subditos gessi,si exegi debita,& ipse quod debui, non impendi,si exercitationem boni operis alijs inuidi,pro bonis,quæ in æternum reficiunt, retribuantur mihi in iudicio mala,quæ pungunt. Et notandum q̃ sicut à frumento hordeum distat,quamuis utrunq; reficiat,sic à tribulo spina,quamuis sit utrunq; quod pungat,quia tribulus mollior,& ad pungendũ semper durior est spina. Ait ergo q̃ frumento &c, Ac si patenter dicat,Egisse quidem & magna me bona,& minima scio,sed si non ita est,pro bonis magnis,mala minima, & pro bonis minimis, mihi respondeant mala maiora,quamuis hoc intelligi & aliter potest. In frumento quippe spiritale opus quod mentem reficit, in hordeo autem terrenarum rerum dispensatio figuratur. In qua sæpe dum seruire infirmis,atq; carnalibus cogimur,quasi sua iumẽtis alimenta præparamus, atq; ipse nostrorũ usus operum,quasi more hordei,habet aliquid de admixtione palearum. Et plerunq; contingit,ut rector qui præest,dum iniusta contra subditos exercet, dũ nullo bonos blandimento refouet,dum(quod grauius est)bene operantes quosq; exinuidia affligit,etiam quædam aliquando faciat,ac si frumentum serat,sesq; in dispensandis terrenis rebus nonnunq̃ in auaritiæ studio,pro utilitate carnalium misceat,& sic eiusdem laboris fructum uelut messem hordei expectet. Sed subiecti quiq; pro eo q̃ in maximis grauantur,gaudere in eius bonis minimis nequeunt, quia nec hoc opus coram deo placet,quod alterius operis iniustitia polluit:nec ipsa terrenarum rerum dispensatio pro utilitate subditorum suscipi creditur,quando is, qui præest,anhelare per auaritiam videtur. Vnde fit,ut ad ipsa etiam pauca bona,quę fieri inter multa mala cõsiderant,non lucrandes,sed gemitus reddant,atq; infirmantes murmurent, dum perpẽdunt puri operis non esse quod uident. Ait ergo,Pro frumento &c. Ac si aperte dicat:Si magna quæ debui, si non licite non feci,punctiones murmuris à subiectis recipiã,etiam de bono,quod feci. Si negligenter exhibere quod foueat, iuste in querelam prosiliens eorum lingua me pungat. Et exponens illud Iob, Frumentum desiderat nubes, libro 27. Moralium, capite 22. hoc modo scribit:Quid enim electi quique sunt,nisi frumenta dei cœlestibus horreis recondenda? Quæ nunc in tritura areæ paleas tolerant,quia in hac purgatione sanctæ Ecclesiæ mores cõtrarios reproborum portant,quousq; hanc internus agricola ut illabro iudicij dirimat,& in superna habitacula electos suos,quasi munda iam grana suscipiens æternis paleas ignibus tradat. Vnde bene per Matthæum dicitur, Cuius uentilabrum in manu sua,& permundabit aream suam,& congregabit triticum in horreum suum,paleas autem comburet igni inextinguibili. Sed hoc frumentum quousq; ad perfectionem fructuũ ueniat, nubium pluuias expectat,ut crescat,quia bonorum mens prædicantium uerbis infunditur,ne ab humore charitatis defideriorum carnaliũ sole ficcetur. Hoc frumentum supernus agricola in mundo surgere,ac nubes desiderare conspexerat,quum illi cebat,Messis quidem multa,operarij autem pauci. Rogate aurem dominũ messis,ut mittat operarios in messem suam. Qui igitur hic frumẽtum, illic messis:qui uero hic nubes, illic operarij uocantur,quia prædicatores sancti & nubes sunt per doctrinam, & operarij per uitam:nubes,quia uerbis influunt:operarij,quia non desinunt agere quod loquuntur. Vnde & subditur,Et nubes spargunt lumẽ suum,id est,prædicatores sancti exẽpla uitæ & loquendo,& agendo dilatant. Et diuus Augustinus exponens illud Dauidicum, A tempore

Mat.3 c

Matt.9 d

tempore frumenti,uini, & olei sui multiplicati sunt: Non uacat (inquit) quod additum est sui. Est enim & frumentum dei. Siquidem est panis uiuus,qui de cœlo descendit,& est uinum dei. Nam inebriabuntur(inquit)ab ubertate domus tuæ. Et oleum dei,de quo dictum est:Impinguasti in oleo caput meum. Isti autem multi qui dicunt, Quis ostẽdit nobis bona, & regnum cœlorum intra se esse non uident, à tempore uini, & olei sui multiplicati sunt,Non enim multiplicatio semper ubertatem significat,& non plerunque exiguitatem,quum dedita temporalibus uoluptatibus anima,semper exardescit cupiditate nec satiari potest, & multiplici, atque ærumnosa cogitatione distenta, simplex bonum uidere non finitur,qualis est illa,de qua dicitur,Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Talis anima temporalium bonorum decessione,& successione, id est à tempore frumenti uini, & olei sui, innumerabilibus phantasmatibus sic multiplicata est,ut nõ possit agere, quod præceptũ est:Sentite de domino in bonitate,& in simplicitate cordis quęrite illum. Ista enim multiplicitas,illi simplicitati uehemẽter aduersa est. Et Psalmo 64. scriptum est,Et ualles abundabunt frumento, id est humiles populi multum fructum afferent, ut diuus exponit Augustinus. Et Cassiodorus:Conualles populos significant humiles,quia nihil his humilius,quæ in quadam terræ concauitate descendunt. Isti ergo humiles abundabũt frumẽto,sicut ille publicanus,qui nec oculos audebat ad cœlum erigere,nec aliqua meritorum præsumptione confidere,abundabit frumẽto. Nam quia humilis conuallis fuit,erectus est,quia præstãte domino se ipse deiecit,& ideo fortior factus est,quia uires suas inualidas esse cõfessus est. Et diuus Ambrosius libro de institutione uirginum, capite 14. exponens illud Canticorũ, Venter tuus sicut aceruus tritici minuti inter lilia,eo quod cõtinẽs sibi sit in omnibus Christi ortus in uirgine. In quo uirginis utero,simul aceruus tritici,& lilij floris gratia germinabat, quoniam & granũ tritici generabat,& lilium. Granum tritici,secundum quod scriptum est: Amen amen dico uobis,nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit,ipsum solum manet. Sed quia de uno grano tritici aceruus est factus,& conualles abundabunt frumẽto,quia granum illud mortuum plurimũ fructum attulit. Hoc itaq; granum omnes homines perpetua cœlestium munerum esca saturauit. Consummatum est illud prophetici oris eloquium,dicente eodem Dauid:Cibauit eos ex adipe frumenti,& de petra melle saturauit eos. Et Augustinus. Cibauit illos ex adipe frumenti: Nostis(inquit)adipem frumẽti,unde cibãtur multi inimici,qui mẽtiuntur sacramentis suis. Et ludæ,quando dedit buccellam,ex adipe frumẽti cibauit. Et de petra melle saturauit eos:O ingratos. Cibauit eos ex adipe frumenti &c. In eremo de petra aquam produxit,non mel. Mel sapientia est,primatum dulcoris tenẽs in esceis cordis. Quàm multi ergo inimici domini mentientes domino cibãtur,nõ solum ex adipe frumenti,sed etiam de petra melle,de sapientia Christi,quàm multi delectantur uerbo eius ex cognitione sacramentorum eius,solutione parabolarum eius,quàm multi delectantur,quàm multi clamant? Et non est hoc mel de quolibet homine,sed de petra. Petra autem erat Christus. Quàm multi ergo satiantur de melle isto, clamant, dicunt: Suaue est,nihil melius est,nihil dulcius uel intelligi, uel dici potuit:& tamen inimici domini mentiti sunt ei. Et in Psalmo iterum scriptũ est,Qui posuit fines tuos pacem,& adipe frumẽti satiat te: Transijt(inquit) fames,& sitis iustitiæ,succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumenti,nisi panis ille,qui descendit de cœlo ad nos? In patria ipsa quomodo saturabit,qui in peregrinatione sic pauit? Et Cassiodorus:Adipem quippe frumenti dicit ipsam cõtuibilem deitatem. Vnde sic iustorum sensus reficitur,ut omnem satietatem supe rare nosc atur. Ipse est uerus panis,qui de cœlo descendit. Nam si nos hic corporis sui participatione reficit, quemadmodũ ibi satiabit, quos toto lumine suæ deitatis impleuerit? Reuera secura pax,& inuiolata tranquillitas, quando indigentia nobiscum ulla non litigat,nec aliquem lassitudo defatigat,non frigus contristat,non esuries grauat,& cæteræ quæ hic nostræ imbecillitati bellum semper infligũt. Ibi autẽ corporis,animæq; talis est societas,ut nulla inter se aduersitate discordent,sed sibi utraq; gloriosa uoluntate cõsentiant,Et diuus Hieronymus, Et adipe frumẽti satiat te: Frumentũ(inquit) adipes habet?

O ludæ

Pſalm.4 b
Ioan.6 e
Pſalm.35 b
Pſalm.22 b
Sapien. 9 d
Sap.7 a
Pſal. 64 c
Lucæ 18 d
Cant.7 b
Ioan. 12 d
Pſal.64 c
Pſal.80 c
Ioan.6 e
Pſal. 147 a
Ioan.6 e
Ioan.6 d
1.Cor.10 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

O Iudæ reſponde,frumentũ adipem habet? Si ergo frumentum adipes non habet,com
Ioan.12 c pelleris neceſſitate ſpiritualiter intelligere. Et adipe frumenti ſatiat te:Niſi(inquit)gra-
num tritici ceciderit, ipſum ſolum ſaluum erit: Si autem ipſum ceciderit, multos ſaluos
facit.Dominus noſter granũ tritici in terram cecidit,& nos multiplicauit. Sed iſtud gra-
num frumenti pinguiſſimum eſt,medullam habet,adipem habet.Et adipe frumenti ſatt
at te. Felix eſt, qui in frumento iſto adipem intelligit. Legimus ſanctas ſcripturas. Ego
corpus Ieſu,Euangelium puto,ſanctas ſcripturas,puto doctrinam eius.Et quando dicit,
Qui non comederit carnem meam,& biberit ſanguinem meum, licet & in myſterio poſ
ſit intelligi,tamen uerius corpus Chriſti,& ſanguis eius, ſermo ſcripturarum eſt,doctri-
Ioan.6 f na diuina eſt.Si quando imus ad myſterium,qui fidelis eſt,intelligit. Si in maculam ceci
derit,periclitatur. Si quando audimus ſermonem dei,& ſermo dei,& caro Chriſti,& ſan
guis eius in auribus noſtris funditur,& nos aliud cogitamus, in quantum periculum in-
currimus?Pinguiſſimus ſermo diuinus eſt. Omnes habet in ſe delicias. Quicquid uolue-
eris,ex ſermone diuino naſcitur , ſicut tradunt Iudæi , quoniam manna , quando come-
Sap.16 c debant, ſecundum uoluntatem uniuſcuiuſq; ſic ſapiebat in ore. Ac ſi diciſſet,Qui mãna
comedebat,ſi deſiderabat mala,ſi pirum,ſi uuam,ſi panem,ſi carnes,ſecundum qualitatẽ,
& uoluntatem comedentis,ita & ſapor in manna erat: Sic & in carne Chriſti,qui eſt ſer-
mo doctrinæ,hoc eſt ſcripturarum ſanctarum interpretatio,ſicut uolumus, ita & cibum
accipimus.Si ſanctus es,inuenis refrigerium:ſi peccator es,inuenis tormentum.

Cap. XI.

Quid fulgor,fulgure,fulgur,fulgurare,fulmẽq; myſtice ſignificẽt.

QVid fulgor myſtice ſignificet, diuus Gregorius inſinuat libro Moralium decimo,
Iob 11 d capite 20. exponens illud Iob , Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad ues-
perum.Fulgor(inquit)meridianus in ueſpere,eſt uirtutis renouatio in tentatione,ut re-
pentino charitatis feruore mens uigeat,quę iam iamq; lumen ſibi gratiæ occubuiſſe for-
midabat.Sæpe autem non ſolum flagella atterunt,ſed in uniuſcuiuſq; iuſti animo,mali
gnorum quoq; ſpirituum tentamenta graſſantur,ut exterius ex percuſſione doleat,&in-
tus aliquatenus ex tentatione frigeſcat, ſed nequaquam gratia deſerit,quæ quo nos du-
rius ex diſpenſatione percutit,eo amplius ex pietate cuſtodit.Nam quũ tenebreſcere per
tentationem cœperit,ſeſe iterum lux interna ſuccẽdit.Et capite uigeſimo primo:Sciendũ
uero eſt(inquit)quod hęc quę ex tentationum ſpiritalium aduerſitate diſcuſſimus,iuxta
exteriora quoq; mala nil obſtat intelligi.Sancti etenim uiri,quia ſumma medullitus di-
ligunt,in infimis dura patiuntur,ſed in fine, gaudij lumẽ inueniunt, quod habere in hoc
ſpacio pręcurrentis uitæ contemnunt. Vnde nunc per Sophar dicitur,Et quaſi meridiani
fulgor &c.Peccatoris enim lumen in die,eſt obſcuritas in ueſpere,quia in præſentis uitæ
felicitate attollitur, ſed aduerſitatis tenebris, in fine deuoratur. Iuſto autem meridianus
fulgor ad ueſperum ſurgit,quia quanta ſibi claritas maneat, quum iam occumbere cor-
Eccls.1 b perit, agnoſcit. Hinc nanq; ſcriptum eſt, Timenti deum, bene erit in extremis. Hinc per
Pſal.122 a Pſalmiſtam dicitur, Quum dederit dilectis ſuis ſomnũ,hæc eſt hæreditas domini.Quid
autem fulgur,& fulgurare myſtice ſignificent,idem Gregorius libro Moralium trigeſi-
mo,capite tertio,& quarto,exponẽs illud Iob, Nunquid mittes fulgura,& ibunt,& reuer
tentia dicent tibi,aſſumus? hoc pacto inſinuat: Fulgura ex nubibus exeunt, quum mira
opera ex ſanctis prædicatoribus oſtenduntur, qui idcirco nubes uocari ſolent,quia coru
ſcant miraculis,& uerbis pluunt. Et quia humana corda,poſtquam per prædicationem
mota non fuerint,iſtis miraculorum fulgoribus conturbãtur,propheta atteſtante dicit:
Pſalm.17 b cimus,qui ait,Fulgura multiplicauit,& conturbauit eos. Ac ſi diceret,Dum uerba prædi-
Abac. 3 c cationis tuæ non audiunt,per prædicantium miracula perturbãtur. Vnde aliàs ſcriptum
eſt:In lumine iacula tua ibunt,in ſplendore fulguris armorum tuorum. Iacula dei in lu-
mine ire, eſt uerba eius aperta ueritate reſonare. Sed quia ſæpe homines uerba uitæ eti-
am intellecta deſpiciunt,adiunguntur etiam miracula. Vnde illic ſubdit,In ſplendore ful
goris armorum tuorum. Fulgor quippe armorum,eſt claritas miraculoꝝ. Armis nanq;
nos tuemur,iaculis aduerſa deſtruimus. Arma ergo cum iaculis,ſunt miracula cum prę-
dicamentis . Sancti enim prædicatores uerbis ſuis quaſi quibuſdam iaculis aduerſarios
feriunt

feriunt , armis uero , id eſt , miraculis ſemetipſos tuentur , ut & quantum ſint audiendi,
ſonent per impetum iaculorum,& quantum ſint reuerendi,clareſcant per arma miracu-
lorum.Dicitur ergo ad beatum Iob, Nunquid mittes fulgura &c. ſubaudis,ut mihi.Va-
dunt enim fulgura,quum prædicatores miraculis coruſcant,& ſuperna reuerentia audi
torum corda tranſfigunt.Reuerentia uero dicunt,Aſſumus,quum nõ ſibi,ſed dei uiribus
tribuunt , quicquid ſe fortiter egiſſe cognoſcunt . Quid eſt enim deo dicere , Aſſumus?
Quoddam nanq; in hoc uerbo obſequium declaratur.Reuertentes itaque prædicatores
ſanctos dicere,Aſſumus,eſt illi laudem tribuere gratiæ,à quo ſe accepiſſe ſentiunt uicto-
riam pugnę,ne ſibi tribuant quod operantur. Et ire quidem fulgura operando poſſunt,
ſed reuerti ſuperbiendo non poſſunt. Videamus itaq; fulgur uadens,Claudo cuidam ait Act.3.a
Petrus:Argentum,& aurum non eſt mihi,quod autem habeo,hoc tibi do.In nomine Ie-
ſu Chriſti Nazareni,ſurge,& ambula.Et apprehenſa eius manu dextera,alleuauit eum,
& protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ , & exiliens ſtetit, & ambulabat. Sed
quum hoc de facto Iudæorum fuiſſet turba commota , uideamus nunc fulgur rediens,
quod ait:Viri Iſraelitę,quid admiramini in hoc &c. uſq;,in conſpectu omnium ueſtrum.
luit ergo fulgur, quum Petrus miraculum fecit:rediit , quum non ſibi tribuit, ſed autori
quod fecit. Vadunt fulgura,quum prædicatores ſancti mira opera oſtendunt,ſed reuer-
tendo dicunt,Aſſumus,quum in eo quod faciunt,ad potentiam autoris recurrũt. Quod
tamen intelligi & aliter poteſt. Fulgura etenim,id eſt,ſancti uiri mittũtur,& eunt,quum
à ſecreto contemplationis in publicum operationis exeunt,quum de abſcondito ſpecula
tionis intimæ,in actiuæ uitę latitudinem diffunduntur. Sed reuertentes,dicunt deo,Aſſu
mus,quia poſt opera exteriora quæ peragunt, ſemper ad finum contemplationis recur-
runt,ut illic ardoris ſui flammam reſiciant,& quaſi ex tactu ſupernæ claritatis igneſcãt.
Citius enim inter ipſa licet bona exteriora opera frigeſcerent, niſi intentione ſolicita ad
contemplationis ignem inceſſanter redirent. Vnde recte per Salomonem dicitur:Ad lo- Eccls.1 a
cum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant,ut expoſitum eſt in dictione,Flu
res meos,quum uoluero, poſt contemplationis gratiam ad actiuæ uitæ miniſterium cõ
pono,quos tamen ſemper à bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis re
uoco,& modo iuſſi ad exercenda opera exeant,modo reuocati ad ſpeculationis ſtudium
apud me familiarius ueniant,Reuertentes itaq; dicunt, Aſſumus,quia quamuis per exte
riora acta parum quid contemplationi deeſſe uideantur: per ardorem tamen deſiderij,
quem in mente ſua continue accendunt,obſequentes deo, ſuam præſentiam oſtendunt.
Aſſumus nanq; dicere,eſt præſentes ſe amando monſtrare.Et exponens illud Iob,Et ful Iob 30.c
gurãs in amaritudine ſua:Fulgur(inquit)quum repente deſuper uenit,cum terrore ante
oculos clareſcit,claritatem oſtẽdit,& antepoſita percutit. Sic fic uidelicet iniquus, quum
gloriam uitæ præſentis abſumpſerit, unde in hoc mundo per potentiam clarus oſtendi-
tur,inde agitur,ut in ultimo feriat. Quaſi fulgurare iniqui,eſt in huius uitæ honore cla-
reſcere. Sed quia ſplendor gloriæ illius æternis gehennæ ſupplicijs mãcipatur,recte nũc
dicitur,Fulgurans in amaritudine ſua. Qui enim modo quaſi ex terrore, & claritate fe- Luc.12 d
riens gaudet,inde poſt,ſupplicia in perpetuum ſuſtinet. Et quidem de quodã diuite ſcri-
ptum eſt,quia epulabatur quotidie ſplendide,ſed aliud eſt ſplendere,atq; aliud fulgura-
re. Nonnunquam quippe ſplendor ſine percuſſione eſt, fulguris uero nomine,ſplendor
exprimitur cum percuſſione. Qui itaq; in poteſtate poſitus aliꝭ nocet,nõ incongrue ful
gurans dicitur, quia unde ipſe contra bonos quaſi ex luce gloriæ extollitur, inde bono-
rum uita cruciatur. Fulmen uero,eſt extremi iudicij ſententia, ut ſcribit beatus Gregori-
us,exponens illud Iob,Mittet contra eum fulmina,& ad locũ alium non ferentur:Quid Iob.41 c
appellatione fulminum , niſi tremendæ illæ extremi iudicij ſententiæ figurantur ? Quæ
idcirco fulmina uocantur,quia nimirum eos quos feriunt in perpetuum incendunt. Ful 2.Theſ.1 b
mina nanq; ſuper eum Paulus uenire conſpexerat,quum dicebat: Quem dominus Ieſus
interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione, aduentus ſui. Hæc autem quæ in eum
mittuntur fulmina, ad locum alium non feruntur,quia iuſtis gaudentibus ſolis,tunc re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

probos feriunt. Nam poſt trituram uitæ præſentis, in qua nũc triticum ſub paleis gemit, ita illo extremi iudicij uentilabro inter triticum, paleasq; diſcernitur, ut nec in tritici horreum paleæ tranſeant, nec in palearũ ignem horrei grana delabãtur. Illa ergo fulmina locũ alium nequaquã tangunt, quia uidelicet igne ſuo non grana, ſed paleas incendunt.

Quid fumus myſtice ſignificet. Cap. XII.

QVid fumus myſtice ſignificet, diuus Gregorius lib. Moraliũ 33. cap. 37. exponẽs illud Iob, De naribus eius procedit fumus, inſinuat, dicens: Oculorũ quippe acies fumo tanciatur. Fumus ergo de eius naribus procedere dicitur, quia de miraculorum eius inſidijs ad momentum caliginoſa dubietas in electorum corde generatur. De Leuiathan naribus fumus exit, quia ex eius prodigijs mendacibus, etiam bonarũ mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc nanq; in electorum cordibus, cõſpectis terribilibus ſignis, obſcura cogitatio cõglobatur. Vnde hoc quod iam ſuprà protulimus, ueritatis ore per Euangeliũ dicitur: Surgent pſeudo Chriſti, & pſeudo prophetę, dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, & ſi fieri poteſt, etiam electi. Quæ in re ualde quærendũ eſt, quomodo aut hi, q electi ſunt, induci in errorẽ poſſint, aut curi Si fieri poteſt, quaſi ex dubietate ſubditur, quum quid faciendũ ſit, dominus omnia præſciens, præſtolatur. Sed quia electorum cor, & trepida cogitatione concutitur, & tamẽ eorum conſtantia non mouetur, una hac ſententia dñs utrunq; complexus eſt, dicẽs: Ita ut in errorem &c. Quaſi enim iam errare, eſt in cogitatione titubare: ſed protinus ſi fieri poteſt, ſubiungitur, quia proculdubio fieri non poteſt, ut in errore plene electi capiantur. Et cap. 38. Hinc pẽſare cõpellimur, per hoc ꝙd de naribus eius fumus procedere dicitur, etiam priuſquam apertus appareat, quid quotidie in humanis cordibus fumo peſtiferæ exhalationis operetur. Quia enim, ſicut & ſuperius diximus, fumo oculorum acies inſtruitur, non immerito de eius naribus fumus procedere aſſeritur, cuius noxijs inſpirationibus praua in humanis cordibus cogitatio naſcitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna uideatur. Quaſi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborũ cordibus inſidiarum ſuarum aſpirationibus ex amore uitæ temporalis æſtum congerit, multiplicium cogitationum. Et uelut fumi globos multiplicat, quia inaniſſimæ præſumptis uitæ curas in terrenorum hominum mente coaceruat. Iſte fumus ex eius naribus procediens, aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Hunc nanq; intrinſecus fumum patiebatur propheta, quum dixit: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Huius inturbatione premebatur, dicens: Cor meum conturbatum eſt in me, & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Fumus quippe iſte, obtundit aciem cordis, quia caliginis ſuæ nubilo ſerenitatem intimæ turbat quietis. Cognoſci uero niſi tranquillo corde non poteſt deus. Vnde per eundem prophetam rurſus dicitur: Vacate, & uidete, quoniã ego ſum deus. Vacare autem mens non poteſt, quæ huius fumi inundationibus premitur, quia in eius. Vacare autem mens non poteſt, quæ huius fumi inundationibus premitur, quia in ea terrenarum cogitationum uolumina ex præſentis uitæ amore glomerantur. Lumen ergo quietis internæ, hoc fumo amittitur, quia curarum prurigine cordis oculus, dum cõfunditur, tenebratur. Sed fumus iſte aliter electorum animas turbat, aliter reproborum oculos excæcat. A bonorum quippe oculis ſpiritalium deſideriorum flatu reſpergitur, ne prævalente miſera cogitatione, denſetur. In prauorum uero mentibus quo ſe licentius per tetras cogitationes colligit, eo ab eis funditus ueritatis lumen tollit. Fumus iſte reproborum cordibus quod illicita deſideria ingerit, quaſi per tot ante illos globos intermeſcit. Et cap. 39. Et certe fumi globos nouimus, quia quum alij ſuperius ſurgunt, alij inferius ſurgunt, ſicut & in cogitatione carnali, & ſi alia prauitatis deſideria tranſeunt, alia ſuccedunt. Sæpe autẽ mens miſera quid iam tranſierit, uidet: ſed ubi adhuc retineat, non uidet. Gaudet de quibuſdã uitijs, q eis ſubiecta iam nõ ſit, & præcauere, ac generaliter negligit, quia eorum uice ſucceſſerunt alia, qbus fortaſſe nequius ſuccũbit: ſicq; fit, ut ab alia uitia tranſeũt, & ſemper alia ſuccedunt, ab hoc ſerpente cor reproborũ ſine intermiſſione teneatur. Vnde bene per Ioel prophetam dicitur: Reſiduum erucæ comedit locuſta, &c. ut in dictione, Eruca. Scriptum quoq; eſt in Pſalmo: Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit &c. Fumus hic in bono poſitus eſt (ut inqt Caſſiodorus) qa ſicut iſte

Iob 41 b

Matt. 24 b & Mar. 13 c

Pſal. 6 a

Pſalm. 37 b

Pſalm. 45 b

Ioel. 2 a

Pſalm. 17 b

iſte terrenus inutiles lachrymas mouet, ita & ille pœnitentiæ calore ſuccenſus, fructuoſe profundit fluẽta lachrymarum. In ira eius, tẽpore quo hic peccatores futuri iudicij timore conturbat, ut eos ad remedium cõuerſionis adducat. Ignis eſt charitas dei, uirtutũ progreſſionibus creſcens, quæ quãtomagis concupiſcitur, tãto efficacius ampliatur. Bene autem dixit: A facie eius exarſit, quoniã ipſius illuminatione charitas conceditur eis, q peccata derelinquũt. Diuus quoq; Auguſtinus hoc pacto exponit: Aſcẽdit fumus in ira eius, id eſt, aſcendit lachrymoſa deprecatio pœnitentiũ, quum cognouiſſent qd minetur deus impijs. Et ignis &c. id eſt, & flagrantia charitatis poſt pœnitentiã de notitia eius inardeſcit. Et alio in loco Pſalmiſta ait: Sicut deficit fumus, deficiãt &c. Fumus eſt ex flãma iſta corruptibili ſurgens tenebroſa cõglobatio, quæ quanto plus extollitur, tãto per inania tenuatur. Huic peccatores merito comparantur, quoniã ex flãma nequitiæ ſuæ producunt fumiferas actiones, quæ licet ad altiora, ſuperbia faciente, cõſurgant, neceſſe eſt, ut ſua magis uelut fumus elatione deficiant. Et alio in Pſalmo, Quia defecerunt (inquit) ſicut fumus dies mei: Dies mei (inquit Auguſtinus) tempora mea. Vnde ſicut fumus, niſi propter elationem ſuperbiæ? Tales dies dignus fuit accipere ſuperbus Adam, unde carnem Chriſtus accepit. Liberauit profecto & à diebus fumi, qui dignatus eſt habere uocẽ dierum fumi. Videte fumum ſuperbiæ ſimilẽ, aſcendentẽ, tumeſcentẽ, uaneſcentem, merito ergo deficientẽ, nõ utiq; permanentẽ. Et Caſſiodorus: Fumum uidemus de flãma quidem egredi, ſed in auras liquidas tenuiſſime diſſipari, nec ſubſtãtia eius manet, quamuis ex corporali incendio generatus eſſe uideatur. Merito ergo dies peccatorũ, globis fumiferis exęquãtur, quo inuolutis, ac tetris actionibus decepti homines perdiderunt. Quod maxime ad ſuperbiam mundi reſpicit, quæ quanto plus extollitur, tanto amplius euaneſcit. Iſte enim pauper ad humilitatẽ ſalutiferã Chriſti uehementer intentus erat, q diabolicam arrogantiam, ſuperbiamq; damnabat. Et diuus Hieronymus exponens illud Eſaiæ, Et creauit dñs ſuper omnem locum &c. nubẽ per diẽ, & fumum, & ſplendorem ignis flãmãtis in nocte: Fumus (inquit) in hoc loco nõ errorẽ, & ignorantiam, ſed gloriam ſignificat, iuxta illud quod in hoc eodẽ propheta ſecundũ quorundã opinionẽ lecturi ſumus, Et domus impleta eſt fumo. Et in Iohel de gratia ſpiritus ſancti, quæ deſcendit ſuper Apoſtolos dicitur: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt & cæ. Et rurſus, Dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem, & ignem, & uaporem fumi. Idipſum ſignificare puto & illud in pſalmis, Qui tangit montes, & fumigabunt. Et exponens antedicta Eſaiæ uerba, Et domus impleta eſt fumo. Poſtquam (inquit) terra repleta eſt gloria domini ſabaoth, ludæoꝝ templũ impletum eſt ignorantiæ tenebris, & caligine, & fumo, qui noxius eſt oculis. Vel certe per fumum, templi mõſtratur incendium. Prius enim Euangelium ſaluatoris in toto orbe prędicatũ eſt, & poſt quadraginta duos annos dñicæ paſſiõis, capta Hieruſalẽ, tẽplumq; ſuccẽſum eſt, ludæi putãt templũ impletũ fumo, thymiama ſignificare, id eſt, incenſum, & phoc aduẽtũ diuinæ maieſtatis. Et exponẽs illud Ioel, Et ſanguinẽ, & uaporẽ fumi: Ignis naturæ (inquit) eſt duplicis, habet lumen credentibus, habet tenebras, ſuppliciaq; incredulis, qui appellantur uapores fumi. Iſte fumus eſt amariſſimus, qui excęcauit oculos ludęorum, de quo in Prouerbijs legimus: Sicut fumus noxius eſt oculis, & immatura uua dentibus: ſic iniqtas utẽtibus ea. Textus tamẽ hoc pacto habet: Sicut acetũ dentibꝰ, & fumus oculis: ſic piger his, qui miſerãt eũ in uia. Vbi idem Hieronymus hoc pacto ſcribit: Sicut acetũ dentibus, & fumus contrarius eſt oculis: ita ſacerdos in Eccleſia prauus per acredinem peccati fideliũ ſenſus obtundere facit, atq; erroris ignorantia oculos cordis eorum ab intuitu fidei, ſeu intellectu rectitudinis, dum caligant, uelut fumus excæcat. Sicut hæreticorũ perfidia bonis doctoribus moleſtiã generat, & lachrymas: ſic male uiuens catholicus eis, qui ſe fidem ſuã ex operibus oſtendere iuſſerunt, per inertiam grauis eſt. Oculi quippe, & dentes, prædicatores ſunt ſanctæ Eccleſiæ, qui ei & recta itinera præuidere, & alimenta ſpiritualia ſuggerere ſolent. Porro acetum quod à uino degenerat, & fumus, q ab igne aſcendens euaneſcit, eos qui ab Eccleſiaſtica ſuauitate, & charitate per ſuperbiã, uel ſocordiam recedentes, hanc etiam uerbis impugnant, figurate denunciant, de quibus

Eſaiæ. 4 g. Ioel. 2 g

Pſal. 143 b Eſa. 6 a

Prou. 10 g

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Ioan. 2.c dicit Ioannes: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Et in Esaia scriptum est: Ab Aq
Esaiæ 14 g lone enim fumus uenit, & non est qui effugiat agmen eius: Fumus iste (inquit Hierony-
mus) ardentibus diaboli iaculis suscitatur, qui noxius est oculis, & contrarius lumini, &
Hierem. 1 e ab Aquilone oritur, à quo in Hieremia olla succenditur, & à quo exardescũt mala super
Psalm. 38 c omnes habitatores terræ, qui non possunt dicere, Accola sum, & peregrinus, sicut omnes
Iob 25 b patres mei, sed in terra habitãt. Et nullus est qui fumi huius agmen effugiat. Nemo enim
absq; peccato, nec si unius quidem diei fuerit uita eius.

Quid funda mystice significet. Cap. XIII.

Iob. 41 d QVid funda mystice significet diuus Gregorius lib. 34. Moral. cap. 6. exponens il-
lud Iob, In stipulam uersi sunt ei lapides fundæ, his uerbis insinuat: Quid (inquit)
per fundã, nisi sancta Ecclesia designatur? Funda nanq; dum in gyrum mittit: sicut de il-
la lapides exeunt, qbus aduersariorum pectora feriãtur: ita sancta Ecclesia, dum uolubi-
litate tẽporum per tribulationum circũitum ducitur, fortes ex illa uiri prodeunt, quibus
Zach. 9 d quasi lapideis ictibus iniquoꝝ corda tundantur. Vnde & ad prophetã de bonis doctoris
bus dns dicit, Deuorabunt, & subiicient lapidibus fundę. Sancti quippe doctores, q ad uir-
tutem & alios instruunt, hostes deuorant, dum eos intra corpus suũ per uim cõuersionis
immutãt. Quos lapidibus fundæ subiiciunt, qa dum fortes quosq; in sancta Ecclesia uic-
ros instituunt, per eos aduersariorꝝ superbientium pectora dura cõfringunt. Vnde &
1. Reg. 17 c lias immanissimus saxo fundæ moritur, qa singulari sanctæ Ecclesiæ lapide diabolica
celsitudo superatur. Leuiathan itaq; iste, qa damnato illo hoie assumpto, quosliber fore
tes Ecclesię uelut infirmos despicit, eorumq; uires tẽporaliter premit, recte nunc dicitur
In stipulam uersi sunt ei lapides fundæ. Ac si aperte diceretur: Sanctoꝝ robur quasi in sti
pulæ molliciem redigit, quoꝝ lingua prius pectus illius durius ictibus tutudit. Omnem
qppe tunc fortitudinẽ suæ iniquitatis exercẽs, quãto se ab eis uinci spiritaliter dolet, tãto
atrocius contra eos corporaliter prævalet. Et qa nil se contra eoꝝ spiritum prævalere
cõsiderat, in eorum carne crudelitatis suæ, omnia argumẽta cõsummat. Funda quoq; est
1. Reg. 17 c longanimitas. Vnde diuus Bernardus in sermone de Dauid, & Golia, hoc pacto scribit:
Audiuimus ex libro regũ Goliã uirum proceræ staturæ, præsumentẽ super multa fortitu-
dine, & magnitudine corporis sui, uociferantẽ aduersus phalangas Israel, & prouocan
tem eas ad singulare certamẽ. Audiuim⁹ etiã à deo suscitatum spm pueri iunioris, ut ina
digne ferret uirum spuriũ, & incircũcisum castris Israel, & dei summi exprobrantẽ agmi
nibus. Spectauimus ꝓcedentem adolescentulũ in funda & lapide aduersus monstruosæ
magnitudinis hoiem loricatum, & clypeo ꝓtectum, ac galea, cæterisq; terribilem milita
ribus armis. Si qua in nobis erant uiscera pietatis, nõ potuimus nõ timere ficincunti con
Psalm. 43 b flictum, nõ congaudere uincenti. Laudauimus magnanimitatem paruuli, q̃ comederet
animã eius zelus domus dei, & opprobria exprobrantiũ ei à se non duceret aliena: sed et
quam ad propriã moueretur iniuriam, & doleret super cõtritione Ioseph. Mirati sumus
tantam in adolescente fiduciam, fiduciã quãta non inueniretur in uniuerso Israele. Cot
latam deniq; cœlitus uictoriã, & diuina manifeste patratã uirtute, tam læti suscepimus,
q̃ soliciti certamen expectauimus, armati fide parruuli, & gloriantis propria in uirtute
gigantis. Iam si spiritalẽ secundũ Apostoli testimonium legẽ esse nõ ignoramus, & scri-
ptam esse propter nos, non solũ exterioris superficiei oblectandos aspectu, sed interioꝝ
quoq; sensuum gustu, tanq̃ medulla tritici satiandos, considerandum nobis est quis nam
uideatur iste Golias, qui populo dei iam repromissionis terrã ingresso, iamq; multis ex
hostibus triũphanti, solus exprobrare præsumit, elatus, & inflatus spiritu carnis suæ. Cre
do enim non incõgrue in superbo homine superbiæ uitiũ designari. Ipm nanq; est pecca-
tum maximum, quod dei populo magis insultat, & insurgit specialiter aduersus eos, qui
cætera iam uideantur uicisse peccata. Hinc est quod prouocat ad singulare certamen,
tanquam cæteris iam subactis. Nam & Philistei illo in tempore timebant omnino ad-
uersus Israel inire conflictum, nisi quod de Golia enormis magnitudinis uiro eorum
fiducia tota pendebat. Vnde enim eiusmodi animam superbia tentet, quam sibi subiu-
gauit inuidia, seu tepiditas ea, quæ solet deo uomitum prouocare, aut pigritia, quæ se-

cit, ut bonum stercoribus lapidetur? Vnde (inquam) ei superbia, unde extollentia oculo- Eccli. 22 a
rum, cui à deo cætera uitia dominantur, ut dijudicari se ab uniuersis tanquam male sibi
conscius arbitretur? Quis deniq;, nisi manu fortis, qui cætera iam sibi potenti uirtute ui-
tia subiugauit, aduersus nequissimum superbiæ uitium dimicaturus accedat? Procedat
(inquit) Dauid manu fortis, quoniã nõ est uincere tantũ hostẽ, nisi in manu forti. Arme- 1. Reg. 17 e
tur ipse cõtra Goliam, qui & ursum uicerit & leonem. Videat sane utrum Saulis ei arma
possint prodesse, utrum seculari sapientia, & philosophicis traditionibus, seu etiam diui 1. Cor. 3 b
narum superficie scripturarum, quam nimirum occidentem literam uocat Apostolus: ui
deat (inquam) utrum his armis debellare superbiam, utrum hac uia humilitatem appre
hendere possit, ut onerari sese magis, quàm roborari sentiens huiusmodi arma, atq; im-
pedimenta proiiciat, iactans omnino cogitatum suum in domino, & de propria penitus
desperans industria, sola fide armatus, nõ reputet Goliæ proceritatem, ne forte magnitu Psalm. 54 d
dinis eius mole prematur, sed potius psallat spiritu, psallat & mente: Dominus (inquiẽs) 1. Cor. 14 c
defensor uitæ meæ &c. Nam & Petrus dum nec uentorum uiolẽtiam, nec maris profun- Psalm. 26 a
dum, corporisq; pondus cõsideraret, in uerbo domini iactans semetipsum, nec perire po- Ioan. 21 b
tuit, nec timere. At ubi uidit uentum ualidum uenientem, timuit, ipsoq; timore protinus Mat. 14 d
mergi cœpit. Simile aliquid etiam nunc athletæ nostro rex Saul suadere tentat: Non po- 1. Reg. 17 d
tes (inquiens) resistere Philisteo isti, nec pugnare aduersum eum, quoniam puer es, hic au
tem uir bellator ab adolescentia sua. Veruntamen non acquiescit ille tale aliquid medi-
tari, sed præsumens de uirtute eius, cuius auxilio priora certamina iam uicisset, accedit in-
trepidus. Colligit igitur (abiectis armis Saulis) quinq; lapides de torrẽte, quos nimirum
(quum leuia quęq; tolleret) leuigare torrens potuit, sed non etiam tollere secum. Torrẽs
quippe, quem pertranseat anima nostra, seculum præsens est, scriptura teste. Quoniam Eccl. 1 a
generatio aduenit, & generatio præterit, tanquã tumens unda, undam impellens. Quia
ergo omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, huiusmodi leuia facile
secum trahit torrens inundans, uerbum autem domini nullis fluctibus cedens, manet in-
æternũ. Arbitror proinde nõ incõgrue quinq; lapidibus istis qnquepertitũ uerbũ intelli Esa. 40 b
gi, cõminationis, ꝓmissionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Horũ qppe uerboꝝ la
te patens copia in diuinarũ reperitur serie scripturarum. Et forte ipsa sunt quinq; uerba, 1. Cor. 14 d
quorũ meminit Paulus, malens quinq; uerba loqui in sensu, q̃ decẽ milia in lingua. Pre- 1. Cor. 7 f
terit eñ figura huius mundi. Et iuxta aliud testimoniũ, Et mũdus tranſit, & concupiscen- 1. Ioan. 2 c
tia eius. Hęc autẽ uerba, transeunte mundo, non modo manent, uerumetiã leuigant ma-
gis, dũ pertranseuntibus pluribus, multiplex est scientia. Iam uero collectos istos lapides
cõtra superbię spiritũ dimicaturus Dauid, in uase memorię suæ reponat, cõsiderãs quãta
nobis cõminetur deus, quanta promittat, quantam nobis exhibeat charitatem, & quàm
multa nobis sanctitatis exempla proponat, quemadmodũ deniq; orationũ nobis ubiq;
cõmendet instantiam. Hos (inquã) lapides secum tollat, quisquis superbiæ uitium debel-
lare festinat, ut quotiẽs uenenatum audet erigere caput, quibuslibet ex his lapidibus ma
nu cogitationis ei occurrat, percussus in fronte Golias deiciatur, opertus confusione. In
quo sane conflictu, funda quoq; necessaria est, lõganimitatis formam habens, quã huic
maxime certamini nulla ratione deesse necesse est. Quotiens ergo uanitatis cogitatio mẽ
tem pulsat, si intimo cordis affectu diuinas expauescere cœperis comminationes, seu pro
missiones eius desiderare, non sustinet Golias utriuslibet lapidis iactum, sed reprimitur
ilico tumor omnis. Quod si uenerit in mentem dilectio illa tam ineffabilis, quam tibi de
us maiestatis exhibuit, an non ilico inardescẽs ad charitatem prorsus abominari incipis,
& abiicere uanitatem? Sic & exempla sanctorũ, si diligenti tibi consideratione proponas,
erit sine dubio ad reprimendã elationẽ cogitatio ista perutilis. Iam uero si forte insurgẽ-
te subito elatione, nihil ex his quæ diximus, apprehendere quærit manus tua, toto feruo
re ad eam conuertere, quæ sola restant, orationem, continuo quem eleuatum uideras, &
exaltatum sicut cedros Libani, subuersus impius iam non erit. Sed quæras fortasse quẽ-
admodum suo ipsius gladio Goliæ possis abscindere caput, id enim tanto tibi iocundius,
quanto molestior hostis. Dico breuiter, quoniam (expertis loquor, & qui facile capiãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& aduertant sine mora,quod in semetipsis crebro sentiunt actitari)quotiens te prouocã-
te uanitate ad recordationem comminationis diuinæ, seu promissionis, & cæterorum,
quæ suprà diximus,cõfundi cœperis,& erubescere, deuictus est quidem Golias,sed forsi-
tan adhuc uiuit. Accede itaq; propius,ne forte resurgat,& stans super eum mucrone pro
prio caput eius abscinde,de ea ipsa quæ te appetit uanitate perimens uanitatem. Elata si
quidem cogitatione pulsatus, si ex ea ipsa materiam, & occasionem sumas humilitatis,
quo nimirum humilius deinceps,& abiectius tanquam de superbo homine sentias de te
ipso, Goliam utiq; Goliæ gladio peremisti.

Quid fundamentum mystice significet. Cap. XIIII.

Iob.38.a QVid autẽ fundamentũ mystice significet,diuus Gregorius libro Moral. 28.cap. 9.
exponens illud Iob,Vbi eras,quando ponebam fundamẽta terræ,hoc pacto insi-
nuat:In scriptura sacra quid aliud fundamẽta, quàm prædicatores accipimus? Quos dñs
primos dominus in sancta Ecclesia posuit, tota in eis sequentis fabricæ structura surre-
Exod.28.c xit. Vnde & sacerdos,quum tabernaculũ ingreditur, duodecim lapides portare in pecto-
re iubetur, quia uidelicet semetipsum pro nobis sacrificium offerens pontifex noster, dñ
fortes in ipso exordio prædicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui
corporis parte portauit. Sancti itaq; Apostoli,& pro prima ostensione ornamẽti lapides
sunt in pectore,& pro prima soliditate ædificij in solo fundamẽta. Vnde Dauid prophe-
ta,quum sanctam Ecclesiam in sublimibus Apostolorum mentibus poni,ædificariq; cõ-
Psalm.86.a spiceret,Fundamenta eius(inquit)in montibus sanctis. Quum uero in sacro eloquio nõ
fundamenta,sed singulari numero fundamẽtum dicitur, nullus alius, nisi ipse dominus
designatur, per cuius diuinitatis potentiam,nutãtia infirmitatis nostræ corda soliditur.
1.Cor.3.c De quo & Paulus ait:Fundamentum aliud nemo potest ponere,præter id quod positum
est,quod est Christus Iesus. Ipse quippe fundamentum fundamentorum est,quia & ori-
go est inchoantium,&constantia robustorum. Quia igitur fundamenta nostra sunt hi,
qui iniquitatum nostrarum pondera portauerũt, ne beatus Iob in superbia de uirtutum
suarum potentia subleuetur, in ipsa dominici primi parte sermonis,de sanctorum prædi-
catorum commemoratione discutitur, ut quanto illos admirabiles uenire conspiceret,
tanto in eorum comparatione de se uilius æstimaret. Quod idcirco à domino iam quasi
Iob.38.a præteritum describitur, quia quicquid foris futurum est in opere,intus iam factum est in
prædestinatione. Dicitur itaq; illi:Vbi eras,quando ponebam fundamenta terræ? Acsi
aperte diceretur: Virtutem fortium cõsidera, meq; eorum ante secula autorum pensa,&
quum eos,quos in tempore condidi,mirabiles suspicis, perpende quãtum mihi subdi de-
beas,quem autorem miralium sine tempore esse cognoscis. Sed hæc quæ de significa-
one sanctæ Ecclesiæ dicta sunt,placet, ut breuiata replicatione moraliter differantur. Dig-
num nanq; est,ut per ea quæ beato Iob dici cognoscimus, ad corda nostra reuocemur,
quia uerba dei tunc mens uerius intelligit, quum in eis semetipsam quærit. Ecce enim di-
citur: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? Si peccatoris animus puluis est,
Psalm.1.b quia in superficie attollitur,& tentationis aura raptatur, unde scriptum est: Nõ sic impij
Hebr.6.b non sic, sed tanquam puluis quem proiicit uentus à facie terræ, nil obstat terram imbri-
gi animam iusti,de qua scriptum est: Terra enim sæpe uenientem super se bibens imbrẽ,
generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem. Sed hu-
us terræ fundamentum fides est. Huius terræ fundamentum iacitur, quando in occultis
cordis prima soliditatis causa diuinus timor inspiratur. Iste necdũ credit æterna,quæ au-
dit. Hinc,quum fides datur,ad ædificium subsequentis operis iam fundamentum iacitur.
Ille æterna iam credit,nec tamen metuit, uenturi iudicij terrorem despicit,peccatis se cæ-
nis,& spiritus audenter inuoluit. Huic repente,quum futurorum timor infunditur,ut bo-
næ uitæ surgat ædificium,iam fundamenta construuntur. Posito itaq; prosperæ formi-
dinis fundamento,quum uirtutũ fabrica in altum ducitur,necesse est,ut unusquisq; pro-
ficiens uires suas caute metiatur,ut quũ diuina constructione magnus esse iam cœperit,
semetipsum respiciat sine cessatiõe quod fuit, quatenus attendẽs humiliter quod per me
ritũ inuẽtus est,nequaquã sibi arroget quod per gratiam factus est. Vnde & nunc beatus
Iob

Iob per supernam uocem ad semetipsum reducitur, & ne de uirtutibus gloriari audeat,
de ante acta uita memoratur,eiq; dicitur:Vbi eras,quando ponebam fundamenta terræ? Iob.38.a
Acsi iustificato peccatori aperte ueritas dicat:Virtutes à me acceptas tibi nõ tribuas, no-
li cõtra me de meo munere extolli. Recole ubi te inueni,quando meo timore prima in te
fundamenta uirtutũ posui. Recole ubi te inueni,quando meo te timore solidaui. Et in e-
pistola ad Iscium episcopũ Hierosolymitanũ,ex registro lib. 9. cap. 40. Fundamentũ au- 1.Cor.3.c
tem aliud nemo potest ponere,præter id quod positũ est,quod est Christus Iesus. Quisqs
igitur cũ dilectione dei,& proximi fidei,quæ est in Christo,firmitatem tenet eundẽ Iesum
Christum dei,& hominis filium apud se posuit fundamẽtum. Sperandum ergo est, quia
ubi Christus fundamentum est,bonorum quoq; operũ sequatur ædificium. Ipsa quoq; Lucæ 10.b
ueritas per se dicit:Qui nõ intrat per ostium in ouile ouium,sed ascendit aliunde,ille fur
est,& latro. Qui autẽ intrat per ostium, pastor est ouium. Et paulo post subijcit, dicens: Ibidem
Ego sum ostiũ. Ille uero ad ouile ouium intrat per ostium, qui intrat per Christum. In-
trat ipse per Christum,qui de eodem creatore,& redẽptore humani generis uera sentit,
& prædicat,prædicata custodit,culmen regiminis ad officiũ portandi oneris suscipit, nõ
ad appetitum gloriæ tranſitorij honoris. Curæ quoq; suscepti ouilis solerter inuigilat,
ne oues dei,aut peruersi homines praua loquentes dilaniẽt,aut maligni spiritus oblectamẽ-
ta uitiorum suadentes deuastent. Et Origenes homil. 15. super Leuiticũ:Quomodo se-
parari à sacerdotibus potest domus,quæ ædificata est super fundamentum Apostolo-
& prophetarũ,in qua est ipse angularis lapis Iesus Christus? Quod autem possit aliquã- Ephes.2.d
do domus ista distrahi,hoc est,huiusmodi ædificatio incidere in peccatum,audi,Apostolus Paulus quomodo de talibus dicit:Vt sapiens architectus fundamentũ (inquit) posui, 1.Cor.3.b
alius superædificat. Vnusquisq; autem uideat quomodo superædificet. Fundamentum
enim aliud nemo potest ponere,præter id quod positum est,quod est Christus Iesus. Si qs
autẽ supra fundamentum hoc ædificat aurum,argentum,lapides pretiosos,ligna,fœnũ,
stipulã. Vides ergo quia potes supra fundamentũ Christi ædificare ligna,fœnũ,stipulã,
hoc est,opera peccati, quæ qui ædificat,fine dubio uendidit domum suam emptori pessi-
mo diabolo,à quo unusquisq; peccantium peccati præmium consequitur, satisfactionẽ
desiderij sui. Hoc si forte incurrerit aliquis(quod absit)cito redimat,cito reparet,dum tẽ-
pus est reparandi,dum penitentiæ locus est,deprecantes in commune,ne æternæ domus
habitatione fraudemur,sed digni habeamur recipi in æterna tabernacula. Et homilia.
9. super Iesum Naue: Omnes qui in Iesum Christum credimus, lapides uiui esse dici-
mur, secundum quod scriptura pronunciat,dicens:Vos autem estis lapides uiui, ædifica 1.Petr.2.c
ti domus spiritalis in sacerdotio sancto,ut offeratis spiritales hostias, acceptabiles deo
per Iesum Christum. Sicut autem in istis terrenis lapidibus obseruari nouimus,ut hi qui-
dem lapides,qui ualidiores sunt,& potentiores,primi in fundamenta iaciantur, ut ipsis
credi,& superponi possit totius ædificij pondus. Alij uero qui sequentes sunt,id est,pau-
lo illis inferiores,proximi illis,qui in fundamento sunt,ordinentur. Qui uero plus infe-
riores sunt,paulo superius à fundamentis. Tum deinde in comparatione lapidum qui in
firmiores sunt in superioribus,& prope ipsa iam recti fastigia collocentur. Ita nunc intel
ligẽ etiam de lapidibus uiuis esse aliquos in fundamẽtis huius spiritalis ædificij. Qui au
tem sunt isti,qui in fundamentis collocantur? Apostoli,& prophetæ. Sic enim dicit Pau- Ephes.2.d
lus,hæc ipsa docens:Aedificati(inquit)supra fundamentum Apostolorum,& propheta
rum,ipso angulari lapide Christo Iesu domino nostro. ut autem promptiorem te præpa
res,o auditor ad huius ædificij constructionem,ut lapis aliquis inueniaris uicinior fun- 1.Cor.3.c
damento,disce quia & ipse Christus huius quod nunc descripsimus ædificij, fundamen-
tum est. Sic enim dicit Apostolus:Fundamentum enim aliud nemo potest ponere,præter
id quod positum est quod est Christus Iesus. Beati ergo qui supra illud tam nobile funda
mentum ædificia religiosa,& sancta construxerint.

De eodem fundamento. Cap. XV.

Diuus autem Augustinus enarrans illud Psalmistæ, Fundamenta eius in montibus Psal. 86.a
sanctis,hoc pacto scribit: Qui sunt montes sancti,super quos fundata est ciuitas? Ephes.2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoſtolus Paulus hoc planius dixit: Superædificati ſuper fundamentum, Apoſtolorũ & prophetarũ. Et quia nec ipſi Apoſtoli aut prophetæ in quibus fundamentum eſt ciuitatis ſe tenerẽt in ſe, ſecutus ibi, ait: Ipſo ſummo exiſtente lapide angulari Chriſto Ieſu. Habes conſtructionem tantæ ciuitatis. Sed omnis iſta compages ubi innititur, ubi incũbit, ut nuſquam cadat? Ipſo (inquit) ſummo angulari lapide &c. Dicet fortaſſe aliquis: Si angularis lapis eſt Chriſtus Ieſus, in illo quidem duo parietes cõpaginantur. Neq; enim angulum faciunt, niſi duo parietes in unum de diuerſo uenientes. Sic & populi duo ex circũciſione, & ex præputio ad pacem Chriſtianã ſibimet connexi in una fide, una ſpe, una charitate. Sed ſi angulus ſummus Chriſtus Ieſus, quaſi uidentur priora fundamenta, & poſterior lapis angularis. Poteſt ergo aliquis dicere, quia magis Chriſtus ſuper prophetas & Apoſtolos incumbit, non illi ſuper illum, ſed illi ſunt in fundamento, ipſe in angulo. Sed cogitet qui hoc dicit, angulũ & in fundamento eſſe. Neq; enim ibi eſt angulus, ubi uidetur, ut ſurgat in apicem. A fundo enim incipit. Nam ut noueritis, quia fundamentũ
1.Cor.3 c Chriſtus & primũ, & maximum: Fundamentum (inquit Apoſtolus) nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Quomodo ergo fundamenta pphetæ, aut Apoſtoli? Et quomodo fundamentũ Chriſtus Ieſus, quo ulterius nihil eſt? Quomodo putamus, niſi quẽadmodum aperte dicitur ſanctus ſanctorũ, ſic figurate fundamentum fundamentorũ? Si ergo ſacramẽta cogites, Chriſtus ſanctus ſanctorũ: ſi gregem ſub ditum cogites, Chriſtus paſtor paſtorum: ſi fabricam cogites, Chriſtus fundamentum fundamentorum. In ædificijs iſtis non poteſt idem lapis eſſe in imo, & in ſummo. Anguſtias enim omnia pene corpora patiuntur, nec ubique eſſe poſſunt, nec ſemper. Diuinitas autem, quæ ubiq; præſto eſt, undiq; præſto eſt, undiq; ad eam poteſt duci ſimi
1.Petri 2 a litudo, & totum poteſt eſſe in ſimilitudinibus, quia nihil eorum eſt in proprietatibus. Ergo fundamentum, & lapis angularis ipſa eſt ab imo ſurgens, ſi tamẽ ab imo. Et enim ori go fundamenti huius ſummitatem tenet. Et quemadmodũ fundamentũ corporeę fabricæ in imo eſt, ſic fundamentum ſpiritalis fabricæ in ſummo eſt. Ipſe ergo angularis lapis, monteſq; Apoſtoli, prophetæ magni portantes fabricã ciuitatis, faciunt uiuũ quoddam ædificiũ, cuius lapides ſunt hi, de quibus dicitur: Et uos tanq̃ lapides uiui ædificamini in domũ ſpiritalẽ. Quare ſunt fundamenta Apoſtoli, & prophetæ? Quia eoꝝ autoritas portat infirmitatẽ noſtram. Quare ſunt portæ? Quia per ipſos intramus ad regnum dei. Recte ergo dicitur, Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit dñs portas Sion. Et Theophylactus exponẽs illud Apoſtolicum, Superædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorum, & prophetarũ &c. Summã (inquit) gentiũ cũ prophetis, & Apoſtolis ſignificatus coniunctionẽ, ſuperædificati dixit, tanq̃ inquiat, prophetas, & Apoſtolos ipſos, p fun
Pſal.36 a damẽtis ſubeſſe: nos uero ueluti impoſitã molẽ, ſtructurã reliquã abſoluiſſe. Quo fit, ut omnes unum ſitis dei templũ effecti, cuiuſmodi illud futurũ eſt, quod ſuper Apl̃os ſtruiEphe.2 d tur, & pphetas, quod alibi inferiorẽ partem appellat. Prius itaq; Apoſtolos poſuit, & fuere tẽpore poſteriores. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Qui cuncta cõplecti
Col.1 c tur, Chriſtus eſt. Angularis nanq; hic lapis utrinq; parietes prehẽdit, & fundamenta. Ad
1.Cor.3 c uerte autẽ quemadmodũ nonnunq̃ ſuperiori in parte conſtringere Chriſtũ, uniuerſam ædificij molem fatetur, quum eundẽ caput appellat, nonnunq̃ inferiori, quũ angularem dicit, alibi præterea & fundamentum hũc nuncupat. In quo omnis ędificatio conſtructa creſcit in templum ſanctũ in dño: In angulari hoc lapide Chriſto (inquã) omnis ædificatio, hoc eſt, fideles uniuerſi cõſtructi, & in unum coacti, tanq̃ ſimul progeniti, & inſeparabili nexu detenti, augẽtur, & coaluntur, & ita ut dei templum efficiãtur. Et diuus Ambroſius in cõmentarijs: Superædificati ſuper fudamentũ Apoſtolorũ, & prophetarũ, hoc eſt,
1.Cor.12 d ſupra nouum, & uetus teſtamentum collocati. Quod eñ Apoſtoli prędicauerunt, pphetę futurum dixerunt, quãuis dicat ad Corinthios, deus primum poſuit in Eccleſia Apl̃os, ſecũdo prophetas. Sed hi, alĩ prophetæ ſunt, Illo eñ loco de ordinatione Eccleſiæ diſputat, hic uero de fundamẽto Eccleſiæ. Prophetæ enim diſpoſuerũt. Nã Apoſtoli fundamẽta iecerunt. Vnde dicit dñs ad Petrum: Super iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam,
Mat.16 c hoc eſt, in hac catholicæ fidei confeſſione ſtatuo fideles ad uitã. Nam & Dauid diſpoſuit domum

domum dei, & figuauit locum ubi fieret, Salomõ uero fundauit eam. Ipſo ſummo angu- 1. Par. 28 b
lari lapide &c. Hic ſenſus eſt. Vnde dominus ait: Super iſtam petram ædificabo Eccleſi- & c
am meam. Duos enim populos in ſe ſuſcepit ſaluator, & fecit unũ in domino, ſicut & la- Matt. 16 c
pis angularis duos parietes cõtinet in unitate domus firmatos. Fideles enim ſuperficies
ſunt templi dei in ſpiritu cõuerſantes, ut poſſint hæredes fieri cœleſtis habitationis. Et Hi
eronymus in commentarijs: Superædificati ſu. fun. Apoſt. & propher. noui teſtamẽti, in
quibus Agabꝰ fuit. Chriſtus eſt etiam fundamentum, qui etiam lapis dicitur angularis,
duos coniungens, & continens parietes. Ideo autem fundamentum, & ſummus eſt, quia Act. 11 d
in ipſo fundatur, & conſummatur Eccleſia. Creſcit in templũ ſanctũ in domino. In tem-
plo non poſſunt lapides niſi ſancti poni. Ad comparationẽ templi Hieruſalem dixit ex-
trui corpus Chriſti, id eſt, Eccleſiam, & multo maiorem mũditiam, & ſanctitatem habet
ueritas, quàm imago, In quo & uos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu ſanctoꝝ
Vtcum Apoſtolis, & propheris ſitis habitaculũ dei ſpirituale, non manufactũ. Et in Apo
calypſi ſcriptum eſt: Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duo- Apoca. 21 d
decim, nomina duodecim Apoſtolorũ, & agni. Et infrà: Et fundamẽta muri ciuitatis o- & f.
mni lapide precioſo ornata, & fundamentũ primũ, iaſpis &c. Et fundamẽta (inquit) muri
ciuitatis, qui eſt Apoſtoli, omni lapide precioſo ornata, id eſt, oñi genere uirtutũ, & fun
damentum primũ iaſpis, id eſt Petrus Chriſti uicarius, qui dicitur iaſpis ob fidei uirorem
non marceſſentem. Secũdum Sapphirus, id eſt, coloris cœleſtis, & Paulum ſignificat, qui
raptus fuit uſq; ad tertium cœlum, qui ſimilis fuit ſereno cœlo, qui percuſſus radijs ſolis,
id eſt, Chriſti, qui illum e cœlis uocauit, ardentem emiſit fulgorem, cuius conuerſatio in Philip. 3 d
cœlis fuit. Quia uero ſole innouatus ardentius æterna quæ fuit, & alios quęrere docuit.
Tertium calcedonius, qui calorem habet pallentis lucernæ, qui fulget ſub diuo, in domo
obſcurus, omnium ſculpentium argumẽtis reſiſtit radio ſolis, uel digitorum attritus ex-
candens paleas ad ſe trahit. Significat ergo diuum Ioannem, qui flamma internæ charitatis ſemper fuit accenſus, qui foris deſpectus, in occulto lucebat, & bona in abſcondito
agebat. Sed quum alijs prodeſſe putabat, tunc apparebat quid intus fulgoris habebat.
Sculpẽtibus reſiſtit, quoniam inter aduerſa ſeculi, fortis, & inſecabilis fuit, & à nullo uin
ci potuit. Et calefactus radijs ſolis, id eſt, Chriſti, uel digiti, id eſt, ſpiritus ſancti, paleas, id
eſt, peccatores ad ſe traxit. Quartus ſmaragdus, qui nimiæ eſt uiriditatis, omnes in uiridi
tate ſuperans herbas, ac frondes, ut & aerem circumfluum uiridem reddat, & Iacobũ no
tare poteſt Apoſtolum, qui miræ fuit uiriditatis, & tantæ uirtutis, ut propter ipſius mora
tem putauerit Ioſephus Hieruſalem penitus fuiſſe deſtructam. Quintum Sardonyx qui
nigredinem in imo, candorem in medio, & ruborem in ſummo habet, ſignificãs Iacobũ
maiorem, qui per humilitatem niger, id eſt, deſpectus fuit, ſed candidus in medio, id eſt,
in corde, & in ſummo rubeus per martyrium. Nam primus inter Apoſtolos martyrio co
ronatus fuit. Sextum, ſardius, qui eſt ſanguinei coloris, martyrium ſignificans, & Andre
am ſignificat, qui uidens à longe crucem ſibi paratã, ait: O bona crux diu deſiderata, &
iam concupiſcenti animo præparata, ſecurus, & gaudens uenio ad te. Nam & hic lapis
& hominem lætificare, timore expulſo dicitur. Septimum Chryſolithus, qui aureum
habet fulgorem, & ſcintillas ardentes uidetur emittere, & nocturnos timores pellere aſ-
ſicitur, ſignificans Matthæum Apoſtolum, & Euangeliſtam, qui fuit aurei fulgoris in Euangelio, & ſcintillas emiſit ardentes prædicationum, & miraculorum, quis
bus populos Aethiopum ad CHRISTI fidem conuertit. Octauum Beryllus, qui lucet ut aqua ſole percuſſa, & manum urit tenentis, quanquam nonnulli afferant uiridis,
& pallentis eſſe coloris, & reddere hominem (ut dicitur) mitem, atque benignum, & ſignificat Simonem fratrem Iudæ, qui tam uita, quàm prædicatione luxit, ac ſplenduit, ut
multos cum fratre ad Chriſtum cõuerteret ſua manſuetudine, & benignitate, quãquam
exterius pallidum uideretur habere colorem, id eſt eſt, hominẽ eſſe contemptibilem. No
num Topazius, qui aureũ habet colorẽ, & æthereã habet claritatem, & quũ ſplẽdore ſo-
lis tãgitur, omniũ ſuperat claritatẽ gemmarũ, & ſignificat Bartholomæũ, qui aurei colo-
ris fuit ob ſapientiã, & ætheream habuit claritatẽ ob orationũ frequentiã. Cẽties eñ in die,
& centies

Universidad de Deusto
Biblioteca

& centies in nocte flexis orabat genibus, cuius candida ueſtimenta nunquam uetera uerunt, nunquam ſordes contraxerunt. Decimum Chryſopaſſus uiridis coloris, & aureæ mixturę, ſiue (ut alij aſſerunt) purpureí coloris cum guttis aureis, & ſignificat Thomam, qui uiridis fuit fidei. poſtquam Chriſti latus tetigit. Nam clamauit, tacto Chriſti latere, Dominus meus, & deus meus. Guttæ aureæ fuerunt eleemoſynę pecuniarũ, quas habuit à rege pro ædificando palatio. Vndecimum hyacinthus, qui in ſereno eſt perſpicuus, & in nubilo obſcurus, ſignificans Philippum. Duodecimus Amethyſtus, qui eſt purpureí coloris, mixto colore uiolæ, & roſæ, ſignificans Iudam fratrem Simonis.

Quid funis, ſiue funiculus myſtice ſignificet. Cap. XVI.

Prou.5 d
Iob 12 c

FVnis peccatum ſignificat, iuxta illud Salomonis: Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Et in Iob ſcriptum eſt: Balteum regum diſſoluit, & precingit funę renes eorũ. ubi hoc pacto diuus ſcribit Gregorius: Qui membrorum ſuorum (inquit) motus bene regere ſciunt, non immerito reges uocantur. Regum itaq; balteum diſſoluit, quando in his, qui bene regere ſua membra uidebantur, propter elationis culpam, caſtitatis in eis cingulum deſtruit. Et quia in renibus carnis delectatio principatur, & in funę accipitur peccatum, diſtrictus conſcientiæ iudex, qui regum balteum diſſoluit, funę precingit renes eorum, quatenus diſſoluto caſtitatis cingulo, ſcilicet eorum mẽbris delectatio peccati dominetur, ut quos in occulto ſuperbia inquinat, quàm

Iob 40 d

ſint deteſtabiles, etiam in publico oſtendat. Et exponens illud Iob, Et funę ligabis linguę eius? Subaudis, ut ego. Scriptura enim ſacra funę aliquãdo dimẽſionum ſortes, aliquando peccata, aliquando fidẽ deſignare cõſueuit. Nam propter hęreditarias dimenſionũ ſortes

Pſalm.15 d

dicitur: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Et enim hæreditas mea præclara eſt mihi. Funes quippe in præclaris cadunt, dum per humilitatẽ uitæ, ſortes nos patriæ melioris ac-

Eſa.5 c

cipiunt. Rurſum quia funę peccata ſignantur, per prophetam dicitur: Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis. Iniquitas nanq; in funiculis uanitatis trahitur, dum per

Pſal.118 h

augmentum culpæ protelatur. Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Funes peccatorum circũplexi ſunt me. Quia enim funis addendo torquetur, ut creſcat, non immerito peccatum in funę figuratur, quod peruerſo corde ſæpe dum defenditur, multiplicatur. Rurſum fu-

Eccls.4 c

ne fides exprimitur. Salomõe atteſtãte, qui ait: Funiculus triplex difficile rumpitur, quia fides uidelicet, quæ de cognitione trinitatis ab ore prædicantium texitur, fortis in electis permanẽs, in ſolo reproborũ corde diſſipatur. Hoc itaq; loco funis nomine, ſiue peccati, ſiue fidẽ nõ obſtat intelligi. Incarnatus etenim dñs noſter funę linguã ligauit, quia in ſimilitudine carnis peccati apparuit, & omnia errorum eius prædicamenta damnauit. Vn-

Roma.8 a

de Paulo atteſtante dicitur: Et de peccato damnauit peccatum. Funę linguam ligauit, quia per ſimilitudinem carnis peccati ab electorum ſuorum cordibus cũcta eius falla-

argumenta deſtruxit. Ecce enim apparẽte in carne domino, Leuiathan lingua ligata eſt, quia eius ueritate cognita, illæ falſitatis doctrinę tacuerũt. Funę ergo Leuiathan linguã conſtringitur, quia per ſimilitudinem carnis peccati, ligata eſt prædicatio uetuſti peccatoris. Si autem fides funę ſignatur, idem nobis iterum intellectus innuitur, quia dum prædicatores ſanctos in mundo fides trinitatis innotuit, contra electorum mentes eorum

Pſalm. 73 c
Mar. 3 d. &
Matt. 12 c

pere mundi doctrina ceſſauit. Vnde bene à domino per prophetam dicitur: Tu diripuiſti fontes, & torrentes, tu ficaſti fluuios Ethan. Ethan quippe interpretatur fortis, de quo nimirum dominus ait: Nemo poteſt uaſa fortis ingreſſus domũ diripere, niſi prius fortem alliget. Fontes itaq; & torrentes, dominus dirupit, dum in Apoſtolorũ ſuorum cordibus fluenta ueritatis aperuit. De quibus rurſum per prophetam alium dicitur: Hauri-

Eſaiæ.12 a.

tis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Ad eos quippe doctrinã fitiẽtes pergimus, ut ueritatis plenas cordium noſtrorũ lagunculas reportemus. Sed emanãtibus ſuis fontibus Ethan fluuios exiccauit, dum doctrinã fortis, & maligni ſpiritus, oſtẽſo radio ſuæ ritatis, arefecit. Leuithã ergo lingua funę ſtringitur, quia extẽſa fide trinitaris, errorũ pro-

Iob.36 a

dicamenta ſiluerunt. Et exponens illud Iob, Et ſi fuerint in catenis, & uinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorũ, & ſcelera eorũ, quia uiolenti fuerint, hoc pacto ſortibit: Catenæ obligationis ſunt, ipſa adhuc retentio peregrinationis. Ligatũ ſe his catenis Paulus

Paulus aſpexerat, quum dicebat: Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Pau-
pertatis funibus uinctum ſe eſſe cernebat, quando ueras diuitias intuens, eas, etiam diſci-
pulis enarrabat, dicens: Vt ſciatis quæ ſit ſpes uocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæredi-
tatis eius in ſanctis. Bene autem poſt iſta ſubditur: Indicabit &c. Quum enim ſupernam Philip.1 &
gloriã magis amando cognoſcimus, tunc mala, quæ egimus, grauiora fuiſſe ſentimus. Epheſ.1 b
Vnde Paulus poſt perceptam gratiam ſupernorum, ea quæ in ſe ſtudia uirtutum credide 1.Tim.1 c
rat fuiſſe, iam ſcelera cognoſcebat, dicens: Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & cõ-
tumelioſus, ſed miſericordiam cõſecutus ſum, qa ignorans feci in incredulitate. Vel cer- Philip.3 b
te, Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ detrimenta. Poteſt
uero in catenis, & funibus paupertatis, pœna etiam tẽporalis afflictionis intelligi, quia
ſæpe qui iubentis uerba non audiunt, ferientis uerberibus admonentur, ut ad bona æter-
na ſaltem pœnæ trahant, quos præmia non inuitant. Vnde per prophetam dicitur: In ca Pſal. 31 c
mo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Et homil. 13. ſu-
per Ezechielem, exponens illud prophetæ, Et funiculus lineus in manu eius: Funiculus Ezech.40 a
(inquit) lineus prædicatio eſt ſubtilis, quæ mentem audientis ligat, ne ſe uel in miſera co-
gitatione diſſoluat. Et notandum q̃ dicitur, quia ei funiculus in manu eſt, id eſt prædica-
tio in operatione. Ipſe enim oſtendit omne quod docuit, ſicut ſcriptum eſt: Quæ cœpit le- Act.1 a
fus facere, & docere. Habet ergo funiculum, habet in manu calamum menſuræ. Qui eñ
funiculo locum metitur, alibi funiculum trahit, aliũde retrahit, & huc ducit, quem aliũ-
de ſubducit. Sic nimirum ſic redemptor noſter in collectione hominũ facit, dum alios à
ſuis iniquitatibus educit, alios in ſua iniquitate derelinquit. In his eñ quos colligere di-
gnatus eſt, occultæ menſuræ funiculũ traxit, & ab his, quos derelinquendos eſſe iudica-
uit, qd aliud niſi funiculum retraxit? Vt & boni intra menſuram cœleſtis fabricæ tenean-
tur, & mali extra fabricam. In quibus bona, quę æſtimantur nõ ſunt, quaſi ſine mẽſura re-
manent. Hunc funiculũ, & mẽſuræ calamum in manu ſua redemptor noſter tenuit, quũ
Paulum Apoſtolum per apparentẽ uirum Macedonem admonere dignatus eſt, ita ut i-
dem Macedo uir diceret: Tranſiens, adiuua nos, & tamen uolentibus Apoſtolis ad prędi- Act.16 b
candum ire in Aſiam, nõ permiſit ſpiritus Ieſu. Quid eſt q̃ ſancti Apoſtoli, & ibi uocabã- Ibidem
tur ire, ubi fortaſſe pergere nõ cogitabant, & illuc, ubi deſiderabant pergere prohibebã-
tur, niſi quia occulti iudicij funiculus, & menſuræ calamus tenetur in manu, ut & alij uer-
ba uitæ audiant, & alij audire nullatenus mereantur? Et diuus Hiero. exponẽs illud Pro
uerbiorũ, Intexui funibus lectum meum: Solent (inquit) lecti, qui ex funibus intexuntur, Proue.7 c
molliores fieri, q̃ qui ex ligno, uel corio, uel qualibet alia materia ſubſtruuntur. In lecto
ergo funibus intexto, meretrix molliciem quieſcẽdi deſignat. Quia uero nomine funiũ
aliquando ſolent diuina præcepta figurari, quę à noſtris nos uoluptatibus coercendo
religant, promittunt ſe hæretici contextu uerborum cœleſtium ſalubre ſuis auditoribus
quaſi ſtratũ parare, in quo à uitiorum tumultibus libero corde quieſcant, ſed ueraciter il-
lis funibus peccatorũ conſtruũt locũ perditiõis, ubi perpetuo pedes, manuſq; alligati da-
mnantur. Et exponens illud Prouerbiorũ, Iniquitates ſuæ capiũt impium, & funibus pec- Prou.5 d
catorũ ſuorũ conſtringitur: Diſtat (inquit) inter peccatorem, & impiũ, q̃ peccator appel-
latur omnis q uel in paruis, uel in magnis ſceleribus decidit. Impius autẽ qui uel nunquã
fidem recepit, uel enormitate ſcelerum ab ea, quã accepit, anathema factus eſt, ut hæreti-
ci, uel catholici, publicis flagitijs inuoluti. Qui funibus peccatorũ ſuorũ cõſtringuntur,
quum inceſſabili augmento ſuæ prauitatis intereunt. Qui enim funem facit torquendo
ſemper, & inuoluendo fides fidibus auget. Talis eſt fortitudo operũ malorũ, tales libri
hæreticorum, in qbus praua prauis nectẽtes, nõ aliud ſcribẽdo, q̃ quo ſe arctius obligent,
agũt. Et in cõmentarijs Eccleſiaſtis, exponẽs illud Solomonis. Anteq̃ rumpatur funicu- Eccls.12 c
lus argẽteus, & recurrat uitta aurea: Funiculus (inquit) argẽteus candidã hãc uitã, & ſpi-
ramẽ, quod nobis de cœlo tribuitur, oſtẽdit. Recurſus quoq; uittę aureę animã ſignificat,
quæ illuc recurrit, unde & deſcẽderat. Porro duo reliqua, quæ ſequũtur, Et cõteratur hy-
dria ſuper fontẽ, & cõfringatur rota ſuper ciſternã, mortis ænigmata ſunt. Quomõ enim
hydria, quæ cõteritur, ceſſat haurire, & rota per quã de ciſterna, & puteis leuantur aquæ,
ſi conſtracta

Universidad de Deusto
Biblioteca

si confracta fuerit,siue(ut alij interpretes uoluerunt)in suo funiculo conuoluta,aquę us-
sus intercipitur:ita & quum funiculus argenteus,si fuerit interruptus,& animæ riuus re
currerit ad fontẽ,interibit homo. Et ut manifestius sequitur:Et reuertatur puluis in terr
ram suam unde erat,& spiritus redeat ad deũ,qui dedit illum. Ex quo satis ridendi sunt,
qui putãt animas cum corporibus seri,& non à deo, sed à corporũ parentibus generari.
Quum enim caro reuertatur in terrã,& spiritus redeat ad deum,qui dedit illum, manifes
tum est deum,patrem animarũ esse,non homines. Et in Oseæ scriptum est. In funiculis
Oseæ 11 b, Adam trahã eos,in uinculis charitatis. Pro Adã Aquila,& Symmachus,& lxx.& Theo
dotio,homines transtulerunt,id est,in funiculis hominũ. In tantũ (inquit) dilexi eos,&
tam clemens pastor fui,ut morbidã ouem humeris meis ipse portarẽ:ipsi uero ignorau
runt,cp mea illos passione curarem,& qui amator sum omnium hominum,traherẽ eos
ad credendum in uinculis charitatis,iuxta illud quod in Euangelio scriptum est. Nemo
Ioan.6 c uenit ad me,nisi pater qui misit me,traxerit eum. Et arbitrati sunt iugum meum leue, es-
Matt.11 b se grauissimum,& declinaui ad eos,deferens regna cœlorum,ut cum eis uescerer,assum-
pta forma hois,siue dedi eis esum corporis mei,ipse & cibus,& conuiua. Trãseamus ad
intelligentiam spiritualem secundum lxx. Ligabam testimonijs scripturarum pedes E-
phraim,& disputatione magistrorum Ecclesiæ,ut ligatos per patiẽtiam suis brachijs cõ-
tineret,non intelligentes,cp patientia dei salutis eorum esset occasio. Vnde in corruptio
ne hominum,uidelicet magistrorum,qui eos deceperant contractos perfidiæ frigore,es
tendi calorẽ fidei,& quasi repugnãtes uinculis meæ dilectionis astrinxi. Et quia non sua
sponte currebant,sed uincti funibus trahebantur,paululum maxillas eorum alapis uer-
beraui,non puniens,sed corrigens,& emendans. Iudex lacerat carnes,torquet funiculis,
flagellis,arcp ignibus cruciat,Qui autem pater est,lasciuiẽtem filium palma percutit ma
nus. Et pulchre non dixit,Ero eos alapis uerberans,sed quasi homo maxillas manu per
cutiens. Percutit autem deus filios aberrantes comminatione pœnarum,Euangelica re
ctione,& testimonijs prophetarum.

INCIPIT LIBER SEXTVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid gallus mystice significet. Cap. I.

Iob 38 d

Vid gallus mystice significet,diuus Gregorius lib. Moral. 30. cap.
4.& 5.&c. exponens illud Iob, Quis posuit in uisceribus homi-
sapientiam,uel quis dedit gallo intelligentiam? hoc pacto scribit:
Qui hoc loco alij galli nomine designantur,nisi modo alio repre-
ti ijdem prædicatores sancti,qui inter tenebras uitæ præsentis lu-
dent uenturam lucem prędicando,quasi cantando,nunciare. Dicit
Rom. 13 d enim:Nox præcessit,dies autem appropinquauit. Qui uocibus suis
Ibidem. somnum nostri torporis excutiunt,clamantes: Hora est iam nos de somno surgere. Et
2.Cor.15 d rursum: Euigilate iusti,& nolite peccare. De hoc gallo rursum scriptum est: Tris
Prou. 30 d sunt quæ bene gradiuntur,& quartum quod feliciter incedit. Leo fortissimus bestiarum
qui ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lumbos,& aries, nec est rex qui resi-
Apoc.5 b stat ei. Ipse quippe hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda.
1.Cor.1 d Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est dei, fortius est
Ioan.14 d hominibus. Qui ad nullius pauet occursum. Dicit enim: Venit enim princeps mundi
huius, & in me non habet quicquam. Gallus succinctus lumbos,id est,prædicatores,in-
ter huius noctis tenebras uerum mane nunciantes. Qui succincti lumbis sunt,quia à mu-
bris suis luxuriæ fluxa restringunt. In lumbis quippe luxuria est. Vnde & eisdem à domi-
Lucæ 12 d no dicitur:Sint lumbi uestri præcincti. Et aries,nec est rex, qui resistat ei. Quem alijs loco arietem accipimus,nisi primũ intra Ecclesiam ordinẽ sacerdotũ? De quibus scriptum
est:Afferte domino filios arietum,qui per exempla sua gradientẽ populum, quasi subio-
quentem ouium gregem trahunt. Quibus spiritualiter,rectecp uiuẽtibus nullus rex resi-
ficit omnino

ficit omnino resistere,quia qlibet persecutor obuiet, intentionẽ corũ non valet ꝓpedire. Sciunt
enim ad eũ quẽ desiderant & anxie currere,& moriendo peruenire. Ponitur ergo primus leo,
secundus gallus,tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti ꝓdicatores Apostoli,&
tunc demũ spiritales patres,Ecclesiarum præpositi,videlicet duces gregũ,qa doctores sequẽ-
tiũ populorũ. Sed hæc ad huc melius affirmamus, si ejusdẽ loci etiã reliqua exponẽdo subnci-
mus. Nã quia post hæc & Anthichristus apparebit,hoc illic quartũ subdidit,dicens: Et q stul-
tus apparuit,posteaquã eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset,ori imposuisset manũ. Ipse
quippe in sublime eleuabitur,quum deũ se esse mentietur. Sed eleuatus in sublime,stultus appa
rebit,qa in ipsa eleuatione sua p aduentũ veri iudicis deficiet. Quod si intellexisset, ori impo-
suisset manum,id est,si supplicij suum,quũ superbire exorsus est,præuidisset,bene al: quando
conditus,in tantæ iactationem superbiæ non fuisset elatus. De quo nequaquã moueat, cp su-
perius dictũ est. Quartũ quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit,& quartum Pro.30.d
feliciter. Non enim omne quod feliciter,bene,neq; in hac vita omne quod bene,feliciter. Nã
leo,gallus,& aries,bene incedũt,sed nõ hic feliciter,quia persecutionũ bella patiũtur. Quar
tum vero feliciter,& nõ bene incedit,quia in fallacia sua Antichristus gradit, sed iuxta breue
tẽpus vitę presentis,ipsa illi fallacia prosperatur,sicut de eo sub Antiochi specie per Danielem
dictum est: Robur datũ est ei cõtra iuge sacrificiũ propter peccata,& prosternetur veritas in Dani.8. d.
terra,& faciet,& prosperabitur. Quod Salomõ ait, Incedit feliciter,hoc Daniel dicit, Prospera
bitur. Iuxta hoc itaq; testimoniũ cp per Salomonẽ dicitur, Gallus succinctus lũbos, aptẽ etiam
hoc loco gallũ sanctos ꝓdicatores accipimus. Ad se ergo cuncta referens dñs,dicit: Quis po Iob.38.c.
suit in visceribus hominis sapientiã, vel quis dedit gallo intelligentiã? Ac si diceret: In cor ho
minis humana sapientis supernæ sapientiæ gratiam quis infudit,vel ipsis sanctis prædicatori
bus; quis,nisi ego,intelligentiam dedit,vt sciant quando,vel quibus debeant vẽturũ mane nũ
ciare? Id circo enim quando & quid agant,sentiunt, quia hoc intrinsecus me reuelante cog-
noscunt. Notandum vero est, quod sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponit,
quia nimirum quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiã in sen-
sibus datur,& iuxta cp loquitur lingua, vinat conscientia, vt lux eius tanto clarius resplendeat
in superficie, quanto verius in corde desedit.

De eodem gallo. Cap. II.

Magni autem laboris est hoc quod additur: Vel quis gallo dedit intelligentiam,subtilio
ri adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorum tanto subtilior esse de
bet,quanto se ad penetrandã inuisibilia exercet,quando nil materiale discutit, quanto & per
vocem corporis loquens,omne quod est corporis tansit. Quæ profecto nullatenus summis
congrueret,nisi cantanti eam,gallo,id est,prædicanti doctori ipse summorum conditor mini
straret. Intelligentiam quoq; gallus accepit,vt prius nocturni tẽporis horas discutiat, & tũc
demum voces excitationis emittat,quia videlicet sanctus quisq; prædicator in auditoribus suis
prius qualitatem vitæ consyderat,& tunc demum ad erudiendum congruam vocem prędica
tionis formet. Quasi enim horas noctis discernere,est prædicantiũ merita dijudicare. Quasi
intelligentia desuper tribuitur,quia doctori veritatis,virtus discretionis,vt noverit qbus, qd,
horas noctis discernere,est actionum tenebras apta increpationis voce corripere. Gallo itaq;
quando vel qũo inferat,diuinitus ministratur. Non enim vna,eadem q; cunctis exhortatio cõ
uenit,quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sæpe enim alijs officiunt,quæ alijs pro
sunt. Nam & plerunq; hærbæ,quæ hæc animalia reficiunt,alia occidunt, & lenis fibilus equos
mitigat,catulos instigat,& medicamentũ cp hunc morbũ imminuit,alteri vires iungit, & pa
nis qui vitam fortium roborat,paruulorũ necat. Pro qualitate igitur audiẽtiũ formari debet
sermo doctorum,vt & ad sua singulis congruat & tamen à cõmunis ædificationis arte, nunq;
recedat. Quid enim sunt intẽtæ mentes audientiũ,nisi quasi quædã in cithara tẽsiones stratæ
chordarũ? Quas tãgendi artifex,vt non sibimet ipsis dissimile canticũ faciant, dissimiliẽ pul-
sũ feriunt. Vñ & doctor quisq; vt in vna cũctos virtute charitatis ędificet,ex vna doctrina,
nõ vna,eadẽq; exhortatiõe tãgere corda audientiũ debet. Aliẽ nanq; viri,aliẽ admonẽdę sunt
fœmine; aliter iuuenes,aliter senes,aliter inopes,aliter locupletes,aliẽ lœti,aliter tristes,aliẽ sub
diti,aliter ꝓlati,aliẽ serui,aliter dñi,aliter huius mũdi sapiẽtes,aliter hebetes,aliter impudentes,
aliter verecũdi,aliẽ ꝓterui,aliter pusillanimes,aliter impatiẽtes,aliter patiẽtes,aliter bñuoli ali
ter inuidi,aliter simplices,aliter impuri,aliter incolumes,aliter ęgri,aliter q flagella metuũt,&
ꝓterea innocẽter viuũt,aliter qui sic in iniqtate duruerũt,vt nec ꝓ flagella corrigant,aliẽ ni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis taciti,aliter multiloquio vacantes,aliter timidi,aliter audaces,aliter pigri,aliter præcipites,aliter mãsueti,aliter iracũdi,aliter humiles,aliter elati, aliter pertinaces,aliter inconstãtes, aliter gulæ dediti,aliter abstinẽtes,aliter q̃ sua iã misericordiẽ tribuũt,aliter q̃ aliena rapere cõtendunt,aliter qui nec aliena rapiunt,nec sua largiuntur,aliter,q̃ & ea q̃ habẽt sua tribuũt,& aliena rapere nõ desistunt,aliter discordes,aliter pacati,aliter seminãtes iurgia,aliter pacifici, aliter admonẽdi sunt q̃ sacrę legis verba non recte intelligunt,aliter q̃ recte quidẽ intelligũt, sed hæc humiliter non loquuntur,aliter qui quũ prædicare digna valeant,p̃ nimia humilitate formidant,aliter q̃s à prædicatione imperfectio,vel ætas prohibet,&tñ prę cipitatio impellit,aliter qui in hoc q̃ tẽporaliter appetunt,prosperantur,aliter q̃ quidẽ q̃ mundi sunt cõcupiscunt,sed tamẽ aduersitatis labore fatigantur,aliter coniugijs obligati,aliter à cõiugij nexibus liberi,aliẽ cõmixtionẽ carnis experti,aliter ignorãtes,aliter q̃ peccata deplorant operũ, aliter q̃ cogitationũ,aliter q̃ cõmissa plangunt,nec tamen deserunt,aliter q̃ deserũt, nec tamẽ plangunt,aliter qui illicita quæ faciunt,etiam laudant,aliter qui accusant praua nec tamẽ deuitant,aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur, aliter qui licet minima,crebro tamen illicita faciunt,atq̃ aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliq̃do in grauibus demerguntur,aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minime cõsummant, aliter qui mala occulte agũt,& bona publice,aliter qui bona, quæ faciunt,abscondunt,& tamẽ quibusdã factis publice,malẽ de se opinari permittunt. Habemus vero aliud quod de galli huius intelligentia considerare debeamus,quia profundioribꝰ horis noctis valentiores,ac productiores ædere cãtus solet,quum veromatutinum iam tempus appropinquat, leniores &minutiores omnimodo voces format. In quibus galli huius intelligentia,qd nobis innuat,consyderata prædicatorum discretio demonstrat. Qui quũ iniquis adhuc mentibus prædicant,altis,& magnis vocibus æterni iudicij terrores intimunt , quia videlicet quasi in profundæ noctis tenebris clamant. Quum vero iam auditorũ suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt,clamoris sui magnitudinem in lenitatẽ dulcedinis vertunt,&nõ ea illa,quæ sunt de pœnis terribilia,quam ea quæ sunt blanda de præmijs ,proferunt . Qui etiam minutis tunc vocibus cantant,quia appropinquante mane,subtilia quæq̃ de mysterijs prædicant,vt sequaces sui eo minutiora quæq̃ de cœlestibus audiant,quo luci veritatis appropinquant,& quos dormientes longus galli clamor excitauerat,succisior vigilãtes delectet,ꝓcinus correcto cuilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, qui prius aduersa inde formidabat. Est adhuc aliud in gallo solerter intuendum,quia quum iam ædere cantus parat, prius alas excutit,& semetipsum ferius,vigilantiorem reddit. Quod patenter cernimus,in sanctorum prædicatorũ vitam vigilanter videmus, Ipsi quippe, quum verbum prædicationis monẽt prius se in sanctis actionibus exercent,ne in semetipsis torpẽtes opere, alios excitent voce sed ante se per sublimia facta excutiũt,&tũc ad bene agendũ alios solicitos reddunt. Prius cogitationũ alis semetipsos feriũt,quia quicquid in se inutiliter torpet,solicita inuestigatione deprehendũt,districta animaduersione corriguut . Prius suapunire fletibus curant, & tunc quæ aliorum sunt punienda,denunciant. Prius ergo alis insonant,q̃ cantus emittant, quanteq̃ verba exhortationũ proferant,omne q̃ locuturi sunt,operibus clamant, & quum perfecte in semetipsis vigilant,tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed vnde tanta huic doctori intelligentia,vt&sibi perfecte vigilet,&dormientes ad vigilias sub qbusdã clamoribus profectibus vocet,vt & peccatorum tenebras prius caute discutiat,&discrete postmodũ lucem prædicationis ostendat,vt singulis iuxta modum,&tẽpora congruat .&simul omnibus quæ illos seq̃tur,ostendat? Vnde ad tanta & tamsubtiliter tenditur,nisi intrinsecus abeo,q̃ est conditus,doceatur ? Quia ergo laus tantæ intelligentiæ non prædicatoris virtus est , sed autoris,recte per eundem autorem dicitur: Vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret Nisi ego,qui doctorum mentes,quas mire ex nihilo condidi , ad intelligenda ꝺ occulta fortius mirabilius instruxi . Et tertia parte Pastoralis,cap. v.&. vi. Ad beatum(inquit)Iob dicitur Quis dedit gallo intelligentiam? Prædicator etenim sanctus, dum caliginoso hoc clamat in tempore,quasi gallus cãtat in nocte,dũ dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et cum Euigilate iusti,& nolite peccare. Gallus autem profundioribus horis noctis altos ædere cantus solet: quum vero matutinum iam tẽpus in proximo est,minutas, ac tenues voces format. Qui nimirum qui recte prædicat,obscuris ad huc cordibus aperta clamat, nihil de occultis mysterijs indicat,vt tunc subtiliora quæq̃ de cœlestibus audiant,quum luci veritatis appropinquant. Sed inter hæc ad ea quæ iam superius diximus charitatis studia retorquemur ,vt prædicator quisque plus actibus,quam vocibus insonet ,& bene viuendo vestigia sequacibus imprimat, vt potius

Iob.38.c.

vt potius agendo,quam loquendo,quo gradiatur,ostendat,quia & gallus iste, quem pro exprimenda boni prædicatoris specie in locutione sua dominus assumit,quum iam ædere cantus parat,prius alas excutit,& semetipsum seriens,vigilantiorem reddit,quia nimirum necesse est,vt hi qui verba sanctæ prædicationis monent,prius studio bonæ actionis euigilent, ne in semetipsis torpentes opere,alios excitent voce. Prius se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene viuendum alios solicitos reddant. Prius cogitationum alis semetipsos feriãt, & quicquid in se inutiliter torpet,solicita inuestigatione deprehendant,districta animaduersione corrigant,& tunc demum aliorum vitam loquendo componãt. Prius punire propria fletibus curent,& tunc quæ aliorum punienda sunt,denuncient,& anteq̃ verba exhortationis insonent,omne quod locuturi sunt,operibus clamẽt.

De gallina. Cap. III.

DE gallina autem Augustinus in enarratione Psalmi lvij. in expositione huius versus, Exurge in occursum mihi & vide: Aliquid(inquit) me dicere admonet in hoc loco capitis ipsius nostri sublimitas,quoniam infirmatus est vsq̃ ad mortẽ,& assumpsit infirmitatis carnem,vt pullos Hierusalem colligeret sub alas suas,tanquam gallina infirmata cum paruulis. Non enim in aliqua aue,hoc aliquãdo conspeximus,earũ etiã quæ nidificant ante oculos nostros,sicut parietũ passeres,sicut hirundines,tãquã annuæ nostrę hospites, sicut ciconeę, sicut aliæ aues, quæ ante oculos nostros nidificant,& ouis insidunt,pullos alunt,sicut ipsæ columbæ,quas quotidie videmus, aliquãdo auem infirmari cum paruulis non agnouimus, nõ vidimus. Gallina quomodo hoc habet? Certe notam rem dico, quæ in conspectu nostro quotidie versatur, quomodo rauescit vox,quomodo fit hispidum totum corpus, demittuntur alæ,laxantur plumæ,& vides circa pullos nescio quid ægrotum, & ea est materna charitas, quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo dominus nisi propter hoc gallina esse voluit in sancta scriptura,dicens: Hierusalem ,Hierusalem,quotiens volui congregare filios tuos tanquã gallina pullos suos,qui infirmatus est propter nos,accipiens carnem à nobis,id est,à genere humano,cruci fixus,alapis cæsus,flagellatus,ligno suspensus,lancea vulneratus. Ergo hoc maternæ infirmitatis est,nõ amissæ maiestatis. Quũ ergo talis esset Christus,& ideo contẽptus,& ideo lapis offensionis,& petra scãdali,ideo multi offenderũt in eũ. Quũ talis ergo esset Christus,& tã carnem sine peccato susceptisset,factus est particeps nostræ infirmitatis, non iniquitatis, vt ex eo quod nobiscum communicauit infirmitatem,solueret nostram iniquitatem. Et in enarratione Psalmi lxxxx. exponens illud Psalmistæ, Et sub alis eius sperabis: Si gallina(inquit) pullos suos sub alis suis,quantomagis tu sub alis Dei tutus eris,& aduersus diabolum,& Angelos eius,quæ aereæ potestates tanquam accipitres circunuolitant,vt infirmum pullum auferant? Neq̃ enim sine causa comparata est gallina ipsi sapientiæ Dei . Nam ipse Christus dominus noster,& saluator tanquam gallinam se dixit Hierusalem Hierusalem &c. Noluit illa Hierusalem,velimus nos,illa rapta est ab aereis potestatibus fugiens alas gallinæ,presumẽs de viribus suis,quum esset infirma,nos cõfitentes infirmitatem nostram, sub alas Dei fugiamus. Erit enim nobis tanquam gallina protegens pullos suos,Non est,enim iniuriosum nomen gallinæ. Attẽdite cæteras aues. Multæ aues ante nos fœtãt,calefaciũt pullos suos,nulla sic auis infirmatur cũ pullis suis,quo gallina. Attendat charitas vestra,hirundines,passeres,& iconias videmus extra nidos suos,nec cognoscimus vtrũ fœtus habeãt,at gallinã cognoscimus in infirmitate vocis,& in relaxatione plumarum,tota mutat à fœtu pullorũ,quia illi in firmi sunt,infirmãse facit. Quia ergo & nos infirmi eramus,infirmam se fecit sapientia Dei, ga verbũ caro factũ est,& habitauit in nobis, vt sub alis eius speremus. Et libro primo,quæstionũ Euangelicarũ,qstione xxxvi. Hoc(inquit)genus animantis magnũ affectũ in filios habet,ita vt eorũ infirmitate affecta,& ipsa infirmetur & q̃ difficilius in cæteris animantibus inuenies,alis suis filios protegens,contra miluũ pugnat: sic etiam mater nostra sapiẽtia Dei, per carnis susceptionem infirmata quodammodo,dicente Apostolo: Quod infirmũ est Dei, fortius est hominibus,protegit infirmitatem nostrã,& resistit diabolo,ne nos rapiat. In qua defensione,quod illa aduersus miluum conatur affectu hæc aduersus diabolum perficit potestate. Et Hilarius in explanatione Psalmi centesimitricesimioctaui,enarrans illum versum,Semitam meam &c. Quod autem(inquit)per tritam prædicationis semitã ambulauerit, audiamus ipsum dicentem: Hierusalem, Hierusalem &c. quotiens volui cõgregare &c. frequẽtiam numerosæ significationis ostendit. Nihil ergo noui & egit,& passus est,quum per nolentẽ cõgregari filios suos Hierusalẽ totiẽs &auditus,& inhonoratus est in prophetis. Et Chrysosto-

Augustin.

Mat.23.d.

Psal.90.a.

1.Cor.1.d.

Mat.23.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus homilia ſeptuageſimaquinta in Matthęũ: Quotiens volui cõgregare &c. Hinc patet (inquit) quia ſemper ſeipſos peccando diſſeminabant, amorem autem ſuum ab imagine ſignifi cauit. Feruenti nempe amore aues pullos diligunt ſuos. Crebro autem hæc imago auis, & alarum apud prophetas inuenitur, & in Cantico Moſi & in Pſalmis mirabilem prouidentiã, Mat.23.d & eximiam protectionem denotans, ſed noluiſtis, ait. Et homilia xlvi. ſecundum alteram expoſitionem in Matthęum: Quotiens (inquit) volui congregare &c. Quum te in Aegypto quaſi ſanguinarius accipiter ſequebatur Pharao, miſi ſup te Moſen, & Aaron, quaſi duas mol liſſimas pęnas miſericordiæ meæ, & liberatos vos de vnguibus eius rapui in deſertũ, & noluiſtis ſequi me, facięs vobis vitulum in Horeb, vt ſeruiretis potius idolo mortuo, quam Deo viuenti. Quotiens volui &c. Percurre, ſi vis, ludicum librum, quotiens peccauerunt, & tradidit illos Deus & iterũ liberauit. Gallinam, Eccleſiæ ponit ſimilitudinem. Sicut enim pulli gallinarum paſtum ſuum quærentes, per diuerſa vagantur, & maternis vocibus congregantur ad ipſam, & iterum ſimiliter paſcentes diſperguntur, & iterum maternis vocibus congregantur, ſic & populus Dei per malam voluptatem, & mundialem concupiſcẽtiam ſequentes, per diuerſos vagantur errores, quos Eccleſia mater per ſacerdotes modo increpationibus, modo blandimentis, quaſi quibuſdam vocibus cõgregare, & allectare feſtinat. Et quemadmodũ gallina habens pullos, vocando illos, non ceſſat, vt aſſidua voce vagoſitatem corrigat pullorũ ſuorum: ſic & ſacerdotes in doctrina ceſſare non debent, vt ſtudio, & aſſiduitate doctrinarũ ſuarum negligentiam populi errantis emendent. Et quemadmodum gallina habens pullos, non ſolum ſuos calefacit, ſed etiam cuiuſcunq; volatilis filios excluſos à ſe diligit quaſi ſuos: ita & Eccleſia non ſolum ſuos Chriſtianos ſtudet vocare, ſed ſiue gentiles, ſiue Iudæi, ſi ſuppoſiti illi fuerint, omnes fidei ſuæ calore viuificat, & in baptiſmo generat, & in ſermone nutrit, & materna diligit charitate. Poſſunt hæc eadem & hæreticis coaptari. Quotieſcunq; enim inter hæreticos, & fideles fidei mouetur certamẽ, euidenter vult illos dominus congregare ſub veritate altrum ſuarũ, id eſt, duorum teſtamentorum, quotieſcũq; legũtur apud eos verba prophetarũ, & Apoſtolorũ, illi autem nõ quaſi domeſtici pulli gallinæ, quæ eſt Eccleſia, ſed quaſi ſylueſtres pulli ſanguinarij vulturis, aut accipitris, nõ ſolum ad veritatẽ duorum teſtamentorum venire non acquieſcunt, ſed adhuc irruũt ſuper ipſam gallinã, id eſt, Eccleſiam, & diripiũt, & diſpergũt pullos eius, & euellicant eam, & quotiens vult eos cõgregare, illi nolũt.

Gazophylacium quid myſtice ſignificet. Cap. IIII.

Ezec.40.b. QVid autem gazophilacia myſtice ſignificent, diuus Gregorius homilia decimaoctaua ſuper Ezechielem inſinuat, exponens illud Ezechielis, Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum ſtratũ lapide in atrium per circuitum. Triginta gazophilacia in circuitu pauimenti &c. In gazophylaciis (inquit) quid aliud, quam doctorũ ſcientia deſignatur? Sed recte hac in re quæri poteſt, quum doctores ſancti ſpiritalia, atq; interna doceant, cur propheta eductum ſe exterius dicit, & gazophylacia foris vidiſſe? Sed ſciendum eſt, qa alia eſt contẽplatio, quæ tm̃ videt, quantũ dicere non valet: alia vero ſcientia, atq; doctrina, quæ tm̃ videt, quantũ exprimere per linguam poſſit. In comparatione qppe illius ſcientiæ, quod voce exprimi non poteſt, quaſi hoc totũ foris eſt, quod exprimi voce poteſt. Audi enim, Et eduxit me ad atrium &c. Quia ſermone Greco Philactein ſeruare dicitur, & gazophylacia Perſica diuitiæ vocantur, gazophylaciũ locus appellari ſolet, in quo diuitiæ ſeruant. Quid itaq; p gazophylacia deſignat, niſi (vt p̃diximus) corda doctorũ, ſapiẽtia atq; ſcięntia diuitijs plena? Quia iuxta Pauli vocẽ, alij datur p ſpiritũ ſermo ſapiẽtiæ, alij ſermo ſciẽtię in eodẽ ſpiritu. Sunt em̃ quidã, q per donum gratiæ, & ipſa intelligunt, quæ exponi a doctoribus nõ audierũt, & hi ſermonem ſapientiæ perceperũt, & ſunt quidã qui per ſemetipſos intelligere audita queunt, ſed ea quæ in expoſitoribus legerint retinent, atq; ſcienter proferunt, quæ lecta didicerunt, & iſti ſermone ſcientiæ pleni ſunt. Poteſt & hoc aliter intelligi, quia ſapientia ad vitã, ſcientia vero pertinet ad doctrinam. Qui igitur bene viuit, & prudenter prædicat, gazophylacium ſpiritualis ædificij recte nominatur, quia ab eius ore cœleſtes diuitiæ diſpenſantur. His diuitijs abundare diſcipulos idem magiſter gentium viderat, quũ dicebat: Diuites facti eſtis in illo in omni verbo, & in omni ſciẽtia. Sunt itaq; in ſanctæ Eccleſiæ ædificio cõſtructa gazophylacia, quia abundat diuitijs ſcientiæ lingua doctorum. Has veras eſſe diuitias ipſa perſe veritas denunciat, quum de tranſitorijs diuitijs dicit: Fallacia diuitiarum ſuffocat verbum ſcientiæ. Sapientia ergo, atq; ſcientia doctrinæ ſpiritales verę ſunt diuitiæ, in quarũ comparatione quę tranſire poſſunt, falſę nominantur. De his diuitijs per Salomonem dicitur: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. Excepto autem eo, quod ad æternam patriam

1.Cor.12.a. Mat.13.b.

pię ſpiritu-

tiæ ſpiritales ducunt, eſt eis à terrenis diuitijs magna diſtantia, quia ſpiritales diuitiæ erogatæ proficiunt: terrenæ autem diuitiæ, aut erogantur, & deficiunt, aut retinentur, & vtiles non ſunt. Qui ergo has in ſe veras diuitias continent, recte gazophylacia nominantur. Et habent ipſa gazophylacia pauimentum per circuitum, quia eis adhæret, ac ſubiacet humilitas auditorum. Quod pauimentũ recte ſtratum lapide in atrium dicitur, quia in latitudinẽ charitatis viciſſim ſibi iunctæ ſunt animæ fideles, quæ & lapides appellantur pro fortitudine fidei, & ſtratæ in pauimento ſunt in compage humilitatis. Triginta gazophilacia in circuitu pauimẽti &c. Denarius numerus pro perfectione ſp accipitur, quia in decẽ præceptis legis cuſtodia continetur. Actiua etenim, ac contemplatiua vita ſimul in decalogi mandatis coniuncta eſt, quia in ea & amor Dei, & amor ſeruari proximi iubeẽ. Amor quippe Dei ad contemplatiuã, amor vero proximi, pertinet ad actiuam. Sed vnuſquiſq; doctor, vt in actiuam vitã plene ſe dilatet, atq; in contemplatiuam vigilanter ſurgat, in ſanctæ trinitatis fide debet eſſe perfectꝰ. Vnde & eadem gazophilacia triginta eſſe commemorantur, vt quum denarius ter ducitur, vita, & lingua doctoris in trinitate ſolidetur. Sed hac in re illud nobis eſt vigilanẽ intuendũ, q̃ propheta, dum gazophylacia deſcripſiſſet, adiunxit: Pauimentum per circuitum, atq; inferius ſubiunxit, Gazophylacia in circuitu pauimẽti, quatenus & gazophylacia in circuitu pauimẽti & pauimentũ in circuitu gazophylaciorũ eſſe videaẽ. Pauimẽtũ qppe, & gazophylacia eo ſunt ordine diſtincta, vt gazophylacia inter pauimentũ, & inẽ pauimẽtũ gazophylacia fuerit ſtratum. Nõ hoc fratres ſine magno myſterio eſt, quod in circuitu gazophylaciorum dicitur eſſe pauimentum, & in circuitu pauimenti narrat eſſe gazophylacia. Habet enim pauimentum in circuitu gazophylacia, quia vita audientium erudit quotidie, & cuſtodit linguã doctorum. Doctores etenim boni in ſanctę eruditionis verbis, modo fomentis dulcedinis, mõ aſperitate increpationis inuigilant, vt auditorum ſuorum vitam a vitijs defendant. Sed habent ipſa quoq; gazophylacia in circuitu pauimentum, quia ſæpe etiam doctorum cor, vitiorum tentationibus tangitur, vt modo eloquetur iactationis ſuperbia, modo iræ ſtimulis inflamme tur. Sed quum bonorum auditorũ vitam conſyderant, eamq; profeciſſe ſuis exhortationibus penſant, erubeſcunt tales non eſſe, quales autore deo, per ſe conſpiciunt alios factos eſſe, & tãto ſe in mente ſtabiliunt, quanto plene in culpam labuntur. Nam quum ipſa ſua doctoribus verba ad memoriam reducunt, erubeſcunt non ſeruare quod dicunt. Vnde per Salomonem quoq; dicitur: Anima laborantis, laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum. Os enim noſtrum nos compellit ad laborem, quando per hoc quod diximus, à vitijs refrænamur, quia turpe nimis eſt, ibi nos negligendo cadere, vnde prædicando conati ſumus alios leuare. Habent ergo gazophylacia in circuitu pauimentum, quia doctorũ magna cuſtodia, eſt vita venerabilis auditorum. Et ſuus ei ſermo fit in adiutorio, quia erubeſcunt pulſantibus vitijs non reſiſtere, qui contra vitia alios armauerunt. Quia enim quandiu in hac vita viuimus, contra malignos ſpiritus quid aliud, quam in acie ſtamus? Sicut prædiximus, doctoris animus forſitan aliqua elatione pulſatur. Sed ſiue ne ipſe pereat, ſeu ne per exemplum ſuum alios ad perditionem trahat, vigilanter ſe, & feſtiue circunſpicit, in cogitationibus remordet. Adducta auditorum ſuorũ vita ad memoriã, ſemetipſum humiliat, & quibus præualet modis agit, ne elatio principetur in mente ne dominetur in opere. Et homilia vigeſimaſecunda, exponens illud Ezechielis, Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum &c. Quid ſunt (inquit) gazophylacia cãtorũ, niſi ſancta deſideria amantium? Qui præcepta diuina quaſi quaſdam diuitias cuſtodiunt in mente, quas cantando ſeruant, quia mandata Dei non ex timore, ſed ex amore perficiunt, eisq; ipſæ ſacri eloquij præceptiones cantabiles fiunt, quas non ex triſticia, ſed ex deſiderio ſempiternæ patriæ per operãtur. Vultis cor iuſti quaſi cuiuſdam cantoris gazophylacium audire? Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco incolatus mei. Iuſtificationes Dei dicimus præcepta diuina, q̃nos iuſtos faciunt ſi impleantur. Quæ tunc nobis in loco incolatus noſtri cantabiles ſiunt, q̃in hac peregrinatione vitę præſentis ipſa eadẽ mandata diligimus, & ex deſiderio immortalitatis ſuæ ardemus. Hinc eſt q̃ idẽ Pſalmiſta ait: Miſericordiam, & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Miſericordiã & iudiciũ, qua peccata laxaſ, cãtare etiã peccator debet. i. hãc cũ gaudio, dicere atq; ſperare. Sed qs ita iuſtus eſt, vt eius ſibi æternum iudicium ante mẽtis oculos reuocet, & nõ cõtremiſcat? An potius venire ad illud examen tãti iudicis præſumat, feſtinet, & gaudeat? Q uiſquis ille eſt, magnus eſt, qa iã miſericordiam dñi & iudiciũ cãtat. Cãtat qppe iudiciũ, ad quod intrare nõ trepidat. Sit ergo mens illius gazophylaciũ cantorũ, vt per diuitias miſericordiæ, quas accipit, læ tus pergat ad iudiciũ, quod iã non pertimeſcit. Videamus (ſi placeat) aliud quoq; gazophylacium Cantoris: Ego enim (inquit) iam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. Bonũ certamen

Prou.16.d

Pſal.118.b.

Pſal.100.a.

Pſal.100.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Qui laborũ suorũ conscius, memor certaminis, q̃ egit, memor fidei, q̃ seruauit, esse sibi in iudicio repositã coronã dicit, eãq; sibi in illa dei reddi sperat potius, quam donari. Profecto patet, ga iudiciũ cantat, q̃ venire desiderat. Vnde etiam subdit, Non solũ autẽ mihi sed & his, qui diligunt aduentũ eius. Nemo enim aduentum iudicis diligit, nisi qui se habere causam in iudicio bonam nouit. Eorũ ergo corda, qui aduentũ iusti iudicis diligunt, gazophylacia cantorum sunt, quia per præsumptionẽ gratiæ, & vitæ, per virtutes sancti desiderij cantant iusti iudicium, q̃ omnes iniusti pertimescũt.

Quid genæ mystice significent. Cap. V.

QVid genæ mystice significent, diuus Gregorius nobis insinuat, exponens illud Cantic. corũ, Pulchræ sunt genę tuæ, sicut turturis: Turtur (inquit) postquam parem suum gdiderit semel, nunquam alteri se iungit, sed semper solitarie habitans, in gemitu perseuerat, quem diligebat non inueniens, quærit. Sic sancta anima quæq; dum à sponso suo absens est, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderium semper anhelat: & gemit, & dum illum, quem valde diligit, non inuenit, quia ab omni alieno amore se retrahit, quasi in genarum verecũdia castitatem cordis ipso habitu, & actu exteriori ostendit. Et diuus Bernardus sermone quadragesimo super Cantica antedicta verba exponens, hoc pacto scribit: Tenera est sponsæ verecũdia, & per increpationem sponsi (puto) facies eius rubore suffusa est, pulchrior q̃ ex oppa rens, illico audit, pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis. Duo quædam in intentione, quam tacem animę esse dicimus, necessario requiruntur, res, & causa, id est, quid intendas, & propter qd. Ex his sane duobus, animæ vel decor, vel deformitas iudicatur, vt (verbi causa) anima, q̃ ambo ista recta, atq; pudica habuerit, illi merito, veraciterq; dicatur, Pulchrę sunt genę &c. Quę vero altero eorum caruerit, non poterit audire. Pulchræ sunt &c. propter eam quæ adhuc ex parte erit deformitatem. Si (verbi causa) intendat quis animum inquirendæ veritatis, atq; id solo veritatis amore, nonne is tibi videtur & rem & causam habere honestã, meritoq; sibi vere dicare quod dicitur, Pulchræ sunt &c. Quippe cui in neutra genarũ næuus reprehensionis appareat. Quod si minime quidẽ viritatis desiderio, sed aut inanis gloriæ, aut commodi temporalis obtentu in veritatem intenderit, iam & si vnam genarũ videatur habere formosam, non dubitabis ex parte deformem, cuius alteram faciem, causę turpitudo fœdauerit. Si autem vide ris hominem nullis honestis studijs intendentem, sed carnis illecebris irretitum, vẽtri, & luxuriæ deditum, quales sunt illi, quorum Deus venter est & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, nonne istum ex vtraq; parte fœdissimum iudicabis, in cuius vtiq; intentione, & causa reproba inuenitur? Ergo solum inquire Deũ propter ipsum solum. Hoc plane est vtrãq; bipartitæ intentionis faciem habere pulcherrimam atq; id propriũ, ac speciale sponsæ, cui merito singulari prærogatiua audire conueniat, Pulchræ sunt &c. Turtur pudica auis, vt illum & conuersatio eius non cum multis, sed solo degere fertur contenta compare: ita, vt illum amiserit, alterum non requirat, sed sola deinceps conuersetur. Tu ergo stude ambas species habere has genas tuæ intentionis, vt imitator castissimæ volucris sedeas secundum propheTam solitarius, quoniam leuasti te super te. Omnino supra te est Angelorum dominus, adhærere Deo, atq; vnum spiritum esse. Sede itaq; solitarius sicut turtur, nihil tibi & narbis, nihil cum multitudine cæterorum, etiamq; ipsum obliuiscere populum tuum, & domum patris tui & concupiscet rex decorem tuum. Secede ergo mente, intentione, deuotione, & spiritu. Tu (inquit sponsus) quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum. Scribitur quoq; in eodem Canticorũ libro: Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, &c. Quę q̃ eo, quod intrinsecus latet. Quæ verba diuus enarrans Gregorius hoc modo scribit: Quid per genas Ecclesiæ, nisi eosdem ipsos prædicatores intelligimus, qui dum in populis, vt ea, quę ficiãt, eminent, quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparẽt? Per malũ aũt punicũ ipsa Ecclesia designatur, qa dũ multos populos in vnitate fidei nutrit, quasi multa grana sub vno cortice stringit. Fragmen ergo mali punici sancti prædicatores existunt, qa dũ se in diuino seruitio fortiter affligũt, dũ omnia mundana cõtẽnunt, dũ voluntates suas abnegant, & vitia sua oĩno mortificãt, dũ seipsos humiliãt, & cæteros extollunt & dũ p exẽpla sua cæteros nutriũt, quasi fructu & aperti, se cibos offerũt. Sed quãuis magna sint q̃ extrinsecus apparent, maiora tamẽ intus culto retinent, quæ diuini oculi soli vidẽt, ideo subiunctũ est, Absq; eo, quod intrinsecus latet. Et Gillebertus Abbas sermone vigesimoquinto antedicta ẏba enarrãs: Sicut fragmę mali punici, sic genæ tuæ. An nõ tibi quasi fractas habuisse genas videtur ille, q̃ eas dedit pacientibus, dedit vellentibus, & nõ auertit à cõspuentibus? Bona quidem hæc fractio, p quam intro

Bernardus Cantic. c.

Thren. 3. d. 1. Cor. 6. d. Psal. 44. c. Mat. 6. a.

Gregorius

Can. 4. a.

interior cœpit virtus emĩnere, & q̃ intra carnis corticẽ cõdudebatur erũpere gratia. Quasi contracta videtur tanta dignitas ad passionis inaniens seipsam iniurias, sed p hæc fragmenta salutis se nobis vbertas effudit. Et tu si adimpleas ea q̃ desunt passionũ Christi in carne tua, si portes stigmata Christi Iesu in corpore tuo, iam tibi dicit Christus: Quia sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ, si contractæ sunt, & quasi crucifixæ genæ tuæ, si quadam edomitæ, & excultæ disciplina, nonne tibi videntur velut fragmina cuiusdã boni fructus? Et in cõsequentibus ad sponsum dicitur: Quia genæ eius sicut areolæ aromatũ, eo p exaratæ sunt, & cultę, & compositæ aromatibus cõfouendis: Sic & hic sponsę genas sicut fragmen mali punici esse dicit, & bona confractio, per quã non mors ingredit, sed spiritualis fructus specimen elucet. Bonæ ergo genæ, q̃ per humilitatẽ ita contractæ sunt, vt fructus interni non perdantur, sed magis prodant gratiã. Deniq; & ipsa mala punica gratã modesti vultus verecundiam corticis rubei colore designant. Optimũ plane in Christi sponsa decoramentũ verecundia. Verecundia quasi aurora quædã oĩm actuum colorat principia, & virgineo virtutes reliquas verecundo pudore. Verecundia bona sua non petulanter iactat, sed parce eloquitur, contenta reuiter innuisse, quũ vrget necessitas. Bonæ genæ, quæ sicut nihil habent simulatũ, ita multũ habent occultatũ, quæ sicut nihil fingũt, sic nec totũ effundunt, q̃ minus p̃tondunt in specie, q̃ tenent in virtute. Possunt hæc ad interiores animæ genas referri, quæ in conscientiæ facie sunt, vbi non hõ, sed deus videt. Habet cuiusq; conscientia quandã propriam faciẽ. Eius genæ verecundo humilitatis rubent colore, si penes se opera non iactet, nõ magnificet merita, nõ gloriabitur quasi nõ acceperit? Deniq; non ipsa virtutũ velut pomorũ integritas, sed tantũ fragmina in genis sponsæ eminere dicuntur, quia q̃d in genis est, in cuidenti est. Et si nouit quis verã virtutis in se alicuius gratiã, nunquid constantiã, nunquid pleuerantiam? Sic (inqt) genæ tuę absq; occultis tuis. Sunt quædã occulta tẽpore congruo producenda in lucẽ, & in facie collocãda. Interim latent in semine, tẽpore suo plenã acceptura speciem. Ac si dicat: Si cognouissent & alij, quibus absconditis adimpletus est venter, ó sponsa, q̃ facile oĩa detrimentum facerent, vt illa lucrarentur, q̃ libenter & bona perderent, & mala pferrent, vt absconditæ dulcedinis participes efficerentur? Et in eodem libro scriptum est: Genæ eius sicut areolæ aromatum, consitæ à pigmentarijs, vbi diuus Grego. in hunc modum scribit: Si per oculos p̃dicatores intelliguntur, bene per genas ipsi in Ecclesia figurantur, qui martyrio vitam finisse perhibentur. Dum enim pro fide Christi sanguinem suum fundere non dubitãt, quasi genæ in facie Christi rubent. Per eos quippe pulchritudo fidei Christianæ publicatur, quia ad quantum fidei præmium tendant, ostendunt, dum pro ea moriuntur. Quæ genæ bene areolæ aromatum esse dicuntur, quia dum in constantia fidei, martyrio electi exercentur, per cultum virtutum sanctæ opinionis fama, quasi odore aromatum, dilatãtur. Sed areolæ à pigmentarijs conseruntur, quia martyres sancti, & à præcedentibus prædicatoribus ad confessionem roborantur, & a subsequentibus ad imitationis exemplum populis adducũtur. Ab illis qui præcesserunt pigmenta virtutum coluntur: ab his vero qui sequuntur, pigmenta exemplorum sumuntur. Et sexto capite scriptum est: Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; eo quod intrinsecus latet: Quo (inquit Gregorius) nihil aliud designari puto, nisi sanguinem martyrum, qui sub Antichristo morientur, & vnitatem fidei, sub qua multi ludęo rum stringentur. In cuius constantia, dum sanguinis effusionem patientur, fidei tribulatione, quasi corticis rubore, decorabuntur.

Cantic. 5. d. Gregorius.

Cantic. 4. b.

Quid gelu mystice significet. Caput VI.

QVid gelu mystice significet, diuus Grego. declarat, lib. Moral. xxix. cap. xxi. & vigesimosecundo, & vigesimoquarto &c. hoc pacto exponens illud Iob, De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo, q̃s genuit? Quid aliud (inquit) in gelu, vel glacie, nisi frigida & perfidiæ torpore constricta accipimus corda Iudęorũ? Qui quõdam per acceptionem legis, per custodiã mandatorũ, per ministeria sacrificij, per mysteria prophetiæ, sic intra sinũ gratiæ, quasi intra vterũ creatoris habebantur. Sed quia veniente dño constricti frigore pfidiæ, feruorem fidei, & charitatis amiserunt a secreto gratiæ sinu proiecti, quasi glacies de vtero creatoris egressi sunt. Et gelu de cœlo, quis genuit? Quid hic aliud cęlũ, nisi sublimis debet intelligi vita sanctorũ? De quo cœlo dictum est: Attende cœlum, & loquar. Nõ enim insensibili, sed rationabili creaturę loquebatur. De hoc cœlo dominus ait: Cœlum mihi sedes est. De qua sede alias scriptũ est: Anima iusti sedes est sapiẽtiæ. Quia ergo sapiẽtia est Deus si sedes dei cœlum est, & anima iusti, sedes est sapientiæ, cęlum est vtique anima iusti. Cœlum fuit

Iob. 38. b.

Gregorius

Esai. 66. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abrahã,cęlum Iſaac,cœlum Iacob.Sed quia pſecutores dñi pontifices Iudæorum pfidiæ tor
pore frigidi,de illorũ patrũ progenie proceſſerunt,quaſi de cœlo gelu exijt,quia de ſublimi
prole ſctorum,proceſſit frigida plebs infideliũ.Quũ enim de Abrahã natus eſt Caiphas,qd
aliud niſi gelu de cœlo proceſſit?Quod tñ gelu idcirco dñs genuiſſe ſe dicit,quia Iudæos,qs
naturaliter ipſe bonos condidit,iuſto iudicio per eorũ malitiam frigidos à ſe exire pmiſit.Do
minus enim autor eſt naturæ,non culpę.Genuit ergo creando naturaliter,qs iniquos pmiſit
viuere,tolerando patienter.Et capite xxij.Sathan(inquit)etiam in gelu,& glacie nihil obſtat
intelligi.Ipſe quippe quaſi de dei vtero glacies proceſſit,quia à calore ſe cretorum eius mali-
tiæ torpore frigidus,magiſter iniquitatis exiuit.Ipſe gelu de cœlo eſt genitus, quia conſtri-
ctus corda reproborum,à ſummis cadere eſt ad ima permiſſus.Qui bene in cęleſtibus con
ditus,in culpæ frigore mentes ſequacium,quaſi gelu,dum cecidit,aſtrinxit.Cuncta tamẽ hęc
intelligere & aliter poſſumus,ſi moraliter exquiramus. Vnde capite vigeſimotertio ſic ha-
bet: Mentes nanq; hominũ omnipotẽs deus , dũ in ſuo timore format, quaſi concipit,eas q
ad apertas virtutes,dũ prouehit,gignit:ſed ſi de acceptis virtutibus extolluntur,relinquit.Et
ſæpe quoſdam cognouimus malorum ſuorum conſideratione compungi,diuini terroris pa
uore ferueſcere ,& per pauoris exordia vſque ad virtutum ſumma peruenire : ſed dum de
eiſdem virtutibus,quas accipiunt,extolluntur,inanis gloriæ laqueo aſtricti,ad antiquum tor-
porem redeunt.Recte ergo quum tales dominus pronũcit,dicit:De cuius vtero egreſſa eſt gla
cies?Quaſi enim de Dei vtero glacies egreditur,quando hi,qui iam intus incaluerãt,ex vir tu
tum dono frigeſcunt,& deinde exteriorẽ gloriã torpẽtes appetunt,vnde ad interna diligen
da ardentius flagrare debuerunt,dumque iſte ſignis , ille ſcientia,iſte prophetia,ille magnis
operibus polleat,atq; per hæc dona, placere hominibus appetit,omne quod prius intimũ ex-
luerat exteriorem laudẽ diligẽs, in torporem vertit. Quaſi ergo glacies de vtero egreditur,
dum poſt donorũ beneficia à viſceribus pietatis ſupernæ ſeparatur. Et capite vigeſimoquar
to . Et quia iuſto iudicio ſuperbas mentes ad culpam egredi ex accepta virtute permittit re-
ctę adhuc ſubiungitur: Et gelu de cœlo quis genuit?Plerunque enim ſacri eloquij ſcientiam
pſtat,ſed dũ de eadem ſcientia, is qui accipit, extollitur, ira diſtricti iudicis in ipſo ſacro elo-
quio cæcatur,vt exteriores fauores per illam ſequens,eius iam interna non videat, & qui in-
tus manens calere poterat, exeundo frigeſcat, duratusque in ima corruat, quia cognitionem
Dei prius tractabilis,in ſummis liquidus ſtabat. An ſacrum eloquium cælum nõ eſt,quod di
nobis intelligentiæ aperiens,ſole nos iuſtitiæ illuſtrat, quod dũ nos vitæ præſentis nox con
tinet,ſtellis nobis mandatorum fulget?Sed quia oportet eſſe hæreſes,vt probati manifeſti fi
ant,quum ab intellectu ſano mens ſuperba repellitur,vltione diſtricti iudicis gelu de cælo ge
neratur,vt quum ipſa ſcriptura ſacra in electorũ cordibus caleat,eos qui ſe ſuperbe ſcire appe
tunt,à ſe frigidos emittat.Semetipſum tamen dominus hoc gelu gignere perhibet, nõ quo
prauorum mentes ipſe ad culpam format,ſed quo à culpa nõ liberat ſicut ſcriptum eſt:Ego
obdurabo cor Pharaonis,quod quia miſericorditer emollire noluit,profecto diſtricte fe ce-
durare nunciauit. Et capite xxv. Poteſt & in bonam partem intelligi,ſi dictis prædictorum
ſequens ſententia non diſpari ſenſu coniungitur . Quis eſt pluuię pater,vel quis genuit filios
roris?De cuius vtero &c. Terra enim,quum compluitur,iactata in eã ſemina feracius nutri-
tur.Sed rurſum ſi illam pluuia immoderatius irrigat,in culmi pinguedinem frumenti virtu-
tem mutat.Sin vero iactatum ſemen poſt pluuiam gelu premitur , quo foris citius appareret
repellitur,eo intus fœcundius radicatur,& quo vetatur progredi,cogitur multiplicari,quia
quum ab immaturo ortu reſtringitur, ex conceptionis ſuæ tarditate laxatum ad fructũ vbe
rius implebitur. Quid eſt ergo,quod dominus prius quidem patrẽ ſe pluuiæ miſiuat,poſt-
modum vero de ſuo egredi vtero glaciem narrat,ſeq; gelu gignere de cælo pronunciat, niſi
quod miro modo noſtri pectoris terram ad ſuſcipienda verbi ſemina , & prius per occultæ
gratiæ pluuiam infundit,& poſtmodum ne in conceptis virtutibus immoderatius proſiliat,
diſciplina intimæ diſpenſationis premit,vt quam acceptæ gratiæ pluuia irrigat,etiam diſci-
plinæ rigor aſtringat,ne ſi,aut antequam debet,aut pluſquam neceſſe eſt,cõceptas virtutes
proferat,fruges in herbam vertat? Plerunq; enim ab inchoantibus opus bonum,dũ priuſ-
quam oportet oſtenditur,a grano perfectionis inanitur,& plerũq; virtutes,dum plus q nec
ceſſe eſt exuberant,exhalant. Vnde & electorum ſuorũ dominus ,vel ante tempus deſiderij
renuit , vel rurſum in tempore vltra menſuram profectus ſmit,ne ſi aut antequam debeant,
aut pluſquã debent,proficiant, per profectus ſui magnitudinem in elationis defectũ cadant.
Nam quum cor poſt pctã compungitur, terra quę aruerat,infuſione pluuiæ rigatur,& quum
reliqua

reliqua iniquitatibus bona exequi opera proponit,quaſi poſt infuſionẽ ſemen accipit. Et pſe-
rique quũ deſideria ſctã concipiunt,in ſummis iam exerceri virtutibus inardeſcunt, vt non ſo
lum culpa operationem non inquinet,ſed nec cogitationẽ pulſet. Et adhuc quidẽ in corpore
poſiti ſunt, ſed nil iam perpeti de cõmunione pſentis vitæ volunt,imitari per intentionem,
internam mentis ſtabilitatem appetunt:ſed interuenientibus tentationibus reuerberantur,
vt videlicet infirmitatis ſuę meminerint, & elati de virtutibus,quas accipiũt,nõ ſint. Quod
dum mira diſciplinæ repreſſione agitur,quid aliud q̃ ſuperinfuſam terrã gelu de cœlo gene-
ratur?Quid aliud q̃ de dei vtero glacies producitur,qñ de interno ſecreto diſpenſatio egre-
ditur,& voluntates noſtræ etiam in bonis deſiderijs frenantur? Videamus,Paulus infuſa vi-
delicet terra,quanta diſciplinæ glacie pmatur,dum ait: Velle adiacet mihi , pficere aũt bonũ
non inuenio. Qui enim velle habere ſe aſſerit,iam per infuſionem gratiæ,q̃ in ſe lateant ſemi
na,oſtendit:Sed dum pficare bonum non inuenit,profecto indicat quanta illum diſpenſati- Roma. 7.d
onis ſupernæ glacies pmat . An iſta glacies eorũ corda non pſſerat,quibus dicebat: Vt non
ęcunq; vultis,illa faciatis? Ac ſi aperte diceret: Occulta cordis veſtri ſemina iã prodire in fru
gem q̃runt,ſed ſuperni moderaminis gelu pmuntur,vt tanto poſt fœcundius exeant,quãto
diuini iudicij pmentia pondera patientius portant.Et cap. xxvi.Poteſt enim in gelu,vel gla
cie præſentis vitæ aduerſitas deſignari,quæ,dum aſperitate ſua ſanctos comprimit,valentio-
res reddit.Dum enim nos omnipotens Deus moleſtijs exerceri permittit,atque ad melioris
vitæ ſtatum,interueniente triſtitia prouehit, miro conſilio ſuperfuturã frugem,gelu,& gla
ciem gignit,vt electus quiſq; in hac vita,tanquam in hyeme aduerſa ventorum,& frigorum
toleret ,& velut in æſtiua ſerenitate , poſtmodum fructus,quos hic conceperit,demonſtret.
Vnde & ſponſi voce vnicuique animæ poſt huius mundi turbines ad illa æternitatis amœna Cant.2.c.
properanti,dicitur:Surge,propera amica mea,formoſa mea,&veni.Iam enim hyems tran-
ſijt,imber abijt & receſſit.

Quid genimen,ac genu myſtice ſignificent. Cap.VII.

QVid genimina myſtice ſignificent,diuus inſinuat Gregorius(inquit)Iob crimen luxuriæ diffiniens,air:Ignis eſt vſq; ad perditionem deuorans & omnia eradicans genimina:Bea Iob.31.b.
t

Universidad de Deusto
Biblioteca

numerũ, quem Ecclesiasticæ vnitati dicimus conuenire. Dicit enim, Multiplica gñationes eius, id est, illius riui, qui de flumine sctõ profluxit, vt per generationes succedentes, ꝑdicatio beata non deficiat, sed multiplicetur, vnde catholica semp crescat ecclesia, vt qui modo imbuunt sacro dogmate, post alios docere videant. Quod ꝙtidie fieri euidenter cognoscimus.

Roma. 11. 2. Quid genua mystice significent, ostendit Orig. homil. ij. super Iudicũ, exponens illud, ꝙd dñs Heliæ respondit: Reliqui mihi septem milia virorũ, qui non curuauerũt genua Baalim. Et addit Apost. Sic ergo (inquit) & in hoc tempore reliquiæ scdm electionem gratiæ salutis factæ sunt. Vides ergo quia illos qui curuauerunt genua Baalim, & qui non curuauerunt in reliquijs credentium & in multitudine non credentium interpretatur. Quod hoc ostendit, quia illi qui in tempore saluatoris increduli extiterũt, & impij, genua curuauerunt Baalim, & adorauerunt simulacra. Hi vero qui crediderunt, & implent opera fidei, non curuauerunt genua Baalim. Neque enim vsquam refertur in historijs, vel in Euangelio, vel in alijs quibuslibet scripturis, quod tempore saluatoris aliquis genua flexerit simulacris, sed de illis vtique hoc dicitur, qui peccatis suis astricti, velut compediti tenebantur. Vnde constat quia & nos quotiescunq; peccamus, captiui ducimur in lege peccati, & genua nostra curuamus Baalim. Sed non in hoc vocati sumus, nec ad hoc credidimus, vt iterum seruiamus peccato, & itorum genua flectamus diabolo: sed vt flectamus genua in nomine domini Iesu, quia in nomine Iesu oñe genu flectitur, cœlestiũ, & terrestriũ, & infernorum, & vt flectamus genua

Ephes 3. c. ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex ꝙ oñis paternitas in cœlo, & in terra noiatur. Sed quid mihi prodest, si genua corporis mei ad orationem veniens, flectam Deo, & genua cordis mei flectam diabolo? Si enim non stetero firmus aduersum astutias diaboli, flexi genua mea diabolo. Et si nõ constãter stetero aduersum iram, flexi genua mea iræ. Similiter & si nõ constanꝫ libidini restitero, flexi libidini genua mei cordis. Et in singulis qbusq; ꝙ cõtraria sunt deo, hoc facere videbor, nisi constanter, & fortiꝫ stetero, sicut & illi fecerũt, ꝙ colloquuntur Baalim, & dereliquerunt dñm patrum suorũ, qui eduxit illos de terra Aegypti. Et homil. ix.

Iudi. 7. 2. super Iudicũ exponens illud Iudicũ, Omnis quicũq; lambet aquam in lingua, sicut lambit canis, statues eũ seorsum, & omnem qui curuauerit genua sua, vt bibat, transferes eum: Et iectus est, inquit, numerus eorũ, qui lamberunt in manu aquã, vel lingua, trecẽti viri. Cæteri aũt oẽs curuauerũt genua sua, vt biberent aquã. Et dixit dñs ad Gedeon: In trecentis viris istis, qui lamberunt aquam, saluos vos faciam, & tradam Madian in manũ tuã. In omnibus pene veterũ gestis mysteria designãtur ingentia, sicut etiã in hoc loco fieri videmus, quia si qui descendunt ad aquam, i. qui ad baptismi gratiam veniũt, non debẽt procidere in terram, nec flectere genua sua, & cedere tentationibus venturis: sed stare firmiter, & constanter facut & propheta dicebat: Demissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressum rectum facite semitis vestris. Venisti ad aquam baptismi, istud est certaminis, & pugnæ spiritalis initium. Hinc tibi aduersum zabulũ nascitur pugnæ principiũ. Si remissior fueris, si flectitur genu tueris, qũo pugnabis, qũo stabis aduersus astutias zabuli? Propterea & Apostolus clamat State ergo, & nolite iterũ iugo seruitutis hærere. Et iterum dicit: State in domino. Et tertio dicit: Quoniam tunc viuimus, si vos statis in domino. Ille igitur probabilis, ille electus est, q

Gala. 5. 1. Pet. 4. 2. posteaquam ad aquas baptismi ventum est, flecti ad necessitates terrenas, & corporeas nescit, qui vitijs non indulget, neque ob peccati fitim sternitur pronus. Sed & ꝙd dicit eos manu, vel lingua aquam lambere, non absq; sacramenti quadam significantia hoc mihi videtur scriptum, scilicet ꝙd & manu, & lingua operari debent milites Christi, hoc est, opere & vtebo, quia qui docet, & facit, hic magnus vocabitur in regno cælorũ. Quod autem etiam simi-

Matth. 5. c. litudinem canis lambentis scriptura posuit, videt mihi istud animal hoc in loco propter eum nominatum, quod supra omnia cœtera animalia amorem dicitur proprij domini seruare, nec tempore, nec iniurijs obliterari in eo fertur affectus. Trecenti ergo soli, qui exigio numeri sacramento obtinere aduersarios possent. Trecenti enim sunt, qui tertio centena multiplicent, & perfectæ trinitatis numerũ ferunt, sub quo numero omnis Christi census excitus. In quo obtinemus, vt etiam nos mereamur ascribi. Et diuus Hierony. exponens illud Apostolicũ, Propterea curuo genua mea ad patrem domini nostri &c. Qũo (inquit) in superioribus demonstratum est, ad effigiem corporalium luminum esse oculos spirituales, & nunc intelligendum alia esse exterioris hois genua, alia interioris. Et enim illud ꝙd dicitur in Esaia: Confortamini manus dimissæ, & genua dissoluta: Et in alio loco ipse Apostolus: Vt in nomine (inquit) Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ: Non ad genua corporis, sed ad

poris, sed ad subiectionem mentis, & inclinationem animæ, cordisq; obsequiũ pertinet, terræ se coæquantis, vt Psalmista quoq; canit, dicens: Adhæsit pauimento anima mea. Res eñ spiritualis, & incorporea anima rei corporali pauimento qũo potuit adhærere? Esto quippe, in nomine Iesu flectant genu terrestria, nunquid & angelos cæterasq; virtutes, q̃ in cœlestibus perseuerãt, possumus affirmare speciem habere corpoream, vt in nomine eius flectãt genu, vel apud inferos animas vinculis corporis liberatas, genu q; nõ habent esse flexuras? & habet spiritum seruitutis iterum in timore, genu scribitur flexisse peccato. Dereliqui (ait mihi dominus) septem milia virorũ, qui non curuauerunt genua ante Baal, idolo scilicet, atq; peccato. Qui fornicator est & per lupanaria, scortaque discurrit, libidini flectit genu suum. Qui furiosus, flexo adorat iram genu. Qui mammonam suspicit, & Deus eius est venter, flectit genua auaritiæ atq; luxuriæ. Totiens diabolo flectimus genu, quotiensc̃unq; peccamus. Hæc autem spiritualiter exponentes, non statim iuxta literam orandi consuetudinem tollimus, qua Deum genu posito suppliciter adoramus, & fixo in terrã poplite, magis, quod ab eo poscimus, impetramus. Legimus enim & Paulum in littore ficoraſſe, & geniculationes in Act. 20. 3. oratione præceptas. Sed sicut illud ædificat simplices, sic veram geniculationẽ esse docemus in animo, quia multi corporale flectentes genu, animæ nequaquam poplitem curuauerunt. Et contra, alij erecto Deum corpore deprecantes, magis se animo curuauerunt.

De eodem genu ex Gregorio. Caput VIII.

Diuus aũt Greg. lib. Moral. xxx. cap. xxxij. & xxxiij. & xxxiiij. exponens bellũ Gedeonis cũ Madianitis: In lib. (inquit) Iudicum Gedeon cõtra Madianitas dimicasse describitur. Is quum exercitus multitudinem ad bella produceret, diuina illi admonitione ꝓceptũ est, vt ad fluuium veniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret, à bellorum conflictu remouerer. actumq; est, vt trecenti viri tantũmodo, qui stãtes manibus aquas hauserant, remanerent. Cum his ad ꝓlium pergit, eosq; non armis, sed tubis, lampadibus, & lagenis armauit. Gedeon interpretatur circuiens in vtero, & redẽptoris nostri signat aduentum. Dñs enim noster per maiestatis potentiam oñia complectitur, & tñ per dispensationis gratiam intra vterum virginis humanitatem sumens, venit. Madian vero interpretat, de iudicio. Vt eñ hostes eius repellendi, destruendiq; essent, nõ de vitio repellentes, sed de iudicio iuste iudicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocantur, quia alieni à gratia redẽptoris, iustæ damnationis meritũ etiã in vocabulo nois trahunt. Ductiq; sunt ad fluuiũ, vt aquas biberẽt &c. Aquis nanq; doctrina sapientiæ, stante aũt genu, recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibũt genu flexisse perhibentur, à bellorũ certamine prohibiti recesserũt, quia cũ illis Christus contra hostes fidei ꝓgit ad ꝓlium, qui quũ doctrinæ fluenta hauriunt, rectitudinem operũ nõ inflectunt. Reprobatiq; sunt q genua, dũ aquas biberent, inflexerunt, quia attestante Apostolo, Nõ auditores legis iusti sunt apud Deũ, sed factores legis iustificabuntur. Quia eñ (vt diximus) dissolutio operũ in ipsa genuum incuratione signatur, recte rursum p Paulum dicit, Remissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Hi ergo Christo duce ad bellum procedunt, qui hoc quod ore annunciant, opere ostendunt, qui fluenta doctrinæ spiritaliter hauriunt, nec tamen in prauis operibus inflectuntur carnaliter, quia sicut scriptum est, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Cum trecentis pergit ad ꝓlium. Solet in cẽtenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per ter dictũ centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio trinitatis? Cum his quippe dominus noster aduersarios fidei destruxit, cum his ad prædicationis bella descendit, qui possunt diuina cognoscere, qui sciunt de trinitate (quæ Deus est) perfecta sentire. Itum est ad prælium cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis. Designatur itaque in tubis clamor prædicanti dux noster ad prædicationis prælium duxit: qui despecta salute corporum, hostes suos mori endo prosternerent, eorumque gladios, non armis, non gladijs, sed patientia superarent. Armati enim venerunt sub duce suo ad prælium martyres nostri, sed tubis, sed lagenis, sed lãpadibus. Qui sonuerunt tubis, dum prædicant, confrigerunt lagenas, dum soluenda in passione sua corpora hostilibus gladijs supponunt, resplẽduerunt lampadibus dum post solutionem corporum, miraculis coruscauerunt. Et notandum, quod steterunt hostes ante lagenas fuerunt ante lampades, quia nimirum persecutores sanctæ Ecclesiæ, fidei prædicatoribus adhuc in corpore positis restiterũt: post solutionẽ vero corporum apparentibus miraculis in fugã versi sunt, qa pauore conterrĳti, a persecutione fideliũ cessauerũt. Intuẽdũ est etiã quia in

dextera

Universidad de Deusto
Biblioteca

dextera tubas, lagenas aũt in siniſtra tenuerũt. Pro dextero eñ habere dicimur, qcquid pro magno penſamus, pro siniſtro vero, ꝺd pro nihilo ducimus. Bene ergo in dextera tubas, lagenas aũt in siniſtra tenuerũt, quia Chriſti martyres pro magno habent p̃dicationis gratiã, cor- Mat. 5. b.
porũ vero vtilitatem pro minimo. Hinc dñs in euangelio ait: Neq; accendũt lucernã, & ponunt eã ſub modio, ſed ſup candelabrũ. In modio enim cõmodum reporale, in lucerna autem, lux p̃dicationis accipitur. Lucernã ergo ſub modio ponere, eſt propter temporale cõmodũ gratiã p̃dicationis abſcõdere, ꝺd nemo vtiq; electorum facit. In candelabro aũt ſtatus corporis deſignatur, cui lucerna ſuper ponitur, dum eidem corpori cura prædicationis anteferetur.

Quid gibbus, gigasq; myſtice ſignificent. Caput IX.

Leuit. 21. d. DE gibbo ſcribit diuus Greg. parte prima Paſtoralis, cap. xi. Gibbus, inquit, eſt quẽ terrenæ ſolicitudinis põdus deprimit, ne vnq̃ ad ſuperna reſpiciat, ſed ſolis his, q̃ in infimis calcant, intendat. Qui & ſi qñ aliquid ex bono patrię cœleſtis audierit, ad hoc nimirum puerſæ conſuetudinis pondere p̃grauatus, cordis faciem non attollit, quia cogitationis ſtatũ erigere non valet, quẽ terrenæ ſolicitudinis vſus curuũ tenet. Exhortũ quippe ſpecie Pſalmiſta dicit: Incuruatus ſum, & humiliatus vſquequaq;. Quorũ culpã ꝺq; per ſemetipſam verſtas reprobans, ait: Semen aũt ꝺd in ſpinis cecidit, hi ſunt qui audiunt verbũ, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.

Luc. 8. d. Quid autẽ gigantes myſtice ſignificent, inſinuat D. Greg. li. xvij. Moral. cap. xi. exponẽs illud Iob, Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cũ eis: Gigantes, inquit, vel apoſtatas angelos, vel ſuperbos quoſq; homines nil obſtat intelligi. Hinc enim p̃ prophetam dicitur: Mortui non viuent, gigantes non reſurgent. Quos nanq; mortuos, niſi peccatores nũminat? Et quos gigantes, niſi eos, qui de peccato etiam ſuperbiunt, appellat? Illi aũt non viuunt, quia peccando vitã iuſtitiæ perdiderunt. Iſti etiam reſurgere poſt mortem nequeunt, quia poſt culpam ſuam inflati p̃ ſuperbiam, ad pœnitentiæ remedia non recurrũt. Hinc ergo Prou. 21. b. ſum ſcriptum eſt: Vir q̃ errauerit à via doctrinæ, in cœtũ gigantũ cõmorabitur, quia ſiquidem iter rectitudinis deſerit, quorũ ſe numero, niſi ſuperborum ſpirituũ iungit? Bene aũt contra elatos dicit: Ecce gigantes, gemunt ſub aquis. Acſi aperte diceretur: Cur de ſcientia hõs ſuperbiat, quũ ignorantiæ abyſſus, & ipſos ſuperbiſſimos angelorum ſpũs ſ̃mat? Si aũt gigantum noie potentes huius ſeculi deſignantur, in aquis poſſunt populi figurari. Ioanne atteſtante, qui ait: Aquæ enim ſunt populi. Bene aũt contra ſuperbientẽ dicitur: Ecce gigantes gemũt ſub aquis, quia elati oẽs, dũ in hac vita aſſequi honorũ celſitudinem cupiunt, ſub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneraꝰ, eoq; ipſis populis mente, & cogitatione ſupponitur, quibus ſuperponitur dignitate. Et bene his verbis, ac breuiter indicatur, quia oñis ſuperbia eo ipſo in imo iacet, q̃ in alta ſe erigit, vt iam de magis cunctis ſuppoſita ſit, vnde cunctis expetit ſupereſſe. Homo quippe in ſublimibus eleuatus, tantos ſup ſe ſuſtinet, quantos ſuppoſitos regit. Hi aũt qui talibus ſociantur, ipſi eorũ laboris eorũ participatione deprimuntur. Nam cum eis laborem etiam tolerant põderis, ſibi pariter gloriam affectant honoris. Vnde protinus adiũxit, Et qui habitãt cũ eis. Acſi diceret: Pariter gemunt, qui eorum glorię exeorũ delectatione ſociantur. Et exponẽs illud Iob. 16. d. d
Iob. Ruit in me quaſi gigas: Facile quippe (ait) inimico reſiſtitur, ſi nõ ei vel in multis lapſibus, vel in vno diutius conſentiatur. Sin vero eius ſuaſionibus anima ſubeſſe conſueuerit, quãto ſe ei crebrius ſubijcit, tanto eum ſibi intolerabiliorem facit, vt ei reluctari non valeat, quia cuncturum malignus aduerſarius contra hanc ex praua conſuetudine deuictam, quaſi more gigantis pugnat. Sed tamen plerunq; ſancta eccleſia poſt perpetratas culpas mentes fideliũ ad penitentiam reuocat. Vnde bene ſubditur: Saccum conſui ſuper cutem meam &c. Et Origenes homilia ſeptima ſuper Numeros, exponens illud Numeri: Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Mitte viros & conſiderent terram Chananæorum &c. In quibus exploratoribus terræ narratur, qui miſſi renunciant, quod terra quidem ſit bona, & admirabilis. Habitant autem in ea filij gigantum, in quorum conſpectibus populus Dei quaſi locuſtæ videntur. Et plures quidem deſperant ſe poſſe ſaluari à filijs gigantum. IESVS tamen non deſperat, ſed confirmat populi fidem cum Caleb, qui eſt de tribu Iuda, & dicunt: Si diligit nos dominus, introducet nos in terram hanc. Quæ ergo eſt terra iſta ſecundum ſpiritalem intellectũ, q̃ terra quidẽ ſcta eſt, & terra bona, ſed ab impijs habitat? Qui ſunt ergo iſti hoſtes, q̃ habitant in terra ſanctorũ? Et qũo eijciendi ſunt, vt illis electis, ſancti ſuccedãt in locũ eorũ? Redeamus ad Euãgelia, redeamus ad Apoſtolũ. Euãgelia ſanctis, p̃mittũt regna cœlorũ. Apoſt. dicit: Noſtra aũt cõuerſatioin cœlis eſt. In cœlis ergo eſt locus hæreditatis, q̃ promittit ſanctis. Et quid

Et quid putamus q̃ nullus nunc aduerſarius ſit in his locis, quæ tibi promittuntur, quem tu debeas pugnando euincere, vt liber ad ea quæ tibi promittuntur loca, euolare poſſis? Et quomodo dicit dominus à diebus Iohannis Baptiſtæ, quia regnum cœlorum vim patitur, & vim inferentes rapiunt illud? Niſi enim eſſent quibus vis fieret, nunquam eſſent qui inde depelli & extrudi deberent, nunquam diceretur diripiendum per vim regnum cœlorum. Et niſi eſſent cũ quibus certamen nobis eſſet ac prælium, nunquam diceret Apoſtolus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi huius rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus, de quibus etiam illud dei dictum diuinitus per prophetam intelligendum videtur, vbi ait: Et inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Neceſſe eſt ergo ſpiritales nequitias, quæ in cœleſtibus eſſe dicuntur, qui ſunt veri Chananęi, vinci abs te, vt expeditus ad cœleſtia regna tranſire poſſis, vt tu pro illis habites ibi. Scito tamen gigantes eos eſſe. Gigas dicitur omnis qui aduerſus deum reſiſtit. Quicunq; ergo aduerſatur deo, & contrarius eſt veritati (quod illi principaliter faciunt) merito gigas appellatur. Tibi ergo præſtatur, vt deuictis gigantibus intres in regnum quod illi perdiderunt, vt impleatur quod ſcriptum eſt: Quis accipiet à gigante ſpolia? Vnde & dominus dicebat in euãgelio: Nemo poteſt introire in domum fortis, & diripere vaſa eius, niſi alligauerit fortem. Qui licet propter ſuperbiam ſuam à domo cœleſti iam ſit eiectus, tu tamen niſi viceris illum, nõ introibis in domum fortis. Nec vinci ſolum, verum & illum alligari oportet. Niſi enim alligetur, haudquaq; tutum eſſe poterit iter noſtrum. Nunc ergo quantum ad comparationem humanæ, & dæmoniacæ naturæ, nos locuſtæ ſumus, & illi gigantes, & præcipué ſi dubia ſit fides noſtra, & ſi nos perterreat infidelitas, illi gigantes erunt, & nos locuſtæ. Si vero ſequamur Ieſum, & credamus verbis eius, ac fide eius repleamur, tanquam nihil erunt in conſpectu noſtro. Audi enim quomodo nos hortatur, & dicit: Si amat nos deus, introducat nos in terram hanc, quoniam bona eſt, & fructus eius mirabilis. Typus ergo & figura, quæ præceſſit in patribus, completur in nobis. Eiecerunt illi gentes, & conſequuti ſunt hæreditatem eorum: conſequuti ſunt enim omnem terram Iudææ, & Hieruſalem ciuitatem & montem Sion. Hæc in illis impleta ſunt. Ad te autem quid dicitur? Non (inquit) acceſſiſtis ad ea quæ viſibilia ſunt, ſed ad inuiſibilia. Acceſſiſtis enim (inquit) ad montem dei viuentis, & ad ciuitatem cœleſtem Hieruſalem, & ad multitudinẽ angelorum. Sed & alibi idem Apoſtolus dicit: Hieruſalem autem quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum. Si quis verbis Apoſtoli, dicentis, Hieruſalem eſſe cœleſtem, non accommodat fidem, poteſt & hæc verba noſtra recuſare. Si vero verbis Pauli fides adhibenda eſt, ſicut & certé adhibenda eſt, & Hieruſalem cœleſtem eſſe credimus ad typum terrenæ huius, & q̃ Gala 4. d
ceſſimus ergo (ſicut Paulus dicit) ad cœleſtem Hieruſalem ſine dubio, & ad cœleſtem Iudæam: & ſicut illi de terreſtri Iudæa eiecerunt Chananæos, & Pherezæos, & Euæos, reliquasq; gentes, ita & nos qui acceſſimus ad montem dei, & ad regna cœleſtia, neceſſe eſt, vt debellemus contrarias poteſtates, & ſpiritalia nequitię in cœleſtibus. Et ſicut illi eiecerunt Iebuſeum de Hieruſalẽ, & quæ prius Iebus vocata fuerat, poſtmodum appellata eſt Hieruſalem: ita & nos oportet (vt ita dicam) expellere prius Iebuſæum de Hieruſalem, & ſic hæreditatem eius conſequi. Vel hæc quidem illi faciebant armis viſibilibus: nos vero inuiſibilibus. Illi vincebãt corporalibus pręlijs, nos autem ſpiritali certamine ſuperamus. Quod ſi vis audire, Paulus, qui non ſolũ magiſter gentium, ſed & militiæ huius magiſter eſt, quomodo pugnauerit prior, audi quid ipſe de ſe ſcribat, ſicut etiam & ſupra memorauimus: Non eſt (inquit) nobis colluctatio aduerſum carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus rectores mundi huius tenebrarum harum, aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Propterea de hanc pugnam ſpiritalem atq; inuiſibilem pugnaturis, ſpiritalia arma, & inuiſibilia tela componit, & dicit: Induite vos loricam charitatis, & galeam ſalutis, & aſſumite ſcutum fidei, in quo poſſitis oñia tela maligni ignita extinguere. Sed & gladium ſpiritus (inquit) aſſumite, quod eſt verbum dei. Quum ergo talibus te armaueris telis, ſequens Ieſum ducem, non verearis gigantes illos. Videbis enim quomodo eos tibi ſubijciet dominus Ieſus, & ſicut patres calcauerunt ceruices gentiũ, ita & tu calcabis ſuper ceruices dæmonum. Ipſe enim dicit ijs qui eum fideliter ſequuntur: Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Vult enim ſemper Ieſus res mirabiles facere, vult de locuſtis vincere gigantes, & de ijs, quæ in terris ſunt, cœleſtes ſuperare nequitias. Et fortaſſe hoc eſt quod dicebat in euangelijs: Quia qui credit in eum, non ſolum facier illa, quæ ipſe fecit, ſed maiora inquit horum ipſe faciet. Vere enim maius mihi videtur, quod homo in carne poſitus fragilis & caducus, fide tantum Chriſti, & verbo eius armatus

Gigas eſt omnis qui deo reſiſtit

Ephe. 6. b.

Luce. 10. d

Iohan. 14. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

superet gigantes,dæmonum legiones. Quamuis ipse sit qui vincit in nobis, plus tamen esse dicit q̃ per nos vincit,quàm quòd per se vincit. Tantum est vt nos armis istis semper simus armati,et conuersatio nostra semper in cœlis sit. Omnis motus noster,omnis actus, omnis cogitatio,omnis sermo cœlestis sit. Quanto enim nos illuc ardentius ascendimus, tanto illi præoptantius ruent,& quanto nos magis augemur,tanto illi inferiores fient. Vita nostra si sancta sit, si secundum deum sit,illis conferet mortẽ. Si ẽgnis & luxuriosa sit, potentes eos aduersum nos & gigantes faciet. Quanto ergo nos virtutibus crescimus,tanto illi inferiores efficiuntur & fragiles. Sicut econtrario,si nos infirmemur & terrena requiramus,illi fortiores fiunt. Et quanto nos dilatamur in terris,tanto illi spacia in cœlestibus largiora concedimus. Vnde hoc magis agamus,vt nobis augescentibus,illi minuantur: nobis ingredientibus,illi pellantur: nobis ascendentibus illi cadant. Sicut & ille cecidit,de quo dicit dominus in euangelio: Ecce vidi Sathanam sicut fulgur cadentem de cœlo,vt illis proiectis introducat nos illuc dominus noster Iesus, & gratia dei capere regnũ sum cœleste concedat.

De eodem gigante. Cap. X.

GIgas quoq; dominum nostrum Iesum Christum significat,iuxta illud Psalmistæ, Exultauit vt gigas ad currendam viam &c. quod diuus Augustinus hoc pacto enarrat: Exultauit sicut fortissimus,& cæteros homines incomparabili virtute præcedens, non ad habitandũ viam,sed ad currendam viam. Non enim in via peccatorum stetit. Gigas exultauit ad currendũ viam,natus est,creuit,docuit,passus est,resurrexit ascendit. Cucurrit viam,non hęsit in via. Quũ autem viam cito cucurrit,vis audire? A summo cœlo egressio eius &c. A patre egressio eius,nõ temporalis,sed æterna,qua de patre natus est. Et occursus eius vsq; ad summum eius. Et occurrit plenitudine diuinitatis,vsque ad æqualitatem patris. Postea vero q̃ excurrit inde, & recurrendo remeauit,misit spiritum suum. Et Cassiodorus: Bene Christus noster giganti comparatur, quia humanam naturam potentiæ suæ magnitudine superans,omnia mundi vitia cum suo tumulento autore prostrauit. Meritó dixit: Ad currendam viam, cuius in nulla mundi ambitione potuit actus hærere. Hæc per allegoricas similitudines decenter expressa sunt, quæ aliud dicentes,aliud intelligi suadent. A summo cœlo &c. Si diligentius intueamur,totius hic maiestas trinitatis ostenditur. A summo cœlo pater significatur. Egressio eius natiuitas filij,non temporalis,sed æterna patri,quæ est ante omne principium. Quippe cum ipsum filium confiteri principium. Occursus eius,secundum hominem dicitur,quia post assumptionem carnis in vna quę natura Christus permanens,ad sedem maiestatis paternæ occurrit. Vsq; ad summum eius, iterum secundum deitatem,qua patri filius semper æqualis est. Nam quum venit à summo, in nullo minor fuit,quum rediit ad summum,deus homo æqualis patri in deitatis substantia,licet venerat perseuerat,cui nihil humana detraxit humilitas. Nam quod ait, Nec est qui se abscondat à calore eius,spiritum sanctum videtur significare, quem post ascensionem discipulis misit. In Actibus enim apostolorum legitur ignem apparuisse, qui supra vnumquenq; eorum intidens, gentium varijs linguis eos faciebat effari. Ipse ergo calor est,à quo nemo possit abscõdi, qui ad tatis suæ potentia,vniuscuiusq; corda cognoscit. Hoc vno versiculo sanctæ trinitatis ingenita cramenta declarantur. Et intuere quemadmodum licet de tribus personis dicatur,consubstantialem tamen seruauit vnitatem,dicens: eius,tanquam de vno,quia sancta trinitas vnus est deus, sicut legitur: Audi Israel,dominus deus tuus dominus vnus est. Et diuus Ambrosius in enarratione psalmi centesimi decimi octaui sermone sexto, exponens illud Canticorum secundo, Vox consobrini mei: Ecce hic aduenit saliẽs super montes,transiliens super colles. Salit de cœlo in virginem,de vtero in præsepe,de præsepio in Iordanem,de Iordane in crucem,de cruce in tumulum,in cœlum de sepulchro. Proba mihi Dauid salientem,proba currentem. Tu enim dicis: Exultauit tanquam gigas ad currendam viam,à summo cœlo egressio eius, & occursus eius &c. Ergo & nunc salit,& nunc currit,de corde patris super sanctos suos, de oriente super occidentem,de septentrione super meridiem. Ipse est qui ascendit super occasum, ipse super cœlos cœlorum ad orientem. Et Diuus BERNARDVS sermone quinquagesimo tertio super Cantica: Exultauit (inquit) vt gigas ad currendam viam,&c. Cursus & recursus is noster est,à quo,& ad quid intus consummatusque notissimum. Quid igitur? Fingemus nobis, siue in psalmis ista legentes,siue in præsenti cantico virum gigantem procere staturæ,abscisa cuiuspiam mulierculæ amore captum,& dum properat ad cupidos amplexos, transiliente montes,colles; hos,quos videmus mole corporea super plana terræ tanta altitudine eminentes, supra nubes aliqui eorum verticem extulisse cernantur? Verum non decet istiusmodi corporeas phantasias imaginari,ꝑsertim tractantes hoc canticũ spirituale. Dicit Dauid,quia posuit in

le tabernaculũ suũ &c. Exultauit vt gigas &c. En q̃tum saltum dedit à summo cœlo,ad terras. Sane eũ non inuenio alibi vbi in sole posuerit tabernaculũ suũ,id est,in luce,& in manifesto suam dignatus est exhibere præsentiam, ipse lucis inaccessibilis habitator, nisi vtiq; in terris. Deniq; interris visus est,& cum hominibus conuersatus est. In terris (inquam) palam, quod est,In sole posuit tabernaculum suum,corpus videlicet, quod de virginis corpore ad hoc sibi aptare dignatus est,vt in eo in se inuisibilis,videret,& sic videret oĩs caro salutare dei, quum in carne veniisset. Salijt ergo in montibus,id est,in illis supremis spiritibus,quum ad eos vsq; descendit sacramentum à sæculis absconditum,& imaginẽ pietatis,mysteriũ eis dignãter aperiẽs. Sed trãsiẽs hos superiores,atq; eminẽtiores mõtes,Cherubim scilicet, atq; seraphim, nec nõ dominationes,principatus,& potestates,virtutesq; etiam vsq; ad inferiorem ordinẽ Angelorũ descẽdere trãq; ad colles,dignatus est. Sed nunquid vel in illis remansit? Transilit & colles. Nõ eñ (inquit) Angelos,sed semen Abrahæ apprehendit,q̃ vtiq; Angelis inferius est, vt sermo impleretur,quẽ dixit memoratus propheta,loquẽs ita ad patrẽ de filio. Minuisti eũ paulominus ab Angelis,quanq̃ hoc sane ad cõmendationẽ naturæ humanę dictũ possit intelligi, q̃ homo ad imaginẽ & similitudinẽ Dei conditus,ac prædituς ratione,instar vtiq; Angeli modicũ tamẽ differet ab Angelo,propter corpus de terra. Sed audi Apostolũ Paulũ apertę pronunciantem de eo: Qui quũ in forma Dei esset,non rapinã arbitrabatur esse se æqualẽ Deo,quia semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs,in similitudinẽ hominũ factus,& habitu inuentus vt homo. Et rursum: Vbi venit plenitudo tẽporis,misit Deus filiũ suũ factum ex muliere,factũ sub lege,vt eos q̃ sub lege erãt,redimeret. Qui ergo factus ex muliere,factus & sub lege est,proculdubio nõ solũ mõtes,id est,maiores,superioresq; beatitudines,sed etiã minores Angelos descendẽdo trãsijt,qui quidẽ in cõparatione superiorum merito collium no mine designãtur. Cæterum qui minor est in regno cœlorũ, maior est quouis carnẽ portãte super terram,etiã si sit ille magnus Ioannes baptista. Nam & sane Deum hominem fateamur, etiã in homine super omnem principatũ & potestatẽ longe incõparabiliter præeminere,certũ tamen quia & si prę sit maiestate,sed infirmitate succubuit. Ita ergo salijt in mõtibus & trãsijt colles,quum non solũ superioribus,sed & inferioribus spiritibus dignãtissime se inferiorẽ exhibuit. Nec modo illis supernis spiritibus,sed & ipsis, qui domos luteas inhabitant subiectũ se exhibuit,transiliens,& vincens etiam humilitate hominum humilitatem. Erat deniq; Mariæ subditus,& Ioseph,quum esset duodenis in Nazareth,& apud Iordanem Ioannis semanibus iam iuuenis inclinauit. Et diuus Hieronymus: Exultauit vt gigas &c. Hic gigas pro fortitudine Christi ponitur,eo quod ipse alligauit fortem diabolum,& vasa eius (quę nos sumus) diripuit. Ad currendam viam,quia nõ habuit hic moras. Hic natus venit in passionem, resurrexit,& ascendit. A summo cœlo,id est,à patre,quod est principale nomen,non ideo,q̃ maior sit filio secundum diuinitatem. sed pro nomine patris. A summo, id est, ab æternitate egressus eius. Occursus eius,in coæqualitate æternitatis,quia ascendit ad cœlos,sedet ad dexteram patris,vbi antea,& semper fuit cum ipso.

Luce. 3. a.
Mat. 3. d.
Mat. 11. c.
Colos. 3. d.

Quid glacies mystice significet,dictum est in dictione,Gelu.

Quid gladius mystice significet. Cap. XI.

QVid gladius mystice significet,diuus Gregorius insinuat, exponens illud Iob, Quum apprehenderit eum gladius,subsistere non poterit: In scriptura (inquit) sacra aliquando per gladium sancta prædicatio,aliquando æterna damnatio,aliquando tribulatio temporalis,aliquando antiqui hostis ira, vel persuasio designatur. Gladius enim sancta prædicatio ponitur,sicut Paulus ait: Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Gladij nomine æterna damnatio designatur, sicut de prædicante hæretico scriptum est: Si multiplicati fuerint filij eius,in gladio erunt,quia quantalibet hic numerositate germinet,ęterna damnatione consumuntur. Gladius tribulatio temporalis accipit,sicut Marię de sequuturis tribulationibus dicitur: Et tuam ipsius animam,pertransibit gladius. Rursum per gladium ira,vel persuasio maligni hostis exprimitur,sicut Psalmista ait: Qui liberasti Dauid seruum tuum, de gladio maligno. Benigne quppe sanctę prędicationis est gladius quo percutimur, vt à culpa moriamur et à vitiorum extinguatur. Antiqui ergo hostis est gladius ille tunc damnatus homo, in vsum ministerij eius assumptus: Ipsum quippe per maliciam fraudis exacuit,& infirmorum corda transfigit. Hunc ergo Leuiathan gladium apprehendit, quum cum suus dãnatus homo suscęperit. Si autem gladij nomine eius ira signatur,recte non apprehendere gladiũ, sed à gladio apprehendi describitur. In tantam quippe tunc insaniam vertitur, vt dominari omni-

Mat. 5. d.
Mat. 11. c.
Colos. 3. d.
Philip 2. a.
Gal. 4. a.
Luce. 7. d.
Ioh. 41. c.
Ephes. 6. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus appetens, ne quaꝫ suæ iræ dominetur. Nos nanq; quũ iram in vsum iustitiæ assumimus, gladiũ tenemus, quia eã sub æquitate iudicij possidendo moderamur. Ille aũt quia per abrupta furoris rapitur, non apprehendere gladiũ, sed a gladio apprehendi perhibetur. Non enim iram possidens tenet sed ab ira sæuiens tenetur. Et lib. xiiij. Moral. cap. xxxiij. exponens illud Iob, Fugite ergo a facie gladij, quia vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Omnis (inquit) qui peruersa agit, eo ipso, ꝙ hoc despicit esse dei iudicium nescit. Si enim hoc timendũ sciret, quæ in illo sunt punienda, non ageret. Nã sunt plerique qui extremũ esse iudicium verbotenus sciunt sed peruerse agendo testantur, quia nesciunt. Qui enim hoc nõ formidat, vt debet, necdũ cognouit cũ quanto turbine terroris adueniat. Si enim pensare põdus tremendi examinis nosset, iræ diem vtiq; timendo ꝓcaueret. Faciem quoq; gladij fugere, est amaduersionis districtæ sententiã priusquam appareat placare. Vitari nanq; terror iudicis nõ nisi ante iudicium potest. Modo non cernitur, sed ꝓcibus placatur. Quũ vero in illo tremendo examine sederit, & videri potest, & placari non potest, quia facta prauorũ, ꝙ diu sustinuit tacitus, simul oia reddit iratus. Vñ necesse est nunc timere iudicẽ, quũ necdũ iudiciũ exercet, quũ diu mala sustinet quũ adhuc mala tolerat, & videt, ne quũ semel manũ in retributione vltionis excusserit, tanto in iudicio districtius feriat, quanto ante iudiciũ diutius expectat. Et li. xviij. cap. vij. exponens illud Iob, Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt: Filij (inqt) violentorum sunt sequaces hæreticorũ, qui dum eorũ errori consentiunt quasi ex eorum ꝓdicatione generantur. Sed multiplicati in gladio erunt, quia quamuis modo immensa multitudine in perdita libertate succrescunt, venturi tamen iudicis sententia feriuntur. Vnde per Moysen dominus dixit. Gladius meus manducabit carnes. Dei enim gladius carnes comedit, quia in extremo iudicio eius sententia eos qui carnaliter sapiunt, occidit. Et cap. viij. Dauid (inquit) typum domini, Golias vero hæreticorũ superbiã signans, hoc rebus locuti sunt, quod nos verbis aperimus. Golias quippe cum gladio, Dauid vero cum pera pastorali venit ad prælium: sed eundem Goliam Dauid superans, suo gladio occidit. Quod nos quoq; agimus, qui promissã Dauid membra ex eius fieri dignatione meruimus. Nam cum superbientes hæreticos & sacræ scripturæ sententias deferentes, eisdem verbis, atq; sententijs, quas proferunt, vincimus, quasi elatum Goliam gladio detrũcamus. Iustus ergo vestitur eis vestimentis, quæ ꝓparat iniustus, quia vir sctus eisdem sententijs ad veritatem vtitur, quibus se peruersus quisq; doctum ostendere contra veritatem conatur. Et lib. Moralium decimonono, capite vigesimooctauo, & vigesimonono: Salomon, inquit, dum fortes spiritalis pugnæ describeret bellatores, ait: Omnes tenentes gladios, & ad bella fortissimi. Quid nãq; in diuina scriptura aũt non ait: Oẽs habentes gladios, sed tenentes, quia videlicet verbũ dei non est mirabile solummodo scire sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidẽ eloquium nouit, sed secundũ illud viuere negligit. Et doctus esse ad bella iam nõ vellet, qui sufficit ꝙ quem habet gladium, minime exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit, nisi hunc verbi dei tenere gladium male viuendo postponit. Et in commẽtarijs Cantici Cantic. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Hi tenent gladios, & ad bella doctissimi existunt. Vniuscuiusq; ensis super femur suum, propter timores nocturnos: Lectulum (inquit) Salomonis ambiunt, quia mẽtem sanctam, in qua Christus paulat, verbis, & exemplis muniunt, qui ab aditu mentis venientes hostes repellunt, dum ipsam mentẽ exemplis sustinent scriptis erudiunt. Hi tenent gladios, quia dum verbum Dei opere complent, quod corde sciunt, magis, ac magis semper docti, hostẽ suum dæmonẽ, scilicet ignea, & fortitudine vincunt. Per gladium enim verbum Dei designatur, per manus aũt, quibus gladios tenent, ipsa opera figurantur, de quibus bene subditur, Vniuscuiusq; ensis &c. Quid per ensem, nisi rigorem conuersationis, & quid per femur, nisi carnis appetitum accipimus? Electi ergo quiq;, qui iam ad perfectionem vitæ prouecti sunt, semper ensem sup femur suum ferunt, quia rigore conuersationis, appetitum carnis assidue frangunt, ne hostis, quem in ore huius mundi timent, repente veniens, mollem aditum inueniat, & per voluptatis molliciem, eo facilius, quo voluptuosiores inuenerit, ad grauiora peccata perducat. Et homilia vigesima prima super Ezechielem, citans illud Psalmistæ. Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello, hoc modo scribit: Gladius quippe doctoris est sermo dei. Vnde per Paulum dicitur, Et Gladium spiritus, quod est verbum dei. Omnipotens itaq; Deus, quia in doctorem respicit nolle operari quæ dicit, in die belli adiutorij eius gladium auertit, quia in tentationum certamine nõ permittit ei esse in adiutorium doctrinæ verba, ꝙ dedit. Habet igitur gladium

Cant. 3. c. Epucl. 5. d

Cant. 3. c.

Iob. 27. b.

Deut. 32. f.

Psal. 88. f.

gladium, sed hunc in bello non adiuuat, quia quũ aduersitas tentationis eruperit, verbi oblitus efficitur, ꝙd dicebat: Ecce enim de patientia forsitan sermo doctori est, doctrinæ suæ magister docere cogitur, qualiter contra illata damna, contra auditas contumelias patientia seruetur: sed quũ ipse vel damno, vel contumelia fuerit lacessitus, oblitus quod docuerit, vel in læsione proximi, vel in reddendo grauius contumeliã exceedit. Inter hæcitaq; cogitet, quia mensa Dei est, labijs intus reflectat, seruet quod ꝓdicat. Scriptum quippe est: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et rursum scriptum est: Doctrina viri per patiẽtiam noscitur. Si itaq; index doctrinæ patientia est, tanto quisq; doctus ostendit, quanto patiens fuerit. Hinc est enim ꝙ bonus ille discipulus, qui magistrũ tolli in aera videbat per magnæ charitatis affectum, clamabat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Quid est ꝙ Helias currus Israel, & auriga dicitur, nisi quia auriga agitat, currus portat? Doctor ergo qui mores populi, & per patientiam sustinet, sacri eloquij verbis docet, & currus dicitur, & auriga. Currus, quia tolerando portat, quia mala sustinet: auriga, quia exhortando agitat, quia populum bonis exhortationibus exercet. Et infra citans illud Apostoli. Viuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ, ac spiritus, illico subiunxit: Compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Distinguit enim sermo dei compages, & medullas, quia discernit cogitationes, & intentiones cordis. Per compages quoq; ossibus ossa iunguntur. Et sæpe dum quid recta cogitatiõe agimus, sed subito in laudis amore declinamus, atq; hoc pro laude facimus, quod prius facere pro veritate cœperamus, quia cogitationes cogitationibus adiunguntur, quasi quædam compages fiunt. Sed habent ossa, quæ in cõpage iuncta sunt, etiã medullas. Quod ꝓdicator sctus apertius intulit, quũ subiunxit. Discretor cogitationum, & intentionum cordis. Compages enim nostræ, cogitationes sunt, medullæ aũt intentiones. Et sæpe aliud cogitamus, atq; aliud est, quod per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito nummorũ ꝓmio, pupilli, vel viduę causam defendat, & fortasse ecclesiam ingrediens, in suis prẽcibus deo dicat, Tu vides quia causam pupilli, & viduæ defendo, iste proculdubio quod cogitat, scit, sed quo intendat eius cogitatio, ignorat. Aliud quippe cogitat, atq; alio intẽdit. Non enim defensionem pupilli, vel viduæ, sed mercedem nummorum quærit. Nam tollere temporale ꝓmium, & non pupillum, ac viduam defendere intendit: Sermo itaq; Dei, discretor est cogitationum, & intentionum cordis, quia non aspicit quid apud temetipsum cogites, sed per medullam compagis, id est per intentionem cogitationis, quę accipere requiris. Restat ergo vt doctor quum loquitur, quasi mensa Dei semper intus labium reflectat, ne aut mala intentione loqui inchoet, aut quum bene cœperit, se ductus fauoribus in appetitum alium declinet.

Luce. 11. & Pro. 19. b.

Heb. 4. c.

De eodem gladio. Caput XII.

Iob. 5. e. Gregorius 2. Cor. 8. b.

DE eodem gladio scriptũ est in Iob: Porro saluũ faciet egenum de gladio oris eorũ &c. vbi diuus Greg. hoc pacto scribit: Ipse quippe iste pauper est, de ꝙ per Paulum dicitur: Propter nos egenus factus est, quũ diues esset. Et quia Iudæi accusando dominũ tradiderũt, quem traditũ gentiles crucifixerunt, potest per oris gladium accusantium Iudæorũ lingua figurari, de quibus per Psalmistam dicitur: Filij hominũ dentes eorum arma, & sagittæ & lingua eorũ gladius acutus. Qui Euãgelio etiam teste, clamauerũt, Crucifige, crucifige eum. Et, De manu violenti pauperem. Per violenti manum, ipsa crucifigens gentilitas exprimi potest, quæ in redemptoris morte, Hebræorum voces opere impleuit. Deus itaq; hunc pauperẽ, & de violenti manu, & de oris gladio saluũ fecit, quia videlicet redemptor noster & vires gentilium, & linguas Hebræorũ moriendo ex humanitate perrulit, sed ex diuinitatis suæ potentia resurgendo superauit. Moraliter aũt hoc pacto exponit: Pauper quippe est, quisquis apud semetipsum elatus non est. Vnde & per euangeliũ veritas dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cœlorũ. Duobus aũt modis ad culpam vnusquisq; pertrahitur: Aut enim delectatione perducitur, aut terrore superatur. Gladius nanq; oris, est iniquitas persuasionis, manus aũt violenti, est aduersitas potestatis. Sed quia veraciter humilis, qui hoc loco pauper vocatur, quo nulla huius mũdi prospera appetit, eo audenter etiã aduersa contemnit, recte dicitur: Saluum faciet egenum &c. Ac si aperte diceretur: Sic in se Deus mentes humiliam solidat, vt eas ad perpetrandam nequitiam, nec blandimenta suasionum pertrahant, nec dolores suppliciorum frangant. Spes quippe in æternitatem animũ erigit, & idcirco nulla mala exterius quæ tolerat, sentit, vnde & subditur: Et erit egeno spes. Et in Psalmo scriptũ est: Nisi conuertimini, gladium suum vibrabit. vbi diuus August. hoc pacto scribit: Vltimo vero tempore, quum vbi homines propter duritiam suã, & cor impœnitẽs, thesaurizauerint

Math. 5. a.

Luce. 23. e.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij Dei,gladium suum vibrabit.Potest ipse homo dominicus gladius Dei intelligi bis acutus,id est,framea,quam non vibrauit primo aduentu, sed tanquam in vagina humilitatis abscondit. Vibrabit autem quum in secundo aduentu veniens iudicare viuos & mortuos,in manifesto splendore claritatis suę,iustis lumine suo,& terrore impijs coruscabit.Nam in alijs exemplaribus pro eo quod est, gladium suum vibrabit, frameam suam splendificabit,positum est.Quo verbo conuenientissime significari arbitror vltimum dominicæ claritatis aduentum.Quãdo quidem ex ipsius persona intelligitur,quod alius psalmus habet: Libera dñe ab impijs animã meam,frameã tuã ab inimicis manus tuæ. Et Cassiodorus:Contumaces terret Iudæos,qui domini lege contempta, idolorum culturis nefandissimis seruiebant.Ipsis enim dicitur:Nisi conuertamini, gladium suũ vibrabit,id est, vnicũ filiũ suum sub lucente claritate missurus est. Vibrare enim illud dicimus,quod modo lu

Epluef.6.d men,modo vmbras tremulas probatur ostendere.Hoc constat domini incarnatione Christi

Origenes. prouenisse,quando perfidis tenebras,fidelibus autem lumen suæ deitatis ostendit:Gladiũ ẏo verbũ. Et apostolus ait:Et gladium spiritus,quod est verbum dei.Et Origenes homilia secũda in Psalmũ xxxvi. exponens illud Dauidicum, Gladium euaginauerunt peccatores, tẽdebunt arcum suum,vt deijciãt inopem,&pauperem:Non(inquit)quod omni genere peccatores gladium habeant corporalem sed videamus ne forte ficut sunt quędã arma Dei,in quibus esse dicitur lorica iustitiæ,& gladius spiritus,& scutum fidei:ita etiam sint arma diaboli, quibus indutus est homo peccator. A contrarijs igitur intelligamus contraria, & statuamus duos milites armatos,vnũ militẽ Dei,alterũ militẽ diaboli.Et si quidẽ miles Dei habet loricã iustitiæ,sine dubio miles diaboli contrariã huic gerit iniustitiæ loricã.Et si miles Dei galea sa-

Psal.13.b. lutis coruscat,é contrario peccator,qui est miles diaboli,galea perditionis indutus est.Si para tisunt pedes militis Christi ad Euãgelij cursum,& ꝓdicationẽ, é cõtrario peccatoris pedes velociter currũt ad effundendũ sanguinem,& calciamenta eius,hoc est,ꝓparatio cõcinnatur ad malum.Habet ergo miles Dei scutũ quoddã fidei, habet & miles diaboli infidelitatis suũ. Ita ergo est gladius quidã spiritus sancti in his,qui militant deo:est autem & gladius malignus in his,qui militant peccato,quem gladium euaginare nunc dicuntur peccatores. Quo aũt postandi sunt peccatores euaginare gladiũ? Quũ iã impudẽter,&absq; vllo verecundiæ velamento iniquitates suas perpetrãt,nec erubescũt ac reuerẽtur,neq; tamquam in vagina nequitiæ suam recondunt,& contegunt:sed superbo,& elato spiritu,velut gladium quendam denudite.

Psalm.36.c Et homilia tertia in eundem psalmum:Gladium(inquit)euaginauerunt peccatores, tetenderunt arcum suum:Explanantes dicebamus secundum Apostolum,qui dixit à contrarijs. Et gladium spiritus,quod est verbum Dei,quia peccatorum gladius esset spiritus, qui in ipsis est nequam,qui eos inspirat ad verba blasphemiæ,& iniquitatis,& turpitudinis. Verbi causa: Si videas gentiles aduersum se in disputationibus dimicantes,& diuersas contra se inuicẽ impietates,dialecticæ artis versutijs astruentes,potest tũc dicere competenter,quia gladiũ euaginauerunt peccatores.Sed & ego,qui dicor fidelis,si forte certamen sit mihi cum aliquo,& rationis fiducia prouocatus,abiecta mansuetudine proferã verba furiosa,& spiritũ mendacijs,& contumelijs,venenatisq; sermonibus retegam,merito etiã ego tanquam peccator euaginasse gladium dicor.Bonũ igitur primũ est non habere quidẽ gladiũ peccati,secũdũ verò est,saltẽ nõ educere,sed reclinare in vagina sua.Si enim nõ proferatur gladius de vagina, neq; exeruerit,aciem eius obtunditur,& erugine consumitur,& si semper cesset ab opere,exterminabit.Hoc enim dominus etiam pollicetur,vt exterminet rõphæam,id est,peccatũ,ita vt vltra iam non sit peccator.Sed si quidem verbi dei ꝑuenimus hoc opus,& in hac vita positi faciamus in nobis interire peccatum,vt nunquam omnino à nobis,neq; per cogitationẽ,neq; per opus,neq; per verbũ peccati gladius proferatur,non indigebimus pœnæ ignis æterni,non tenebris exte-

Mat.25.d rioribus condemnabimur,neq; illis supplicijs,quæ peccatoribus imminent,subiacebimus.Et homilia xxxv. in Matthæũ exponens illud Euangelicũ,Cõuerte gladiũ tuũ in locũ suũ, hoc modo scribit:Est ergo gladij aliqs locus,ex q̃ nõ licet accipere eũ, q nõ vult perire,maximè in gladio.Pacificos enim vult esse Iesus discipulos suos,vt bellicũ gladium deponentes,alterius pacificũ accipiãt gladium,quẽ dicit scriptura gladiũ spiritus.Simile aũt mihi videtur q̃ dicit: Omnes q accipiũt gladiũ,gladio & peribunt,id est,oẽs qui nõ sunt pacifici,sed belli cõcitatores, in eo bello peribunt q̃ concitant,vt fit in eis gladius mysteriũ belli & litis.Et puto, quoddam tumultuosi & concitatores bellorum,& conturbantes animas hominum maxime Ecclesiarum accipiunt gladiũ,in q̃ & ipsi peribũt.Quoniam qui fodit foueã,ipse incidit in eam. Quoniam conuertetur dolor eorum in caput ipsorũ,& iniquitas eorum in cerebrum eorũ descendet.

Sed &

Sed & simpliciter audientes quod dicit:Qui accipiunt gladium,gladio peribunt,cauere nos conuenit,vt ne occasione militiæ, aut vindictæ propriarum iniuriarum eximamus gladium, aut ob aliquam occasionem, quam omnem Euangelica abominatur hæc Christi doctrina, præcipiens,vt impleamus quod scriptum est:Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.Si ergo cum odientibus pacem debemus esse pacifici, aduersus neminem gladio vti debemus. Et homilia xvi.super Leuiticum,exponens illud,Et cadẽt inimici vestri in conspectu vestro gladio:Qui sint,inquit,inimici,supra diximus,id est,diabolus,&angeli eius.Quo autem gladio dicantur cadere,docet Apostolus dicens:Viuus enim est sermo Dei, & efficax.& penetrabilior omni gladio vtrinq; acuto &c.Hic est gladius,cuius acie cadunt inimici nostri.Sermo nanq; dei est,qui prosternit omnes inimicos.& ponit eos sub pedibus suis,vt subditus fiat omnis mundus Deo.Et alio in loco ait:Et gladium spiritus,quod est verbum Dei, quod est gladius vtrinq; acutus,cadant inimici nostri in conspectu nostro.

Prou.16.d

Hebr.4.a

Quid glarea,glebaq; mystice significent. Caput XIII.

QVid glarea mystice significet,insinuat diuus Greg.exponens illud Iob, Dulcis fuit gla reis cociti,lib.xv.Moral.cap.xix.Græca(inquit)lingua cocytus luctus dicitur,qui tũ luctus fœminarũ,vel quorumlibet infirmantiũ solet intelligi.Sapientes vero huius seculi à luce veritatis excluſi, quasi vmbras quasdam de veritatis inquisitione tenere conati sunt, vnde cocytum fluuium currere apud inferos putauerunt,videlicet designãtes, q̃ hi, qui digna doloribus opera faciunt,in infernũ ad luctũ decurrunt. Sed nos despiciamus vmbram carnalis sapientiæ,qui iam de veritate lucem tenemus,& cognoscamus voce beati viri cocytum luctũ infirmantium dici.Scriptum quippe est:Viriliter agite,& confortetur cor vestrum. Qui eñ in Deo confortari renuunt,ad luctum per animi infirmitatem tẽdunt.Glareas vero lapillos fluminũ appellare consueuimus,quos aqua defluẽs trahit. Qui ergo per glareas cocyti,nisi reprobi designantur,qui suis voluptatibus dediti, quasi semp à flumine ad ima detrahũtur? Qui enim contra voluptates huius seculi stare fortiter nolunt glareæ cocyti fiunt, quia suis quotidie lapsibus ad luctum tendunt, vt in æternum post lugeant, qui modo se in suis voluptatibus delectabiliter relaxant. Et quia antiquus hostis suum vas illum reprobum hominẽ ingressus,dum dona peruersis tribuit,dum eos in hoc mundo honoribus extollit, dum eorum oculis prodigia ostendit,dũ fluxæ mentes hunc in suis prodigijs admirantur,& sequuntur,bene de eo dicitur,Dulcis fluit glareis cocyti.Quum enim hunc electi despiciunt,quum mentis calce contemnunt,illi eum sequẽtes,diligunt, qui velut aqua voluptatis ad perpetuũ luctum trahuntur,qui per terrenam concupiscentiam more glareæ quotidianis lapsibus ad ima dilabuntur.Alijs nanq; gustum suæ dulcedinis per superbiam,alijs per auariciam,alijs per inuidiam,alijs per fallaciam,alijs per luxuriã porrigit,& ad quanta vitiorum genera pertrahit,quasi tot suæ dulcedinis potus propinat. Nam quum aliquid superbum in mentem persuadet,fit dulce,quod dicit,quia videri prælatus cæteris hominibus peruersus appetit. Quũ menti auariciam infundere molitur,fit dulce,quod occulte loquitur,quia per abundantiam necessitas vitatur. Dum aliquid de inuidia suggerit,fit dulce,quod dicit,quia peruersa mens dum alium decrescere viderit,exultat se eo minorem minime videri.Quum aliquid de fallacia persuadet,fit dulce,quod suggerit ,quia eo ipso quo fallit cæteros, prudens sibi videtur. Quum luxuriam deceptæ menti loquitur,fit dulce,quod suadet,quia in voluptate animum resoluit.Quot ergo vitia carnalium cordibus inserit,quasi tot potus suæ eis dulcedinis porrigit.Bene ergo dicitur,Dulcis fuit glareis cocyti,quia amarus electis,& suauis est reprobis.Illos enim solummodo suis delectationibus pascit,quos quotidianis lapsibus ad gemitũ impellit.Et libro Moralium vigesimo exponẽs illud Iob,Vel super glaream:Doctores(inquit)peruersorum dogmatum super glaream habitant,quia illas hominum mentes trahunt,quæ nullæ grauitatis stabilitate solidantur,quas velut de loco semper ad locum flumina errorum duc-

Iob.31.d

Ephe.4.c

unt.Vnde & prædicator egregius quum auditores suos non temporaliter duci,sed forti cu peret grauitate solidari,admonuit,dicens:Vt iam non simus paruuli fluctuantes, nec circũferamur omni vento doctrinæ.Bene ergo dicitur , Vel super glaream,quia plebẽ non fixã,sed mobilem tenuit,non super petram,sed super glaream mansit.Priorem locum,nempe,Dulcis fuit &c.diuus Hierony.sic exponit,Cocytum inferorum fluuiũ esse dicunt. Nos aũt in scripturis diuinis eundem fluuium, torrentem,puteum, caminum,ignem æternũ,lacum,stagnũ legimus & gehennam.Glarearum vero nomine ipsa officia tartarorum,ministros quoq; pœnarum infernalium,vinctos tormentorum locis existimo significari.Et dictum est quasi per ironiam,eo q̃ desiderent illum, atq; exoptent habitatores inferorũ, vt puniãt,& de eius in-

 teritu

Universidad de Deusto
Biblioteca

teritu saturentur. Vel certe dulcis fuit morti, quia tã innumeros ei populos acquisiuit.

Quid autẽ p glebas intelligaẽ, diuus Gregorius insinuat, libro trigesimo Moraliũ, capi-
Iob.38.d. te decimo, exponens illud Iob, Quando fundabatur puluis in terram. & glebę conpingebãt. Glebæ (inquit) ex humore coagulantur, & puluere. In hac itaq; terra, id est, in peccatore nul-
lo rationis pondere solidato, cuiuslibet tentationis flatu rapto, glebæ compactæ sunt, quia
vocati peccatores, & per spiritus sancti gratiã infusi, in collectione sunt charitatis vniti. Iste
glebæ interra compactæ sunt, quando populi, qui prius quasi in dispersione puluueris diuersa
sentiebant, postmodũ sancti spiritus gratia accepta, in illa pacatissima vnanimitatis concor-
Act.4.f. dia conuenerunt, vt quum essent tria milia, vel rursum quinque milia, scriptura teste, diceret,
quia erat in eis cor vnum, & anima vna. Has glebas ex vno quidem puluere, sed quasi diuersa
mole distinctas quotidie dominus in terra compingit, quia seruata vnitate sacramenti, in tot
Mat.6.d. Luce.9.b. varietatem morum, atque linguarum, fideles in Ecclesia populos colligit. Has glebas iam tũs
dominus designauit, quando ad esum panis, & piscium quinquagenos discumbere, vel cente-
nos iussit. Quas tamen glebas, si in Ecclesia ex diuersitate meritorum attendimus, fortasse
adhuc distinguere subtilius valemus. Nam dum alius est ordo prædicantium, alius audito-
rum, alius regentium, atque alius subditorum, alius coniugum, alius continentium, alius pe-
nitentium, alius virginum, quasi ex vna terra, est diuersa glebarum forma distincta, dum in
vna fide, in vna charitate dispar a demonstrantur bene operantium merita. Has glebis po-
pulus ille significauit, qui ad constructionem tabernaculi sub vno studio diuersa donaria ob-
tulit, de quo scriptum est: Quicquid in cultum tabernaculi, & ad vestes sanctas necessarium
erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas &cæ. In ornamento ergo tabernaculi viri
dona cum mulieribus offerunt, quia in explendo cultu sanctæ Ecclesiæ, & fortium facta
sublimia, & infirmorum opera extrema numerantur. Quid autem per armillas, quæ lacer-
tos astringunt, nisi præpositorum valide laborantium opera demonstrantur? Et quid per
inaures, nisi subditorum obedientia exprimitur? Quid per annulos, nisi figmenta consy de-
cratorum? Plerumque enim magistri signant, quod ab auditoribus capi non posse consy de-
rant. Et quid per dextralia, nisi primæ operationis ornamenta memorantur? Quid per vas
aureum in donaria domini separatum, nisi diuinitatis intelligẽtia accipitur, quæ tanto ab ia-
feriorum amore disiungitur, quanto ad sola, quæ æterna sunt, amanda subleuatur? Quid per
hyacinthum, nisi spes cœlestium? Quid per purpuram, nisi cruor, ac tolerantia passionum,
amore regni perpetui exhibita? Et quid per bistinctum coccum, nisi charitas demonstra-
tur, quæ pro perfectione bis tingitur, quia Dei, & proximi dilectione decoratur? Quid per
byssum, nisi immaculata carnis incorruptio? Et quid per pilos caprarũ, ex quibus cilicium
asperitas texitur, nisi dura pœnitentium afflictio designat? Dũ igit̃ alij p armillas, & annulos
forte magisteriũ exercent, alij p inaures, & dextralia deuotã obediẽtiã, rectãq; potationẽ exhi-
bent, alij per separatum vas aureum præclaram, suptilioremq; Dei intelligẽtiam tenent, alij
per hyacinthum, purpuram & coccum, audita cœlestia sperare, credere, amare non desinunt,
etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt, alij per byssum incorruptionem
carnis offerunt, alij per caprarum pilos deplorant aspere, quod libenter commiserunt, quasi
ex vna terra innumeræ glæbæ proferuntur, quia ex vno, & pari obsequio facta fidelium di-
sparia procedunt. Quæ nimirum glebæ nequaquam concretæ ex puluere surgerent, nisi prius puluis acciperet, & concepto se humore solidaret, quia nisi peccatores quosque fun-
spiritus gratia infunderet, constrictos eos ad fidei opera charitatis vnitas non teneret. Et ex-
ponens illud Iob, Aut confringet glebas vallium post te? hoc pacto scribit: Solent excultæ
terræ superiacẽtes glebę iactata semina premere, & nascentia suffocare. Quibus glebis hoc e-
co illi signantur, qui per duriciam suam, atq; pestiferam vitam, nec ipsi semina verbi recipiunt,
nec receptorum seminum fructus alios ferre permittunt, sanctus enim quisq; prædicator in
mundum veniens Euangelizando pauperibus, quasi molles vallium terras araucrat, sed quo-
Iob.39.b. rundam duritiam electorum Ecclesia rumpere non valens, eos quasi superiectas labori sun
glebas oppressa tolerabat. Multi enim peruersę mentis ipsa terrenorum principum in fidei-
tate confisi, surgentem Ecclesiam male viuendi pondere premebant, quũ diu quos possent
modo damnabilibus exemplis, modo minis, modo blandimentis destruerent, ne terra co-
dis auditorum, ad spiritalis seminis fructum exculta, perueniret. At quum omnipotens Deus
hunc rhinocerotem loris suis subdidit, per eum ilico glebarũ duriciã fregit. Mox quippe re-
renum principatum suæ fidei subiugauit, dura persequentiũ corda contriuit, vt quasi cõfe-
ctæ glebæ non iam obturatæ premerent, sed ad percepta verbi semina resolutę germinare-

Vnde recte

Vnde recte nunc ait, Aut confringet glebas vallium post te? Ac si diceret: Sicut post me, qui
postquam mentem cuiuslibet elatæ potestatis ingredior, non solum eam mihi sui dată reddo,
sed etiã ad conterendos fidei hostes exerceo, vt potentes huius seculi meæ fortitudinis loris li
gati, non solũ in me credentes permaneant, sed & pro me alieni cordis duriciam zelantes fran
gant. Hoc autem quod de infidelibus diximus, inplerisq; etiam, qui fidei nomine censentur, vi
demus. Multi nanq; in medio humilium fratrum positi, fidem verbotenus tenent, sed dũ ela-
tionis typũ non deserunt, dũ quos possunt illatis violentijs premunt, dũ fructificantibus alijs,
ipsi nequaquam semina verbi recipiunt, sed ab exhortantis voce aurem cordis auertũt, isti qd
aliud quam obduratæ glebæ in exaratis vallibus iacent? Qui eo nequiores sunt, quo nec ipsi
humilitatis fructum proferunt, & (quod est deterius) proferentes humiles fiunt. Ad horũ
duriciam dissoluendam nonnunquam sancta Ecclesia, ga propria virtute nõ sufficit, rhinoce-
rotis huius, i. terreni principis opitulationem quærit, vt ipse superiacẽtes glebas conterat, quas
Ecclesiarum humilitas quasi planicies vallium portat. Has itaq; glebas rhinoceros pede pre-
mit, ac comminuit, ga prauorum, potentiumq; duriciam cui Ecclesiastica humilitas resistere
nõ valet, principalis religio ex potestate dissoluit. Quod quia sola diuina virtute agitur, vt ter
reni regni culmina, ad perfectum regni cœlestis inclinentur, recte tunc dicitur. Aut confrin-
get glebas vallium post te?

Quid gradus mistice significent. Cap. XIIII.

Ezec.40.d.

QVid gradus mystice significent, diuus insinuat Greg. homil. xix. super Ezechielẽ, expo-
nens illud Ezechielis, Septem vero graduum erat ascensus eius & vestibulum ante eam:
Septem (inquit) gradibus ad portam ascenditur, quia p sancti spiritus septiformem gratiam
aditus nobis regni cœlestis aperitur. Quam septiformẽ gratiã Esaias in nostro capite, vel in
eius corpore, quod sumus, enumerans, dicit: Requiescet super eũ spiritus sapientiæ, & intelle-
ctus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eũ spiritus timoris
dñi. Quos gradus de cœlestibus loquens, descendendo magis, quam ascẽdendo, numerauit vi
delicet sapientiã, intellectum, cõsiliũ, fortitudinẽ, sciẽtiã, pietatẽ, timorẽ. Et quum scriptũ sit, Prou.1.a.
aũt, à sapientia ad timorẽ reditur, quia nimirũ perfectam habet sapientia charitatẽ. Et scriptũ 1.Ioha.
batur, cœpit magis à sapientia, & descendit ad timorem. Sed nos qui à terrenis ad cœlestia tẽ
dimus, cosdẽ gradus ascendẽdo enumeremus, vt à timore ad sapiẽtiã peruenire valeamus. In
mente enim nostra primus ascensionis gradus, est timor dñi: secundus, pietas &c. Est enim ti-
mo ignorat, qui compati eius tribulationibus dissimulat. huius timor ante omnipotẽtis Dei
oculos nullus est, quia non subleuatur ad pietatem. Sed sæpe pietas per inordinatam miseri-
cordiã errare solet, si fortasse pepercerit, quæ parcenda nõ sunt. Peccata etenim, q̃ feriri gehẽ
næ ignibus possunt, disciplinæ verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas quum tempo
raliter parcit, ad æternũ supplicium pertrahit. Vt ergo vera, & ordinata sit pietas, ad gradũ ẽ ali
um subleuãda, i. ad sciẽtiã, vt sciat, vel qd ex misericordia puniat, vel qd ex pietate dimittat. Sed
qd, si sciat qd agere qs debeat, virtutẽ vero agẽdi nõ habeat? Sciẽtia ergo nostra crescat ad for
titudinẽ, vt quũ videt qd agẽdũ sit, hoc agere p mẽtis fortitudinẽ possit, ne timore trepidet,
& pauore collapsa, nõ valeat bona defendere quę sentit. Sed sæpe fortitudo, si improuida fue
rit, & minus cõtra vitia circũspecta, ipsa sui præsumptione in casum ruit. Ascẽdat ergo ad cõ
silium, vt prouidẽdo præmuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non po
test, si intellectus deest, quia qui non intelligit malum, quod agentem grauat, quomõ potest
bonũ solidare q̃ adiuuat? Itaq; à consilio ascendamus ad intellectũ. Sed quid, si intellectus ma-
gno acumine vigilet, & moderari se nesciat per maturitatẽ? Ab intellectu ergo ascẽdamus ad
sapiẽtiã, vt hoc q̃ acute intellectus inuenit, sapientia mature disponat. Quia igitur p timorẽ
surgimus ad pietatẽ, p pietatẽ ad scientiã ducimur, per scientiã ad fortitudinẽ roboramur, per
fortitudinẽ ad cõsiliũ tẽdimus, p cõsiliũ intellectu prospicimus, p intellectũ ad maturitatem sa
piẽtiæ peruenimus, septẽ gradibus ad portã ascendimus, per q̃ nobis aditus vitę spiritalis ape-
ritur. Bene autẽ dicitur, quia vestibulum erat ante eã, ga nisi quis prius humilitatẽ habuerit, ad
hos gradus donorum spiritaliũ non ascendit, sicut scriptũ est: Super quem requiescet spiritus Esai.66.a.
meus, nisi sup humilẽ, & quietum, & trementẽ sermones meos? De quo per Psalmistã dicitur: Psal.9.b.
Ascensus in corde suo disposuit in conualle lachrymarũ. Cõuallis quippe humilis locus est, &
peccator quisq; dũ se in lachrymis humiliat affligit in corde, per ascẽsum virtutũ proficit. Qui

rursus

Universidad de Deusto
Biblioteca

rursus ait, Emittit fontes in conuallibus, quia omnipotens deus dona spiritalis gratiæ humili
bus pstat. Potest q̃q; per vestibulũ fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus, & portam, qa
prius ad fidem venimus, vt postmodum per spiritualiũ donorũ gradus, cælestis vitæ aditum
Act.10.2. intremus. Non enim virtutibus venitur ad fidem, sed per fidẽ pertingitur ad virtutes. Cor-
nelius enim centurio, cuius eleemosynæ ante baptismũ, Angelo testante, laudatæ sunt, non
ibidem. operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera. Nã & per angelum dicitur: Orationes tuæ,
& eleemosynæ ascenderunt in conspectũ dei. Si enim deũ vere, & ante baptismũ non cre-
derat, quid orabat? Vel qũo hunc omnipotens deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis ꝓfi
ci petebat? Sciebat igitur creatorẽ oim deum, sed ꝙ eius omnipotens filius incarnatus esset,
ignorabat. Neq; enim poterat bona agere, nisi ante credidisset. Scriptum nanq; est: Sine fide
impossibile est placere deo. Fidem ergo habuit, cuius operationes, & eleemosyne placere po
tuerunt: Bona aũt actione promeruit, vt Deum perfecte cognosceret, & incarnationis eius
mysterium crederet, quatenus ad sacramentũ baptismatis peueniret. Per fidem ergo venit
ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Vestibulum itaq; ante gradus est, quia qui prius
Augustin. credidit, ipse post virtutum gradibus ad portæ aditum ascendit. Diuus quoq; Augustinus li-
bro de doctrina Christiana secundo, cap. vij. eosdem septem gradus, quibus ad sapientiã itur,
hoc pacto declarat: Ante omnia igitur opus est dei timore conuerti ad cognoscendã eius vo
luntatem, si quid nobis appetendum, fugiendumq; ꝓcipiat. Timor autem iste cogitationẽ de
nostra mortalitate, & de futura morte necesse est incutiat, & quasi clauatis carnibus eius sup-
bię motus ligno crucis affigat. Deinde opus est mitescere pietate, nec cõtradicere diuinæ scri
pturæ, siue intellectæ, si aliqua vitia nostra percutit, siue nõ intellectæ, quasi nos melius spe-
re, meliusq; ꝓcipere possimus, sed cogitare potius, & credere id esse melius, & verius quod
ibi scriptum est, etiam si lateat, quã id quod nos per nosmetipsos sapere possimus. Post istos
duos gradus timoris, ac pietatis ad tertium venitur scientiæ gradum, de q̃ nunc agere statui.
Matth.22.d Nam in eo se exercet omnis diuinarũ scripturarum studiosus, nihil aliud in eo inuenies, quam
diligendum esse deum propter deum, & proximum propter deum, & illum quidem ex to-
to corde, & ex tota anima, & ex tota mente diligere: proximum vero tanquã seipsum, id est,
vt tota dilectio proximi, sicut etiam nostri, referatur in deum. De quibus præceptis ducibus,
quum de rebus ageremus in libro superiore tractauimus. Necesse est ergo, vt primo scia
in scripturis inueniat amore huius seculi, hoc est temporalium rerum implicatum, longe se
iunctum esse a tanto amore dei, & tanto amore proximi, quantum scriptura ipsa præscribit.
Tum vero ille timor, quo cogitat de iudicio Dei, & illa pietas, qua non potest nisi credere, &
credere authoritati sanctorum librorum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista scientia bonæ
spei hominem se non iactantem, sed lamentantem facit. Quo affectu impetrat sedulis precã-
bus consolationem diuini adiutorij, ne desperatiõe frangatur, & esse incipit in quarto gradu,
hoc est, fortitudinis, quo esuritur, & sititur iustitia. Hoc em affectu ab omni mortifera locu-
ditate rerũ transeuntium sese extrahit, & in de se auertens, conuertit ad dilectionem eterne, in-
commutabilem scilicet vnitatem, eandemq; trinitatem. Quam, vbi aspexerit quantum po-
test in longinqua radientem suiq; aspectus infirmitate sustinere se illam lucem nõ posse per-
senserit, in quinto gradu, hoc est, in consilio misericordiæ purgat animam tumultuante quo-
dãmodo, atq; obstrepentem sibi de appetitu inferiorum conceptis sordibus. Hinc vero se in
dilectione proximi gnauiter exercet, in eaq; perficitur, & spe iã plenus, atq; integer viribus,
quum peruenerit vsq; ad inimici dilectionem, ascẽdit in sextum gradum, vbi iam ipsum ocu
lum purgat, quo videri deus potest, quantum potest ab his, qui huic seculo moriuntur, quã-
tum possunt: Nam in tantum vident, in quantum moriuntur huic seculo: In quantum autem
huic viuũt, non vident. Et ideo quamuis iam certior, & non solum tolerabilior, sed etiã lu-
cundior species lucis illius incipiat apparere, in ænigmate tamen adhuc, & per speculum vide-
1.Cor.13.d. ri dicitur, quia magis ꝓ fidem, quam per speciem ambulatur, quũ in hac vita peregrinemur,
quamuis conuersationem habeamus in cœlis. In hoc autem gradu ita purgat oculum cordis,
vt veritati ne ipsum quidẽ præferat, aut conferat proximum, ergo nec seipsum, quia nec illã
quẽ diligit sicut seipsum. Erit ergo ista sctiũs tã simplici corde, atq; mundato, vt neq; hominũ
bus placendi studio detorqueatur a vero, nec respectu deuitandorum quorumlibet incom-
modorum suorum, quæ aduersantur huic vitæ. Talis filius ascẽdit ad sapiẽtiam, quæ vltima
Prou.1.a. & septima est, qua pacatus, trãquillusq; perfruitur. Initium enim sapientiæ timor domini.
Ab illo enim vsq; ad ipsam per hos gradus tenditur, & peruenitur.

De eisdem gradibus. Caput XV. Gradus

GRadus quoq; sunt virtutum merita, vt diuus scribit Gregorius homilia decimaquinta su-
per Ezechielẽ, exponens illud propheticum, Et ascendit per gradus eius: Quid enim (in
quit) gradus sunt huius portæ, nisi merita virtutum? Siue enim in cogitatione mediatoris dei,
& hominum hominis Iesu Christi, seu in scientia diuini eloquij, seu in ipsa fide quam de illo ac
cepimus, quibusdam gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repente fit sum
mus, sed in bona conuersatione à minimis quisq; inchoat, vt ad magna perueniat. De his gradi
bus per Psalmistam dicitur: Deus in gradibus eius dignoscetur, dum suscipiet eam. Dum enim
sanctam ecclesiam dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur, quia eius gloria per illius in-
crementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo profecerit, tantum deus ho-
minibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoq; gradibus beatus Iob loquitur dicẽs: Per sin
gulos gradus meos pronunciabo illum. Omnipotentem quippe dominum per singulos gra-
dus suos pronunciat, qui per incrementa virtutum quæ cœpit, ei semper laudẽ suæ pietatis red
dit. Si quidam gradus cum cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret, Ambulabũt de
virtute in virtutem. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquęq; virtus
quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Alia
nanq; sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectio
nem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti apostoli minime dixissent, Adauge no-
bis fidem. Et quidam venit ad Iesum, qui curari voluit filium suum, sed requisitus an crederet,
respondit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Pensate ergo quod dicitur, Si crede-
bat, cur incredulitatem dicebat? Si vero incredulitatẽ habere se nouerat, quomodo credebat?
Sed quia per occultam inspirationem gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit, vno
eodemq; tempore, is qui necdũ perfecte crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hos
mirum gradus dominus sub messis nomine describit, dicens: Sic est regnum dei, quemadmo
dum si iaciat homo semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet,
& crescat dum nescit ille. Vultro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde
plenum frumentum in spica. Et quum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam
adest tempus messis. Semen homo iactat in terram, quum cordi suo bonam intentionem inse-
rit. Et post q̃ semen iactauerit, dormit, quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero exur-
git ac die, qui in aduersa & prospera proficit. Et semen germinat & crescit, dum nescit ille, qa
vltro terra fructificat, quia præueniente se gratia, mens hominis spontaneé ad profectum boni
operis assurgit. Sed hæc eadem terra primum herbam, deinde spicam, &c. Herbam quippe pro
ducere, est inchoationis bonæ adhuc neritudinem habere. Ad spicam vero herba peruenit,
quum se virtus animo concepta, ad profectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumentũ
in spica fructificat, quando iam in tantum virtus proficit, vt esse robusti & perfecti operis pos-
sit. Sed quum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, &c. Omnipotens enim deus produ
cto fructu, falcem mittit, & messem suam desecat, quia quum vnumquemq; ad opera perfecta
perduxerit, eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, vt granum suum ad cœle
stia horrea perducat. Quum igitur desideria bona concipimus, semen in terrã mittimus. Quũ
vero operari recta incipimus, herba sumus. Quumq; in eiusdem operationis perfectione soli-
damur, iam plenum frumentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat, qui passiõis
tempore per amorem dominum sequens, hunc confiteri ante ancillæ vocem timebat. Erat e-
nim iam viriditas in mente, quia credebat omnium redemptorem, sed valde adhuc flexibilis,
pede conculcabatur timoris. Iam in spicam surrexerat, quando eum quem moriturum confite
ri timuerat, nunciante angelo, in Galilæa viuentem videbat. Sed ad plenum granum in spica p
uenerat, quando veniente desuper spiritu, & suam mentem in illius amore roborante, ita solida
tus est, vt vires persequentium cæsus despiceret, & redemptorem suum liberé inter flagella prę
dicaret. Nullus itaq; qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur,
despiciatur, quia frumentum dei in herba incipit, vt granum fiat. Vir ergo vestitus lineis venit
ad portam, quia dominus ac redemptor noster membris suis intrantibus perducitur ad se. Et
ascendit per gradus eius, quia nobis proficientibus, eó nobis amplius exaltatur, quanto altius &
incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium gradibus ipse as-
cendere dicitur, quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur, quanto noster animus à rebus infi-
mis separatur.

ET hom.xvi. in Eze. exponẽs illꝝ, Et ostiũ cõtra ostiũ, &c. Ostiũ inqt cõtra ostiũ ẽ, qa p adi
tũ fidei apit̃ aditus visiõis dei. Si vero vtraq; hęc hostia in hac vita velit accipe, neq; hoc à sa
De eisdem gradibus. Cap. XVI.
lubri intelligẽtia abhorret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam sæpe volumus omnipotentis dei naturam inuisibilem considerare, sed nequaquam valemus, atq; ipsis difficultatibus fatigata anima, ad semetipsam redit, sibiq; de seipsa gradus ascensionum facit, vt primum semetipsam si valet, consideret, & tunc illam naturam quę super ipsam est, inquantum potuerit, inuestiget. Sed mens nostra, si in carnalibus imaginibus fuerit sparsa, nequaq; vel se, vel animæ naturam considerare sufficit, quia per quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstacula cæcatur. Primus ergo gradus est, vt se ad se colligat. Secundus, vt videat quales est collecta. Tertius, vt super semetipsam surgat, ac se contemplationi autoris inuisibilis intendendo subiiciat. Sed se ad se nullatenus colligit, nisi prius didicerit terrenarum atq; cœlestium imaginum phantasmata ab oculo mentis compescere, quicquid de visu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, quicquid de tactu & gustu corporeo cogitationi eius occurrerit, respuere atq; calcare, quatenus talem se quęrat intus, qualis sine istis est. Nam & quando cogitat, quasi quasdam umbras corporæ introrsus versat. Abigenda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis, quatenus talem se anima consideret, qualis sub deo super corpus creata est, vt à superiore vnificata, viuificet inferius quod administrat. Quæ & sic infusa est corpori, vt non per membrorum partes, partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutiatur, tota dolet. Mirotro autem modo vna, eademq; viuificatione membrorum præsidens, quum ipsa per naturā nō diuersa sit, per corpus tamen agit diuersa. Ipsa quippe est quę per oculos videt, per aures audit, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, & tangendo lene ab aspero discernit. Et quum tam diuersa per sensus operatur, non hæc diuersa, sed vna illa in qua creata est, ratione disponit. Quum ergo seipsam sine imaginibus corporis cogitat anima, iam primū ostium intrauit. Sed ab hoc ostio ad illud tenditur, vnde de natura dei omnipotentis aliquid contempletur. Anima itaq; in corpore, vita est carnis: Deus vero qui viuificat omnia, vita est animarū. Si igitur tantæ est magnitudinis, vt comprehendi non possit vita viuificata, quis intellectu comprehendere valeat, quantæ maiestatis sit vita viuificans? Sed hocipsum considerare atq; discernere, iam est aliquatenus intrare, quia ex sua æstimatione anima colligit quid de incircunscripto spiritu sentiat, quia ea incomprehensibiliter regit, quæ incomprehensibiliter creauit. Conditor enim noster longe incomparabiliter creaturæ suæ præsidet, & quædam operatur, vt sint, nec tamen viuant: quædam vero vt sint, & viuant, nec tamen discernere aliquid de vita valeant: quædam autem vt sint, viuant atq; discernant. Et operatur vnus omnia, sed in omnibus non diuisus. Est enim vere summus, & nunquam sibi dissimilis. Anima autem & si per naturam sibimet ipsi diuersa non est, per cogitationem tamen diuersa est. Eo enim momento iste quo de visu cogitat, de auditu cogitare obliuiscitur, & eo momento iste, quo de auditu vel gustu cogitat, de odoratu vel tactu cogitare non prævalet: quia per contentionem & obliuionem fit semper sibimetipsi dissimilis, vt nunc hoc, nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem deus, quia sibimetipsi similis est, ea virtute videt, qua audit, omnia ea virtute creat, qua iudicat creata. Eius ergo & videre, simul omnia administrare est, & administrata conspicere. Nec alia cogitatione nostos adiuuat, atq; alia iniustos damnat, sed vna eademq; vi naturæ singularis, sibi semper indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia creatoris admiremur, qui virtutis eius vestigia & in creatura conspicimus? Natura quippe luti & cæræ diuersa est: Solis vero radius non est diuersus, & tamen quum diuersus non sit, diuersa sunt quæ in luto operatur, & cæra, quia vno eodemq; sui ignis calore lutum durat, & cæram liquat. Sed fortasse hoc in natura luti vel cræ est, non in ipsa solis substantia, quæ in naturis diuersis, diuersa videtur operari. Omnipotens autem deus in semetipso habet sine immutatione mutabilia disponere, sine diuersitate siu diuersa agere, sine cogitationum vicissitudine dissimilia formare. Longe ergo dissimiliter operatur dissimilia nūquam sibi dissimilis deus, qui & vbique est, & vbiq; totus est. Ait enim: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorū. Et de ipso scriptum est: Qui cœlum velut sch palmo, & terrā pugillo concludit. Ex qua re considerare necesse est, quia is qui cœli velut sedē præsidet, super, & intus est. Et qui cœlū palmo, & terrā pugillo cōcludit, exterius, superius, & interius est. Vt ergo indicaret omnipotens deus interiorē se esse, & superiorē omnibus, cœlū ipse sibi sedem esse perhibuit. Vt vero se ostenderet omnia circundare, cœlum metiri palmo, & terram se asserit pugillo cōcludere. Ipse est interior & exterior, ipse inferior & superior: regēdo interior, portādo inferior, replēdo interior, circundādo exterior. Sicq; est intus vt portet, sic est circumdat vt penetret, sic ē fidet vt portet, sic portat vt ē fideat. Quū ergo eleuata ad seipsam anima suū modulū intelligit, & ea corporalia omia trāscēdat, agnoscit, atq; ab intellectu suo se ad superioris intellectū tēdit, qd iam hęc, nisi ostium cōtra ostiū aspicit? Vñ et autori oīū, pphetā dicit:

8.Cor.11.b

Mirabilis facta est scientia tua ex me. Quia quantumlibet intēderit, nec semetipsam anima pfecte sufficit penetrare, quanto magis illius magnitudinē q potuit & animam condere? Quūq; in scientia Dei intellectu laboraret, lassescens, ac deficiens, subdidit: Confortata est, nec potero ad eam. Et in prologo sexti Psalmi pœnitētialis: Inter innumeras (inquit) & rutilantiū operū, & eminentiū scripturarū varietates, quibus templū Salomonicū adornatum fuit, hoc ēq; fuisse describit, q̄ quindecim ad illud gradibus ascendebatur. Quod quidem non casu, vel sine causa factum credendū est. Salomon quippe cœlestiū scrutator secretorū, & diuinæ receptaculū sapientiæ, sic templū illud manufactū ædidit, vt exinde tēplū aliud non manufactū signaret, quatenus ex corruptibili terrenæ domus ædificio, incorrupta cœlestis templi quodammō imaginaretur pulchritudo. Ad illud nanq; tēplū, q̄ ex viuis in cœlo lapidibus cōstruitur, non plana, aut spaciosa peruenitur via, vel gressu ascenditur corporeo, sed processu fidei, & charitatis ascensu. Hinc nanq; propheta dicit: Beatus vir cuius est auxiliū abs te, ascensiones in corde suo disposuit. Dixit ascensiones in corde beati viri dispositas, & vñ ascendere debeamus, ostendit, quum ait: In valle lachrymarū. In ea nanq; exilij nostri damnationem deplangimus, & innumerabiles corruptionis humanæ deflemus molestias. Et infra: Hæc est vallis, quam sancti viri mentis affectibus indesinenter exire disponunt, & ad illud ineffabile bonū, ad illud inæstimabile gaudiū ascendere, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Per quindecim vero illius tēpli gradus, spiritualis sanctorū signatur ascensus. Numerus enim iste in septem, & octo diuiditur, & ideo per eum gemina iustorū vita signatur, actiua videlicet, & contemplatiua. Actiua nanq; in mundo versatur, cōtēplatiua vero ad cœlestia erigitur. Quia vero septenario numero temporalis, octonario vero perpetua vita signatur, recte per eosdē numeros & contemplatiua vita exprimitur, & actiua. Hinc nanq; prædicti templi autor Salomon dominum exorans, ait: Da mihi domine partes septem, nec non & octo. Optabat enim regiæ dignitatis potentia ꝑditus, ita sibi subditos populos regere, vt tñ contemplationis diuinæ non defraudaretur perfectione. Ipsa nanq; officij administratoria necessitate constrictus, cogebatur temporali actioni insistere, sed suauius eū contemplationis diuinæ dulcedo reficiebat in mente. Potest etiam intelligi, quod illi quindecim gradus ad illud diuinæ illuminationis templū ascendit, q̄ sempiternę virtutis Dei amore correptus, temporalibus, quæ p septenarium numerū designātur, gradatim contemptis, per scalas octo beatitudinū ad sublimia proficiat ad illud materiale templum per gradus ascendebatur lapideos, ita cœleste illud templū hæc nobis cantica præferunt, p quæ in Deo exultans anima, quasi per quosdam gradus ascendat. Et lib. xxxv. Moral. cap. vij. Per septenarium numerum hoc quod septem diebus agitur, præsens tempus expressit: per octonarium vero, vitam perpetuam designauit. Hinc est quod Salomon ait: Da partes septem, necnon & octo. Ac si aperte diceretur: Sic dispensa tempora, vt appetere non obliuiscaris æterna. Oportet nanq; vt in posterum bene agendo proui deas, qui de venturo iudicio quanta tribulatio sequatur, ignoras. Hinc est, q̄ quindecim gradibus templum ascenditur, vt ex ipsa eius ascensione discatur, quatenus per septem, & octo, & temporalis solicite dispensetur actio, & prouide mansio æterna requiratur. Et in Iob scriptum est: Per singulos gradus meos pronunciabo illum. vbi diuus Gregorius lib. Moralium xxij. cap. xx. hoc pacto scribit: De his meritorum gradibus per Psalmistam dicitur, Ambulabunt de virtute in virtutem. De his iterum sanctam Ecclesiam cōtemplatus, ait: Deus in gradibus eius dignoscetur, dum suscipiet eam. Neq; enim (ficut dictū est) repēte ad summa peruenitur, sed ad virtutū celsitudinem per incrementa mens ducitur. Hinc nanq; est q̄ ꝓpheta idē iterū dicit: Exercitatus sum, & defecit pauliſper spiritus meus. Quid est itaq; quod ait, Spiritus meꝰ, nisi spiritus hominis, videlicet spiritus elationis? Et quia per occultam gratiam ad amorē Dei ēperata desup mēsura proficimus, quanto in nobis quotidie de Dei spiritu virtus crescit, tāto noster spiritus deficit, Qui spiritus erroris, ga nō à nobis subito penitus amputatur, bene pauliſper defecisse perhibetur. Tunc vero in Deo plene proficimus, quum à nobisipsis funditus defecerimus. Hæ itaq; crescētiū, mēsurę virtutū sancti viri vocibus gradus dicūtur, Electus etenim q̄q; a rudimenti sui prius teneritudine inchoans, ad robusta postmodum & fortia cōua lescit. Quod aperte in Euāgelio demōstrat veritas, dicēs: Sic est regnū Dei, quēadmodū si iaciat hō sementē in terram, & dormiat, & exurgat nocte, ac die, & semen germinet, & increscat, dū nescit ille. Cuius nimirum seminis incremēta denuncians, adiungit: Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenū frumētum in spica. Cuius profectus quoq;

Pſal.83.b

1.Cor.2.b

Iob.31.d

Pſal.83.b

Mar.4.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam finem ſubrogat, dicēs: Et quū ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniā venit tēpus meſſis. Ecce veritatis voce per qualitates frugū diſtincta ſunt incremēta meritorū. Aſcēdit: Primū herbā, deinde ſpicā, deinde plenū frumentum in ſpica. An non herba adhuc tūc fuerat Petrus, quū ab ancillę ore ſubito vnius flatu ſermonis inflexus eſt iam quidē per deuotionem viridis, ſed adhuc p infirmitatē tener? Plenū vero frumētū in ſpica inuentus eſt, perſequētibus principibus reſiſtebat, dicens: Obedire oportet magis Deo, q̄ hominibus. Plenū vero frumētū in ſpica inuentus eſt, quādo in tritura perſecutionis tot verba pertulit, & tamen nequaq̄ palearū more imminutus eſt, ſed granū integrū manſit. Pauliſper quippe vnaquaq̄ anima (vt ita dicā) internæ gratię humor exuberat, vt hærba in frugē creſcat. Nemo ergo quēlibet proximū, quū adhuc hærbā videt, de frumento deſperet. Ab hærbarū quippe foliis, q̄ huc, illuc q̄ molliter defluunt, ſurgentia frugū grana ſolidantur.

Quid grando, granūq̄, myſtice ſignificent. Cap. XVII.

Iob.38.d. QVid grando myſtice ſignificet, enarrat diuus Gregorius libro xxix, Moral. cap. x. exponens illud Iob, Nūquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grādinis aſpexiſti, quæ prę paraui in tempus hoſtis, & in diem pugnæ, & belli? Quid aliud (inquit) niue, vel grandine, niſi frigida, ac dura intelligenda ſunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas, ſic ſolet in ſacro eloquio frigore malitia deſignari. Scriptum namq̄ eſt: Sicut frigidā facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam facit animā malitia ſua. Et rurſum: Abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorū. In frigore ergo niuis, vel in duricia grandinis, quid accipi, prius poteſt, q̄ vita prauorū, q̄ & per torporem frigeſcit, & per duriciæ malicię percutit? Quorū tñ vitam dñs tolerat, quia eos ad iuſtorum ſuorū probationē ſeruat. Vnde recte ſubiunxit: Quę præparaui &c. vt quū aduerſarius noſter diabolus tentare nos nititur, eorū moribus q̄ſi ſuis contra nos armis vtatur. Per ipſos quippe nos ſæuiens cruciat, ſed neſciens purgat. Percutis nanq̄ noſtris ipſi flagella fiūt, de quorū tali vita, dū percutimur, ab æterna morte liberamur. Vnde agitur, vt electorum vitæ proficiat etiā perdita vita reproborum, & vtilitati noſtræ, dum illorum perditio militat, mira diſpenſatione fiat, quatenus electis Dei non pereat. Et cap. xi. Intelligi hoc quoq̄ aliter poteſt, vt qa verbis p̄cedentibus videtur annexū, à ſuperioris verſus expoſitione non diſcreper. Nam quia indieaueratvel bonos ad malū, vel malos ad bonum poſſe conuerti, ilico ſequutus adiunxit: Nunquid ingreſſus es theſauros &c. q̄ſi niue, vel grandine, frigida, vel dura (vt dictum eſt) accipimus corda prauorum. Sed quia omnipotens Deus ſanctos ſuos de talibus eligit, &, quam multos electos adhuc inter prauorum vitam repoſitos habeat, nouit, apte in niue, vel grādine theſauros habere ſe perhibet. Theſaurus quippe ἀπὸ τῆς θέσεως, id eſt à poſitione, nominatur. Et pleroſq̄ in vita frigida diu latē reſpicit, quos ad medium, quum iuber, producit, & iuſtitiæ nitore candidos perſuper nam gratiam oſtendit. Scriptum quippe eſt: Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Quos ad dicheli, pugnæq̄ præparatos, diu intra ſuæ præſcientiæ ſinum tegit: ſed quum repente eos eduxerit, reſiſtentia aduerſariorum pectora illorum verbis, ac redargutionibus, quaſi quibuſdā grādinibus percutit. Vnde alias ſcriptum eſt: Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis, quia prædicatores ſancti, vniuerſa mūdi ſpacia miraculorum claritate percurunt. Qui etiam grando, & carbones ignis vocati ſunt, quia & p correptionē feriunt, & p flammā charitatis accendunt. Ipſa quoq̄ libera ſanctorum increpatio, natura grādinis conuenienter exprimitur. Grando enim veniens percutit, liquata, rigat. Sancti autē viri corda audientium & terrentes feriunt, & blandientes infundunt. Nā quēadmodū ferunt, ſapheta teſtatur, dicens: Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Et quemadmodum blādientes rigent, ſecutus adiunxit: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuę eructabūt, & iuſtitia tua exultabunt. In niue ergo, vel grandine habentur theſauri, quia pleriq̄ iniquitatis torpore frigidi, à ſupna gratia aſſumpti in ſancta Eccleſia iuſtitiæ luce fulgēt, & prauā aduerſariorū ſcientiā doctrinę ſuę ictibus tundūt. Vnde & apte ſubditū eſt. Quę præparaui &c. Et cap. xij. Nix q̄ppe, vel grādo fuerat Saulus p frigidā inſenſibilitatē ſed mox & grando contra aduerſariorū pectora factus eſt, vel candore iuſtitiæ, vel diſtrictę eloquii correptione. O qualem hunc theſaurum in niue, & grandine habuit, quando illum inter prauorum vitam poſitum, iam tunc electum ſuum dominus latenter vidit. O ad quanta aduerſariorum pectora ferienda, hanc in manu ſua grandinem ſumpſit, per quam tot ſibi reſiſtentia corda proſtrauit. Nemo itaq̄ de ſuis operibus extollatur, nemo deſperet eos, quos adhuc frigidos videt, quia theſauros Dei in niue, & grandine nō videt. Quis em̄ crederet, q̄ p Apoſtolatus gratiam lapidatum Stephanum ille præcederet, qui in morte eius omnium lapidantium veſtimēta ſeruauit? Bene ergo ad beatū Iob dicit, Nūq̄d ingreſſus es &c. Ac ſi aperte diceret: Nulli te de opib⁹ tuis p̄feras, quia de his, quos intueris, adhuc per culpā frigidos, q̄tos operatores iuſtitiæ, & defenſores rectæ fidei ſim facturus, ignoras. Et diuus Hieron. exponēs illud pſalmiſtæ, Grādo, & carbones ignis: In grādine (inqt) verbera, in igne, charitatis accēſio oſtēditur, quibus fideliū corda mouentur ad cognoſcēdū Deū. Et Auguſt. Pręfulgore in cōſpectu eius nubes trāſierūt, grādo, & carbones ignis: In cōparatione (inqt) fulgoris, q̄ eſt in cōſpectu manifeſtationis eius nubes, id eſt, prædicatores verbi eius, non iā in Iudææ finibus cōtinentur, ſed tranſierunt ad gentes. Grando &c. id eſt, obiurgationes figuratæ, quibus velut grādine corda dura tunduntur. Si autē terra cultra & mitis, id eſt, pius animus exceperit duriciam grandinis, in aquam eadem terra fulgurata, & quaſi congelatæ obiurgationis, id eſt, in doctrinam ſatiantē reſoluitur. Igne autem charitatis accenſa corda, reuiuiſcūt. Et alio in loco ait Pſalmiſta, & occidit in grandine vineas eorum &c. In grandine (inquit diuus Hierony.) caſtigatio diuina monſtratur, in qua vel vineæ, vel arbores flagellantur, hæ ſcilicet, q̄ pro bonis fructibus, tribulos protulerunt, Ab hac grandine & iumenta occiduntur, vt eorum inſipiētia arguatur, qui diuinū nomen beſtijs indiderunt. Auguſtinus vero: Grando (inquit) eſt iniquitas, res alienas auferens, vnde furta, rapinæ, prædationesq̄ naſcuntur. Plus autem vitio ſuo vaſtatur, ipſe vaſtator. Et Caſſiodorus: Grando eſt cōminatio dñi, qua verberat contumaces, eosq̄ vmbraculis ſuæ delectationis expoliat.

Pſal.17.b

Pſal.77.c.

Granum quid myſtice ſignificet, dictum eſt & in dictione, Frumentū. Et Greg. lib. Mor. xix. cap. i. citans illud Euangelicum, Cui ſimile eſt regnum Dei &c. Simile eſt grano ſinapis &c. Ipſe (inqt) eſt granū ſinapis, qui in horti ſepultura plantatus, arbor magna ſurrexit. Granū nāq̄ fuit, quū moreretur, arbor, quū reſurgeret. Granū per humilitatē carnis, arbor per potētiam maieſtatis. Granum, quia vidimus eum, & non erat aſpectus: arbor autem, quia ſpecioſus forma præ filijs hominum. Huius arboris rami, ſancti prædicatores ſunt. Et videamus quam late tendantur. Quid enim de eis dicitur? In omnē terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In iſtis ramis volucres requieſcunt, quia ſanctæ animæ, quæ quibuſdā virtutum pennis à terrena cogitatione ſe ſubleuant, in eorum dictis, atq̄ conſolationibus ab huius vitæ fatigatione reſpirant. Et diuus Hieronymus: Regnum cœlorum prædicatio Euangelij eſt, & notitia ſcripturarum, quæ ducit ad vitam, & de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur à vobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Homo q̄ ſeminauit in agro ſuo, hoc eſt, in ſemetipſo, & in corde ſuo. Quis eſt iſte q̄ ſeminat, niſi ſenſus noſter, & animus, qui ſuſcipiens granum prædicationis, & fouens ſementem humore fidei facit in agro ſui pectoris pullulare? Pręd icatio Euangelij minima eſt omnibus diſciplinis. Ad primam quippe Mat.13.d. doctrinam fidem non habet veritatis, hominem Deum, mortuum, & ſcandalum crucis prędicans. Confer huiuſcemodi diſciplinam dogmatibus philoſophorum, & libris eorum, & ſplendori eloquentiæ, & compoſitioni ſermonum, & videbis quanto minor ſit cœteris ſeminibus ſementis Euangelij. Sed illa, quū creuerit, nihil mordax, nihil inuidū, nihil vitale demonſtrat, ſed torum fiaccidū, marcidūq̄ & mollitū ebulit in holera, & in hærbas, q̄ cito areſcunt, & corruūt. Hæc autem prædicatio, q̄ parua videbat in principio, quum vel in anima credentis, vel in toto mūdo ſata fuerit, nō exurgit in holera, ſed creſcit in arborem, ita vt volucres cœli, q̄s vel animas credentiū, vel fortitudines, Deiſeruitio mancipatas ſentire debemus, veniant, & habitēt in ramis eius. Ramos puto Euangelicę arboris, q̄ de grano ſinapis creuerit, dogmatū eſſe diuerſitates, in q̄bus ſupradictarum volucrū vnaquæq̄ requieſcit. Aſſumamus & nos pennas columbę, vt volitātes ad altiora, poſſimus habitare in ramis huius arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaq̄ fugientes, ad cœleſtia feſtinare. Multi legentes granū ſinapis, & minimum omnibus ſeminibus, & illud q̄ in Euangelio à diſcipulis dicitur, Dñe adauge nobis fidem, & reſpōdetur eis à ſaluatore, Amen dico vobis, ſi habueritis fidē quaſi granū ſinapis, & dixeritis monti huic, Migra de loco iſto, migrabit, putant Apoſtolos, vel paruā fidem petere, vel dñm de parua fide dubitare, quū Apoſt. Paulus fidē grano ſinapis cōparatā maximā iudicet. Quid enim dicit? Si habuero tantā fidē, ita vt montes tranſferam, charitatē autē nō habeam, nihil mihi prodeſt. Ergo quod dñs dixit fide fieri, quę grano ſinapis cōparat, hoc Apoſt. docet tota fide poſſe fieri. Et Hilarius in cōmentarijs: Grano (inquit) ſinapis ſe dñs cōparauit, agri maxime, & oim ſeminū minimo, cuius virtus, ac poteſtas tribulationibus & paſſionis accenditur. Granū hocigitur poſtq̄ in agro ſatū fuerat, id eſt, vbi à populo cōprehenſus, & traditus morti, tāq̄ in agro ſatione quadā fuit corporis cōſepultus, vltra mēſurā omniū hominum ex-

Mat.13.c

Luce.17.b

1.Cor.13.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

lerum excrescit,& vniuersam prophetarum gloriam excedit. Holeris enim vice, tanquam ęgroto Israeli data est prędicatio prophetarum. Sed iam ex ramis arboris ex solo in sublime prolatæ cœli volucres inhabitant, Apostolos scilicet ex Christi virtute protensos, & mundū inumbrātes in ramis intelligemus, in quos gentes in spem vitæ aduolabunt, & aurarū turbine, id est, diaboli spiritu, flatuq; vexatæ, & tanquam in ramis arboris requiescent.

Origenes.

Cap. XVIII.

ET Origenes homilia tertia in Cantica canticorū: Sicut (inquit) hominem Deus ad imaginem, & similitudinem suam fecit, ita fortassis etiam cœteras creaturas ad alias quasdā cœlestes imagines per similitudinem condidit, & fortasse in tantum singula quęq; quę in terris sunt, habent aliquid imaginis & similitudinis in cœlestibus, vt etiam granum sinapis, quod minimum est in omnibus seminibus, habeat aliquid imaginis, & similitudinis in cœlis, & hoc, quod talis ei quędam composita est alternatio naturę, vt quum minimum sit omnium seminum, maius fiat omnibus holeribus, ita vt possint venire aues cœli, & habitare in ramis eius, similitudinem ferat, non solum alicuius cœlestis imaginis, sed & ipsius regni cœlorū. Sed & illud ad hoc potest intelligi, quod sicut granum sinapis non vnam similitudinem tenet regni cœlorum, habitationis scilicet, & auium in ramis suis, sed habet & aliam similitudinē, vel imaginem, perfectionis scilicet fidei, ita vt si quis habeat fidem sicut granum sinapis, & dicat monti, vt transferat se, & transferet. Et quum plures sint in grano sinapis virtutes, quæ rerū cœlestium imagines teneāt, vltimus, & extremus eius vsus est iste, qui habetur apud homines in ministerio corporali: ita etiam in reliquis, vel seminibus, vel virgultis, vel herbarū radicibus, vel etiam in animantibus intelligi potest, vt vsum quidem, & ministerium hominibus præbeant corporale, habeāt autem incorporalium rerum formas, & imagines, quibus docere animas possit, & instrui ad contemplanda etiam ea, quæ sunt inuisibilia, & cœlestia. Et Chrysost. hom. xlvij. in Matth. Hac imagine (inquit) prædicit prædicationem per vniuersum orbem coruscaturā, idcirco huius holeris similitudinē proposuit, qa his rebus apprime accōmodet. Cœteris enim seminibus minus est, sed in herbam resolutū omnibus magis holeribus crescit, adeo, vt ad arboris conditionem perueniat, ac volucres cęli venientes, in ramis eius habitent. Quod etiam in prædicatione futurum dicit. Imbecilliores cœteris omnibus, et qui minores erāt Apostoli: vū qa in ipsis magna erat virtus, fama eorū vbiq; terrarū slaruit. Et Theophylact. Si habueritis (inquit) fidem sicut granū sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile vobis erit. Si vero quispiam dixerit, & quando montes trāstulerunt? Respondebimus, qa multo maiora fecerūt. Multos enī mortuos excitauerūt. Aequale quippe nō ē mōtes trāsponere, & animā hominis reuocare. Dicūt autē nōnulli posita sanctitate illis multo minores, id, re postulante, fecisse. Vnde patet, qa si opus fuisset, mōtes quoq; trāstulissent, ideo non dixit, transponetis omnino montes, sed transponere poteritis: si autē nō fecerunt, nō est argumētū impotentiæ. Maiora enim ab ipsis facta nō ignoramus, sed ignāres nō postulauerat, noluerunt, quamuis possit etiam aliquid tale factum esse, & nō scripturā. Nō enim omnia miracula sanctorū conscripta sunt. Nonne igitur (inquies) tantā fidem tunc habebant? Non certe. Ita enim imperfectiores erant, vt non semper idem essent. Vnde Petrus quoque modo beatificatur, modo increpatur, & reliqui quasi amentes castigātur, quum semonis de fermento non intellexerint. Sic ergo & nunc ex imperfectione eorū accidit, vt maiore infirmitate languerēt, quod sæpius ante crucē patiebantur, fidem autē hic signorū dicit, & sinapis meminit, cuius maxima virtus est. Nā quū minima sit, magnitudine virtutis cęteris omnibus vehementior est. Vt igitur ostenderet synceræ fidei mnimū ingentia posse, sinapis mētionem fecit, neq; hic stetit, sed montes addidit, & vlterius progressus, Nihil (inquit) vobis erit impossibile. Tu vero & discipulorum philosophiam, qui suam impotentiā nō occultarūt, & spiritus sancti virtutem admirare, qui paulatim homines, vt granū quidem sinapis fidem habentes, sic in summa contraxit, vt largos fluuios, & copiosos fidei fontes æderent. Et Augustinus libro primo quæstionum Euangeliorum, quęstione xi. Granum (inquit) sinapis fidem feruorem fidei, vel quod dicatur venena expellere, maius fit omnibus holeribus, id est, dogmatibus. Dogmata autem sunt placita sectarum, id est, quod placuit singulis sectis. Et quęstione vigesimasecunda: Item quod dicunt discipuli, quare nos non potuimus ejcere eum? Ne illis miraculis faciendis extollerentur in superbiam, admoniti sunt potius per humilitatem fidei, quasi per sinapis granum, elationem terrenam, quæ montis nomine significatur, curare vt transiret. Et sermone secundo in festo sancti Laurentij, qui est xxxi. sermo de sanctis (hic tamen sermo inter sermones Ambrosij primus est): Simile est (inquit) regnum cœlorum

Mat. 17. c.
Luc. 17. a.

Luce. 17. b

Mat. 16. a

lorum grano sinapis &c. Mouet fortasse sensus vestros, quare regnum Dei tam præclarum, atq; magnificum grano sinapis exiguo comparetur, & spei nostræ in se tam grande solatium rei vilissimæ simile esse dicamus, præsertim quum alibi idem dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Tollere, & iactare in mare, & fiet. Igitur si fides tanta est, quæ potest ab ipsis sedibus montium fundamenta transferre, necessario & granum sinapis magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerimus, non specie, sed virtute, & fidei non æqualitate holeris comparandum, sed vigore acrimoniæ coæquandum. Nam si diligenter intendamus, inueniemus à domino recte hanc similitudinem comparatā: Sicut enim granum sinapis prima fronte speciei suæ est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circunferens, non indicans suauitatem. At vbi teri cœperit, statim odorem suum fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto caloris feruore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis tantum ignem fuisse conclusum. Cuius etiam semen in cibum homines hyemis præcipue tēpore, magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant. Sæpe etiam ex hoc capiti adhibent medicinā, vt si quid inualidum, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo & fides Christiana prima fronte videtur esse parua, vilis, & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiā suā mini strans. At vbi diuersis tēptationibus teri cœperit, statim vigorē suū prodit, acrimoniā indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipsa ferueat, & participantes sibi ardere compellat, sicut in sancto Euangelio duo ex discipulis dixerūt, dū cum ipsis post passionem suam dominus loqueretur: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis in via, dum aperiret nobis scripturas dominus Iesus? Ergo granum sinapis membrorū viscera calefacit, fidei autem vigor, cordiū peccata comburit. Et illud quidē asperū algorē frigoris remouet, hæc autem delictorum diabolicū frigus expellit. Sinapis (inquam) granū humores decoquit corporum, fides autem libidinum fluenta consumit. Et per illud medicina capitis procuratur: per fidem autem spiritale caput nostrū, qp est Christus dns, sæpius refouet. Sed & fidei iuxta cōparationē sinapis sancto odore perfruimur, sicut ait Apostolus, Christi bonus odor sumus Deo. Et sermone quarto in eodem festo Laurentij, qui est secūdus inter sermones Ambrosianos: Multa (inquit) perstrinximus, quibus probaremus regnum Dei grano sinapis nō immerito comparari, & distantiam in sola ęstimatione esse verborum, non incolatione virtutum. Siquidem Christiana fides, quæ regnum Dei est, eandem virtutem obtinet, quæ sinapis natura depromit. Nam sicut sinapis granum quum sumimus, vultu contristamur, fronte contrahimur, ad lachrymas permouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeritatis accipimus. Illinc enī nos amaritudo exasperat, acrimonia penetrat, hinc calor ignei saporis accēdit, & toto perturbati corpore tūc magis sani efficimur, quū amplius deplora mus: Ita ergo & quum fidei Christianę mandata percipimus, contristamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas permouemur, & ipsam salutem nostram cum quodā fletu, ac mœrore consequimur. Inde enim nos ieiunia exasperant, illinc peccatorum conscientia macerat. Hinc patrimonij iactura perturbat, & toto contristati habitu, magis salutē consequimur, si amplius defleamus, secundū quod ait dns: Vos plorabitis, & flebitis, sæculū aūt gaudebit. Sicut au tē cū sinapi caput forte curandum est, iubemur ad rasum capillos demere, impedimenta cutis vniuersa deponere, vt nudo corpori perfectius medicina perueniat: ita & quū anima per fidē curanda est, præcipimur à nobis substantiam auferre sæculi, impedimenta auri, argētiq; deponere, vt & nudæ, & soli animæ congruentius spiritalis medicina conueniat. Quisqs enim rebus mundi, & diuitijs seculi obuolutus est, huic fidei medicina nō proderit. Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima. Sed quoniam in eadē dnica sententia scriptū est: Quod acceptum homo misit in hortū suū, & creuit, & facta est arbor &c. diligē tius requiramus quis iste sit, cui hæc cuncta conueniant. Arbitror hoc ipsi Christo domino dicere, & rectius comparari, qui, nascendo in homine humiliatus vt granū est, ascendēdo ad cœlum, exaltatus vt arbor est, granū plene est Christus, dum patitur, arbor est, dū resurgit. Granum, inquā, est quum famis sęuiem sustinet: arbor est, quū quinq; milia virorū quinq; panibus saturat. Ibi sterilitatem humana conditione patitur, hic satietatē propria diuinitate largit. Granum autem dixerim dominū, quū cæditur, quum cōtemnitur, quum increpatur: arborē aūt, quū cæcos illuminat, mortuos resuscitat. Ramos aūt huius arboris, si requiras, inuenies. Ramus est Petrus, ramus est Paulus, rami sunt omnes Apostoli, vel martyres saluatoris, ad ds si quis se fortiter tenere voluerit, fluctibus seculi minime mergitur, quin potius sub vmbra il-

Mat. 4. c.

Ioan. 16. b.

2. Cor. 2. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum latitans, gehennæ non patietur ardorem, securusq; de diabolicæ tempestatis procella
Gala.4.b. erit, & de die iudicij exurentis incendio. Et sermone secundo de tempore: Nisi granum frumenti &c. Postea enim quam passione preciosum granum frumenti mortuum est, & sepultũ, per vniuersum mundum de vno illo grano messis Ecclesiæ pullulauit. Non enim sicut antea in Iudæa tantum notus est Deus, nec solum in Israel nomẽ eius colitur, sed à solis ortu, vsq; ad occasum, nomẽ illius collaudatur.

De eodem grano. Cap. XIX.

Ioha.12.d. CYrillus autem exponens illud Euangelicum, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. Propterea (inquit) passionem suam prope diem futuram significis de grano frumenti similitudinem proposuit, quod, nisi corruptum, & emortuum fuerit, fructum nullum affert: si vero mortificatum fuerit in terra, largam profert segetem & messem copiosam. Ipse plane dominus noster est frumentũ, quo viuere debet fidelis anima. Dicit etiã alio in loco: Et qui manducat me, ipse viuet propter me. Ex frumento quidem panis conficitur, & ipse est panis viuus, qui de cœlo descendit, vt si quis ex eo manducauerit, non moriat.
Iohan.6.f. Ibidem. Huius frumenti fructus saginandam dicit propheta Hierusalem, & Sion, id est, animam fidelẽ, quũ ait: Qui posuit fines tuos pacem, adipe frumenti satiat te. Idem ipse dñs noster granum est, de quo spiritualis seges debet surgere, & solidæ fidei afferre fructum. Quumq; fint multa grana seminum, nulli se comparat, nisi frumento. Vnde mos cœpit Ecclesiæ de hoc solo granum confici corpus Christi. Ipse enim dominus noster ex semine patriarcharum in agro huius mundi seminatus est, id est, incarnatus, vt moriendo cum multiplicatione resurgeret. Solus mortuus est, cum multis surrexit. Quod si mortuus pro vita omnium non fuisset Christus, non increuisset tanta fidei seges in gentibus, neq; in mundo surrexisset fructus redemptionis humanæ in omni populo. Quia vero id granum in terram cecidit per ascensionem & crucẽ,
Psal.117.a. atq; mortificatum est per mortem, & sepulturam, plurimũ attulit fructum, scilicet salutem totius humani generis, & mundi reductionem ad fidem. Quod enim à solis ortu vsq; ad occasum laudetur nomen domini, & in omni loco offeratur oblatio munda, ex huius grani mortificatione processit. Idem q̃q; Cyrillus de recta fide ad reginas, hoc pacto scribit: Nisi granum frumenti, quod ceciderit in terram moriatur, ipsum solum manet. Non est ambiguum saluatũ esse mundum, mortuo pro ipso Emanuele, veruntamen illud dicimus quomodo mortuus glorificatus est, quum res hæc in becillitatis maculam habeat, vnde & confusionem contempsisse dicitur factus obediens vsq; ad mortem: veruntamen dices, glorificatum esse ipsum propter resurrectionem. Bene se habet sermo ille, & verus est. Num igitur resurrexit magis diuinaIohan.12.d. ne, quam humane? Verum (opinor) diuine. Proinde quum ipsum verbum ex Deo, carne passum dicitur, ne erubescamus passionem. Finis enim eius est gloria, eaq; diuinior. Et Origenes homilia octaua in Hieremiam: Iesus (inquit) scit quare, & quomodo moriat, propter quod ait: Nisi granum frumenti &c. Ergo mors Iesu Christi, spica frumenti facta est, septuplum & multo amplius restituẽs, quam fuerat seminatum. Finganus enim pauliſper non fuisse eum crucifixum, neq; post mortem ad inferos descendisse, sequitur vt solum granum maneat frumenti, & multi, non nascantur ex eo. Attende diligenter eloquia diuina quid in se velint intelligi. Granum frumenti, si non cadens in terram, mortuũ fuerit, non multũ fructum affert. Mors Iesu istos omnes fructificauit. Si autem mors tantas attulit fruges, resurrectio cuius futura est vbertatis? Et Chrysostomus super Iohannẽ: Sed quid signat granũ frumenti, nisi cadẽs mortuũ fuerit? De cruce loquitur, ne perturbarentur. Quum gentiles accesserunt, tunc mortuum esse, hoc (inquit) maxime populos adducet, & mei augebit præconium. Inde quum non ita verbis persuaderet, rerum experientia id aggreditur, inquiens hoc in frumento contingere, vt mortuum maiorem fructũ afferat. Quod si hoc in seminibus euenit, multomagis in me. Talem, de resurrectione disputans, rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationẽ, qui resurrectioni non credunt, quum in seminibus, & in plantis quotidie hoc videamus, etiam in generatione nostra? Primũ enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationẽ.
Augustl. Et Aug. super Iohanem: Se aũt ipsum Iesum Iesus dicebat, ipse erat, granum mortificandũ, multiplicandũ: mortificandũ, in infidelitate Iudæorũ, multiplicandũ in fide omniũ populorũ.

Quid gressus mystice significent. Cap. XX.

Gregorius 3. lob. 3.a. QVid gressus mystice significent, diuus Grego. lib. xij. Moral. cap. iij. infinuat, exponens illud Iob, Nõne ipse cõsyderat vias meas, & cũctos gressus meos dinumerat? Quid in quit, viarũ nomine, nisi actiones denunciat? Hinc eñ per Hieremiã dicitur: Bonas facite vias vestras, & studia vestra. Quid vero gressuũ appellatione, nisi vel motus mentiũ, vel profectus

accipimus meritorũ? Quibus profecto gressibus ad semetipsam nos veritas vocat dicẽs: Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis. Ad se quippe venire nos dñs pcipit, nimirũ non gressibus corporis, sed profectibus cordis. Ipse nãq; ait: Veniet hora, qñ neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Et paulo post: Veri adoratores adorabunt patrẽ in spũ & veritate. Nã & pater tales q̃rit, qui adorent eũ. In corde ergo esse gressus insinuat, qñ &vt veniamus, vocat. & tamen motu corporis nequaq̃ nos ad alia trãsire denũciat. Et cap. v. Sic aũt dominus vniuscuiusq; considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ qdem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima, q̃ apud nos vsu viluerunt, indiscussa remanent. Hinc enim dicit: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo Racha, Mat. 5 e. reus erit consilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Racha quippe in Hebræo eloqo, vox indignantis est, q̃ quidem animũ irascentis ostendit, nec tamen plenum verbũ iracũdiæ exprimit. Prius ergo ira reprehendit sine voce, postmodum vero ira cũ voce, sed necdũ pleno verbo formata. Ad extremum q̃q; quum dicitur fatue, ira redarguitur, q̃ cum excessu vocis, expletur etiam perfectione sermonis. Er notandũ, q̃ in ira perhibet reum esse iudicio, in voce iræ, q̃d est racha, reum concilio, in verbo vocis, quod est, fatue, reum gehennæ ignis. Per gradus etenim culpæ creuit ordo sententiæ, quia in iudicio adhuc causa discutitur, in concilio autem, iam causæ sententia definitur: in gehenna vero ignis, ea quę de concilio egreditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce, iudicio, ira in voce, concilio: ira vero in voce, atq; sermone, gehennæ igni Hier.32.d. bus mancipatur. Hanc subtilitatem considerationis eius propheta aspexerat, quum dicebat Fortissime, magne, potens exercituum nomen tibi, magnus consilio (alias consilio) incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adã vt reddas vni cuiq; secundum vias suas, & secundum fructũ adinuentionũ manuum eius. Sic easdẽ vias dominus subtili examinatione considerat, vt in vno quoq; nostrum nec ea, quæ remuneret bona prætereat, nec mala, q̃ videlicet displicent, sine increpatione derelinquat. Hinc est enim q̃ angelum ecclesiæ Pergami, & in quibusdam laudat, & in qbusdam redarguit, dicens: Scio vbi habitas &c. vsq; Balaam. Hinc angelo Thyatiræ dicitur, Noui opera tua & c. vsq; idolothytum. Ecce bona memorat, nec tamen refecanda mala fine pœnitentia relaxat, quia scilicet fic singulorũ vias cõsiderat sicut gressus enumerãs pensat, vt subtili examine perpẽdat, vel q̃tũ q̃q; ad bona, pficiat, vel q̃tũ ad maladeuiãs, suis profectibus cõtradicat. Incrementũ quippe meritorũ, q̃d bonæ vitæ studijs augetur, plerũq; mali admixtione retrahitur, & bonum quod animus operando construit, hoc alia perpetrando peruertit. Et exponens illud Iob, Tu quidem gressus meos dinumerasti, lib. xij. cap. x. Gressus (inquit) Deus dinumerat, quum singula Iob.14.d. quæq; nostra opera propter retributionem signat. Quid enim in gressibus, nisi vnaquæq; nostra actio designatur? Omnipotens itaq; Deus gressus dinumerat, & peccatis parcit, quia & subtiliter acta nostra considerat, & tamen hæc pœnitentibus misericorditer relaxat. Et lib. xxv. cap. iij. exponens illud Iob, Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus Iob.34.b eorũ considerat, Ac si diceret: Quia ea quæ diu patienter conspicit, quandoq; multa non deserit. Nam ecce subito violentum rapuit, & mala eius, quæ expectãdo pertulit, animaduerteno refecauit. Nemo igitur dicat humana facta Deum non cernere, qum iniquum quempiã iniquitates suas libere prospicit cumulare. Subito enim tollitur, qui diu toleratur. Gressus vero hominum vocat vel singulas operationes quibus innitimur, vel alternates motus intimæ cogitationis, qbus quasi passibus, vel longe a domino recedimus, vel pie domino propinquamus. Ad Deum enim quasi tot gressibus mens accedit, quot bonis operibus proficit. Et rursum tot gressibus longe fit, quot malis cogitationibus decrescit. Vnde plerũq; contingit, vt necdum procedat in opere motus mentis, & tamen perfecta iam culpa sit ex ipso reatu cogi Prou.21.d tationis, sicut scriptum est, Manus in manu, non erit innocens malus. Manus enim manui iungi solet, quando quiescit in ocio, & nullus eam vsus laboris exercet. Ac si diceret: Et quũ manus cessat ab iniquo opere, malus tamen non est innocens per cogitationem. Quia ergo nouimus, q̃ districte omnia non solum facta sed saltem cogitata pensentur, qd faciemus de incessu mali operis, si sic subtiliter Deus iudicat gressus cordis? Ecce occulta mẽtis nostræ itinera nullius hominũ videt, & tamen ante Dei oculos tot gressus ponimus, q̃t affectus mouemus. Quoties ante eũ labimur, toties à recto itinere infirmæ cogitationis pede claudicamus. Nisi esset in conspectu eius iste assiduus nostrarũ mentiũ lapsus increscret, per prophetã non clamaret. Auferre malũ cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Et Orige. homil. quarta in Psal. trigesimũ sextũ, exponens illud Psalmistæ, A domino gressus hominis dirigẽt: Sunt (inqt)

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidã in nobis greſſus,& pedes,quibus iter agimus,ſunt greſſus interioris hoïs,quibus am
Ioha.14.a. nulare poſſumus per illã viam,q̃ dicit,Ego ſum via, veritas & vita.Nõ ſufficit homini volen
ti iſtud iter incedere ſola propoſiti ſui voluntas, niſi dñs direxerit greſſus eius,quia frequẽter
accidit iter agentibus, vt ambulent, quod iter tñ rectum tenere non poſſint,ſed decedant in
aliquos errores,vt illi,qui in philoſophiæ eruditione verſantur, videntur quidem iter virtu
tis incedere,ſed quia à dño non diriguntur greſſus eorũ, non tenent iter rectum.Sed & hære
tici nihilominus ingrediuntur etiã ipſi iter,ſed quũ ſcripturas carnaliter, nõ ſpiritaliter intel
ligunt,declinant in ſiniſtrã.Si veroſpiritaliter intelligant,in ipſo aũt ſpiritali intellectu Apo
ſtolicæ non teneant regulã veritatis,decidunt nihilominus & ipſi ad dexteram, diabolo(vt
ita dixerim)greſſus eorum non dirigente,ſed detorquente à via recta. Nos ergo neq; ad de
xteram,neq; ad ſiniſtram declinantes, ingrediamur mediã viã, quæ eſt Chriſtus dñs.quia in
ipſo ambulantium greſſus dñs dirigit.A dño ergo greſſus hoïs dirigentur,& viã eius cupiet,
illam ſcil.viam,de qua ſupra diximus.Cupiet enim qui à deo dirigitur Chriſtũ &deſiderabit
Pſal.36. d. permanere ſemper in Chriſto.Quũ ceciderit(inquit)non contur babitur.Superius dicens,
quia à domino dirigũtur greſſus eius,hic de cauſa eius loquitur.Vide ergo quia etiã his, qui
iter hoc incedunt,aliq̃n accidat cadere,etiã his,qui a domino dirigunt. Sed eſt multa differen
tia inter caſum iuſti,& caſum iniuſti:Iuſtus(inquit)quũ ceciderit,nõ proſternitur:iniuſtus, &
qui ſpem non habet in deo poſitam,ſi ceciderit,proſternitur,& nõ ſurgit,id eſt ſi peccauerit,
non pœnitet,& pct̃m ſuũ emendare neſcit.Iuſtus aũt ſi in aliquo offenderit,ſi in verbo,Apo
ſtolus eñ eſt qui dicit:In multis enim offendimus oẽs,& ſi quis in verbo nõ offendit, hic pfe
ctus eſt vir.Offendit ergo & iuſtus in verbo,fortaſſis etiã aliquando & in facto,ſed ſcit emen
Mat.16.g. dare,ſcit corrigere,ſcit ille,qui dixerat,neſcio hominẽ,paulopoſt quũ reſpectus fuiſſet a do
mino,flere amariſſime,ſcit & ille qui de tecto mulierẽ viderat,& cõcupierat illã,dicere, pecca
ui,q̃a tibi ſoli peccaui,& malũ coram te feci.Si ergo quũ ceciderit iuſtus non proſternit̃, non
Prou.6.a. Pſal.36.f. pmanebit in pct̃o,ſed exiliet cito,tanq̃ damula exretib⁹,& tanq̃ auis de laqueo. Iniuſtus aũt
non ſolum permanet,ſed & proſternit̃ in peccatis.Iuſtus aũt quid facit?Lex dei eius in cor
de ipſius,& non ſupplantabuntur greſſus eius.Ibi dixit, quia diriguntur greſſus hoïs a dño
hic,quia non ſupplantabunt greſſus iuſti,quia dominus, inquit,cõfirmat manus eius.In alio
Pſalmo,id eſt,in ſeptuageſimoſecundo,dicit: Mei autẽ pene moti ſunt pedes.Quod idipſum
mihi videtur intelligendũ ſimiliter. Proficientes etenim ad virtutes,velut aſcenſu quodã ſuri
mur,in q̃ aſcenſu ſi quis labatur,& decidat, aſcenſionis ſuæ perdit profectũ. Iſtius ergo effuſi
ſunt greſſus.Hoc aũt fit,quũ quis poſt profectum retrorſum fuerit conuerſus,ſicut accidit &
vxori Loth,q̃ ingrediebatur bene egrediens de Sodomis, & effugiens pœnas malorũ ingre
diebatur,& aſcendebat ad montẽ,q̃ angelo duce pergebat:ſed qm̃ contra mandatum dei fe
cit,q̃ iuſſa fuerat non reſpicere retrorſum,neq; ſtare in oñi regione illa,ſed ad montẽ aſcen
dere,atq; ibi ſaluari,quũ conuerſa ad poſteriora retrorſum reſpexit,ibi effuſi ſunt greſſus ei
us,& perdidit omne q̃d fuerat ante digreſſa,permãſit perfecta ſtatuncula ſalis.Hoc eſt q̃d do
Luce.9.g. minus in Euangelio dicit: Nemo mittẽs manũ ſuam ad aratrum,& retro reſpiciens,aptus eſt
Auguſtin. regno dei.Et diuus Auguſt.exponens illud Pſalmiſtæ,Perfice,ſiue (vt ipſe legit)ad perficien
dos greſſus meos inſemitis tuis,id eſt,vt perficeretur charitas eccleſiæ in itineribus anguſtis,
q̃bus venitur ad requiem tuam.Caſſiodorus vero,hoc pacto exponit: Perfice dixit,i.vſque
in finẽ conſerua,vbi eſt meritor⁹,ac ſ̃mj tota pfectio.Inchoamus eñ dũ in hoc mũdo,ſba
bili conuerſatione degimus,ſed vbi ad finẽ peruenerit religioſa conſtantia,ibi perficimur,ibi
tota integritate complemur,ſicut ait Euangelium: Qui perſeuerauerit vſq; in finem,hic ſal
uus erit.Greſſus aũt,humanas ſignificat actiones,q̃bus in hoc mundo gradimur.& quaſi qui
buſdam paſſibus ambulamus.In ſemitis tuis,ſcil.in mandatis tuis,vbi reuera rectæ ſunt viæ,
quas ſi deuoti ſequimur,ad cæleſtis patriæ munera peruenimus.Sed q̃d eſt hoc,q̃ prius gref
ſus dixit,ſtatimq; veſtigia ſubiungit?Greſſus dicimus,quibus mouemur de loco ad locũ.His
merito comparantur actus humani,q̃ nos de vno negocio in aliud ducũt, & per tempora vi
tæ noſtræ diuerſa qualitate tranſponunt. Veſtigia vero dicuntur ſigna plantarũ,q̃ relinqui
mus tranſeuntes. Petit ergo dñs Chriſtus & greſſus ſuos,id eſt,actus humanos,& ſua veſtigia cu
ſtodiri,q̃ fideles Apoſtolos congruenter accipimus,in q̃bus poſt aſcenſionem glorioſam,re
ligiõis catholicæ ſigna dereliquit. Talis ergo ſenſus eſt:Cuſtodi me in mãdatis tuis,vt imitan
tes me,minime mouean̄t abs te.Et exponẽs illud Pſal.A dño greſſus hoïs dirigentur: Hoïm
greſſus,inquit,p ſe tortuoſi ſp,& prauiſunt.Quippe qui in iniquitatibus concepti,& in deli
ctis progeniti ſumus.Sed tũc à patre luminũ dirigimur,q̃n fidei regulã,in qua gradimur,ſecu

pimus.Dirigimur plane,quũ ſine erroribus ambulamus.Sed q̃ nos ducit iſta directio? Videli
cet vt ad perfectã fidẽ,& æterna ſ̃mia veniamus.Et exponens illud Pſal.Greſſus meos diri
geſcdm eloquium tuũ:Greſſus,inquit,ſignificat motus animæ.Nam ſicut per iſtos de loco
ad locũ ferimur,ita & in illis q̃buſdã paſſibus,ſiue ad meliora ſiue ad deteriora progre
dimur.Hos ſancta cohors ſecundum eloquium domini dirigi poſtulabat, ne vitiorum prau
tatibus ſeducta,in mortiferos laberetur errores.Secundum eloquium tuum dicit,id eſt ſecun
dum iuſſa, quæ præcipis ad vitam humani generis corrigendam.

Quid grex,& guttur myſtice ſignificent. Caput XXI.

GRegũ nomine imperiti deſignantur, vt diuus ſcribit Greg.li. Moral.xvi.cap.xxij.ex
ponens illud Iob,Diripuerunt greges,& pauerunt eos:Gregũ,inquit,nomine imperiti
populi deſignantur,vt ſponſi verba teſtantur; Niſi cognoueris te ô pulcherrima inter mulie
res,egredere,& abi poſt veſtigia gregum.i.niſi honorẽ tuum, q̃ ad ſimilitudinem dei es con
dita,bene viuendo cognoueris,à conſpectu meæ contemplationis egredere, & imperitorũ
vitam imitare populorum.Dixit ergo Iob,Diripuerunt greges, quia imperitos quoſq; puer
ſis adſe perſuaſionis hæretici trahunt,& doctrinis peſtiferis ad interficiendum nutriũt. Et in
cõmentarijs Cantici Canticorum:Si ignoras te &c.Si ignoret ſe ſpõſa inquit,egrediatur, &
abeat,quia quiſquis neſcit ſe in hoc poſitum,vt tentatiões per ſufferentiam vincat,à ſimilia- Iob 24.a.
ritate Chriſti recedit,quia in bello poſitus, cũ domino ſuo pugnare recuſat.Sciendũ eſt etiã Cant.1.a.
omnibus,q̃ quum in tentationibus ſumus, contra aereas poteſtates pugnare ſcipimus, qa
ſine victoria coronari non poſſumus.Et ſi aduerſarius deeſt, nec eſt quem vinçamus,ideoq;
corona deerit,quam non niſi vincentes,capiemus. Hoc qui ignorat,in bello eſt,& quaſi in
pace exultat,& eo frequẽtius vulneratur,quo ſecurior eſt,quia neſcit videre quẽ cauear. Di
gne ergo a pugnatoribus ſecernitur(alias excipitur)vt veſtigia gregum ſequatur,quia dum
prudentes quoſq; imitari negligit,neceſſario reprobos ſequitur, q̃s ſtultitia brutis animali- Iob.30.a.
bus fecit ſimiles.Et lib,Moral.xx.cap.vij.exponens illud Iob,Nunc aũt derident me iunio
res tempore, quorũ non dignabar patres ponere cũ canibus gregis mei: Quis eſt(inquit)
grex ſanctæ eccleſię,niſi multitudo fideliũ? & cætera,vt in dictione,Canis. Et Bernar,ſermo
ne xxxv.ſup Cantica,exponẽs illud Canticorũ,Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres Cant.1.a.
egredere,& abi poſt greges ſodalium tuorũ:Dura(inqt)& aſpera increpatio,q̃ dicit:Egre
dere.Hoc quippe verbũ ſerui audire ſolent a valde iraſcentibus,& indignantibus dñis,vel an
cillæ a dominabus ſuis,quũ grauiter illas offenderint. Exi hinc,exi a me,egredere a cõſpectu
meo,& a domo iſta.Hoc ergo verbo aſpero & amaro ſatis,nimiũq; increpatorio vtitur mõ
ſponſus contra dilectam ſub cõditiõe tamẽ,ſi ſeipſam ignorauerit. Nihil quippe validius,efficacius ve ad terrendum potuit in eam intendere,q̃ vt egredi minaretur. Quod & tu aduer
tere potes,ſi bene attẽdas,vnde,q̃ egredi iubeatur. Vnde eñ quo putas,niſi de ſpiritu ad car
nem,de bonis animi,ad ſecularia deſideria,de interna requie mẽtis ad mũdi ſtrepitum & in
quietudinem curarũ exteriorum? Et vide quia non ſimpliciter egredere,ſed egredere,in
quit,& abi poſt greges ſodalium tuorũ. Heu q̃ egregia creatura iam olim facta de grege,& Pſal.48.c.
nunc in peius miſerabiliter proruens, non ſaltẽ inter greges remanere permittitur,ſed poſt
abire iubetur.Homo,quũ in honore eſſet, non intellexit cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus Gen.3.d.
& ſimilis factus eſt illis.Ecce qũo de grege facta eſt egregia creatura. Puto dicerent iumẽta,
ſi loqui fas eſſet:Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, Habitabat in paradiſo,& in loco
voluptatis cõuerſatio eius,nihil moleſtiæ,nihil indigẽtiæ ſentiebat,& odoriferis ſtipatus ma
lis,ſulcitus floribus,gloria,& honore coronatus & conſtitutus ſuper opera manuum plaſma
toris.Magis autem ob inſigne diuinę ſimilitudinis præcellebat,& erat illi ſors,& ſocietas cum
plebe angelorum, & cum omni militia cæleſtis exercitus: ſed mutauit iſtam gloriam Dei in
ſimilitudinem vituli comedentis fœnum, quoniam poſitus in honore non intellexit,quod
limus eſſet. Quid ſuperbis terra,& cinis? Hinc egregia creatura gregi admixta eſt hinc be
ſtiali ſimilitudine,Dei ſimilitudo mutata eſt,hinc ſocietas cum iumentis pro conſortio Ange
lorum inita eſt.Et vide ne forte etiam hic ſponſus,quum dilectam ab ignorãtia tanto incre
patiõis tonitruo deterreret,propterea minime dixerit,Egredere cum gregibus,aut egrede
re ad greges,ſed egredere(ait)poſt greges ſodaliũ tuorum.Sciat ergo anima rationalis,quæ
ſe ob priorem ignorantiam erubeſcit, pecudes habere ſodales in perfruendis vtiq; bonis ter
ræ,non etiam ſimiliter ſocios habituram in perferendis tormentis gehennæ,& tum demum
etiam ab ipſis gregibus ſuorum ſodalium iumentorum cum dedecore exturbandam, nec iã
vel cum ipſis ituram,ſed plane poſt, quando illis nihil mali ſentientibus, ipſa malis omni
bus expo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus exponetur. Egreditur itaq; homo, & solitarius abit post greges sodalium suorũ, quũ solus in inferno inferiori retruditur. An non tibi posteriorẽ videtur tenere locũ, qui ligatis manibus, & pedibus proijcitur in tenebras exteriores? Et erũt profecto nouissima hois illius pe iora prioribus, qñ qui prius bestijs æquabat, nunc & postponitur. Puto q; & in ſſenti vita, si bene aduertas, posteriorem ire pecoribus hoſem iudicabis. An non siquidẽ tibi videtur ipſis bestijs quodãmodo bestialiẽ esse hõ ratione vigens, & ratiõe nõ viuens? Cõuincitur ergo ire post greges hõ, & nunc quidẽ deprauatione naturæ, postmodũ aũt & extremitate pœnæ.

Cant. 4. c. Quid autem guttur mystice significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Canticorum, Guttur tuum sicut vinũ optimum: In gutture, inquit, vox est. Per guttur ergo ipſa ſdicatio iterum designatur, quæ quasi vinum optimum esse dicitur, quia mẽtes hominum inebriat, vt præteritorum obliuiscantur, & in anteriora currentes, non lassentur. Quo pacto au-

Cant. 5. d. tem exponatur illud Canticorũ, Et fructus eius dulcis gutturi meo, dictũ est in dictione, Fructus. Et exponens illud Canticorum, Guttur illius suauissimũ, & totus desiderabilis: Per gutur quippe, ait, voces transeruntur, & sapores in ventrem hauriuntur. Quid ergo per gutturi sponſi, nisi testamẽtum Christi intelligitur, per quod Christus nobis loquitur, & in quo quam suauis est dominus, à fidelibus gustatur? Totus ergo desiderabilis existit, quia per hoc quod de eo bona omnia anima sancta audit, magis ac magis semper eum videre cõcupiscit.

Et diuus Hieronymus exponens illud Prouerbiorum, Circunda eas gutturi tuo, & describe

Prou. 3. a. eas in tabulis cordis tui: In gutture, inquit, organum vocis, in tabulis cordis, laritudinem insinuat cogitationis. Sit ergo virtus misericordiæ, & veritatis, radici infixa mentis, premarur & voce loquentis, vt & occulte insi pectori arcana placeant intentionis, & proximos iuuent officia locutionis. Bene autem virtutes circundari docet gutturi, quum vox loquẽtis potius intus in gutture fieri soleat, quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extra circundat. Nam quo alios ad bene viuendum suscitat, eo ad bene agendum, & opera prædicantis ligat, ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat. Et sic expẽnit illud Prouerbiorum: Liga ea (nempe præcepta) in corde tuo iugiter, circunda gutturi tuo, id est,

Pro. 6. c. in cogitatione præcepta dei fixa retine, & loquelam tuam horũ vtiq; dulcedine, ne forte lingua labaris, communito. Et exponens illud Prouerbiorum, Quando sederis, vt comedas cũ principe, diligenter attende, quæ posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes animam tuam in potestate: Per allegoriam, inquit, cũcta dicũtur. Quando sederis ad legendum cum magistro, vt vero pane verbi reficiaris, diligenter intelligas quæ scripta sunt, & discretionem sacræ lectionis in tua locutione conserua, si tamen talis es, tantumq; eruditus, qui in potestate habeas animam tuam, nec quasi indoctus mẽte tua circumferaris omni vento doctrinæ. Guttur nanq; pro loquela posuit, quia vox in gutture est. Cultrum pro discretione, quia cibo quum reficimur, cultro secante præparamus. Et sedens, vt comedat, cultrum in gutture suo statuit quando is, qui diuina sedulus meditatur eloquia, discreta ex ore verba depromit, nec alia sæpius in lingua, quàm cœlestis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius est facere, qui in potestate habet animam suam, id est, immobilem inter cre-

Iere. 2. e. rores fallentium sapientis animæ statum seruare didicit. Et exponens illud Hieremiæ, Prohi-
Exod. 12. b be pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti: Pascha, inquit, facturi, calciamen tã iubẽtur
Ephes. 6. c habere in pedibus. Et Apostolus calciatos prædicat pedes eorum, qui euangelio præparantur, nedum per seculi huius solitudinem gradiuntur, venenatis pateant animantibus, quæ de-

Iohan. 7. f. bent Euangelico pede calcari, & conteri. Guttur prohibemus a siti, quando saluatoris præcepta implemus, dicentis: Qui sitit, veniat ad me, & bibat.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS, AD mysticos sacræ scripturæ sensus.

Quid habitaculum, siue habitatio, habitare mystice significent. Cap. I.

HAbitaculũ scilicet Dei, cælũ significat, iuxta illud Esaiæ: Attende de cœlo, & vide de habitaculo sctõ tuo & gloriæ tuæ. Cœlũ (inquit Hieron.) dicit habitaculum sanctum, & domus gloriæ eius, iuxta illud: Cælũ mihi thronus est, terra autẽ scabellum pedum meorũ. Et alio in loco: Qui habitat in cælis, irridebit eos. Et rursum: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Non quo omnipotẽs Deus, qui tenet cœlum palmo, & terram pugillo, vllo claudatur loco, sed quo quæ sanctiora sunt, illius locus, & habitaculum esse dicãtur. Denique Salomon, qui ędificauit domũ dei ad eum præcans loquitur: Cœli cœlorum, & terra non sufficiunt tibi, Et in oratione dominica dicitur: Fiat voluntas tua

tas tua sicut in cœlo & in terra. Vbicumque ergo fit voluntas Dei, illud est habitaculum eius & domus dei. Et exponens illud Prouerbiorũ, Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, & imprudens hõ dissipabit illud: Claritas (inquit) bonorũ operũ Deo semper amabilis, & pinguedo dilectionis in sanctorũ ecclesia refulget. Verũ reprobi non tm̃ virtutes se nõ assequi, sed & persequi, & quantum valent in bonis obruere festinant. Potest sane hic versus & de quolibet martyrum accipi, in cuius habitaculo, id est, corpore anima sancta, Dei velut thesaurus, seruetur, abundat & vnctio gratiæ spiritualis. At persecutor imprudens huiusmodi habitaculum disrumpere potest, thesaurum vero, qui habitaculo tenebatur, & Deum neq; quaquam tãgere potest, vt dominus docet: Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Et exponens illud Psalmistæ, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculum hic pro æternitate accipimus, quamuis in alijs lo- Mat. 10. d Psal. 14. a.
cis opera intelligatur, quia hic in tabernaculo ſſenti, quod est ecclesia, multi habitãt corpore, & non fide, quia hic dum inferiores sumus, quasi in tabernaculo consistimus, vsquequo post victoriam in domum perueniamur. Et alio in loco: De ſparato (inquit) habitaculo suo, respexit super oẽs qui habitant terrã. vbi Cassiodorus hoc pacto scribit: De futuro corpore dñi tunc dicebat: Nam, dum oĩa, quę ordine viuente succedunt in ſdestinatione fuerint constituta, quantomagis incarnationis eius miraculum ante secula probatur fuisse dispositum, quod periclitanti mundo, quem disposuerat facere, poterat subuenire? Et Augusti, De ſparato &c. Augusti.
Vidit nos de Apostolis, vidit nos de ſdicatoribus veritatis, vidit nos de angelis, quos ad nos misit. Hæc omnia domus eius, hęc omnia habitaculum eius, quia hæc omnia cœli, qui enarrãt gloriam Dei. Respexit super omnes, qui habitant terram. Ipsi sunt, sui sunt. Gens illa est beata, cuius est dominus deus eorum, populus ille est, quem elegit dominus in hæreditatem ſbi, quia per omnes terras est, & non est in parte. Et diuus Hieron. exponens illud Abacuc prio. Psal. 18. a. Psal. 32. c.
Quia ecce ego suscitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideant tabernacula nõ sua, hoc modo scribit: Omnis rationabilis anima, licet per vitium & culpam suam hospitium facta sit Chaldæorum, id est, dæmonum, tamen per naturam tabernaculum dei est. Et quanquam in euangelio pessimus dæmon loquatur, Vadam in domũ meam vnde exiui, non est ei credendum. Siquidem nulla rationabilis creatura ad hoc facta est, vt habitaculũ dæmonis fit. Et diuus Hieron. in epistola ad Celãtiam: Nihil (inquit) quietius, nihil purius, nihil deniq; pulchrius ea mente esse debet, quæ in Dei habitaculum ſparanda est, quẽ non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectãt, sed anima ornata virtutibus. Ideo & templũ dei sanctorũ corda dicuntur, affirmante Apostolo, qui ait: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum deus. Templũ enim dei sanctũ est, ąd quod habitare nõ potest creatura, nisi deus, & sermo eius in spiritu sancto, sicut ad quosdam loquitur pater: Inhabitabo in eis, & inambulabo. Et ad ipsum quidem dirigit vocem. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. Altus quippe in altis habitat vniuersæ conditor creaturæ. Habitat vero & vnigenitus filius in mente pura, & corde credentium. Per fidem quippe habitare Christum in interiori homine. In spiritu ait Apostolus, ita scribens in spiritu, In interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Ipse quoq; de se loquitur: Viuit in me Christus. Et iterum, Qui in me loquitur Christus. Et saluator: Veniemus (inquit) ego & pater (haud dubium quin ad eum, qui ſcepta eius seruauerit) & mansionẽ apud eum faciemus. 2. Cor. 6. d.
Porro sic sermo iste contexitur: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. In alio quoq; loco oĩs natura rationalium creaturarum, domus dicitur saluatoris. Sicut aũt super domũ suam dñs Ie-
sus, cuius domus sumus nos, ita domus Christi templum dei est, in quo spiritus eiusdem inhabitat dei. Scribẽs quoq; Corinthijs Paulus, ait: Nescitis, quia tẽplum dei estis, & spũs dei habitat in vobis? Si autem in domo & templo, quo pater & saluator inhabitat, ilico inuenitur & 1. Cor. 3. d.
spũs sanctus, ex hoc indiuisa trinitatis substãtia demonstratur. Et post non multa eiusdem epistolæ: Nescitis, inquit, quia corpora vestra templũ sunt spũs sancti, quem habetis à deo? Quũ ergo spũs sanctus similiter vt pater, & filius mentẽ, & interiorem hoĩem inhabitare doceatur, nõ dicam ineptũ, sed impiũ est, eũ dicere creaturã. Disciplinas quippe, virtutes dico, & artes, & hois contrarias perturbatiões, & imperitias, & affectus in animabus habitare ſossibile est, nõ tamen vt substantiuas, sed vt accidentes. Creatã vero naturã in sensu habitare, impossibile est. Quod si verum est, & spũs sanctus absq; vlla ambiguitate subsistens, animæ est habitator, & cordis, nulli dubium ſst, quin cum patre, & filio credi debeat increatus.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid hamus, hasta, mystice significent. Caput II.

Iob.40.d. QVid hamus mystice significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Iob, An extrahere poteris Leuiathan hamo? Leuiathan (inquit) additamẽtum eorũ dicitur, i. homi-
num, quibus semel culpam fuarii cationis intulit, & hanc vsq; ad æternam mortẽ quotidie
pessimis suggestiõibus extendit. Sed Leuiathan iste (id est diabolus) hamo captus est, quia in
redemptore nostro, dũ per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis eũ aculeus per-
forauit. Quasi hamus quippe fauces glutientis tenuit, dum in illo & esca carnis patuit, quam
deuorator appeteret, & diuinitas passionis tẽpore latuit, quæ necaret. In hac quippe aquarũ
abysso, id est, in hac immensitate generis humani ad omniũ mortem inhians, vitã pene oĩm
voraris, huc, illucq; aperto ore cetus iste ferebatur, sed ad mortẽ ceti istius, hamus in hac aqua-
rum profunditate caliginosa, mira est dispositione suspensus, quem in his aquis humani ge-
nis dependentem aperto ore iste cetus expeteret, sed eo per satellitum suorũ sæuitiã morso, mor-
dendi vires vlterius non habuit. Hamus hic, raptoris fauces tenuit, & sese mordentẽ, momor-
Iob.40.d. dit. Incarnationem igitur vnigeniti filij fideli famulo indicans Deus, ait: An extrahere &c. et,
subaudis, vt ego, qui ad raptoris mortem incarnatum vnigenitũ filium mitto, in quo, dum
mortalis caro conspicitur, & immortalitatis potentia non videtur, quasi hamus quidã inde-
uorantẽ perimit, vnde acumen potentiæ, quo transfigat, occultat. Et homil. xxv. Per Le-
uiathan quod additamentum eorum dicitur, cetus ille deuorator humani generis designatur:
in hamo autem esca ostenditur, aculeus occultatur. Hunc ergo pater omnipotens hamo ce-
pit, quia ad mortem illius vnigenitum filium incarnatũ misit, in quo & caro passibilis videri
posset, & diuinitas impassibilis videri non posset. Quumq; in eo serpens iste per manus se-
quentium escam corporis momordit, diuinitatis eum aculeus perforauit. Prius vero eum
in miraculis deum cognouerat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc
passibilem vidit. In hamo ergo huius incarnationis factus est, quia dum in illo expertus escam
corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad se deuora-
rem duceret: ibi diuinitas, quæ perforaret: Ibi aperta infirmitas, quę prouocaret: ibi occulta
virtus, quæ raptoris faucem transfigeret. Et in symbolo Rufini: Sicut hamum esca conte-
ctum, si piscis rapiat, non modo escam ab hamo non remouet, sed & ipse de profundo, ela-
lijs futurus, educitur: ita & is, qui habebat mortis imperium, rapuit quidẽ in morte corpus
Iesu, non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum: sed vbi deuorauit, hæsit ipse continuo,
& diruptis inferni claustris, velut de profundo extractus trahitur, vt esca cæteris fiat. Quod
Iob.40.d. ita futurum sub hac eadem figura Ezechiel dudum propheta significauerat, dicens: Et ex-
traham te in hamo meo, & extendam te super terram: & Iob de eodem mysterio similiter
protestatur. Ait enim ex persona domini loquentis ad se: Aut adducis draconem in hamo,
aut ponis capistrum circa nares eius? Non ergo damno aliquo, aut iniuria diuinitatis Chri-
stus in carne patitur, sed vt per infirmitatẽ carnis operaretur salutem, diuina natura in mor-
tem descendit, non vt lege mortalium detineretur à morte, sed vt per sese resurrectiuras ia-
nuas mortis aperiret, velut si quis rex pergat ad carcerem, & ingressus aperiat ianuas, reso-
uat catenas, vincula, seras, & claustra comminuat, & educat vinctos in remissionem, & eos q
sedent in tenebris, & vmbra mortis, luci, ac vitæ restituat.

Gregorius. Quid vero hasta mystice significet, diuus Greg. insinuat, lib. xxxiij. Moral. cap. v. expo-
nens illud Iob, Quum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neq; hasta, neque
thorax: Cunctis (inquit) liquet, cp hasta aduersarium percutimus, thorace vero ab aduersario
munimur. Per hastam vulnera inferimus, per thoracem tegimur, ne vulneremur. Quid igit
per hastam, nisi prędicationis iaculum: quid per thoracem, nisi fortitudo patientiæ designa-
tur? Leuiathan ergo iste, quia per assumptum reprobum hominem in ira omnimodæ crude-
litatis effrenatur, apprehendi à gladio dicitur. Nam per ostensionem immensæ tunc fortitu-
dinis exhibet quicquid nequiter potest. Et neq; hasta, neq; thorax subsistere poterit, quia in
Antichristum veniens tantæ virtutis apparebit, vt si supernum adiutorium desit, & præ-
cantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium destruat. Nisi enim iustorum vi-
tam superna gratia solidet, non subsistit hasta, quia prædicatorum virtus frangitur, nõ sub-
sistit thorax, quia constantium patientia dirupta penetratur. Et eodem capite: Et deridebit
(inquit) vibrantem hastam. Contra Leuiathan enim dominus hastã vibrat, quia in eius in-
teritu districtam minatur sententiam. Hastam quippe vibrare, est æternam ei mortem ex ob
stricta animaduersione præparare. Sed apostata spiritus, autorem vitæ etiam cum sua morte
despiciens, hastam vibrantem deridet, quia ex districto iudicio quicquid graue, quicquid hor-
ribile esse

ribile esse præuidet, pati non metuit: sed quo se æterna tormenta non posse euadere cõspicit,
eo in exercenda nequitia durior surgit. Et diuus Hieronymus exponens illud Iob, Super ip-
sum sonabit pharetra, vibrabit hasta, & clypeus: Super exteriorem, & corporeum hominem, Hieronym.
de quo ait propheta: Et subtus me conturbata est hebetudo mea, quasi arcem animam credi- Iob.39.c.
mus, vbi vnusquisq; sanctorum, vt pote in interiore homine suo, tanquam intra pharetram
habet sagittas eloquiorum Dei, quas dum ad cauendum profert, siue dum eas frequẽti correp
tione, veluti tela pungentia educit in medium, percussurus vtique earum ictibus eos, qui meri
to ad salutem debeant vulnerari. Super ipsum (inquam) eloquiorum Dei resonat pharetra, q
tamen in commotione fit ambulantis. Vbi intelligitur, quod is recte psallat, & corripiat delin
quentes, cuius in anteriora quotidie profectus est sanctitatis. Sic enim Apostolus magnus, &
potens equus dñi ait: Vnum autem quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quę in ante
sunt extendens. Siue vt breuius, & manifestius dicam: Pharetra hæc locus est cordis, in q̃ ser-
monum Dei sagittæ conditæ sunt & repositæ. Et signanter ait dominus: Super ipsum, id est,
equum sonare hanc pharetram, quod est super exteriorem hominem eius pharetra cordis il-
lius referta, diuinis eloquijs regnat, dum vt bellator domini, & fortis in prælio euãgelizat ver
bum virtute multa. Super hunc equum nihilominus vibratur hasta & clypeus. Hasta est vigi-
lans animi virtus, siue constantia, quæ increpat peccatores, siue vitia in se confodienda morti-
ficat. Clypeus vero, scutũ fidei est, in q̃ omnia tela nequissimi ignea possit extinguere. Et hæc
propter desinentem vsum bellandi, vibrare dicuntur, quæ sint vtiq; in exercitatione præpa-
rata. Nam de talibus armis fulgentibus, ita dicitur: In lucem iacula tua ibunt, in splendorem
coruscationis annorum tuorum.

Quid herba mystice figificet. Cap. III

Gregorius QVid herba mystice significet, diuus Gregorius libro Moraliũ vigesimonono, capite de
cimooctauo, exponens illud Iob, Et produceret herbas virentes, hoc pacto declarat:
In scriptura (inquit) sacra, aliquando herba viror gloriæ temporalis accipitur, sicut pro-
pheta ait: Mane sicut herba transeat, mane floreat, & pertranseat. Mane nanque sicut
herba florere, atque transire, est in prosperitate huius sæculi temporalis gloriæ decus ve-
lociter arescere. Herba quoque refectio diaboli accipitur, sicut de illo à domino dicitur: Hu-
ie montes herbas ferunt. Ac si diceret: Superbi, ac tumidi, dum se illicitis cogitationibus, atq;
actionibus efferunt, suis illum iniquitatibus pascunt. Huic herbas ferunt, quia suas illi offe-
runt fluxas, & lubricas voluptates. Erunt enĩ (ait Apostolus) homines seipsos amantes. Quo
rum descriptionem complexus est, dicens: Voluptatum amatores magis, quam Dei. Quæ est
ergo herba montium, nisi voluptas fluxa, quæ ex corde gignitur superborum? Quia nisi De
um superbiendo contemnerent, nequaquam tot lubrica lasciuiendo perpetrarent. Quibus ni
mirum herbis iste Behemoth pascitur, quia in eis pœnam æternę mortis esuriens eorũ per-
ditis moribus satiatur. Superbi enim huius sæculi, & si quando supernæ dispensationis ordi-
ne præpediti, ab expletione prauorum operum cessant, praua tñ in cogitatione multiplicãt,
modo vt se potentiores cæteris rebus, & honoribus ostendant, modo vt eandem suam potẽ
tiã in studio alienæ læsionis exerceant, modo vt lubricis motibus ducti, per læuia se facta, volu
ptatesq; dissoluant. Qui dum rebus diuinitus acceptis, nequaquam recta, sed praua sp agere
cogitant, quid aliud faciunt, nisi suis cõtra Deũ donis pugnant? Quia igit Behemoth iste in su-
perborum mentibus sua semper defideria recognoscit, quasi herbas in mõtibus inuenit, qui-
bus refectũ suæ malitiæ ventrem tendit. Herba insuper sustentatio prędicantiũ demonstrat,
quũ dicitur, Qui producit in montibus fœnũ, & herbã, seruituti hominũ. In mõtibus qppe
fœnum & seruituti hominũ herba producitur, quũ sublimes huius sęculi ad fidei cognitionẽ
vocati sanctis fidicatoribus in huius vitæ itinere transitoria alimenta largiunt. Herba bona
operatio ponitur, sicut scriptum est, Germinet terra herbam virentem. Quod licet in condi-
tione mũdi ita historice factum teneamus, terrã tamen Ecclesiã figurasse nõ incõuenienter acci-
pimus, quæ in eo germinauit herbam virentẽ, in q̃ ad verbũ Dei fœcunda misericordię ope-
ra protulit. Herbam aliquando scientiam, atque doctrinã æternæ viriditatis accipimus, sicut
p Hieremiã dicitur: Onagri steterũt in rupibus traxerũt vẽtos, quasi dracones, defecerũt ocu- Hiere.14.a
li eorum, quia non erat herba. Quo dicto superba, ac nequissima Iudæorũ est persecutio pro
phetata. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro virulẽta cogitatione voca
ti sunt. Qui steterunt in rupibus, quia non in deo, sed in summis potestatibus huius mundi cõ
fisi sunt, dicentes: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Traxerunt ventos quasi dracones, qa
spiritu elationis inflati, superbia malitiosa tumuerunt. Defecerunt oculi eorũ, quia scilicet spes

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum ab eo, quod intendebat, corruit. Qui temporalia diligens, præstolari æterna neglexit, & terrena, ideo quia Deo præposuit, amisit. Dixerunt enim: Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum regnum & gentem. Timuerunt ne locũ, non occiso domino perderent, & tamen occiso perdiderũt. Sed cur ista miseris euenerint, sub
Iohan. ii. f. dit: Quia non erat herba, id est, quia eorum cordibus defuit æternitatis scientia, & nullo eos refecit pabulo viriditatis internæ doctrina. Hoc igitur loco qd aliud virentes herbas, nisi sanctæ doctrinæ scientiam, vel congruas operationes accipimus? Deserta igitur terra compluitur, vt ab ea virentes herbæ producantur, quia dum sanctæ prædicationis imbrem gentilitas percepit & vitæ opera & doctrinæ verba germinauit. Ista viriditas voce prophetica desertæ terræ pollicetur, quum dicitur: In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur vi-
Ibi. 35. c. ror calami, & iunci. Quid enim per calamum, nisi prædicatores, quid per iuncum, qui iuxta aquę humorem semper nascitur, nisi pusilli, ac teneri auditores sacri eloquij designantur? In draconũ ergo cubilibus viror calami, & iunci oritur, quia in eis populis quos antiqui hostis mali tia possidebat, & doctorũ scientia, & auditorum obedientia coaceruatur. Hæc tamen quæ generaliter de gentilitate dicta sunt, si solerter inspicimus, intra finum sanctæ Ecclesiæ agi in singulis videmus. Sunt enim pleriq; ad verba Dei valde insensibiles, qui fidei quidẽ nomine consentiunt, verba vitæ auribus audiunt, sed ea trãsire vsq; ad interna cordis minime permittunt. Hi quid aliud quam deserta terra sunt? Quæ scilicet terra hominem non habet, quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortalium in hac terra commoratur, quia & si quãdo in eorum conscientia rationabiliũ sensuum cogitationes veniunt, non perfistũt. Prauæ enim de-
fideria in eorum cordibus sedem inueniunt: recta vero, si quando venerint, ac si impellãtur, de-
Iob 38. c. currũt. Sed quum misericors Deus imbri suo cursum & sonanti tonitruo viam dare dignatur, compuncti per internam gratiam verbis vitę aures cordis aperiunt. Et impletur terra in via, quia dum præbet auditum verbo, cumulatur mysterio. Et producit herbas virentes, quia per gratiam compũctionis infusa prædicationis verba non solum libenter recipit, sed etiam vberrim reddit, vt quod audire non poterat, iam loqui concupiscat, & quę non audiendo etiam intrinsecus aruerat, iam loquendo quę sancta sunt, viriditate sua quoslibet esurientes pascat. Vnde bene per prophetam dicitur: Emitte spiritũ tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sic enim fit facies terræ virtute renouationis immutatur, dum ficca dudũ mens gratia vi-
Iob 30. a. riente compluitur, & post ariditatem pristinam, quasi productis herbis, scientię viriditate vestitur. Et exponens illud Iob, Et mandebant herbas & arborum cortices: Quid (inquit) per herbas, nisi tenera, ac terrę proxima bene inchoantium vitas? Et quid per arborum cortices, nisi exteriora opera eorum, qui iã sublimia appetunt, designantur? Praui nanq; cũ recta inchoantes aspiciunt, aut irridendo, aut quasi consulendo contradicunt. Quum vero iam quibusdã pensant adsumma proficere, quia eorum profectus funditus dissipare nequeunt, à quibusdã illos suis operibus diuertunt. Herbas itaque eis, & arborum cortices mandere, est vel studia bene inchoantium, vel operationes quorundam iam more arborum, ad superiora tendentium, pestiferis persuasionibus, quasi quibusdam malitiæ suę dentibus, dissipare. Herbas mandunt reprobi, quum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoq; cortices mandit, quum manu peruersi consilij à vita recte credentium tegmen bonorum operum subtrahit. Hos autem in quibusdam actibus, velut arbores, expoliant: illos vero, velut herbas (quia despicientes trahunt) quasi quę calcant, comedunt. Quorundam iam fortitudinem in altitudinem ex parte demoliuntur, quorundam vero tenerituditem, & adhuc in imis positam penitus conterunt. Dicat igitur: Mandebant herbas, & arborum cortices, quia prauis irrisionibus in nonnullis exteriora opera, in nonnullis autem perspem virentia corda dissipant. Vel certe herbas mandere, est leuia quædam, ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum vero cortices edere, est eorum opera superficietenus agere, sed intentionem rectam, in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nonnulli, qui dum præsentis mundi gloriam eiusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt, habitum venerationis sumunt, imitatores antiquorum patrum videri concupiscunt, & quędam quidem parua, ac leuia peragunt: sed eorum fortia, & quę ex solius charitatis radice prodeunt, imitari contemnunt. Hi videlicet herbas ędunt, quia magna negligunt, & vilibus satiantur. Plerunq; tñ etiam quædam quasi robustiora opera exercent, sed intentionem rectã in eisdẽ operibus nõ tenent. Quibus profecto arborũ cortices mãdere, est exteriores electorũ actus assumere, & intentionem bonã in bonis actibus nõ habere. Dũ enim pro humana laude recta opa exquirũt, dedignantur imitari cor recte operantiũ negligũt, ex solis arborũ corticibus replẽtur. Tota nanq; deside-

rio præsentis vitæ gloriam, vel abundantiã quęrunt. Et capi. xl. Possunt quoq; p herbas, atq; arborum cortices in hac vita cõsolationes, ac prosperitates intelligi. Sæpe enim omnipotens deus electos suos, cũ donis interioribus ditat, exterioribus etiam honoribus subleuat. Quũq; eos pferendo cęteris honorabiles reddit, latius imitabiles ostẽdit, & nonnunq; praui eorũ quidẽ vitã despiciunt, sed felicitatẽ in hoc mundo assequi concupiscunt. Quia igit blandimẽta hic transitoriæ cõsolationis q̃runt, herbas comedunt, quia in cogitationibus suis exteriorẽ eorũ gloriam meditantur, arborũ cortices mandunt. Et exponens illud Iob. Quum adhuc sit in Iob. 8. c.
flore, nec carpatur manu, ante oẽs herbas arescit, hoc pacto scribit lib. octauo Moral. cap. vi gesimooctauo: luxta carnem (inquit) & iusti herba sunt, propheta attestante, qui ait: Omnis caro fœnum. Sed ante oẽs herbas arescere scirpus dicitur, quia iustis in bono suo pmanentibus à viriditate assumptæ rectitudinis, hypocritarũ vita siccatur. Arescunt herbæ etiam reliquę, quia iustorũ opera cũ carnis vita deficiunt. Sed herbarũ ariditatem scirpus puenit, quia prius quam de carne hypocrita transeat, ea, q̃ in se ostenderat, virtutum facta, dereliquit, de qbus etiam bene per Psalmistam dicitur: Fiant sicut fœnum ædificiorũ, quod priusquã euellatur, exaruit. Fœnum quippe ędificij in alto nascitur, sed nequaq̃ pingui radice solidatur, qa & hypocrita summa quidẽ agere cernitur, sed nõ in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum & nõ euulsum citius arescit, quia videlicet hypocrita & in psenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera, quasi viriditatis speciem amittit. Quia enim sine intentione rectæ cogitationis bona studuit agere, hæc amittens, iudicat se fine radice floruisse. Herba q̃q incarnationem domini designat, vt dictum est in dictione, Fœnum.

De eadem herba. Caput IIII.

ORigenes quoq; exponens illud Geneseos. Ecce dedi vobis omne fœnum &c. siue oẽm Gene. 1. d
herbam: Secundum allegoriam (inquit) herba terrę, & fructus eius qui ad escam hominibus indulget, potest de affectibus intelligi corporalibus. Verbi causa: Ira, & cõcupiscentia germen est corporis. Huius germinis fructus, id est, opus in nobis rationibus, & bestijs terræ cõmunis est. Nam quando irascimur ad iustitiam, id est, ad correctionem delinquentis, & emendationem salutis eius, isto fructu terræ vescimur, & cibus noster iracũdia corporalis efficitur, per quam reprimimus peccatum, iustitiam reparamus. Et ne tibi videamur hæc de nostro potius sensu, quàm diuinæ scripturæ autoritate proferre, redi ad librum Numerorum, & recordare quid egerit Phinees sacerdos, qui quum Madianitę gentis meretricem cũ Israelita viro sub oculis omnium impuris vidisset inhærere complexibus, ira diuinæ æmulationis impletus, arreptum gladium per vtriusq; pectus exercuit. Quod opus reputatũ est ei ad iustitiam, dicente domino: Phinees sedauit furorem meum, & reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus irę terrenus noster fit cibus, quum eo rationabiliter vtimur ad iustitiam. Si vero irrationabiliter agitur ira, aut innocẽtes puniat, vt efferuescat in eos, qui nihil delinquunt, iste cibus erit bestiarum agri, & serpentum terræ, & volucrum cæli. His etenim dæmones nutriuntur cibis, qui malis nostris actibus & pascuntur, & fauent. Indicium nanque est huius operis Cain, qui innocentem fratrem ira decepit inuidiæ. Similiter etiam de concupiscẽtia & de singulis huiusce modi affectibus sentiendum est. Quum enim concupiscit, & deficit anima nostra ad deum viuum, noster cibus est concupiscentia. Quum autem vel alienam mulierem ad concupiscendum videmus, vel aliquid rerum proximi cõcupiscimus, bestialis cibus efficitur concupiscentia, sicut exemplo potest esse concupiscentia Achab, & factum Iezabel de vinea Mach. 5. d
Naburthæi Israelitæ. Obseruanda sane est sanctæ scripturæ etiam in verborũ ratiõe cautela, quæ quũ de hoibus dixisset, Quia dixit deus, Ecce dedi vobis omne semen seminale, q̃d est super terram, & omne lignum, q̃d est super terram, vobis erit ad escã, de bestijs nõ dixit, Quia dedi eis escam hæc omnia: sed, Erit illis ad escam. vt secdm spiritualem rationem quam exponimus, affectus isti intelligantur, homini quidem a deo dati esse, pnunciari tñ a deo, cp erunt etiam bestijs terræ in cibũ. Ideo ergo cautissimo vsa est sermone scriptura diuina, quæ hominibus quidem ait, dicere Deum Dedi vobis hæc ad escam. Vbi aũt ad bestias venit, non iubentis, sed quasi pdicentis significatione dicit: Quia hæc erunt etiam bestijs, & volucribus, & serpentibus ad escam. Sed nos secundũ Apostoli Pauli sententiã attendamus lectioni, vt possi- 2. Cor. 2. d
mus (sicut ipse ait) sensum Christi accipere, & scire quæ a Deo donata sunt nobis, & q̃ nobis ad escam data sunt. Nõ faciamus escas porcorũ, vel canũ, sed tales eas pparemus in nobis, qui bus dignum sit suscipi iu hospitio cordis nostri verbum, ac filium Dei venientẽ cũ patre suo, & volentem facere apud nos mansionẽ in spirituscto, cuius prius templũ per sanctitatẽ debemus existere. Et diuus Hieron. exponens illud Hieremiæ, Si laueris te nitro, & multiplicaue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris tibi herbam Borith, maculata es iniquitate tua coram me, hoc pacto scribit: Pro herba Borith, quam nos, vt in Hebræo posita est, vertimus, septuaginta transtulerunt poan, vt significarent herbam fullonum, quæ iuxta ritum prouinciæ Palestinæ in virentibus, & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eandem vim habet, quam & nitrū: Nitrem autem nostrū, & herba fullonis, pœnitentia est. Ecclesiasticus quoq; sermo, qui arguit, & increpat, & corrigit delinquētes, mordacioris nitri habet similitudinem: qui vero leui peccatorū sorde maculatus est, leuioribus purgatur monitis. Porro peccata grauia, quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec herba Borith dilui possunt, sed grauioribus tormētis irrigent. Vniuscuiusq; enī opus quale fit, ignis probabit, & in igne reuelabit. Pulchreq; addidit, Maculata es in iniquitate tua
3.Esr.3.c. in cōspectu meo, q; etiā si hominibus munda videaris, mihi munda nō sis, qui noui cōscientias
Psal.31.a. singulorum. Vnde & in alio loco dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quid hericius, herodiusq; mystice significent. Cap. V.

HEricius quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro trigesimotertio Moralium, capite trigesimosecundo, citans illud Esaiæ, Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam hericius: Per lamiam (inquit) hypocritæ, per hericium vero, malitiosi quiq; qui diuersis se defensiōibus cōtegunt, designatur. Lamia etenim habere dicitur faciem, sed corpus bestiale, sic & omne hypocritæ in prima facie q̄d ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est, sed bestiale est corpus quod sequit, quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie moliuntur. Hericij autem nomine malitiosarū mentium defensio designatur, quia videlicet herecius, quum apprehenditur, eius & caput cernitur, & pedes videntur, & corpus cōte inspicitur: sed mox vt apprehēsus fuerit, semetipsum in spheram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit, & intra tenentis manum, totum simul amittitur, quod totū simul ante videbatur. Sic nimirum sic malitiosæ mentes sunt, quum in suis excessibus comprehēdun
tur. Caput enim hericij cernitur, quia quo initio peccator ad culpam accesserat, videtur. Pedes hericij conspiciuntur, quoniam quibus vestigijs nequitia sit perpetrata, cognoscitur, & tamen adductis repente excusationibus, malitiosa mens retrorsus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis suæ vestigia abscondit. Caput subtrahit, quia miris defensionibus nec inchoasse le prauum aliquid ostendit, & quasi sphera in manu tenētis remanet, quia is qui corripit, cuncta, quæ iam cognouerat, subito amittens, inuolutum intra conscientiam peccatorem tenet, & qui totum iam deprehendendo viderat, tergiuersatione prauæ defensionis illusus, totū pariter ignorat. Foueam ergo herecius in reprobis habet, quia malitiosa mēs sese intra colligēs in tenebris defensionis abscondit. Sed in hoc, quod se peccator excusat, in hoc, quod caligi-
nosis defensionibus fixum in se oculum corripientis obnubilat, diuinus nobis sermo etiam quomodo à similibus fulciatur, ostendit. Idem fere scribit in tertia parte Pastoralis admonitione duodecima. Et psalmo ciij. scriptum est: Petra refugium herinacijs, siue hericijs. Hericius animal est spinis coopertum. Spinæ sunt peccatores (inquit Augustinus.) Qui peccat quotidie, etiam si non magna peccata, spinis minutissimis coopertus est. Cōfiteantur hericij peccata sua, & petra Christus erit eis refugium, qui illos dicere docuit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et Cassiodorus: Hericius animal timidum, natura prouidente semper armatum, cuius cutem inuicem setarum fudes acutissimæ, dimissimæq; communiunt. Hinc competenter aptatur, qui peccatis suis hispidus, futura iudicia metuens, petram Christum firmissimum nosci tur habere refugium.

Gregorius 2. Iob. 29. b. Herodius quid mystice significet, D. insinuat Gregor. lib. xxxi. Moral. cap. vi. exponens illud Iob, Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris: Quis herodium & accipitrem nesciat, aues reliquas quanto volatus sui velocitate transcendant? Struthio vero pēnæ eorū similitudinem, sed volatus eorū celeritatem nō habet. A terra quippe eleuari nō valet, & alas quasi ad volatū specie tenus erigit, sed tamen nunq̄ se a terra volādo sustēdit. Ita sunt nimirū oēs hypocritæ, qui dum bonorum vitam simulant, imitationem sanctæ cōuersationis habent, sed veritatem sanctę actionis nō habent. Habent quippe volandi pennas per speciē, sed in terra repunt per actionē, quia alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarū scelerum pōdere p̄grauati, nullatenus à culpa subleuantur. Speciem nāq; pharisæorū reprobis
Matth.23.c dīs, quasi struthionis pennā redarguit, quæ in opere aliud exercuit, & in colore aliud ostendit, dicens: Væ vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparetis hoibus apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorū: ita & vos foris quidem hoibus iusti, intus vero pleni estis auaritia, & iniqtate. Ac si diceret: Subleuare vos videtur species pēnæ, sed in infimis vos deprimit pōdus vitę. De hoc pōdere p̄ prophetā dicitur:

dicitur: Filij hoim vsquequo graui corde? Huius struthiōis conuersurum se hypocrisim dās pollicetur, quum per prophetā dicit: Glorificabunt me bestiæ agri, dracones, & struthiones. Quid enim draconū noie, nisi in aperto malitioſę mentes exprimuntur, quæ per terrā semper in infimis cogitationibus repunt? Quid vero per struthionū vocabulū, nisi hi, qui se bonos simulant, designantur, qui sanctitatis vitā quasi volatus pennā per speciem retinent, sed per opera non exercent? Glorificari itaq; se dominus à dracone, vel struthiōe asserit, quia & aperte malos, & ficte bonos plerunq; ad sua obsequia ex intima cogitatione conuertit. Vel certe agri bestiæ, id est, dracones, struthionesq; dominū glorificant, quum fidem, quæ in illo est, ea quæ in hoc mundo dudum membrū diaboli fuerat, gentilitas exaltat. Quam & propter malitiam draconum nomine exprobrat, & propter hypocrisim, vocabulo struthionū vocat. Quasi enim pennas accepit gentilitas, sed volare non potuit, quæ & naturam rationis habuit, & actionem rationis ignorauit. Habemus adhuc quod in consideratione struthionis huius de accipitre, & herodio attentius perpendamus. Accipitris quippe, & herodij parua sunt corpora, sed pēnis densioribus fulta, & idcirco cum celeritate transuolant, quia eis parū ineſt, quod aggrauat, multū, quod leuat. At contra struthio raris pennis induitur, & immani corpore grauatur, vt & si volare appetat, ipsa pennarum paucitas molem tanti corporis in aere non suspendat. Bene ergo in herodio, & accipitre electorum persona signatur, q; quam diu in hac vita sunt, sine quantulocunq; culpæ contagio esse non possunt. Sed quum eis parū quid ineſt, quod deprimit, multa virtus bonæ actionis suppetit, quæ illos in superna sustollit. At contra hypocrita & si facit pauca, quæ eleuent, perpetrat multa, quæ grauent. Neque enim nulla bona agit hypocrita, sed quibus ea ipsa deprimat, multa peruersa committit. Pauca igitur pennæ corpus struthionis non subleuāt, quia paruum bonum hypocrytæ, multitudo prauæ actionis grauat. Hæc quoq; ipsa struthionis penna ad pennas herodij, & accipitris similitudinem coloris habet, virtutis vero similitudinem non habet. Illorum nanq; conclusæ, & firmiores sunt, & volatu aerem premere virtute suæ soliditatis possunt. At contra struthionis pennæ dissolutæ, eo volatum sumere nequeunt, quo ab ipso, quem premere debuerant, aere transcenduntur. Quid ergo in his aspicimus, nisi quod electorum virtutes solidæ euolant, vt ventos humani fauoris premant? Hypocritarum vero actio quamlibet recta videatur, volare non sufficit, quia videlicet fluxæ virtutis pennam humanæ laudis aura pertransit. Et capite decimoquinto: Penna struthionis similis est &c. Quid struthionis nomine, nisi synagoga signatur, quæ alas legis habuit, sed corde in infimis crepēs, nunquam se a terra subleuauit? Quid vero per herodium, & accipitrem, nisi antiqui patres exprimuntur, qui ad ea, quę potuerunt intelligendo perspicere, valuerunt etiā viuendo peruolare? Penna igitur struthionis, herodij & accipitris pennæ est similis, quia synagogæ vox priorem doctrinā loquendo tenuit, sed viuendo nescivit. Vnde & eiusdem synagogæ populos de pharisæis, atq; scribis Matth.23.a
veritas admonet, dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite, scdm opera vero eorū nolite facere. Et D. Hiero. Hieronym.
in commentarijs Iob, Penna struthionis &c. Herodiorū genera tria esse dicuntur, vnū hoc albū esse colorem quidam ferunt, aliud vero quasi gruis, quibus dā diuersis coloribus variū, tertium quoque genus nigrum affirmant, q; sit non solum velox, & sæuum ad prædam, verumetiam in coitu impatientissimum, in tantum, vt in tempore coitus ex oculis eius sanguis Psal.103.c.
ebulliat. Herodius in psalmo centesimotertio ita nominatur. Herodij domus dux est eorū, quum de lignis domini prophetā tropicos loquitur. In Deuterono. quoque, & in Leuitico, Deut.14.a
vbi ne aues immundæ in cibum sumantur, Moyses prohibet, & hæc similiter ponitur. Accipitrū etiam aliquot sunt formæ, vel genera. His ergo rapacissimis auibus venatu, & prēda viuentibus, in pennis struthio cōparatur, sicut & alij dixerunt. Struthio mixta, & auis herodio nis, & accipitris. Igitur struthionem secundum spiritualem intelligentiam, sensusq; diuinos, Ecclesiam non absurde sentimus, quæ per lauacrum regenerationis, & verba mūda in Christo effecta est, qui similem quidem pennam habet pennis auium, quæ carnibus vescuntur, et sanguine. Sed illæ remigio alarum in hoc aere velut in pelago id agunt, vt de cæteris auibus prędam capiant. Vnde sub hac figura inimici nostri spirituales intelliguntur. Struthio vero longe dissimili modo pennis suis vtitur, eo quod eas velut per fidem, & speciem duorū testamentorū gubernaculis viuens habitantē extendat. Et exponens illud psalmistæ, Herodij domus &c. Herodius maior est oīnibus volatilibus, qui aquilā vincit, & comedit. Igit talis hō, qui in domo habitat, ducatū p̄beat ad vincendū diabolū, qui aquila sæpe pro diabolo ponit.

Quid heri, & hodie mystice significent. Caput VI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalmus. b. CHristus(vt diuus inquit Ambrosius lib.v.de fide,cap.ij)sicut scriptum est,Heri,& hodie ipse est:Est(inquit)nō solum nomine,sed etiā veritate.Et bene scriptum est,Heri,& hodie ipse est,vt Arrij impietas astruendi sacrilegij locum inuenire non posset.Qui quū legeret in psalmo secundo dicentem filio patrem,Filius meus es tu,ego hodie genui te,adnotaret hodie,non heri,ad æternitatē diuinæ generationis referens,quod de carnis assumptione memoratum est.Sancto igitur spiritu repletus Apostolus,vt illam elideret sęuitatem,ait: Heri, & hodie ipse est,& in sæcula.Heri, propter æternitatem,hodie propter corporis susceptionē.Est ergo Christus,& est sp.Quia enim semper est,est,Christus autem sp est, de quo dicit Moyses,Qui est,misit me.Erat vtiq; Gabriel,erat Raphael,erant Angeli,sed semper esse,qui aliquando non fuerint,nequaquam pari ratione dicuntur.In Christo autē sicut legimus,Nō fuit est,& non,sed est in illo fuit,vnde vere Dei solius est esse,qui semper est. Et libro tertio de sacramētis,capite primo:Habes(inquit)in actibus Apostolorum quod ille versiculus,qui dicitur in psalmo secundo,Filius meus es tu,ego hodie genui te,ad resurrectionem spectare videatur.Natuq; sanctus Apostolus Petrus in actibus Apostolorū sic interpretatus est,quod tunc qñ resurrexit filius à mortuis,patris vox resultauerit,Filius meus es tu, ego hodie genui te.Vnde & primogenitus à mortuis dicitur.Pulchre autem dicit pater ad filium, Ego hodie genui te,hoc est,quando redemisti populū,quando ad cœli regnum vocasti,quando implesti voluntatem meam,probasti me te esse filium.Et Cyrillus lib.i.de trinitate:Diuinus(inq;) ille vir,dicens,Iesus heri,& hodie,idem,& in sæcula,declarat quod semper similiter se habeat, versionisq; adumbrationē,ac vicissitudinē pati nesciat.Et libro de recta fide ad Theodosium, hoc pacto scribit:Vnus(inquit)dominus Iesus Christus, & per ipsum omnia condidit pater. Quapropter & conditor vt Deus & viuificus,vt vita,humane autem,& propriet atibus,quæ supra hominem in vnū quoddam medium compositus.Mediator enim est Dei,& hominū secūm scripturas,natura quidem existens Deus,& nō absq; carne:homo autem vere,& nō fantpliciter sicut nos,sed existens id quod erat,quamuis factus sit caro.Scriptum enim est,quod Iesus Christus hodie,& heri,ipse,& in sæcula. Nonne ex sancta virgine natum esse dicimus, & credimus,in nouissimis sæculi temporibus Emanuelem? Et quō hoc non est verū? Porro q̄ dicit,Heri,& hodie o Christianissime rex,tēpus nobis præsens,& pteritū significat. Quō igitur erat præterito tempore,quamuis secūm carnē,nondū natus sit? Itaq; erat verbū in principio,& quodammō ex æterno & inconuertibili Deo,& patre prodiens, habensq; & ipse in propria natura perpetuitatem,& immutabilitatē.Nunquid nouitiū,& currens cum temporibus incarnationis nomen verbo datū Iesus Christus? Intelligis igitur, quod Christū Iesum nō vniformiter verbum heri,& hodie idem esse dicit,& in secula Quō haberet immutabilitatē,& in identitate durationem hominis natura,quæ motionem & præ alijs productionē ex nihilo adesse,& viuere ferat? Nunquid igitur scriptura sacra aberrauit à vero,& eum qui heri non fuit,prius fuisse dicit? Absit vt ego hoc dicam.Heri enim, & hodie idē & in secula Christus Iesus.Verbū autē antiquissimū,& immobile minime qdē negauerim,quāuis factū sit caro. Opinabor aūt secundū vnionē cū sua carne,tanquā heri existentē & pexistētē significisse ipsum iterum.Quapropter abominabiles quidem erant deliri Iudæi,lapidare ipsum tentantes,fide exclusa. Abhorrebant enim , quum similis nobis videretur homo, dignitatem quæ super hominem de se antiquissimā tribueret,dicens tanq̄ Deus: Amē amē dico vobis, priusq̄ Abraham fieret,ego sum, quando & ad hoc dicebant illi:Quinquaginta annos nōdū habes, & Abraham vidisti? Dicit autem & Iohannes:Hic est de quo dixi vobis,post me venit vir,q ante me factus est,quia prior me erat.Quamuis esse virum eū sciens,& nominans Emanuelem ante ipsum,& priorem fuisse,dicit serius genitum,& post ipsum. Cæterum dicet quis forsitassis,ante ipsum,& priorem fuisse secundum gloriam.Itaq; quemadmodū intelligere possimus, nō longus sermo hoc etiā insyncere,& stulte intelligi docebit.Nā si accesserimus ita priorem esse,vt præstātior sit in gloria,eadem ratione & posteriorē dicemus,in gloria significari sēm. Colligitur igitur,quod Iohānis gloria necessario nobis minor erit Christus,& ipsum sequāt. Dixit enī;Post me venit vir.O absurditatē.Nos sane cognoscimus non sic habere,intelligētes quod in prophetis scriptum est,Quis in nubibus æquabitur domino,similis erit dño in filijs Dei? Itaq; ipsi etiā cū carne antiquitas,vt deo secūdū naturā vnito,carni tribuēda est,q & suæ naturæ bona proprio corpori cōmunia facere solet.Hoc aūt sic habere dices,& bene dicis, etiā ex alijs statim testimonijs,si quidē volueris.Dicit enī alicubi Deus de Christo,Qui ex semine Dauid sēm carnem.Et per vnū sanctū prophetā:Et tu Bethlehē domus Euphrata,nō minima es,vt sis in milibus Iuda,Ex te enim mihi egredietur,vt sit princeps in Israel, & exitus eius à principio,à diebus seculi &c.Et lib.de recta fide ad reginas:Iesus Christus(inquit) heri & hodie,idem & in secula. Verbū q̄d ex deo natū tunc vocatū inuenientes Iesum Christum,qñ factum est hō ex muliere,qūo heri & hodie,& idē in secula? Per vnionē scil.ad verbum Dei in filiū vnum,carne ab ipso assumpta . Sic enim incōmutabilitas verbi scēm naturā manet,ḡuis & cum carne intelligatur.Et D. Anselmus in cōmentarijs eiusdē epistolæ ad Hebræos:Iesus Christus heri & hodie,ipse,& in secula:Ne,inquit, dubitetis diuinum vobis adiutorium adesse,quod illis affuit,scitote,q̄ Iesus Christus heri fuit,& hodie est ipse,& in secula erit.Ac si dicatur:Idem Christus,qui cū illis fuit,vobiscū est,& erit cū eis,qui futuri sunt vsq; ad consummationem seculi.Heri fuit cū patribus , hodie est vobiscū, ipse erit & cū posteris vestris vsq; in secula.Heri enim pteriti temporis est,hodie p̄sentis.Quod autem in secula manet,non videtur habere finem.Heri ergo omne pteritum tempus,& oñe spacium æternitatis,quod ante mūdi originem fuit,significat:hodie vero,omne p̄sens tempus,per duratio in secula oñe spacium temporis,& infinitatis,quod futurum est. Itaq; Iesus Christus fuit heri, quia in principio erat verbū,& ab æterno,vsque ad nostra tempora ipse est. Hodie q̄q.i.nostro tempore est,erit & in secula,quia æternaliter manebit.Vnde per Ioannem de eo dicitur, Qui erat & q̄ est,& qui venturus est. Nā qui venturus est, potest intelligi qui futurus est per oia secula.Et hæc quidē scēm imbecillitatem humanæ intelligentiæ dicuntur.Cæterū diuinitas eius interminabilis plenitudinem totā pariter cōprehendit,ac possidet , cui neq; futuri quicquam abfit,nec pteriti fluxerit,qñ esse eius totum est,& semper est,nesciq; mutabilitatem,quod neq; cœpit vnquam,nec aliqñ cessabit,insuperabile quoddam,ac fine fine essentiæ pelagus,nullis terminis,limitibusq; circundatum,omnem supergrediens sensum,omne tempus,atq; omnem naturam. Et diuus August. in Enchiridio, cap. xlix. Vox illa patris quæ super baptizatum facta est,Ego hodie genui te,non vnum illum temporis diem,quo baptizatus est,sed immutabilis æternitatis ostendit,vt illum hominem ad vnigeniti personam pertinere monstraret. Vbi enim dies nec hesterni fine inchoatur,nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est. Et diuus Bernardus in sermone sancti Martini: Apostolus(inquit)ait: Iesus Christus heri,& hodie,& in ęternū. Hesternum quidē ab initio sæculi vsq; ad dominicam ascensionem,hodiernum,vero diē exinde vsq; ad seculi consummationē,porro æternū intellige post communē omnium resurrectionē.Nulli horū deest Christus,nulli deest Iesus, nulli deest vnctio,nulli salus. Patriarchis,& prophetis in visione exhibitus est. Apostolis in humanitate,Martino in fide,Angelis iam in specie.Quā sane speciē & electis omnibus ostendum sese promiserat, non quidem hodie,sed in æternum. Deniq; iā transierat heri,iā illud nostrum illuxerat hodiernum,quū Apostoli loquerētur.Et si cognouimus Christum secundum carnem,sed iam nunc non nouimus.Videtur tamen etiā in hoc mane de carnibus agni nonnihil esse seruatum,sed quod reliduum est, vtiq; iam datur igni, quod videlicet vsq; hodie eadem caro nobis,sed spiritualiter vtiq; non carnaliter exhibeatur.

Exod.3.d.

3.Cor.3.d

Iohan.8.g.

Iohn.1.b.

Iohan.1.b.

Iohan.1.a.

Augustinus

Bernardus

Quid hinnulus,mystice significet. Caput VII.

HInnulus Christum mystice designat,iuxta illud Canticorum:Reuertere,similis esto dilecte mi capreæ,hinnuloq; ceruorum super mōtes Bethel. Quæ verba diuus enarrans Gregorius: A nobis(inquit)dilectus corporaliter tunc abijt,quando post resurrectionem in cœlum ascendit . Tunc autem reuertetur, quando in fine mundi resuscitatis corporibus hominum,omnibus in iudicio manifestabitur.Qui vere similis capreæ, & hinnulo ceruorū apparebit,quia in carne nostra veniēs ad iudicium,omnibus se monstrabit. Per capream enim, quæ mundum est animal,Ecclesia designat,q̄ dum in cęlestibus mente habitat,quasi in montibus pascitur.Per ceruos autem quid aliud,quàm patres antiqui designantur,ex quorū carne Christus natus,quasi hinnulus ceruorum mundo est præsentatus? Bethel autem domus dei interpretatur . Quæ bene ecclesia Dei dicitur,quia in ea dominus habitat, dum per fidem corda nostra mundantur.Super montes ergo Bethel similis capreę,hinnuloq; ceruorum apparebit,quia in ea humanitatis forma ad iudicium veniet, quam ab Ecclesia sumpsit , quando in hoc mundo ex patrum progenie, quasi hinnulus ex ceruis,humilis natus fuit.Qui vere & similis capræ,& super montes Bethel apparebit,quia & ex humanitate quidem similis ecclesiæ erit,& tamen super ipsos summos,qui quasi montes excellunt,in ecclesia sublimior eminebit. Et exponens illud quod eodem capite dicitur , Similis est dilectus meus capræ , hinnulo ceruorum : Similis (inquit)capreæ bene esse dicitur,quia ex synagoga carnem traxit, quæ per carnem ostenditur . Et quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est ,quasi hinnulus ceruorum recte esse perhibetur . Et exponens illud Canticorum, Duo vbera tua

Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficut duo hinnuli capreæ, qui pascuntur in liliis &c. Per duo vbera duo prædicatorum ordines, vnus in circuncisione, alius in præputio designantur. Qui bene ficut duo hinnuli capreę dicũtur, qa & filij synagogæ existũt, & in montibus contemplationum pascuntur. Gemelli vero ideo dicti sunt, quia concorditer pdicant, & concorditer sapiũt. In liliis vero pascũt, donec nec aspiret dies, & inclinentur vmbrę, qa mũdiciã infatigabiliter sectãtur, donec in die iudicij pmia recipiãt, quæ in labore noctis assidue cõtemplantur. Et capite septimo: Duo vbera tua ficut duo hinnu i capreæ gemelli: Duo vbera duo populi existunt, quia dum in amore fraterno semper viuũt, se inuicem lacte pietatis in charitate nutriũt. Qui bene duo hinnuli capreę gemelli nominantur, quia dum per prædicationem synagogæ in fide geniti, eius scripturis
Cant.7.a. nutriuntur, in spe æternitatis intendentes, quasi in montibus concordes pascunt. Et exponens illud Canticorum, Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnulloq; ceruorũ: Dilectus (inquit) fugit, quia à reprobis cordibus se, ne intelligatur, abscondit. Dũ enim reprobæ mẽtes ad audienda, vel legenda verba Dei peruersa intentione accedunt, digno iudicio veritatẽ
Cant.8.d non inueniũt, q̃ indigno appetitu requirũt. Vnde & ipsa Dei sapiẽtia dicit: Quærẽt me mali, & non inuenient, sed fugiens reprobos dilectus montes aromatum petit, quia peruersos dimittens sanctas animas visitare non definit, quæ & per cõtẽplationem excelsæ fiunt, & p confectiones virtutum odorifera vnguenta secum ferunt. Sup hos montes dilectus capreæ & hinnulo ceruorum assimilatur, quia in cordibus sanctorum virorum manifestatur quam pia charitate humanitatem pro nobis assumpsit. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit, quasi ex ceruis hinnulus (ficut dictũ est superius) venit. Qui dum esset diues, pauperem se, vt nos ditaremur, fecit, & dum esset super omnia excelsus, humilitatem nostram ineffabili dignatione suscepit. Et diuus Bernardus sermone quinquagesimoquinto super Cantica: Similis (inquit) est dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum: Ex præcedenti (inquit) verficulo pendet. Quem erũ salientem & properantem modo describerat, cõsequenter comparat capreæ, hinnuloq; ceruorum. Apte quidem, quod hoc genus animantiũ cursu velox & saltu agile fit. Porro sermo de sponso est, & sermo sponsus est. Et propheta dicit de Deo, Quia velociter currit sermo eius, sane congruens huic loco, vbi sponsus (qui sermo Dei est) saliens, transiliensq; describit, similis perinde factus capreæ, hinnuloq; ceruorum. Et hæc ratio similitudinis. Adde tu ne vlla similitudinis ipsius, vel minima portiuncula vacet, quia caprea quidem nõ modo cursus pernicitate, sed & acumine visus eminet. Quod vtique proprie illam respicit narrationis partem, qua sponsus non solum saliens, sed transiliens apparere refertur, quia nisi acuto, & perspicaci intuitu non posset omnino (præsertim inter currendum) discernere, in quos salire, & transilire deberet. Alioquin poterat sufficere ad designandam festinantis velocitatem de solo hinnulo comparatio. Is quippe rapidiorise ferre noscitur cursu. Nũc vero, quoniam sponsus ite, & si ardenter amans, curtim ruere in dilectæ videatur amplexus, nihilominus tñ gressus, vel potius saltus suos prudẽti consyderatione dirigere nouit, cautus vbi oporteat figere pedem, oportuit profecto cũ hinnulo etiãde caprea similitudinem dari, quatenus & per illũ salientis
2.Tim.2.b desideriũ, & per hanc eligentis exprimeretur iudiciũ. Christus nempe iustus, & misericors, saluator, & iudex & quia amat, vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & quia iudicat, nouit qui sunt eius, & ipse scit quos elegit à principio. Igit duo hæc bona spõsi, misericordiam scilicet, & iudicium in his duobus animantibus cõmendata à spiritu
Ioha.13.b. sancto, nobis interim sentiamus, vt in testimonium integritatis, & perfectionis fidei nostræ, nos quoque prophetam imitantes, Misericordiam, & iudicium cantemus domino. Ego autẽ non dubito & alia de horum natura ab his quidem qui talium curiosi, & gnari sunt, posse mãstrari, quæ spõso aptari vtiliter, & congruenter queant: sed hęc (vt arbitror) sufficere possunt ad dandam rationem adductæ similitudinis. Pulchre tamen spiritus sanctus nõ de ceruo, sed de hinnulo ceruorum similitudinem dedit, in quo & patrum fecit mentionem, q̃bus secundum carnem, & infantiæ meminit saluatoris. Vt hinnulus quippe apparuit paruulus qui na-
Esai.9.a. tus est nobis. Verum tu qui aduentum desideras saluatoris, time scrutinium iudicis. time occulos capreæ, time illum, qui per prophetam dicit: Et erit in die illa, & ego scrutabor Hierusalem in lucernis. Acuto visu est, nihil inscrutatũ relinquit oculus eius. Scrutabitur renes & corda, ipsaq; cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum in Babylone, si Hierusalẽ mane scrutinium? Puto enim hoc loco prophetam Hierusalem nomine designasse illos, qui in hoc
Psal.75.b sæculo vitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Hierusalem conuersatione honesta, & ordinata pro viribus imitantes, & non veluti hi, qui de Babylone sunt, vitam in perturbatione vitiorum, scelerumq; confusione vastantes. Deniq; illorum peccata manifesta sunt præcedẽtia ad iu-

dicium, & non egent scrutinio, sed supplicio. Mea autem (qui videor monachus, & Hierosolymita) peccata certe occulta sunt, nomine, & habitu monachi adumbrata. Et idcirco necesse erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucẽ prodi. Possumus afferre aliquid & de Psalmo ad cõfirmandũ id quod dicitur de scrutanda Hierusalem. Ait nanq; sub persona domini. Quum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vias iustorũ Psal.74.a.
(nisi fallor) & actus eorum discussurum se, & examinaturum, dicit. Verẽdum valde, quum ad hoc ventum fuerit, ne sub tam subtili examine multæ nostræ iustitiæ (vt putãtur) peccata appareant, vnum est tamen, si nosmetipsos dijudicauerimus, non vtique iudicabimur. Bonum iudicium, quod me illi districto, diuinoq; iudicio subducit, & abscondit. Prorsus horreo incide
1.Cor.1.& Ambrosius re in manus dei viuentis. Volo vultui iræ iudicatus præsentari, non iudicandus. Spiritualis homo omnia dijudicat, & ipse à nemine iudicatur. Diuus quoq; Ambrosius libro de virginibus tertio, hoc pacto scribit: Ibi (inquit) filiæ Christum quæramus, vbi quærit Ecclesia, in monti
Can.8.b bus boni odoris, qui excelsorum sublimitates factorum, suauem vitæ odorem pro meritotũ verticibus exhalant. Fugit enim plateas, fugit conuentus, & strepitus fori, iuxta quod scriptũ est: Fuge fraternus meus, & similis efficere ceruo, aut hinnulo cerui in montes aromatũ. Sed pentinis enim inuisus colubris effugitans canum, atq; humi reptantibus infectus serpentibus, nescit habitare nisi in sublimitate virtutum, nescit commorari nisi in talibus Ecclesię filia bus, quæ possunt dicere: Christi enim bonus odor sumus Deo: sed quibusdam odor mortis in mortem in ijs, qui pereant, quibusdam odor vitæ in vitium, ijs vtiq; qui odorẽ resurrectionis dominicæ viuida fide sperant. Isti sunt aromatum montes, qui domini corpus Iesu accepe
Esai.41.b runt, & in linteis cum aromatibus ligauerunt. Quicunq; enim crediderunt, quia Iesus mortuus est, & sepultus est & resurrexit, ij excelsum vere cacumen fidei virtutum fastigijs extulerunt. Et in enarratione Psalmi centesimi decimioctaui, sermone sexto, hoc mõ scribit: Videbis (inquit) dominũ Iesum similem capreolo, aut hinnulo ceruorũ sup montes Bethel. Merito Ecclesia ficut capreola, qa caprea in altis pascitur, Dorcas dicitur à videndo, Dorcaticon etenim visus acutior est. Quid aptius Christo, qui patrẽ vidit, quẽ vidit nemo, aut si quis vidit in Christo, ipse filius reuelauit? Merito ficut hinnulus ceruorum. Hinnulus quasi filius, cui paternæ, inoleuerit vis naturę, vt eum occulta non lateant, serpentes fugiant, venena non lædant. Deniq; eductus de latibulis suis serpens, q producebat ex hoie, dicebat: Quid venisti ante tẽpus torquere nos? Spectemus ergo salientẽ hunc hinnulũ, vt nõ possimus timere serpẽtẽ,

Quid hirci mystice significent. Cap. VIII.

Origenes

QVid hirci mystice significent, Origenes homilia nona super Leuiticum, hoc pacto scribens, insinuat: Iam de hostijs (inquit) quędã quidem ipsius mandantur debere esse ponderis, quædam vero à populo sumenda. Ipsius enim dicitur vitulus, quod est in animalibus pretiosius, & robustius. Et secundum animal aries, quod in ouibus sine dubio preciosius est. A populo vero munera iubentur offerri, aries à principibus, & hirciduo à populo. Vnus qui dimittatur in eremũ, qui & apopõpæus (id est, emissarius) nominat. & vnus, qui dño offerat. Si esset omnis populus Dei sanctus, & omnes essent beati, non fierent duæ sortes super hircis, & vnus quidem sortẽ ferret, vt demitteretur in eremum, alius vero vt dño offerretur: sed esset sors vna & hostia vna dño soli. Nunc vero, quoniam in multitudine eorũ, qui accedunt ad dñm, sunt q dñi, alij autem sunt, qui mitti ad eremũ debeãt, id est, qui abijci mereni, & separari ab hostia propterea pars hostiæ, quæ offert à populo, id est, vnus solus hircus, domino immolatur, alius autem abijcitur, & in eremũ dimittitur, & apopompæus nominatur, sors tamen cadit super vtrunq;. Et ille quidem, qui in eremum dimittitur, dicitur, quod ipse auferat super se peccata filiorum Israel, & iniustitias eorum, & iniquitates ipsorum. Non enim ille hircus, qui domini
Esai.41.b q; scriptum est: Dedi cõmutationẽ tuam Aegyptũ, & Aethiopiam & Syenem pro te, ex quo nisi sors efficitur, sed ille cuius sors est, vt in eremũ dimittat, auferre ea dicitur, scdm illud (credo) tu honorabilis factus es in conspectu meo. Peccata igitur eorum, qui pœnitẽtiã egerũt, & eo rũ, qui dereliquerunt malitiam, super capita sua suscipiunt, hi qui effectu sunt in sorte eius, qui
Matth.13.b in eremũ dimittitur, qui seipsos dignos tali ministerio, vel huiusmodi sorte fecerũt. Cõueniet autẽ velut é cõtrario aptari his, & illud quod dictũ est: Qui habet, dabit ei. Sicut erñ q habet iustitias, dabitur ei, ita & qui habet peccata, intantum, vt in sorte apopompæi inueniatur illius q in eremũ emittitur, addentur ei ea, quæ abstergentur à sanctis, vt & in ipsis compleatur q̃ scriptũ est: Ab eo autẽ qui nõ habet, etiã q̃ habet auferetur ab eo, vt ei addatur, q habet multas mnas peccatorũ. Verũ qñ is qui in sorte domini est, spem gerit nõ in præsenti sæculo, sed in futuro, & cuius sors dominus est, quotidie moritur, propterea is quidem super quem sors

domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini ceciderit, iugulatur, & moritur, vt sanguine suo purificet populũ Dei. Ille autẽ qui in
Iohan.15.c sortem contrariã ceciderit, nõ est dignus vt moriatur, quia in sorte dñi est, nõ est de hoc mũ-
do. Ille vero de hoc mundo est, qui in mundo dimittitur, & mundus q̃ suũ est diligit. Ideo nõ
occiditur, nec dignus est iugulari ad altare Dei, nec sanguis eius ad basim altaris meret effun-
di. Sed videamus quis est hic, qui accepit eum, cuius sors apopompæi facta est, vt cũ ejciat in
eremum. Homo (inquit) paratus accipiet hircũ, qui venerit in sortem eius, cui ceciderit sors
apopompæi, & adducet eũ in eremũ. Finis sortis istius, eremus ẽ, id est, locus desertus, desertus
virtutibus, desertus Deo, desertus iustitia, desertus Christo, desertus omni bono. Et nos ergo
singulos manet sors vna é duabus. Aut enim bene agentes, sors domini sumus, aut male age-
tes, sors nostra nos ducit ad eremũ. Vis tibi euidenter ostendam q̃modo istæ duæ sortes sem-
per operentur, & vnusquisq; nostrum, aut sors dñi, aut sors apopompæi, vel eremi fiat? Cõsy-
Luc.16.d. dera in Euangelio illum diuitem, viuentem splendide, & luxuriosè. Lazarum ad ianuam eius
iacentem, vlceribus plenum, & cupientem saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis,
quis finis designatur vtriusque. Mortuus est (inquit) Lazarus, & abductus est ab Angelis in
sinum Abrahæ. Similiter autem, & diues, & abductus est ad infernũ, in locum tormenti. Anti-
maduertis euidenter loca sortis vtriusq; distincta. Vide etiam qui sunt qui abducant. Angeli
(inquit) qui semper parati sunt ad abducẽdũ. Ministri enim Dei sunt ad hoc ipsum destinati,
qui impleant sortem, quam tibi ipse parauerisi enim bene vixeris, si fregeris esurienti panẽ
tuum ex animo, & nudum vestieris, rectum iudiciũ iudicaueris, iniquo aduersus iniquitatem
suã restiteris, nec posueris cõsiliũ tuũ cum his, qui laqueos innocentibus parant, sortẽ tuã faci-
es dominum. Si vero libidini seruias, voluptatis amator sis magis, quam Dei malitiã nõ ode-
ris, sortem tuã fecisti apopompæi, vt abducaris in eremum per manũ ministri Dei, qui in hoc
ipsum à Deo ordinatus est, & ideo paratus appellatur, quia personã nullius erubescit, nec diui-
tis, nec potẽtis, nec regis, nec sacerdotis. Vis autẽ scire qa ad nos pertinẽt q̃ dicũtur? Anima-
lia hæc quę sortes istas excipiunt, nõ sunt immũda, nec aliena ab altaribus Dei sed mũda sunt,
& quæ in sacrificijs offerri solent, vt scias hæc figuram tenere, non eorũ, qui extra fidem sunt,
sed eorum, qui in fide sunt. Hircus enim animal mundũ est, & diuinis altaribus cõsecratũ. Et
Iob.5.6. tu ergo per gratiam baptismi consecratus es altaribus Dei & animal factus es mundum: si q̃
non custodias mandatum illud domini, quod dixit, Ecce sanus factus es, iã noli peccare, ne q̃d
tibi deterius contingat; sed quum esses mundus, rursus te peccati inquinamẽto maculasti, &
ex virtute ad libidinem, ex puritate ad immunditiam declinasti tuo vitio, quum animal mun-
dum fueris, sorti te apopompæi, eremiq; tradidisti. Potest fortassis & alio modo homo para-
tus, & immundus, qui abducit eũ cuius sors venit in eremum, & eo ipso quo educit eũ, quasi q
immundum contigerit, dicitur lauare vestimenta sua ad vesperam, & esse mundus, etiam ipse
dominus, & saluator noster intelligi ex ea parte, qua naturæ nostrę, id est, carnis, & sanguinis
vestimenta susceperit, quæ in vespera lauerit. Propter quod & dudum propheta de eo dixerat:
Et vidi Iesum sacerdotem magnum, indutum vestimenta sordida, & diabolũ stantem à dex-
tris eius, vt contradiceret ei. Lauit ergo in vino, id est, in sanguine suo vestem suam in vespera,
Luc.23.c. & factus est mũdus. Et inde fortassis, quod post resurrectionẽ Marię volẽti pedes eius tene-
re, dicebat: Noli me tangere. Vis autem adhuc videre, & aliam duarum sortium formã? Cõ-
sydera duos illos, qui tempore crucis eius, vnus à dexteris, & vnus à sinistris eius pependerunt
latrones, & vide illum, qui confitebatur dñm, sortem esse dñi, & abductum esse in
paradisum: illum vero alium blasphemantem sortẽ factũ esse apopõpæi, qui in eremũ abduce
ret inferni. Sed & in eo quod dicitur, Quia affixit cruci suæ principatus, & potestates cõtra-
rias, & triumphauit eas, sortem in eis apopompæi cõpleuit, & tãq̃ homo paratus, abduxit eos
in eremum. Denicq; & in Euãgelio dñs dicit: Quia quũ exierit de homine immũdus spiritus,
Matth.12.a vadit per loca deserta, quærens requiẽ, & nõ inuenit. Sic ergo potest & saluator noster homo
paratus intelligi, qui sortem quidem domini, Ecclesiam suam fecerat, eãq; diuino cõsecrarit al-
tario sortẽ vero apopõpæi cõtrarias fecerit potestates, spiritus neqtiæ, & mũdi huius rectо-
res tenebrarũ harũ, q̃s (sicut dicit Apost.) cum potestate traduxit, triũphãs eos in semetipso.
Traduxit? Quo traduxit, nisi ad eremũ, ad loca deserta? Sicut enim illi, qui confessus est, spe-
ruit paradisi ianuas, dicendo, Hodie mecũ eris in paradiso, & per hoc omnibus credẽtibus &
cõfitẽtibus ingrediendi aditũ dedit, quẽ prius, Adam peccante, cõclusera. Quis enim alius
rhompæam flãmeã, & versatilem, quæ apposita est custodire lignum vitæ & fores paradisi,
poterat dimouere? Quis alius Cherubim peruigili excubans custodia, valebat inflectere, nisi
ipse solus, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra? Vt (inq̃) præter ipsum nemo absque

facere potuit, ita principatus & potestates, & rectores mũdi, q̃s enumerat Apostolus, nemo
alius poterat triũphare, & abducere in eremũ inferni, nisi ipse solus, qui dixit: Cõfidite, & ego Ioha.16.d.
vici mundũ. Idcirco ergo necessariũ fuit dñm, & saluatorẽ meũ, nõ solum inter hoies hominẽ
nasci, sed etiã ad inferna descendere, vt sortẽ apopompæi tanq̃ homo paratus in eremũ infer
ni deduceret, atque inde regressus, opere consummato, ascenderet ad patrem, ibiq; plenius
apud altare illud cæleste purificaretur, vt carnis nostræ pignus, q̃d secum euexerat, perpetua
puritate donaret.

De eodem hirco, Caput IX.

Hieronym.

DE hirco quoq; scriptũ est in Ezechiele: Septẽ diebus facies hircũ pro pctõ quotidie, &
vitulũ de armento, & arietẽ de pecoribus immaculatos offerent. vbi D. Hiero. hoc pa-
cto scribit: Expiato (inqt) altari, septẽ diebus offertur hircus pro pctõ quotidie, & vitulus de
armento &c. vt per hęc sacrificia septẽ dierũ ad perfectũ expietur altare. In septẽ diebus sab
batismus ostenditur, qui iuxta apostolũ populo dei reseruatur, in quibus æternã, veramq; spe Hebr.4.c
ramus requiẽ, & nequaq̃ seruile opus faciamus pctõrum. In hirco aũt & vitulo, & ariete, tria,
gñalia delicta monstrant, quibus oñe mortaliũ subiacet genus. Aut enim cogitationibus
aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietẽ, quæ prima est omniũ pecca
torum, & ex qua alia duo nascũtur. Hircus aũt ad eloquiũ, siue sermonẽ, qui semper de excel
sioribus disputat. Opera vero proprie vitulo deputantur, qñ vomeri & labori, & terrenis
operibus mancipatus est. Hæc igitur immaculata pseptem dies veri sabbati, atq; pfecti deo
offerre debemus & expiare altare, vt oratio nostra munda pueniat ad deũ. Et exponens illud
Psalmistæ, Offerã tibi boues cũ hircis: Boues sunt, qui reiecta contumacia legis, iugo dñi cer-
uices suas (q̃d suaue est) subdiderunt: hirci vero, qui post pctm conuersi, fideliter in martyrio
perstiterunt. Hi autem oẽs domino per holocaustum pacificũ offeruntur. Et exponẽs illud
Euangelicum, Et tradiderunt Pilato &c. Pontifices concitauerunt turbas, vt peterent Bar-
rabam, & crucifigerent Iesum: Hic duo hirci adsunt apopompæos, id est, admissarius, cũ pec
cato populi in desertum inferni absolutus dimittitur: alter pro peccatis absolutorũ, vt agnus
occidit. Pars domini semper mactatur, pars diaboli, qui est magister eorum, effrenata in tar
tarum precipitatur. Et Cyrillus lib. ix. contra Iulianũ, exponẽs illud Leuitici, Et accipiet duos Leuit.16.b
hircos de capris pro pctõ, & arietem vnum in holocaustum, & offeret Aaron vitulum pro
pctõ, & propiciabit prose, & pro domo sua, & assumet duos hircos, & statuet eos corã dño
&c. apopompæon, hoc est, emissarium vocat apopropæon, hoc est, mala arcentem nouo no
mine sacris quidẽ legibus ignoto, sibi autem forte familiari, quãuis & illud admiror. Nam le-
gem, q̃ in vmbris, & ænigmatibus consistat, in solis hærens clarioribus purat nihil habere oc
cultum, quãuis vnicuiq; manifestum fuerit parabolã, & ænigma, aliarum rerũ emphasim po
tius esse, q̃ earum rerum, quarum esse videntur, vt exempli gratia quiddã dicam: Eundẽ eñ
& ad res, quæ magnã, & mirã apud eum sortitæ sunt opinionẽ. Aiunt fuisse q̃sdam ænigma
tum artifices inter eos, qui idolis seruiebãt, & ad hoc magna industria, & grauitate pditos, quos
illi notare solent Hieroglyphos, qui tẽplis, & obelis scripturas insculpebant, nõ vulgaribus
vtentes literis, sed alijs figuris rerum naturas effigientes, arcanã quandã prudentioribus sci-
entiam, augebãt. Et enim volentes significare Deum, hoc est, summã, & quæ super oĩa est, na
turam, pingebant oculum, cui baculum substituebant, vt per hoc intelligatur, quod omnia
videat, & sit ei regia dignitas. Nã sceptrũ fere semper regis intelligitur symbolum, quamuis
etiam per stantem baculum, quod nullo modo diuina natura labefactari possit, sed quasi sem
per stare, & quodammodo sustinere, & fundare omnia, discatur. Dicuntur autem aspidẽ fin
gere in figuram cœli, eo quod in circulum feratur, & serpentem in figuram tẽporis eo q̃
longus sit & multis voluminibus se gyret, ceptiteteq; absq; strepitu. Insuper & furorem, &
iram per ænigma declarantes, insculpebant craticulam, cui subñcitur ignis, & cor superpo-
nitur. Pythagoras autem ænigmaticã manifestationem non contemnit, sed magnificat,
vt de illo Porphyrius in primo libro philosophi. Erat aũt & aliud genus symbolorum tale.
Staterã ne trãseas, hoc est, ne auarus sis. Ne ignẽ gladio fodias, id q̃d erat impudentẽ, & iratũ
animũ, asperis verbis nõ moueas. & coronã ne vellices, hoc est, leges ne offendas. Præter hęc
& alia &c. Itaq; si quis Hieroglypicas scripturas videat, vel etiam Pythagorica ænigmata,
& nihil subesse dicat (quod maioris momẽti) nõne statim hoc ęgre ferret, qui Moysi legẽ so-
lam literã esse constituit? Quid facis tu? Ne igitur sola manifestiora cõtẽpleris, neq; ænigma
tum vsum offendas, vitæ negotijs maxime necessarium, sed potius scrutare q̃ occulta sunt, &
ea quæ p̃ hæc oblique designata. Sciat igitur, q̃ legẽ offendat, nisi eadem quę illa sapere velit.
Etenim historiam crassam nos sequentes, & sententiarum arcanam vim percontantes in lite
ra, Chri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra, Christi sacramentum figuratum per ænigmata dicimus. Quod certe sapientissimus Paulus commendat, dicens: Hoc sentiat vnusquisq; in vobis ipsis, quod & in Christo Iesu, qui in figura dei existens, non rapinam arbitratus est se æqualem esse Deo, sed seipsum inaniuit, formã serui accepta, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Nam quãuis in suæ natu-
turæ dignitatibus delicate agere, & in incomparabilibus super omnia eminentijs diuine ver-
Heb.11.a sari potuisset (hoc enim dicimus propositum illi gaudium) exinaniuit semetipsum, ad nostrã
vsq; humilitatem descendens, vt pro omnibus secundum carnem ferens mortem, & per resur-
rectionem ex mortuis calcata illa, latam nobis efficeret viam, qua ad vitam recurrere posse-
1.Cor.15.c mus. Sic enim ipse mysteriorum dispensator iterum alibi dicit: Nam quemadmodum per ho-
minem mors, ita per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut portauimus imaginem ter-
reni, portemus & imaginẽ cælestis. Veruntamẽ excitatus ex mortuis, gentium turbis se exhi-
buit, eo q; Israel in ipsum debacchatus sit, & in stultitiæ barathrum peruenerit. Recalcitrauit
enim dilectus, sicut scripsit Moyses, hoc est, refiliuit quodãmodo à charitate in ipsum, donec
omnino aufugiens, maneret diuinorum bonorum expers. Vide igitur sacramentum, & quo-
in duobus hircis bene delinietur. Caper enim, hoc est, hircus pro peccatis sacerdotis, & po-
Esai.53.b. pulorum occidebatur, secundũ quod in lege debebatur. Quoniam autẽ pro peccatis nostris
immolatus est Christus, hirco assimilatur. Nam sic dicit propheta Esaias: Omnes sicut oues
errauimus, homo viã suã errauit. Et dominus tradidit ipsum peccatis nostris. Nam duo hir-
ci assumuntur, non quod duo Christi, hoc est, duo filij secundum aliquos, sed magis quod
oportebat videri etiam occidendum pro nobis, & morientem quidem secundum carnem, vi-
uentem autem secundum spiritum. Sortes autem, & nomina hircis, vni quidem illorum dis-,
alteri vero apopompęios, hoc est, emissarius. Non enim sicut strenuus Iulianus dicit, præcipit
dimitti signaculo carentem dæmoni cuipiam apopompęio, & apopropęio, hoc est, mala ar-
centi, sed ipse hircus potius vocabatur apopompæus, eo q; immolatione amandabatur, quem-
admodum scil. & dominus qui occidebatur. Describebatur autem per vtrunq; vnus Christus,
& moriens pro nobis secundũ carnem, et morte superior demonstrabatur secundũ diuinita-
tis naturam, emittebaturq; in desertum, præfigurante terra deserta, & inarabili, gentium ste-
rilitatem. Sic enim nominatam illam, & per sanctos prophetas inueniemus. Vnde scriptum
Esai.54.a. est: Lætare desertum sitiens, exultet desertum, & floreat vt liliũ. Et iterum: Lætare sterilis, q;
non paris, erumpe, & clama, quæ non paris, quia plures filiæ desertæ, quàm habentis virum.
Et iterũ: Et faciam in deserto aquam, & in inaquoso flumina, faciam desertũ in paludes, & myrrhã,
entem terram in aquarum ductus, ponam in aquosam terram cedrũ, & buxum, & myr-
& cypariſſum, & populum. Nam Iudæorum synagoga tantũ non & subdita, quasi viro, legi,
fructus afferebat suos, multosq; liberos habebat. Verum sic sacra scriptura dicit: Plures filiæ
desertæ, quam habentis virum. Nam multo plures ex gentibus crediderunt, q̃ ex Iudæorum
synagoga. Vnde sterilis, & inaquosa illa, excelsa sanctorum capita fœcũde protulit, quę cedro,
& buxo, & alijs lignis bene comparãtur. Apparuerunt autem fossæ aquarum in ipsa eremo,
hoc est, Apostoli, & Euangelistæ, & cœlestium dogmatum enarratores, & magistri, quidici
pulorum animabus cælestem, & diuinum sermonem instillabant, & quasi aquis rigabant fi-
delium corda.

De eisdem hircis ex eodem Cyrillo. Caput X.

POssumus & alio modo (inquit Cyrillus) ænigma in hircis intelligere. Nã ex confessio ca-
pra pro peccato quidem assumitur, consecratur autem deo secundũ legem, veruntamen
interdum significat & eos, qui in peccatis sunt. Et enim ouis vt argumẽtosa, & fructifera in se
sanctorum personam figurat, quoniã autẽ in capris nihil tale est, eos qui spirituali fructu ca-
rent, sæpissime designant, & in hoc nos dubitare non finit, dicens filius: Veniet quidam de cæ-
lis iudex, sedens autẽ in solio glorię suæ, statuens oues quidem à dextris. Quod autem omnibus
iustos assimilet, alios vero capris demonstrabit, dicens stantibus à dextris: Venite benedicti
patris mei in hæreditatẽ, accipite regnum vobis paratum a constitutione mundi. His vero q
a sinistris: Ite a me maledicti in ignem æternum. Igitur quũ res ita habeat, age dispensatio
cum carne modum perfunctorie enarremus. Non erat faciens bonitatem, non erat vsq; ad
Iohan.1.b. vnum, iuxta psallentis vocem: Omnes autem eramus in peccatis, neq; iustificare poterat lex
eos qui ex semine Israel, & Græcorum multitudo vitæ immaculatæ viam ignorabat. Igitur
quum omnes essent peccatores, vnigenitus Dei verbũ absq; conuersione, & immutatione in
ctum est caro, hoc est hõ, & nullum quidem fecit, peccatũ, veruntamẽ in similitudine peccati
apparuit

apparuit nobis, & cum peccatoribus reputatus est, secundũ q̃ fuit caro, & appellatus est ho-
mo. Vnde & sapientissimus Paulus scripsit alicubi de Deo patre & de ipso quoq; filio: Eum q
ignorauit peccatũ pro nobis peccatũ fecit. Sacrificiũ enim factus est pro nobis. Nominaban
tur autem peccata, quæ pro peccatis immolabantur, & præ alijs capri & hirci. Quapropter
& de diuinis ministris, quibus ex sacrificijs portio distribuebatur, per vnũ propherarum dix
it Deus: Peccata populi mei comedunt, hoc est sacrificia, quæ pro peccatis offerũtur. Appa- Esai.58.d.
ruit igitur vnigenitus in specie nostra (vt dixi) & cum iniquis reputatus est, & iuxta legalium
ænigmatum virtutẽ, hœdus inter hœdos, hoc est hircus factus est inter hircos, eo propter lex
præcepit duos hœdos, hoc est, hircos accipi, vt hinc intelligatur Christus, secundũ quod eius-
dem naturæ & speciei, homo est ad hominem, quemadmodum scilicet & capra ad capram.
Factus autem similis nobis, nobis impendentẽ sustinuit mortem, vt nos à morte & corruptio
ne emitteret. Consyderauerit sane istuc ipsum quis impleri, & in duobus hircis quorũ vnus
quidẽ immolabatur, & in ódorem fragrantiæ offerebatur Deo, alter vero à cede dimittebat.
Mortuus est enim pro nobis oibus, qui omniũ erat dignissimus, mortisq; solutio, mors Chri
sti erat. Et hæc quidem nobis legalium ænigmatum subindicat virtus: qui aũt soli literæ mẽ-
tem suam alligant, & dignorum, ac occultorũ nihil intelligunt, q̃ etiam longe à veritate absi
stant, & ridicula argumẽta faciant, absq; labore monstrabimus, ex ipsis coniecturis, quæ inma
nibus habemus sermonis occasionẽ sumentes. Igitur si hanc putat efficaciam esse in sanguine
occisorum hircorum, vt eos pro quibus occisi sunt, ab omni immundicia, & iniustitia liberare
possit, quare pœnæ, atq; supplicia, à lege intentabantur? Nam mœchos, & homicidas, insuper
puerorum amatores, maleficosq;, & incantatores, necnon & apostatas, pœnam sanguinis
luere absq; misericordia imperabat. Et quomodo periclitari oportebat eos qui peccarãt, quũ
ad abluendos illos ab omni immundicia hirci occisio, hoc est, sanguis sufficeret? Non enim di
cet quis, quod tam rari fuerint hirci, & inuentu difficiles periclitantibus, sed vt dicit sapientis- Heb.9.d
simus Paulus, Christum, qui est veritas in seipso habens: Non potest sanguis taurorum, & hir
corum sufficere ad ablutionem peccati. Quare dicit legis lator: Et propiciabit ad sanctuarium
ab immundicijs filiorum Israel, & ab iniustitijs eorum? Nunquid lapsus est in verbo? Absit.
Qualis igitur sensus? Manifestũ, autem & omnibus euidens, quod non tam in ænigmatibus,
quam in ipsis, quæ per ipsa significantur, veritas innotescit. Christus enim est immaculatum
sacrificium, & minime prophana victima. Quo mortuo pro nobis secundum carnem facti su- Roma.5.d.
mus, apopompæ, hoc est, recessimus à peccato, & corruptione, & illius sanguine redemptisu
mus, & ab omni immundicia liberati. Iustificati gratis in eius gratia, sicut scriptum est, & gra
tiam, ne amplius memoria esse peccatorum, misericordia Dei assecuti sumus. Et ille tam vene
randa sacramenta non intelligit, putat Christianos negligere quidem per omnia ea, quæ à sa
pientissimo Moyse præcepta sunt, velleq; ab eis recedere tanquam contaminare soleant, & il
li vituperationi obnoxij sint, quum Paulus euidenter scribat: Itaq; lex quidem sancta, & man-
datum sanctum, & iustum, ac bonum. Dicatq; ipse omnium nostrum saluator Christus: Ne
putetis, quod venerim soluere legem, vel prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. At illẽ
(vt dixi) nihil intelligit.

Hodie, quid Mystice significet, dictum est in dictione, Heri.

Quid hœdus mystice significet. Cap. XI.

QVid hœdus mystice significet, diuus gregorius insinuat, exponẽs illud Cãticorum, Et Gregorius Cant.1.c.
pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum: Per hœdos (inquit) immundæ cogita
tiones designantur, per tabernacula pastorum, conuenticula hæreticorum (alias malorum) ex
primuntur. Qui ergo pugnare nescit, iuxta tabernacula pastorũ hœdos pascit, quia quisquis
obsistentibus tentationum gladijs viriliter non resistit, immundas cogitationes, quasi hœdos
lasciuos, in corde nutrit, & efficitur ei similis etiã qui à fide recedit. Et D. Hieronymus expo-
nens illud Esaiæ, habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, hoc pacto scribit:
Hæc q̃q; Iudæi, & nostri Iudaizãtes iuxta literã futura contendunt, vt in claritate Christi, quẽ
putãt in fine mundi esse venturũ, oẽs bestiæ rediganf in mansuetudinẽ, & pristina feritate de-
posita, lupus, & agnus pascãtur simul, & cætera cũ cæteris, q̃ nũc videmus sibi esse contraria; 2.Cor.1.a
Quos interrogare debemus, si oĩa pſentis loci sic accipiunf, vt scripta sunt, & nihil referf ad
intelligentiã spiritalẽ, iuxta illud Apostoli, q̃ ait Bñdictus Deus, & paf dñi nostri Iesu Christi, q
benedixit nos in oi benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, ergo & radix, & virga, &
flos non referantur ad sensum, terraq; pcussa verbo Dei, & interfectus impius spiritu labiorũ
eius sic intelligaf, vt scripta sunt, & docere cogantur quomodo rebus incorporeis iustitia, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritate,renes domini circundentur. Sed & hoc eos interrogemus, quiē dignū sit cīli mansuetate vt lupus,& agnus pascantur simul, & pardus cū hœdo accubet,& leo paleas comedat,& puer paruulus mittat manū suam in foramine aspidum. Nisi forte iuxta fabulas poetarū aurea nobis Saturni seculum restituent,in quo lupi,& agni pascentur simul,& multo vino plena current flumina,& de foliis arborum stillabūt mella dulcissima, lacteisq; fontibus oia cōplebuntur. Quod si respōderint pro beatitudine temporum hæc futura, vt absq; cuiusquā noxa,homines bonis omnibus perfruantur,audiant à nobis nihil esse bonum,nisi virtutem, & nihil malum, nisi vitium,dicente Psalmista: Quis est homo qui vult vitā, & diligit dies videre bonos? Compesce linguam tuam à malo,& labia ne loq̄tur dolū. Declina à malo,& fac bonū. Diuitiæ autē,& sanitas corporis,& rerū oīm abundantia,& his contraria, paupertas, infirmitas,& inopia etiā apud philosophos sæculi,nec inter bona reputātur,nec inter mala, sed appellantur indifferentia. Vnde & Stoici,qui nostro dogmati in plerisq; concordant nihil appellāt bonū,nisi solā honestatē,atq; virtutē,nihil malū,nisi turpitudinē. Hęc breuiter diximus,vt Iudaizātes nostros grauissimo somno stertere cōuincamus. Cęterū iuxta viuificātē spiritū facilis intelligentia est,Lupus enim Paulus q primū persequebatur,& lacerabat ecclesiā,de q̄ dictū est: Beniamin lupus rapax,habitabit cū agno,vel Anania à q̄ baptizatus est,vel Petro Apost. cui dictū est,Pasce agnos meos. Et pardus q prius nō mutabat varietates suas, lotus in fonte dñi accubauit cū hœdos nō q à finistris est,sed q immolatur in pascha dñi. Et hoc notandū,q̄ nō agnus,& hœdus habitent & accūbent cū lupo,& pardo,sed lupus,& pardus,agni,& hœdi imitentur innocentiā. Et diuus Augustinus lib. ij. quæstionū euangeliorū, quæstione xxxiij. exponens illud euāgelicū, Nunq̄ dedisti mihi hœdū, vt cū amicis meis epularer: Quis est(inquit)hœdus, quem nunq̄ accepit ad epulandum? Peccator profectō hœdi nomine significari solet. Sed absit vt antichristū intelligam. Nō enim exitum inuenio huiusce sententiæ. Multum enim absurdum est eum q̄i dicitur: Tu mecum es semper,hoc a patre optasse,vt antichristo crederet. Neq; omnino in eis Iudæor ū qui antichristo crediturī sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autē epularet ex illo hœdo si ipse esset antichristus q ei non crederet? Aut si hoc est epulari ex hœdi occisione, quod est de antichristi perditione lætari, quomodo dicit filius,quem recepit pater,hoc sibi non fuisse concessum,quum omnes filij Dei de illius aduersarij damnatione lætaturi sint? Nimirum ergo,quod in re obscenissima,sine p̄iudicio diligentioris inquisitionis dixerim,ipsum dīm sibi negatū ad epulandū requeritur,dū cū peccatorē putat. Quū em̄ hœdus est illi genti,id est,quū cū sabbati violatore, & prophanatorem legis existimat,iocundari epulis eius non meruit,vt quod ait,Nunq̄ dedisti mihi hœdū &c. tale sit,ac si diceret: Eū qui mihi hœdus videbatur, nunq̄ dedisti mihi ad epulandum,eo ipso mihi illū nō concedens,quo mihi hœdus videbatur. Quod autem dicit, Cum amicis meis,aut ex persona principū cū plebe intelligitur,aut ex persona populi Hierosolymitani cū cęteris populis Iudæ. Hæc ille. Hœdi dicuntur mali,quia aspera,& dura iuxta me le ascendūt,& p̄cipitia eorū incedūt iuxta illud euāgelicū, Hœdos autē à finistris. Hoc quoq; Christum significat,vt dictū est in dictione, Agnus.

Act. 9.a. Gen. 49.b Iohan 21.d Matth.25.c Augustinus Luc.15.g. Matth.25.c Leuit.6.c.

Quid holocaustum mystice significet,& quid diferiminis sit inter holocaustum,& sacrificium Cap. XII.

Gregorius Iob.1.c.

QVid holocaustum mystice significet,diuus Gregorius libro Moral. I. cap. xxxv. exponens illud Iob,Consurgensq; diluculo,offerebat holocausta per singulos, his verbis insinuat: Diluculo nāq; cōsurgimus,quū compunctionis luce perfusi,humanitatis nostrę noctem deserimus,& ad veri luminis radios oculos mētis aperimus. Atq; holocaustū p singulos filios offerimus,quū vnaquaq; virtute dño hostiā nostrę precis immolamus, ne sapientia eleuet,ne intellectus,dū subtiliter currit,aberret,ne consiliū,dū se multiplicat cōfundat,ne fortitudo,dum fiduciam præbet,præcipitet,ne scientia,dum nouit & non diligit, inflet,ne pietas, dum se extra rectitudinem inclinat,intorqueat ne timor,dum plus iusto trepidat in desperationis foueam mergat. Quum ergo pro vnaquaq; virtute,vt pura esse debeat preces admouno fundimus,quid aliud,quam iuxta filiorum numerum holocaustum per singulos exhibemus? Holocaustum nanq; totum incensum dicitur. Holocaustum igitur dare,est totam mentem igne compunctionis incendere,vt in ara amoris cor ardeat,& quasi delicta propria hostibolis inquinamenta cogitationis exurat. Et homilia duodecima super Ezechielem, exponens illud Leuiticum,In sartagine oleo conspersa frigetur, offeretq; eam calidam in odorem suauissimum domino sacerdos qui patri iure successerit,& tota crematur in altari. Tūcnī. Sacrificium mila in sartagine frigitur,quum munda mens iusti per zelum sancti amoris crematur. Quę conspergi

cōspergi oleo præcipitur,id est,charitati misericordiæ misceri, quæ in conspectu omnipotentis domini ardet,& lucet. Cōspergatur ergo oleo mens, quæ in sartagine frigitur, qa in sancti zeli districtione necesse est,vt ex misericordiæ virtute,& ardeat,& clarescat. Amat enim cūdem ipsum,quem insequi videtur. Vnde & calida in odorem suauissimum dño offerri præcipitur,quia si amorem zelus non habet,ea quæ de sartagine offertur calorem, simila amisit. Et notandum quis eam offerre præcipitur,videlicet sacerdos,qui patri iure successerit. Ille enī sacerdos patri iure succedit,qui esse se omnipotentis domini filium demōstrat moribus,atq; à nobilitate intima,operum suorum ignobilitate nō discrepat. Quæ in altari tota cremari præcipitur,vt videlicet holocaustum fiat. Holocaustū enim totum incensum dicimus. Vnde & in trāslatione altera hoc in loco hæc eadē similia,quæ in sartagine frigit̄,holocaustū fieri iubetur. Hoc aūt inter holocaustum,& sacrificiū distat, quia omne quidē holocaustū sacrificium est, nō omne sacrificium holocaustum. Sunt enim multa bona,quę aguntur,sacrificia,sed holocaustū non sunt,quia totam mentem in amore spirituali minime incendunt. Qui enim sic operantur ea quæ dei sunt,vt tamen & quædam quæ sunt seculi non relinquant,nimirum,sacrificiū & nō holocaustū offerunt. Qui autem cuncta quæ mundi sunt deserunt,& totam mentē ignę diuini amoris incendunt,hi nimirum omnipotenti domino sacrificium & holocaustum fiunt. Simila itaq; in sartagine,est,munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione,quæ per solici tudinē animarum frigitur,& non solum sacrificium,sed etiam holocaustum domino esse deputatur. Et homilia vigesima super Ezechielem,Ibi lauabūt holocaustum,hoc pacto scribit: Qui enim se per fidem in conuersatione sancta domino deuouerunt,holocaustum domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur,quia adhuc in eis cordis munditia sordibus cogitationibus inquinatur,quotidie ad lachrymas redeunt,assiduis fletibus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta,& facta consyderant,& quum se indignos pēsant,in portarum ostio holocaustum lauant. Ecce etenim quis pro timore omnipotētis domini esse patiens deuouit,nulli conuitium,pro conuitio reddere,omnia æquanimiter tolerare,& tamen quum hūc contumelia ab ore proximi illata subito percusserit,turbatur,forte aliquid loquitur,quod nō loqui debuit. Certe iste iam holocaustum est,sed adhuc inquinatum. Fortasse contra illatas contumelias patientiam exhibuit,tacitus permansit,sed tñ cōtra easdē contumelias,quas portat,dolore tangitur,eiusq; animus in charitate sauciatur. Patientia enī vera est,quæ & ipsum amat,quē portat. Nam tolerare,sed odisse,non est virtus mansuetudinis,sed velamentum furoris. Hic itaq; sępe in cogitatione sua se iudicat,reprehēdit semetipsum quia dolet,nec tamen apud se preualet obtinere,ne doleat. Iam ergo per bonam deuotionem holocaustum est,sed tamen per doloren; quo tangitur,adhuc inquinatum. Alius ea quæ possidet,apud semetipsum decreuit indigentibus cuncta tribuere,nil sibimet reseruare, vitam suā soli supernæ gubernationi committere,sed dum præbet pauperibus quæ habet,fortasse cogitationem entem subrepit,quæ dicit,vnde viues,si cuncta dederis? Nec tamen desistit tribuere. Sed quod lætus dare cœperat,post modum tristis præbet. Quid huius mens,nisi misericordiæ holocaustum est,sed tamen per tristitiam cogitationis inquinatum? Aut enim deliberare summa non debuit,aut post deliberationem nullo modo dubitare. Alius contēpta mundi superbia,honores,atq; dignitates huius seculi decreuit vitare, Vltimum appetit inter homines locum tenere,vt tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria,quanto humilior aspicitur in transeunte vita. Is fortasse quum subito se à proximo despici agnoscit,dedignatur cur deuotio eleuat,sed adhuc infirmitas grauat. Iam ergo per deuotionem holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaq; qui in eis,quæ optime deuouerūt,aliqua infirmitate sui culpa tanguntur,quum per verba doctorum dicta patrum intelligunt,& in quāta culpa iaceant,agnoscunt,seq; ipsos penitentiæ lamentis afficiunt,holocaustū in ostio portarū lauant. Scien dū vero est,quia hoc inter sacrificium,atq; holocaustum distat,q̄ oīe holocaustū sacrificiū est,sed nō omne sacraficiū holocaustū. In sacrificio etenim pars pecudis,in holocausto vero totū pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum Latina lingua totum incēsum dicitur. Pēsemus ergo quid est sacrificium,quid holocaustum. Quum enim quis suum deo vouet,& aliquid non vouet,sacrificium est. Quum vero omne quod habet,omne q̄ viuit,omne q̄ sapit,omnipotenti Deo vouerit,holocaustum est. Nam sunt quidam, qui adhuc mente in hoc mundo retinentur,& tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant,oppressos defendere festinant. Isti in bonis,quæ faciunt,sacrificium offerunt,quia & aliquid de actione sua deo immolāt,& aliquid sibimetipsis reseruant. Et sunt quidā,q̄ nihil sibimetipsis reseruāt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam, quam perceperunt, omnipotenti domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offerunt, imo magis holocaustum fiunt? Israeliticus etenim populus primum sacrificium in Aegypto obtulit, secundum vero in eremo. Qui itaq; adhuc mentem habet in seculo, sed boni iam aliquid operatur, Deo sacrificiū obtulit in Aegypto. Qui vero præsens seculum deserit, & agit bona, quæ valet, quasi iam Aegypto derelicta sacrificium præbet in eremo, quia repulso strepitu desideriorum carnalium, in mentis suæ quiete, atque solitudine Deo immolat quicquid operatur. Quamuis ergo (sicut dictum est) sacrificium sit etiam holocaustum, maius tamen est holocaustum sacrificio, quia mente, quæ huius mundi delectatione non premitur, totum in omnipotentis Dei sacrificio incenditur, quod habetur.

Exod. 12. Exod. 13.

De eodem holocausto. Caput XIII.

SED sciendum nobis est, quia sunt quidam, qui etiam seculum relinquentes, totum quidem quod habent, offerunt, sed tamen in bonis, quæ agunt, minime compunguntur, & bonum quod agunt, holocaustum est sed quia flere, ac semetipsos diiudicare nesciunt, seq; ex amore ad lachrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustum non est. Hinc per Psalmistam dicitur: Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Holocaustum quippe siccum, est bonum opus, quod orationis lachrymæ non infundunt, holocaustū vero pingue est, quando hoc quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur. Vnde rursus dicitur: Holocausta medullata offeram tibi. Quisquis enim bonum opus agit, sed omnipotentis Dei amore, atque desiderio flere nescit, holocaustum habet, sed medullam in holocausto non habet. Qui vero bona operatur, & visioni iam creatoris sui inhiat, atq; ad æterna contemplationis gaudia peruenire festinat, seq; ipsum ex amore, quo accenditur, in fletibus mactat, holocausta domino medullata dedit. Studendum vero nobis est & mala subditus relinquere, & bona, quæ sufficimus, operari, atq; in ipsis bonis, quæ agimus, amore æterni luminis compungi. Ipse enim cordis tenebras discutit amor lucis, vt subtilius videre valeamus, ne qua in bonis, quæ agimus, praua misceantur. Cōsiderandum nobis quippe est opus nostrum quale sit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. Et quum nostro bono operi admixtum aliquid malitiæ, vel pravæ delectationis agnoscimus, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Sunt autem quidam, qui semetipsos in magnis actionibus domino deuouerunt, atq; ad tantam perfectionem perueniunt, vt ab eis nulla vnquam difficultate flectantur, quatenus à deliberatione castitatis nequaquam caro in pravæ cogitationis delectatione animum sternat. Nam & si quando per suggestionem pulsat, surgere non permittitur, quia vigore iudicij calcatur. In deliberatione quoque patientiæ ne sermo inordinatus ab ore prodeat, nec dolor tacitus animum premat, vt in largitate eleemosynę nulla inopiæ suspitio tristitiam generet, vt in deliberatione humilitatis nullus despectus animum meum deiecat. Sed quum iam in his, quæ recte deuouerunt, sese fortiter exhibent, priora tamen peccata, quæ ab ipsis ante bonam deliberationem perpetrata sunt, ad memoriam deducūt, & plangunt quicquid illicite se egisse meminerunt. Hi itaque per vitam, quam tenent, holocaustum sunt, sed per vitam, quā ante tenuerunt, inquinatū. Lauant ergo holocaustum in oftio portarū, quia intellectu, quē percipiūt de dictis patrū, lamentis se quotidianis afficiunt, & mundant vitā lachrymis, quā prauis aliqñ actionibus inquinauerunt. Nos itaq; inter hæc ad vitā præteritā mentis oculos reducamus, reminiscamur qui fuimus, quum mundi huius concupiscentias sequeremur. Et si iam domino toto corde seruimus, quia nos peccasse meminimus, defluamus in fletibus, lauemus holocaustum. Et diuus Augustin. exponens illud Psalmist, Introibo in domum tuam in holocaustis: Quid est (inquit) holocaustum? Totum incensum, sed igne diuino. Holocaustum enim dicitur sacrificium, cui totum accenditur. Aliæ sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum. Quando totum ardet tantum cōsumitur igne diuino, holocaustum dicitur: quando pars, sacrificium. Omne quidem holocaustum sacrificium, sed non omne sacrificium holocaustum. Holocausta enim promittit. Corpus Christi loquitur, vnitas Christi loquitur: Introibo in domū tuam in holocaustis. Totū enim meum consumit ignis tuus. Nihil remaneat mihi, totum sit tibi. Hoc aūt erit in resurrectiōe mortuorū, quū corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatē. Tunc fiet qd scriptū est: Absorpta est mors in victoria, Victoria quasi ignis diuinus est, quū absorbebit et mortē nostrā, holocaustū est. Nō remanet mortale aliqd in carne, nō remanet culpabile aliquid in spiritu, totū ex mortali vita consumetur, vt in æterna vita consummetur, vt à morte seruemur

Psal. 19. a

Psal. 65. c Augusti.

1. Cor. 15. c

seruemur in vita. Et paulo inferius ait propheta, Holocausta medullata offeram tibi. Quid est (inquit) medullata? Intus teneam charitatem tuam, nō erit in superficie, in medullis meis erit quod diligo te. Nihil enim interius medullis nostris. Interiora ossa sunt in carne, nedullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in superficie colit deū, magis placere vult homini bus. Aliud autē intus sentiens, nō offert holocausta medullarum, cuius autē medullam inspicit, ipsum totū accipit. Et Cassiodorus: Holocausta medullata sunt sacrificia, q̄ puro atq; intimo corde diuinis cōspectibus damus. Nam qñin vicem holocausti contritionē cordis offeri mus, oportet vt intus habeat purissimā fidem, intus habeat opera fidei, q̄ ad vicem medullæ oblationem pinguissimam reddant, ne sit aridū, atq; vacuum q̄d diuinis cōspectibus immolamus. Quapropter talia fe holocausta promittit offerre, quæ firmitatem habeāt medullę, & pinguedinem fidei salutaris. Et exponens illud Psalmistæ, Memor sit oīs sacrificij tui, & holocaustum tuū pingue fiat: Sacrificiū (inquit) sanctę ecclesiæ, nō hostia pecudum, sed iste ritus accipiendus est, qui nunc agitur corporis, & sanguinis immolatione solenni, quē vēturum p̄uidebat, nō quem p̄termittendum esse cognouerat. Holocausti nomine in illa prioris sacrificii similitudine perseuerat. Holocaustū enim totum dicebatur incensum, quæ nunc referendi sunt ad cōmunionis nostræ sanctissimam puritatē. Holocaustum enim p se cōbustum, & aridum est, sed pingue fit, atq; iocundum, qñ à gratia diuinitatis assumitur. Et alio in loco ait Psalmista: Holocausta autem tua in cōspectu meo sunt semp. vbi D. Augu. hoc pacto scribit: Holocausta quædam sunt, de quibus in alio Psalmo dicitur: Si voluisses sacrificium, dedissem vtiq; holocaustis nō delectaberis. Et rursus cōuertit se: Sacrificium deo spūs contribulatus, cor contritum & humiliatum, deus nō spernit. Quæ sunt ergo holocausta, quæ nō spernit? Quæ holocausta, quæ in cōspectu eius sunt semp? Benigne (inquit) fac dñe in bona volūtate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta. Dicit quædam holocausta deum acceptaturum. Quid est autem holocaustū? Totum igne assumptum: holon totum est, causis incensio est. Et quidam ignis flagrantissimæ charitatis. Animus inflammetur charitate, arripiat eadem charitas membra in vsum sum, nō ea permittat militare cupiditati, vt totus exardescat igne amoris diuini, qui vult offerre deo holocaustum. Talia holocausta tua in conspectu meo sunt semp. Et Cassiodorus: Gloriosus doctor, & perfectissimus institutor, Iudaicum populum volens à rebus carnalibus amouere, & ad spiritualia sacramenta perducere, pecudum sacrificia iam non dicit exquirenda, nec cum exinde argui posse testatur, si minime animalium victimas immolaret, sed holocausta illa potius in conspectu suo danda commemorat, quæ humiliato corde prīs altaribus offeruntur. Holocausta autem dicta sunt sacrificia, quæ postquam fuissent immolata, ignis veniens desuper absumebat, quæ latine tota incensa dicuntur. Hæc Christus veniens respuit, quia ipse vera victima fuit. Aliud est holocaustum q̄d dñs ante conspectum suum semper esse pronunciat, scilicet qñ mens nostra diuino amore succensa, peccata sua tribulatione decoquit, & ad illius holocausti similitudinem omnia vitia sua cruciatu corporeo exusta consumit. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Per hunc versum, & duos alios q id est, breuis locutio, quum plura paucis amplectimur. Sed ne audito holocausto, ad antiqua humana mens sacrificia recurreret, aperte renuit consuetudinem priorem, vt spiritualit intelligeretur, q̄p in similitudinem p̄missa gerebantur. Et exponens illud Psalmistæ, Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta &c. Id est, tunc acceptabis filij tui gloriosissimam passionem, qui se sacrificiū pro omnibus obtulit, vt salutem mundus quam suis opibus non merebatur, acciperet. Oblationes & holocausta. Istud iam ad fideles pertinet Christianos, qui erant post aduentum domini crediturī, significans immolanda corda hominum viuentium, non membra pecudum mortuorum. Illa enim ignis consumptibilis absumebat, ista incēdium vitale excruciat. Illa redigebantur in fauillas, ista temporaliter animas tribulationibus exurendo, ad amœni paradisi gaudia æterna perducunt. Et Augustinus: Tunc acceptabis & cæt. Modo (inquit) sacrificium pro iniquitate, spiritum contribulatum, & cor humiliatum, tunc sacrificium iustitiæ laudis solius. Beati enim qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hōc est enim sacrificium iustitiæ. Oblationes, & holocausta. Quando totum pecus imponebat aræ Dei igne consumendum, holocaustum dicebatur. Totos nos dñinus ignis absumat, & feruor ille totos arripiat. Quis feruor? De quo scriptū est. Nec est qui se abscondat a colore eius. Quis feruor? De quo dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Nō

Psal. 50. d.

Augustin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum anima nostra absumatur ab illo igne diuino sapientiæ,sed & corpus nostrum,vt me reatur ibi immortalitatem. Sic leuetur holocaustum,vt absorbeatur mors in victoriam.

Hominem multipharie accipi sacris in literis. Cap. XIIII.

Gregorius. HOmo tribus modis accipitur,vt inquit diuus Gregorius libro Moralium quarto,capite decimoseptimo:Scriptura (inquit) sacra tribus modis hominẽ appellat,scilicet aliquando per naturam,aliquando per culpam,aliquãdo per infirmitatem. Homo quippe per naturam dicitur,sicut scriptum est,Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostrã, Gene.1.c Homo per culpam,sicut scriptum est,Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes,vos autem sicut Psal.81.a homines moriemini. Ac si aperte dicat:Sicut delinquentes obibitis. Vnde & Apostolus Pau 2.Cor.3.2. lus ait: Quum sit inter vos zelus,& contentio,nonne carnales estis,& secundum hominem ambulatis? Ac si aperte dicat:Qui discordes mentes ducitis, nonne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo per infirmitatem dicitur,sicut scriptum est: Maledictus homo,qui spem suam ponit in homine. Ac si aperte diceret,In infirmitate. Est autem homo interior,& exterior. Interior incorruptibilis,exterior corruptibilis,iuxta illud Apostolicum: Si is qui deforis est homo noster corrumpitur,sed qui intus est,renouatur. Quæ verba euarrans Origenes libro septimo in epistolam ad Romanos, exponens illud Apostolicum,Va- Roma. 8.d nitati enim creatura subiecta est non volens:Ille(inquit) interior homo,qui secundum Deum creatus est,& ad imaginem Dei factus,incorruptibilis est,& inuisibilis,& secundum priam sibi rationem etiam incorporeus dici potest. Exterior vero homo & corpore corruptibilis dicitur,propter quod & Paulus dicebat: Nam si is,qui deforis est homo noster cor- 2.Cor.4.d rumpitur,sed qui intus est renouatur. Interioris autem hominis in his renouatio,vtpote q 2.Cor.4.d est rationabilis mens,in agnitione Dei,& capacitate sanctiſpiritus constat. Et in prologo Cantici Canticorum:In principio(inquit)verborum Moysi,vbi de mundi conditione conscribitur,duos inuenimus homines creatos referri. Primum ad imaginem & similitudinem Dei factum secundum é limo terræ factum. Hoc Paulus Apostolus bene sciens,& ad liquidũ in his eruditus in suis literis apertius,& euidentius binos esse,& per singulos quosque homines scripsit. Sic enim dixit:Nam si is qui foris est &c. Et iterum:Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Et his similia quanta conscribit? Vnde puto neminem iam debere dubitare,quod Moyses de duorum hominum factura,vel figmento scripserit in principio Geneſis,quum videat Paulum,qui melius vtiq; quàm nos intelligebat ea quæ a Moyse scripta sunt,duos homines esse per singulos quosq; dicentem: Quorum vnum,id est,interiorem renouari per singulos dies memorat:alterum vero id est,exteriorem, in quibusdam sanctis,& talibus,qualis erat Paulus,corrumpi perhibet,& infirmari. Quod si alicui videbitur de hoc adhuc aliquid dubitandum,in locis propriis melius explanabitur. Nunc autem propter quid memoriam fecerimus interioris,& exterioris hominis,persequamur. Ostendere enim ex his volumus,quod scripturis diuinis per mononymas,id est,per singulas appellationes,ideo per eadem vocabula,& exterioris hominis membra,& illius interioris hominis membra,partes,affectusq; nominantur,eademque non solum vocabulis,sed & rebus ipsis sibi inuicem comparantur. Verbi gratia: Vetatur aliquis esse puer secundum interiorem hominem,quem possibile est crescere,& ad ætatem iuuenis adduci,atq; inde succedentibus incrementis peruenire ad virum perfectum,& effici patrem. His autem nominibus vti volumus,vt consona diuinæ scripturæ,illi scilicet,quæ à Ioanne scripta est,vocabula potere 1.Ioha.2.b mus. Ait enim:Scripsi vobis pueri,quoniam cognouistis patrem. Scripsi vobis patres,quoniam cognouistis eum,qui ab initio est. Scripsi vobis iuuenes,quoniam fortes estis,& per verbum Dei,quod manet in cœlo,vicistis malignum. Euidens vtiq; est, nec ab vllo arbitror o- 1.Cor.3.a. mnino dubitari,quod pueros hic Ioannes,vel adolescentes,& iuuenes,vel etiam patres secundum animæ,non solum corporis appellat ætatem. Sed & Paulus dicit in quodam loco: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus,sed quasi carnalibus,tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. In Christo autem paruuli proculdubio secundum carnis nominantur ætatem. Denique idem Paulus etiã in alio loco ait:Quum essem paruulus,sicut paruulus loquebar,sicut paruulus sapiebam,sicut paruulus cogitabam. Quũ autem factus sum vir,destruxi quæ erant paruuli. Et iterum alibi dicit: Donec occurramus omnes in virũ perfectũ,in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Igitur sicut hæc quæ memorauimus ætatũ nomina eiddẽ vocabulis,& exteriori hominiascribuntur,& interiori:ita inuenies etiam membrorũ nomina corporaliũ trãsferri ad animæ mẽbra,seu potius efficientiæ hæ animæ,affectus: q; dicẽdi sunt. Dicitur ergo in Ecclesiaste,Sapientis oculi in capite eius,Item in Euangelio:Qui habet aures audiendi,audiat. In prophetis quoq; Sermo domini qui factus est in manu prophetę Hie remiæ siue iterius cuiuslibet. Simile est etiam illud quod ait:Pes autem tuus non offendit. Et iterum:Mei autem paulominus moti sunt pedes. Euidenter quoq; & venter animæ designatur,vbi dicitur,Domine à timore tuo in vtero concepimus. Nam inde quis dubitet,quum dicitur,Sepulcrum patens est guttur eorum,Et iterũ Præcipita domine,& diuide linguas eorum. Sed & id quod scriptũ est,Dentes peccatorum contriuisti,Et iterum,Contere brachiũ peccatoris,& malignĩ? Et quid opus est me de his plura colligere,quum abundantissimis testimonijs scripturæ diuinæ repletæ sint? Ex quibus euidenter ostenditur membrorum hæc nomina nequaquam corpori visibili aptari posse,sed ad inuisibilis animæ partem,virtutesq; debere reuocari,quoniam & vocabula quidem habent similia,aperte autem,& sine vlla ambiguitate non interioris,sed exterioris hominis significantias gerunt. Esto ergo materialis huius hominis,qui & exterior appellatur cibus,potusq; naturæ suæ cognatus,corporeus iste sicut licet,& terrenus. Similiter autem & spiritalis hominis ipsius,qui & interior dicitur,est proprius cibus,vt panis ille viuus,qui de cœlo descendit,sed & potus ille est ex illa aqua,quam pro Iohan.6.d mittit Iesus,dicens:Quicunq; biberit ex hac aqua,quam ego do,non sitiet in æternum. Sic ergo per omnia similitudo quidem vocabulorum secundũ vtrũq; hominem ponitur,rerum vero,proprietas vnicuiq; discreta seruatur,& corruptibili corruptibilia prębetur,incorruptibili vero incorruptibilia proponuntur. Vnde accidit,vt simpliciores quidã nesciẽtes distinguere ac secernere quæ sint,quæ in scripturis diuinis interiori homini:quæ vero exteriori deputanda sint,vocabulorũ similitudinibus falsi,ad ineptas quasdam fabulas,& figmenta inania se cõtulerũt,vt etiã post resurrectionẽ cibis corporalibus vtẽdũ crederent,potũq; sumendum, nõ solũ ex illa vite vera,& viuẽte in secula,verũ,& ex his vitibus ligni. Sed de his alias videbimus. Nũc ergo ẽ qdẽ secdm interiorẽ hominẽ alius sine filijs,& sterilis,alius vero abundans in filijs secdm q; & illud aduertimus dictũ:Sterilis peperit septẽ,& fœcũda in filijs infirmata ẽ,& vt in bãdictionibus dicitur:Nõ erit in vobis sine filijs,& sterilis. Igit si hæc ita se habẽt,sicut dicitur aliquis carnalis amor quem cupidinem appellauerunt poetæ,secdm quẽ qui amat,in carne seminat:ita est quidã spiritalis amor,secdm quẽ ille interior homo amans,in spiritu seminat. Et vt euidentius dicam:Si quis est,qui portat adhuc imaginẽ terreni secdm exteriorẽ hoĉm,agitur cupidine,& amore carnali. Amore autẽ,& cupidine cœlesti agitur anima,quũ perfecta pulchritudine,& decore verbi Dei speciem eius adamauerit,& ex ipso zelũ quendã & vulnus amoris acceperit. Oportet etiã nos illud scire:Illicitus amor,& contra legẽ sicut accidere potest homini exteriori,verbi gratia,vt nõ sponsam,vel cõiugẽ amet sed aut meritricẽ aut aduleram & interiori homini,hoc ẽ aiæ,accidere poreſt amor,nõ in legitimũ spõsum,quẽ dicterã:ita mus eẽ verbũ Dei:sed in adulterũ aliquẽ,& corruptorẽ hoc est,erga aliąs spiritus nequiciæ.

De eodem homine interiori,& exteriori. Cap. XV.

Diuus q; Augustinus lib.de vera religione vnico,cap.xl.hoc pacto scribit:Renascit(inquit)interior homo,& exterior corrũpitur de die in diẽ. Sed interior exteriorẽ respicit, & in sua cõparatione fœdũ videt,in proprio tñ genere pulchrũ,& corporũ cõueniẽtia lætantẽ,& corrũpentem q; in bonũ suum conuertit,alimẽta scilicet carnis,quę tñ corrupta,i.amittẽ cõuenientiã transeuntia,& per vitalem motũ dijudicãtur quodã modo,vt ex his in structuram formã suam in membrorũ istorũ fabricam migrant,& corrupta reficiũt in aliã formã huius visibilis pulchri quæ apta sunt assumantur,non apta vero per cõgruos meatus eñciã tur. Et cap.xli. Corrumpitur autem homo exterior, aut profectu interioris aut defectu suo. Sed profectu interioris ita corrũpitur,vt totus in melius reformetur,& restituatur in integrũ in nouissima tuba,vt iam non corrumpatur,neq; corrumpat. Defectu autem suo in pulchritudines 2.Cor.13.g corruptibiliores,i.pœnarũ ordinem ẽcipitatur. Nec miremur,q; adhuc pulchritudines nomino. Nihil enim est ordinatum,q; nõ sit pulchrũ. Et sicut ait Apost. Omnis ordo à Deo est. Necesse est autẽ fateamur meliorem esse hominẽ plorantem,q; lætantẽ vermiculum,& tñ vermiculi laudem sine vllo mendaci copiose dicere possum,considerans nitorem coloris,figurã teretem corporis,priora cũ medijs,media cũ posterioribus cõgruentia,& vnitatis appetentiã pro suæ naturæ humilitate seruãtia,nihil ex vna parte formatũ,q; nõ ex altera parili dimẽsione respondeat. Quid iam de animaipsa dicã vegetante modulũ corporis sui quo eũ numerose moueat,quo apperat conuenientia,quo vincat,aut caueat obsistentia quantum potest,& ad vnum sensum incolumitatis referens omnia,vnitatem illam conditricem naturarum omnium multo euidentius quum corpus insinuet,loquor de vermiculo animante quali quo q;. Quid ergo mirũ est si hois animã,q; vbiq; sit,& qualiscũq; sit ói corpore est melior,dicam pulchré

Luc.8.a Hiere.1.a Ipeou.3.c Psal.72.a. Isai.26.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam pulchrè ordinari,& de pœnis eius alias pulchritudines fieri,quum ibi non fit, quãdo mi
ſera eſt, vbi beatos eſſe decet:ſed ibi ſit vbi eſſe miſeros decet. Et lib. de Trinitate xij. cap. pri-
mo: Age nunc videamus vbi ſit quaſi quoddam hominis exterioris,interiorisque confinium.
Quicquid enim habemus in animo commune cum pecore, recte adhuc dicitur ad exterio-
rem hominem pertinere. Non enim ſolum corpus homo exterior deputabitur, ſed adiun-
cta quadam vita ſua,qua compages corporis, & omnes ſenſus vigent, quibus inſtructus eſt
ad exteriora ſentienda. Quorum ſenſorum imagines infixæ in memoria, quum recordan
do reuiſuntur,res adhuc agitur ad exteriorem hominem pertinens. Atq; in his omnibus non
diſtamus à pecore,niſi quod figura corporis non proni,ſed erecti ſumus. Qua in re admone-
mur ab eo qui nos fecit,ne meliore noſtri parte,id eſt,animo ſimiles pecoribus ſimus, à qui-
bus corporis erectione diſtamus, non vt in ea quę ſublimia ſunt in corporibus animum pro-
inciamus. Nam vel in talibus quietem voluntatis appetere,proſternere eſt animum, ſed ſicut
corpus ad ea quæ ſunt excelſa corporum,id eſt,ad cœleſtia naturaliter erectũ eſt:ſic animus,q
ſubſtantia ſpiritalis eſt,ad ea quæ ſunt in ſpiritalibus excelſa erigendus eſt,non elatione ſu-
perbiæ,ſed pietate iuſtitiæ. Et libro xxiiij. contra Fauſtum Manichæũ,cap. ij. Paulus (inquit)
Apoſt. interiorẽ hominẽ per ſpiritũ mentis,exteriorẽ vero in corpore, atq; iſta mortali vita
vult intelligi,non tñ vtrunq; horũ ſimul duos homines eum dixiſſe aliquãdo in eius literis le-
gitur,ſed vnum,quem totum Deus fecerit,id eſt, & id quod interius ẽ, & q̃d exterius eſt,ſed
rum ad imaginem ſuam non fecit,niſi ſecundum id quod interius eſt,non ſolum incorporeũ,
verum etiam rationale,quod pecoribus non ineſt. Non itaq; vnum hominem fecit ad imagi
rem ſuam,& alterum fecit non ad imaginem ſuam,ſed quia hoc vtrunq; interius, & exterius,
ſimul vnus homo eſt,hunc vnum hominem ad imaginem ſuam fecit,non ſecundum id quod
habet corpus,corporalemq; vitam:ſed ſecundum id quod habet rationalem mentem,qua co
gnoſcat Deum,& omnibus irrationabilibus eadem rationis excellentia præponatur. Sed il-
lud interius concedit Fauſtus à Deo fieri,quum renouatur(inquit)in agnitionem Dei ſecun
Coloſ.3.b & 2.Cor.4.a dum imaginem eius qui creauit eum. Hanc Apoſtolicam plane agnoſco ſententiam,quare ip
ſe alteram non agnoſcit? Deus poſuit membra,ſingulum quodq; eorum in corpore,prout vo
luit. Ecce Deus etiam exterioris hominis effector ab eodem Apoſtolo prædicatur, quare in-
de elegit, quod proſe putat, & tacet,aut reſpuit, quod Manichæi fabulas amputat? Item
quum de terreno,& cœleſti homine deſereret idem Paulus inter mortalem,i mmortalem-
que diſcernens, inter id quod in Adam ſumus,& illud quod in Chriſto erimus, ex ipſa lege,
ex ipſo libro & ex ipſo loco adhibuit terreni,id eſt,animalis corporis teſtimonium, vbi ſcri-
ptum eſt quod Deus etiam terrenum hominem fecit. Nam quum ageret quomodo reſurgũt
1.Cor.15.c mortui,& quo corpore venient,quum deciſſet ſimilitudines de ſeminibus frumẽtorũ, quod
nuda grana ſeminentur,& Deus illis det corpus quomodo voluerit,vnicuiq; ſeminum propri
um corpus,vbi nihilominus Manichęi euertit errorem qui & grana & hærbas,& omnes ra
dices,ac frutices gentem tenebrarum dicit creare,non Deum,& in eis formis, atq; generibus
ibidem. rerum Deum potius credit alligari,quam horum aliquid operari. Quum ergo contra Mani
chæi ſacrilegam vanitatem etiam iſta diciſſet,venit ad carnium differentias. Non omnis,in-
quit)caro eadem caro, inde ad corporum cœleſtium,atq; terreſtrium,inde ad mortalium
corporis noſtri,qua fieri poſſit ſpiritale,atq; cœleſte:Seminatur(inquit)in contumelia,ſur-
get in gloria,ſeminat in infirmitate,ſurget in virtute,ſeminatur corpus animale,ſurget cor-
pus ſpiritale. Atq; inde volens oſtendere originẽ corporis animalis:Si eſt(inquit)corpus ani
male,eſt & ſpiritale,ſicut ſcriptũ eſt:Factus eſt primus homo Adam in animam viuentẽ. Hoc
autem in Geneſi ſcriptum eſt,vbi narratur,quomodo Deus hominem fecerit, & corpus q̃
Roma.5.b de terra formauerat,animauerit. Veterem autem hominẽ nihil aliud Apoſtolus, quam vitã
veterem dicit,quæ in peccato eſt in quo ſecundũ Adã viuitur,de quo dicit:Per vnum hoiem
peccatũ intrauit in mũdũ,& p peccatũ mors,& ita in omnes homines pertrẽſiuit, in q̃ omnes pec-
cauerunt. Ergo totus ille homo,id eſt,& interiore & exteriore ſui parte,inueterauit propter
peccatum,& pœnæ mortalitatis addictus eſt. Renouatur autem nunc ſecundum interiorem
hominem,vbi ſecundum ſui creatoris imaginẽ reformatur,exuẽs ſe iniuſtitiã,hoc eſt, veterẽ
hoiẽm,& induẽs iuſtitiam,hoc eſt,nouũ hoiẽm. Tũc aũt quũ reſurget corpus ſpiritale,quare ip
ſum animale,etiam exterior percipiet cœleſtis habitudinis dignitatẽ,vt totũ q̃ creatũ eſt, re-
creetur,& totũ q̃ factũ eſt,reficiatur,illo recreãre qui creauit,& reficiẽre q̃ fecit. Quod bre-
uiter explicat,vbi ait:Corpus quidẽ mortuũ eſt propter peccatũ,ſpiritus aũt vita eſt propter
iuſtitiam.

iuſtitiã. Si autẽ ſpiritus eius q ſuſcitauit Chriſtũ à mortuis habitat in vobis,qui ſuſcitauit Chri-
ſtum à mortuis,viuificabit & mortalia corpora veſtra,p inhabitãtẽ ſpiritũ eius in vobis. Nã
quis catholica veritate inſtructus,ignorat ſecũdũ corpus eſſe alios hois maſculos,alias fœmi-
nas,nõ ſecundũ ſpiritũ mentis,in quo renouamur ſecundum imaginẽ Dei? Verũtamen quia
vtrũq; Deus fecit,rurſum idem Apoſt. teſtis eſt,vbi dicit:Neq; mulier ſine viro,neq; vir ſine
1.Cor.11.d muliere in domino. Sicut enim mulier ex viro,ita & vir per mulierẽ,oia autem ex Deo. Quid
ad hæc dicit inepta fallacia hominũ,alienatorẽ à vita Dei per ignorantiã, quæ eſt in illis pro-
pter cæcitatẽ cordis eorũ niſi in Apoſtolicis literis,quod volumus,verum eſt, quod nolumus Col.3.b
falſum eſt? Sic delirant Manichęi,ſed reſipiſcant,& nõ ſint Manichæi. A quibus ſi quęritur,q̃-
niã interiorem hominẽ renouari ad imaginẽ Dei fatentur, & hoc teſtimoniũ vltro etiã pro-
ferunt,tunc autem dicit Fauſtus,q̃ Deus faciat hominẽ, quãdo interior in Dei agnitione re-
nouatur,vtrum eũ ipſe fecerit,qui reficit,ipſe cõdiderit,q renouat,reſpõdebũt. Ipſe. Cui re-
ſponſioni eorũ ſi adnciamus quærẽtes,q̃do eũ formauerit,quã quærerent vbi ſe abſcondant,
ne fabulę ſuę dedecus aperire cogantur. Neq; eñ dicũt à Deo formatũ, vel cõditũ, vel inſti-
tutũ,ſed de ſubſtantia eius,partẽ proiſus eius aduerſus hoſtes miſſam,nec peccato inueteratũ,
ſed neceſſitate captiuatũ,& deformatum ab inimicis,& cœtera,quæ iã tædet dicere. Ibi cñ &
primũ hominẽ commemorãt,nõ quẽ dicit Apoſtolus de terra terrenũ, ſed neſcio quẽ ſuum
proprũ ex arca mẽdacioꝝ profiliẽtẽ,de quo Fauſtus tacet omnino,quũ de homine ſibi pro-
poſuerit quæſtionem timẽs ne aliquo modo eis,cõtra quos diſputat,innoteſcat.

Quid hordeum myſtice ſignificet. Cap. XVI.

Origenes.

QVid hordeum myſtice ſignificet,oſtendit Origenes homilia xij. ſuper Geneſim, expo-
nens illud Geneſeos. Poſt hæc ſeminauit Iſaac hordeum,& inuenit centuplum. Be ne-
dixit autem illũ dominus,& magnificat⁹ eſt homo,& proceſſu maior fiebat,quoadu ſq; mag-
nus factus eſt valde: Quid eſt,quod Iſaac hordeum ſeminauit,& non frumentum,& benedi-
citur in eo quod hordeum ſeminat, & magnificatur quoadu ſq; magnus fiat? Apparet ergo
quia nondum magnus erat,ſed poſteaquam ſeminauit hordeum,& collegit centuplum,tunc
factus eſt magnus valde. Hordeũ iumentorũ maxime cibus eſt, aut ſeruorũ ruſticorũ. Eſt eñ
ſpecies aſperior, & q̃ velut acuminibus quibuſdã,cõtingentẽ ſtimulare videatur. Iſaac ſermo
Dei eſt,qui ſermo in lege hordeum ſeminat,& in Euangeliis triticum. Illum enim cibũ pfe-
ctioribus,& ſpiritualibus,hunc imperitioribus,& animalibus parat qa ſcriptũ eſt: Homines,
& iumenta ſaluos facies dñe. Iſaac ſermo legis hordeum ſeminat & tñ in ipſo hordeo inuenit
centeſimũ fructũ. Inuenis enim & in lege martyres,quorum eſt centeſimus fructus. Sed & dñs
noſter in Euangeliis Iſaac,perfectiora quæq; Apoſtolis turbis autem plebleia, & communia
loquebatur. Vis autem videre quia etiam ipſius hordei cibos incipientibus exhibuit? Scrip-
tum eſt in Euangeliis quia ſecundo pauerit turbas. Sed illos quos primo paſcit, id eſt, in ci-
pientes,hordeaceis panibus paſcit. Poſtea vero quum iam proceſſiſſent in verbo & doctri-
na triticeos eis exhibet panes. Sed poſt hoc dominus (inquit) benedixit Iſaac, & magnus
factus eſt valde. Paruus erat Iſaac in lege, ſed proceſſu temporis fit magnus. Fit magnus
proceſſu temporis in prophetis. Nam in ſola lege nondum magnus eſt, quippe quæ & ve-
lamine tecta eſt. Creſcit ergo iam in prophetis. Quum vero peruenerit ad hoc vſque, vt & Iohan 5.a.
velamen abiiciat, tunc erit magnus valde. Quum cœperit litera legis velut palea hordei Mat. 14. b
eius ſecerni,& apparuerit, quod ſpiritalis eſt lex, tunc Iſaac magnificabitur, & fiet magnus Mar. 6. b.
valde. Vide enim quia & dominus in Euangeliis paucos panes frangit,& quot milia reficit Luc. 9. b.
populorum,& quanti cophini reliquiarum ſuperſunt. Donec integri ſunt panes,nemo ſatu-
ratur,nemo reficitur,nec ipſi panes videntur augeri. Conſydera ergo nunc quomodo pau-
cos panes frangimus,de ſcripturis diuinis paucos ſermones aſſumimus, quot milia hominum
ſaturanę. Sed niſi fracti fuerint iſti panes,niſi in partes cõminuti à diſcipulis,hoc eſt,niſi minu
tatim litera fuerit diſcuſſa,& fracta,ſenſus eius ad omnes nõ poteſt peruenire. Quũ autẽ per-
tractare cœperimus,& ſingula quæq; diſcutere,tunc turbæ quidem quantũ poterunt,ſumãt.
Quod autem non porrexerint,colligendum eſt,& reſeruandum,ne quid pereat. Seruamus er-
go & nos ſi quid turbæ capere non poſſunt,& colligimus in cophinis,& ſportis. Et Cyrillus
exponẽs illud Euãgelicũ,Eſt puer hic,q habet quiq; panes hordeaceos,& duos piſces,lib. iij.
in Ioannem,cap. xvij. hoc modo ſcribit: Verum quoniam nobis omnia cõquirenda ſunt quę
conferunt,age de quinque etiam panibus & duobus piſcibus, qui apud adoleſcentem il-
lum erant, aliquid dicamus. Parturiunt enim myſticam hæc quandam ratio nem. Quur eñ
(ſtudioſus quiſpiam dicet) alius quidã numerus vtriuſq; rei non fuit? Aut quur non ſimplicit à
paucißimis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauciſſimis, minimisq; tantã fuiſſe ſaturatã multitudinẽ deſcripſit, ſed numerũ ſ̃q; addidit? Quare diligens oĩum rerũ,& ipſius numeri deſcriptio aliquid parturire videtur, quod ꝙrendum eſt. Quinq; nãq; panes fuiſſe ait,& illos hordeaceos, duos vero piſces, qbus diligẽtes ſe Chriſtus ſaturauit. Puto igitur ipſe (quãuis meliora ſtudioſos q̃rere hortor) quinq; Moſaicos libros quinq; hordeaceis panibus ſignificari. Tota eñ lex, q̃ in illis cõtinetur, literalẽ, ac hiſtoricũ cibum, atq; ideo duriorẽ,& quaſi hordeacium affert. Duobus aũt piſcibus, piſcatorum libros, quibus delicatiora hominibus alimenta deferuntur, ſignificari arbitror. Duo aũt piſces ſunt, quia & p̃dicatio Chriſti, quæ p Apoſtolos effulſit, Euãgelica & Apoſtolica ſcriptura reſplendet. Ita ſaluator,& diſciplina legis ſpiritalis,& nouiteſtamẽti, mirabili doctrina fide
Mat 4. c. lium animas ad vitã alit æternã. Quod aũt diſcipuli dñi piſcatores fuerunt, perſpicuum oñi-
Auguſt. Iohan. 6. 2. bus eſt. Si enim forſan non omnes huiuſmodi (ne contẽdamus) ſed qñ principales eorũ piſcatores fuerunt, non erit aliena noſtra hæc à veritate oratio. Et Auguſt. libro vnico lxxxiij. quæſtionum, quæſtione lxi. Quinq; panes hordeacei, qbus in mõte dominus turbas pauit, ſignificant veterem legem, ſiue quia nõdum ſpiritalibus, ſed adhuc carnalibus data eſt, i. quinq; corporis ſenſus deditis, nã & ipſæ turbę quinq; milia hominum fuerunt, ſiue quia per Moyſen lex data eſt. Moyſes enim quinq; libros ſcripſit. Et quod hordeacei erant panes, bene ſignificãt, vel ipſam legem, quæ ita data erat, vt in ea vitale animæ alimentum corporalibus ſacramentis obtegeretur, hordei enim medulla tenaciſſima palea tegitur. Vel ipſum populum nondum expoliatum carnali deſiderio, quod tanquã palea cordi eius inhærebat, id eſt, nondum corde circunciſum, ita vt nec triturationẽ tribulationum, quum per deſerta quadraginta annis duceretur, intellectu reuelato carnalia integumenta deponeret, ſicut nec hordeum areæ tritura illo paleari tegmine exuitur. Itaq; illi populo congruẽter lex talis data eſt. Duo autem piſces qui ſaporem ſuauem pani dabant, duas illas perſonas videntur ſignificare, qbus populus ille regebatur, vt per eas conſiliorum moderamen acciperet, regiam ſcilicet, & ſacerdotalem, ad quas etiã ſacroſancta illa vnctio pertinebat. Quarum officium erat procellis, ac fluctibus popularibus nunquam frangi, atq; corrumpi,& violentas turbarum contradictiones, tanq̃ aduerſantes vndas, ſæpe dirumpere, interdum eis cuſtodite ſua integritate cedere, prorſus more piſciũ tanq̃ in procelloſo mari ſic in turbulẽta populi adminiſtratione verſari. Quæ tñ duæ perſonæ dñm noſtrum ꝓfigurabant. Ambas eñ ſolus ille ſuſtinuit, & nõ figurate, ſed propriè ſolus impleuit. Et tractatu xxiiij. in Ioannem, Et impleuerant xij. cophinos fragmentorũ: Breuiter vt curramus, quinq; panes intelliguntur quinq; libri Moyſi, merito nõ tritici ſed hordeacei, quia ad vetus teſtamentũ ptinent. Noſtris aũt hordeũ ita creatum, vt ad medullã eius vix perueniatur, veſtitur enim eadem medulla tegmine paleæ, & ipſa palea tenax, & inhærens, vt cũ labore exuatur. Talis eſt litera veteris teſtamenti veſtita tegminibus carnalium ſacramentorũ, ſed ſi ad eius medullam peruenitur, paſcit & ſatiat. Ferebat ergo puer quidam quinq; panes. & duos piſces. Si quæramus quis fuerit puer iſte, forte populus Iſrael erat. Senſu puerili portabat, nec mãducabat. Illa enim quæ portabat clauſa onerabat, aperta paſcebant. Duo autem piſces videntur nobis ſignificare duas illas in veteri teſtamẽto ſublimes perſonas, quæ vngebãtur ad populum ſanctificandum,& regendum ſacerdotes, et reges. Et ipſe venit in myſterio aliquãdo, qui per illas ſignificabatur, venit aliquãdo qui per medullam hordei oſtendebatur, per paleã vero hordei occultabatur. Venit ipſe vnus vnãq; perſonam in ſe portãs, ſacerdotis & regis. Sacerdotis per victimã, quam ſeipſum obtulit pro nobis deo: Regis, quia regimur ab eo,& aperiuntur quæ clauſa portabantur. Gratias illi impleuit per ſe quod per vetus teſtamentum promittebatur,& frangi iuſſit panes, frangendo multiplicati ſunt. Nihil verius. Quinq; enim libri Moyſi, q̃ multos libros, quum exponũtur, tanquam frangendo, id eſt differendo fecerũt. Sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictum eſt: Quandiu legitur Moyſes, velamen ſuper
2. Cor. 3. c. corda eorum poſitum eſt. Nondum enim ablatum erat velamen, quia nondũ venerat Chriſtus. Nondum velum templi fuerat, illo in cruce pendente conciſſum. Quia ergo ignorãs populi erat in lege, propterea illa domini tentatio ignorantiam diſcipuli demonſtrabat. Nihil igitur vacat, omnia innuunt, ſed intellectorem requirunt, nã & iſte numerus paſti populum ſignificabat ſub lege conſtitutum. Cur enim quinq; milia erãt, niſi quia ſub lege
Iohan. 5. a. erãt, quæ lex quinq; libris Moyſi explicatur? Vnde & quinq; illis porticibus languidi prosternebãtur, non ſanabãtur. Ille autẽ ibi curauit languidũ, qui & hic turbas de quinq; panibus pauit, nã & ſuper fœnum diſcumbebãt. Carnaliter ergo ſapiebant,& in carnalibus quæſcebant. Omnis enim caro fœnũ, Quę ſunt autẽ illa fragmenta, niſi quæ populus nõ potuit mãdu-
re? Intel-

re? Intelligãtur ergo quædã ſecretiora intelligentiæ, q̃ multitudo nõ poteſt capere. Quid ergo reſtat, niſi vt ſecretiora intelligẽtiæ, quę nõ poteſt capere multitudo, illis credãtur, quibus dei ſunt & alios docere, ſicut erãt Apoſtoli, vnde duodecim cophini impleti ſunt? Factum eſt hoc & mirabiliter, quia magnũ, factũ eſt & vtiliẽ, quia ſpiritaliẽ factũ eſt. Qui tunc viderũt, admirati ſunt, nos aũt non miramur, quũ audimus. Factũ eſt enim, vt illi viderent, ſcriptũ eſt aũt, vt nos audiremus. Quod in illis oculi valuerũt, hoc in nobis fides, cernimus quippe aĩo, ꝙd oculis nõ potuimus. Et ꝓlati ſumus illis, qñ de nobis dictũ eſt: Beati qui nõ vident,& credunt. Addo aũt, quia forte intelleximus, ꝙd illa turba nõ intellexit. Et vere nos paſti ſumus, qui ad medullã hordei puenire potuimus. Deniq; hoies illi, qui viderunt hocꝙd putauerũt?

Quid hortus myſtice ſignificet. Caput XVII.

QVid hortus myſtice ſignificet. D. inſinuat Grego. exponens illud Canticorũ. Hortus conclu ſus ſoror mea ſpõſa, hortus cõcluſus, fons ſignatus: Hortus (inquit) ſctã eccleſia exiſtit, quia dũ populos multos in fide gignit, quaſi flores pulchros bona terra emittit. Qui hortus concluſus bñ eſſe dicitur, quia charitatis vallo circunquaq; munitur, ne intra numerũ electorũ reprobus aliquis ingrediatur. Vnaquęq; anim. ſcta, etiam cõcluſus hortus eſſe intelligitur, quia dũ virtutes nutrit, flores gignit, & dum virtutũ exhilaratione ſe reficit, fructus, ꝙs genuerat, eadem cuſtodit. Concluſus enim hortus eſſe dicitur, quia dũ bona ſua intentione vitæ æternæ abſcondit, dum humanas laudes oĩno contẽnit, ipſa bona intentione ſe circunſepit, ne ad interiora rapienda hoſtis antiquus irrumpere poſſit. De fonte hortorum, dictũ eſt in dictione, Fons. Et inferius eodẽ capite dicitur: Surge Aquilo & veni Auſter, perfla hortum meum,& fluent aromata illius. Quid enim per Aquilonem, qui in frigore cõſtringit, & torpentes facit, niſi immundus ſpiritus deſignatur, qui reprobos oĩs, dum poſſidet, à bono opere torpere facit? Per Auſtrum vero, calidum ſcilicet ventũ, ſpũs ſanctus deſignatur, q dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat,& feruentes facit, vt bona, q̃ deſiderant, operentur. Hinc enim dicitur, Conuerte dñe captiuitatẽ noſtrã, ſicut torrens in Auſtro. Surgat ergo Aquilo,& veniat Auſter,& perflet hortum ſponſi,& fluant aromata illius, vt videlicet ſpiritus malignus ab eccleſia, vel ab vnaquaq; electa anima diſcedat,& ſpũs ſanctus adueniat. Qui veniens charitatis ignem cogitationibus infundat,& à torpore negligentiæ, dũ ſe infuderit, ſoluat. Quod dum agit, aromata fluunt, quia dum adueniente ſancto ſpũ, cor, quod prius torpuerat, ad opera ſe excitat, mox ſanctæ operationis opiniones per proximos quoſq; ſuauiter diſcurrunt, vt quiq; audientes ad eadem ſe accendant,& auſtro flante, i. ſpiritu ſancto ſe infundente, virtutũ odores emittant, vt vbiq; ſanctus hortus floreat,& poſt florem fructus redolentes & reficientes producat. In quem hortum ſponſa dilectum inuitat, quum ſubdit, Veniat dilectus meus in hortum ſuũ, & comedat fructum pomorum ſuorum. In hortum dilectus venit,& fructum comedit, quando Chriſtus mentes viſitat,& bonorum operum delectatione ſe ſatiat. Et capite ſexto: Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatũ, vt paſcatur in hortis & lilia colligat: Dilectus in hortũ ſuum ad areolam aromatum deſcendit, quia eccleſiam viſitans, ad eos maiori gratia venit, quos ſanctis operibus,& virtutum exemplis bonæ famæ odorem ex ſe proximis emittere cognoſcit. In hortis paſcitur, quum multarum animarum virtutibus delectatur. Lilia colligit quando perfectos quoſq; ab hac vita ſuccidit. Et eodẽ capite: Deſcẽdi in hortũ nucũ, vt viderem poma conualliũ. Quid per nuces, niſi pfectos quoſq; intelligimus, qui dũ diuinã ſapientiã intra corpora ſua retinent, quaſi nucleum in fragili teſta portant? Sunt enim quàmplures in eccleſia, qui aſſidue diuinæ ſcripturæ intendunt, quam ſuauis ſit dñs guſtantes, amplius guſtare cõcupiſcunt, ſancta gaudia in corde ruminant, & ruminantes magis, ac magis conualeſcunt,& tamẽ foris neſcientibus eos, viles apparent, quia ignoratur quam dulcem in ſuis interioribus cibũ portent. Quid iſti, niſi nuces exiſtunt, qui nuclei dulcedinem intus ferunt, exterius vero carnis vilitatem prætendunt? De quibus erat Apoſtolus, qui dicebat: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Hortus igitur nucum, corda ſunt ſanctorum, qui dum deum valde diligũt, cæleſtem dulcedinem in intimis gerunt. Vnde in Pſalmo ſcriptum eſt: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quam abſcondiſti timentibus te. Sed quid eſt quod in hortũ nucum ſponſus deſcendit, vt poma videat, quum potius nuces videre debeat? Verum: mens ſcientium, ꝙ maxime corda perfectorum viſitat, ei q; benignitatis ſuæ ſuauitatẽ manifeſtat, vt per eos ad infirmiores poſtmodũ veniat, & quantum in augmentum iuſtitiæ profecerint, ꝓ illos cognoſcat. Vnde ſcriptum eſt: Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Dum enim diuina bonitas corda perfectorũ illuſtrat,

Cant. 4. d

Cant. 4. d

Cant. 4. d

Cant. 5. d

Cant. 6. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

strat, eosq; ad curam proximorum per charitatis similitudinem instigat, quid hoc est aliud, nisi q̃ ad hortum veniens, poma conuallis, per illos quibus ſ̃ fidet, proſpectat? Tũc enim dñs videre, vel cognoscere dicitur, quum sanctos suos, quos illustrat, ad videndũ exhortatur. Sed quid est, q̃ non poma montis, sed poma conuallis vt videat, descendit, nisi q̃ illis respectum suæ miserationis tribuit, quos in humilitate persistere cognoscit. De quo per Psalmistam di-
Esai. 66.2. citur: Quoniam excelsus dñs, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Et ipse dominus per semetipsum ex voce prophetæ dicit. Super quẽ requiescit ſpũs meus, nisi super humilẽ & quietẽ, & trementẽ sermones meos? Et Canticorũ. viij. Quæ habitas in hortis, amici auscultant te, fac me audire vocem tuam: Sponsa in hortis habitat, quia sancta ecclesia, vel quælibet sancta anima in fructificatione virtutum mentem versat. Cuius vocem sponsus audire desiderat, quia in hoc summopere Christo placet, vt perfectus quilibet vir infirmos quosq; verbo sanctæ prædicatiõis admoneat. Amici enim auscultant, quia fideles in ecclesia, vt amicus sponsi loquatur, pio desiderio expectant. Et notandum, q̃ amicus est, qui auscultat, quia q̃ deum mente integra diligit, ſ̃dicantem, quem diligit, libenter audit. Vnde in euangelio dici-
Ambrosi. tur: Qui est ex deo, verba Dei audit. Et Ambrosius lib. primo de virginibus: Hortus (inqt) conclusus soror mea sponsa &c. eo quod in hortis huiusmodi impræſtam signaculis imaginẽ Dei synceri fontis vnda resplendeat, ne volutabris ſpiritualium bestiarũ ſparso cœno fluenta turbentur. Hinc ille morali ſeptus ſpiritu pudor clauditur, ne pateat adrapinam. Itaque sicut hortus pluribus intaccessus vitem redolet, fragrat oleã, rosam renidet, vt in vite religio, in olea pax, in rosa pudor sacratę virginitatis inolescat. Hic est odor, quem Iacob patriarcha fragrauit, quando meruit audire, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Nam licet plenus omnibus fere fructibus patriarchę sancti fuerit ager, ille tamẽ fruges maiore virtutis labore generauit, hic flores. Accingere itaq; virgo, & ſi vis huiuscemodi tibi vt hortus aſpiret profloribus eum claude præceptis, Pone custodiam ori tuo, & ostium circumstantiæ labijs tuis. Et infra, Et veni Auster, aſpira hortum meum, & fluant aromata mea: Ex oñibus enim partibus mundi odor sanctę religionis adoleuit, dilectæ quo virginis membra fragrarunt. Et libro tertio: Ianuam quoq; tuam disce temporibus obſerare nocturnis, non facile quiſquã patentem reperiat. Sponsus ipse vult clausam esse, quum pulsat. Ianua nostra, os nostrum est.

Cant. 4. d CHRISTO propemodum soli debet aperiri, nec aperiatur, nisi ante pulsauerit Dei verbum. Denique ideo scriptum est: Hortus cõclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Nec facile aperiat os suum, ne vulgari de signet alloquio. Neq; de ipſis diuinis decet, nisi verbo Dei interpellata respondeas. Quid tibi cum cæteris? Soli Christo loquere, soli famulare Christo. Si enim mulieres in ecclesia taceant, quantomagis non decet patere virginis ianuam, non decet viduę patere fores? Cito insidiator pudoris obrepit, cito verbum excidit, quod reuocare desideres. Si Euæ clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisset interrogata serpẽti. Introiuit mors per fenestram, hoc est, per Euæ ostium. Ingreditur mors per ostium tuũ, ſi falsum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter, proſtremo ſi vbi nõ oportuit, loquaris. Clausæ sint igitur labiorum fores tuorum, & obſeratum maneat vocis vestibulum, tunc fortasse referandum, quum audieris dei vocem, quum audieris dei verbum. Tunc tibi myrrha ſudabit, tunc tibi baptiſmatis aſpirabit gratia, vt ab elementis mundi commorire cum Christo, & cum Christo resurgas. Et in exhortatiõe ad virgines: Addit adhuc & laudem virginitatis, Hortus clausus soror mea sponsa &c. quod meliores afferat fructus clauſtro-
Cant. 4. d. pudoris septa virginitas, in qua intemerata permaneant castitatis signacula. Hunc hortũ animæ vestræ, huncfontem seruate puri liquoris, vt eum in vobis nemo perturbet, nemo deſignet, quem genitalis in vobis origo signauit.

Caput XVIII.

ET libro de bono mortis, cap. v. Horum (inquit) ſibi Plato compoſuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit. Iouem enim & Deum, & mẽtem totius mundi dixit. In hunc introisse animam, quam venerẽ nuncupat, vt se abundantia, & diuitijs horti repleret, in quo repletus potu iaceret, purum q nectar effunderet. Hoc igitur ex lib. Canticorum compoſuit, eo quod anima Deo adhærens, in hortũ mentis ingreſſa fit, in quo esset abundantia diuerſarum virtutum, floresq; ſermonum. Quis autem ignorat, quod ex paradiſo illo, quem legimus in Geneſi habentem lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni & mali, & ſi gna cætera, abundantiam virtutum putauerit transferendam, & in hortum mẽtis esse plantandam? Quem in Canticis Canticorum Salomon hortum animæ ſignificauit, vel ipſam animam. Sic enim ſcriptũ est: Hortus clausus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus, tranſmiſſio-

tranſmiſſiones tuæ paradiſus. Et infra ait anima: Exurge Aquilo, & veni Auster, perfla hortũ meũ, & defluant vnguenta mea. Deſcẽdat frater meus in hortũ ſuũ. Quanto hoc pulchrius, quod anima ornata virtutũ floribus hortus ſit, vel in ſe paradiſum habeat germinantem? Inquẽ hortũ inuitat verbum dei deſcendere, vt anima illa verbi imbre cœleſtis, & eius copijs irrigata fructificet. Verbum autem dei paſcitur animæ virtutibus, quoties obedientem ſibi & opimã inuenerit, & carpit fructus eius, atq; his delectatur. Quũ autẽ deſcenderit in eam Dei verbum, defluunt ex ea ſalubriũ vnguenta verborum. Vnde ait ſponsus animæ Deus verbũ, cui anima legitimo quodam connubij fœdere copulatur: Ingreſſus ſum in hortum meum ſoror mea ſponſa, videmiaui myrrham meã cũ vnguentis meis, Manducaui panẽ meũ cũ melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo &c. Cognoſcamus quos fructus, & cibos epuletur Deus, quibusve delectetur. Delectatur eo, ſi quis mortificet peccatũ ſuum, obliteret culpã ſuã, ſepeliat, atq; abolefaciat iniquitates ſuas. Mirrha enim est ſepultura mortuorum. Mortua autem peccata ſunt, quæ vitæ ſuauitatem habere non poſſunt. Perfunduntur autem diuini ſermonis vnguentis, & fortiore cibo verbi velut pane, & ſuauiore ſermone, velut melle curantur quædam vulnera delictorum. Sermones autem cibos esse docet & alibi Salomon, dicens: Faui mellis, ſermones boni. In illo ergo horto ſermones boni ſunt, alius, qui culpam coherce- Pro. 16. d.
at, alius qui iniquitatem corripiat, alius qui mori faciat inſolentiã, & velut ſepeliat eam, quando correptus aliquis erroribus ſuis renunciat. Est etiam ſermo fortior, qui confirmat cor hominis validioribus ſcripturæ cœleſtis alimentis. Eſt etiam ſermo ſuaſorius dulcis vt mel, & tamen peccatoris conſcientiam in ipſa ſuauitate compungens. Eſt etiam feruentioris ſpiritus ſermo, qui inebriat ſicut vinum, & cor hominis lætificat. Eſt etiam lacteus ſermo purus, & cãdidus. Hos cibos dulciũ, vtiliũq; ſermonum epulandos ſponſus proximis ſuis dicit, Proximi aũt ſunt qui eum ſequũtur, & nuptijs eius intersunt. Quo cibo, & potu repleta anima, atq; inebriata, ſæculo dormiebat, vigilabat Deo. Et ideo ſicut poſteriora docent, aperiri ſibi Deus Can. 5. a.
verbum eius ianuam poſtulabat, vt eam ſuo repleret ingreſſu. Hinc ergo epulatores illi Plato nici, hinc nectar illud ex vino, & melle prophetico, hinc ſonus ille translatus est, hinc vita illa perpetua, quam Deus dixit ſuos epulari, quia Chriſtus vita est ideo que talium ſermonum ſentinibus animæ eius repletus est venter, atque ipſa exiuit in verbo. Quæ autem exit anima à ſeruitio iſto, & eleuatſe à corpore, verbum ſequitur.

De eodem horto. Cap. XIX.

ET Ambroſius lib. I. de Cain, & Abel, cap. v. hoc modo ſcribit: Quid Chriſto nobilius q in cõuiuio Eccleſiæ, & miniſtrat, & miniſtrat ei? Iſtius cõuiuę recũbẽtis annecte te lateri, ac te Deo cõiũge. Nec faſtidias mẽſam, q̃ Chriſtus elegit, dicẽs: Introiui in hortũ meũ ſoror Cant. 5. a.
mea ſpõſa, vindemiaui mirrhã cũ aromatibus meis, mãducaui panẽ meũ cũ melle, & bibi vinũ cũ lacte meo. In hortο, hoc est in paradiſo, est conuiuium Eccleſiæ, vbi erat prius Adã q̃ peccatũ cõmitteret. Ibi recũbebat Eua, priusq̃ culpã crearet & pareret. Ibi vindemiabis myrrhã, hoc est, Chriſti ſepulturã, vt cõſepultus cũ illo p baptiſmũ in mortẽ, quẽadmodũ ille surrexit ex mortuis, & tu reſurgas. Ibi manducabis panem, qui confirmat cor hominis. Mel guſtabis, quo tuaq; dulceſcat meatus fauciũ. Vinũ bibes cũ lacte, hoc est, cum decore, & ſynceritate ſiue ſ̃d meri pura ſimplicitas ſit, ſiue ſ̃d immaculata gratia, quę in remiſſionẽ ſumit peccatorũ, ſiue ſ̃d paruulos conſolationis ſuæ lactet vberibus, vt ablactati in delicijs in plenitudinem perfectæ ætatis adoleſcant. Succede ergo in hoc conuiuium. Et lib. decimo epiſtolarum, epiſtola octogeſima ſecunda. Denique qua reuerentia virginitatis locutus est ſanctus Apoſtolus: De 1. Cor. 7. b.
virginibus præceptum domini non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiã cõſecutus à domino: Præceptum nõ habet, conſilium habet. Non enim præcipitur quod ſupra legem est, ſed magis dato ſuadetur conſilio. Nec autoritas preſumitur, ſed demõſtratur gratia, nec à quocunq; demonſtratur, ſed ab eo, qui miſericordiam Dei meruit. Horum ergo meliora, quam Apoſtolorum conſilia? Apoſtolus dicit: Conſilium do: iſti diſſuadendum putant, ne qua ſtudeat virginitati. Cuius quantam laudem breui verſiculo propheta expreſſerit, vel potius Chriſtus i propheta, debemus cognoſcere. Hortus (inqt) clauſus, ſoror mea, hortus clau- Cant. 4. d.
ſus, fons ſignatus. Chriſtus hoc dicit ad Eccleſiã, quã vult esse virginẽ ſine macula, ſine ruga. Bonus hortus virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris. Hortus clauſus, quia vndiq; vallata est muro caſtitatis. Fons ſignatus, eo quod virginitas ſit fons, & origo pudicitiæ quæ in violata cuſtodiat integritatis ſignacula, in quo fonte imago Dei luceat, quia cum mundicia corporis, congruit etiam puritas ſimplicitatis. Non poteſt dubitare quiſquam quod Eccleſia virgo ſit, quam etiam in Corinthijs deſpondit Apoſtolus Paulus virginem caſtam aſſignare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo. In superiore igitur epistola dat consilium, & existimat bonum esse munus virginita
tis, vt nullis instantis seculi turbetur necessitatibus, nulla illuuie coinquinetur, nullis exagitet
procellis. In posteriore sponsor est Christo, qđ virginitatẽ Ecclesiæ in illius plebis consigna-
re possit integritate. Et Cyprianus libro primo epistolarum, epist. vi: Quod autem Eccle-
sia vna sit, declarat in Cantico Canticorum spiritus sanctus ex persona Christi dicẽs: Vna est
Gen. 6. c. columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa est genitrici suæ, de qua item denuo di
cit: Hortus conclusus soror mea, sponsa, fons signatus, puteus aquę viuæ. Si autẽ hortus con
clusus est sponsa Christi, quæ est Ecclesia, patere res clausa alienis, & prophanis non potest. Et
si fons signatus est, neq; bibere inde, neq; configurari potest, cui foris posito, ad fontem acces-
sus non est. Puteus quoq; aquæ viuæ, si vnus est, idem qui intus est viuificari, & sanctificari fo-
ris positus ex illa aqua nõ potest, ex qua solis eis, qui intus sunt, vsus omnis, & potus cõcessus
Ambrosius est. Et Ambrosius libro quinto de sacramẽtis, capite tertio: Gaudet Ecclesia redẽptione mul
torum, & aftare sibi familiam candidatam, spiritali exultatione lætatur. Habes hoc in Cãticis
Canticorum: Lætata inuocat Christum, paratum habens conuiuium, quod dignum cœlesti
Can. 5. a. epulatione videatur. Ideoq; ait: Descendat frater meus in hortum suum, & capiat fructũ po-
miferarum suarũ. Quæ sunt istæ pomiferæ? Lignum aridũ factus eras in Adam, sed nunc per
Ibidem. gratiam Christi pomifera arbor pullulasti. Libenter accepit dominus Iesus, & dignatione cœ
lesti respondit Ecclesiæ suæ: Descendi (inquit) in hortum meũ, vindemiaui myrrhã cum vn-
guentis meis. Manducaui panẽ meum cum melle meo, & bibi vinum meũ cũ lacte meo. Edi-
te (inquit) fratres mei, & inebriamini, Vindemiaui Myrham cum vnguentis meis. Quæ est
ista, vindemia? Cognoscite vineã, & agnoscetis vindemiã. Vineã (inquit) ex Aegypto transtu
listi, hoc est, populum Dei. Vos estis vinea, vos estis vindemia, quasi vinea plantati, quasi vin-
demia fructum dedistis. Vindemiaui myrrham cum vnguentis meis, hoc est, in odorem quę
accepistis. Manducaui panem meum cum melle suo. Vides quod in hoc pane nulla sit amari
tudo, sed omnis suauitas sit? Bibi vinum cũ lacte meo. Vides huiusmodi esse lætitiã, quæ nulla
us peccati sordibus polluatur? Quotiescunq; enim bibis, remissionem accipis peccatorũ, &
inebriaris in spiritu. Vnde & Apostolus ait: Nolite inebriari vino sed implemini spiritu sancto.
Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur, radicatus in Christo sta-
Can. 5. d. Et ideo præclara ebrietas, quæ sobriet atẽ mentis operatur. Hæc sunt quæ de sacramentis bre
uiter percurrimus. Et lib. iij. de virginibus: Sed ne longius labamur, inuitatur Dei verbũ in
hortũ nucis, in quo fructus propheticæ lectionis, & sacerdotalis est gratiæ quę amara in cu-
tationibus, dura in laboribus, in virtutibus interioribus fructuosa est. Vnde etiam virga Aa-
ron nucea floruit, nõ iam natura sua sed virtute secreta. Descẽdat ergo in hortũ suum, vt vin
demiet fidẽ, capiat odores, pabulum cœleste reperiat, suauitatem nostri mellis epuletur, dicens:
Vindemiaui myrrhã meã cum aromatibus meis, manducaui panem meũ cũ melle meo. Quod
Canti. 5. a. diuersatũ virtutũ concretum floribus, illarũ apum, quæ sapientiam prædicant, consono ope
re congregatum, sancta ecclesia in fauis condit, vt cibus Christi sit. Omnia igitur habemus in
Christo, omnis aia accedat ad eũ, siue corporalibus ægra peccatis, siue clauis quibusdã sacula-
ris cupiditatis infixa, siue imperfecta adhuc quidẽ, sed intenta tamen meditatione proficiens, si
ue multis aliqua sit iam perfecta virtutibus, omnis in dũi potestate est, & omnia Christus est
nobis. Si vulnus curare desideras, medicus ẽ. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquitate,
iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si cœlũ desideras, via est. Si
tenebras fugis, lux est. Si cibum quæris, alimentũ est. Et lib. de Isaac & aia, cap. vij. Dũ laudat
Canti. 6. d à sponso verecunde refugiens corã laudari, deinde spõsi amore vocata, ait: Hortum nucis de-
cendi videre in natiuitate torrentis. Vbi enim est ecclesia, nisi vbi virga, & gratia floret lacer-
dotalis? Ibi est frequenter, vt in amaritudinibus, & tentationibus probetur. Per nucẽ amaritu
dines intelligimus, per torrentem tentationes, sed tamen tolerabiles, quia scriptũ est: Torren
tem pertransiuit anima nostra. Itaq; descendit in locũ amaritudinis, vbi floret vitis, & malo
rum granatorum specie diuersus, & multiplex fructus, qui velut vno tegmine totius corpo-
ris fide, & charitate munit. In illa ergo amaritudine non cognouit se anima. Corruptibile cor
pus aggrauat animam, & terrenũ habitaculũ cito inclinatur. Et lib. vi epistolarum epistola
la xliij. Denique Salomon in spiritu paradisum, in homine esse euidenter declarauit. Et quia my
steria exprimit vel animæ, & verbi, vel Christi, & Ecclesię, ideo ait, de virgine anima, vel Eccle
sia, q̃ volebat virginẽ castã assignare Christo: Paradisus conclusus, soror mea sponsa, paradi
cõclusus, fons signatus. Paradisus Græce, Latine hortus dicit. Denique Susanna in paradiso cõclu
& sic legit Latine: Et Adã in paradiso erat, & sic legimus. Ergo nõ re moueat, q̃ alij codices Latini

Latini hortũ habent, alij paradisum. Ibi ergo est casta vxor, vbi virgo. Licet virgo excepta
habeat claustra, & signacula sua, sed vtraq; in paradiso, vt aduersum æstus corporis, & carnis
flagrantiã refrigeretur virtutũ vmbraculis. Ergo paradisus in principali nostro est syluescẽs
plurimarũ opinionũ plãtarijs, in quo principaliter lignũ vitę cõstituit deus, id est, pietatis ra
dicem. Ea est enim vitæ nostræ substãtia, si dño, & deo nostro debitos cultus deferamus. Cõsti-
tuit etiã scientiæ boni, & mali seminarium. Homo enim solus in cæteris animantibus terrenis
habet scientiam boni & mali. Alia quoq; illic plantaria diuersa, quorũ fructus virtutes sunt.

Quid hostia mystice significet. Caput XIX.

QVid hostia mystice significet, D. Greg. lib. Moral. ix. cap. xl. infinuat, exponens illud
Leuitici, Detractaq; pelle hostiæ artus in frusta concidant &cęt. Sacerdos (inquit) legis
membra hostiæ per frustra concisa, caput, atq; ea, q̃ erga iecur sunt, iubetur ignibus crema- Leuit. 1. b.
re: pedes vero, atq; intestina hostiæ prius aqua diluere. Nos quippe ipsos sacrificiũ deo offe
rimus, quũ vitam nostrã cultui diuino dedicamus. Qui membra hostiæ per frusta cõcisa sup
ignem ponimus, quũ vitæ nostræ opera virtutibus distinguentes, immolamus. Caput atq;
ea, q̃ iuxta iecur continentur, incẽdimus, quum in sensu nostro, quo oñe corpus regitur, atq;
in occultis desiderijs flãma diuini amoris ardemus. Et tñ præcipitur vt pedes, atq; intestina
hostiæ lauentur. Pedibus enim terra tangitur, intestinis vero stercora gestantur, qa plerũq;
iam ex desiderio in æternitatem succedimur, iam toto deuotionis sensu ad appetitum nostrę
mortificationis inhiamus, sed quia adhuc terrenum p̃ infirmitate aliquid agimus, nonnulla
etiam, quæ iam subegimus illicita, in corde toleramus. Quũq; cogitationes nostras immũda
tentatio inquinat, quid aliud q̃ intestina nostræ hostiæ stercus portant? Sed vt cõburi de-
beant, lauentur, quia nimirum necesse est, vt immundas cogitationes timoris fletus diluat,
quas in acceptiõe sacrificij supernus amor incendat. Et quicquid mens vel de inexperto cer-
tamine, vel de cõuersationis pristinæ memoria patitur, lauetur: vt tanto suauius in conspectu
sui spectatoris ardeat, quanto, quum ei assistere cœperit, nil terrenũ secum, vel lubricũ in ara
suæ orationis imponit. Et de hostia altaris quantum valeat ad absolutionem nostrã, idem di-
uus Grego. scribit homil. xxxvij. Quoties (inquit) ei hostiam suæ passionis offerimus, toties
nobis ad absolutionem nostrã, passionem illius reparamus. Multos (vt arbitror) nostrũ fra
tres charissimi, cõtigit nosse hoc, quod volo ad memoriã nostrã narrando reuocare. Nõ lõge
à nostris fertur tẽporibus factum, q̃ quidã ab hostibus captus lõge transductus est. Quũq;
diu teneretur in vinculis, eũ vxor sua quũ ex eadẽ captiuitate nõ reciperet, extinctũ putauit.
Pro q̃ iam velut mortuo, hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius toties vincula solue
bantur in captiuitate, quotiens ab eius coniuge oblatæ fuissent hostiæ, pro animæ eius ab-
solutione. Nõ longo post tẽpore reuersus, admirans valdẽ suæ indicauit vxori, q̃ diebus cer-
tis, hebdomadibus singulis, eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies eius vxor, atq; ho-
ras discutiens, tũ eum recognouit absolutũ, quũ pro eo sacrificium meminerat oblatũ. Hinc
ergo fratres charissimi, hinc certa cõsideratione colligite, oblata à nobis hostia sacra, quan-
tum in nobis soluere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero, potuit in altero soluere vin
cula corporis. Multi nostrũ fratres charissimi, Cassium Narniẽsis vrbis episcopum nouerũt,
cui mos erat q̃tidianas deo hostias offerre, ita vt pene nullus dies vitæ eius abscederet, q̃ non
oblũ potenti deo hostiã placatiõis immolaret. Cui cũ sacrificio valde etiam cõcordabat vita.
Nam cuncta q̃ habebat eleemosynis tribuens, quũ ad horam offerendi sacrificij veniret, ve-
lut totus in lachrymis defluens, semetipsum cũ magna cordis cõtritione mactabat. Cuius &
vitam, & exitum a quodã venerabilis vitæ diacono qui fuerat ab eo nutritus, referente co-
gnoui. Aiebat enim q̃ quadam nocte eius presbytero per visum dñs astitit, dicens: Vade, &
dic episcopo: Age q̃d agis, operare q̃d operaris, nõ cesset pes tuus, nõ cesset manus tua, natali
Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedẽm tuã. Surrexit presbyter, sed quia
è vicino Apostolorũ natalitius dies imminebat, tam propinqui exitus diẽ episcopo nunciare
pertimuit. Alia nocte dñs redijt, eiusq; inobedientiam vehemẽter increpauit, atq; eadẽ visio
nis suæ verba retexuit. Tunc presbyter surrexit, vt pergeret, sed rursus infirmitas cordis im
pedimento facta est indicandæ reuelatiõis. Et ad admonitionẽ q̃q; iteratæ iussiõis obduruit
pergere, & q̃ viderat manifestare neglexit. Sed quia magnã mansuetudinẽ cõtemptæ gratię,
maior sequi solet ira vindictæ, visiõe tertia dñs apparẽs, iã verbis addidit verbera, & tã distri
cta cæde mactatus est, vt in eo duritiam cordis emollirẽt vulnera corporis. Surrexit ergo eru
ditus ex verbere, prexit ad episcopũ. eumq; iã ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepul-
chrum ad offerendũ sacrificium, existentem reperit, secretum à circũstantibus petijt, seq; eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

pedibus strauit. Quumq; eum vbertim flẽtem episcopus vix adse leuare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis, prius vestimento exhumeris deuoluto, detexit plagas corporis (vt ita dicam) testes veritatis, & culpæ, mõstrauit q̃a animaduersione districtionis membra illius accepta verbera liuore inflicto sulcauerant. Quę mox vt episcopus vidit, exhorruit, & quis sibi talia facere pręsumpsisset, cã magnæ obstupefactionis vocibus inquisiuit. At ille respondit, hæc se pro ipso fuisse perpessum. Excreuit cum terrore admiratio, sed nullas iam presbyter in quisitioni eius moras adijciens, secretum reuelationis aperuit, cicatrisationis dominicę ea quę audierat verba, narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset manus tua, nõ cesset pes tuus, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis, episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostrauit, & qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extensæ orationis magnitudine ad horam nonã vsq; protelaui. Atq; ex illo iam die magis, magisq; aucta sunt ei lucra pietatis, Factusq; est tã forus in opere, q̃ certus ex munere, quippe q cũ, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione iã cœperat habere debitorem. Huic autẽ consuetudo fuerat annis singulis natalitio Apostolorũ die Romã venire. Iamq; ex hac reuelatione suspectus, venire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore solicitus fuit secundo quoq; anno, vel tertio in mortis suę expectatione suspẽsus, quarto, quintoq;, & sexto similiter. Qui desperare iã de veritate reuelationis poterat, si verbis fidem verbera nõ fecissent, quũ ecce anno septimo vsq; ad expectati natalis sacras vigilias in colomis puenit, sed leuis hũc in vigilijs calor (alias leuis dolor) attigit, atq; ipso die natalitio filijs suis se expectantibus, missarum solẽnia implere se posse recusauit. Illi vero qui de eius erant pariter expectatione suspecti simul ad eũ omnes venerunt, sese vnanimiter astringentes, vt die codẽ nequaq; acquiescerent missarũ solemnia celebrari, nisi pro eis apud dominũ idẽ antistes suus intercessor accederet. Tunc ille cõpulsus, in episcopũ oratorio missas fecit, & manu sua corpus dominicũ, pacemq; omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificij peracto, ad lectulũ redijt, ibiq; iacens, dũ sacerdotes suos, ac ministros circũstetisse cerneret, quasi vale vltimũ dicens, de seruando eos vinculo charitatis admonebat, & quanta debuissent concordia inter se vniri, prædicabat, quum subito inter ipsa sanctę exhortationis verba, voce terribili clamauit, dicẽs: Hora est. Moxq; assistẽtibus ipse suis manibus sinteũ dedit quod ex more moriturus, sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso, spiritum emisit, sicq; sancta illa anima ad gaudia ęterna peruenies, à carnis corruptione soluta est. Quem fratres charissimi, quem vir iste in morte sua imitatus est, nisi eum, quẽ in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim, hora est, de corpore exijt, quia & Iesus peractis omnibus, quũ dixisset, Cõsummatum est, inclinato capite, tradidit spiritũ. Quod ergo dñs ex potestate hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidianæ hostiæ illa cum eleemosynis, & lachrymis missa legatio, quantam cum rege venientę gratię pacẽ fecit. Relinquat ergo omnia q̃ potest. Qui autẽ reliquere omnia nõ potest, quum adhuc longe est rex, legationem mittat, lachrymarũ, eleemosynarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari non potest, iratus.

De eadem hostia. Cap. XX.

Dẽ hostijs quoq; Orig. homili. v. super Leuit. (q̃ tñ Cyrillo tribuit à nõnullis. Hostiarũ q̃dã q̃dẽ sunt Dei solius, ita vt nulius hoĩm participet ex ipsis. Quædam sunt Aaron sacerdotis & filiorũ eius, q̃dã ipsius, & filiorũ, & filiarũ eius, ita vt etiã vxorẽ sacerdotis edere liceat ex his. Quædam sunt sacerdotũ, & filiorũ, & filiarũ suarũ, sed de quibus edere liceat etiam filios Israel. Et in illis quidẽ hostijs de quibus licet edere filios Israel, sine dubio habent participiũ etiã sacerdotes & filij sacerdotũ. nõ tñ ex oi hostia q̃ edet sacerdos, etiã filios Israel edere licebit. Igitur quum istæ sint hostiarũ differentię, illam q̃ diximus solius Dei esse ex q̃ nequaquam Moseu, neq; Aaron, neq; filios eius participare fas est, aliq̃do quidẽ holocaustomata nomina ri inuenimus, aliquando holocarpomata, veluti si dicamus, quod totus fructus sit, illi scilicet, q Deo offertur. Est ergo primo legislatio de sacrificijs, siue hostijs, q̃ holocaustomata nũcupatur. Neq; enim oportebat aliã primo hostiã nominari, nisi eã, q̃ omni potẽti Deo offerebatur. Secũda hostia est, quæ ad edendũ sacerdotibus mancipatur. Tertia, de qua etiã filios Israel cõtingere, vel edere, ipsos scilicet qui offerũt fas est. Sed filios Israel nõ omnes, nisi illos tãtũ, q mũdi sunt. Soli enim qui mũdi sunt, de sacrificijs edere iubentur. Verũ istas omnes hostias nõ qui in occulto Iudęus es, nolo in animalibus reqras visibilib⁹, nec in mutis pecoribus inuenire putes q̃ offerri debeat deo. Istas hostias intra teipsum require, & inuenies intra animã tuam. Intellige te habere intra temetipsum greges boũ, illos qui benedicuntur in Abrahã. Intelligis habere te &

habere te & greges ouium, & greges caprarũ, in quibus benedicti, & multiplicati sunt patriarchæ. Intellige esse intra te etiã aues cœli. Nec mireris, quod hæc intra te esse dicimus. Intelli ge te & alium mundum esse paruum, & esse intra te solem, esse lunam, etiam stellas. Hoc enim si ita non esset, nunquam dixisset dominus ad Abraham: Aspice ad cœlum, & vide stellas, si dinumerari possint à multitudine, sic erit semen tuum. Nec mireris (inquã) si dicitur ad Abraham, Quia sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli. De illis scilicet qui ex fide eius geniti, rationabiliter viuant, ac diuinas leges, & præcepta custodiãt. Audi amplius aliquid saluatorem ad discipulos dicentẽ: Vos estis lux mundi. Dubitas ne esse intra te solẽ, & lunã, ad quẽ dicitur, quia lux es mundi? Vis adhuc amplius aliquid de ipso audire, ne forte parua de te & humilia cogitãs, tãquam vilem negligas vitam tuam: Habet hic mundus gubernatorem suũ, habet q̃ cũ regat, & habitet in ipso, omnipotẽtem Deum, sicut ipse per prophetã dicit: Nonne cœlum, & terram eo impleo, dicit dominus? Audi ergo ipse omnipotẽs Deus quid etiam de te, hoc est, qd de hominibus dicat: Habitabo (inquit) in eis, & in ipsis ambulabo. Plus aliquid adhuc audi erga personam tuam: Et ero (inquit) eis in patrem, & ipsi erũt mihi in filios, & filias, dicit dominus. Habet hic mundus filium Dei, habet spiritum sanctum, secũdũ q̃ dicit propheta: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorũ. Et iterũ alibi: Spiritus eius domini repleuit orbẽ terrarum. Audi & tibi quid dicit Christus: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Et de spiritu sancto dicitur: Effundã de spiritu meo super omnẽ carnem, & prophetabũt. Quum ergo videas habere te omnia, quæ mundus habet, dubitare non debes, quod etiam animalia, quę offeruntur in hostijs, habeas intra te, & ex ipsis spiritaliter offerre debeas hostias. Et homilia iij. super Leuiticũ: Omnis (inquit) pene hostia, quæ offertur, habet aliquid formæ, & imaginis Christi. In ipsum nãq; omnis hostia recapitulaẽ, in tantũ, vt postquam ipse oblatus est, omnes hostiæ cessauerint, quæ eũ in typo, & vmbra præcesserãt, de quibus (prout potuimus) in superioribus diximus, quomodo vitulus à pontifice oblatus, siue in munere, siue pro peccato, formã eius haberet, ostendimus. Adipes vero qui offeruntur in munere operientes interiora, & renibus cohærentes, potest sancta illa eius anima intelligi quæ interiora quidem, id est, diuinitatis eius secreta velabat. Renibus autẽ, hoc ẽ, corporali materiæ, q̃ ex nobis caste sumpta fuerat, coherebat, & media inter carnẽ, deũq; posita, deificandã, sanctificandã sacris altaribus, & diuinis ignibus illustrandã & cõseruãdã sein Christo fuisse indicẽt genitaliũ partiũ motus? Quod vero de sanguine hostiæ septies ante dñm sacerdos respergere memoraẽ, euidẽtes sancti spũs virtus septemplicis gratiæ sub mysterio designaẽ. Quatuor cornua altaris, q̃ sanguine liniũtur, Christi passionem referri quatuor Euãgelijs indicãt. Qui pẽna iecoris offertur, in iecore ira iugulatur, in penna velox, & cõcitatiæ formã designet, quia in nouissimis diebus posteaq̃ plenitudo gentiũ subintroierit, ois q re liquus fuerit Israel, ad vltimũ, velut ad basim altaris positus, effusionẽ Christi sanguinis etiam suscipiet. De agnis vero, & hœdis, turturibus, & colũbis, sed & simila cõsperſa in oleo, aut in panibus azymis cocta, quã tũ res pati potuit, supra dictũ ẽ. Et homilia xxiij. sup Numeros, hoc (verbi gratia) nõ fuisse pctm. Si non fuisset peccatũ, nõ necesse fuerat filiũ Dei agnũ fieri, nec opus fuerat eum in carne positum iugulari, sed manfisset hoc quod in principio erat, Deus ỹ pacto scribit: Donec (inquit) sunt peccata, necesse est requiri & hostias pro peccatis. Nã ponitur. Verum qm̃ introijt pctm̃ in hunc mũdũ, peccati autẽ necessitas propitiationẽ requirit, & propitiatio nõ fit nisi per hostiã, necessarium fuit prouideri hostiã pro peccato. Et qm̃ peccati ipsius diuersæ, & variæ qualitates fuerũt, diuersorũ animantiũ mandantur hostiæ, proeul dubio q̃ cõuenirent varietatibus peccatorum. Sic ergo efficitur alius sanctorum siue hominum vitulus, qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis, alius autẽ aries in alia festiuitate, quorum intercessione fiat purificatio pro peccatis. Quod si purificari potuerint homines à peccatis, & esse puriores, minuũtur & hostiæ. Si enim pro peccatis sunt hostiæ, & pro multitudine peccatorũ multiplicatæ sunt sine dubio & pro exiguitate minuuntur. Huius autẽ rei in præsentibus locis scripturæ habemus indicia, id est, in vltima festiuitate Scenophegiæ, quũ posto die hostiæ iubentur offerri. Et prima quidem die quasi adhuc in abundãtia peccatoꝝ quatuordecim vituli iubẽtur offerri. Secunda autẽ die imminutis, vtpote peccatis, minuũtur & hostiæ & tredecim vituli offerũtur. Tertia die duodecim. & post hæc vndecim & ita quasi deficiente per dies multitudine peccatorũ, minuitur consequenter etiã numerus hostiarũ. Intuere igitur & vide quantis indigeant ista oia hostijs, quantos requirãt vitulos, quãtos arietes, quãtos hir-

Gene. 15. c. Mat. 5. b.

Psal. 32. b

Rom. 5. b.

Nume 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̃tos hircos. Sed & in his omnibus vnus est agnus, qui totius mũdi potuit auferre peccatũ, & ideo cessauerũt cæteræ hostiæ, quia talis hęc fuit hostia, vt vna sola sufficeret p totius mũdi salute. Cæteri eñ precibus peccata, hic solus potestate dimisit. Dicebat eñ: Fili, remissa sunt tibi peccata tua. Sic ergo imbuit mũdus, primo p diuersas hostias remissionẽ ꝗrere peccatoꝝ, donec veniat ad hostiã pfectã, ad hostiã cõsummatã, agnũ agniculũ pfectũ, q tollit peccata totius mundi, per quem festiuitates agat spirituales, nõ ad satietatẽ carnis, sed ad profectũ spiritꝰ, sacrificijs spiritalibus purificatione mentis oblatis. Decet eñ Deo immolari victimã cordis, & hoiã cõtribulati spiritus, nõ carnis, et sanguinis iugulari, qa & si agnouimus Christũ aliqñ secũdũ carnẽ, sed nunc iam non nouimus, & ideo in spiritu diem festum agamus, & spiritalia sacrificia iugulemus. De animãtibus, quę offerũtur, & auibus, requiresub propꝛijs nominibus.

Mat. 6. 2. Luc. 5 d.

9. Cor 5. c.

De eisdem hostijs. Cap. XXI.

Dicerony.

DE hostijs quoq; scriptum est Esaiæ cap. I: Quo mihi multitudinẽ victimarum vestrarũ, dicit dñs? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem piuguium, & sanguinem vitulorũ, & agnorũ & hircorum nolui. Quum veniretis ante cõspectum meum &c. vbi diuus Hieronymus hoc scribit: luxta hebraicũ (inquit) nunq̃ se Deus hostias ludęorum voluisse demõstrat, q & in quadragesimonono Psalmo legimus: Nõ accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos &c. vsq; potabo. Quũ q; veteris legis ceremonias respuisset, trãhit ad Euã gelicã puritatẽ, & quid pro his cupiat, ostẽdit: Immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo vota tua. Omnis ergo capituli huius cõtinẽtia vsq; ad eũ locũ, vbi ait: Iudicate pupillo &c. respuit sacrificia victimarũ & Euangelij obedientiam docet esse sup sacrificium. Quodq; intulit, Plenus sum hoc sensu est accipiendum: Nulla re indigeo. Dñi est terra, & plenitudo eius.

Psal. 49. b.

Esai. 1. c.

Iohan. 1. b.

Vnde & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Potest hoc & de his accipi, qui, quũ Deiscepta nõ faciant, donis varijs, atq; muneribus deũ redimere posse se credunt, vel qui parta g rapinam & auaritiã altari offerunt, & pauperibus. Quis eñ quęsiuit hæc de manibus vestris? Audiant Hebionæi, qui post passionem Christi abolitã legem, putant esse seruandam. Audiãt Hebionitarũ socij, qui Iudæis tantũ, & de stirpe Israelitici generis hæc custodienda decernũt. Hostiæ ergo, immolatio victimarũ non principaliter à deo quæsita sunt, sed ne idolis offerẽtur, & vt de carnalibus victimis, quasi per typũ, & imaginem ad spiritales hostias tranferemur. Dicendo autem se hostias non quæsisse, ostendit, quia lex spiritualis sit, & omnia quæ Iudæi carnaliter faciunt, à nobis impleri spiritualiter. Et Cyprianus lib. aduersum Iudæos, cap. xvi. Quod sacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebraretur, apud Esaiam: Quid mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit dominus? Plenus sum. Holocausta, & pinguamina agnorũ, & sanguinẽ taurorũ, & hircorũ nolo. Quis eñ exquisiuit ista de manibus vestris? Ite in Psalmo quadragesimonono: Non edã carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam. Sacrifica deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Inuoca me in die pressurę, & eripiam te, & clarificabis me. Item in Psalmo eodem: Sacrificium laudis clarificabit me, & illic via est, in qua ostendam illi salutare Dei. Item in Psalmo quarto: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Deum. Item apud Malachiam: Nõ est voluntas mea circa vos, dicit dominus, & sacrificium acceptum non habebo ex manibus vestris, q̃niã à solis ortu, & vsq; in occasum, clarificatũ est nomẽ meum, apud gentes, & in omni loco odores incensi offerent nomini meo, & sacrificium mundum, quoniam magnum est nomẽ meum apud gentes, dicit dominus. Et Cyrillus libro quarto contra Iulianum: Sed dicit (nempe Iulianus:) Si Grecorũ sacrificia tanquam & criminis non parui rem esse ponis, necesse erit etiam nos Mosaicam legẽ accusare. Præcepit oues mactare, & similibus modis Deo offerre donorum oblationem. Age igitur diligenter inquiramus, quis modus fuerit nos per legem erudire, & quoniã respiciẽs Deus permittere priscis cruentis vti sacrificijs. Proinde dispensatio quædam erat, non tanquam rei necessariæ inuentio. (Amantis enim cruẽta sacrificia esset, accurrere quidem alacriter ad eos qui perficere, & offerre illa volũt, pulcherrimaq; sententia colere, ad hæc & iugiter desiderare, vt fiant, imo necessario petere honorem, qui sibi ab omnibus debetur, & pro damno habere, si is negligatur ab ignauis) maxime si declaret non esse ad vtiliatem necessaria, imo, & displicere sibi eos, qui sic sibi cum maculaseruiunt, imo & obiurgare eos, & remorari eos eo tempore, quo offerre oportebat, tanquam frustra laborantes, & ad nullam vtilitatẽ his vacãtes, adhoc tari ad meliora. Ad quid enim mihi (inqt) thus ex Saba affertis, & cinamomũ ex terra longinqua? Holocausta vestra, nõ sunt mihi accepta, & sacrificia vestra insuauia. Et iterũ ad hæc: Quis quęsiuit hæc de manibus vestris? Calcare artiũ meũ non adijcietis. Si attuleritis similam, frustra, thymiama

Hiere. 6. c

stra, thymiama abominatio mihi est. Dicit aũt & per aliũ prophetã: Holocaustomata vestra, cũ sacrificijs vestris colligite, & comedite carnẽ, quia non sum locutus cũ patribus vestris de holocaustomatis, & sacrificijs, in die qua eduxi eos è terra Aegypti. Neq; eñ sanguine Deus habebat opus, neq; tam crassum, & carnalem requirebat cultũ sed tenuem, ac spirituale, nẽpe in spũ, qui p ipsam virtutem perficitur, egregiã, & minime prophanã vitã, bonorũq; operũ gloria conspicuã, & ad hoc contemplatione ornatã, dogmatisq; ad rectã, & verã vitã exqsitis, per mentis fragrantiã & vere boni veram & irreprehensibilem scientiã. Qñ autem q̃dam modo impossibile erat, nup & vix abductũ Israelem à fœdis, & irreligiosis moribus & abominatione Aegyptiorũ, quũ adhuc infirmã, & imbecillem haberet mentẽ, & nõ constanter incedere posset, ad hoc vt possit (inquã) tam sublime eximiæ vitæ iter incedere. & ad recta pertingere facinora. Manifestum aũt, q̃ legem illis instituit per Mosen, quasi spũalium puerorũ alumnũ, & ita ab idololatria abduci cœpit, pmisitq; tunc subditis cultum, iuxta priscorũ consuetudinem, offerreq; sibi gratiarũ actiones, & sacrificia, sapienter, ac solerter instituta, vt q̃si in figuris, & vmbris p̃monstrarent veritatem. Formam enim veritatis lex habet, describitq; p eam Christi sacramentũ. Semp aũt quodammodo scientiarũ initia perfectã doctrinã nõ assequuntur, verum proficiunt paulatim, ad hoc vt recte habeant, & paruũ paruo adjciũt, ac apponunt, & quasi gradibus, incrementis quibusdã ad meliora proficiunt admonumentis magis adultę. Vnde etiã (vt dixi) tempore opportuno, vbi Christus nostri oim saluator infulsit, abolitæ quidem sunt figuræ, cessauit aũt q̃ quasi in litera vmbræ infirmitas, per quam ille veteribus scribebat. Itaq; resecuit cruentas hostias, quasi exercitationis opera veteribus dispensatiue cõcessa, & modũ puerilis institutionis adimplentia. Dixit enim Christus: Spũs est deus, & adorantes illum, in spũ, & veritate oportet adorare. Quod aũt & initio cultus scdm legem non fuerit reprehensione liber, manifestat per ipsum sapientissimum Mosen, qui legis mediator fuit, dicens: Si autẽ exterminauerit dominus deus gentes, ad quas tu ingredieris illuc, vt hæreditate accipias terram illorum, attende tibi ipsi, ne inquiras, vt sequaris illos. Postquam exterminati fuerint ipsi à facie tua, ne requiras deos illorum, dicens: Quomodo faciũt gentes istæ deos suos, faciam & ego. Non facias sic domino deo tuo. Abominationes enim, quas dominus odio habuit, fecerunt dijs suis, & filios suos exusserunt igni dijs suis. Prohibet igitur cruentas hostias, quas faciebant dijs suis, qui nesciebant illum.

Iohan. 4. 24

De eisdem hostijs, Caput XXII.

ET libro nono contra eundem Iulianũ, idem Cyrillus hoc pacto scribit: Ceterum (inqt) videre licet etiã in his diuinæ dispensatiõis sapiẽtiam, in miro honore fuisse. Permittens enim sacrificare, eo q̃ in Aegypto id facere cõsueuerant, & quodammodo ad immaculatã vitam paulatim reducens, sacrificiorum figurabat ritus, nõ sicut illi assueuerãt, sed adumbratos magno artificio, & sapienter, ita vt in se specialem cultum parturirent, vt exempli gratia dicam: Occisus est agnus in Aegypto ad festiuitatem Paschę transeuntibus Israelitis. Immolãbatur autem non simpliciter, sed sapienter, vt dixi. Nam assumebatur decima primi mẽsis, occidebatur autẽ decima, & quarta ad vesperam sub lucerna. Et hic erat conuiuarum habitus lege decretus. Sic eñ (dicit) comedetis illum. Sint lumbi vestri accincti, & calciamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus, & comedetis illũ festinanter. Pascha est dñi. Et in singulis sacrificijs modus, quidã est, nõ sine arte dispositus, sed arcanũ quiddã in se q̃d describitur habẽs. Et prolixus esset de his sermo, si qui velint singula, vt habent, dicere. Ad illud autem nunc eundum (opinor enim operę precium vt recte edoceatur) quod legalis cultus quantum ad literas & figuras attinet, ex voluntate dei non fuerit. Vbiq; enim per vocẽ prophetarũ talia manifeste dicere auditur: Quis enim q̃siuit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum ne adjciatis. Si attuleritis similã, vanum. Thymiama, abominatio mihi est. Nouilunia vestra, & sabbata vestra, odit anima mea, & diem magnum non fero. Ieiunij & ocium, & ferias vestras odit anima mea. Et iterum: Holocausta vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non oblectarunt me. Et per diuinum Dauid: Nõ accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Num manducabo carnem taurorum, vel sanguinem hircorũ, potabo? Sacrifica deo q̃ holocaustomata. Præterea & ipse filius introductus est, dicens per vocem Dauid: Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustomata & pro pro peccato non comprobasti, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi: Ecce venio, vt faciam deus voluntatem tuam. Diceret autem fortassis aduersarius, oportere eum, qui secundum naturã deus est, meliora prospicere, quàm quę sero concilio emendentur, & initio eligere quod optimum, & neque permittere, vt vel in

Exod. xii.

Psal. 49. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentem veniãt ſacrificia,q̃ nunc repudiat. Ad hæc reſpõderim vir ſtrenue: Conſtituit quidẽ (vt dixi)quę p ſapientiſſimum Moyſen tradita ſunt in vmbris,& figuris,vt eſſent cõgrua doctrina diſcipulorũ mentibus, nõ vt ſemper craſſis illis inhærerent,& ſpirituali, ac mentali cultu excíderent:ſed in vmbris, accepta viriorum p̃monſtratiõe,ſcirent bene prouehi ad meliora,& pulcherrime,ac ſcienter in viam verę vitæ träſirẽt. Etenim ſicut ĩ q̃ærariam artem bñ norunt,& mirã in ea gloriam aſſecuti ſunt,liquefacta cæra vtilit̃ p̃monſtrant futuroum figuras,non vt ars vlterius non progrediatur,ſed vt in illis(ſicut dixi)eorum quæ nondum facta ſunt,p̃luceat pulchritudo. Vbi igitur ille artifex opus ſuum p̃fecerit, ſi figuras é medio tollat, non vltra condemnabitur. Eodem ſane modo,& ratiõe, poſtq̃ illuxit Chriſtus,q̃ eſt veritas, & ipſius cultus introductus eſt, figurarum imbecillitatẽ merito deſpiciamus. Imagines enim erant ſpiritualium. Et infra: Q̃m igitur incorporeus deus nullo prorſus externo indiget,& acceſſus cum ſanguine à magiſtris Iuliani reꝑhenditur, quare nũc accuſantur,qui ſacrificare conſueuerunt? Scriptum eſt enim: Honora dñm de tuis iuſtis laboribus, & da illi decimas de tuis fructibus iuſtitiæ. Dixit autem & diuinus Dauid: Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in domino. Et iterum: Circuiui, & ſacrificaui in tabernaculo eius ſacrificium iubilationis. Quod autem illis,in quibus non eſt bonorum operum ſplendor,omnino inutilis ſit eruentorum ſacrificiorum virtus, ipſe tibi fidem faciet legiſlator, dicẽs per Hieremiam prophetam, quum offendiſſet Iſrael: Et tu ne oraueris pro populo hoc in bonũ. Quod ſi ie iunauerint,nõ exaudiam deꝑcationem eorum,& ſi obtulerint holocauſtomata,& ſacrificia,non approbabo ea. Et iterum: Super quem reſpiciam, q̃ ſuper manſuetum, & quietũ, & trementem ſermones meos? Qui aũt iniquus eſt,ſacrificans mihi vitulũ,ſicut qui occidit canem. Qui aũt offert ſimilam ſicut q̃ offert ſanguinem porcinũ. Præterea & patientiſſimus Iob: Dñs enim inquit, non abiꝛciet innocentem,omne aũt donũ impiꝭ non recipiet. Dixit & alibi alius ſapiens: Sacrificium ab iniuſto,oblatio maculata. Et iterum: Non cõprobat altiſſimus oblationes impiorum. Etenim vitæ honeſtas,& optimorum q̃rumuis ſtudium,& ad meliora propenſio,quum conatu recedendi à malis,eſt ſanctiſſimo deo ſacrificium quoddã fragrãtiſſimũ. Præterea nos adhortatur ſapientiſſimus Paulus,dicens: Itaq; obſecro vos,exhibete corpora veſtra ſacrificium viuum,ſanctum,beneplacitum deo,rationalem cultum veſtrum. Igitur non quia ceſſauit ſacrificare domus Iſrael,etiam nos à ſacrificio deſtitimus,ſed & ſi ipſi ſacrificarem. & velient implere ea,quæ in priſcis vmbris ſunt p̃cepta,nos lata via euntes,ad id quod rectum,venimus,nempe ſpiritualem,& mentalem cultum perficientes. Q̃m autem dicit non habere Iſraelitas ſacerdotes iuxta legem,& ideo non licere eis hoc facere, quum à Hieroſolymis arceantur,diſcat à nobis etiam in iſtoc ipſo factam diſpenſationem. Nam quare(diceret quis) ſibi fieri p̃cepit ſacrificia,non potius in omni terra,q̃ vbi ſunt ĩ, qui legi ſubiecti,ſed tãquam magnum aliquod,& neceſſarium in ſolis Hieroſolymis hoc debere fieri? Nunquid q̃ ſolum in iſta,& ſola ſit Deus ſuper oía,vel voluerit vbiq; coli? Verum dixiſſe primum delyramento plenum eſſe,nemo dubitarit. Incircumſcriptus enim Deus eſt,& incorporeus; non in loco,dilatatur autem vbiq;,& omnia illo plena ſunt. At alterum ſi quis dixerit,q̃ non in omni loco coli velit non obſcuram reprehẽſionem inſtantibus negociꝭ exhibet. Nam adoratur à nobis vbiq;,& ſicut dixit propheta: Magnum nomen eius in gentibus, & in omni loco ſacrificium offertur nomini eius,& hoſtia pura. Scriptum aũt eſt & de nobis: Quod adorabũt dominum vnuſquiſq; de loco ſuo. Quod igitur in omni loco glorificatur deus,& hoc non reiicit,ſed negligentiam potius nõ impunitam relinquit,cur non & hoc is qui ex ſanguine Iſrael videt licere,quod ſi quidem vellent,vbiq; deo lege conſtituta,ſacrificarent? Vnde & prudentiſſime legiſlator,& futura p̃uidens, p̃cepit in ſolis Hieroſolymis ſacrificandum,vt quodammodo neceſſitate Iudæi coacti,à priſcis moribus recedentes, ad meliora contenderent. Amiſſuri enim patriam erant dominicæ cædis rei,& verſaturi in gentiũ regionibus. Verum tamen erat incredibile,etiam fortaſſe ꝭs, qui ex gẽtibus conuerſi à malo,quod in omni loco ſacrificaturi eſſent. Nam ſi hi quidem, qui per fidem vocantur ab antiquis moribus ceſſaturi eſſent,alij vero gratiſſimas deo cruentas oblationes,læſiſſent nõ mediocriter nuper ad veritatem congregatos,& euangelicis doctrinis ad ſpiritualem, & non carnalẽ cultũ inſtitutos. Itaq; rebus ad veritatem tranſeuntibus, & in melius mutari incipientibus,quam ſub figuris & ænigmatibus habebant,non ſolutã legem eſſe dicimus,ſed impletam potius tẽpore,ꝗ nobis refulſit veritas,id eſt,Chriſtus. Cæterum ſi,ꝗ à figuris receſſimus,& claro mentis oculo veritatis lucem conſpicientes, vitam à Iudæis non exercitatam agere volumus, ſpiritualem cultum obſeruando, cauſam noſtram vituperat, perſtringat & alias ſcientias,& eos qui illis operam dant,vbi elemẽtarij eſſe ceſſarint,& doctrinarũ initia nõ vltra curauerint,& tñ antea maximi faciebãt. Animaduertat autem qs & in illiberalibus artibus fieri incrementũ, easq; illuſtrari,& nemo eſt,qui id reprehendat. Figurabant aliter prmi tabulis picturas,artificioſius,q̃ primi ſtatuarum figuras poſteriori formabant,& olim artificibus iſtis tanta induſtria deerat, quæ tñ cõceſſa eſt poſteris. Quid aũt dicerem textoriam, marmorariã,fabrorũ inuentiones? Nõne quis videt meliores, q̃ olim fuerint? Itaq; ſi affirmat à nobis legem ſapiẽtiſſimi Moſe in deterius deductã,arguat eos,qui p̃uaricati ſunt, & diuina mandata tenere noluerunt, & quæ omnium maxime eximia vilipenderunt. At ſi craſſitudinem,quæ in vmbra legis, extenuantes,ipſam ad veritatis transformamus pulchritudinem, & q̃d obſcure in ænigmatibus olim traditũ, nũc multo manifeſtiorem habet contemplatiõem, audiat à nobis aduerſarius, ne ſit cõtentioſus. Graue enim eſt, neſit obiurgator. Nã hoc exaſperat. Sermo enim eius contra nos,nõ vſq; huc progreditur.

De eadem hoſtia. Cap. XXIII.

SCribit quoq; diuus Dauid: Circũiui,& immolaui in tabernaculo eius hoſtiã iubilationis. Vbi D. Auguſt. hoc pacto ſcribit: Immolamus(inquit)hoſtiam iubilatiõis,hoſtiam lætitiæ,hoſtiam gratulationis,hoſtiam gratiarũ actionis,quæ verbis explicari non põt. Quid ergo immolamus? Abundãtiſſimum,& inenarrabile gaudiũ,nullis verbis,voce ineffabili. In tabernaculo eius,i,in ſancta eccleſia. Vnde quæſita vnde inuenta eſt? Circumeundo. Circũiue rat animus tuus per vniuerſam creaturam. Vndique tibi clamabat creatura, Deus me fecit. Quicquid te delectauerit in arte,artificem cõmendat,magisq; ſi circumeas vniuerſa, cõſide ratio concipit artificis laudem. Vides cœlos,magna opera dei ſunt. Vides terram,Deus fecit fœmina innumera,diuerſitates germinũ,multitudinẽ animalium. Vndiq; tibi omnia reſonant conditorem,& ipſe ſpecies creaturarum,voces ſunt quædã creatorem laudãtium. Eſt & alius ſenſus,qui mihi videtur ad contextionem pſalmi magis pertinere. Circuiui(inquit)id eſt,conſideraui fidem orbis terrarum,in qua exaltatum eſt caput meum, ſuper eos,qui me perſequebantur. Et immolaui &c. id eſt,in eccleſia toto orbe diffuſa, ineffabiliter laudaui dominum. Et Caſſiodorus: Circuibo(inquit) & immolabo in tabernaculo eius hoſtiã iubilationis: Decurſis(inquit)beneficijs,quę & de futuro,& in p̃ſenti ſe cognouerat accepiſſe,nunc gaudium mirabili narratione deſcribit. Circuibo,dicit, hoc eſt,animo perſcrutabor qua potẽtia cœlos fecerit,ſtellas fundauerit,maria determinauerit,terram ſtabiliuerit,totumq; mundum varia virtutum laude cõpleuerit. Et quum hæc omnia animo circũierit, immolare ſe dicit in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis,id eſt,in eccleſia eius offerre ſacrificium laudis. Iubilationem quippe dicimus,eo ꝙ nos iuuat laudare, quando delectantes cum ſumma iocunditate gratias referre contẽdimus. Et alio in loco Pſalmiſta ait: Dirupiſti vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. vel ſacrificium laudis(vt diuus ait Auguſtinus:) Neq;, inquit,inuenio vlla merita mea,quando tu dirupiſti vincula mea,ideo ſacrificium laudis tibi debeo,quia ſi gloriabor,ꝙ ſeruus tuus ſim, & filius ancillæ tuæ,non in me,ſed in te domino meo gloriabor, qui dirupiſti vincula mea,vt a fuga rediens,religarer tibi. Et Caſſiodorus: Dirupiſti vincula mea &c. Quis dirupta fuerãt vincula peccatorum,ſacrificare ſe dicit hoſtiam laudis. Quod ſacrificium nimis domino videtur acceptum. Ipſe enim in euãgelio docet: Decem ſaluati ſunt,nõ eſt inuentus qui daret gloriam deo,niſi hic Samaritanus. Non enim iſte de illis fuit qui beneficium domini ingrata taciturnitate preſſerunt,ſed iſte accepti boni gratiarum actionẽ ſe reſtituere compromittit. Et in Eſaia ſcriptum eſt: Et cognoſcent Aegyptij dominum in die illa,& colent eum in hoſtijs,& muneribus &c. Reſpondeãt(inquit Hieronymus)Iudæi. Lege præceptum eſt,vt altare nõ fiat, niſi in loco vno,quem elegerit dominus Deus,& hoſtiæ tantum à ſacerdotibus Leuitici generis immolentur. Ecce Eſaias aperte docet,quod Aegyptij cognoſcant dominum,& colant eum,& hoſtias,& munera offerant,& vota voueant,atque perſoluant. Si Aegyptij ſacerdotium habent,impletur & in illis Pauli teſtimonium,dicentis: Tranſlato ſacerdotio,neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Hoſtia quoq; in malum accipitur, iuxta illud prophetæ: Silete à facie domini dei,quia iuxta eſt dies domini,quia præparauit dominus hoſtiam,& ſanctificauit vocatos ſuos. Diem(inquit Hieronymus) domini,diem intelligamus captiuitatis, & vltionis in populum peccatorem, & hoſtiam ſuluerſionis Hieruſalẽ, & ſanctificationem eorum,quos dedicauit interfectioni,ſecundum illud quod dicitur in Hieremi: Sanctifica eos in die interfectiõis eorum. Et eſt ſenſus: Venit contra impiũ populum olim ſ̃dicta captiuitas,iam prope eſt. Sub Ioſia enim rege prophetia texitur,hoc interfecto, vaſtitas venit. Hæc mihi victima placet,has mihi hoſtias ſanctificaui. Porro ſecundum troſopologiam,quia facies domini eſt ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum,

Augustinus

Cassiodor.

Augustin.

Hieronym.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prope est dies iudicij, quia ad comparationem æternitatis omne huius seculi tempus bre-
Psal.4.b. ue est, siue exitus singulorum, timeant omnes, & fileant, ne facies domini, de qua sanctus ait: Si
gnatũ est super nos lumẽ vultus tui domine, peccatorum fœnum, stipulã, ligna cõsumat. Præ
parauit enim dominus hostiã suã, totum Leuitici mysteriũ, quando per ignẽ, & effusionẽ san-
guinis, & veram oblationem, salui fient, qui saluandi sunt, & sanctificabuntur vocati. Quidã
de nostris diem domini, & hostiam eius, & sanctificationem vocatorum, in aduentu saluato
ris intelligunt, quando immolatus est agnus, & sanguine eius sanctificati sunt Apostoli, & cæ
Mich.11.a. teri, qui per eos vocati sunt. Et erit (inquit propheta) in die hostiæ domini, visitabo sup prin
cipes, & super filios regis &c. id est, in die Iudaicæ captiuitatis, quando totus populus immo-
landus est, visitabit dominus & super principes, qui mane bibebant ficerã, sup filios regis, vel
omnes de stirpe regia, vel certe proprie filios Iosiæ, quos vel occisos vel captos legimus, & su
per omnes qui induti sunt veste peregrina, hoc est, qui pro Dei cultu venerati sunt idola. Et
super omnes, qui arroganter ingrediuntur super limẽ in die illa, hoc est, aduersum superbos,
qui cũ quodã fastu, & dignitatis supercilio, gradus tẽpli, & sanctuarij limẽ ascendũt. Sed quia se
mel, & tropologicè exponere cœpimus. Visitabit dominus in aduentu & passione saluatoris
.i. in die hostiæ filij sui super pontifices, & sacerdotes populi Iudaici, & super domũ regiã.
Gen.49.b Vsq; ad illud enim tempus perseuerauerũt reges Iudæ de stirpe Dauid secundũ prophetiã Ia-
cob: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec veniat cuire positũ est,
& ipse est expectatio gẽtium. Post hostiã enim dñi ablatum est regnũ à Iudæis. Et super om-
nes (inquit) qui induti sunt vestimentis alienis, qui recesserunt à protectione, & in dumẽtodei,
& suo errore cooperti sunt, & vlciscar super omnes manifeste, q̃ sunt in vestibulis (scilicet
hoc est, qui egressi sunt de templo Dei & quum deberent esse intrinsecus, propter peccatum
egressi sunt foras, & de ecclesia Dei recesserũt, adimplentes templum eius impietate, & dolo.
Hoc intellectũ sit in primo saluatoris aduentu. Quia autem de consummatione mundi, & die
iudicij, quẽ omnes in die interpretãtur domini, semel exposuimus, scire debemus, quod illo tẽ-
pore visitet dominus super principes, & super pastores, qui lac de ouibus comedunt, lanasq;
tõdentes, non curãt de contritione gregis, & super filios regis, quise iactant Christianos, & q̃
regis Christi sint filij gloriãtur, super omnes, qui induti sunt vestibus alienis. Vestis filiorũ re-
Gal.3.d. gis, & principum indumentum, Christus est, quod accipimus in baptismo, iuxta illud: Indui-
Ephe 4.f. te vos Christũ Iesum. Et induite vos viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, manſuetudi
nis, patientiæ &c. In quibus præcipitur, vt induamur nouo homine cœlesti, iuxta creatorem
nostrũ, & projiciamus indumentũ veteris hominis cũ operibus eius. Quum ergo debeamus
talibus indui vestimentis, pro misericordia induimur crudelitate: pro patientia, impatientia:
pro iustitia, iniquitate. Et vt semel dicã, pro virtutibus, vitijs, id est, pro Christo, Antichristo.
Vnde dicit de istiusmodi hoie: Et indutus est maledictiõe, sicut vestimẽto. Vindicabit q̃p elis
manifestissimé in aductu suo, etiãsup eos, qui cũ bonis operibus in Ecclesia esse deberent, elee
rũt se ob conuersationẽ pessimam, & traditi sathanę versant in vestibulis, imo nec i vestibulis,
sed ante vestibula, quod significantius Græce dicitur epi ta propyla. Et super oẽs vindicabit,
q̃ varijs inigratibus, atq; peccatis implẽt Ecclesiã, & impietatibus, atq; mẽdacio, & misceat san
guinẽ sanguini. Quod si voluerimus hoc ipsum accipere super animabus singulorũ, principes,
& domũ regis, intelligamus logismos & æstus, id est, cogitationes, & sensus, & ipsam, animã,
quæ debet esse hospitiũ regis & iuxta superiorem expositionem, indumenta quoq; aliena, &
omnia quæ sequuntur referamus ad vnumquemq; credentium, qui, quum debuerant induti
esse Christo, & semper versari in trinsecus, varijs se peccatorũ operuerũt vestimẽtis, & egressi
de ecclesia, id est congregatione sanctorũ, pro virtutibus impleuerunt templũ corporis sui ini
quitate, & dolo. Et in Iona scriptũ est: Et timuerũt viri timore magno dominũ, & immola-
uerunt hostias domino, & vouerũt vota. Quæ verba enarrans D. Hieronymus, hoc mõ scri-
bit: Ante domini passionẽ timentes clamauerunt ad Deos suos, post passionem eius, dñm ti-
ment, id est, venerãtur, & colunt, & non timent simpliciter, vt in principio legimus: sed timo
re magno, iuxta illud q̃ dicitur, Ex tota anima & ex toto corde, & ex tota mẽte tua. Et immo
lauerunt hostias, q̃s certe iuxta literã in medijs fluctibus non habebant, sed qa sacrificiũ Deo spi-
ritus contribulatus est. Et in alio loco dicitur: Immola Deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo
vota tua. Et rursum: Reddemus tibi vitulos labiorũ nostrorũ. idcirco in mari immolãt hostias,
& alias spõte, pmittũt, vota faciẽtes, se nunquã ab eo, quem colere cœperãt, recessuros. Et in A-
mos scriptũ est: Nunquid hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis
Hieron. domus Israel? Vbi diuus Hiero, hoc pacto scribit: Ex hoc loco discimus omnes hostias, & sacri-
ficia, quæ

ficia, q̃ in deserto obtulit Israel nõ deo obtulisse, sed Moloch regi suo, cuius portauerunt ta
bernacula, & imaginẽ idolorũ suorũ, statuarũq; venerati sunt. Et q̃ sit ipsa imago, vel idoliũ,
sequenti sermone demõstrat: Sydus de vestri &c. Quærimus qũo hostias, & sacrificium non
deo obtulerũt in deserto, sed regi suo, quẽ luciferũ nũcupãt. Ex eo tẽpore q̃ aurũ in caput vi
tuli trãsformauerunt, dicentes: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, oia
q̃ fecerunt, nõ deo, sed idolis fecisse mõstrantur. Et q̃d postea quædam dño eos legimus ob- Exod.13.b
tulisse, non voluntate, sed pœnarum fecerunt metu, & eorũ interfectione, qui propter idola
corruerunt. Dñs autem non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.

De eadem hostia. Caput XXIIII.

SCribit autem & D. Paulus in epistola ad Roman. Obsecro itaq; vos fratres p misericor
diam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ, sanctã, deo placentem, rationabile Gregorius
obsequium vestrũ. Quæ verba D. Greg. homil. xxij. super Ezechielem in hunc exponit mo
dum: Hostia qppe occiditur, vt offeratur, sed hostia viuens, est corpus dño afflictum. Quod
& hostia dicitur, & viuens, quia viuit in virtutibus, & est à vitijs occisum. Hostia videlicet, qa
iam huic mundo est à prauis actibus mortuum: viuens autem, quia cuncta, quæ fualet, bona
operatur. Et homil. xvi. in euangelia, hoc modo scribit: Fratres, charissimi, sicut offerre in le
ge iubemini decimas rerum, ita et offerre cõtendite & decimas dierum. Vnusquisq; in quan
tum virtus suppetit, carnem maceret, eiusq; desideria affligat, cõcupiscentias turpes interfi-
ciat, vt iuxta Pauli vocem hostia viua fiat. Hostia quippe & immolatur, & viua est, qñ ab hac Rom.12.a.
vita hõ non deficit, & tamen se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos læta traxit ad culpã,
afflicta reducat ad veniam. Origenes autem lib. ix. in epistolam ad Roman. antedicta aposto Origenes.
li verba perpulchre declarat, hoc modo scribens: Quoniam (inquit) ostendimus a sacrificijs
carnalibus recedendum, scdm quod & propheta dicit, Hostiam & oblationes noluisti, nec
placita sunt tibi, nunc ait: Doceo vos quibus hostijs delectetur deus. Et hoc doceo, nõ quasi
imperans (nihil enim proficit legis imperium) sed quasi qui officium susceperim recõcilian
di vos deo: Obsecro vos fratres, & obsecro, nõ per potẽtiam, sed per misericordiã dei. Quia Rom.12.d.
enim (sicut supra ostendi) omnes conclusi sunt sub pctõ, nunc iam nõ in meritis, sed in miseri
cordia dei salus humana cõsistit. Quid autem est quod vos obsecro? Vt exhibeatis corpora
vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrũ. Obsequiũ
hic cultum dicit. Qui cultus, qm̃ dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat, nũc
(inquit) in corpore rationabilis hominis offeratur, & corpora magis vestra, q̃ pecudum fiãt,
sacrificium deo, & in sacris altaribus collocentur. Hi enim, qui membra sua mortificant, ab
inctũo libidinis, & furoris, & actus corporis sui Deo placitos habent hostiam viuentẽ, san-
ctam, deo placentem, rationabiliter offerũt, & legem sacrificiorum, quæ in Leuitico lata est,
secundum spiritalem intelligentiam cõplent. Verbi causa: Vt tibi offerebant vitulum primo
in loco, vel secundo arietem, aut tertio hircum, aut quarto turtures, vel etiam pullos columba
rum, vt in his vniuscuiusq; anima purificaretur, pro qualitate gestorum, hæc nunc in suo cor
pore vnusquisq; purificans, & spiritali sensu discernens, rationabili obsequio viuentem hosti
am obtulit deo. De qbus singulis, quũ in lib. Leuitici aliqua diceremus, pro viribus explana-
re tẽtauimus, qũo vnusquisq; rõnabili obsequio cultus dei si superbiã corporis sui vincat, im-
molet vitulum: si iracundiã superet, arietem iugulet: si libidinem vincat, in holocaustũ offe-
rat hircum: si vagos, & lubricos cogitationum resecet volatus, columbas, & turtures immo-
lauerit. Sed hæc (vt dixi) si quis scire dignum putat, ibi latius differta reperiet. Nunc autem
Paulus obsecrat credentes in Christo, vt corpora sua exhibeãt hostiam viuentem, sanctam,
Deo placentem. Viuentem dicit hostiam quæ vitam, hoc est, Christum in se gerit, & dicit: i.Cor.4.d
Mortem Iesu in corpore nostro circunferimus, vt & vita Iesu Christi in corpore nostro ma
nifesterur. Sanctam dicit, in qua spũs sanctus habitat scdm quod in alio loco dicit: Aut nesci-
tis, quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? Placentẽ deo ait, vtpote a pec
catis, & vitijs separatam. Hæc autẽ omnia rationabilis cultus est dei. Potest enim pro tali cul
tu reddi ratio, & ostendi, quia dignum est Deo tales hostias immolare, arietes autẽ, & hircos,
& vitulos immortali, & incorporeo Deo offerri, nulla ratio recta, & honesta susciper. Hæc er-
go ita fieri, & ita colere Deum, eos qui Christo crediderunt non solum docet Apostolus sed
obsecrat per misericordiam Dei, vt ostendat per hoc humano generi (quoniam procliue est
ad delictum) huiusce modi hostias Dei miseratione prouisas, quibus si vnquam lapsus accide
rit, per rationabile obsequium & hostias, eo modo (quo supra diximus) immolatas repara-
ti posit anima, ac restitui ad salutem. Quod autẽ multæ sint misericordiæ Dei designat Pau
lus insecun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus in secunda ad Corinthios, dicens: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, pa-
Col.3.a. ter misericordiarum. Audi deū sicut Christi pater est, & iustitiæ pater est (quæ omnia Chri-
stus est) ita esse misericordiarū patrem. Ergo Christus sicut & cætera omnia, & misericordia
est. Ipse est misericordiæ multæ, non vnius, hoc est, sicut thesauri sapientiæ, & scientiæ in ipso
sunt, sed sunt absconditi, ita & misericordiæ thesaurus in ipso est, sed est absconditus, ne forte
si ad subitum, & ante tempus proferatur, faciat me, & si quis mihi similis in desidia esse vo-
luerit, negligentem. Videbitur ergo præcipue hostia viuens, & sancta & Deo placens cor-
pus esse incontaminatū. Verum, quoniā videmus nonnullos sanctorum, aliquos etiam Apo-
stolorum coniugia habuisse, non vsquequaq; possumus de sola virginitate sentire, quamuis
in huiuscemodi hostijs habere prius ordinē possit, sicut in lege alia erat hostia sacerdotis, alia
principis, alia synagogæ, & alia vnius animę. Et q̄uis in ecclesia prima post apostolos hostia
martyrū, secunda virginū videatur, tertia continentiū, puto tamen quod neq; illi, qui in con-
iugijs positi sunt, & ex consensu ad tempus vacant orationi, velut Nazaręorum vota soluen
tes, si in cæteris sancte agant, & iuste, negandi sunt corpora sua exhibere posse hostiam vi-
uentem, sanctam, deo placentem. Nec rursum corpora virginum, vel continentium, si aut su
perbiæ macula, aut auaritiæ sordibus, aut linguæ maledicæ, vel mendacij immunditia pollu-
antur, hostiam sanctam, & Deo placentē putanda sunt ex sola virginitate corporis obtuliſſe.
Deut.15.d. Quia in lege hostia, quum offerretur, inspiciebatur à sacerdote diligentius, non solum si ex
mundis esset animalibus, sed ne aut in oculo haberet vitium, aut in auribus, aut in pedibus,
ne claudum, ne luscum, ne euulsum diuino admoueretur altari. Sic ergo per omnia membra
discutitur, & pertractatur hostia viuens, sancta, Deo placens, quæ rationabiliter offerēda est.
Ambrosi. Et Ambrosius in commentarijs: Obsecro itaq; vos &c. Per misericordiam (inquit) Deillos
hortatur, per quam saluatur humanum genus. Post tractatum enim legis, & fidei popularis
tura Iudaici, & gentilis, ad bonā vitam agendā hortatur. Per hancenim spes fidei obtinetur.
Cōmonitio est ergo hæc, vt memores sint, quia misericordiam acceperunt, & vigilent circa
obsequium eius, à quo illis data est, per quem ex impijs gratis iustificati sunt, sciētes hanc esse
hostiam viuā, sanctam, & Deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata seruemus, diffi
miles à secularibus, qui voluptatibus student. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra. Nam
corpora subiecta peccatis, non viua habentur, sed mortua. Sub desperatione enim promittit
vitæ sunt. Ad hoc enim peccatis dono dei abluimur, vt de cætero mundam vitam agentes,
Dei amorem in nos prouocemus, non irritum facientes opus gratiæ eius. Nā apud veteres
ideo oblata occidebatur hostia, vt homines peccati causa mortis subiectos significaret. Nunc
autem quia per donū Dei purificati sunt homines, & a morte secunda liberati, viuam hostiā
debent offerre, vt signum sit vitæ æternæ. Non enim sicut tunc corpora pro corporibus im-
molātur, nunc vero non corpora, sed vitia corporis perinenda sunt. Vr autem obsequij no-
stri profectum habere possimus, seruata iustitia, pudorem custodiamus. Nihil enim proficit
pudor, nec rationabilis potest videri, neglecta iustitia. Hoc erit cōformem fieri spiritalium,
renouatum in spiritu, ac fide, hoc scire, quod placet Deo, nec aliud bonum, & perfectum esse.
Et Theophylactus in cōmentarijs: Obsecro itaq; vos fratres &c. Postquā satis est sermoni
dogmatico immoratus, ad morale procedit. Vbi vero ineffabilem dei erga nos dispensatio-
Philip 4. nem ostendit, & bonitatem, hortatur, & orat per Dei misericordiā. Proinde hanc mediatri-
cem proponit, vt huius saltē pudore ducti, nil ipsi agamus quod sit ea indignum. Verū quid
ille orat? Nempe vt præparemus corpora nostra, id est, vt illa ad præsium exportamus. Dici
enim sic vulgo solet: Parauit militiæ princeps ad bellum acies, & instruit. Vel quia debemus
ipsi Deo membra hæc nostra tanquam imperatori proferre probatiora. & fortia. Istiusmodi
enim sunt, qui principibus astant, quinetiam eadē illa in hostiam viuā sunt offerenda, vt hū-
Efai.1.a. dem castigatis tandem & fere confectis, secundū spiritū vitā ducamus. Enimuero non est Iu
dęorum immolatio deo accepta. Quis enim hanc (inquit) a manibus vestris requisiuit? Fide
lium vero sacrificium, & rationabilis seruitus, magnū in modū a deo repositur. Inquiens:
Immola Deo sacrificiū laudis. Et illud: Sacrificiū laudis honorificabit me. Rationalis aute iet
uitus non solum quæ ratione, & iure optimo deo impenditur, dici potest, sed etiā quæ secun-
dum Christum ducitur vita, quum nullū in nobis, quod absurdius sit, vitium dominatur, sed
nostra omnia & ratio ipsa moderatur, & æquitas. Et quemadmodū pontifex aliquis mag-
mus sui iuris efficitur, quum interuā mactat nequitiam, & siue verba hic faciat, siue quid agat,
deo videtur assistere: Sic tibi trepidandum assiduo, nec secus, ac solet pontifex ille, quum ma-
Hieron. agit diuinam, & sacris astat altaribus. Et diuus Hieronymus in commentarijs: Obsecro itaq;
vos fra-

vos fratres. Quia de sensu domini dixerat, modo dicit quales se exhibere debeant, vt sensum
domini habere mereantur. Hucusq; de dogmatibus dicit, hic iam moralia docet. Per miseri
cordiam dei: Qua magis nihil est per quam liberati sumus. Vt exhibeatis corpora vestra
Quanto magis animam, non animaliū, sicut in lege, quæ tamen licet in figura fuerint, imma
culata pferebantur, & viua. Hostiam viuentē, sanctā, hoc est, castam, & alienam ab oñi mor
te peccati, deo placētem: Domino, non hominibus tantum placete, siue talis ei placet hostia.
Rationabile obsequiū vestrum: Omne opus bonum tūc placet deo, si rationabiliter fiat. Nā
mercede priuatur, vtputa si quis hominum causa ieiunat, bonum obsequiū insipienter facit,
ita & de omnibus adiacentibus sentiendum est. Et Chrysostomus homilia quarta, in Psalmū Chrysosto.
centesimum quinquagesimum: Sicut Iudæi iubebant omnis organisono laudare dominum,
sic nos omni corpore laudare properemus, oculis, lingua, auribus, manibus hoc debemus ef-
ficere. Et sic homo cithara, corde, membro, & sonos canticorum conscientiæ imitetur affe
ctu, & animus magister attendat, & pulset pectora, & sonus reddetur ad cælum. Ideo & Pau
lus dicebat: Præstate corpora vestra sacrificium viuum, beneplacitum, rationabilem cultu- Rom.12.b
ram deo. Oculos deo præstat obsequium, si turpia declinet aspicere. Et lingua merebitur p-
nium suū, quādo benedictionibus occupatur. Et auditus placebit deo, si se detractionibus nō
patitur commisceri. Et mens eleuatur ad cælū, si malis conscientijs non polluatur. Et pedes
laudare deum poterunt, si cursum suū ab omni malitia reuocare festinent. Et manus benedi-
dicūt, si rapinis renunciauerint, si ad misericordiam properauerint. Sic facit homo citharam
omni parte perfectam, sono spiritali decoratam, cælesti placituram auditui. Et diuus Augusti Augustinus
nus libro de ciuitate dei decimo, capite sexto, Corpus nostrum, quum per temperantiam ca- Roma.6.a.
stigamus, si hoc, quemadmodum debemus, propter deum facimus, vt nō exhibeamus mem
bra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo, sacrificium est. Ad quod exhortās
Apostolus, ait: Obsecro itaq; vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora ve- Roma.12.a
stra hostiam viuam (alias viuentem) sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrū.
Si ergo corpus, quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam instrumento vtitur anima, quū
eius bonus & rectus vsus ad deum refertur, sacrificium est, quantomagis anima ipsa, quum se
refert ad deum, vt igne amoris eius accensa, formā concupiscentiæ secularis amittat, eiq; tan
quam incōmutabili formæ subdita, reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudi-
ne acceperit, fit sacrificium. Quod idem Apostolus consequenter adiungens: Et nolite, inqt,
conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis vestræ &c. Quum igitur vera
sacrificia opera sint misericordiæ, siue in nosipsos, siue in proximos, quæ referuntur ad deū,
opera vero misericordiæ non ob aliud fiant, nisi vt à miseria liberemur, ac per hoc vt beati si
mus, quod non fit, nisi à bono illo, de quo dictum est: Mihi autem adherere deo bonum est,
profecto efficitur, vt tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, congregatio, societasq; sanctorum,
vniuersale sacrificium offeratur deo per sacerdotem magnū, q etiam seipsum obtulit in passi
one pro nobis, vt tanti capitis corpus essemus secundum formā serui. Hanc enim obtulit, in
hac oblatus est, quia secundū hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Quum
itaq; nos hortatus esset Apostolus, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuam, sanctam,
deo placentem, rationabile obsequium nostrum, & non conformemur huic seculo, sed reno-
uemur in nouitate mentis nostræ (alias sensus nostri) ad probandum quæ sit voluntas dei, q̄d
bonum, & beneplacitum, & perfectum, quod totum sacrificium nosipsi sumus.

Quid humerus, humusq; mystice significent. Caput XXV.

QVid humerus mystice significet, diuus Gregorius insinuat, libro xxi. Moral. cap. xv.
exponens illud Iob, Si leuauisuper pupillū manū meam &c. humerus meus à iunctu-
ra sua cadat: Quia operatio corporea per humerū, ac brachiū agitur, bona, quæ ore protulit,
si opere non impleuit, cadere sibi humerum & cōteri brachium exoptat. Ac si aperte dicat:
Si ea, quæ dixi, operari renui, ipsum quod mihi ad operandum datum est, corporis membrū,
perdam, vt videlicet cadat à corpore, quod exercere nolui ad vtilitatem. Si vero hæc maledi
cti sententia ad spiritalem est intelligentiam referenda, liquit profecto, quod brachium cor-
pori per humerum iūgitur. Et sicut per brachium bona operatio, ita per humerum socialis
vitę coniunctio designatur. Vnde propheta quoq; intuens sanctos vniuersalis Ecclesiæ popu
los Deo concorditer seruituros, ait: Et seruient ei in humero vno. In eo ergo quod dicit: Si
leuauisuper pupillum manum meam, quum viderem me in porta superiorem, miram virtu
tem patientiæ seruasse se asserit, qui grauatis se a personis minimis, nec contra hoc, quod sibi
iuste competere poterat, declinauit. Quod tamen si minime fecerit, adiungit: Humerus me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

us à iunctura sua cadat, quia nimirũ qui patientiã seruare cõtemnit socialem vitã citius pi-
patientiam deserit. A iunctura etẽ humerus cadit, quum aduersitatis aliquid ferre animus
nõ valens, fraternam concordiam relinquit & quasi membrũ separatur à corpore, quum is,
qui operari bona poterat, a bonorum oim abscinditur vniuersitate. Neq; enim vnquã seruа
ri concordia, nisi per solã patientiã valet. Crebro nanq; in humana actione nascit, vnde mem
tes hoim vicissim à sua vnitate, ac dilectione separentur, & nisi ad aduersa tolerãda se animus
Luce.xi. d ẽpparet, proculdubio humerus corpori non inhæret. Hinc etenim Paulus ait: Inuicem onera
vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hinc per semetipsam veritas dicit: In patien
tia vestra possidebitis animas vestras. Et cap. xvi. Sed sancti viri humerus à iunctura sua nõ
cadit, quia videlicet eius dilectio à socialis vitæ cõcordia p impatiẽtiã nõ recedit. Eiusq; bra
chium minime frangitur, quia ois eius operatio in coniunctione humeri. i. in charitatis con-
nexione custoditur. Sed qua consideratione bona hæc tanta egerit, atq; à malis omnibus esse
Iob.31.d. abstinuerit, adiungit, dicens: Quãtum sancti &c. Et exponens illud Iob, Vt in humero meo
portẽ illũ, & circundẽ illũ, quasi coronã mihi. Librũ q̃ppe in humero portare, est scripturã sa
crã operãdo perficere. Et notandũ est q̃ ordinate describitur. & prius in humero portare, &
postmodum sicut corona circundare, quia videlicet sacri eloquij mandata, si modo bene por
tantur in opere, post nobis coronam victoriæ exhibent in retributione. Beatus autẽ Iob cur
scribi librum à iudice postulat, qui ad testamenti noui peruenire tempora non valebat? Sed
(sicut sæpe iam dictum est) electorum vocibus vtitur, atq; ex eorum significatione postulat,
quod profuturum eis per omnia ꝓuidebat. Ipse nanq; per spiritum hunc apud se librum iam
dudum tenebat, quem per gratiam aspirationis accꝑerat, & viuendo cognescere, & ꝓdẽdo nun ciare. Et diuus Hieron. exponens illud Oseæ, Particeps sacerdotum in via interficiu-
Hieronym. tium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt. Symmachus hunc locum ita interpreta-
tus est: Societas sacerdotum in via interficiebant Sichem. Theodotion vero hoc modo: Ab-
sconderunt sacerdotes viam interficiẽtãt in dorso. Aquila: Participatio sacerdotum in via
occidebant humeros. Horum quum intelligẽ iam iuxta historiam quæreremus ab Hebræo,
ita nobis expositum est: Sacerdotes Bethel, imo fanatici Bethauen, temporibus Paschæ, &
Pentecostes, & Scenophegiæ, quando per Sichem, quæ hodiẽ Neapolis appellatur, eundum
erat Hierosolymam, vbi solum licebat victimas immolare ponebant in itinere latrones, qui
insidiarentur pergentibus, vt magis vitulos aureos in Dan, & in Bethauen q̃ in Hierosoly-
mis, & in tẽplo adorarent deũ. Quod aũt dicit: participatio, & societas sacerdotum, cõtrarij
onem eorum significat, & in mala parte consentium. Sin autẽ legeremus, vt nos interpretа
mus, particeps sacerdotum, ad Galaad (inquit) referendum est, quæ operatur idolum, & sup-
plantata est sanguine, q̃ sacerdotum impietatẽ secuta sit, & latrocinijs vacet, & sanguini. Hoc
illi dixerunt. Nos dicamus intercludere hæreticos viam, nẽ de Sichem. i. de bonis operibus
pergamus in Hierusalem, id est, in Ecclesiam. Isti sunt quasi fauces virorum latrocinantium, &
terrent eos, qui per huius seculi viam ad veritatem pergere cupiũt. Sichem interpretatur
omi, id est, humeri. In humeris opus intelligimus, & omnes falsi sacerdotes absconduntur vi-
& occidunt homines malis operibus, ne perueniant Hierusalem. Quod autẽ humerus opus
Gen 49.c significet, illud ostendit: Da cor tuum in humerum tuum, hoc est, quæ intelligis, verte in ope
Esai.9.c. ra. Et de Isachar legimus, q̃ supposuerit humerum suum ad laborandum, & vir agricola fit.
Et in Esaia scriptum est: Et factus est principatus super humerum eius. vbi diuus scribit Hie-
ronymus. Nũc factũ dicit illius principatũ super humerum eius, vel q̃ crucem suam ipse porta-
uerit vel per humerũ ostendens brachij fortitudinem, eodem Esaia dicente: Reuelauit domi
nus deus brachium sanctum suum omnibus gentibus. Et rursum: Domine quis credidit au-
Esai.9.a. ditui nostro, & brachium domini cui reuelatũ est? Et alio in loco idem prophera ait: Et da-
bo clauem domus Dauid super humerum eius &c. Hæc (inquit Hieronymus) ipsa clauis erit
super humerum eius, hoc est in passione, iuxta illud q̃d in alio loco scribitur: Et factus est prin
cipatus super humerum eius. Quod enim ille sua passione reserauerit, claudi non poterit, &
quod clauserit in ceremonijs Iudæorum, à nullo alio aperitur.

Quid aũt humerus mystice significet, D. Greg. exponit li. Moral. vi. cap. v. enarrãs illud
Iob, Et de humo nõ egredietur dolor: Dolor (inquit) quasi de humo egredit, quum hõ ad deli
imaginẽ cõditus, de rebus insensibilibus flagellatur. Sed ga p occulta merita mentium aperta
prodeunt flagella pœnarũ, de humo dolor nõ egreditur, qm̃ sensus nostri malitia exigit, vt
a rebus insensibilibus feriatur. Ecce enim cernimus, q̃ ad correptionẽ nostram expectatus
imber arente terra suspẽditur, & caliginosus aer, inardescẽte sole, siccat, mare, procellis tume-
scentibus,

scentibus, fæuit, & alios ad transmeandũ susceptos intercipit, alijs desideratũ iter erecta in cu
mulum vnda, interdicit, terra nõ solum germina fœcunditatis imminuit, sed etiã semina acce
pta cõsumit. In quibus nimirũ cunctis, patienter aspicitur hoc, q̃d quidam sapiens de dño testa
tur, dicens: Et pugnabit cũ illo orbis terrarũ cõtra insensatos. Orbis quippe terratũ cum do
mino cõtra insensatos pugnat, qñ in pœna delinquentium, & elementorũ aduersitas mili- sapi.5.d
tat. Sed tñ de humo dolor nõ egreditur, quia res q̃libet insensibilis ad afflictionem nostrã, sti
mulo nostræ actionis excitatur. De humo dolor nõ egreditur, quia nequa q̃ pœna de ea nasci
tur creatura, q̃ percutit, sed de ea proculdubio, quæ peccando vim ꝓcussionis extorsit. Sed cu
randum magnopere est, vt quum in rebus exterioribus põdere doloris afficimur, spe ad su-
perna tendamus, quatenus eo mens ad alta perueniat, quo nos exterior pœna castigat.

Quid hyacinthus, hyades q; mystice significent. Cap. XXVI.

HYacinthus cærulio colore resplendens, sctõrum vitam claram designat, vt D. scribit
Greg. lib. Moral. xxv. cap. xxij. & spem cælestiũ, vt idẽ scribit lib. Moral. xxx. cap. x.
Munus quoq; retributionis æternæ designat, iuxta illud Canticorũ, Manus illius tornatiles,
aureæ plenæ hyacinthis: Quid enim (inquit Greg. in commentarijs) per manus Christi desi Canti.5.d.
gnatur, nisi opera sancta, quæ in mundo gessit, & quę nobis imitanda proponuntur? Ipse eñ
ait: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et Apostol. Qui dicit se in Christo manere, sicut ille
ambulauit, & ipse ambulare debet. Manus vero tornatiles esse perhibentur, quia sancta ope-
ra eius impositione iniquitatis ex omni parte in iustitia gradiebãtur. Quod enim tornatur,
in rotunditate sui fine obstaculo voluitur: Sic Christi opera in rectitudinis rotunditate vol
uebantur, quia nulla culpa ei adhærebat, qua minus iustitia eius in rotundum duceretur. Au-
teæ etiam manus esse dicuntur, quia quicquid exterius inter homines operabatur, interius Iohan.13.b
in diuinitatis pulchritudine disponebatur. Quid vero per hyacinthum, qui valde preciosus
lapis est, nisi munus retributionis æternæ designatur? Manus ergo sponsi, plenæ hyacinthis
esse dicuntur, quia quicunq; illius opera pio corde imitantur, felicitatis æternæ muneribus in
retributione ditãtur. Vnde & idem redemptor ait: Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi Ioh.12.d.
sum ego, illic & minister meus erit. Et in Hieremia scriptum est. Hyacinthus, & purpura in- Hiere.10.b
dumentum eorum: Hyacintho (inquit Hieron.) operiuntur, & purpura, vt superficie sui ocu Hieronym.
los decipiant, dum cælorum sibi colorem, & regna cælestia pollicentur. Et tamen opera arti
ficum (siue sapientum) sunt vniuersa hæc, qui in seculo sapientes putantur, cæterum apud de Hieronym.
um stulti sunt. Et in Ezechiele scriptũ est: Et calciaui te hyacintho. Pulchre (inquit Hieron.)
quia ad Hierusalem sermo dirigitur, & sub persona fœminæ, omnis eius ornatus exprimit,
hyacinthina calciamenta narrantur, quæ virorũ personæ nõ cõueniunt. Deniq; facturis pas-
cha ꝓcipitur absq; vlla coloris varietate, vt accinctis lumbis, & calciatis pedibus sint. Ista sunt
calciamenta, de quibus & Apost. scribit: Calciati pedes in ꝓparatione euangelij pacis. Philo
vir disertissimus Iudæorum, hyacinthum in vestibus pontificis aeri cõparat, per quem super
na, atq; cælestia significari arbitratur. Nec prius Hierusalem calciatur hyacinthinis, nisi laue
tur aqua. Vnde & Apostolorum, quibus prius ꝓceperat dñs, vt excuterent pedum suorũ pul
uerem, lauantur à saluatore pedes. Et sponsa dicit in Cantico Cãticorum: Laui pedes meos,
quomodo inquinabo illos? Et Moysen, & Iesum diuinus sermo testatur, vt soluant corrigiam
calciamenti sui, quia locus in quo stent, sanctus sit. Quum autem loti fuerint pedes, & omni
sorde purgati, calciantur hyacinthinis (siue ianthinis, vt aquila, & Symmachus transtulerunt)
quod verunq; aerij, & cianey coloris est, vt rapiantur in occursum domini in aerem, & ad
cælestia regna festinent.

Quid hyades mystice significẽt, D. Grego. insinuat, exponens illud Iob, Qui facit arctu-
rum, & oriona, & hyadas: Bñ, inquit, hyadas subdit, q̃ virescente (alias iuuenescente) verno ad
cæli faciem prodeunt, & quũ iam sol caloris sui vires exerit, ostenduntur. Illius q̃ppe signi ini
tijs inhærent, q̃d sapientes seculi taurum vocant, ex q̃ augeri sol incipit, atq; ad extendẽda diei
spacia, feruẽtior exurgit. Quis itaq; post orionas hyadũ noie nisi doctores sanctæ ecclesię de
signant? Qui subductis martyribus, eo iam tẽpore ad mũdi notitiam venerũt, q̃ fides clarius
elocet, & reꝑssa infidelitatis hyeme, alius p corda fideliũ sol veritatis calet. Qui remota tẽpe-
state persecutionis, expletis lõgis noctibus infidelitatis, tunc sanctæ Ecclesiæ orti sunt, quũ ei
iam per credulitatis vernũ, lucidior annus aperitur. Et cap. vij. Nec immerito doctores san-
cti hyadũ nũcupatione signantur. Græco quippe eloquio hyetos pluuia vocatur, hyades nõ
mẽ à pluꝛ̃ acceperũt, quia ortæ proculdubio imbres ferunt: Bene ergo hyadũ appellatione
expressi sunt, q̃ ad statũ vniuersalis Ecclesiæ, quasi in cœli faciẽ deducti super arentẽ terrã hu-

 mani pectoris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mani pectoris, sanctæ ꝓdicationis imbres fuderũt. Si enim ꝓdicatiõis sermo pluuia nõ esset,
Deut. 32 a. Mose minime dixisset: Spectet sicut pluuia eloquiũ meũ. Et nequaq̃ per Esaiã vitas diceret
Esai. 5 b. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eã imbrẽ. Dũ ergo hyades cũ pluuijs veniunt, ad eę
li spacia altiora sol ducitur, quia apparente doctorũ scientia, dũ mens nostra imbre ꝓdicatio-
nis infunditur, fidei calor augetur. Et ꝓfusa terra, ad fructũ proficit, quũ lumen ętheris igne-
scit, quia vberius frugem boni operis reddimus, dũ per sacræ eruditionis flammã, in corde cla
rius ardemus. Dũq; per eos diebus singulis magis magisq; scientia cęlestis oſtẽditur, quasi in-
terni nobis luminis vernũ tẽpus aperitur, vt nouus sol nostris mentibus rutilet, & eorũ ver-
bis nobis cognitus, seipso quotidie clarior micet. Vrgente etenim mundi fine, superna sciẽtia
Dani. 12. b. proficit, & largius cũ tempore excrescit. Hinc nanq; ꝑ Danielem dicitur: Pertransibunt plu
rimi, & multiplex erit scientia. Hinc Ioanni in priori parte reuelatiõis Angelus dicit: Signa
q̃ locuta sunt septem tonitrua. Cui tñ in eiusdem reuelationis termino ꝓcepit, dicens: Ne sig-
naueris verba prophetiæ libri huius. Pars quippe reuelationis anterior signari ꝓcipitur, ter-
minus prophibetur, quia quicquid in sanctæ ecclesiæ initijs latuit, finis q̃tidie oſtendit. Non-
nulli vero à Greca litera, quę y dicitur, hyadas nuncupatas arbitrantur. Quod si ita est, signi
ficationi, quam diximus, contrarium non est. Doctores enim his stellis nõ inconuenienter ex-
pressit, quæ à literis nomen trahunt. Sed quãuis hyades ab eiusdem literæ visione non discre
pent, certum tñ est, quia hyetos imber dicitur, eo ꝙ exortę pluuias apportant. Virgilius san
ctus redemptionis nostrę ordinem contemplatus admiretur, atq; admirans exclamet, dicẽs:
Qui extẽdit cælos solus, & graditur super fluctus maris, qui facit arcturum & orionas, & hya
das. Extensis etenim cælis, dominus formauit arcturum, quia in honorem deductis apostolis,
in cælesti conuersatione fundauit ecclesiam. Formatoq; quoq; arcturo, fecit orionas, quia ro
borata fide vniuersalis ecclesiæ, contra procellas mundi ædidit martyres. Aeditis quoq; orio
nibus, protulit hyadas, quia conualescentibus contra aduersa martyribus, ad infundendam
ariditatem humanorum cordium, doctrinam contulit magistrorum.

Quid hydria mystice significet. Caput XXVII.

Iohan. 2. b. QVid mystice significent hydriæ, de quibus scribitur in Euangelio: Erant aũt ibi lapi-
dęæ hydriæ sex positæ scdm purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas
Bernardus binas, vel ternas, insinuat D. Bernard. sermone primo dominicæ primæ post octauã Epipha
niæ: Has (inquit) nunc hydrias purificandis veris Iudęis, non litera, sed spũ, necesse habemus
apponere, vel magis appositas demonstrare. Quia enim nondũ peruenit ecclesia ad perfectã
purificationem, q̃n eam sibi Christus exhibebit gloriosam, non habentem maculam, neq; ru
gam aut aliquid huiusmodi, multis interim purificatiõibus opus habet, quatenus sicut abun
dant pcta, abundet indulgentia: sicut multiplicatur miseria, sic & misericordia, nisi q; nõ sicut
Rom. 5. c. delictum, ita & donum. Gratia enim nõ solum pctã lauat. Sex igitur hydriæ sunt positæ his,
qui post baptismum, in pctã labuntur. De his enim loquimur, quia de his sumus. Exuimus ve
nicam veterẽ, sed heu, peius reinduimus eã. Lauimus pedes nostros, sed peius inquinauimus
Roma. 5. b. eos. Sicut ergo quod alius inquinauerat, lauit alius, sic inquinatos à nobis lauari opus est, & à
nobis. Aliena lauit aqua, quos culpa inquinauerat aliena. Nec tamen sic alienã dixerim, vt ne-
gem nostram, alioquin nec inquinaret. Sed aliena est, quia in Adam omnes nescientes pecca-
uimus: nostra, quia & si in alio, nos tamen peccauimus, & nobis iusto dei iudicio imputabat,
licet occulto. Veruntamen vt iam non sit quod causeris ó hõ contra inobedientiam Adæ, da
tur tibi obediẽtia Christi, vt si gratis venundatus es, gratis redimaris. Si nescieris in Adam pe
rijsti, nesciens viuificeris in Christo. Nescistis quando ad lignum vetitum vetus Adam teten
dit manus noxios, nescistis nihilominus quando in ligno salutifero innoxias manus Christus
extẽdit. A primo homine in te manauit macula, qua inquinatus es, à Christi latere aqua, qua
mundatus es. Nunc iam inquinatus propria culpa, propria nihilominus aqua mundaberis ab
illo tamen, & per illum, qui solus est purgationem faciens peccatorum. Prima ergo hydria, ex
prima purgatio in compunctione est, de qua legimus, quoniam in quacunq; hora ingemuerit
peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Secunda vero confessio est. Omnia si-
quidem in confessione lauantur. Tertio eleemosynarum largitio. Hinc enim habes in Eu-
angelio. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta, remissio iniuriarum, se
cundum quod orantes dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito
ribus nostris. Quinta est afflictio corporis, vnde & oramus, vt mundi per abstinentiam, Deo
Luce. 11. f. canamus gloriam. Sexta est obedientia præceptorum, sicut audierunt discipuli, quod vinum
audire mereamur & nos: Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Ni-

mirũ, quia nõ erant sicut hi, quibus dicitur: Sermo meus non capit in vobis, sed in auditu
verbi obaudierant ei. Hæ sunt sex hydriæ positæ in purificationẽ nostram, q̃ vacuæ sunt, &
plenæ vento, si pro inani gloria obseruant. Aqua replentur, si timore dei custodiantur, q̃n Matth. 6 bl
timor dñi fons vitæ. Aqua, inquam, timor dñi est, & si minus sapida, sed optime refrigerans
animam noxijs desiderijs æstuantem. Aqua est, quæ iacula inimici ignita possit extinguere.
Nam nec illud dissonat, ꝙ aqua semper ima petit, & timor ad ima cogitationẽ deducit, & in
inferioribus immoratur, atq; loca horrenda pauida mẽte collustrat, iuxta illud: Vadã ad por
tas inferi. Sed diuina virtute aqua mutatur in vinũ, q̃si perfecta charitas foras mittit timorẽ.
Dicuntur autem lapideæ hydriæ, nõ tam propter duriciam, q̃ stabilitatem: Capientes sin- Iohn. 15. 6c
gulæ metretas binas, vel ternas. Duæ metretæ, duplex timor, ne forte trudi in gehennam, ne Iohan. 8. c.
forte ab æterna vita contingat excludi. Sed quia de contingente futuro snnt ista, & blandi-
ri potest sibi anima, dicens: Postquam aliquandiu in voluptatibus tuis vixeris, ages pœnitenti Pro 14. d.
am, nec ista iam cariturus, nec periturus in illa, bonum est adhibere & tertium, qui vtiq; spiri Esai. 38. b.
tualibus notus est, eo vtilior, quo de ꝑsenti est. Timent enim qui noueruntspiritalem cibũ,
ne q̃si forte eo fraudẽtur. Cibo siquidem forti egent, qui manum miserunt ad fortia. Viuãt
de paleis Aegypti, quia deseruiũt in opibus luti, & lateris, nobis fortior cibus est necessarius,
q̃n nobis grandis restat via, vt ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis Angelorũ,
panis viuus, panis quotidianus. Hic est de quo nobis promissum est, quia centuplum accipie-
mus in hoc seculo. Sicut enim mercenarijs & quotidianus cibus datur in opere, & merces ser-
uatur in fine, sic dñs vitam æternam in fine reddet, & interim centuplum repromittit, & ex Mat. 19. d.
hibet. Quid ergo mirum, si timet, ne perdat hanc gratiam, qui iam consecutus est eam? Hæc
est metreta tertia, quam sub disiunctione signanter posuit, eo ꝙ non omnium sit, quia nec o-
mnibus centuplum repromissum, sed solis, qui omnia reliquerunt. Et sermone secundo in ea
dem dominica: Erant, inquit, hydriæ sex positæ secundum purificatiõem Iudæorum. Vel ex
hoc potes manifestius aduertere non plenitudinem, sed ꝓparationem nuptiarum esse, vbi
nimirum adhuc opus est purificatione. Desponsationis ergo nuptiæ istæ sunt, non copulati Ephes. 5. bj
onis. Absit enim illis in nuptijs fore vasa purificationis, q̃n gloriosam sibi Christus ecclesiam
exhibebit, non habentẽ maculam, neq; rugam, aut aliquid huiusmodi. Vbi aũt non erit ma-
cula, q̃ purificatio erit necessaria? Nunc vtiq; lauandi tempus est, nunc purificationem patet
esse necessariam, q̃n nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est vnius diei vita super terram.
Nunc abluitur sponsa, nunc purificatur, vt in cælestibus illis nuptijs sponso suo sine omni ma
cula ꝓsentetur. Quæramus ergo hydrias sex, in quibus hæc ablutio Iudæorũ, id est, cõfiten-
tium purificatio fiat. Nam si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ve
ritas in nobis nõ est, q̃ sola liberat, sola saluat, sola lauat. Quod si confiteamur peccata nostra,
nõ deerunt veris Iudæis purificationis hydriæ, q̃n fidelis est deus, q̃ dimittat nobis pctã, &
emundet nos ab omni iniquitate. Ego quidẽ sex hydrias, sed obseruãtias arbitror esse, quas
ad purificanda cõfitentiũ corda sancti patres instituere, & oẽs illas (ni fallor) hic poterimus
inuenire. Prima siquidem hydria cõtinentia est castitatis, qua diluitur quicquid ante luxuria
inquinauit. Secunda vero ieiunium est, vt ꝺd maculauerat crapula, nunc abstinentia mũdet.
Per segniciem quoq; & ociositatẽ, quæ inimica est aiæ, multas cõtraximus sordes cõtra Dei
sententiã, in sudore vultus alieni, nõ nostri, pane vescentes. Propter hoc quoq; tertia hydria
nobis apponitur, vt sordes illæ in labore manuum diluantur. Sic & per somnolentiam, cæte-
rarumq; noctium, & tenebrarũ opera multa delinquimus, ideo quoq; quarta hydria vigilia-
rum obseruantia ponitur, vt nocte surgentes ad confitendum dño, non bonas noctes ꝑteri-
ti temporis redimamus. Iam vero de lingua quis nesciat q̃ multum inquinauerit nos per va
niloquia, & mendacia, per detractiones & adulationes, per verba malitiæ, & verba iactãtiæ?
Pro his omnibus necessaria est hydria quinta, silentium scil. custos religionis, & in q̃ est forti-
tudo nostra. Sexta quoq; hydria, disciplina est, qua nõ nostro arbitrio, sed alieno viuimus, vt
deleatur quicquid indisciplinate viuendo deliquimus. Lapidea sunt hęc, dura sunt, sed necesse
habemus in his lauari, nisi forte voluerimus propter fœditates nostras à domino accipere li-
bellum repudij. Attamen in eo, quod dicuntur lapideæ, non solum duricia, sed multo melius
soliditas potest intelligi, quoniam non lauant hæc, nisi firma stabilitate permanserint. Ait er
go dominus ad ministros: Implete hydrias aqua. Quid sibi istud vult domine? Ministri soli
citi sunt de vini penuria, & tu dicis, Implete hydrias aqua? Illi de poculis cogitãt, & tu ꝓcipis
vt vasa purificationis impleant? Sic omnino sic suspiranti Iacob ad Rachelis amplexus. Lia à
patre supponitur. Nobis fratres, qui ministri sumus, & serui vestri, per Christũ nobis ꝓcipit

Universidad de Deusto
Biblioteca

implere hydrias aqua, quoties deest vinum. Ac si dicatur: Illi deuotionem desiderant, vinum
Pro 14.d. Prou. 1.a. requirunt, feruorem flagitant sed nondum venit hora mea, implete hydrias aqua. Quæ est
enim aqua sapiētiæ salutaris (& si nō adeo suauis) nisi fons vitæ, & initiū sapiētiæ timor dñi?
Eccl. 26.c. Dicitur ergo ministris: Incutite metū, & spū timoris non tam vasa, q̄ corda replete, quia vt
ad charitatem perueniant, initiandi sunt à timore, vt dicant & ipsi: A timore tuo cōcepimus
domine, & parturiuimus spiritum salutis. Sed quō implebuntur hydriæ? Prædixerat enim
Euangelista, Capientes singulæ metretas binas, & ternas. Quæ sunt duę metretæ, quę ter
tiæ? Vtiq; duplex timor cōmunis, & notus oibus, ac tertius quidem minus cōmunis, & minus
notus. Primus enim timor est, ne cruciemur in gehenna, secundus ne excluſi à visione dei pri
uemur tam inæstimabili gloria. Tertius replet animam, omni solicitudine timidam, ne for
te deseratur à gratia. Et quidem omnis timor dñi sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit
peccati concupiscentiam, sed his maxime, quum ad oēm tentationem statim occurrit, ne for
te contingat amittere gratiam, vt sibi derelictus homo labatur quotidie de malo in peius, de
periculo minori, in grauiorem culpam, quales vtiq; multos videmus, quum in sordibus sint,
sordescentes adhuc. Nam aduersus timorem istum non est vnde sibi blandiatur anima, si
ue de minori forte quantitate peccati, siue de emendatione futura. Talibus enim blandimen
tis impediuntur aliquatenus duo prima genera timoris. Præcepit ergo nobis dominus, vt
hac aqua hydrias impleamus. Sunt enim aliquando vacuæ & plenę vento, si quis tamē adeo
insanus est, vt in eo per vanitatis studium illæ (quas diximus) obseruātiæ, mercede perpetua
(Math. 25.a vacuentur, vt sunt fatuę virgines, in quarum vasis, oleum non habetur. Interdum autem (sed
peius est) plenę quidem sunt, sed plenæ veneno, quod est inuidia, murmur, rancor animi, & de
tractio. Propterea ne forte subintrent ista, dum vinū deest, iubemur implere hydrias aqua,
vt obseruentur mandata domini in timore, quæ tunc mutatur in vinum, quum timor expel
a. Ioh. 4. d. litur à charitate, & implentur omnia feruore spiritus, & iocunda deuotione.

De eisdem hydriis Caput XXVIII.

ET sermone xij. inter paruos sermones, idem Bernard. eadē fere scribit: Intelligamus has
sex hydrias positas, esse sex obseruantias seruis dei propositas, in quibus tanq̄ ludæi puri
ficari debeant. Sunt aūt istæ silentiū, psalmodia, vigiliæ, ieiuniū, opus manuū, carnis mūdicia.
In hydria silētij purificamur à peccatis, q̄ verbositate cōtrahimus. Cuius vitij sunt octo spe
cies. Est enim verbū stultū, vanū, mendax, ociosum, dolosum, maledicū, impudicū, excusato
riū. Quæ nimirū pestis, de loquacitate nascitur, & p silētij censurā, aut cuertitur funditus, aut
certe, ne multū noceat, reprimitur. In psalmodia fit duplex confessio, vbi & pcōr de culpis
cōpungitur, & deo laudes super iudicia iustitiæ suę, dicuntur. In hac ergo hydria Iudeus q̄q;
qui. s. recte confitetur, purificatur ab immundo spū blasphemię, cui ante conuersionē subiace
bat. Dū enim seipsum laudaret, ac deū accusaret, quid aliud, q̄ blasphemus erat? An non sunt
Exo. 18. f. Psal. 113. a blasphemi, qui dicunt: Non est æqua via dñi? An nō insipiens ille blasphemus, q̄ dicit in cor
de suo, non est deus? Iā vero conuersus, & confessus, canticis q̄ diuinis instructus, correcta vi
ta, corrigit & ꝓba, seq̄ ipsum accusans, mala sibi cōputat. Deū aūt laudans, bonum q̄ in se
videt, nō sibi, sed illi applicat. Et hoc totū agitur in psalmodia. Per psalmodiā accipe q̄cquid
deo agitur, cū mentis melodia, siue sint psalmi, siue hymni, siue etiā quęcunq; cātica. Tertium
hydriā posui superius vigilias, quas semper debet comitari oratio cū instantia. Vnde & dñs in
euangelio legitur in oratione pernoctasse, & discipulos suos exhortans, vtrunq; simul cōtun
Luc. 9.d. Mar. 14.d. xit, dicens: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Tales vigilię abluunt nos à sor
dibus, quas contraximus per somnolentiā resoluti, dum in obliuione quadā à via salutis in
tepuimus, ac torpuimus. Quarta hydria, est ieiuniū, de quo q̄s dubitet an &ipsum purificet?
Vera est illa sententia: Cōtraria cōtrarię curantur. Si ergo per gulā peccauimus, & inglutiē,
quid restat, nisi vt per abstinentiam reparemur: Nec solum huius vitij fit per ieiunium purifi
Mar. 9.d. catio, insuper & virtus ad expellendos dæmones comparatur, dicēte domino: Hoc genus nō
potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Sequitur quinta hydria, quæ dicitur opus manuum.
In quo si quęraſ an sit aliqua purificatio, facile potest inueniri p multa. Nam, vt plurima pre
teream, hoc solum quanti sit præconij, quantæ gratiæ, quis digne æstimet? suo se quēq; labo
re tranſigere, ac nullius aliquid desiderare? Ac ne me quisquā putet hæc magis declamatoria,
quàm ex veritate proferre, audiat ipsum doctorem nostrum in fide, & veritate Apostolum
Paulum scribentem ad Thessalonicenses, hęc ipsa docentem, & præcipientem: Rogamus vos
(inquit) fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negocium
agatis, & operemini manibus vestris, præcipimus vobis, & vt honestē ambuletis ad eos qui
foris sunt,

foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Audiat eundem ipsum facientem quę docebat: Ipsi enim
scitis (inquit) quemadmodū oporteat vos imitari nos, quoniā non inquieti fuimus inter vos,
neq; panem gratis manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte, & die operan
tes ne quem vestrū grauaremus. Item audiat docentem quę faciebat: Quū essemus apud vos
hęc denunciauimus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Vides quam soli
cite obseruandum præcepit doctor gentium opus manuum? Cur tantopere curauit, nisi qa
sicut bonus, & diligens pastor hoc ouium saluti plurimū expedire prouidit? Restat vltima car
nis mundicia. In hac fit purificatio ab illa quinq; pertita corporis illecebra, visus, auditus, odo
ratus, tactus. Et cœtera quidem prædicta, id est, silentium psalmodia, vigiliæ, ieiunium, opus
manuum, exerceri sine ista possunt, sed si lumbi præcincti non sint, id est, si defit carnis mun- Luc. 12. d.
dicia, lucernæ ardentes quid proderunt? Hinc ergo colligendum est, quod sit necessaria hujus
hydriæ purificatio, quæ sola omnibus supradictis æquipollentem obtinet vim salutis. Et no
tādum, quod in his omnibus obseruātiis, quatuor primas debemus nobis, quintam proximo,
sextam Deo. Nam silentium, psalmodiā, vigilias, ieiunium, debet quisq; exercere propter seip
sum, hoc est, propter suam disciplinam, opus manuum, propter proximū, ne quem grauet,
sed magis habeat vnde tribuat necessitatem patienti: carnis mundiciam, propter Deum, vt il
li placeat, & eius voluntatem faciat. Vnde scriptum est: Hæc est enim voluntas Dei, sanctifica
tio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum suum vas possidere in Ephe 4. d.
sanctificatione, & honore. Quod autem illæ hydrię lapideæ dicuntur, significat, quod sine ali
qua difficultate obseruari non possunt, & quod dura, & aspera est via, quæ ducit ad vitam. Vel
certe lapideæ dicuntur propter fortitudinem, ne facile frangantur, aut dissoluantur. & effun
datur liquor gratiæ, qui in eis continetur, quod vtiq; cito cōtingere posset, si vel fictiles essent,
vel lignęæ, seu cuiuslibet alterius fragilis materiæ. Vel etiam lapideæ, id est, Christianæ, à lapi
de Christo, vt scilicet in fide Christi fiant. Et sermone de circumcisione: Capientes (inquit) sin
gulæ metretas binas vel ternas. Hic primū sciēdum est, q̄d huiusmodi Hydrię aliquando sunt
vacuæ aliquādo sunt plenæ. Plenæ aūt aliquādo veneno, aliqn̄ aqua, interdū etiā vino. Vacuæ
quippe & inanes sunt, quum pro inani gloria, vel aliquo temporali emolumento fiunt. Plenæ
veneno sunt, si cum murmure, & animi rācore gerātur. Aqua plenæ dicuntur, quum ex timo
re Dei obseruantur. Siquidem per aquam timor intelligitur. Vnde & apud Salomonem legi
tur Timor domini fons vitæ. Vino autem plenæ sunt, quum timor vertitur in amorem, quū
charitas excludit timorem, quum ea quæ prius obseruabantur timore pœnæ, iam exercentē
delectatione, & amore iustitiæ. Vt vacuæ, vel veneno infectæ sint, non vult dominus, vt imple
antur aqua iubet dominus: vt autem aqua in vinum vertatur, hoc facit dominus. Sed quibus
implere hydrias aqua imperat dominus? Ministris vtiq; quos & constituit super familiā suā,
vt dent illis in tempore tritici mensuram, quibus tamen Maria primum suggesserit, dicens:
Quodcunq; dixerit vobis, facite. Quo exemplo innuitur, quod officium prædicationis non Luc. 1. d.
debet vsurpare sibi, nisi ꝗs Maria, id est, mater gratia prius instruxerit. Alioquin dicetur eis:
Regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoraui. Implent ergo ministri hy
drias aqua, prædicant mira de dulcedine regni, intentāt horrenda de terrore supplicij, fit sum
mis auditoribus de vtroq; timor, ne vel illo fraudentur, vel isto plectantur, & ita capiunt hy
driæ metretas binas. Quid est autē, Vel ternas? Addatur illis duobus tertius timor, & capiunt
hydriæ metretas ternas. Et illi quidem duo prædicti timores de futuro, sunt valde vtiles, sed
est alius timor de præsenti multo probabilior, quo timet homo, & semper est pauidus, ne in
terna gratia deseratur. Quisquis igitur hoc timore repletus fuerit profecto binis, metretas
ternas addidit. Notandum autem, quod quum hydriæ plenæ factę sunt vsq; ad summum,
tunc aqua versa est in vinū bonum, quia nimirum ordo rationi est, vt si timor est initium cha
ritatis, perfectum sequatur etiam plenitudo dilectionis. Vnde etiam Architriclinus dicit ad
sponsum: Omnis homo primum vinum bonum ponit, & quum inebriati fuerint, tūc id quod
deterius est, tu autem seruasti vinum bonum vsq; adhuc. Consuetudinis est secularium homi
num vt quum aliquem honorem adipisci desiderant, cœteros sibi prius per amorem acqui
rant. Quum vero adepti fuerint, elati potestate, eos ipsos per timorem sibi postmodum subij
ciunt, quibus prius priuati, non terrorem, sed amorem exhibuerant. Isti ponunt primum bo
num vinum, id est, amorem, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, id est, timo
rem, E contrario facit sponsus noster. Semper enim seruat ad vltimum bonum vinum, ꝙ ve
ro in eius comparatione deterius est, ante propinat, dicens: Fili accedens ad seruitutē Dei, sta
in timore. Si ex timore te feceris ipsius seruū, faciet te ex charitate amicū suū, & sic aqua timo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris commutabitur in vinum dilectionis. Ad hoc enim purificaris in illis sex hydrijs aquis timoris,ad hoc in timore accedis ad ipsum, tāquam seruus ad dominum,vt de seruo proueharis in filium. Et sermone liij. super cātica: Beatus(inquit)es,si cor tuum triplici isto timore repleueris,vt timeas quidē pro accepta gratia,amplius pro amissa,longe plus,pro recuperata. Hoc fac,&eris hydria in Christi conuiuio impleta vsq; ad summū,cōtinens nimirum metretas, nō binas tantū,sed & ternas,vt Christi mereraris benedictionē,quæ aquas tuas conuertat in vinū lætitię & perfecta charitas foras mittat timorem. Quod dico tale est. Aqua timor est,quon. iā
Prou.14.d ab ęstu refrigerat defideriorum carnaliū. Initium(inquit)sapientię timor dñi. Et habes: Aqua
sapientiæ salutaris potauit illum. Si timor sapiētia,&sapientia aqua,timor aqua est. Deniq; timor dñi(inquit)fons vitæ. Porro hydria,mens tua. Capientes(inquit)singulæ metretas binas,vel ternas. Tres metretæ,timores tres. Et impleuerunt eas(inquit)vsq; ad summū. Non vnus timor,nō duo q̄q;,sed toti tres simul replent vsq; ad summū. Omni tempore time deū, & ex omni corde tuo,&implesti hydriā tuā vsque ad summum. Amat deus integrū munus, affectum plenū, perfectum sacrificium. Cura proinde nuptijs cœlestibus plenā inferri hydri
Eſai.11.a. am,vt de te quoq; dicatur,quia repleuit eum spiritus timoris domini. Qui sic timet,nihil negligit. Vnde nanq; negligētia intret in plenitudinē? Alioquin q̄ capere ad huc aliquid potest, plenum non est. Eadem sane ratione nonpotest simul,& sic timere,&altū sapere. Nō est enim quo admittas superbiam,repletus timore dñi. Et sic de cœteris vitijs sentiendum,quia necesse est omnia plenitudine timoris excludi. Tunc demum si plene,si perfecte timueris,dabit charitas saporem aquis tuis,ad domini benedictionem. Sine charitate enim timor pœnam habet. Et quidem charitas vinum,quo Iętificat cor hominis. Perfecta autē charitas,foras mitPſal.103.b. tit timorem,vt vbi aqua fuerat,vinum esse incipiat.

De eisdem hydrijs,quæ positæ erant in nuptijs. Cap. XXIX.

RVpertus autem abbas Theologus in Euangeliū Ioannis hoc pacto scribit: In his,q̄ circa salutem nostram acta sunt diuinis operibus,ita mysticam inesse rationem credimus, sicut in patre,qui vsq; modo operatur,filiū,q&ipse similiter operatur,esse cōfitemur. Et hoc est dignum,atq; laudabile catholicorum patrum in venerabilibus literis studiū,vt sicut pater æternus sine filio coæterno nihil operaſ,ita nihil eorum,q̄ ad salutē hoim,siue in lege,siue in Euāgelio corporaliter acta sunt,à spirituali intelligentia vacare patiātur. Hoc autē signorum eius fuit initium,& rara,quæ facta sunt ab eodem domino. i. à verbo propter nos incarnato, maiorem stuporem hominibus attulerunt. Igitur quia filium confitemur,vt&patrem habeamus,cū ipsius adiutorio,sanctorū quoq; patrum prę eunte exemplo,in hoc magno,& mirabili opere pulchritudinē speculamur spiritualis intelligētiæ. Nuptię(inquit)factę sunt in Chana Galilææ. Hoc magnū,&multis prophetarum præconijs prænunciatum,atq; patriarcharū
Pſal.18.a. factis fuerat præfiguratum,quod duæ naturæ,diuina scilicet,& humana cōuenturæ essent in vno Christo,esseq; ipse in sole positurus tabernaculum suum,tanquam sponsus procedēs de thalamo suo. Factumq; est in illo virginalis vteri thalamo sponsus sponsæ,id est,creator creaturæ magna coniunctus est dignatione. Chana vero zelus, Galilæa transmigratio interpretatur. Quod loci nomen multum operatur ad sensum spiritualem,quia videlicet magno zelo ductus est fortissimus spirituū deus in adulterum diabolum,quum tali modo requirens suā,q̄ ille corruperat,creaturam,eidem auxit iusti iudicij pœnā,requisitæ vero,& inuentæ creaturæ indebitam(sua gratia)reddidit gloriam. Nuptiæ ergo factæ sunt in Chana Galilææ. Festum agit diem vniuersa domus,quæ est sancta Ecclesia,non frustra credens,se totam illi Deo cōiunctam,a quo suam credit naturam in veritate carnis assumptam. Et erat mater Iesu ibi. Mat Iesu adest,vbi istæ nuptiæ celebrantur,qui profecto vera incarnationis Christi fides non de est omnibus,qui harū nuptiarū filij,vel conuiuę dici,&esse merentur. Marcion,Cherynthus, Hebion alijq; hæretici seorsum conuenticula sua facientes,harum nuptiarum filij non fuerunt. Non enim ibi erat mater Iesu,quia diuersis quidem erroribus,sed eodem malignitatis spiritu fidem incarnationis eius à suis cordibus,& conuentibus excluserunt. Illic tantummodo harum cœlestium nuptiarum solennitas celebratur, vbi est mater Iesu,id est, vbi est mat Ecclesia,videlicet vbi quotidie nubentibus Christo adolescentulabus,vera incarnationis eius fides prædicat. Illic vocatus adest Iesus,&discipuli eius,sponsus videlicet,& amici eius. Quatuor itaq; personæ sunt istę,q̄ in Canticis Canticorum de nuptiali loquuntur amore,scilicet adolescentulæ,quarū nuptiæ superſunt,vel quę quotidie Christo nubunt mat Ecclesia q̄ illas parturit,donec Christus formeſ in eis,Christus ipse,&discipuli eius,videlicet spōsus,&amici eius. Quid ergo in his corporalib⁹ nuptijs significatum est, quod ad istas spirituales ptineret?

Hoc videlicet quod partim factum fuerat,partim autē & futurum erat. Nam per id quod vinum deficit,significatum est illud,quod factū fuerat scilicet quod beatitudo,vel incorruptio, quæ humano generi data fuerat,peccante primo parente,defecerat. Sic enim homo conditus est,vt si vellet,posset non peccare & posset non mori,quandoq; peruenturus ad hoc q̄ melius,& perfectius est,scilicet non posse peccare,& non posse mori. Peccando autē eo decidit,vt non posset carere peccato,& non posset nō mori. Vinū ergo deficit,quia collatæ gratiæ beatitudine priuata est miserabilis natura hominis. Illud quoq; iam factum fuerat,quod signatū est per sex hydrias lapideas aqua impletas. Nam senarius hydriarum numerus perfectus,sanctos patres vniuersos significat,qui diuersis temporibus,id est,sex mundi ætatibus diuisi,suo quiq; tēpore aqua sapientiæ salutaris impleti sunt. Mentes nanq; illorum velut hydriæ lapideæ fuerunt,scilicet fide stabiles,ingenio capaces. Capiebant autem singulæ metretas binas, vel ternas,quia videlicet,quum omnium fuerit vna fides,non omnibus eadem,vel æqualis data est sapientiæ quantitas. Plus enim indicatum est(verbi gratia)Moysi,quam Abrahæ,Da-
uid,q̄ Moysi,Quod ex ipsis sacræ scripturæ verbis patenter ostenditur. Quis enī nesciat, qa Gen.12.
Abraham cum Deo locutus est? Et tamen ad Moysen dominus dicit: Ego sum Deus Abraham,Deus Isaac,& Deus Iacob,& nomen meum Adonai non indicaui eis. Ecce plus Moysi,quam Abrahæ innotuerat,qui illud de se Moysi indicat,q̄ se Abraham non indicasse narra
bat. Psalmista quoq;,quum dixisset,Q̄o dilexi legē tuam dñe,tota die meditatio mea,subsecu Pſal.118.9.
tus adiunxit: Super omnes docentes me intellexi. Et iterum: Super senes intellexi. Qui ergo legem se meditari memorat,& super omnes docentes se,& super seniores se intellexisse testatur,quia diuinam scientiā plusquā Moyses acceperit,manifestat. Ita impletur Danielis sententia,dicentis: Quia pertranſibuut plurimi,& multiplex erit scientia. Igitur non vna,vel æqualis est hydriarū huiusmodi capacitas,quia diuini nominis trinitatē,vel cætera diuinitatis mysteria non cœqualiter perceperunt gratia. Et omnis quidem illa sapientiæ salutaris aqua de plenitudine eius sumpta est,qui dixit nunc,Implete hydrias aqua. Sed tamen erat aqua pallens,& frigida,neq; naturam humanam in pristinum vigorē restituere poterat. Illa nanq; Mosaica Heb.7.e.
lex illa Dei dona nihil ad perfectum adduxerāt,quia peccatorum remissionem,& carnis resur 2.Cor.3.bi
rectionem generi humano conferre non poterant solamq; occidentem legis literam,nō vivificantem spiritum accipiebant. Per hoc autem quod aqua in vinum conuersa est,significa- Iohan.1.b.
ta est illa,quæ facta est,imo quæ tunc fieri cœperat per Iesum Christum,gratia,& veritas. Nostræ quippe naturæ corruptionem diuinitatis suæ fortitudine induerat. nec multo post passione mortis superata,resurrectionis patriam in semetipso,multisque sanctorum secum resurgentium corporibus dedicatus erat. Quo facto nunc ascenso cœlo,desuper in subiectas omnes hydrias clarissime rutilat,in sanctarum scripturarum aquis imaginem,ac virtutem suam videndam,siue degustādam representat. Ita naturæ nostræ infirmitate sanata,quicunq; baptizati spiritu sancto iam prima resurrectione reuiximus,& in secundam beata spe trāspositi sumus,ipso sensum nobis aperiente,spiritualē in eisdē scripturis rationē intelligim⁹.

De sex hydrijs,id est,sex ætatibus. Cap. XXX.

NVnc de ipsis ætatibus parumper,quod ad eiusdē Christi nuptias,vel sanctæ Ecclesiæ castitatem pertineat,dicendum est. Ecce in exordio primæ ætatis dictum est: Hoc nunc Gen.2.b.
os ex ossibus meis,& caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem,& matrem, & adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna. Hoc manifeste legitimi,atq; casti,sed tamē carnalis coniugij fidem,atq; vnitatem commendat. Veruntamen quandiu non nisi iuxta carnem intelligebatur,non nisi aqua,quamlibet haustu dulcis,& ad potandū habilis erat. At vbi Pſal.18.a
per Apostolum sum in quo ipse loquebatur: Sacramentum hoc magnum est,ego autem dico Ephe.5.f.
in Christo,& in ecclesia aqua in vinum conuersa est. Hoc enim audito sanctæ animæ spiritualium nuptiarum amore feruere cœperunt,alium cogitantes hominem,scilicet nouum eum, qui secundum Deum creatus est,qui quodāmodo reliquit patrem suum,dum à patre exiens, & veniens in mundum semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens. Matrem quoque suam,scilicet pharisaicam synagogam,totamq; gentem Iudaicam,& ad hæsit vxori suæ,videlicet electæ de gentibus Ecclesiæ,cū qua iam vnum corpus est,caput,& mēbra,sponsus,& spon- Gen. 2.d.
sa,Christus,& ecclesia. Nam sicut non vndecunque,sed de ipsius viri substantia fecit Deus Euam,vt maior esset naturalis dilectionis causa. Tulit enim vnam de costis eius dormientis, & ædificauit eam in mulierem,sic Ecclesiam non vndecunq; sed de lateris sui sanguine,& aqua fecit nasci,nec aliunde nisi de carne,& sanguine suo eandem pascit,vnde maior in vtroque

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnius eiusdem carnis vnitas exiſtit. Hoc ergo intellectu, tanquam vino optimo, & ſitis extinguitur, & amor accenditur, & vſq; ad virgineæ caſtitatis appetitum plurimi inflammantur,
Gene. 9. c vt non ſolum iuga boum, quæ comparauerunt, & villas, quas emerunt, ſed & coniugia carnis negligant, quo magis nuptijs cœleſtibus vacare præualeant. Secunda ætas inchoatur à Noe. De hoc ſcriptura refert, quia plantauit vineam, bibensq; vinum, inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo &c. Et hoc quidē ſecundū literam acceptum, aqua eſt dulcis, & moribus aptа purificandis, ne quis exēplo Cham paternam contemnens, ſi quam nouit, infirmitatem, ſimilem illi iuſte incurrat maledictionē, ſed honore, & amore debito contegens, exemplo Sem, & Iapheth, dignam hæreditet benedictionem. In quibus illud conſiderandum eſt, quod
Mat. 11. d quum omnes eodem ſinu arca ſeruauerit ſuper aquas, tam longe tamen apud patrem ipſorū diſtinxit eos multū diuerſa morū qualitas. Huius ſcripturæ aūt literalis ſenſus, velut aqua in vinū conuertit, dū ſpirituali intelligētia filijs nuptiarū ita ꝓpinat Noe, ꝙ iuterptat requies, ſci
Pſal. 79. b licet dominus noſter, cuius dum iugum ſuper nos tollimus, requiem animabus noſtris inueni
Matth. 27. d mus, plantauit vineam, videlicet illam, quam de Aegypto tranſtulit gentem Iudaicam, bibēs ex ea vinum nimis amarum, imo acetū cū felle mixtum, nudatus eſt in tebernaculo ſuo, ſcilicet in ſimilitudinem hominum factus, vere paſſibilis habitu, & veritate mortis inuētus vtho
mo. Quam eius infirmitatem deſpicit Cham, quod interpretatur calidus, id eſt, contentioſus, & impatiens promptusq; ad rixam hæreticus, & quem ex paſſionis infirmitate hominem verum intelligit, dedignatur verum Deum confiteri. Propter ꝙ, ſicut Cham in filio ſuo Chana an, ſic & iſte in poſteritate, id eſt, in anima ſua maledicitur. At vero catholici viri, qui per Sem, & Iapheth figurati ſunt, eandem patris infirmitatem dignis ſacramentis venerantur ſciētes,
1. Cor. 1. d. qa quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & ꝙ infirmius eſt Dei, fortius eſt hominibus, & idcirco in regno patris inclyti fiunt, & in æternis manſionibus dilatantur. Sem eñ inclytus, Iapheth dilatatus interpretatur. Et quidē illi omnes ſcilicet hæretici cū iſtis in eadem arca Eccleſiæ, baptiſmi aquis ſupernatauerunt, ſed abalienati ſunt retrorſum, & à nobis exierunt, ſed non erāt ex nobis. Aetate tertia naſcit Iſaac patre veterano, matre diu ſterili, eaq; prouecta. Naſcitur autē de libera per repromiſſionem, nato prius Iſmaele de ancilla ſecūdum carnem. Hæc diuini operis hiſtorica narratio, limpida, & dulcis aqua eſt vtiliter irrigans legē
Rom. 4. d. tis aīam, & fidei eius per exempla augens incrementum, quia fides extitit patris Abrahæ, dū non conſyderarit corpus ſuum emortuum, quum fere centū eſſet annorū, & emortuā vulua Saræ, credens, quia quæcunq; promiſit Deus, potens eſt & facere. Sed hæc ſunt (inquit Apoſtolus) per allegoriā dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta, vnum quidem à monte Sina in ſer
2. Cor. 13. 2. uitutē generans, ꝙ eſt Agar &c. Igitur autore Apoſtolo, imo Chriſto, qui in illo loquitur, ſicut ipſe ait: An experimentum vultis eius, qui in me loquit Chriſtus? Autore itaq; Chriſto, hęc literalis ſenſus aqua in vinum conuerſa eſt, quo inebriata pubeſcit fides, quam adamat ſpiritus ſanctus, & animarū nuptialis charitas multiplicatur. Sic &c. quę illa ętate facta ſunt, velut aquę in vina mutantur, dum ſpiritualiter intelliguntur, quia oīa in figura contingebant illis, vt ait idem Apoſtolus. Quarta ætate prēter facta figuratiua, qualia ſunt victoria Dauid de Goliath, & Hieroſolymitani templi conſtructio mira ſapientis regis architectura, prēter hæc & alia his
Cant. 6. c. ſimilia facta, plura quoq; myſtice dicta ſunt, quorum pleraq; iuxta literam, talem aquam ſapiētiæ, ꝙ nec ſatis liquida, nec habilis ſit ad potādū. Verbi gratia, quale eſt illud in Canticis Canticorum, Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus, & ſimilia, quæ ſecundū literā accepta caſtos Eccleſiæ mores nullatenus ædificant. Accipiuntur ergo ſecundum ſpiritum, & fit ex aqua vinum bonum, dignū (vt in eiſdem Canticis dicitur) dilecto ad potandum labrijsq; ac dentibus eius ad ruminandum. Sic & illud quod ecci-
Can. 7. b. nit Dauid, Exi thalimiū, & cœtera Cantica Pſalmorū, ſacra quoq; volumina prophetarū, ſi ſo lam ſequamur literam, pene in omnibus mortuā, & inſipidam bibimus aquā: ſpiritum vero ſequētes, viuificantem optimi vini ſaporem miramur, & virtutem. Quinta ætate captiuus populus Dei ſub rege Babyloniæ ducitur, & electi de filijs captiuitatis in domo eius eunuchiſunt, quibus obſummam vitæ continentiam, dedit Deus ſcientiā, & diſciplinā in omni lib. & ſapientia, præcipueq; Danieli intelligentia omnium viſionum, & ſomniorum. Hæc & cœtera in ſuf
ficiæ dulcis aquæ præbent poculū, magnoq; ſunt exemplo quod per mundicium vitæ peruenire quis poſſit, ad honorem ſapientię. Spiritualis autē homo illos intelligit prefiguratos eu-
Math. 19. b nuchos, qui ſe (vt ait dominus) caſtrauerunt propter regnum cœlorum, & in præſenti captiuitate, qua rex confuſionis diabolus humanū genus in primis parentibus captiuauit, ſcientes qa tempus breue eſt, & dies mali ſunt, illud approbant Apoſtoli conſilium, vt ſine coniugio ſint.

Talibus

Talibus enim clarior datur intelligētia ſecretorum cœleſtium, verbi gratia, vt Iohanni huic, cuius eſt hoc Euangelium, & Apocalypſis, cuius tot verba, tot pene ſunt myſteria. Hæc ergo aqua, vinum facta eſt, quo miro modo inebriati, luxuriū obliuiſcuntur, imo & eunchizātur, vt Matth. 19. b Iohan. 4. b veræ vineæ Chriſto arctius inſerantur. Sextæ ætatis hydriā per ſemetipſum impleuit dominus de fonte aquæ ſalientis invitam æternam. Et quidem incarnationis eius myſterium, dicta quoq; & facta eius priuſquam reſurrexiſſet à mortuis, aquam quamuis limpidiſſimam ſapiebant, quia videlicet & paſſibilis in illo erat noſtra natura, & non clare intelligebantur ea, quę dictis, aut factis ſignificabant regni Dei myſteria. Vt autem reſurrexit à mortuis, aqua in vinū cōuerſa eſt, quia videlicet æterna incorruptiōe ſolidata eſt noſtra, quæ in illo paſſibilis ſue Luc 24. g. rat natura, vt idē & in nobis ſperaremus, & ipſe diſcipulis ſuis aperuit ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & ſpiritualiter intelligendos recordarentur ſermones, quos ab illo carnaliter audierant. Igitur cunctæ ſalutarium diuiſiones aquarum, quæ ꝓteritis generationibus diſtributæ ſunt, ſimul conferuntur in hoc cœleſtiū conuiuio nuptiarum, & ex aqua facto vino lætantur conuiuæ, quia videlicet vinum hoc lætificat cor hominis, & hic calix inebrians, quam præclarus eſt. Econtra in cunctis Iudęorum, atq; hæreticorum conuenticulis, qa mater Ieſu, ibi non eſt, id eſt non conuiuatur dominicæ incarnationis fides, iſtæ aquæ vertuntur illis in ſanguinē, Exod. 7. d. vt corruptas ſcripturas corrupti, atq; corrumpentes bibant, & vomant, imo bibant, & morian tur, ſitq; ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorū. De quorū pœna in Apocalypſi iuſtitia Dei laudatur à dicentibus: iuſtus es domine, qui es, qui eras ſanctus, quia hęc iudicaſti, quia ſanguinem ſanctorū, & prophetarū fuderunt & ſanguinē dediſti eis bibere, vt digni ſunt. Hauriunt nunc, iubente domino, miniſtri, id eſt, tractatores ſcripturarū ſtudioſi, & exponentes eas ſpiritualiter, fuerunt Architriclino, dū non ſibi attribuunt, ꝙ intelligunt, ſed ſpirituiſancto. Ipſe nanq; harum nuptiarum Architriclinus eſt, qui & beatæ virgini ſuperueniēs vteri eius triclinium prępara uit, vt in illo diuina natura humanæ naturæ vniret, & ſingulis animabus opitulatur, vt intra ſecreta conſcientiæ Deo patri copulētur, vt eo ipſo verbo, q̄ virgo felix imprægnata eſt, & ipſe ex eius complexibus fœcundentur. Ipſius ergo laudi propinādū, & cū eius honore bibendum eſt hoc vinum bonū, ꝙ ſeruatum eſt vſq; adhuc, quia prioribus temporibus non eſt datum, ſed nobis, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

De eiſdem hydrijs ex Auguſtino. Cap. XXXI.

Diluus autem Auguſtinus, quid vinū, quid aqua, quid hydriæ myſtice ſignificent, in expoſitione Iohannis, tractatu nono, hoc pacto inſinuat: Erat (inquit) prophetia antiquis tēporibus, & à prophetiæ diſpenſatione nulla tempora ceſſauerunt. Sed illa prophetia, quando in illa Chriſtus nō intelligebatur, aqua erat. In aqua enim vinum quodammodo latet. Et dicit Apoſtolus qd intelligamus in iſta aqua: Vſq; in hodiernū (inquit) diē, quandiu legitur Moyſes idipſum velamē ſuper cor eorum poſitū eſt, quod nō reuelatur, quia in Chriſto euacuatur, 2. Cor. 3. d. Et quū tranſierint (inquit) ad dñm, auferetur velamen. Velamen dicit ad opertionem prophetiæ, vt non intelligeretur. Tollitur velamen, quum tranſieris ad dñm. Sic tollitur inſipientia, quum tranſieris ad dñm, & quod aqua erat, vinū tibi fit. Lege libros omnes propheticos, nō intellecto Chriſto, quid tam inſipidū, & fatuū inuenies? Intellige ibi Chriſtū, nō ſolū ſapit, ꝙ legis, ſed etiam inebriat, mutās mentē à corpore, vt prēterita obliuiſcens, in ea, q̄ ante ſunt, extēdaris. Ergo propetia ab antiquis temporibus, ex quo prorſus currit ordo naſcentium in genere humano, de Chriſto non tacuit, ſed occultum ibi erat. Adhuc enim erat aqua. Vnde & dominus diſcipulos increpans poſt reſurrectionem ſuam, ait: O inſenſati, & tardi corde ad credē dū, ſuper omnia quæ locuti ſunt prophetę. Nonne hæc omnia oportebat pati Chriſtū? &c. Et incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis &c. Hi ſunt (inquit) ſermones, quos locutus ſum ad vos, quū adhuc eſſem vobiſcū, quia oportet impleri oia, q̄ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & ꝓphetis, & Pſalmis de me. Tunc adaperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas &c. Nihil ſcripturarū veterum prętermiſit. Illa erat aqua, & ideo dicti ſunt illi a domino inſenſati, qa eis adhuc aqua ſapiebat. Quomodo autem fecit de aqua vinum? Quū aperuit eis ſenſum, & expoſuit eis ſcripturas, incipiens a Moyſe, & per omnes prophetas. Vnde iam inebriati, dicebant: Nōne cor noſtrū ardēs erat in nobis de Ieſu, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis ſcripturas? Intellexerunt enim Chriſtū in his libris. Quū autē ipſam aquam conuertit in vinū, oſtendit nobis, quod & ſcriptura vetus ab ipſo eſt. Nā iuſſu ipſius impletæ ſunt hydrię. A dño qdē ibidem. & illa ſcriptura, ſed nihil ſapit, ſi nō ibi Chriſtus intelligatur. Intēdite aūt ꝙ ipſe ait: Quę ſcripta ſunt in lege, prophetis, & pſalmis de me Nouimus autē legē ex qbus tēporibus narret. i. ab exordio mundi. In principio fecit Deus cœlum, & terram. Inde vſq; ad hoc tempus, ꝙ nūc

agimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

agimus,ſexta ætas eſt.Nam prima ætas eſt,ab Adam vſq; ad Noe,ſecunda, vſq; ad Abraham,
tertia,ab Abraham vſq; ad Dauid ,quarta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis,
quinta à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Iohannem baptiſtam,ſexta inde vſq; ad finem
Gen 1.d. ſæculi.Propterea & ſexta die fecit Deus hominem ad imaginem ſuam,quia ſexta iſta ætatem
nifeſtatur per Euangelium reformatio mentis noſtræ ſecundum imaginem eius, qui creauit
nos,&conuertitur aqua in vinum,vt iam manifeſtatum Chriſtum in lege,& prophetis ſapia
mus.Ideo erant ibi ſex hydriæ,quas iuſſit impleri aqua.Sex ergo illæ hydriæ,ſex ætates figni
ficant,quibus non defuit prophetia.Illa ergo tempora ſex,quaſi articulis diſtributa,atq; diſtin
cta,quaſi vaſa eſſent inania,niſi à Chriſto implerentur,niſi in eis dominus Ieſus prædicaretur.
Impletæ ſunt prophetiæ,plenæ ſunt hydriæ,ſed vt aqua in vinũ conuertatur,in illa tota pro-
phetia Chriſtus intelligatur.Quid eſt autem,Capiebãt metretas binas,vel ternas? Myſteriũ
nobis maxime iſta locutio cõmendat.Metretas enim dicit menſuras quaſdã,tanquam ſi dice-
ret,vrnas,amphoras,vel ſi quid huiuſmodi.Nomẽ menſuræ eſt metreta,&à menſura accepit
nomen.Metrum enim menſuram dicunt Græci,inde appellatæ metretæ.Capiebãt enim me
tretas binas,vel ternas.Quid dicimus fratres? Si ternas tantum diceret,non curreret animus
noſter, niſi ad myſterium trinitatis.Sed forte nec ſic debemus inde cito iam ſenſum noſtrum
auertere,quia dixit binas,vel ternas,quia nominato patre,& filio,conſequenter & ſpiritus ſan
ctus intelligendus eſt.Spiritus enim ſanctus non eſt patris tantummodo,aut filij tantummo-
do ſpiritus,ſed patris,& filij ſpiritus.Scriptum eſt enim:Si quis dilexerit mundum,nõ eſt ſpi-
ritus(alias charitas)patris in illo.Item ſcriptum eſt:Si quis autem ſpiritũ Chriſti non habet,
hic non eſt eius.Nominato itaq; patre,& filio,intelligitur & ſpiritus ſanctus,quia ſpiritus eſt,
Roma.8.b & patris,& filij.Quum autem nominatur pater,& filius,tanquam duæ metretę nominantur
quum aũt ibi intelligitur ſpiritus ſanctus,tres metretæ.Ideo nõ eſt dictũ,Capiẽtes metretas,
aliæ binas,aliæ ternas,ſed ipſæ ſex hydriæ capiebant metretas binas,vel ternas. Tanquã dice
ret:Et quando dico binas,etiam ſpiritum patris,& filij cum his intelligi volo & quãdo dico
ternas,ipſam trinitatem manifeſtius enuncio. Quiſquis itaq; nominat patrem,& filium,opor
tet ibi intelligi tanquam charitatem inuicem patris,& filij,quod eſt ſpiritus ſanctus. Ergo me-
tretas binas capiebant hydriæ,quia in omnium temporum prophetia pater,& filius prædica
tur,ſed ibi eſt & ſpiritus ſanctus.Ideoq; adiunctum eſt,Vel ternas.Ego,& pater(inquit)vnum
Iohãn.10.b ſumus.Sed abſit vt ſpiritum ſanctũ,vbi audimus:Ego & pater vnum ſumus,nõ eſſe dicamus.
Matth.28.d Tamen quia patrem & filium nominauit,capiebant hydriæ binas metretas,ſed audi vel ter-
nas:Ite,baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti. Itaq; in eo quod
dicuntur binæ,non exprimitur,ſed intelligitur:in eo vero quod dicuntur,Vel ternæ, etiam
exprimitur trinitas.

De eiſdem hydrijs ex eodem Auguſtino: Cap.XXXII

SEd eſt & alius intellectus(inquit idem Auguſtinus)non prætermittendus,& ipſum dicã.
Eligat quiſq; quod placeat,nos quod ſuggeritur,non ſubtrahimus.Prophetia,quę ab an
tiquis temporibus diſpenſatur, ad ſalutem omnium gentium pertinet. Ad ſolum quidem
populum Iſrael miſſus eſt Moyſes,& ei ſoli populo per eũ lex data eſt,& ipſi prophetæ,ex illo
populo fuerunt,& ipſa diſtributio tẽporũ ſecundum eundem populum diſtincta eſt.Vnde &
hydriæ dicũtur,ſecundum purificationem Iudæorum.Sed tamen quod illa prophetia etiam
cæteris gentibus annunciabat,manifeſtum eſt,quandoquidem Chriſtus in ea occultus erat,
Gen.22.d. in quo benedicent omnes gentes,ſicut promiſſum eſt,Abrahæ, dicente dño: In ſemine tuo
benedicentur omnes gentes.Nondum enim intelligebatur,quia nondum aqua conuerſa erat
in vinum.Ergo omnibus gentibus diſpenſabatur prophetia.Quod vt emineat iocundius,de
ſingulis ætatibus,tanquam de ſingulis hydrijs pro tempore quædam memoremus.In ipſo ex
ordio Adam & Eua parentes omnium gentium erant,non tantummodo Iudæorum.Et ge-
quicquid figurabatur in Adam de Chriſto,ad omnes vtiq; gẽtes pertinebat,quibus ſalus erat
in Chriſto:Quid ergo potiſſimũ dicã de aqua primæ hydrię,niſi quod Apoſtolus ait de Adã,
& Eua? Nemo enim me dicet prauę intellexiſſe,quandoquidem intellectum,non meum,ſed Apoſto-
li profero.Illud ergo vinum quantum miſterium de Chriſto continet,quod commemorat
Apoſtolus,dicens:Et erunt duo in carne vna,Sacramentum hoc magnum eſt.Et ne quis illã
magnitudinẽ ſacramenti in ſingulis quibuſq; hominibus vxores habẽtibus intelligeret,Ego
autem,inquit,dico in Chriſto,& in Eccleſia,quod eſt hoc ſacramentum magnum.Erunt duo
in carne vna.Quum de Adam,& Eua ſcriptura Geneſeos loqueretur,vnde venturũ eſt ad hæc
verba,Propterea relinquet homo patrem,& matrem,& adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo
in carne

in carne vna.Sic ergo Chriſtus adhæſit eccleſiæ,vt eſſent duo in carne vna. Quomodo reliquit
patrem? Quia quum in forma dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſe
metipſum exinaniuit,formam ſerui accipiens.Hoc eſt enim,reliquit patrem,non quia deſeruit Philip.2.a
& receſſit à patre,ſed quia non in ea forma apparuit hominibus,in qua æqualis eſt patri.Quo
modo reliquit matrem? Relinquendo ſynagogam Iudæorum , de qua ſecundum carnem na-
tus eſt,& inhærendo eccleſiæ,quam ex omnibus gentibus congregauit.Ergo prima hydria ha
bebat prophetiam de Chriſto , ſcilicet quando iſta quæ loquor non prædicabantur in popu-
lis,adhuc aqua erat,in vinum mutata nondum erat.Et quia illuminauit nos per Apoſtolum do
minus, vt oſtenderet nobis quid ibi quæreremus in ipſa vna ſententia. Et erunt duo in carne
vna,ſacramentum magnum in Chriſto & in eccleſia,iam licet nobis vtiq; Chriſtum quærere,
& de omnibus hydrijs vinum potare. Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Chriſtus vt fiat ec-
cleſia.Dormienti Adæ fit Eua de latere,mortuo Chriſto lancea percutitur latus, vt profluãt ſa
cramenta quibus formetur eccleſia. Cui nõ apparet,quia in illis tũc factis futura figurata ſunt?
quandoquidem dicit Apoſtolus ipſum Adam formam futuri eſſe? Qui eſt(inquit)forma futu
ri.Præfigurabantur omnia myſtice.Neq; eniuero non poterat deus vigilanti coſtam educe-
re,ſed vnamq; formare? An forte ne doleret latus,quando coſta detracta eſt , propter hoc o-
portebat vt ille dormiret? Quis eſt qui ſic dormiat,vt ei oſſa non euigilanti euellantur? An quia
deus euellebat,propterea homo non ſentiebat? Poterat ergo & vigilanti ſine dolore euellere,q
poterat dormienti.Sed proculdubio hydria prima implebatur, prophetia illis temporibus fu-
turo iſto tempore diſpenſabatur.Chriſtus etiam figuratus eſt in Noe & in illa arca orbis terra-
rum.Quare ergo incluſa ſunt omnia animalia,niſi vt ſignificarentur omnes gentes? Non enim
deerat deo rurſus creare omne genus animalium.Quando enim omnia non erãt, nonne dixit:
Producat terra,& produxit terra? Vnde ergo tunc fecit,inde reficeret.Verbo fecit,verbo refi-
ceret,niſi quia myſterium commendabat,& ſecundum hydriam propheticæ diſpenſationis im-
plebat,vt per lignum liberaretur figura orbis terrarum. Iam in tertia hydria ipſi Abrahæ, ſcd Gene.22.
iam commemoraui,dictum eſt:In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Et quis non vide-
at cuius habeat figuram vnicus eius,qui ſibi ad ſacrificium quo ipſe immolandus ducebatur,lig-
na portabat? Portauit enim dominus crucem ſuam,ſicut euãgelium loquitur. Hoc de tertia hy
dria commemoraſſe ſufficiat. De Dauid autem quid dicam,quód ad omnes gentes pertinebat
prophetia eius,quãdo modo audiuimus pſalmum,& difficile eſt vt dicatur pſalmus in quo hoc
non ſonet? Sed certe(vt dixi)modo cantauimus:Surge deus iudica terram, quoniam tu hæredi
tabis in omnibus gentibus. Et ideo Donatiſtæ tanquam proiecti de nuptijs, ſicut ille homo qui
non habebat veſtem nuptialem,inuitatus eſt & venit,ſed proiectus eſt de numero vocatorum,
qui non habebat veſtem ad ſponſi gloriam. Qui enim ſuam gloriam quærit,non Chriſti,nõ ha
bet veſtem nuptialem. Non enim volunt conſonare voci illius,qui amicus erat ſpõſi,& ait:Hic
eſt qui baptizat. Audiant,velint,nolint etiam apud ſe cantari:Surge deus &c. Et non communi
cando omnibus gentibus,quid aliud q̃ ſe exhæreditatos eſſe cognoſcant? Quod ergo dicebam
quia ad omnes gentes pertinet prophetia,volo alium ſenſum oſtendere in eo quod dictum eſt:
Capientes metretas binas vel ternas,ad omnes(inquam)gentes pertinere prophetiam demon
ſtratam in Adam,qui eſt forma futuri. Quis autem neſciat,q̃ de illo exortæ ſunt omnes gẽtes?
Et in eius vocabulo quatuor literis,quatuor orbis terrarum partes per Græcas appellationes de Pſal. 21.
monſtrantur. Si enim Græcé dicatur oriens,occidens,aquilo,meridies,in capitibus verborũ in-
uenis Adam. Dicuntur enim Græcé quatuor memoratæ mundi partes, anatole, dyſis, arctus,
meſenuria. Iſta quatuor nomina ſi tanquam verſus quatuor ſubinuicem ſcribas,in eorum capiti
bus Adam legitur. Hoc in Noe propter arcam figuratum eſt,in qua erant omnia animalia,quę
ſignificabant omnes gentes,hoc in Abraham cui apertius dictum eſt:In ſemine tuo benedicen
tur omnes gentes,hoc in Dauid,de cuius pſalmis(vt alia omittã)modo cantauimus: Surge deus
iudica terram. &c. Cui enim deo dicitur : Surge, niſi qui dormiuit? Surge deus iudica terram.
Tanquam diceretur:Dormiſti iudicatus à terra,ſurge,vt iudices terram. Et quó pertinet illa pro
phetia:Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus?

De quinta & ſexta hydria,& de hydria Samaritanæ. Cap. XXXIII.

IAm vero in quinta ætate tanquam in quinta hydria Daniel vidit lapidem præciſum de mõ
te ſine manibus,& confregiſſe omnia regna terrarum,& creuiſſe illum lapidem,& factum eſ
ſe montem magnum,ita vt impleret vniuerſam faciem terræ. Quid apertius fratres mei? La-
pis de monte præciſus,ipſe eſt lapis quem reprobauerunt ædificantes,& factus eſt in caput an-
guli. De quo monte præciditur,niſi de regno Iudæorum,vnde dominus noſter Ieſus Chriſtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum carnem natus est? Et præciditur sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille vnde præcisus est, non impleuerat vniuersam faciem terræ. Non enim tenuerat regnum Iudæorum omnes gentes. At vero regnum Christi omnes gentes,& vniuersum orbem terrarum cernimus occupare. Iam ad sextam ætatem pertinet Iohannes Baptista, quo nemo exurrexit maior de natis mulierum, de quo dictum est, Maior quã propheta. Quomodo & ipse ostendit, quia omnibus gẽtibus missus est Christus, quãdo Iudæi venerunt ad eum vt baptizarentur? Et ne superbirent de nomine Abrahæ: Generatio inquit viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ, id est, humiles estote. Superbis enim loquebatur. Vnde autem erat superbi? De genere carnis, nõ de fructu imitationis patris Abraham. Quid eis ait? Nolite dicere, Patrẽ habemus Abraham: potẽs est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Lapides dicẽs oẽs gẽtes, nõ propter firmitatẽ, sicut lapis dictus est quẽ reprobauerunt ædificãtes, sed propter stoliditatẽ & duriciam stultitiæ, quia eis quos adorabant similes facti erant. Adorabãt enim insensata simulachra pariter insensati. Vnde insensati? Q̃m in psalmo dicitur: Similes illis fiãt q faciũt ea,& oẽs q cõfidunt in eis. Ideo quum cœperunt hoiẽs deũ adorare, qd audiunt? Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, q solẽ suũ oriri facit sup bonos & malos,& pluit sup iustos & iniustos. Quapropter fit ci fit hõ similis quẽ adorat, qd est. Potẽs ẽ deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ? Nolipsos interrogemus,& videamus, qa factum est. Nos enim de gẽtibus venimus. De gẽtibus autẽ nõ venimus, nisi deus de lapidibus suscitasset filios Abrahæ. Facti sumus filij Abrahæ imitãdo fidẽ, nõ nascẽdo p carnẽ. Sicut enim illi de generãdo exhæreditati, sic nos imitãdo adoptati. Ergo fratres, ad oẽs gentes pertinebat etiã sexta ista hydria, pphetiæ,& ideo de oĩbus dictũ est: Capiẽtes metretas binas, vel ternas. Sed quõ ostendimus oẽs gentes pertinere ad binas vel ternas metretas? Aestimantis enim fuit quodãmodo, vt ipsas diceret binas, quas dixerat ternas, ad cõmẽdandum scilicet sacramentũ. Quõ sunt binę metretæ? Circuncisio,& præputium. Hos duos populos scriptura cõmemorat,& nullum prætermittit hominum genus, quando dicit, Circuncisio, & præputium. In duobus istis nominibus habes omnes gentes,& binę metretæ sunt. His duobus parietibus de diuerso venientibus ad pacem in seipso faciendã, lapis angularis factus est Iesus. Ostendamus æternas metretas in eisdem ipsis omnibus gentibus. Tres enim erant filij Noe, per quos repar. tum est genus humanum. Vnde dñs ait: Simile est regnum cœlorũ fermento, q accepit mulier &abscondit in farinæ mensuris tribus, quoadusq; fermentaretur totũ. Quæ est ista mulier nisi caro dñi? Quod est fermentum nisi euangelium? Quæ sunt tres mẽsuræ nisi oẽs gentes, propter tres filios Noe? Ergo sex hydriæ capientes binas vel ternas metretas, sex sunt ætates temporũ, capientes prophetiam pertinentem ad omnes gentes, siue in duobus generibus hominum, id est, Iudæis & Græcis, sicut sæpe Apostolus cõmemorat, siue in tribus, propter Noe tres filios significatos. Figurata est enim prophetia pertingens vsq; ad omnes gentes. Nã in eo quod pertingit, dicta est metreta, sicut dicit Apostolus: Accepimus mensuram pertingendi vsq; ad vos. Gentibus enim euangelizans sic ait: Mensuram pertingendi ad vos. De hydria autem Samaritanæ idem scribit Augustinus eodem tractatu: Hydria (inquit) vas erat vnde aqua hauriebatur, Græco nomine appellatur hydria, quoniam Græcé hydor aqua dicitur, tanquam ti aquariũ diceretur. Hydria cupiditas est. Cupiditatẽ quippe pronis submittunt, vt ad voluptatem hausta de profundo perueniãt,& fruant voluptate præcedente,& præmissa cupiditate. Nam q nõ permiserit cupiditatẽ, peruenire non potest ad voluptatẽ. Pone ergo hydriã cupiditatẽ, & aquã de profundo voluptatẽ. Quum peruenerit quisq; ad voluptatẽ seculi huius, cibus est, potus est, lauacrum est, spectaculũ est, concubitus est. Nunquid non iterũ sitiet? Proiecit ergo hydriã suam, q iam non vsui, sed oneri fuit. Auida quippe desiderabat aqua illa satiari, vt nunciaret Christũ oneratione abiecto. Et lib. lxxxiij. q̃stionũ, q̃stione lxiij. Neq; hoc (inquit) quod relicta hydria dicitur, negligenter prætereundum est. Hidria enim fortasse amorẽ seculi huius significat, id est cupiditatem, qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est, de terrena conuersatione hauriunt voluptatẽ, qua percepta, iterum in eius appetitum intus delcunt, fit de aqua illa: Qui biberit (inquit) sitiet iterum. Oportebat autẽ vt Christo credens, seculo renunciaret,& relicta hydria, cupiditatem secularem se reliquisse monstraret, non solũ corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salutem ore confessura & prædicatura quod credidit. Denique quę Gregorius de superioribus hydrijs, homilia sexta super Ezechielem hoc modo scribit: Quę non paruulorũ ipsa euangelica historia in miraculi operatione reficiat, q hydrias vacuas dominus aqua impleri præcepit, eandemq; aquam protinus in vinum vertit? Sed quum hæc vigiliatiores ingenio audiunt,& sacram historiam credendo venerantur, quid interius inuiat, cognoscit.

Qui eñ mutare aquã in vinũ potuit, etiã vacuas hydrias valuit vino statim replere. Sed implere hydrias aqua iubet, qa prius p sacrę lectiõis historiã corda nostra replẽda sunt. Et aquã nobis in vinũ vertit, qñ ipsa historia p allegorię mysteriũ in spiritalẽ nobis intelligentiã commutatur.

Hydropicus, hyems, qd mystice significent. Cap. XXXIIII.

DE hydropico scriptũ est Lucæ xiiij. Et factũ est, inquit, quũ intrasset Iesus &c. Et ecce hõ quidam hydropicus erat ante illũ &c. Vbi D. Ambro. scribit: Ideo prio ab hinc loco curatur hydropicus, in q̃ fluxus carnis exuberans, aiæ grauabantur officia, spũs extingue bat ardorem. Et D. Aug. lib. quæstionum euangeliorum ij. quęst. xxix. Hydropicum, inquit, recte comparamus diuiti auaro. Sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitit: sic iste quanto est copiosior diuitijs, quibus nõ bene vtitur, tanto ardẽtius talia concupiscit. Et Beda: Hydropisis morbus ab aquoso humore vocabulum trahit. Gręce enim hydor, aqua vocat. Est aũt humor subcutaneus de vitio vesicæ natus cũ inflatione turgente,& anhelitu fœtido. Propriumq; hydropici est, quantomagis abundat humore inordinato, tanto amplius sitire. Et ideo recte comparatur ei, quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat. Comparatur etiam diuiti auaro &c. vt Augustinus. Luc. 14. a.

Hyems aduersitatem significat, vt dictũ est in dictione, Aestas. Hyems q̃q; est vita p̃sens, vt D. scribit Greg. exponens illud Iob, Et hyemis pluuijs, scil. p̃cipit: Hyems, inquit, est vita p̃sens, in qua nos & si iam spes ad superna erigit, adhuc tñ mortalitatis nostrę frigidus torpor astringit, quia scriptum est: Corpus q̃d corrũpitur aggrauat aiam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Habet aũt hæc hyems pluuias, rectorũ proculdubio p̃dicationes, de quibus p Mosen dicitur: Expectetur sicut pluuia eloquiũ meum, & descendãt sicut ros ỹba mea. Hæ nimirũ pluuiæ hyemi congruunt, æstate cessabunt, quia quũ nunc carnaliũ oculis vita cælestis absconditur, necesse est, vt sctõrum nobis p̃dicationibus irroretur. Quum vero æterni iudicij æstus incanduerit, nullus ỹba p̃dicantium necessaria tunc habebit, quia ve niente iudice, ad cor suum quisq; reducitur, vt sctã iam, quũ agere non valet, sentiat,& rectũ, q̃d sequi debuit, ex tortitudinis suæ pœna cognoscat. Vnde bene p prophetã dicitur: Cõgrega eos quasi gregẽ ad victimam,& sanctifica eos in die occisionis. In die enim occisiõis sancti ficantur reprobi, quia tunc sctã, quæ debuerunt agere, consentiũt, quũ digna prauitatis suæ supplicia iam declinare nõ possunt. Quia aũt p̃dicationes sanctæ cum vita p̃senti. i. pluuiæ cũ hyeme cessabunt recte exeunti aiæ, atq; ad æternæ felicitatis æstiua properanti, spõsi voce suadentis dicitur: Surge propera amica mea, formosa mea,& veni. Iam enim hyems transijt, imber abijt,& recessit. Transeunte quippe hyeme, imber recedit, quia quũ vita p̃sens peragitur, in qua nos ignorantiæ nubilo, carnis corruptibilis torpor astrinxerat, oñe ministeriũ p̃dicationis cesset. Clarius quippe per nos tunc videbimus hoc, quod sctõrum vocibus nunc obscurius audimus. Et in expositione Cantici Cant. Surge propera &c. hoc pacto scribit: Propter fidem, Chrũs sponsam suã amicã vocat, columbam, propter simplicitatem, formosam, propter operationẽ. Quia enim sine fide deo placere nõ possumus, bene per fidem amici vocamur, quia dum fide cælestia appetimus, abiectis terrenis deo adhæremus. Colũba vero bñ p̃scrutatur, nequaq̃ mundi ineptam lætitiam dissoluta sectatur, sed sp ad æterna festinans, columbę gemitũ pro cantu diligendo imitatur. Propter operationem aia formosa recte appellatur, quia dum p̃teritæ vitæ pctã per bona opera redimit, quasi antiquã turpitudinẽ, assumpta forma meliori, ante spõsi oculos absc̃dit. Hanc itaq; hortat spõsus, vt surgat,& veniat, qa dignum est, vt quicunq; ad amorem Christi properat, carnis torporem quantũ potest, abiiciat,& se ad æterna consequenda celeriter accingat. Sed quia vt ad cælestia festinemus, per exhibitionem noui testamenti à deo accepimus, ideo recte sequitur: Iam enim hyems transijt, imber abijt,& recessit. Quid per hyemem, nisi legis austeritas intelligenda est? Quæ dum in carnalibus sacrificijs populum antiquum detinuit, ad appetendas spiritalia,& cælestia, obserua tores suos non adiuuit. Possumus etiam per hyemem vitam p̃sentem intelligere, quæ dũ nos assiduis tentationibus impetit, quasi imbribus opportunis ad sequendum Christum torpere compellit. Sed iã sponsa surgat, quia hyems transijt, qñ quantomagis dies vltimus instat, p̃sens vita recedit,& quo amplius tempus ad terminum ducitur, eo citius currendũ est, ne electa anima oblatis sibi muneribus æternis priuetur. Transijt enim dicitur, qa in proximo transitura esse non dubitatur. Et D. Ambro. lib. Hexameron iiij. ca. v. Quum sol meridianis partibus immoratur, hyems nobis est. Nam quũ sol longius abest, terra rigescit gelu stringitur frigore,& plurima noctis vmbra, terras operit, vt multo prolixiora sint noctis spacia, q̃ diei, Iob. 17. b. Sapi. 9. d. Deut. 32. a. Hier. 12. a. Cantic. 2. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qñ hyems erat, Ecclesiæ dicitur: Hiems abijt, & discessit, sibi flores visi sunt in terra, tẽpus messis aduenit. Ante aduentũ Christi hyems erat, post aduẽtũ Christi flores sunt veris, & messis æstatis. Ex meridiano ergo, & ex gẽtiũ cõuersione illũ illuminãtẽ vidẽs, obũbratur. Populus autẽ gẽtiũ, q erat cõfusionis, ac gẽtilis q sedebat in tenebris, vidit lucẽ magnã. Quisedebãt in regione vmbræ mortis, lux orta est illis. Magna lux diuinitatis, q̃ nulla vmbra mortis interpollat. Et sermone vi. in Psalmum cxviij. Surge (inquit) veni proxima mea &cæ. Quia ecce hyems p̃terijt, imber abijt, discessit sibi, flores visi sunt in terra & c. Serpens (inquit), p̃fecto est, qui decursa hyeme, amictu corporis se volebat exuere, vt speciosо decore vernaret. Et infra: Ante aduentum Christi hyems erat, venit Christus, fecit æstatẽ. Tunc omnia erãt florũ indiga, nuda virtutũ, passus est Christus, & omnia cœperunt nouæ gratiæ fœcundare germinibus, Imber abijt luxuriæ profluentis, & nubila tetris ora flagitijs, æstiua iam puræ conscientiæ serenitate laxãtur. Ideo nõ euadunt, quorũ fuga hyeme fit, quia nõ sequunt dñi passiõnẽ, nõtollunt crucẽ suã, & Christũ sequuntur. Imber impedit flores, at nũc flores videt in terra. Boni flores Apostoli, qui diuersorũ scriptorum, atq; operũ suorum dederunt odorẽ. Et lib. x. super Lucã exponens illud Euangelicũ, Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato: Quũ iudicij die inquit venturus sit dominus, ante quẽ ignis ardebit, ignis autẽ vis, aut semp eadẽ, aut citius adurat æstate, quomodo orandũ dicit ne fuga nostra hyeme fiat nisi forte quia is q in montes fugit, frigus, & glaciẽ, procellas, & grandinem delictorum timerenõ debet, sed optare æstiuæ lucis serenitatem, ne lubrico corporis vestigia infirma labantur? Vnde & illa iam secura processu, iam firmis radicibus nixa, lætatur, dicens: Hiems abijt, tempus fecandi aduenit. Hyeme etenim arbores ventus suo honore despoliat, & asperitas frigoris teneras frõdes in speciem mortis interficit. Vere autẽ resurgunt semina, & tanq̃ noua æstas naturę viridãtis adolescit. Vere pascha est qñ seruatus sum, æstate est Pentecoste, qñ resurrectionis gloriam celebramus ad instar futuri. Et de institutione virginis, cap. I. Et cõuersus ad dominũ patrem, Proximæ (inquit) eius offerẽtur tibi &c. Quæ est proxima, nisi quæ Christo propinquat, cui dicit Deus verbum: Exurge, veni proxima mea, formosa mea, colũba mea, quia ecce hyems præterijt? Anteq̃ verbum Dei reciperet, hyems erat, inhonora, sine fructu, vbi verbum Dei recepit, mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Deniq; feruore sancti spiritus vaporata, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragantiam castitatis, suauitatẽ gratiæ.

Gant 2.c.

Mat. 24.b

Psal. 44.

De eadem hyeme. Cap. XXXV.

Can. 2.c.

DIuus quoq; Bernardus, exponens illud Canticorum, Surge, propera amica mea &c. Iam enim hyems abijt &c. quis hoc (inquit) dicit? Absq; dubio sponsus. Et nõne ipse est, q paulo ante suscitari dilectam tãtopere prohibebat? Quo pacto ergo nunc, non solũ vt surgat, sed vt & acceleret iubet? Quid sibi itaq; vult tam subita hęc mutatio volũtatis siue cõsilij? Putamus ne leuitate vsum sponsum, & aliquid voluisse prius, quod mox noluerit? Minime. Sed agnoscite vicissitudines sanctę quietis, atq; necessariæ actionis, & quod non sit in hac vita copia contemplandi, nec diuturnitas ocij, vbi officij, & operis cogentior vrget, instantiorque vtilitas. More igitur suo sponsus, vbi dilectam paululum sine proprio quieuisse persentit, ad ea denuo, q̃ vtiliora visa sunt, trahere cunctatur. Nec parum confortat quod audit, Veni, & non vade, per hoc se intelligens, non tam miti, q̃ duci, & secũ pariter spõsum. Animatur etiam ad opus iniunctum, & de temporis opportunitate redditur alacrior. Tempus faciendi (inquit) sponsa, quia hyems transijt, quando operari nemo poterat. Imber quoq; qui inundatione facta operiebat terram, culturas impediebat, & vel sata necabat, vel seri vetabat. Is (inq) ne imber excurrit, abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, vernalem profecto temperiem adesse signantes, operandi commoditatem, frugum vicinitatem ac fructũ. Hęc iuxta literam. Nunc iam videamus quid istiusmodi quasi historico schemate spiritualiter nobis innuatur intelligendum. Inuitatio ipsa quid est nisi intima quædam stimulatio charitatis, pie nos solicitantis emulari fraternam salutem, æmulari decorem domus domini, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iustitiæ eius, laudem, & gloriam nominis eius? Verũ quoniam operi huic, sicut & omni rei sub cœlo, non omne tempus suppetit, & aptum est, addidit hyemale tempus præterisse. Quod illud mihi designare videtur, quum dñs Iesus iam non in palã ambularet apud Iudæos, eo quod conspirasient aduersus eũ, volentes eũ interficere. Vnde dicebat ad quosdam: Tempus meum nondũ aduenit, tẽpus autẽ vestrũ, semper est paratũ &c. Extunc ergo, & deinceps vsq; ad aduentũ spiritus sancti, quo recaluerunt corpentia fidelium corda, tanq̃ igne, quẽ dominus ad hoc ipsum misit in terram, hyems fuit. Tu ne gaueris hyemem tunc fuisse, quum Petrus sederet ad prunas, nõ minus gelido corde q̃ corpore. Deniq;

pore. Deniq; erat frigus (inquit). Magnũ reuera frigus cor negantis constrinxerat, nec mirum tamen, quum ignis ab eo ablatus esset. Nam paulo ante non paruo feruebat zelo, quippe ad huc igni proximus, qui euaginato gladio (ne ignem perderet) serui auriculam amputauit. Et infra: Confido quia nobis hyems iã transijt. Scitis q̃ hyemem dicã? Timorem illum, q̃ non est in charitate, qui quum omnes inijcit ad sapientiam, neminem consummat, quoniã superueniens charitas extundit illum tanq̃ hyemem æstas. Aestas enim charitas est. Quæ si iã venit, imo quia venit, siccauerit necesse est omnem hyemalem imbrem, omnem videlicet angustiæ lachrymam, q̃ amara recordatio peccati, & timor ante extorquebat iudicij, Iam imber abijt, & recessit. Nam flores apparent, indices pluuiæ suauioris. Habet & æstas pluuias suas suaues, & vberes. Quid dulcius lachrymis charitatis? Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mœrore. Flet ex desiderio, flet cum flentibus.

Hyssopus fidẽ significat, vt inquit diuus Gregorius lib. moral. vi. cap. xxv. Apud Moysen (inquit) dũ in sacrificio vacca mactatur, offerri cũ hyssopo, lignoq; cedrino bistinctus coccus præcipitur. Vaccã quippe mactamus, quum carnem à lasciuia suæ voluptatis extinguimus, q̃ cum hyssopo, lignoq; cedrino, ac cocco offerimus, quia cũ maceratione carnis sacrificiũ fidei, spei, & charitatis adolemus. Hyssopus qppe interna nostra mũdare cõsueuit, & p Petrũ dicit: Fide mũdans corda eorũ. Lignũ cedrinũ nulla putredine deficit, qa spem cœlestiũ terminus non consumit. Vnde per Petrum dicitur: Regenerauit nos in spẽ viuã, per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hęreditatẽ incorruptibilẽ, & incontaminatã, & immarcessibilẽ. Coccus vero rubro colore flãmescit, quia quem implet charitas, incendit. Vnde & in Euangelio veritas dicit: Ignem veni mittere in terrã. Sed bistinctus coccus offerri præcipitur, vt videlicet ante interni iudicis oculos, charitas nostra Dei, & proximi dilectione coloretur, quatenus cõuersa mens nec sic pro amore dei quietem diligat, vt curam proximi, vtilitatemq; postponat, nec sic pro amore proximi occupationi inseruiat, vt quietem funditus deserens, ignẽ in se suppeditum amoris extinguat. Quisquis ergo semetipsum deo iam sacrificium obtulit, si perfecta desiderat, curet necesse est, vt non solum ad operationis se latitudinem, verumetiam ad culmina contemplationis extendat. Et diuus Gregorius in expositione Psalmi I. exponens illud Psalmiste, Asperges me domine hyssopo &c. Hyssopus est hærba humilis, saxo quidẽ adhærens, & parum vtilitatis in seipsa sui facie ostendens, quæ tamen pulmonis inflationem deprimit, & virtutis suæ acrimoniam si conteratur, ostendit. Quid ergo per hyssopum, nisi Christi humilitas designatur? Ipsa est enim quæ omnem in nobis reprimit contumaciam, sicut hærba illa pulmoni inflato adhibet medicinam. Quis etenim iam dedignetur in mundo se pro Deo abnegare, quum audiat Dei filium opprobria, & derisiones subijsse? Quis supplicium p deo pati arbitretur dedecus, quum ipse rex regum, & dñs dominantium morte turpissima ppõ nos sit cõdemnatus? Præsertim quum ipse sit nobis positus forma iustitiæ, cuius & audire imperia, & sequi debeamus exẽpla, sicut ipse in euãgelio ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Iuxta legis quoq; testimoniũ, inquinatos mundabat eiusdẽ hærbæ fasciculus vaccæ rusæ cruore intinctus. Quid autẽ p vaccã, nisi ad sacrificiũ assumpta incarnationis dñicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per fœmininum potest infirmitas designari, & de eo scriptũ est: Quia & si mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Ipse est enim summus pontifex noster, qui in ara crucis, p totius mundi sanitate, sui corporis hostiam obtulit. Pontifex videlicet futurorum bonorũ, q p proprij sanguinẽ in sancta eterna redẽptione inuẽta semel intrauit. Hęc autẽ vacca rufa dicit, vt in ea sanguinis Christi rubor euidẽter demõstret. De q̃ in Cãticis Cãticorũ spõsa loquit, dicens: Dilectus meus cãdidus, & rubicũdus. Cãdidus nimirũ ex diuinitatis specie, rubicũdus, ex passionis cruore. Hoc itaq; hyssopo ille solũmodo aspergit, qui vias dñicę passionis imitat. Sanctificat vero aspersus, sicut per Paulũ dicit: Si enim sanguis taurorũ, & vitulorũ, cinis vitulæ aspersos inquinatos sanctificat ad emũdationẽ carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostrã ab operibus mortuis ad seruiẽdum Deo viuenti? Sequitur: Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Quẽadmodũ corpus aqua lauat à squaloribus sordiũ, ita gratia sancti spiritus animã purgat à maculis peccatorũ. Quod vero ait, Et sup niuẽ dealbabor, ostẽdit qa nulla pulchritudo, q̃ incorpori valet decori sanctę animę cõporari. Quid nãq; in corporibus niue cãdidius? Et tñ qui vias passionis Christi sequit, sup niuẽ dealbat. De sanctis etenim scriptũ est: Iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eorũ. Quis vero ignoret solemniue candidiorem? Præterea candor nimis cito prẽterit, decor autẽ sanctorum, in æternũ manebit.

Exod. 12.

Nume 19.

Ad. 15.

Luce. 12.

Can. 5.c.

Hebr. 9.d

2. Cor. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT LIBER OCTAVVS AD mysticos sacræ scripturæ sensus.

Caput I. Quid iacula mystice significent.

VId iacula mystice figuificent D. infinuat Grego. homil. v. super Ezechielem, exponens illud Abacuc, In lumine iacula tua ibunt, in splẽdore fulguris armorum tuorum: Iacula domini sunt verba sanctorum, quæ corda peccantium feriunt. Sed ista iacula habent arma. Scitis fratres, gladiatores viri iacula mittunt, armis vero muniuntur. Dum ergo verbis addunt miracula, quasi armis se muniunt, ne ipsi feriantur. In lumine iacula tua ibunt, quia in aperto exeũt verba dei. Sed quia comitari debẽt sententias doctorum, facta miraculorum, recte subiungitur, In splendore fulgoris armorum tuorum. Et Origen. homil. ij. in Canticis Cant. exponens illud, Stipate me malis: In quibus malis? Vt malum in lignis syluæ, ita fratruelis meus in medio filiorũ. Idcirco in malis eius stipate me, quia vulneratæ charitatis ego. Quã pulchrum est, q̃ decorũ à Charitate vulnus accipere? Alius iaculũ carnei amoris accepit, alius terreno cupidine vulneratus est, tu nuda mẽbra tua, & p̃be te iaculo electo, iaculo formoso. Siquidem deus sagittarius est. Audi scripturã de hoc eodem iaculo loquẽtem. imo vt tu amplius admireris, audi ipsum iaculũ quid loquat: Posuit me vt sagittam electã, & in pharetra sua seruauit me, & dixit mihi: Magnum est tibi hoc, vocari puerum meum. Intellige sagittam, quid dicat, & quo à deo sit electa. Quam beatum est hoc iaculo vulnerari. Hac sagitta vulnerati fuerant illi, qui inter se inuicem conferebãt: Cor nostrum ardens erat in via, quũ aperiret nobis scripturas. Si quis sermone nostro, si quis scripturæ diuino magisterio vulneratur, & potest dicere, q̃ vulneratæ charitatis ego, hunc & illud forsitan sequitur: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. Et D. Hieron. exponens illud Abacuc, In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum, hoc pacto scribit: Iacula dei. i. sagittæ euntes, atq; pergentes, nõ ad hoc mittuntur vt interimant, sed vt illuminẽt. Ad harum sagittarum, iaculorumq; distinctionẽ Christus electum iaculum dicitur, per Esaiam vociferans: Posuit me vt iaculum electum & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Magnum est tibi hoc, vocari te seruum meum. Hæc sagitta plures habebit sagittas, quas mittat in vniuersum orbem. Vnde & sponsa electo iaculo vulnerata dicit: Vulnerata charitate ego. Iuxta q̃d & nos possumus dicere, Vulneratus sagittate ego, vulneratus sapiẽtia ego. Quo sapiẽtiæ iaculo vulnerata & regina Austri nõ erat infra se, & obstupefacta plus inuenerat in verbo Salomonis, quàm ei fama narrauerat. Hęigitur sagittæ, quæ mittuntur in lucem, pergunt etiam in splendore coruscationis armorum eius. Dei. Quicunque enim armatus fuerit, vt stet contra versutias diaboli, & accinctus armatura Apostoli, venient ad illum iacula lucis, vt ad ipsum possit dici: Vos estis lux mundi. Si quis autem peccator est, & ingemiscit quod habitet in tabernaculis Cedar, mittuntur ei sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoris, vt primum compũgatur sermonibus dei, & dicat: Versatus sum in miseria, quum infigitur mihi spina. Et postquam compunctus fuerit, nunc ei desolatorius per Seraphim. i. ardentem sermonem Dei, carbo mittatur, qui non solum labia, quæ Esaias tantum habebat immunda, sed omnes partes membrorũ eius excoquat, & ad sõlitudinem peccatorum reducat. Iacula autem maligni, sunt cogitationes noxiæ (vt diuus Hieron. exponens illud Apostolicum Super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis oía iacula maligni ignita extinguere:) Perspicua, inquit, sunt iacula maligni, q̃ vult mittere in corda nostra per cogitationes pessimas, de quibus vnum iecit in cor Iudæ, vt traderet saluatorem. Itaq; ne principium quidem habere poterit inimicus animæ vulnerãdæ, si tenuerimus scutum fidei, in quo non solum veniẽtia tela franguntur, sed etiam telorum ipse ignis extinguitur, de quo & propheta complorat, dicentes: Omnes adulterãtes, quasi clibanus coda eorum. Qui hũc vmbonem fidei manu forti tenuerit, & confisus in domino scierit se aduenientibus iaculis esse securum, loquetur intrepidus: In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Quum ergo, inquit, confidam in domino, qua mihi datis ratione consilium, vt non stem aduersum inimicorum impetus, & iacula, quæ contra me in pharetris p̃parauerunt, volentes non solũ me, sed omnes etiam rectos corde percutere? Ecce enim sto super petram, & non transmigro in montes tenebricosos, & omnia tela hostiũ repulsa, in ipsos, qui dirigunt, conuertũtur. Et Origenes homilia tertia in Cantica Canticorũ, hoc pacto scribit: Si quis vsquam est, qui fideli hoc amore verbi Dei arsit aliquando, si quis est (vt propheta dicit) qui electi iaculi eius dulce vulnus, plagamq; accepit, si quis est, qui scientiæ eius amabili confixus est telo, ita vt diurnis cum desiderijs, nocturnisq; suspiret, aliud quid loqui non possit, audire aliud nolit, cogitare aliud nesciat, desiderare præter ipsum, aut cupere aliud, vel sperare nõ libeat. Ista anima merito dicit: Vulneratæ charitatis ego sum, & ab illo vulnus accepi, de quo dicit Isaias: Et posuit me sicut iaculum electum, & in pharetra sua abscondit me. Tali vulnere decet Deum percutere animas, talibus iaculis, telisq; configere, ac salutaribus eas vulneribus sauciare, vt quia Deus charitas est, dicat & ipse, quia vulneratæ charitatis ego sum. Et quidem in hoc quasi amatorio dramate sponsa charitatis se dicit vulnera suscepisse. Potest autem similiter feruens anima ergà sapientiam Dei dicere, quia vulneratæ sapientiæ ego sum illa scilicet quæ sapientiæ eius pulchritudinem potuit intueri. Potest & alia anima virtutis eius magnificentiam contuens, & admirata potentiam verbi Dei, dicere: Quia vulneratæ virtutis ego sum. Talis (credo) aliqua, sicut erat illa, quæ dicebat: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Sed & alia aia ex ga amorem iustitiæ eius feruens, & dispensationum, ac prouidentiæ eius iustitiam contuens, dicit sine dubio: Vulneratæ iustitiæ ego sum. Et alia bonitatis eius, ac pietatis immensitatem respiciens, similia loquitur. Sed & horum omnium generale est istud charitatis vulnus, quo se vulneratam prædicat sponsa. Sciendum tamen est, quod sicut sunt ista Dei iacula, quæ animæ habenti desiderium bonorum, salutis vulnus infligunt, ita sunt iacula maligni ignita, quibus anima, quæ non est scuto fidei protecta, vulneratur in mortẽ. De ipsis dicit propheta: Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra sua, vt sagittent in obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sagittãtes, dæmones inuisibiles dicit, & ipsi sunt habẽtes quædã iacula fornicationis, alia cupiditatis, & auaritiæ, quibus q̃ plurimi vulnerãtur. Habent etiam spicula iactantiæ, & vanæ gloriæ, sed ista valde subtilia sunt, ita vt confixã se animã ab eis sauciatamq; vix sentiat, nisi si induta est armis Dei & stat vigilans, & immobilis ergà astutias diaboli, scuto semetipsam fidei per omnia contegens, & nullã prorsus corporis partẽ fidei nudã relinquẽs. Quãtacũq; dæmones fecerint tela, si inueniãt mẽtẽ hois fide munitã, etiã si fuerit ignita, etiã si cupiditatũ flãmis, & incẽdijs ardeãt vitiorũ, fides plena cũcta restinguit.

Mach. 5. b.

Esai. 49. a.

Psal. 10. a.

Origenes.

Caput II. Quid ianua, iaspis, ibix mystice significent.

IAnua est Christus. Vnde. D. Augustinus tractatu xlv. in Iohãnem exponẽs illud Euangelicum, Amẽ amẽ dico vobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouium &c. Innumerabiles (inquit) sunt, qui se videntes non solũ iactãt, sed à Christo illuminatos videri volũt, sunt aũt hæretici. Forte ipsi per ianuã intrauerunt? Absit. Sabellius dicit: Qui filius est, ipse est pater, sed filius non est pater. Non intrat per ostium, qui filium dicit patrẽ. Arrianus dicit: Aliud est pater, aliud est filius. Recte diceret, si diceret, Alius, non aliud. Quando enim dicit aliud, ei contradicit a quo audit. Ego & pater, vnum sumus. Nec ipse ergo per ostiũ intrat. Prædicat eẽ Christum qualem sibi fingit, non qualem veritas dicit. Fotinus: Christus homo est (inquit) Deus non est, nec ipse intrat per ostium, quia Christus homo, & deus est. Hoc tenete, ouile Christi eẽ catholicam Ecclesiam. Quicunq; vult intrare ad ouile, per ostium intret. Nõ solũ Christũ verum prædicet, sed Christi gloriam quærat, non suam. Nam multi quærendo gloriã suam, oues Christi sparserunt potius, quam congregauerunt. Humilis est enim ianua Christus dñs. Qui intrat per hãc ianuam oportet humilem esse, vt sano capite possit intrare: qui autem se nõ humiliat, sed extollit, per maceriã vult ascendere: qui autem per maceriam ascendit, ideo exaltatur, vt cadat. Et Cyrillus libro ix. capite xlij. exponẽs illud Euangelicum, Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam: Recte sentientes, dicemus ex patre, & in patre naturaliter esse filium, spiritum quoq; sanctũ (qui patris & filij proprius est) ex ipso, & in ipso, esse. Quumq; nemo veniat ad patrem nisi per Christum, vt ipse ait, ianua & via reconciliationis hominum ad patrẽ filius factus est, & gratiam vna cum patre distribuit. Ab vna enim natura, & ab vno principio hæc fluunt, quod quidem principium in persona patris, & filij & spiritus sancti esse intelligimus. De ianua require in dictione, Ostium, & in dictione, Murus.

Ioha. 10. a.

Iaspis qd mystice significet, D. Hiero. infinuat, exponẽs illud Esaiæ, Et ponã in iaspidẽ propugnacula tua, p̃ q̃ Lxx. habẽt. Et ponã propugnacula tua iaspin: Propugnacula (inquit) iaspidẽ, siue chalcedoniũ. Iaspidũ multa sunt genera. Alius eñ ẽ smaragdi habẽs similitudinẽ, q̃ reperit in fontibus Thermodoontis fluminis, quo omnia phantasmata fugari autumant. Alius viridior mari, & tinctus quasi floribus. Hunc in Phrigiæ monte Ida, & in profundissimis specubus eius nasci referunt. Aliũ vero iuxta Iberos, Hyrcanosq; & mare Caspiũ reperiri, & præcipue iuxta lacũ Meotin. Est & alius iaspis niui, & spumæ marinorũ fluctuũ similis, & clementer qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si mixto cruore subrutilans. Hoc diximus, vt vniuersas gratias spirituales, quas qui habuerit, vanos timores fugat, & potest cũ sponsa dicere: Fratruelis meus, candidus, & rubicũdus. Dixit ergo, Et ponã iaspidem propugnacula tua. Propugnacula vrbis dominicæ, hoc est murorum mœnia iaspide roborantur, qui possunt omnem altitudinem eleuantẽ se contra scientiã dei destruere, atq; cõuincere, & mendaciũ subijcere veritati. Qui ergo in disputãdo fortissimus est, & sanctarum scripturarũ testimonijs roboratus, iste propugnaculũ ecclesiæ est.

Iob.39.a. Quid aũt ibix mystice significet, declarat Greg. li. xxx. Moral. ca. xvi. exponẽs illud Iob, Nunquid nosti tempus ibicũ in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Meridiana pars, inquit, ibices aues vocat, q̃ Nili fluenta inhabitant. Orientalis vero, occidentalisq; plaga parua quadrupedia ibices noãt, quibus & moris est in petris parere, qa neq; sciunt nisi in petris habitare. Quę si etiam de altis saxorũ cacuminibus ruunt, in suis se cornibus illæsa suscipiũt. Caput quippe ruentes ferunt, cuius dũ prima cornua opponunt, fit omne corpus à iactura ea-sus alienum. In ibicib⁹ ergo magistrorũ spiritaliũ persona signatur. Ipsi qppe velut ibices in petris pariunt, quia in doctrina patrũ, qui petræ pro soliditate vocati sunt, ad conuersionem animas gignũt. Ipsi velut ibices nullius casus damna sentiunt, dũ in suis cornibus excipiunt, quia quicquid eis ruinæ tẽporalis accesserit, in testamentis sacræ scripturę se suscipiũt, & quasi cornuũ exceptiõe saluantur. De his enim testamẽtis dictũ est: Cornua sunt in manibus eius.

Rom.15.a. Iob.39.a. Ad scripturarũ ergo consolationẽ refugiunt, dum aliqua temporalis casus iactura feriuntur. An non more ibicũ huius mundi aduersitatibus, quasi in suis se cornibus cadens, excipiebat Paulus, quũ diceret: Quæcunq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt, vt per patientiã & consolationẽ scripturarũ, spem habeamus? Dicit ergo: Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris? Ac si dicatur ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiẽ credis, quia illud tẽpus nescũ puides, quo spiritales magistri in mundũ missi, per doctrinã antiquorũ patrũ filios generant suisq; laboribus animarũ mihi lucra cõportant. Nã si illorũ fructũ quasi ibicũ, ceruarũq; partus aspiceres, valde humiliẽ de tua virtute sentires. Magna quippe q̃ agimus, quasi minima dum cimus, quũ hæc per fortia exempla pensamus. Sed tunc apud Deum crescunt per meritum, quum apud nosmetipsos per humilitatẽ decrescunt. Et cap. xvi. Possunt vero ceruarũ appellatiõe doctores, ibicũ vero (q animalia sunt minima) auditores intelligi. In petris vero ibices pariunt, quia ad exercenda sctã opera per exempla patrũ p̃cedentiũ fœcundantur, vt quum fortasse p̃cepta sublimia audiunt, & infirmitatis proprię conscij, ea se implere posse diffidunt, maiorũ vitam conspiciant, atq; in eorum considerata fortitudine bonorũ operum fœtus ponunt. Igitur dum studiosi quiq; sctõrum vitam imitando conspiciunt, in petris ibices fœtus ponunt. Hinc est q̃ auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonet, quũ enumeratis maiorum virtutibus diceret: Habentes tantam impositã nubem testiũ, deponentes omne pondus, & circumstans nos pctm̃, per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen. Et rursum: Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Sed quũ diuina p̃cepta corde cõcipimus, nõ statim quasi iam solide cogitata parturimus. Vnde B. Iob nõ de partu ibicũ, sed de tẽpore partus inquiritur. Quod videlicet tẽpus, dum in nobismetipsis vix cõprehendimus, multomagis in aliena mente nescimus. Prius em̃ superni timoris semina vtero cordis suscepta, p meditationẽ studij coagulantur, vt maneãt, postmodũ stricta intentione cogitationis affixa, dũ ad discretionẽ rõnis tendunt, quasi in membrorũ distinctionem formantur, dehinc vsu perseuerantiæ cõfirmata, velut in soliditatẽ ossiũ veniunt, ad extremum vero pfecta autoritate roborata, quasi in partũ procedunt. Quę incrementa diuinorum seminum nullus in aliena mente cõfideret, nisi ipse q creat. Dicit ergo: Nunqd nosti tempus ibicum in petris? Ac si aperte dicat: Vt ego qui idcirco electorum fœtus viuaces facio, qa

Hieronym. Iob.39.a. pscito in tempore produco. Et D. Hieron. in commentarijs: Nunquid nosti &c. Ibices ipsi sunt, ąs Græci tragelaphos vocant, admixto noie hirci, & cerui, eo q̃ necesse est vt similе aliquid hæc animalia habeant, & vnum horum puto in Canticis Cant. damulam vocari. Et in Cantico Cant. simul ponuntur, & munda appellantur, qm̃ cornuta essent, & ruminarent, vngulamq; diuiderent. Istius ibicis sunt & alia animalia, quasi eiusdem generis, vt est coruorum, sicut in lege dicitur: Et oẽs coruini generis aues non mãducabitis. Hæc ergo animalia velut maxime in saxis nutriuntur, & in cauernis petrarũ. Ibicũ tẽpus, qm̃ pariunt nosti (ait dns ad Iob) vel qm̃ ceruæ parturiunt, obseruasti? Sed ne sit apud quosdam hic sermo dominii vilis, & forte ab eis superfluus existimetur, altius quod dixit intuendum est, vt dicamus in mysterijs sub nomine horum animalium p̃figuratos Apostolicos, & Apostolos viros, & omnes p̃dicatores veritatis, qui in fortitudine fidei, & patientia, velut in petris per spiritum imbuentem eos, vetum euan-

gelij perfecte in se formatum parturiant, vel cum doloribus persecutionum partu riant. In petra parturiebat & ille, qui dixit: Nam in Christo per euangelium ego vos genui. Hoc igitur tempus futurum constitui, & animas prædicatorum, velut ceruas, quæ de timore meo concipiunt, vt spiritum salutis pariant super terram, tu forsitan quasi obstetricantis officio diligentissima solitudine obseruasti, dans eis os, & sapientiam de vtero mentis sitæ minus fortasse solidũ, vel integrum verbũ p̃dicationis, velut fœtam in hanc effunderẽt lucem.

Quid idolum mystice significet. Caput III.

QVid idola mystice significẽt, insinuat D. Greg. li. Moral. xxx. cap. xxxi. exponẽs illud Geneseos, qm̃ Laban cũ furore veniẽs, sua apud Iacob idola requisiuit: Laban (inquit) interpretatur dealbatio. Dealbatio aũt non inconuenienẽ diabolus accipitur, qui quũ sit tenebrosus ex merito, transfigurat se velut angelũ lucis. Huic seruiuit Iacob, i. ex parte reproborum Iudaicus populus, cuius ex carne incarnatus dns venit. Potest etiam per Labã mundus hic exprimi, qui cũ furore Iacob psequitur, quia electos quosq; qui redẽptoris nostri membra sunt, perfequendo opprimere conatur. Huius filiam, i. siue mundi, siue diaboli Iacob abstulit, quum sibi Christus ecclesiam ex gentilitate cõiunxit. Quam & de domo patris abstrahit, qua ei per prophetam dicit: Obliuiscere populum tuũ, & domum patris tui. Quid vero in idolis, nisi auaritia designatur? Vnde per Paulũ dicit: Et auaritia, q̃ est idolorum seruitus. Laban ergo veniens apud Iacob, idola nõ inuenit, quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro vestigia cõupiscentiæ terrenæ nõ reperit. Sed q̃ Iacob non habuit, ea Rachael sedendo cooperuit. Per Rachel quippe, q̃ & ouis dicitur, ecclesia figurat. Sedere aũt, est humilitatẽ pœnitentiæ appetere, sicut scriptum est: Surgite postq̃ sederitis. Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sctã ecclesia Christum sequens, terrenæ concupiscentię vitia pœnitendo texit. De hac coopertiõe vitiorum per Psalmistam dicitur: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pctã. Nos igitur Rachel illa signauit, qui idola sedẽdo fminus, si culpas auaritiæ pœnitendo dãnamus. Quę vtiq; auaritia illis nõ solet euenire, qui in via dns viriliter currunt, quibus dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor vestrũ. Sed his maxime, q̃ quasi effœminato gressu gradientes, per blandimenta seculi resoluuntur. Vnde & illic eiusdẽ Rachel hæc ẏba sunt iuxta cõsuetudinem fœminarũ accidit mihi. Apud Iacob ergo idola Laban nõ reperit, quia exactor callidus quid in redẽptore nostro reperiret nõ inuenit. Et lib. Moral. xxxi. cap. ix. exponens illud Ezechielis, Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spũs inter terrã, & cælũ, & adduxit me in Hierusalem in visione dei iuxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, vbi erat statutũ idolum zeli ad prouocandam æmulationem: Quid est enim, inquit, cincinnus capitis, nisi colligatæ cogitationes mentis &c. vt in dictione, Cincinnus. Illic enim exponunt antedicta ẏba Ezechielis, Et D. Hieron. exponens illud propheticũ. Et repleta est terra eius idolis &c. hoc pacto scribit: Vbi quondã erat templum, & religio dei, ibi Hadriani statua, & Iouis idolum collocatum est, quod multi super illo testimonio interpretantur, quod in euangelio legimus, Quum aũt videritis abominationem desolationis stantem in loco sctõ. Et operi manuũ sua rum inclinati sunt, & hõ rationale animal æs adorauit, & lapidem. Sunt aũt qui hęc de Iudęis interpretentur, q̃ anteq̃ caperentur à Babylonijs, vniuersa hæc fecerint, & ideo dimissi sunt à deo. Vnde & in fine capituli ponitur, Ne ergo dimittas eis. Possumus scdm anagogẽ & hoc dicere, q̃ omne dogma contrarium veritati adoret opera manuum suarum, & constituat idola in terra sua, & incuruetur hõ, & humilietur vir, & se erigere non possit, quia sit à diabolo colligatus, nisi illum erexit dns, exemplo illius mulieris, quã satanas vinxerat annis decem & octo, vt nequaq̃ cælum, sed terram semper aspiceret. Et exponens illud Hieremiæ, Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollueret eam, hoc modo scribit: Nõ solum eo tempore Iudas posuit in templo dei statuã idoli, quã in Ezechielis principio legimus, sed vsq; hodie in domo dei, quæ est ecclesia, siue in corde, animaq; credentiũ ponitur idolum, qm̃ nouum dogma constituitur, & iuxta Deuteronomiũ adoratur in abscondito. Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spũs dei habitat in vobis? Et exponens illud Ezechielis, Et eleuauit me spũs inter terram, & cælum &c. vbi erat statutum idolũ zeli ad prouocandam æmulationem: Possumus, inquit, & in nostri tẽpli parietibus idola mõstrare depicta, qm̃ omnibus vitijs subiacemus, & pingimus in corde nostro pctorum conscientiam, imaginesq; diuersas. De quibus & in Psal. dicitur: Dñe in ciuitate tua imaginem ipsorũ dissipabis. Et in alio loco: Veruntamen in imagine perambulat homo. Quod scil. nullus hoim sit, q aliquã imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. Quãobrem furiosis dicit, & iracundis: Furor

Pfal.44.8. Ephe 5. b. Pfal.115.8. Pfal.31.c. Pfal.50. g. Gen.31.c Eſai.2.b. Mat.24. d. Eſai.2.b. 1.Cor.3.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,
quæ non exaudiet vocem incantantium. Et de hominibus nequam: Generatio viperarũ, quis
ostendit vobis fugere à ventura ira? Et de versipellibus, ac fraudulentis: Ite, dicite vulpi illi. Ac
de amatoribus fœminarum: Equi insanientes in fœminas, facti sunt mihi, vnusquisq; ad vx-
Psal. 31.b. orem proximi sui hinniebat. De brutis quoq; ac vecordibus: Nolite fieri sicut equus, & mulus
quibus non est intellectus &c. Et exponẽs illud Zachariæ, Disperdam nomina idolorum de
terra, & non memorabuntur vltra &c. hoc pacto scribit. In die illa, quam crebro cõmemorat,
oĩa idola auferentur de terra, siue illa idola, de quibus Psalmista dicit: Simulacra gentium ar-
gentũ, & aurũ, opera manuũ hominũ, vt nulla sit alia religio, nisi tantum nominis Christiani,
& de quibus in propheta scriptũ est: Vlulate sculptilia in Hierusalem, & in Samaria. Sicut cõ
feci Samariæ, & sculptilibus eius, sic faciã Hierusalem, & idolis eius, siue hæc idola, de qbus Apo
stolus loquitur: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidã
à fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis demoniorũ in hypocrisi falsiloquo q̃
cauteriatã habentium conscientiã suam. Sicut enim idola fiunt manu artificis, ita hæreticorũ
Amos.2.b. puersa doctrina, q̃dcunq; simulauerit vertit in idolũ, & facit pro Christo adorari Antichristũ.
Et exponens illud Amos, Super tribus sceleribus Iuda &c. Iudas aũt in quo illo tempore, quo
hæc dicebantur, erat Dei religio, & templum & ceremoniæ, qui acceperat legem, & præcepta, &
iudicia, & testimonia, atq; mandata super quorum differentia in decimooctauo Psalmo, & in
centesimo decimooctauo, plenius disputat, increpatur à dño, atq; conuincitur, & digna suppli
cia receptarus est, quare abiecerit legẽ eius, & mandata eius nõ custodierit. Quę quia abiecit,
atq; contempsit, ordine, & via deceperunt eum idola sua. Non enim poterat ante ab idolis
decipi, nisi legẽ dñi repulisset, & mandata illius non fecisset. Hæc sunt idola post quæ abierunt
patres eorũ in Aegypto. Aegyptij bouis simulacra fingentes, & adorantes Beelphegor, & co
lẽtes Astaroth, & Baalim. Vnde dñs comminat etiã in Iudã se ignem missurũ, qui deuoret æ-
des, & fundamẽta Hierusalẽ, nõ illius in qua pacis visio cõmorat, sed earũ, q̃ sub nomine Hieru
salem in diuersis vrbibus surrexerunt. Quicquid de Iuda diximus refert ad Ecclesiã in qua
est vera cõfessio, & pax dñi, & visio veritatis. Et ideo arguitur q̃ legẽ Dei cõtẽpserit, & eius mã
data nõ fecerit, & vnusquisq; adorat vitia sua, atq; peccata, Deum cœperit habere, à quo vi-
ctus est, dicente Petro Apostolo: A q̃ qs superatur, huius & seruus est. Auarus aurum, gulosus
ventrem, libidinosus penẽ, & Beelphegor colit: lasciua mulier, quę quum sit in dilitijs viuens,
mortua est, adorat venereas voluptates. Vñmittet dominus ignẽ in Iuda, & deuorabit ædes
Rom.1.b. pessimas, & fundamenta pessima, quæ Hierusalẽ gloriã pdiderunt, simulq; discimus creatorẽ
oĩm nõ solũ Iudæ, & Israel, sed vniuersarũ gentiũ habere curã, & iuxta Apostolũ eos, qui sine
lege peccauerũt, perire sine lege, & qui in lege commisere delicta, lege domini iudicari.

Quid ignis mystice significet. Cap. IIII

Ezec.1.a. QVid ignis mystice significet, diuus Gregorius homilia ij. super Ezechielem, enarrans il
lud prophetæ. Et ecce ventus turbinis veniebat &c. & ignis inuoluens: Ignis (inquit)
Luc.12.f. nomine, quum per significationẽ dicitur, aliquando spiritus sanctus, aliquãdo aũt mentis ma
litia designatur. De bono enim igne scriptũ est: Ignem veni mittere in terrã, & quid volo, nisi
vt accendat? Ignis quippe in terram mittitur, quum per ardorẽ sancti spiritus aflata terrena
mens à carnalibus suis desideriis cõcrematur. De malo autem igne dicit: Et nunc ignis aduer
sarios consumit, quia cor pessimum ex sua malitia tabescit. Sicut autẽ ignis amoris mẽtem cri
git, ita ignis malitiæ inuoluit, quia & spiritus sanctus cor quod replet eleuat & ardor malitiæ
ad inferiora semper incuruat. Iudæa igitur nube suæ ignorantiæ cæcata, quia mox ad persecuti
onis nequitiã erupit, igne suo conuoluta est, quæ in obligatione se nequitiæ per eãdem ipsam
crudelitatem, qua arsit, implicauit. Ventus autem turbinis veniebat ab aquilone, & nubes ma
gna, & ignis inuoluens, quia ex torporis sui frigore ad ignorantię caliginem perducta, vsq; ad
malitiam persecutionis erupit. Vnde ad alium quoq; prophetã dicitur: Quid tu vides? Ollam
(inquit) succensam ego video, & faciem eius à facie aquilonis. Iudæorum quippe mens in per-
secutione sæuiens, atq; in crudelitate malitiæ vndas cogitationum voluens, quid aliud quam
olla succẽsa fuit? Cuius facies, à facie aquilonis esse dicitur, quia si se aduerso spiritui per torpo
rẽ mentis nõ subderet, cõtra bonos in tãta malitia non exarsisset. Nubẽ itaq; sequitur ignis in
voluens, quia in eius cæcitatẽ mentis sequuta est crudelitas persecutionis. Si enim cognouissent,
2.Cori.2. nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Sed iste ignis alibi arsit, atq; alibi splẽduit. Nã subditur. Et spẽ
dor in circuitu eius. Dum enim persecutio in Iudæa agitur, sancta Apostolorũ fidicatio in vni
uerso mundo dispersa est, sicut ipsi dicũt: Vobis missum fuerat verbũ Dei, sed qa indignos vos
iudicastis,

iudicastis, ecce imus ad gẽtes. De crudelitate ergo maliciæ, quæ mentem Iudææ concremauit, om
nipotens deus lucem gentibus sparsit, quia per hoc quod illa redemptorem suum, ac membra
eius persequuta est, sanctis apostolis per diuersa dispersis, nos qui in Iudææ circuitu positi in te-
nebris fuimus, dono cœlestis gratiæ splendorem veri luminis vidimus. Vnde scriptum est: Se- Philip. 2.2
dentibus in tenebris, & vmbra mortis, lux orta est eis. Iste itaq; ignis malitiæ, qui à Iudęorũ cor
dibus arsit in persecutione, priusquã sanctos apostolos sæuiendo affligeret in ipso se exercuit au
tore ac redemptore generis humani. Vnde & subditur, Et de medio eius quasi species electri,
id est, de medio ignis. Quid electri specie, nisi Christus Iesus mediator dei & hominum desig-
natur? Electrum quippe ex argento & auro est. In electro dum aurum argentumq; miscetur,
argentum ad claritatem crescit, aurum vero à suo fulgore pallescit. Illud ad claritatem proficit,
hoc à claritate temperatur. Quia igitur in vnigenito dei filio, naturæ diuinitatis vnita est natu-
ra nostra, in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam excreuit, diuinitas vero à sui ful-
goris potentia humanis se oculis temperauit per hoc q̃ humana natura clarior facta est, quasi p
aurum creuit argentum. Et quia diuinitas à fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi
aurum nobis palluit per argentum. Illa enim natura immutabilis, quę in se manens innouat om
nia, si ita vt est, nobis apparere voluisset, fulgore suo nos incenderet potius, quàm renouaret, sed
claritatem suæ magnitudinis temperauit nostris oculis deus, vt dum nobis eius claritas tempe-
ratur, etiam nostra infirmitas per eius similitudinem in eius luce claresceret, & per acceptã gra-
tiam (vt ita dicam) suæ habitudinis colorem mutaret. Quasi electrum ergo in igne est deus fa-
ctus homo in persecutione. Ignis quoq; zelum significat, vt inquit D. Gregorius lib. Moraliũ
primo cap. secundo: Spiritus sanctus (inquit) præsentiam suam hominibus non in columba so-
lummodo, sed etiam in igne patefecit. Per columbam quippe simplicitas, per ignem vero zelus
indicatur. In columba ergo & igne sanctus spiritus ostenditur, quia quicunq; illo pleni sunt, sic
manſuetudini simplicitatis inseruiunt, vt contra culpas delinquentium etiam zelo rectitudinis
accendantur. Significat quoq; & inuidiam, vt Diuus scribit Greg. exponens illud Iob, Ignis dei Gene.22.
cecidit de cœlo: Ignis (inquit) dei cecidit de cœlo, id est, à præpositorum cordibus flamma inui
diæ corruit, & quicquid boni in plebibus oriebatur, incendit, quia dum mali prępositi suum cõ
tra veritatem honorem exigunt, ab omni rectitudine corda sequentium subuertunt. Vbi & be
ne adiungitur, Et effugi ego solus, vt nunciarem tibi, quia dum impletur prædicta causa mali-
tiæ, fallaciæ interitum euadit sermo prophetiæ, qui ait: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac
si aperte dicat: Malos non solum ignis per vindictam post cruciet, sed nunc etiam per liuorem
cremat, quia qui post puniendi sunt retributionis supplicio, nunc semetipsos afficiunt inuidiæ
tormento. Puer ergo solus fugiens remeat, & igne perisse oues puerosq; denunciat, dum pro-
phetia iudaicum populum deserens, vera se dixisse manifestat, quæ ait: Zelus apprehendit po-
pulum ineruditum. Ac si aperte dicat: Dum verba prophetarum discutere plebs noluit, sed cre
dulitatem suam verbis inuidentium dedit, zeli igne perijt, quia in alienæ inuidiæ se flamma cõ-
crematuit. Et homil. quinta super Ezechielem, exponens illud propheticum, Et hæc erat visio
discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens: Splendor (inquit)
ignis, & de igne fulgur egrediens, in medio animalium discurrens videtur, quia nisi ab igne ve
ritatis pennata illa animalia calorem susciperent, ipsa in carbonum atq; lampadum similitudi-
nem non arderent. Ignis enim nomine sanctus spiritus significari solet, de quo in euangelio do
minus dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Quum enim carna
lis mens spiritum sctm accipit, spirituali amore succensa, malum plãgit, quod fecit. Et terra ardet Psal. 81.
quando accusante se conscientia, cor peccatoris vritur, atq; in dolore pœnitentiæ cremat. Hinc
rursum scriptum est: Deus tuus ignis consumens est. Quia em̃ mentẽ quã repleuerit, eã à pcõ-
rum rubigine mundã reddit, creator noster & ignis dicitur, & cõsumens. Sanctus ergo spiritus
in medio animaliũ splendor ignis, & de igne fulgur egrediens discurrere dicitur, qa vniuersam
ecclesiã replẽs, in electoꝝ cordibus ex seipso flãmas amoris pronit, vt coruſci more, per terrorẽ
feriat, & ad amorẽ suũ corda torpẽtia accẽdat. Sed quia spiritus sanctus deus ante secula patri est
& filio coæternus, quærendum nobis est, cur discurrere dicatur: Omnis etenim qui discurrit, ac
cedit ad locũ in quo nõ fuit, & eũ deserit in quo fuit. Qua igitur ratione discurrere dicimus, dũ
cuncta intra seipsum sint, & locus nusquã sit, vbi nõ sit, sicut scriptũ est: Spũs dñi repleuit orbẽ
terrarũ? Et tamen quum laus sapientiæ describeretur, adiunctũ est? Est em̃ in illa spũs intelle-
ctus, spiritus vnicus, multiplex, subtilis, mobilis. Et paulo post, Humanus, stabilis. In quibus rur-
sum verbis magna nobis quæstio oritur, cur iste spiritus qui implet omnia, simul mobilis & sta-
bilis dicat. Sed si ad vsum cõsuetudinis humanæ recurrimus, sensum citius loquẽtis inuenimus.

Ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homo quippe qui in ea regione in qua est, vbiq; discurrit, proculdubio obuiam venit, & repente vbi non creditur, inuenitur. Omnipotens ergo spiritus, vt vbiq; præsentia signaretur, simul mobilis & stabilis dicitur. Stabilis, quia per naturam omnia cõtinet: mobilis autem dicitur, quia vbique etiam nescientibus occurrit. Tenens ergo omnia, stabilis, præsentem se omnibus exhibẽs, mobilis appellatur. Splendor ergo ignis, & de igne fulgur egrediens, inter pennata animalia discurrit, quia spiritus sanctus simul singulis atq; omnibus præsto sit, & incendit quos contingens, & illuminat quos incendit, vt post frigus pristinum accensi ardeant, & per ignem amoris quem acceperint, flammas exemplorum reddant. Fulgur quippe de hoc igne egrediens, torpẽtes mẽtes percutit, easq; percutiendo excitat & inflammat, vt post amorem illius ardẽtes pariter & lucentes currant. Vnde alias scriptum est: Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accẽsus. Hi enim qui animarum custodes sunt, & pascendi gregis onera susceperunt, mutare loca minimẽ permittuntur. Sed quia vno in loco positi, diuinitatis in se præsentiam portant, & ardent, throni dei flamma ignis dicitur: Hi autem qui amore domini in prædicatione discurrunt, rotæ eius ignis ardentes sunt, quia quum ex eius desiderio per varia loca discurrunt, vnde ipsi ardẽt, alios accendunt. Potest tamen discursus, atq; mobilitas spiritus requisitione alterius considerationis intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdã vero recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe atq; charitate, & in bonis aliis sine quibus ad cœlestem patriam non potest veniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atq; misericordia, perfectorum corda non deserit. In propheriæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorũ exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Adest vt eleuẽtur, & se metipsum subtrahit, vt humilientur. Adest vt eos ostensa virtute glorificet, recedit vt se metipsos, subtracta eius virtute, cognoscant. Adest vt ostendat quid per se metipsum sint, recedit vt patefaciat q vel quales remanent sine ipso. In his itaq; virtutibus, sine quibus ad vitam minime peruenitur, sanctus spiritus in electorum suorum cordibus permanet: in his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer præsto est, & aliquando misericorditer recedit. Discurrens ergo & mobilis spiritus dicitur, quia in signis atq; virtutibus iuxta vniuscuiusq; votum habetur.

De eodem igne. Cap. V.

ET homilia octaua super Ezechielem exponens illud prophetæ, Velut aspectus ignis intrinsecus per circuitum, à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsq; deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: Quid est (inquit) q̃ mediator dei & hominũ homo Christus Iesus à lumbis & desuper aspectum ignis intrinsecus per circuitum habere describitur, & à lumbis & deorsum speciem ignis splendentis per circuitum? Inuestigandum nanq; est, quare à lumbis, & desuper ignem intrinsecus, nec tamen splendentem ignem habere narratur, à lumbis vero & deorsum habere ignis speciem dicitur, non tamen hunc habere intrinsecus memoratur, quia & splendentem, & in circuitu hunc habere describitur. Quid enim lumborum nomine nisi propago mortalitatis exprimitur? Propter quod etiam & Leui dicitur, quia adhuc in lumbis patris erat, quum Melchisedech occurrit Abrahæ. De lumbis vero Abrahæ virgo Maria exijt, in cuius vtero vnigenitus patris per spiritum sanctũ incarnari dignatus est, ex qua incarnatione vniuerso innotuit mundo deus, sicut & per Psalmistam dicitur: Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Gladium etenim circa femur potentissimus sumpsit, quia sermo prædicationis illius ex incarnatione conualuit. Quid vero iste ignis designat, nisi aduentem sancti spiritus, qui corda quæ repleuerit, incendit? De quo ipsa veritas dicit: Ignẽ veni mittere in terram. Quid est ergo q̃ in hoc aspectu hominis, qui prophetæ apparuit, à lumbis superius intrinsecus per circuitum ignis ardet: à lumbis vero inferius nõ ignis intrinsecus, sed in circuitu resplendet, nisi q̃ ante incarnationem vnigeniti redemptoris nostri, sola intra se ludæa ardorem amoris eius habuit, post incarnationem vero illius in circuitu eius ignis resplenduit, quia in vniuerso mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit? Prius ergo intrinsecus ignis erat, sed splendor non erat, quia spiritus sanctus in multis quidem patribus ludæam replebat, sed ad notitiam gentium, necdum eius lumen emicuerat. A lumbis vero eius, & deorsum ignis in circuitu splendet, quia postquam de virgine carnem sumpsit, in humano genere lõge ita teq; sancti spiritus dona dilatauit. Et notandum q̃ ignis iste à lumbis superius per circuitum describitur, non extrinsecus, sed intrinsecus, quia amoris flamma (sicut dictum est) in electis, atq; spiritalibus viris, vbiq; in suis finibus ludæam repleuit. Nec tamen exiebat extrinsecus, qa in multitudinem gentium non dilatabat. Quæ ardoris flamma visa est postmodum in circuitu splendere, quia per mundi cardines in vniuersis gentibus omnipotentis dei corpit amor excrescere. Erat ergo prius ignis intrinsecus, quum Iacob diceret: Salutare tuum expectabo domine.

Quod enim salutare dicimus latine, hoc verbo Hebraico Iesus dicitur, in quo verbo beati Iacob mens ostenditur, quomodo Iesu desiderio ardebat, quem se moriens expectare perhibebat. Ardebat ignis, quũ Moses diceret: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum, vt videam te. Ardebat ignis in mente, quũ Dauid diceret: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei mei? Qui incarnationem verbi desiderans, ait: Ostende nobis domine misericordiã tuam, & salutare tuum da nobis. Ardebat ignis, quum Simeon de corruptione vitæ præsentis exire desiderãs, audiuit non prius se visurum mortem, nisi videret Christum domini. Sed ecce iam ignis iste quasi sub lũbis exterius resplendet, quia vniuersa gentilitas incarnati dei est amore succensa. Quod tamen intelligi & aliter potest, quia redemptor noster deus dominus Iesus Christus per humanitatẽ suam hominibus innotuit, qui per diuinitatem notus angelis, & ante incarnationem fuit. Nobis ergo à lumbis inferius resplendet in circuitu, cuius ignis intrinsecus à lumbis superius ardet in cælo, quia illic cælestes spiritus eum in diuinitate sua conspiciunt, & amoris eius ignibus accenduntur. Nos vero qui hũc ex assumpta humanitate diligimus, adhuc in hac corruptibili vita positi, splendorẽ ignis illius foris habemus. Vnus itaq; super thronum est, qui & super lumbos ignem intrinsecus habet in angelis, & sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus, quia in omne quod ab angelis amatur, per omne quod ab hominibus deside ratur, vnus est, qui in cordibus ardet amantium. Hinc est enim quod magnæ illæ potestates angelicæ Seraphim, id est, incendium, nominantur. Hinc de ipso omnium creatore scriptum est: Deus noster ignis consumens est. Ignis enim deus dicitur, quia flammis amoris sui incendit mentes, quas replet. Et idcirco Seraphim incendium dicũtur, quia potestates ei proximę in cælis, inæstimabili amoris eius igne succẽsæ sunt. Ex hoc igne succẽsa ardent in terra corda iustorum. Hoc igne calefacta redeunt ad pœnitentiam corda peccantium, quæ inflãmata vehementer, timorem in amorem vertunt. Nam quæ prius tabescere metu cœperunt, postmodum igne amoris flagrant. Et quia eius mẽbra sunt angeli electi in cælo, eius membra sunt conuersi homines in terra, vnus homo est, qui & super lumbos ardet intrinsecus, & sub lumbis inferius ignis, sui splendorem in circuitu emittit, quia & angelos ad amorem suũ per diuinitatem tenuit, & homines ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate reuocauit. Et Origen. homilia xiij. super Exodum, Ignis, inquit, duplicem habet virtutem, vnã qua illuminat, alterã qua incẽdit. Est ignis quidem in hoc seculo, est & in futuro. Dominus Iesus dicit: Ignẽm veni mittere in terram. Ignis iste illuminat. Item rursus dominus dicet in futuro operarijs iniquitatis: Ite in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo, & angelis eius. Ille ignis incendit. Verũtamen iste ignis, quem venit mittere Iesus, illuminat quidem omnem hominem venientem in hunc mundũ, habet tamen aliquid, & quod incendat, sicut cõfitentur illi qui dicunt: Nonne cor nostrum ardens erat intra nos, quum aduaperiret nobis scripturas? Simul ergo & incendebat, & illuminabat, adaperiens scripturas. Nescio autem si & ille ignis in futuro seculo, qui incendit, habeat aliquid, & quod illuminet. Est ergo (vt ostendi nuper) natura ignis duplex. Et ideo iubetur offerri coccus duplicatus, cuius color ignis indicat elementũ. Quomodo ergo nos offerre possumus ignem istũ duplicatum ad ædificium tabernaculi, videamus. Si doctor es, extruis tabernaculũ, ædificans ecclesiam dei. Dicit ergo & ad te deus, quod & ad Heremiam dixit: Ecce dedi verba mea in os tuum, id est, ignẽ. Si ergo doces, & ædificans ecclesiam dei, increpes tantũmodo, & arguas, & castiges, & peccata populi exprobres, nihil autem consolationis proferas de scripturis diuinis, obscurum nihil explanes, nihil scientiæ profundioris attingas, nec aliquid intelligentiæ sacratioris aperias, obtulisti quidem coccum, sed non duplicatum. Ignis enim tuus incendit tantũmodo & nõ illuminat. Et rursum si docens, mysteria legis aperias, secretorum arcana discutias, peccantem vero nõ arguas, negligentem non corripias, feueritatem disciplinæ non teneas, obtulisti quidem coccum, sed non duplicatum. Ignis enim tuus tantum illuminat, non accẽdit. Qui ergo offert, & recte diuidit, coccum offert duplicatũ, vt cum scientiæ lumine igniculum feueritatis admisceat. Et homil. ix. super Leuiticum, exponens illud Leuitici xvi. Et accipiet batillũ plenũ carbonibus: Nõ oẽs, inquit, purgãtur eo igni, qui de altari assumitur. Aaron purgatur illo igne, & Esaias, & qui sunt similes illis. Alij vero qui non sunt tales, de quibus etiam meipsum comperio, alio igne purgabuntur. Timeo ne illo, de quo scriptum est: Fluuius ignis currebat ante ipsum. Iste ignis non est de altari. Qui de altari est ignis, ignis est domini: qui autem extra altare est, non est dñi, sed proprius est vniuscuiusq; peccantium, de quo dicitur: Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorũ non extinguetur. Iste ergo ignis ipsorũ est, qui eum accenderũt,

Origenes.

Math. 25. d

Luc. 24. c.

Dani. 7. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut & alibi scriptum est: Ambulate in igne vestro, & in flamma quã accendistis vobis. Esaiæ autem nõ suus ignis apponitur, sed ignis altaris, qui circũpurgaret labia eius. Et huic, de quo
Esai.6.b. dicitur: Et sumet batillũ (alias vasculum) plenum carbonibus ignis de altari, quod est contra dñm, & implebit manus suas incenso compositionis minuto. Quod quidem plenius dñs no ster fecit. Et supra eadem homilia, exponens eadem verba: Legimus (inquit) & in Esaia, quia igni purgatur propheta per vnum ex Seraphim, quod missum est ad eum, quũ accepit forcipe carbonem vnum ex his qui erant super altare, & contigit labia prophetę, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Mihi videntur mystica hæc esse, & hoc indicare, q̃ vnicuiq; secundũ id quod peccat, si dignum fuerit purificari eum, inferãtur carbones membris eius. Nam qñ dixit propheta hic: Immunda labia habeo, in medio quoq; populi, immunda labia habentis habito, idcirco carbo forcipe assumptus à Seraphim, labia eius mundat, quibus solis se mundum non esse profitetur. Ex quo ostenditur, quod vsq; ad verbum tantũmodo peccatũ eius inueniretur, in facto vero vel opere nullo peccauerit, alioquin dixisset, Q̃m immundũ corpus habeo, vel immundos oculos habeo, si peccasset in concupiscendo aliena, & dixisset, Im
Matt.vnc. mundas manus habeo, si eas polluisset operibus iniquis. Nunc autem, quoniam in solo fortasse sermone conscius sibi erat delicti vnius, de quo dicit dominus: Quia etiam de verbo otioso reddetis rationem in die iudicij, pro eo quod difficile est etiam perfectis culpam vitare sermonis, idcirco indigebat etiam propheta sola purgatione labiorum. Nos autem, si redeat vnusquisq; ad cõscientiam suam, nescio si possimus aliquod membrum corporis excusare, quod non igni indigeat. Et propheta quidem, quoniam ab omnibus mundus erat, idcirco meruit vt vnus de Seraphim mitteretur ad eum. Nos vero vereor, ne ignem nõ membris singulis, sed toto corpore mereamur. Quum enim lasciuiũt oculi, vel per illicitas concupiscentias, vel per spectacula diabolica, quid aliud, nisi ignem sibi congregant? Quum aures non auertantur ab auditu vano, ac derogationibus proximorum, quũ manus à cæde nequam, & à rapinis, ac deprædationibus continentur, quum pedes veloces sunt ad effundendum sanguinem, quum corpus non domino, sed fornicationi tradimus, quid aliud, nisi totũ corpus tradimus in gehennam?

Leuit.6.c.

De eodem igne. Caput VI.

IDem quoq; Origen. homil. iiij. super Leuiticũ exponens illud Leuitici, Et ignis sp ardebit super altare, nec extinguetur: Audi semp (inquit) debere esse ignẽ super altare. Et tu fi-
Esai.6.t.b. vis esse sacerdos dei, sicut scriptum est: Oẽs enim vos sacerdotes dñi eritis, ad te dicitur: Gens
Luce.12.c. sancta, regale sacerdotiũ, populus in acquisitionem. Si ergo vis sacerdotiũ agere animę tuę, nunq̃ recedat ignis de altari tuo. Hoc est q̃d dñs in euangelio p̃cipit: Sint lumbi vestri p̃cincti, & lucernę ardẽtes in manibus vestris. Semp ergo tibi ignis fidei & lucerna sciẽtiæ accensa sit. Sed & quod dixit, Lumbi vestri præcincti dñs in euangelio, hoc idem est quod & nũc legilli-
2.Cori.7.d tor p̃cepit, vt campestri linio p̃cingatur sacerdos, & ita veteri cinere depósito innouet sacros ignes. Oportet enim etiã nos dicere, Ecce vetera transierunt, & facta sunt omnia noua. Com pestri enim lineo cingitur, vel (sicut alibi dicitur) femoralibus vtitur, qui luxuriæ fluxæ libi dinis, cingulo restrinxerit castitatis. Ante oñia enim sacerdos, qui diuinis assistit altaribus castitate debet accingi, nec aliter purgare vetera, & instaurare poterit noua, nisi lineis indutus.
Deut.4.d. Et homil. v. Saluator & dominus meus, peccata populi edit. Quomodo edit peccata popoli? Audi quid scriptũ est: Deus (inquit) noster ignis consumẽs est. Quid cõsumit Deus ignis? Nunquid tam imperiti erimus, vt putemus, quod Deus ignis ligna consumat, aut fœnum? Sed consumit Deus ignis humana peccata, illa absumit, illa deuorat, illa purgat, aut stipulam, secundum quod & alibi dicit: Et purgabo te igni ad purum, & hoc est manducare peccatum eius qui offert sacrificium pro peccato. Ipse enim peccata nostra suscepit, & in semetipso ea tanq̃ ignis comedit, & absumit. Sic deniq; é contrario eos, qui permanent in peccatis, mors
Esai.1.f. Luc.12.f. Hiere.15.c. Psal.35.a. dicitur deglutisse, sicut scriptum est: Deglutiuit mors prævalens. Hoc puto esse, quod in euangelio saluator dicebat: Ignem veni mittere in terram, & quam volo, vt accendatur? Atque vtinam & mea terra accendatur igne diuino, vt vltra non afferat spinas, & tribulos. Sic intel ligere debes & illud quod scriptum est: Ignis accensus est ab ira mea, comedit terram & generationes eius. Et homilia prima in Psalmum xxxviij. exponens illud Psalmistę. Concaluit cor meum intra me, hoc pacto scribit: Quum enim audit quis male loquentis & detrahentis vocem, non potest sine dolore, sicut ille qui perfectus est, qui iam diuturna constantia beatitudinem meruit, sed iste dolet, & dolens, corde concalescente, feruet intra se, ac perturbatur, sed non eousq;, vt & sermonem proferat corde turbato. Verum concalescet quidem in interioribus

terioribus suis rei indignitate permotus, sed caloris sui flammas per silentiũ decoquet. Videamus etiã alium sermonẽ iusti, quem & summo studio debemus æmulari: Et in meditatione mea exardescet ignis. Et ego meditor eloquia dñi, & frequẽt in ipsis me exerceo, sed nescio si talis sum, vt in meditatiõe mea ex vtroq; sermone dei ignis procedat, & accẽdat cor meũ, & inflammet animam ad ea, q̃ meditor, obseruanda. Et ego nunc loquor sermones dei, sed optarem, vt primo in meo corde, secõdo quoq; in auditorũ mentibus exardescerent, sicut erãt illi sermones, quos loquebatur Iesus, de quibus dicebant illi q audierant: Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, quũ in via aperiret nobis scripturas? Vtinã & nunc adaperientibus nobis scripturas diuinas, concalesceret cor nostrũ intra nos, & in meditatione nostra accenderetur ignis, & concitaremur in opus eorũ, quæ audimus, & legimus. Tales denique erant & Hieremiæ sermones, secũdum quod scriptũ est, quũ dicit ad eum dñs: Ecce dedi sermones meos retrorsum in os tuũ ignem. Quare ignem? Quia sermones, quos loquebatur, accendebãt auditores, & nihil tepidũ in eis, neq; frigidum permanebat, sed sicut ignis cõsumit, ac interimit oẽm materiam, nec immundũ aliquid in se recipit, aut pollutum: ita & hi, quorũ cor diuini ỹ-
Hiere.g.d bi ignis accenderit, non patientur vltra materialibus, & mundanis sordibus pollui, nihil in se tepidũ recipient & q̃ euomi dignum sit, nec patiẽtur, multiplicata in se iniquitate refrigescere charitatem sed erunt sp lampades eorũ accensæ, & lucernæ ardentes & ipsi parati tanq̃
Luce.12.c. ibidem. serui expectantes dñm suum de nuptijs redeuntem. Aut non iste erat ignis ille, de quo saluator noster dicebat: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Iste proculdubio ignis est, qui frigus peccatis fugat, & calorẽ spũs reuocat. Hoc nimirũ est etiam q̃d in actibus Apostolorum refertur, quũ dicit: Quia visæ sunt eis diuisæ linguæ sicut ignis, & consedisse super Apostolos, pro eo scil. q̃ euangelij verbum prædicatur, & ignei vigoris deberent
Actu.2.c. gratia roborari, vt auditorum animæ flammam per sermonis traducem sumerent. Sed vnde mihi hoc, vt linguæ ignis veniat in cor meum, & de lingua ignea ego quoq; proferam sermonẽ, vt ex me veloxsermõibus meis accẽdatur ignis in cordibus auditorum, & arguat cũ qui peccauit & efficiatur ei sermo meus suppliciũ, vt adustus, & inflãmatus sermõibus meis, veniat ad pœnitentiam, quæ salutem stabilem operatur ex tristitia, quæ sẽdm deum est, quã
2.Cor.7.a ex verbi dei increpatione suscepit? Atq; vtinam possim ita accendere oẽm animã auditorũ, vt quicunq; sibi conscius est, non ferens nostri sermonis incendium, sed oñibus intra se viscẽ ribus iiflammatus, velocius cõsumeret latentes intrinsecus vitiorum sordes, vt posteaq̃ ignis iste fieret in eo lux, & lucerna ardens, quæ non sub modio, sed super candelabrum poni deberet, vt illuminaret omnes qui in domo sunt. Si ergo accendit te sermo auditus, & intellexisti quid dixit Apostolus, Et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Q̃m verba ipsius erant ignis, & lętabatur Apostolus si cubi videbat aliquem audito sermone suo, compunctum ex his, quæ audierat, q̃dam conscientiæ suæ igne succensum ex recordatione delicti. Propterea dicebat, Et quis est qui me lętificet &c. Ita ergo & nos satis aga mus, vt in meditationibus nostris accendatur ignis, qui nos primo exurat, ex recordatione, & conscientia peccatorũ, postea vero expurgatos iam vitijs illuminet, & illustret. Et homil.
Ezec.1.g. prima in Ezechielem: Cernit, inquit, aurigam quatuor animaliũ, cernit rotas se inuicem cõtinẽtes. Auriga quatuor animaliũ nõ totus est igneus sed pubetenus à pedibus & exinde vsq; ad summum electri fulgore rutilat. Non enim solũ tormenta habet deus, sunt in eo etiã refrigeria, punit pctõres, sed per ea ministeria, quæ deorsum sunt (neq; enim propheta ignem vidit in captiuitate) aut in his membris, quæ à lumborũ confinio ad summa cõsurgunt. Igneus est dñs, sed à renibus vsq; ad pedes, vt demonstret eos, qui in generatiõe versantur, igne indigere. Renis quippe, coitus significatio est. Adhuc in lumbis Abraham patris erat Leui, qñ
Heb.7.b. occurrit illi Melchisedech. Et in Psalmo dicitur: De fructu lũbi tui ponam super sedem tuam. Igneus est à renibus vsque ad deorsum dñs. Generatiões enim, & libidinis opera gehennę supplicijs corripiunt. Igneus est deus sed nõ totus est igneus. Superiora eius electrũ sunt.
1.Cor.3.c Electrũ nõ solũ argento, verum & auro p̃ciosius est. Electrũ aũt pro exẽplo fulgoris scriptura ponit, nõ q̃ deus vere electrũ sit. Et qũo nõ est tale electrum deus, quale videbatur, sic nõ est talis ignis, qualis à renibus vsq; ad pedum finem apparuit, ignis iste consumit. Et non est appositum quod consumat, vt tu quærens, reperias quid sit illud, quod à Dei igne consumit. Deus noster ignis consumens est &c. Quid consumit ignis iste? Non ligna, quæ cernimus, non sensibile fœnum, non stipulam, quæ videtur, sed si superædificaueris fundamento Iesu Christi opera peccati, ligna, opera peccati, fœnum, opera peccati inferiora, stipulam, venit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignis,& vniuersa ista examinat. Quis est iste ignis, quē lex prædicat & euangeliū nō tacet? Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Quis est apostole ignis iste, qui probat opera no-
Sap. 11. stra? Quis est ignis iste sic sapiens, vt custodiat aurum meum, vt argentū meum splendidius ostendat, vt illæsum relinquat eum, qui in me est, lapidem preciosum, vt mala tantum consu-
mat, quæ feci, quæ superædificaui ligna, fœnū, stipulam? Quis est iste ignis? Ignem veni mit-
tere super terram, & q̄ volo vt accēdat? Iesus Christus dixit: Quàm volo vt iam accendatur?
Esai. 10. d. Bonus enim est & nouit quia si ignis iste fuerit accensus, malitia consumetur. Scriptum est in
prophetis: Sanctificauit eum in igne ardenti, & vorauit tāquam fœnum syluam. Et rursum
Esai. 47. d. Emittit dominus Sabaoth in tuum honorem contumeliam, & in tuam gloriam ignis accēdes
accenditur, id est, vt tu glorificeris, emittitur ignis in opera peccatorum tuorum. Vis adhuc
à propheta discere, quia tormenta boni dei sint ad vtilitatem eorum, qui & sustinent consti-
tuta? Auscultа eundem prophetam dicētem: Habes carbones ignis, sedebis super eos, ñ erūt
tibi adiutorio. De eodem igne. Caput VII.

CYrillus autem lib. x. contra Iulianum, Iuliani verba refert in hunc modum: Vos autem quæ Deus ab initio quidē abominatus est, & per Moysen, & prophetas, curatis offerre autem sacra altario & sacrificare cauetis. Ignis enim (dicunt) nō descendit sicut de Moyse di-
citur, de cælō sacrificia consumēs. Semel hoc in Moyse factum est, & iterum in Helia Thes-
bita, alioquī ignem scil. alienum inferre lex prohibet. Vsum autē Abraham patriarchā igne
alieno, manifestabo paucis. Cōmemorat item & Isaac historiam, accipiens iterū in exemplū
Abel, & sic dicit, q̄ & illi sacrificantes, non tam ex cælo habuerunt ignem, quàm externe il-
lum attulerunt altaribus. Cuius verbis hoc pacto respondet Cyrillus: Admodū curiosè in-
quirit interim quæ in vtrisq; ratio. Nam Abelis sacrificiū laudat deus, sed id quod Cain erat,
repudiauit & quod voluerit significare hoc, nonne si recte offeras, recte autem non diuidas,
peccasti, quiesce. Tentat autem hūc sermonem aptare aliquo modo cum diuinis theorema-
tis. Viuenti enim Deo (inquit) gratius omnino esse animalium sacrificium q̄ id quod ex fructi-
bus & de terra. In his totus eius sermo completur. Et quum promittit se breuiter dicturum,
temere prolixior est, vt manifestum sit eum vbiq; veritatem odisse. Nam nos quidem nullo
modo diuinis nutibus contradicere videbit quispiam. Obtemperamus ergo Mosaicis, legē
spiritualiter adimplentes, & sctōrum prophetarū p̄dicationibus gubernamur; ad hoc vt co-
gnoscamus veritatem, & sacrorum dogmatum irreprehensibilem scientiā. Q̄n autem (inquit)
quod nos negligimus cruentis sacrificijs vti, opinatur fortassis à tali nos cultu remoueri, ga
ignis non descendit de cælis, dicimis necessario, q̄ aberret à veritate. Non enim operam im-
pendimus, vt boues immolemus, non q̄ ignem non demittat deus, sed quia ea quę in typis,
& vmbris postq̄ transierunt ad veritatem, præceptum habemus, summo deo spūalem & ir-
reprehensibilem cultū consecrare. Spūs enim (inquit) est deus & adorantes eum in spiritu, &
Ioha. 4. c. veritate oportet adorare. Sciat quoq; fuisse sacramenti Christi prædictionem q̄ descendebat
ignis super altare, demittente illum scil. oim optimo artifice deo, & per sensibiles & visibiles
res, ea quæ super sensum & intelligibilia, formante. Nam quū excitatum esset sanctum taber-
naculum in deserto ab optimo Mooyse, ignem dedit deus, inextinguibilemq̄, & perpetuū esse
Leui. 10. Num. 16. p̄cepit, prohibuit aūt magis, & diuina lege puniuit, inferri ignem alienū. Nā ita perierunt filij
Aaron. Veruntamen (vt dixi) vmbræ parturiebant virtutem sacramenti Christi. Nā in spe-
cie ignis q̄ aliquo modo accepit deū sacra scriptura. Visum enim fic esse inquit filijs Israelis in
monte Sina, vnde eximius, & non alteri mixtus, altarij ignis erat. Deus enim solus, & vnus,
& secundum naturā super omnia, alteri Deo connumerari non potest, alioqui quū sacrum &
diuinū tabernaculum offenderet quis sacrificijs adhibens externum ignem, nisi quodāmodo
cogitaret quis, quod si inferretur ignis alienus, lædatur veritas figuræ, non observans modū,
quo conueniat eam figurari? Quandoquidem est solus verus, & vnus Deus cōnumeratur au-
tem ei omnino nullus, qui tabernaculum verius, hoc est, Ecclesiam mentali illustrat lumine,
accipit autem ab omnibus rationales hostias. Itaque alius cum ipso deus intelligatur nullus,
remoueatur autem à nobis, tanquam alienus ignis. Alia enim natura deitatis præter eam no-
la est. Idem autem esset sermo & de sacrificijs per Heliam antea immolatis. Demisit enim &
tunc ignem vniuersorum Deus, implente propheta olim figuram sacramenti Christi. Igitur
q̄ non descendit ignis, oues occidere non detrectamus. Sufficit enim nobis per ea quæ nunc
fiebant, quemadmodum in tabula veritatis, pulchritudinem bene effigiatam mētalibus ocu-
lis considerare. Sacrificamus autem nūc multo melius q̄ illi olim. Descendit enim ex hirsuta,
sensibilis ignis, imaginem ineffabilis naturæ complēs, sed ex patre per filium spiritu sancto
illustrans

ecclesiam. Adhibemus autem & sacrificia, spiritualia, scil. & mentalia. Nam illi quū
ex sanguine Israel offerebant deo boues & oues, turtures, & columbas, & ex fructibus, & si-
milam oleo sparsam, & lagana, & thura. Nos autem tam crasso ministerio relicto, p̄ceptum
habemus, vt tenue, ac spirituale, & subtile perficiamus. Offerimus enim in odorem suauitatis
Deo virtutes omnigenas, fidem, spem, charitatem, iustitiam, continentiam, obedientiam, sā
cilitatem, perpetuas laudes, & alias virtutes. Istud enim sacrificium minime carnale, simplicē,
& secundum naturam incorporeum decet deum. Et mentalis flagrantiæ oblationes sunt ve-
re honestæ vitæ modi. Igitur quum peruenisset figura ad veritatem, nos prō igne sensibili, Mat. 3. c
spiritum accipientes, rationabile implemus ministerium. Ita enim dicitur Christus baptiza- Gen. 22. c
re nos in spiritu sancto, & igne. Quod autem aries monstratus est Abrahæ, quem & sacrifi-
cauit pro Isaac, dicimus q̄ & ille fuerit figura Christi, qui per nos, & propter nos mortem se
cundum carnē sustinuit, vt nos morte, & corruptione liberaret. Iam si sacrificasset Abrahā,
ignem alienum (vt dicit) sacrificijs immittens, & non omnino illum, qui est ex igne, hoc om-
nino nihil ad nos. Nam cauentibus sacrificare deo, quæ lege definita sunt, & excusatiōis p̄-
textum facientibus, quod cessarint ipsæ, quod non supernæ, & é cælo descendat ignis, attulit
in argumentum fortissimum, nos diuinas leges contemnere, sed alieno igne vsum esse Abra
ham. Quoniam autem melius nos, q̄ illi seruiuimus, sacrificantes deo spiritualia, & prō igne
sensibili spiritum recipientes, ne redarguat dicens, quare non adducamus sacrificia altaribus.
Obluctatur enim diuinus Paulus tantum non clamans, & dicens: Vetera transierunt, ecce fa
cta sunt omnia noua. Transmutati enim sumus ad nouitatem vitæ euangelicę, & inducti 2. Cor. 5. d
ad perfectas disciplinas, relicta legalis literæ institutione, & adolescentibus quidē adhuc con Ephe. 4. c
uenientis, nobis autem non item, qui in virum perfectum occurrimus, & peruenimus vsque
in finem ætatis plenitudinis Christi. Et D. Hieron. exponens illud propheticū, Et dabo pro- Actu. 2. a
digia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi: Ignis, inquit, spiritus san-
cti, qui descendit de cælo (vt in actibus Apostolorum legimus) apparuerunt illis dispertitæ
linguæ tanquam ignis &c. Hic est ignis, quem venit dñs mittere super terram, & antequam
pateretur, discipulis suis optabat ardere. Ignis naturæ est duplicis, habet lumen credentibus,
habet tenebras, suppliciaq; incredulis, qui appellantur vapores fumi. Et exponēs illud Esaię, Esai. 66. b
Quia ecce dñs in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorem
suum, & increpationem suam in flāma ignis, quia in igne dñs dijudicatur, hoc pacto scribit:
Ecce, inquit, dñs in igne veniet, & quasi turbo, siue tempestas, quadrigæ eius (siue currus eius,
vt septuaginta) quas debemus intelligere Angelicas potestates, quando venturus est dñs in
gloria patris cum angelis suis, iudicare viuos, & mortuos, non quod dominus ignis sit, sed q̄
sustinentibus pœnas esse ignis videatur. Et licet Moyses dixerit, ipsum Apostolo confirman Iohan. 4. d
te: Deus ignis consumens est, attamen saluator exprimens diuinitatis substantiam, ait: Spiri-
tus est deus. Inter spiritum autem, & ignem secundum intelligentiam corporalē, multa diuer
sitas est. Quod si ignis, aut spiritus est, quomodo oculos, & aures, & manus, & pedes & ven-
trem, & cætera corporis membra habere dicitur, quum hæc spiritus, ignisque non habeant?
Ignis ergo consumens appellatur Deus, vt quicquid in nobis vitiorum est, fœnum, ligna, sti
pulamq; consumat, & spinas, id est, solicitudines seculi huius, quas pro bono semine terra at-
tulit infœcunda, de qua ad Hebræos dicitur: Quæ autem affert spinas, & tribulos, reproba
est, & maledicto proxima, cuius finis consumptio est. De hoc igne & in euangelio dominus
loquebat: Ignē veni mittere sup terrā. Et supra legimus: Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut
gramen aridū consumetur igni, oīa zizania, quæ inimicus hō superseminauit, dormiēte pa-
trefamilias, de quo & in epistola Iacobi legitur: Paruus ignis, quā grandē succendit materiā?
Et in Prouerbijs: In multis lignis viget ignis, quanquā in eo quod prouerbiū est, aliud possit
intelligi. Hunc puto ignem sedisse super linguas Apostolorum, oīumq; credentium, quan
do linguis varijs loquebātur, & omnes erroris fugabat tenebras, & illuminabat corda eorū,
qui recipiebant sermonē dñi. Et exponens illud Esaiæ, Vermis eorū non morietur, & ignis
eorū non extinguetur: Vermis, inquit, non morietur, & ignis non extinguetur, à plerisq; cō
scientia accipitur peccatorum, q̄ torqueat in supplicijs constitutos, quare vitio suo, at q; p̄cto
ruerint electorum bono. Ignis quoq; iuxta id accipiendus, quod & vermis, qui tandiu suc-
cenditur, quādiu habet materiā, qua vorax flamma pascatur. Si quis igitur habeat in cōscien Mat. 13. d
tia sua zizania, q̄ inimicus hō, dormiente patrefamilias, superseminauit, hæc ignis auret, hæc
vorabit incendiū. Et oim sanctorū oculis, supplicia mōstrabuntur. q pro auro, & argento, &
lapide p̄cioso ædificauerūt sup fundamētū dñi, fœnū, ligna, stipulā, ignis pabulū sempiterni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eodem igne. Caput VIII.

Psal.16. a. IGnis quoq; tribulationem significat, iuxta illud Dauidicum: Igne me examinasti, & non est inuenta inme iniquitas. vbi diuus Auguſt. ſcribit: Non autem nox tantum, quia perturbare aſſolet, ſed etiã ignis, quia vrit, vocanda eſt ipſa tribulatio, qua examinatus iuſtus inuentus ſum. Et Caſſiodorus: Metaphora introducitur fornacium igne flagrantium, quę metallorum vitia ſolent purgare, ac decoctione conſumere, & in naturæ puritatem mũdata reuocare. Sic ergo & tribulationibus ignitis examinatus eſt dñs Chriſtus, ſed nõ eſt in illo inuenta iniquitas, quam aduſtio illa decoqueret. Et exponens illud Dauidicum, Concaluit cor meum intra me &c. Cõcaluit (dixit) cor meum, id eſt, ab omni parte ſuccenſum eſt, vt motus iſte tam magnus ad cogitatiõem rerũ cæleſtiũ peruenire t. Intra me, in homine. ſ. interiore, vbi ratio tacitã loquitur. & à dño dignanter auditur. Et in meditatiõe mea exardeſcet ignis. Ne putares ignem inſanis motibus æſtuare, in meditatione mea poſuit. i. in conſilio. in deliberatione, vbi ardor mentis ſub modeſtia prudenter accenditur & illuminatã mentẽ diſcipli nalis flãma circũuolat. Quid enim amplius, q̃ charitas feruet? Sed feruor ille tranquillus eſt, mãſueta inflãmatio, motus inculpabilis, feſtinatio moderata. Et exponẽs illud Dauidicũ Q̃ñ
Pſal.65. b. probaſti nos: Deus igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentũ: Probari nos, inquit, facit deus, qñ per diuerſa genera tentationum pro ſui nois confeſſione tolerantiam beatæ paſſionis indulget. Non enim ille nos probando nouit, ſed prę ſciendo cognouit. Igne nos examinaſti &c. Igne enim charitatis examinatur beata cõſcientia, quę tantũ Chriſti dñi amore ſuccenditur, vt vrentiũ flãmarum tormenta vincantur. Sed iſte ignis nõ cõſumptorius, ſed purgatorius eſt. Datur enim argenti exemplum, quod igne ideo decoquitur, vt purius inde reddatur. Laceret enim maſſa argenti cũ ſordibus ſuis, niſi magni caloris beneficio natiua inquinamenta deponeret. Tranſiuimus per ignem, & aquam &c. Quod vtiq; factum eſt, quãdo alios martyrum ignis abſumpſit, alios aqua demerſit, & per diuerſa elementa, mors eorum probatur impleta. Et eduxiiſti nos in refrigerium, vt iſta omnia, quæ in membris ſuis patiebatur eccleſia, nõ ad deteſtabilem pœnam, ſed ãã quietis beatitudinem cognoſceres eſſe collata. Refrigerium eſt enim poſt perurentes curas delectabilis, & amœna ſecuritas, quam in illa retributione ſuſcipiunt, qui pati pro dñi nomine meruerunt. Et in alio Pſalmo ſcripti ſunt:
Pſal.96 a. Auguſtinus Mach.15.d Ignis ante eum præibit, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. vbi diuus Auguſt. hoc pacto ſcribit: Non arbitror de illo igne dici, in quem mittendi ſunt impĳ illa vltima iudicij ſententia, quibus ad ſiniſtram ſeparatis dicturus eſt. Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Quia de quodam igne dicit, qui præibit ante illum, anteq̃ veniat ad iudiciũ. Dictum eſt enim ſire ignem, & inflammare in circuitu, id eſt, per totũ orbem terrarum inimicos eius. Ille ignis poſt eius aduentum erit, iſte autem ignis ante eũ prę ibit. Poſſumus ergo eũ accipere in pœna malorũ, quia quũ prædicaretur Chriſtus, iratæ ſunt gentes, & cõmoueruntperſecutionem, quæ ira ignis fuit magis conſumens eos, qui perſequebantur, q̃ eos, ds perſequebantur. Quum enim videmus duos, vnum iraſcentem, alterum patienter ferentem, quis eorum ardeat, veſtrum eſt iudicare. Propterea & Eſaias propheta dixit:
Eſai.26.b aduerſarios comedet. Quid eſt, Et nunc? Antequam veniet dies ille iudicij magnus, iam furore ſuo ardent, q poſtea ſupplicio ſempiterni illius ignis arſuri ſunt. Ecce intelligimus ignẽ
Luc.12.f. ante eum præeuntem, id eſt, hoc tempore intelligendum in pœnam quandam infidelium iniquorum, intelligamus ignem ſi poſſumus, & in ſalutem redemptorũ. Idem ipſe dominus ait:
Act.2.a. Ignem veni mittere in terram. Exarſerunt homines credentes in eũ, acceperunt flammam charitatis, propterea & ipſe ſpiritus ſanctus, quum miſſus eſſet a poſtolis ſic apparuit. Viſa ſunt illis, inquit, linguæ diuiſæ, velut ignis &c. Iſto igne inflammati, cœperunt ire per mundum, & inflammare, & incendere in circuitu inimicos eius, qui deſerto Deo, à quo facti erant ado rabant ſimulacra, quæ fecerant. Ipſi incendebantur, ſi mali erant, ad conſumptionem, ſi boni erant, ad reparationẽ, aut ipſe incendebatur, qui nolebat credere, illo igne, audito verbo Dei factus peior, inuidia ſua exuſtus, atq; conſumptus, aut ſi cõuerteretur, & crederet, nec ſic in illo nihil arſiſſet. Arſerat enim fœnum. vt purgaretur aurũ id eſt, arſerat fœnum carnalis concupiſcẽtiæ, vt purgaretur aurũ, id eſt, fides. Sunt qui ſalubriter arſerunt, hodie fideles eius ſunt, inimici eius erant, charitas conſumpſit in eis, quod perſequebantur Chriſtum, & purgauit in eis, q̃ crederent in Chriſtum. Et in alio Pſalmo ſcriptum eſt: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem flagrantem. Spiritus angeli ſunt, & quum ſpiritus ſunt, nõ ſunt angeli, quũ mittuntur, fiunt angeli. Angelus enim, officij nomen eſt, non naturæ. Quæris nomen eius naturæ, ſpiritus eſt, quæris officium, Angelus eſt. Et miniſtros ſuos ignem flagrantem.

Legimus

Legimus apparuiſſe ignem in rubo, legimus etiam miſſum ignem deſuper, & impleſſe quod ſceptum eſt, Miniſtrauit ergo, quum egit quod iuſſum eſt. Quid eſt aũt in Eccleſia figuratẽ? Qui facit Angelos ſuos, id eſt nuncios verbi ſui ſpiritus, id eſt ſpirituales. Spiritualis enim oĩa iudicat, ipſe autem à nemine dñudicatur. Vide ſpiritualẽ factũ Angelũ Dei: Nõ potui (inqt) vobis loqui quaſi ſpiritualibus ſed quaſi carnalibus. De Spirituali quadã affectione miſſus, & ad carnales, tanquam Angelus de cœlo ad terrã. Quomodo dicit, Et miniſtros ſuos ignẽ flagrantẽ, niſi qũo dicit ſpiritu feruentes? Sic enim feruens ſpiritu, ignis ardẽs eſt omnis miniſter dei. Nonne ardebat Stephanus, quando lapidabat, & pro eis à quibus lapidabat, rogabat? Quum audis: Ignis eſt miniſter Dei incenſurum illum puta? Incendebat licet, ſed fœnum tuũ. i. carnalia omnia deſideria tua, curat miniſter Dei, prædicans verbum Dei. Audi illum: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miſteriorum Dei. Quomodo autem ardebat, quũ diceret: Os noſtrum patet ad vos ó Corinthi, cor noſtrũ dilatatũ eſt? Ardebat, & flagrabat charitate, & ibat in eos, vt incenderet. Hunc ignem ſe miſſurũ dominus in terrã dicebat, quũ ait: Ignem veni mittere in terram. Et Caſſiodorus: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. Ordo verborũ talis eſt. Qui ſpiritus ſuos facit Angelos. Cõmendandũ eſt animo, qa hic ſpecialiter de Angelis dicit, cp in libro Geneſeos euidentius non habet. Nã & verba ipſa ſunt diſcutienda ſubtilius. Spiritus generale nomẽ eſt incorporalis, portẽtis qſlibt ãtię, vſibiliter, ſiue inuiſibiliter operans, quod ei diuinitus inſpiratur. Angelorũ enim nomẽ nõ ſignificat naturã, ſed obedientiã. Angelus enim Græca lingua dicit, qui Latine nuncius interpretatur. Addidit, Suos, vt illos oſtẽderet, qui recta mente dñi voluntatibus obſecũdant. Et miniſtros ſuos ignẽ vrentem. Miniſter Dei eſt omnis, qui diuinas exequit voluntates, & charitatis ſemper acceſſus eſt feruore. Talis enim vir cœleſtis ignis efficitur, quando verbo prędicationis peccantiũ necatias vrere, & conſumere poſſe monſtratur. Sic enim dñs ipſe dicit: Ignem veni mittere in terrã. Ignis vtiq; vitalis, ignis vtiq; ſalutis, qui dum peccata conſumit, animas nutrit. Et diuus Thomas in opuſculo de dilectiene Dei, & proximi tres aſſerit diuerſitates in calido reperiri, nẽpe calorem, feruorem & ardorem. Calor initium, feruor incrementũ, ardor vero complemẽtũ. Calor in poſitiuo, feruor in cõparatiuo, ardor in ſuperlatiuo. Siquidem calor admodũ inteſus, feruor eſt ardor vero maxime inteſus, calor dicit. Calent incipientes, iuxta illud Dauidicũ, Cõcaluit cor meũ intra me: feruent proficientes, iuxta illud Apoſtolicum, ſpiritu feruẽtes, domino feruentes ardent pfecti, iuxta illud Pſal. In meditatiõe mea exardeſcet ignis. Sũt aũt iuxta Ariſtotelis doctrinã tres ſpecies ignis, ſcilicet carbo in materia terrea, flãma in materia aerea, lux in materia propria. Tres igit ſunt ardoris differentiæ ſcdm tres hominũ ſtatus, nẽpe pœnitentiũ, actiuorũ, atq; cõtemplatiuorũ. Pœnitẽtes ardorẽ habent carbonis, iuxta illud Eſaiæ, Stabluerit dominus ſordes filiarũ Sion, & ſanguinẽ Hieruſalẽ lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Vnde &. D. Gregorius de Maria Magdalena inquit: Incendit plene Maria peccati rubiginem, q̃ ardebat valide p amoris ignẽ. Et rurſum: Dicite q̃ dolore ardet, q̃ flere inter epulas nõ erubeſcit. De proficientibus veroin bonæ actionis itinere, qui flãmę, quę ſurſum magis tendit, habẽt ardorẽ, ſcriptũ eſt: Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis de Ieſu, dum nobis loqueretur in via, & aperiret ſcripturas? De illis vero q ſunt in cõtẽplandi ſtatu, q̃ lucis habent ardorẽ, ſcriptum eſt, per beatum Gregoriũ: Dũ Deũ in ignis viſione ſuſcipiunt, per amorem ſuauiter arſerũt. Et loquitur de Apoſtolis, ſupra quos aparuerũt diſperti tę linguæ tanquam ignis.

Psal.38. a. Rom.12.c. Psal.38.a. Eſai.4.b. Gregorius. Luc.24.c Act.2.a

De igne inferni. Cap. IX.

DE igne autem inferni ſcriptum eſt in Iob: Deuorabit eum ignis qui non ſuccendetur. Quæ verba diuus enarrans Gregorius lib. Moral. xv. cap. xiiij. hoc pacto ſcribit: Mito valde modo paucis verbis expreſſus eſt ignis gehẽnæ. Ignis nanq; corporeus, vt eſſe ignis valeat, corporeis indiget fomentis. Qui quum neceſſe eſt vt ſeruetur, per congeſta ligna pro cuiubio nutritur, nec valet niſi ſuccenſus eſſet & niſi refotus ſubſiſteret. At contra gehennæ ignis quum ſit corporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurat, nec ſtudio humano ſuccenditur, nec lignis nutritur, ſed creatus ſemel durat inextinguibilis, & ſuccenſione non indiget, & ardore non caret. Bene ergo de hoc iniquo dicitur, Deuorabit eum ignis, qui non ſuccendetur, quia omnipotentis iuſtitia futurorum præſcia, ab ipſa mundi origine gehennæ ignem creauit, qui in pœna reproborum eſſe ſemel inciperet, ſed ardorem ſuum etiã ſine lignis nunquã finiret. Sciendũ vero eſt, quod oẽs reprobi, qui ex aĩa ſimul, & carne peccauerunt, illic in anima pariter & carne cruciantur. Vñ per Pſal. dicit: Pones eos, vt clibanũ ignis in tẽpore vultus tui, dñs in ira ſua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Clibanus nãq; intrinſecus

Iob.10.b. Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trinsecus ardet, is vero qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo sacra eloquia ardere & exterius, & interius reprobos demonstrarent, eos & ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testantur, vt per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. Vnde hic quoq; quum de hoc impio diceretur, Deuorabit eũ ignis, qui non succẽdetur, protinus de eius spiritu additur, Affligetur relictus in tabernaculo suo. Iniqui eñ tabernaculum caro est, quia ipsam lætus inhabitat, & si fieri possibile, optat vt eã nunquam relinquat. Iniquus ergo iste, qui omne gaudium suum in carnali vita posuit, in tabernaculo carnis habitauit. Quam videlicet carnem, quum in resurrectione receperit, cum ea gehennę igni traditus ardebit. Et quia eandem carnẽ Deo præposuit, iudicãte Deo agitur, vt ex ea amplius in
Iob.10.b. igne crucietur. Ad augmentum itaq; tormenti, & hic de corpore nolens educitur, & illic in corpore tenetur inuitus. Et lib.ix.cap.xlvi. exponens illud Iob, Terrã miseriæ, & tenebrarũ, vbi vmbra mortis, & nullus ordo: Sicut mors (inquit) exterior ab aia diuidit carnem, ita mors interior à Deo separat animam. Vmbra ergo mortis, est obscuritas diuisionis, quia damnatus quisq; quũ æterno igne succenditur, ab interno lumine tenebratur. Natura vero ignis est, vt ex seipso & lucẽ exhibeat, & concremationem. Sed transactorũ vltrix illa flamma vitiorũ cõ-
Matth.25.d Mar.12.b. cremationem habet, & lumen nõ habet. Hinc est enim quod reprobis veritas dicit: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Quorum rursum oĩm corpus in vnius persona significans, dixit: Ligate ei manus, & pedes, & mittite eũ in tene-
Psal.57.b. bras exteriores. Si itaq; ignis, qui reprobos cruciat, lumen habere potuisset, is q repellitur, nequaquam mitti in tenebras diceretur. Hinc etiam Psalmista ait: Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente, nõ cernit, quia illos, ĝs ge-
Ezec.32.f. hennæ flamma deuorata, à visione veri luminis cæcat, vt & foris eos dolor cõbustionis crucier, & intus pœna cæcitatis obscuret, quatenus q autori suo corde & corpore deliquerũt, simul
Rom.6.b. corde, & corpore puniantur, & vtrobiq; pœnas sentiant, qui dũ hic viuerent, prauis suis delectationibus ex vtroq; seruiebant. Vnde bene per prophetã dicitur, Descenderũt in infernũ cũ armis suis. Arma quippe peccantium, sunt membra corporis, quibus peruersa desideria, quæ concipiunt, exequuntur. Vnde recte per Paulum dicitur: Neq; exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descendere, est cum ipsis quoq; membris, quibus desideria voluptatis expleuerunt, æterni iudicij tormenta tolerare, vt tunc eos vndiq;
Esai.66.g. dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi, vndiq; cõtra iustitiã iuste iudicãtis pugnãt. Et cap.xlviii. citãs illud Esai, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur: Hic (inquit) flãma quæ succendit, illuminat: illic (vt superius verbis Palmistæ docuimus) ignis, qui cruciat, obscurat. Hic metus amittitur, quum tolerari iam cœperit, q̃ timebatur: illic & dolor dilaniat, & prauor angustat. Horrendo igitur modo, erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obscuritate. Et infra: Quia igitur & mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras dissipat, quantum per notitiam præsentis vitæ colligitur, supplicia ordinem non habent, q̃ non suam per oĩa qualitatẽ renent, q̃is illic ignis, & ad consolationẽ non lucet, & tñ vt magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam sequaces quoq; suos secum intormẽto reprobi, flãma illustrante, visuri sunt, quorum amore deliquerunt, quatenus qui eorũ vitam carnaliter contra præceptoris amauerũt, ipsorũ quoq; eos interitus in augmentũ suæ dãnationis affligat. Quod
Luc. 16.g. profecto, Euangelio testante, colligimus, in q̃ veritate nunciante, dives ille, quẽ cõstat ad extrema incendij tormenta descendere, quinq; fratrum scribitur memisse, qui Abraham percij, vt ad eorũ eruditionem mitteret, ne illuc eos quãdoq; venientes, par pœna cruciaret. Qui igit ad doloris sui cumulum propinquorũ absentiũ meminit, constat procul dubio, qa eos ad augmentũ supplicij, paulo post potuit etiam præsentes videre. Quid aũt mirum, si fideli q̃ reprobos aspiciat cremari, qui ad doloris sui cumulũ, eũ, quẽ despexerat, in sinu Abrahæ Lazarũ vidit? Si ergo ei, vt pœna cresceret, & vir electus apparuit, cur non credendum sit, quod eos, & in supplicio eos etiam, quos contra Deum dilexerat, possit? Qua ex re colligitur, quod eos, & inordinate nunc reprobi diligunt, miro iudicij ordine secum tunc in tormentis videbunt, vt pœnam propriæ punitionis exaggeret illa autori præposita carnalis cognatio, præ-ante oculos vltione damnata. Ignis itaq; qui in obscuritate cruciat, credendum est quia lumen ad tormentum saluat. Quod si approbare testimonijs in sua expressione non possumus, super est, vt é diuerso doceamus. Tres quippe Hebrææ gentis pueri per Chaldæi regis imperium succensis camini ignibus, ligatis manibus, pedibusq; proiecti sunt, quos tamẽ, quum idem rex in camini incẽdio miseratus exploraret, illæsis vestibus deambulantes vidit, Vbi aperte colligit, qa mira dispo-

mira dispositione cõditoris, ignis q̃litas in diuersa virtute tẽperata, & vestimenta nõ attigit, & vincula incẽdit sanctisq; viris, & ad inferendũ tormentũ flãma friguit, & ad solutionis ministerium exarsit. Sicut ergo electis ignis ardere nouit ad solatiũ, & tñ ardere ad supplicium nescit, ita é diuerso gehẽnæ flãma reprobis & nequaq̃ lucet ad consolationis gratiam, & tñ lucet ad pœnã, vt damnatorũ oculis ignis supplicij, & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulũ delecti qualiter crucient, ostendat. Quid autẽ mirũ, si gehẽnæ ignẽ credimus habere supplicii simul, obscuritatis & luminis, q̃ experimẽto nouimus, quia & tædarũ flãma lucet obscuras? Tunc edax flãma cõburit, quos nunc carnalis delectatio polluit, tunc infinite patens inferni baratrum deuorat, quos nũc inanis elatio exaltat, atq; qui quolibet ex vitio hic voluntatẽ callidi persuasoris expleuerunt, tunc cum duce suo reprobi ad tormenta perueniunt.

De eodem igne inferni. Cap. X.

IDẽ quoq; diuus Greg. lib. dialogorũ quarto, cap. xxviii. hoc pacto scribit: Si vuẽris hominis incorporeus spiritus teneĩ in corpore, cur nõ potest mortẽ, quũ incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneãt? Si incorporeus spiritus in hoc teneri potest q̃ viuificat, q̃re non pœnaliter & ibi tenetur, vbi mortificatur? Teneri autem spiritũ per ignem dicimus, vt in tormento ignis videndo, atq; sentiendo puniatur. Ignem nanq; eo ipso patitur, quod videt, & quia cremari se aspicit, crematur sicq; fit, vt res corporea incorporeã exurat, dum ex igne visibili ardor, ac dolor inuisibilis trahitur, vt per ignem corporeum mens incorporea, in corporea flamma crucietur, quamuis colligere ex dictis Euangelicis possimus, quia incendium anima non solũ videndo sed etiam experiendo patiat. Veritatis etenim voce dives mortuus in inferno dicit sepultus. Cuius anima, quia in igne teneat, insinuat voce diuitis q̃ Abraham deprecatur, dicens: Mitte Lazarũ vt intingat extremum digiti sui in aquam & refrigeret linguã meam, quia crucior in hac flamma. Dũ ergo peccatorem diuitẽ dãnatum veritas in igne gehennæ ostendit, quisnã sapiens reproborũ animas teneri ignibus neget? Certe reprobis veritas in fine dictura est: Ite in ignẽ æternũ, q̃ paratus est diabolo, & Angelis eius. Si igit diabolus, eiusq; Angeli, quũ sint incorporei, corporeo sunt igne cruciãdi, quid mirũ si animę, & anteq̃ recipiant corpora, possint corporea sentire tormẽta? Et cap. xxx. Postq̃ Petre laborioseé credidisti, operę pretium credo, si ea quę mihi à viris fidelibus sunt digesta, narauero. Iulianus nanq; huius Romanæ Ecclesiæ, cui Deo autore deseruio, secundus defensor, qui ante septem fere annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebro veniebat, & mecũ colloqui de animæ vtilitate consueuerat. Hic itaq; mihi quadam die narrauit, dicens: Theodorici regis temporibus pater soceri mei in Sicilia exactionem canonis egerat, atq; iam ad Italiam redibat. Cuius nauis appulsa est ad insulam, quæ Liparis appellatur. Et quia illic vir quidam sobrius magnæ virtutis habitabat, dum nautæ nauis armamenta repararent, visum est prędicto patri soceri mei ad eundem virum dei pergere, seq; eius orationibus cõmendare. Quos vir domini quum vidisset, eis inter alia colloquens, dixit: Scitis, quia rex Theodoricus mortuus est? Qui illi protinus respondерunt: Absit. Nos eum viuentẽ dimisimus. & nihil tale ad nos de eo nunc vsq; perlatum est. Quibus Dei famulus addidit, dicens: Etiã mortuus est. Nã hesterno die hora nona inter Ioannem papam & Symmachum patricium discinctus, atque discalciatus & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactatus est. Quod illi audientes, solicite conscripserunt diem, atq; in Italiam reuersi, eo die Theodoricum regẽ inuenerunt fuisse mortuum, quo de eius exitu, atq; supplicio Dei famulo fuerat ostensum. Et quia Ioannem papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoq; patriciũ ferro truncidauit, ab illis iuste in ignẽ missus apparuit, q̃s in hac vita iniuste iudicauit. Et cap. xliii. Vnusquidẽ est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vnius cuiusq; etenim quantũ exigit culpa, tãta illic sentitur pœna. Nã sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt, nec tamẽ eiusdem solis ardorẽ æqualiter sentiunt, qa alius plus æstuat, atq; aliº minus: ita illic in vno igne non est vnus modus incendij, quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, vt ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat. Et cap. xliii. Petrus. Nunquid nã (quęso te) dicimus eos, qui semel illic mersi fuerint, semper arsuros? Greg. Constat nimirum, & incunctanter verum est quia sicut finis non est gaudio bonorũ, ita finis non erit tormento malorum. Nã quũ veritas dicat, Ibũt impij in supplicium æternũ, iusti autẽ in vitã æternã, quia verũ est q̃ promisit, falsum procul dubio nõ erit q̃ minatus est Deus. Petrus. Quid si quis dicat, Idcirco peccantibus æternam pœnã minatus est, vt eos à peccatorũ ppetratione copesceret? Gregorius. Si falsũ est q̃ minatus est, vt ab iniustitia corrigeret, etiã falsa est pollicitus, vt ad iustitiã prouocaret. Sed quis hoc dicere, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere,velinsanus præsumat? Et si minatus est q̃ nõ erat impleturus,dum asserere eũ misericordem volumus,fallacem(q̃ dici nefas est) prædicare cõpellimur. Petrus: Scire velim q̃modo iustũ sit vt culpa,q̃ cum fine perpetrata est, fine fine puniat. Gregorius. Hoc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominum,sed facta pensaret. Iniqui eñ ideo cũ fine deliquerũt, quia cũ fine vixerũt. Nã voluissent vtiq;,si potuissent,fine fine viuere,vt potuissent fine fine peccare. Ostendũt eñ, qa in peccato semper viuere cupiunt, qui nunq̃ desinunt peccare dũ viuũt. Ad magnã ergo iusticiã iudicãtis ptinet,vt nunq̃ careãt supplicio,qui in hac vita nunq̃ voluerũt carere peccato. Petrus. Sed nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquẽs seruus à isto dño idcirco cędi præcipitur,vt à neqtia corrigatur. Ad hoc ergo vapulat,vt emendari debeat. Iniqui autẽ gehennæ ignibus traditi,si ad correctionẽ non peruenũt ,q̃ fine sẽp arde bunt? Gregorius. Omnipotẽs Deus,quia pius est,miserorum cruciatu nõ pascitur, quia vero iustus est,ab iniquorum vltione in perpetuũ non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati,sua quidem iniquitate puniuntur,& tamen ad aliquid ardebunt scilicet vt iusti omnes,& in Deo videant gaudia,quæ percipiunt & in illis respiciant supplicia,quę euaserũt,qua tenus tanto magis in æternum gratiæ diuinæ debitores se esse cognoscant,quãto in æternũ mala puniri conspiciunt,quæ eius adiutorio vicerũt. Petrus. Et vbi est, quod sancti sint, si pro Mat.5.b inimicis suis,quos tunc ardere vident,nõ orabũt ,quibus vtiq; dictum est: Pro inimicis vestris orate? Gregorius. Pro inimicis suis orant eo tempore, quo possunt ad fructuosam pœnitentiã eorum corda conuertere,atq; ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis 2.Tim.2.b orãdum est,nisi hoc,quod Apostolus ait: Vt det illis Deus pœnitẽtiã ad cognoscendum veritatem,& resipiscant à diaboli laqueis,à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatẽ? Ergo itaq; causa est cur non oretur pro hominibus igni æterno damnatis,q̃ nũc etiam causa est, cur nõ oretur pro diabolo,Angelisq; eius æterno supplicio deputatis. Quæ nunc etiam causa est, vt non orẽt sancti homines pro hoibus infidelibus,impijs q; defunctis,qa pro eis vtiq; quos, æterno deputatos supplicio iã nouerũt,ante illũ iudicis iusti cõspectũ orationis suę meritũ calsari refugiũt. Quod si nũc q̃q; viuẽtes iusti mortuis,& dãnatis iniustis minime cõpatiũtur, qñ adhuc aliqd iudicabile de sua carne(alias causa)sese ppeti etiã ipsi nouerũt,quãto districtius nũc iniquorũ tormẽta respiciunt,qñ ab oi vitio corruptionis exuti ipsi iã iustitiæ vicinius,atq; actius inhærebũt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inhærent,vis diuini ctionis absorbet,vt omnino eis non libeat,qcqd ab illius æternæ regulę subtilitate discordat.

An possint corpora in vstione ignis esse perpetua. Cap. XI.

Augustinus

Diuus autẽ Augustinus libr. de ciuitate Dei xxi. cap. ij. quærit an possint corpora in vstione ignis esse perpetua. Et hoc pacto respondet: Quid igitur ostendam vnde conuincatur incredduli,posse humana corpora animata,atq; viuentia,non solum nunquã morte dissolui,sed in æternorum quoq; ignium durare tormentis. Nolunt enim hoc ad omnipotentis referre potẽtiã,sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus,si respõdebimus esse animalia profecto corruptibilia,quia mortalia,quæ tamen in medijs ignibus viuãt,nonnullũ etiam genus vermium in aquarum calidarum scaturigine reperiri,quarum feruorẽ nemo impune contrectat: illos autem no solũ sine vlla sui læsione ibi esse,sed extra esse non posse,aut nolunt credere si ostendere non valeamus,aut si valuerimus,siue oculis demonstrare res ipsas, siue per testes idoneos edocere,non satis hoc esse ad exemplum rei,de qua quæstio est eadem infidelitate contendũt,qa hæc animalia,nec semper viuunt,& in illis feruoribus sine dolore viuunt. Suæ quippe naturæ conuenientibus vegetantur,illis non cruciantur elementis,quasi non incredibilius sit vegetari,quam non cruciari talibus rebus. Mirabile est enim dolere in ignibus,& tamen viuere,sed mirabilius viuere in ignibus,nec dolere. Si autem hoc credit, cur non & illud? Et cap. iiij. Quapropter sicut scripserunt qui naturas animalium curiosius indagarunt Salamãdra in ignibus viuit. Quidã notissimi Siciliæ montes,qui tanta diuturnitate tẽporis,atq; vetustate vsq; nunc & deinceps flãmis æstuant,atq; integri perseverant,satis idonei testes sunt,nõ omne quod ardet,absumi. Et anima indicat,nõ omne quod dolere potest,posse etiam mori. Quid adhuc à nobis rerum poscuntur exempla,quibus doceamus non esse incredibile,vt hominum corpora sempiterno supplicio punitorum,& in igne animam nõ amittant,& sine detrimento ardeant,& sine interitu doleant? Habebit eñ tunc ista carnis qualitatẽ suã ab illo indita qui tã miras,& varias tot rebus indidit,quas videmus,vt eas,quas multæ sunt, non miremur. Quis enim,nisi Deus creator oũm dedit carnis pauonis mortui, ne putresceret? Quod quum auditu incredibile videret,euenit vt apud Carthaginẽ nobis ea cta apponeret hęc auis. De cuius pectore,pulparũ quãtũ visum est decerptũ,seruare iussimus.

Quod

Quod post dierum tantum spacium,quanto alia caro quæ cunq; cocta putresceret,prolatum atq; oblatum,nihil nostrum offendit olfactum. Itemq; repositum est post dies amplius quam triginta,idem quod erat,inuentum est. Idemq; post annum,nisi quod aliquantum corpulentiæ siccioris,& contractioris fuit. Quis paleq; dedit vel tam frigidam vim,vt obrutas niues seruet,vel tam feruidam,vt poma immatura maturet? De ipso igne mira quis explicet,quo q̃q; adusta nigrescũt,quũ ipse sit lucidus,& pene oĩa quę ambit & lãbit colore,pulcherrimus decolorat,atq; ex pruna fulgida,carbonem terrerrimum reddit? Neq; id quasi regulariter diffinitum est. Nam é contrario lapides igne candente percocti,& ipsi fiunt candidi,& quamuis ille magis rubeat,illi albido colore nitescant,congruit tamen illi luci quod album est,sicut nigrum tenebris. Quum itaq; ignis in lignis ardeat,vt lapides coquat,contrarios habet non in contrarijs rebus effectus. Et si enim lapides,& ligna diuersa sunt,contraria tñ nõ sunt sicut album, & nigrum,quorum in lapidibus vnum facit,alterũ in lignis. clarus illos clarificans, hæc offuscans,quum in illis deficeret,nisi in istis viueret. Quid in carbonibus? Nonne miranda res est, & tanta infirmitas,vt ictu leuissimo frangantur,pressu facillimo conterantur,& tãta firmitas, vt nullo humore corrumpantur,nulla ætate vincantur,vsq; adeo,vt eos substernere soleant, qui limites figunt ad conuincendum litigatorem,quisquis post quantalibet tempora extiterit,fixumq; limitẽ nõ esse contenderit? Quis eos in terra humida infossos,vbi ligna putrescerẽt tam diu durare incorruptibiliter posse,nisi rerum corruptor ille ignis effecit? Intueamur etiã miraculum calcis,excepto eo,de quo iam satis diximus,q̃ igne candescat,q̃ alia terra reduntur,etiã occultissime ab igne ignẽ concipit. Quumq; iam gleba tangentibus frigida fit, ignẽ tam latenter seruat,vt nulli nostro sensui ,prius appareat,sed cõpt⁹ ex perimẽto,etiã dũ nõ apparet,sciatur inesse sopitus. Propter quod eam calcẽ viuã loquimur,velut ipse ignis latens ala fit inuisibilis,visibilis corporis. Iam vero quã mirũ est q̃ quum extinguitur,tunc accenditur? Vt enim occulto igne careat,aqua ei infunditur,aquave perfunditur,& quum ante sit frigida,inde feruescit,vnde feruentia cũcta frigescunt. Velut expirante ergo illa gleba;discedẽs ignis,qui latebat,apparet,ac deinde tanquam mortua sic frigida est,vt adiecta vnda,nõ fit arsura,& quã calcem vocabamus viuã,vocemus extinctam. Quid est quod huic miraculo addi posse videatur? Et tñ additur. Nam si nõ adhibeas aquam,sed oleũ,quod magis fomes est ignis,nulla eius perfusiõe feruescit. Hoc miraculum si de aliquo Indico lapide legeremus,siue auderemus,& in nostrum experimentum venire non posset, profecto aut mendacium putaremus,aut certe granditer miraremur. Quarum vero rerum ante nostros oculos quotidiana documenta versantur,non genere minus mirabili,sed ipsa assiduitate vilescunt,ita vt ex ipsa India,quæ remota est pars orbis à nobis,defierimus nonnulla mirari, quæ ad nos potuerũt miranda perduci. Adamantem lapidem multi apud nos habent,& maxime aurifices,infigni-toresq; gemmarum,qui lapis nec ferro,nec igni,nec alia vi vlla perhibetur,præterquam hirci sanguine vinci. Sed qui eum habẽt,atq; nouerunt,nũqd ita mirantur,vt hi quibus primũ potentia eius ostenditur? Quibus autẽ nõ ostenditur,fortasse non credunt,aut si credunt,inexperta mirantur,& si cotigerit experiri,adhuc quidem mirantur insolita,sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentũ. Magnetem lapidem nouimus,mirabilem ferri esse raptorẽ,q̃ quũ primũ vidi,vehementer inhorrui. Quippe cernebã à lapide ferreũ anulũ raptum,atq; suspensum,deinde tanquã ferro q̃ rapuerat,vim dedisset suam,cõmunemq; fecisset,idem quoq; anulus admotus est alteri,eumq; suspendit,atq; vt ille prior lapidi,sic alter anulus priori anulo cohærebat. Accessit illi eodẽ modo tertius,accessit & quartus, iamq; sibi per mutua connexis circulis nõ implicatorum intrinsecus,sed extrinsecus adhærentium,quasi catena pependerat anulorum. Quis istam vim lapidis non stuperet,q̃ illi nõ sorori inerat,verumetiam per tot suspensa transibat,& inuisibilibus ea vinculis subligabat? Sed multo est mirabilius q̃ a fratre & coepiscopo meo Seuero Milleuitano de isto lapide cognitũ. Seipsum nanq; vidisse narrauit quẽadmodũ Bathanus quondã comes Africæ, quũ apud eundẽ cõiuaretur,episcopus eundẽ protulerit lapidem,& tenuerit sub argẽto, ferrũq; super argentum posuerit,deinde ficut subter mouebat manum,qua lapidẽ tenebat,ita ferrũ desuper mouebatur,atque argẽto medio,nihilque patiente,concitatissimo cursu ac recursu,infra lapis ab homine,supra ferrũ rapiebat a lapide. Quid etiã de isto magnete legerim dicã. Quãdo iuxta eum ponitur adamas,nõ rapit ferrũ,& si iã rapuerat,vt ei appropinquauerit,mox remittit. Et cap. v. Agrigentinũ Siciliq; salem phibent,quũ fuerit admotus igni,velut in aqua fluescere, quũ vero ipsi aquæ adiũ gitur,velut in igne crepitare. Apud Garamantes quendã fontẽ ferẽ esse tã frigidũ diebus,vt non bibatur,tam feruidũ noctibus,vt non rangatur. In Epiro alium

fontẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fontem, in quo faces, vt in cæteris extinguũtur accensæ, sed (non vt in cæteris) accenduntur extinctæ. Asbeston Arcadiæ lapidem propterea sic vocari, quod accensus semel iam nõ possit extingui. Lignum cuiusdam ficus Aegyptiæ non vt ligna cætera in aquis natare, sed mergi, & quod est mirabilius, quum in imo aliquãdiu fuerit, inde ad aquę superficiem rursus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere prægrauari. Poma in terra Sodomorum gigni quidem, & ad maturitatis faciem peruenire, sed morsu, pressu ve tentata in fumum, ac fauillã, corio fatiscente vanescere. Pyriten lapidem Persicũ tenentis manum, si vehementius frematur, adurere, propter quod ab igne nomẽ accepit. In eadem Perside gigni etiam lapidem Selenitem, cuius interiorem candorem cum luna crescere, atq; deficere. In Cappadocia etiam vento equas concipere, eosdemq; fœtus non amplius triennio viuere. Tilon Indiæ insulã eo ferri cæteris terris, ꝺd omnis arbor, quæ in ea gignit, nunq; nudatur tegmine foliorũ. De his, atq; alijs innumerabilibus mirabilibusq; historia nõ factorũ, & trãsactorum, sed manenti um locorum tenet. Reddant rationem si possunt infideles isti, qui nolũt diuinis literis credere, quid aliud, quam non putantes eas esse diuinas, eo quod res habeãt incredibiles, sicuti hoc est, vnde nunc agimus. Non enim admittit (inquiunt) vlla ratio vt caro ardeat, nec absumatur, doleat, neq; moriatur, ratiocinatores videlicet magni, qui de omnibus rebus, quas esse mirabiles constat, possint reddere rationem. Reddant ergo rationem de his, quæ pauca posuimus, quæ proculdubio, si esse nescirent, & ea futura esse diceremus, multominus crederent, quam quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse venturum.

De gehenna, & æternarum qualitate pœnarum. Cap. XII.

IDem quoq; diuus Augustinus de gehenna, & æternarum qualitate pœnarum eodem li. cap. ix. hoc pacto scribit: Quod igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum p
Isai. 66.g. Mar. 9.g. phetã Deus dixit, fiet omnino, fiet. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. Ad hoc enim vehementius commendandum, etiam dominus Iesus, quum membra, quę hominem scandalizant, pro his omnibus poneret, quos, vt sua membra dextera quis diligit, eaq; præciperet amputari. Bonum est (inquit) tibi debilem introire in vitam æternam, quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur. Similiter de pede: Bonum est tibi (inquit) claudum introire in vitam æternam, quã duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non aliter (ait) & de oculo: Bonum est tibi (inquit) luscũ introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nõ eum piguit vno loco eadẽ verba ter dicere. Quę non terreat ista repetitio, & illius pœnæ comminatio, tam vehemens ore diuino? Vtunq; aut tem horum ignem scilicet, atq; vermem, qui nolunt ad animæ pœnas non ad corporis pertinere, dicunt etiã vri dolore, quum sero, atq; infructuose pœnitentes, eos qui fuerint à regno
2. Cor. vi. g. Prou. 27. c. Dei separati, & ideo ignem proisto dolore vrentem non incongrue poni potuisse contendũt. Vnde illud Apostoli est: Quis scandalizatur, & ego non vror? Eundem etiam dolorem, & vermem putant intelligendum esse. Nam scriptum est (inquiunt) Sicut tinea vestimentum, & vermis lignum, sic mœror excruciat cor viri. Qui vero pœnas & animæ, & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne vri corpus, animã autem rodi quodã modo vermemœroris affirmant. Quod & si credibilius dicitur, quia vtiq; absurdum est, ibi dolorem aut cruciatum esse, vbi nec animæ, nec corporis pertinere, q; poris, aut animæ defuturum, ego tamẽ facilius æstimo, vt ad corpus dicam vtrũq; pertinere, q; neutrum. Et ideo tantum in illis diuinæ scripturæ verbis animi dolorem, quomodo conse quens esse intelligitur, etiam si non dicatur, vt in corpore sic dolente animus quoq; simili pœnitentia crucietur. Legitur quippe & in veteribus scripturis, Vindicta carnis impij, ignis, & vermis. Potuit breuius dici vindicta impij? Cur ergo dictum est, Carnis impij, nisi quia vtrunq; id est, & ignis, & vermis, pœna erit carnis? Aut si vindictam carnis propterea dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, quod secundum carnem vixerit. (Propter hoc enim venient in mortem secundam, quam significauit Apostolus, dicens: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini) eligat quisq; quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo vermem, hoc proprie, illud tropice, aut vtrũq; proprie corpori. Iam enim satis superius disputaui posse animalia etiam in ignibus viuere, in vstione sine consumptione, in dolore sine morte per miraculum omnipotentissimi creatoris, cui hoc possibile esse, qui negat, à quo fit quicquid in naturis omnibus miratur, ignorat. Ipse enim est Deus, qui omnia in hoc mundo magna, & parua miracula, quæ commemorauimus, etiam incomparabiliter plura, quæ non commemorauimus, fecit, eademq; ipso mundo, atq; omnium maximo miraculo inclusit. Eligat ergo vnum de duobus

duobus quisque quod placet, vtrum & vermem, & ignem ad corpus proprie, an ad animum, translato à corporalibus ad incorporalia vocabulo, exiftimet pertinere. Quid aũt horũ verũ sit, res ipsa expeditius indicabit, quando erit scientia tanta sanctorum, vt eis cognoscendarũ illarum pœnarum necessaria non sit exprrientia, sed ea, quæ tunc erit plena, atque perfecta. Ad hoc enim sciendum, sapientia sola sufficiat. Nunc enim ex parte scimus, donec veniat ꝺd perfectum est, dum tñ nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, vt nullis ab igne afficiantur doloribus. Hæc ille. Quo pacto autem antedicta Esaiæ verba ab Origene exponantur, habes supra cap. v. Diui autem Hieronymi expositiõem habes supra cap. vij. Grego rianã vero expositionem habes cap. ix. Diuus autem Bernardus sermone xvi. paruorum ser- Bernardus monum, hoc pacto scribit: In Esaia legimus, Vermis eorum non morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur: Duo mala sunt, vermis, & ignis, altero roditur conscientia, altero concremãtur corpora. Tertium additur desperatio, quæ in eo vtiq; intelligitur, quod dicitur, Non morietur, & non extinguetur. Diuus autem Hieronymus exponẽs illud Ionæ iij. Et peruenit ver- Hierony. bum ad regem Niniue &c. hoc pacto scribit: Scio plerosq; regem Niniue, qui extremus audiat prædicationem, & descendet de solio suo, & pristinum abijciat ornamentum, vestitusq; sacco, sedeat in cinere, nec sua conuersione contentus, cæteris quoq; conducibus suis prædicet pœnitentiam, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora, & cætera, & damnatis pristinis vitijs, totos se conferant ad pœnitentiam, super diabolo interpretari, qui in fine mũdi, qa nulla rationabilis, & quæ à Deo facta sit creatura pereat, descendens de sua superbia, acturus sit pœnitentiam, & in locum pristinum restituendus. Ad cuius sensus comprabationem, etiã illud de Daniele exemplum proferunt, vbi Nabuchodonosor acta per septẽ annos pœnitentia, in regnum pristinum restituitur. Sed hoc quia scriptura sancta non dixit, & euertit penitus timorem dei, dum facile homines labuntur ad vitia, putantes etiam diabolum, qui autor malorum est, & omnium peccatorum fons, acta pœnitentia, posse saluari, de nostris mentibus abijciamus, & sciamus peccatores in euãgelo mitti in ignem æternum, qui præparatus est Mat. 25. ũ diabolo, & angelis eius, & de his dici, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. Scimus quidem clementem esse deum, nec qui peccatores sumus, crudelitate illius delectamur, sed legimus: Misericors, & iustus dominus, & deus noster miseretur. Iustitia dei vallatur misericordia, & tali ad iudicium ambitione procedit, sic parcit, vt iudicet, sic iudicat, vt misereatur. Misericordia, & veritas obuiauerũt sibi, iustitia, & pax osculatæ sunt. Alioquin si omnes rationabiles creaturæ æquales sunt, & vel ex virtutibus, vel ex vitijs spõte propria, aut sursum eriguntur, aut in ima merguntur, & longo post circuitu, atq; infinitis seculis, omnium rerum restitutio fiet, & vna dignitas militantium, quę distantia erit inter virginem, & prostibulum? Quæ differentia erit inter matrem domini, & (quod dictu quoq; scelus est) vi ctimas libidinum publicarũ? Idemne erit Gabriel, & diabolus? Idem Apostoli, & dæmones? Idem prophetæ, & pseudoprophetæ? Idem martyres, & persecutores? Finge quodlibet, annos, & tempora duplica, & infinitas ætates congere cruciatibus, si finis omnium similis est, præteritum omne pro nihilo est, quia non quærimus quid aliquando fuerimus, sed quid semper futuri simus. Nec ignoro quæ aduersum hæc soleãt dicere, & spem sibi, ac salutem cũ diabolo præparare. Verum non est istius temporis contra dogma peruersum, & symphragma, diabolicum regnum docentium & angelis publice denegantium priuilegiũ latius scribere. Origenes autem homilia xxxiij. in Matthæum, hoc pacto scribit, exponens illud eu- Matt. 25. ũ angelicum, Venite benedicti patris mei &c. Benedictionis, inquit, ministrator est pater, maledictionis autem vnusquisq; sibi est autor, qui maledictione digna est operatus. Qui autem recedunt ab Iesu, decidunt in ignem æternum, qui alterius generis est ab hoc igne, quem habemus in vsu. Nullus enim ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis. Extinguitur enim cito. Aeternus autem ignis est ille, de quo & Esaias dixit in fine prophetiæ suæ: Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur. Forsitan talis substantiæ est, vt inuisibilia cõburat, ipse inuisibilis constitutus scdm quod ait Apostolus: Qm̃ q̃ videnť tẽpora sunt, quæ autẽ non videntur æterna. Si ergo quæ videntur tẽporalia sunt, q̃ aũt nõ videnť eterna sunt, necesse est si visibilis est ille ignis, & temporalis sit. Si aũt æternus est, & inuisibilis est, quo puniuntur qui recedunt à saluatore. Tale est quod dicit & Iob. Edet eum ignis, q nõ Iob. 20. ꝺ accendituť. Ne autem mireris audiens esse inuisibilem ignem, & punientem, quum videas inter homines calorem corporibus accidentem, & non mediocriter cruciantem, maxime eos, qui ab eo validissime molestantur.

De eodem igne. Caput XIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dluus autem Auguſt.lib.vnico contra Priſcillianiſtas,& Origeniſtas,cap.v.hoc pacto cribit:Quãtum poſſum etiam ego cõmoneo, vt de diaboli,angelorũq; correctione, & in priſtinũ ſtatum reparatione ſapere nihil audeas,quia vltimæ ſententiæ ſummi,& veraciſſimi iudicis, ex noſtra ꝓſumptiõe addere nihil debemus. Ipſe enim ſe ſimilibus eorũ dictu
Matth.25.d xum eſſe ꝓdixit:Ite maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo,& angelis eius.Nec mouere debet,vt hoc loco æternum pro diturno accipiamus, q̃ alibi ſcriptum eſt:In æternum,& in ſeculum ſeculi. Latinus quippe interpres noluit dicere,In æternum,& in æternũ æterni.Sed qm̃ id ꝺd æon Græce dicitur,& ſeculũ , & æternum interpretari poteſt,conuno dius alĩ interpretes tranſtulerunt,In ſeculum,& in ſeculum ſeculi. Sed non hoc dictum eſt, vbi dictum eſt,Ite in ignem æternum.Non enim dictum eſt æona,ſed æonior,quod ſi à ſeculo declinatum eſſet,ſeculare Latine diceretur,non æternum, quod nemo vnquam interpres auſus eſt dicere.Quapropter licet Latine ſeculum cum aliquo fine intelligatur , æternũ vero niſi id,quod ſine fine eſt, nõ ſoleat appellari,æon autem Græce aliquando æternum,aliquando ſeculũ ſignificare intelligatur,tamẽ quod ex hoc nomine deriuatur,& appellatur æonion, nec ipſi Græci(quantum exiſtimo)ſolent intelligere,niſi id,quod non habet finem. Nos autem ſiue æona,ſiue æonion non ſolemus dicere,niſi æternum , ſed æona dicimus & ſæculum, æonion vero non niſi æternum, quamuis quidam interdum etiam æternale audeant dicere, ne Latine linguæ deeſſe videatur ab eodem nomine deriuatio.Et fortaſſe quidem ſecundum morem ſcripturarum inueniant iſti aliquid etiam æonion dictum,quod ſine fine nõ ſit, ſicut Deus in libris veteris teſtamẽti aſſidue dicit:Hoc vobis erit legittimum æternũ,quod Græcus habet æonion,quum de talibus ſacramẽtis eo modo ſæpe ꝓceperit , quæ finem fuerãt habitura,quanq̃ ſi diligentius dicta intelligantur,ea fortaſſis,quæ illis ſacramẽtis ſignificabantur,finem nõ erant habitura.Ita enim,ne longius abeam, dicimus æternum deum, nõ vtiq; iſtas duas breuiſſimas ſyllabas,ſed quod eis ſignificatur. Dixit Apoſt. æterna tempora
Mat.25.d ra,& antiqua,quod in Græco legitur pro chronon æonion. Ad Titũ eñ ſcribẽs, ait:Spem vitæ æternæ,quam promiſit nõ mendax deus ante tempora æterna. Quum autẽ retrorſum tempora à conſtitutione mũdi habere videãtur initium,qũo ſunt æterna,niſi quia æterna dixit,quæ anteſe nõ habent vllum tempus? Quiſquis prudenter aduertit ꝺd dictum eſt, Ite in ignem æternum illud eſſe dictum,quod nõ habet finem, é contrario probat eoipſo loco eu angelico de vita æterna,quã iuſti accepturi ſunt.Non enim & ipſa habet finem.Ita enim conclufit Ibunt illi in ambuſtionem æternam vitam,iuſti autem in æternam . In vtroq; Græcus æonion habet.Si miſericordia nos prouocat credere, nõ futurum impiorum fine fine ſuppliciũ,quid de præmio iuſtorum crediturisumus,quum in vtraq; parte, in eodem loco, eadẽ ſententia,eodem verbo pronuncietur æternitas? An iterum etiam iuſtos ex illa ſanctificatione,& vita æterna,in peccatorum immundiciam , atq; in mortem relapſuros eſſe dicemus? Abſit hoc à Chriſtianæ fidei ſanitate. Vtrũq; igitur fine fine dictũ eſt æternũ, hoc eſt æonion,
Gal.46.2. ne quum diaboli pœnas dolemus,& de regno Chriſti dubitemus. Poſtremo ſi æternum,& æternale,hoc eſt æon,& æonion ſub vtroq; intellectu in ſcripturis poni ſolet, aliquando ſine fine,aliquando cum fine,quid de illis prophetæ verbis reſponſuri ſumus,vbi ſcriptũ eſt,Vermis eorum non morietur,& ignis eorum non extinguetur? Qualiſcunq; pœna ſignificata ſit nomine vermis, atque ignis,certe ſi non morietur,nec extinguetur,ſine fine prædicta eſt. Nec aliud agebat propheta,quum hoc diceret,niſi vt eam ſine fine prædiceret. Et libro de ciuitate dei vigeſimoprimo,capite decimo:Hic occurrit(inquit)quærere, ſi nõ erit ignis incorporalis noxius,ſicut eſt animi dolor,ſed corporalis tactu noxius,vt eo poſſint corpora cruciari,quomodo in eo erit etiam pœna ſpirituum malignorum, (Idem quippe ignis erit ſupplicio,ſcilicet hominum attributus,& dæmonũ,dicente CHRISTO, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo,& angelis eius) niſi quia ſunt quædam ſua etiam dæmonibus corpora,ſicut doctis hominibus viſum eſt, ex iſto aere craſſo,atq; humido,cuius impulſus vento flante ſentitur? Quod genus elementi, ſi nihil igne perpeti poſſet, non vreret feruefactus in balneis. Vt enim vrat,prior vritur, facitq; quod patitur. Si autem quiſquam nulla habere corpora dæmones aſſeuerat,nõ eſt de hac re,aut laborandum operoſa inquiſitione,aut contentioſa diſputatione certandum. Cur itaq; non dicamus, quamuis mi-
ris , tamẽ veris modis etiam ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi ſi ſpũs holm etiam ipſi profecto incorporei,& nũc potuerint includi corporalibus membris,& tũc poterunt corporũ ſuorũ vinculis inſolubiliter alligari? Adhærebunt ergo ſi eis nulla ſunt corpora,ſpũs dæmonum,imo ſpiritus dæmones,licet incorporei , corporeis ignibus cruciandi, non vt

non vt ignes ipſi,quibus adhærebunt,eorum iunctura inſpirentur,& animalia fiant,quæ contingent ſpiritu & corpore,ſed(vt dixi)miris,& ineffabilibus modis adhærendo, accipientes ex ignibus pœnam,non dantes ignibus vitam, quia & iſte alius modus,quo corporibus adhærent ſpiritus,& animalia fiunt,omnino mirus eſt,nec comprehẽdi ab homine poteſt , & hoc ipſe homo eſt.Dicerem quidem ſic arſuros ſine vllo ſuo corpore ſpiritus , ſicut ardebat apud inferos ille diues, quando dicebat , Crucior in hac flamma,niſi conuenienter reſponderi cernerem,talem fuiſſe illam flammam,quales oculi,quos leuauit,& Lazarum vidit,qualis lingua, Luc.16.f.
cui humorem exiguum deſiderauit infundi,qualis digitus Lazari, de quo id ſibi fieri poſtulauit,vbi tamen erant ſine corporibus animæ.Sic ergo incorporalis & illa flamma,qua exarſit,& illa guttula,quam popoſcit,qualia etiam ſunt viſa dormientium,ſiue in ecſtaſi cernẽtiũ res incorporales,habentes tamen ſimilitudinem corporum . Nam & ipſe homo cum ſpiritu non corpore ſit in talibus viſis, ita ſe tamen tunc ſimilem ſuo corpore videt , vt diſcerne- re omnino non poſſit,aut vero gehenna illa, quod etiam ſtagnum ignis , & ſulphuris dictũ eſt,corporeus ignis erit,& cruciabit corpora damnatorum , aut & hominum,& dæmonum, ſolida hominum,aerea dæmonum,aut tãtum hominum corpora cum ſpiritibus,dæmones autem ſpiritus ſine corporibus hærentes ſumendo pœnam,non impartiendo vitam corporalibus ignibus. Vnus quippe vtriſq; ignis erit,ſicut veritas dixit.

An hoc ratio iuſtitiæ habeat,vt non ſint extenſiora pœnarum tempora,quàm fuerit peccatorum. Cap.XIIII.

Hic autem(inquit idem Auguſt,eodem lib.cap.xi.)quidam corũ contra quos defendimus ciuitatẽ dei,iniuſtũ putant,vt pro peccatis quamlibet magnis, paruo licet tẽpore perpetratis,pœna quiſq; damnetur æterna, quaſi vllius id vnquam iuſtitia legis attendat,vt tanta mora temporis quiſq; puniatur,quãta mora temporis,vnde puniret,admiſit. Octo genera pœnarum in legibus eſſe ſcribit Tullius,damnum, vincula, verbera,talionem, ignominiam,exilium,mortem,ſeruitutẽ. Quid horũ eſt,quod in breue tempus pro cuiuſq; peccati celeritate coartetur,vt tanta vindicetur morula,quanta deprehenditur perpetratũ,niſi for- Exod.xxi.c.
te talio? Id enim ait,vt hoc patiatur quiſq; quod fecit. Vnde illud legis, Oculum pro oculo, dentem pro dẽte. Fieri enim poteſt, vt tam breui tempore quiſq; amittat oculum ſeueritate vindictæ quem tulit ipſe alteri,improbitate peccati . Porro autem ſi alienæ fœminæ oſculũ iniũxum rationis ſit verbere vindicare,nonne qui illud puncto temporis fecerit , incompara bili horarũ ſpacio verberatur,& ſuauitas voluptatis exiguæ, diuturno dolore punitur ? Quid in vinculis? Nunquid ibi tam diu quiſq; iudicandus eſt eſſe debere quãdiu fecit, vnde meruit alligari,quum iuſtiſſime annoſas pœnas ſeruus in compedibus pendat,qui verbo, aut ictu celerrime tranſeunte,vel laceſſiuit dominum,vel plagauit? Iam vero damnum,ignominia,exilium,& ſeruitus,quum plerunq; ſic infliguntur,vt nulla venia relaxentur,nonne pro huius vitæ modo ſimilia pœnis videntur æternis? Ideo quippe æterna eſſe non poſſunt , q̃ nec ipſa vita,quæ his plectitur , porrigitur in æternum,& tamen peccata , quæ vindicantur lõgiſſimi temporis pœnis,breuiſſimo tempore perpetrantur,nec quiſquam extitit,qui cenſuerit tam cito nocentium finienda eſſe tormenta,q̃ cito factum eſt vel homicidium,vel adulteriũ, vel ſacrilegium,vel quodlibet aliud ſcelus,non temporis longitudine,ſed iniquitatis,& impietatis magnitudine metiendum. Qui vero pro alio grandi crimine morte mulctatur,nunquid mora,qua occiditur, quæ perbreuis eſt,eius ſupplicium leges breue exiſtimant , & non quod eum in ſempiternum auferunt de ſocietate viuentium? Quod eſt autem de iſta ciuitate mortali homines ſupplicio primæ mortis,hoc eſt,de illa ciuitate immortali homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre.Sicut enim non efficiunt leges huius ciuitatis,vt in eam quiſq; reuocetur occiſus,ſic nec illius leges ciuitatis admittunt,vt ad eius quis vltra beatitudinem reuoce Mat.7.a
tur æternam,ſecunda morte damnatus. Quomodo ergo verum eſt(inquiunt) id quod ait Luc.6.f.
Chriſtus veſter,In qua menſura menſi fueritis,in ea remetietur vobis,ſi temporale peccatum ſupplicio punit æterno? Nec attendũt nõ propter æquale tẽporis ſpaciũ,ſed propter viciſſitudinem mali,id eſt,vt qui mala fecerit,mala patiatur, eandem dictam fuiſſe menſuram,q̃ is hoc in ea re proprie poſſit accipi,de qua dominus,quũ hoc diceret, loquebatur.i.de iudicijs, & condemnationibus.Proinde qui iudicat,& condemnat iniuſte,ſi iudicatur,& condemnatur iuſte,in eadem menſura recipit,quamuis non hoc,quod dedit.Iudicio enim fecit, iudicia patiatur.Quamuis enim fecerit damnationem,quod iniquum eſt,patiatur dãnationem , ꝺd iuſtũ eſt.Et capite xĥ.Sed pœna æterna,ideo dura,& iniuſta ſenſibus videtur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum ſenſuum deeſt ille ſenſus altiſſimæ, puriſſimæq; ſapientię,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo sentiri possit quantum nefas in illa prima præuaricatione commissum sit. Quanto enim magis homo fruebatur Deo, tanto maiore impietate dereliquit Deum, & factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset in æternum. Hinc est vniuersa generis humani massa damnata, quoniam qui hoc primitus admisit cum ea, quæ in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, vt nullus ab hoc iusto, debitoq; supplicio, nisi misericordia, & indebita gratia liberetur, atq; ita dispertiatur genus humanum, vt in quibusdam demonstretur misericors gratia, & in cæteris quid iusta vindicta. Neque enim vtrunque demonstraretur in omnibus, quia si omnes remanerent in pœnis iustæ damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis: rursum si omnes à tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret seueritas vltionis. In qua propterea multo plures, quàm in illa sunt, vt sic ostendatur, quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur, iustitiam iudicantis iuste nemo reprehenderet. Quia vero tam multi exinde liberantur, est vnde agatur maximæ gratiæ gratuito muneri liberantis. Et capite vigesimotertio. Ac primum quæri oportet, atque cognosci, cur ecclesia ferre nequiuerit hominum disputationem, diabolo etiam post maximas, & diuturnissimas pœnas, purgationem, vel indulgentiam pollicentem. Neque enim tot sancti, & sacris veteribus, ac nouis literis eruditi, mundationem, & regni cœlorum beatitudinem, post qualiacunq; & quantacunq; supplicia, qualibuscunque, & quantiscunq; angelis inuiderunt, sed potius viderunt diuinam vacuari, vel infirmari nõ posse sententiam, quã se dominus prænunciauit in iudicio prolaturum, atq; dicturum: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Sic quippe ostẽdit æterno igne diabolũ, & angelos eius arsuros. & quod scriptum est in Apocalipsi: Diabolus q̃ seducebat eos, missus est in stagnũ ignis, & sulphuris, quo & bestia, & pseudoprophetæ cruciabũtur die ac nocte in secula seculorũ. Quibus verbis nihil scriptura diuina significare consueuit, nisi q̃ finem non habet temporis. Quamobrem prorsus nec alia causa, nec iustior, nec manifestior inueniri potest, cur verissima pietate (alias potestate) teneatur fixum, & immobile, nullum regressum ad iustitiam, vitamque sanctorum diabolum, & angelos eius habituros, nisi quia scriptura, quæ neminem fallit, dicit eis deum non pepercisse, & sic ab illo esse inter impios prædamnatos, vt carceribus caliginis inferni retrusi traderentur seruandi, atq; vltimo iudicio puniendi, quando eos æternus ignis accipiet, vbi cruciabuntur in secula seculorũ. Quod si ita est, quomodo ab huius æternitate pœnæ, vel vniuersi, vel quidam homines posi quantumlibet temporis subtrahentur, ac non statim eneruabitur fides, qua creditur sempiternum futurum esse supplicium: Si enim quibus dicetur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, vel vniuersi, vel aliqui eorum non semper ibi erũt, quid igitur causæ est, cur diabolus, & angeli eius semper ibi futuri esse credantur? An forte dei sententia, quæ in malos & angelos, & homines proferetur, in angelos vera erit, in homines falsa? Ita plane hoc erit, si non quod deus dixit, sed q̃d suspicantur homines plus valebit. Quod fieri, quia non potest, non argumentari aduersus deum, sed diuino potius dum tempus est, debent parere præcepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. Deinde quale est æternũ supplicium pro igne diuturni temporis non existimare, & vitam æternam credere sine fine, quã Christus eodem ipso loco, in vna eademq; sententia dixerit, vtrunq; complexus sic. Ibunt isti in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam? Si vtrunque æternum, profecto aut vtrunque cum fine diuturnum, aut vtrunque sine fine perpetuum debet intelligi. Par pari enim relata sunt, hinc supplicium æternum, inde vita æterna. Dicere autem in hoc vno, eodem quefensu, vita æterna sine fine erit, supplicium æternum finem habebit, multum absurdum est. Vnde quia vita æterna sanctorum sine fine erit, supplicium quoque æternum, quibus erit, finem proculdubio non habebit.

Math. 25. d

Apoc. 20. c

Math. 25. d

Filium Dei esse patris imaginem scripturæ testantur, doctores orthodoxi astruunt, ac declarant. Cap. XV.

FIlium Dei esse patris imaginem testantur scripturæ. Scriptũ est enim: Quod si etiã operatum est Euangeliũ nostrũ, in his qui pereunt est opertũ, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infideliũ, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. Et alio in loco: Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ &c. Et alio in loco: Nam quos præscíuit (inquit) & p̃destinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vnde & D. Augu. lib. prio de incarnatione verbi, cap. xi. hoc pacto scribit: Videamus sane q̃d intelligi debeat etiã de hoc, q̃ imago inuisibilis dei dicat, vt

2. Cor. 4. d

& p̃ hoc aduertamus qũo deus recte pater dicitur filij sui. Et consideremus proximo ex his, quæ cõsuetudine hoím imagines appellari solẽt. Imago interdũ dicit ea, q̃ in materia aliqua, id est, ligni, vel lapidis depingi, vel sculpi solet. Interdum imago dicitur eius q̃ genuit, is q̃ natus est, quũ in illo similitudinem liniamenta eius qui genuit, in eo qui natus est mentiuntur. Secundæ comparationi imago filij dei, de quo nunc sermo est, comparari potest, etiam secundum q̃ inuisibilis dei inuisibilis imago est. Sicut secundum historiam dicimus imaginem Adę esse filium eius Seth. Ita etiam scriptum est: Et genuit Adã Seth scdm imaginem suam, & secundum speciem suam. Quæ imago etiam naturæ, ac substantiæ patris, ac filij continet veritatem. Si enim oía quæ fecit pater, hæc & filius similiter facit, in eo quod ita facit omnia filius sicut pater, imago patris deformatur in filio, qui vtique natus ex eo est, velut quædam voluntas ex mẽte procedens. Et ideo arbitror, q̃ sufficere debeat voluntas patris ad subsistendum hoc, q̃d vult pater. Volens enim nõ alia via vtitur, nisi cõsilio volũtatis profertur. Ita ergo & filij ab eo subsistẽtia gñatur, q̃d necesse est in primis suscipi ab his, q nihil ingenitũ. i. innatum, p̃ter solum deum fatentur patrem. Et infra: Sicut volũtas procedit é mẽte, & neque partem aliquã mentis secat, neq; ab ea se paratur, aut diuiditur, tali quidem specie purandus est pater filiũ genuisse, imaginem. s. suam, sicut ipse inuisibilis est per naturam, ita imaginem q̃q; inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius, & nihil in eo sensibile intelligẽdum est. Sapientia est, & in sapientia nihil corporeum suspicãdum est. Lumen est verũ, quod illuminat oẽm hominem venientẽ in hũc mundũ, sed nihil habet cõmune ad solis huius lumẽ. Imago ergo est inuisibilis dei patris saluator noster, quantũ ad ipsum patrem quidem veritas, quantũ autẽ ad nos, quibus reuelat patrem, imago est, per quam cognoscimus patrem, quem nemo alius nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Reuelat autem per hoc, q̃ ipse intelligitur. Quo enim ipse fuerit intellectus, consequenter intelligitur & pater, secũdum hoc, quod ipse dixit: Qui videt me, videt & patrem. Et lib. vnico lxxxiij. quæstionũ, quæstione lxxiij. Imago (inquit) & æqualitas, & similitudo distinguenda sunt, quia vbi imago, continuo similitudo, non continuo q̃ qualitas. Vbi æqualitas, cõtinuo similitudo, non continuo imago. Vbi similitudo, cõtinuo imago, non continuo æqualitas, vt in speculo est imago hoís, quia de illo expressa est, est etiã necessaria similitudo, non tñ æqualitas, quia multa desunt imagini, quæ tñ insunt illi rei, de qua expressa est. Vbi æqualitas, continuo similitudo, non continuo imago, velut in duobus ouis paribus, quia inest æqualitas, inest & similitudo. Quæcunq; enim assunt vni, assunt & alteri, imago tamen non est, quia neutrum de altero expressum est. Vbi similitudo, nõ continuo imago, nõ cõtinuo æqualitas. Omne quippe ouum omni ouo, inquantum ouũ est, simile est, sed ouum perdicis, quamuis inquantum ouum est, simile est ouo gallinæ, imago tñ eius non est, quia de illo expressum nõ est, nec æquale, quia brevius est, & alterius generis animãtium. Sed vbi dicitur, nõ cõtinuo, vtiq; intelligitur, quia esse aliq̃ potest. Potest ergo esse aliqua imago, in qua fit etiã æqualitas, vt in parẽtibus, & filijs inueniretur imago, & æqualitas, & similitudo, si interuallũ temporis defuisset. Nã & de parente expressa est similitudo filij, vt recte dicatur imago, & potest esse tãta, vt recte etiã dicatur q̃qualitas, nisi q̃ parens tempore præcessit. Ex quo intelligitur & aliq̃ æqualitatem, non solum similitudinẽ habere, sed etiam imaginem, quod in superiori exemplo manifestum est. Potest etiam aliq̃ similitudo esse, & æqualitas, quamuis non sit imago, vt de duobus ouis paribus dictum est. Potest etiam similitudo & imago esse, quãuis non sit æqualitas, vt in speculo ostendimus. Potest & similitudo esse, vbi & q̃qualitas, & imago sit sicut de filijs commemorauimus, excepto tempore, quo præcedunt parentes. Sic enim æqualem syllabam syllabæ dicimus, quamuis altera præcedat, altera sequatur. In deo autem quia conditio temporis vacat (nõ enim potest recte videri deus in tempore generasse filiũ, per quem condidit tempora) consequens est, vt non solum sit imago eius, quia de illa est, & similitudo, quia imago, sed etiam æqualitas tanta, vt nec tẽporis qui dem interuallum impedimentum fit. Sed de imagine, & similitudine satis superq; dictum est in nostro Hexamero. Hoc vnum solum dixerim, doctores Græcos vt plurimum asserere spiritum sanctum patris imaginem esse, ac filij. Latini vero soli filio nomẽ imaginis tribuũt. Siquidem sacris in literis imaginẽ dici de spiritu sancto non reperitur, & merito. Nã quẽadmodum spũs sanctus quanquã patris naturã, sicut & filius sua capiat processione, attamen nõ dicitur natus. Itidem licet patris similem speciem accipiat, non dicitur tamen illius imago quẽadmodum filius. Siquidem filius vt verbũ procedit à patre, verbũ aũt similitudinẽ habet specici cum illo à quo procedit. At similitudo non est simpliciter de ratione amoris, quanquam hoc a nori, q̃ est spũs sanctus, quatenus est diuinus amor, cõuenire dicitur. Licet ergo spũs sanctus pa-

1. Cor. 13. d

Mat. 11. Luc. 10. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus patri,ac filio similis dicatur,non tamē dicitur imago.Damascenus autem, & alij fere omnes Græcorum doctores,quum dicunt spiritum sanctum imaginem esse patris,ac filij,nomine imaginis perfectam intelligunt similitudinem,vt diuus inquit Thomas Aquinas.

De imaginibus,quæ fiunt in ecclesijs,vel in domibus tenentur tam Christi,q̄ beatæ virginis,& aliorum sanctorum. Cap. XVI.

Gregorius

QVoniam hac tēpestate apud non nullos hæreticos imagines tum Christi,tum beatæ virginis,ac aliorū sctōrum contēnuntur, & franguntur,idcirco hoc in loco de ipsis, quid orthodoxi sentiant doctores,dicendum est.Diuus igitur Gregorius lib.epistolarum vij.epistola lij.hoc pacto scribit ad Secundinum seruum dei inclusum:Imagines,quas tibi dirigendas per Dulcidum diaconum rogasti,misimus.Vnde valde nobis tua postulatio placuit,quia illum toto corde,tota intentione diligis,cuius imaginem præ oculis habere desideras.Ab re non facimus,si per visibilia,inuisibilia demonstramus. Sic homo,qui alium ardenter videre desiderat,aut sponsam amans videre conatur,si contigerit eam ad balneum,aut ad ecclesiam ire,statim per viam incedenti se præparat, vt de visione eius hilaris recedat. Scio quidem,q̄ imaginem saluatoris nostri non ideo petis,vt quasi Deum colas,sed ob recordationē filij dei in eius amore recalescas,cuius te imaginem videre confideras.Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur,sed illum adoramus,quem per imaginem,aut natū,aut passum,sed & in throno sedētem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium dei reducit,animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passiōe demulcet.Ideo direximus tibi furtarias duas,imaginem dei saluatoris,& sanctæ dei genitricis Mariæ,beatorumq̄ apostolorumPetri,& Pauli continentes, per supradictum filium nostrum,& vnam crucem,clauim etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri apostolorum principis,vt per ipsum à maligno sis defensus, per cuius signum munitum te esse credis,& ex eo te protegat,qui iuuenilia semper suggerit recordari,vt in bonis actibus perseuerans,alios in eius amore accendas,propter quem te fecisti haberi,vt vitæ huius mala quēq̄ inimicus suggerit retro acta mentis prouentibus quasi facilius inardescas,pro cuius amore vitā etiā velis finire. Et epistola cix. ad Serenū Massilienſem episcopū de imaginibus in ecclesijs non confringendis:Quod fraternitati vestræ(inquit)tam sero transmittimus,non hoc tempori,sed occupationi deputate. Latorem vero præsentium dilectissimum filiū nostrum Cyriacum monasterij nostri patrem vobis in omnibus commendamus,vt nulla hunc in Massilienſi ciuitate mora detineat,sed ad fratrem,& coepiscopum nostrum Syagrium cum sanctitatis vestræ solatio Deo protegente proficiscatur.Præterea indico dudum ad nos peruenisse, quod fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens,easdem Ecclesiæ imagines confregit,atq̄ proiecit.Et quidem zelum vos,ne quid manufactū adorari possit,habuisse laudauimus,sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesijs adhibetur,vt hi qui literas nesciunt,saltem in parietibus videndo legant,quæ legere in codicibus non valent.Tua ergo fraternitas & illas seruare, & ab earum adoratu populū prohibere debuit,quatenus & literarum nescij haberent vnde scientiam historiæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret.Et libro ix.epistola ix.ad eundem Serenum episcopum Massilienſem:Sed quia monita (inquit) salubria pensare postponis,contigit vt ea non solum actu,verumetiam esses interrogatione culpabilis. Perlatum siquidem ad nos fuerat,quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatiōe,ne adorari debuissent,confregeris. Et quidem,quia eas adorari vetuisses,omnino laudanimus,fregisse vero reprehendimus. Et dic frater à quo factum sacerdote aliquādo audituri est quod fecisti?Si non aliud,vel illud te non debuit reuocare, ne despectis alijs fratribus,solū te sanctū, & esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam cognitis adorandum addiscere.Nam quod legentibus scriptura,hoc idiotis præstat pictura cernentibus,quia in ipsa etiam ignorantes vident,quod sequi debeant,in ipsa legunt qui literas nesciunt. Vnde & præcipue gētibus pro lectione pictura est. Quod magnopere attendi debuerat,ne dū recto zelo incaute succenderis,ferocibus animis scandalum generares.Frangi vero non debuit,quod non ad adorandum in ecclesijs,sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condisses, sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergeres, sed potius dispersum poteras congregare, vt pastoris in te meritum nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet, Hinc autē dum in hoc animi tui incaute nimis motus exequeris,ita

ris,ita suos scandalizasse filios perhiberis,vt maxima eorum pars à tua se communione suspenderit.Quādo vero ad ouile dominicū errantes oues adducas,qui quas habes retinere nō prævales?Proinde hortamur,vt vel nunc studeas esse solicitus,atq̄ ab hac te præsumptione compescas,&eorum animos quos à tua diuīctos vnitate cognoscis paterna ad te dulcedine,omni adnisu,omniq̄ studio reuocare festines.Conuocandi enim sunt dispersi Ecclesiæ filij, eiscq̄ scripturæ sanctæ est testimonijs ostendendum,quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam scriptum est:Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies.Ac deinde subiungendum est,quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, Luc. 4.
vt nescientes literas,ipsam historiam attendentes,discerent quid actum sit,quia transisse in adorationem videras,idcirco commotus es,vt eas imagines frangi præciperes.Atque eis dicē dum:Si hanc instructionem ad quam imagines antiquitus factæ sunt,habere vultis in Ecclesia,eas modis omnibus,& fieri,& haberi permitto.Atq̄ indica,quod nō tibi ipsa visio historiæ,quæ pictura teste pandebatur,displicuerit:sed illa adoratio,quæ picturis fuerat incompetenter exhibita.Atq̄ in his verbis eorum mentes demulcens eos ad cōcordiā tuā reuoca. Et si quis imagines facere voluerit,minime prohibe:adorare vero imagines,oīnibus modis deuita.Sed hoc solicite fraternitas tua admoneat,vt ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipiant,& in adoratione solius omnipotentis sanctæ trinitatis humiliter prosternant. Cuncta vero hæc amore sanctę Ecclesiæ,& tuæ fraternitatis loquimur.Non ergo ex mea correptione frangatur à zelo rectitudinis,sed magis adaugeat in studio piæ dispensationis. Est autem adnotandum(vt diuus inquit Thomas)ex philosophi sententia in libro de memoria, & reminiscentia,duplicem esse motum animæ.Vnum quidem quatenus res quædā est,alterum vero quatenus alterius est imago.Et prior quidem motus,quispiam in imaginem, quatenus res est,mouetur:alter est,à motu,qui est in rem ipsam.Alter vero motus,qui est in imaginem, quatenus imago est,vnus,idemq̄ cum illo est,qui est in rem ipsam.Si igitur Christi imaginē cōsyderemus, quatenus res est,vtputa lignum sculptum,vel pictum,siue aurum,aut argentū, nullus profecto cultus,nullus honor illi exhibendus est.Siquidem honor siue reuerētia rebus rationē,siue intellectu expertibus,non est exhibendus. At si illā expendamus,quatenus imago est,quum sit idem motus in imaginem,quatenus imago est,& in rem ipsam,cuius est imago, profecto quemadmodum Christus adoratione latriæ colitur,& adoratur,itidē & illius imago eodem cultu,eadem adoratione veneratur.Vnde est annotādum,Apostolos instinctu spiritus sancti nonnulla Ecclesijs tradidisse seruanda,quæ in scriptis non reliquerunt,sed in Ecclesiarum duntaxat obseruatione per fidelium successionem.Quamobrem in secunda ad Thes- 2.Thes.2.
salonicenses epistola,cap.ij.Paulus scripsit Apostolus:State,& tenete traditiones, quas didicistis,siue per sermonem,siue per epistolam.Et in numero harum traditionum adoratio imaginis Christi est,eo quo supra diximus modo.Vnde & Lucas Euangelista Christi imaginem, q̄ Romæ habetur in templo sanctæ Mariæ Maioris depinxisse dicitur.Vnde quod ait Apostolus,Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis,intelligendum est de adoratione imaginum,quatenus res sunt,& rerum quarum erant Rom.1.c.
imagines.Siquidem imagines statuerāt creaturis nullis,quas adoratione latriæ venerabant, putantes illas veros esse Deos.Quod Christi imagini nō vsuuenit,quoniam Christus,qui est res per imaginem repræsentata,verus est Deus.Idem dicendum est de cruce Christi,in qua Christus crucifixus est.Siquidem si illam expendamus,quatenus Christi figuram nobis repræsentat,qui in illa fuit extensus,& contactum membrorum Christi,& illius sanguinem,quo fuit perfusa,eodem cultu,eodem honore,eadem honoratione veneraf qua Christus. At si crucis Christi effigiem consyderemus quāuis in materia,puta auri,argenti,ligni,vel lapidis,hoc pacto illam veneramur dūtaxat vt Christi imaginem. Quamobrē & Damascenus lib.iij scribit:Preciosum lignum vt sanctificatum tactu sancti corporis,&sanguinis decenter adorādū. Scribit autem Petrus de Palude distinctione ix.tertij sententiarum,citans Sigisbertū,quod an nos extodecimo Leonis imperatoris tertij Gregorius papa synodum nongentorum trium episcoporum Romæ congregauit,& veneratione sanctarum imaginum confirmauit,earūq̄ violatores generali sententia anathematizauit.

De imbre,quid mystice significet. Cap. XXII.

IMber(vt diuus ait Greg.)est sermo Dei,iuxta illud Iob:Quis dedit vehemētissimo imbri cursum?Vbi idem Greg.lib.xxix.Moraliū,cap.xv.hoc pacto scribit:Si vero(vt superius diximus)diuisi æstus noie illa in Iudææ regionibus persecutio designat, vt ipsa persecutionis asperitas prædicatores sanctos superno munere adiutos,à fœdationis suæ ministerio nullo timore cō Iob.38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

more compescuit, apte subiungit. Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum? Ac si diceret, ni si ego. Diuiso enim æstu, cursum vehementissimo imbri dedisse, est inter ipsas persecutionis angustias prædicationis impetum roborasse, vt tanto magis virtus prædicãtium cresceret, quãtomagis persequentiũ crudelitas obuiaret, quatenus arentia corda audientium pluuiæ guttis infunderent & siccitatem perfidiæ vberius irrigarent, vt q̃uis contra eos sæuitiæ æstus cãderet, per eos tñ vox gratiæ non taceret. Hunc persecutionis æstum Paulus & tolerabat & irrigabat, quum diceret: Laboro vsq; ad vincula, quasi male operans, sed verbũ Dei non est alligatum. De hoc imbre alias dicitur: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrẽ. De hoc cursu imbris, qui in electorum cordibus agitur Psalmista testatur, dicẽs: Velociter currit sermo eius. Plerunq; vero imber est, & cursum nõ habet, quia ꝓdicatio ad aures venit, sed cessante interna gratia, ad corda audientium non pertransit. De cuius prædicationis verbis propẽ electos dicitur: Etenim sagittæ tuæ pertransierunt. Sagittæ quippe dei pertranseunt, qñ ỽba prædicationis eius ab auribus ad corda descendunt. Quod quia solo diuino munere agit, imbri cursum dñs se dedisse testatur. Sed notandũ video, q̃ eũdem imbrem non vehementem, sed vehemẽtissimũ vocat. Imber vehemens, est vis magna. Imber vero vehementissimus, vis immensa prædicationis. Vehemens nanq; imber erat, quum prędicatores sancti credere eterna gaudia suadebant. Imber autem vehementissimus, qñ propter spem admonebat rem deseri, cuncta visibilia propter inuisibilia cõtemni, & propter audita gaudia, prȩsentis seculi pœnas, cruciatusq; tolerari. Sed quum fide cognita fœuiente ẽstu persecutionis, tor electi possessa reliquerunt, carnalis affectus obliti sunt, & præ gaudio spiritus, in cruciatibus membra posuerunt, quid aliud dñs fecit, nisi etiam vehementissimo imbri cursum prębuit, qui vsq; ad exquenda summa præcepta p̃ verba corporis, inuisibilia cordis irrigauit? Et lib. xxvij. Moral. cap. xviij. exponẽs illud Iob, Et imbri fortitudinis suæ: Imber (inquit) fortitudinis dei, est prædicatio diuinitatis. Nam imber infirmitatis, est prędicatio eius incarnationis, de qua p Paulum dicitur: Quod infirmũ est dei, fortius est hominibus. Et rursum: Si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Sic autẽ sancti viri humanitatis eius infirma ꝓdicant, vt auditorum suorum cordibus etiã diuinitatis fortia infundãt. Audiamus p tonitruũ nubis imbrẽ fortitudinis, In principio erat verbũ, & ỽbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Audiamus etiã imbrẽ infirmitatis, Verbũ caro factũ est. Audiamus imbrẽ fortitudinis, Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est ipso, vita erat. Audiamus etiã imbrẽ infirmitatis. In propria venit, & sui ei nõ receperunt. Imbri ergo fortitudinis suę ꝓcipit, vt in terrã desedat, qa sanctorũ suorũ vocibus sic nobis humanitatis suæ infirma ꝓdicat, vt nobis etiam mira, & fortia suę diuinitatis innotescat. Et lib. xvi. cap. xxiiij. exponens illud Iob, Quod imbres mõtiũ rigãt &c. Imbres (inquit) mõtiũ, sunt verba doctorũ. De qbus mõtibus voce sanctæ Ecclesiæ dicitur: Leuaui oculos meos ad montes. Hos itaq; imbres montiũ rigãt, quia sanctoꝝ patrũ fluenta satiãt. Et lib. xx. cap. secundo, exponens illud Iob, Expectabant me sicut pluuiã, & os suũ aperiebant quasi ad imbrẽ serotinũ: Verba (inquit) sanctæ ꝓdicationis sicut pluuiã sustinemus, quum vera humilitate ari ditatem cordis nostri agnoscimus, vt pontã sanctæ ꝓdicationis irrigemur. vnde deo recte p Psalmistam dicitur: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. His doctrinæ fluentis infundi propheta nos admonet, dicens: Omnes sitientes venite ad aquas. Qui dum in exterema parte iã sęculi verba sanctę ꝓdicationis accipimus, vt ponti ad imbrem serotinum os cordis aperimus. Nam si os in corde, non esset. Psalmistam non diceret: Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Os igitur cordis, quia verbis intendimus vltimæ prædicationis, hoc velut serotinis aperimus fluentis. Quæ nimirum prædicatio ex eius ad nos sacrificio prodijt, qui per Psalmistam dicit: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Quia enim redemptor noster iuxta mundi finem vim persequentium pertulit, semetipsum pro nobis sacrificium vespertinum dedit. De hoc imbre serotino scriptum est: Dabo vobis pluuiam temporaneam & serotinam. Temporaneam quippe pluuiam dedit, quia electis suis priori tempore legis intellectum contulit. Serotinam quoq; ꝓ pluuiam tribuit, quia prædicari diebus vltimis incarnationis suæ mysterium fecit. Imber ꝙ ẽ assidua tẽtatio, vt dictum est in dictione, Hyems. Et diuus Hieron. exponens illud Esaiæ, Et qũo descẽdit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra nõ reuertitur &c. sic erit verbũ meũ, hoc modo scribit: Iuxta anagogẽ duplex intelligẽtia est, q̃ verbũ dñi, vel ille sit, de q̃ scriptum est: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Qui non reuertetur ad eũ vacu⁹, nisi patris fecerit volũtatẽ, & vniuersa cõpleuerit, ꝓpter q̃ fuerat corporatus, & mundũ reconciliauerit deo. Qui de ore ꝓcedere dicit, & de vtero, ac vulua, nõ q̃ deus hæc membra habeat sed q̃ nos naturã dñi p nostra verba discamus. Vel certe hoc dicẽdũ, q̃ Euãgelicę sermo doctrinæ, imber appelletur, & pluuiæ, quas fundunt sup terrã bonã nubes spirituales ad quas peruenit veritas Dei. Quẽ imbrẽ, & quas pluuias Moyses in Deuteronomȝ cãtico pollicetur, Audiat terra ỽba oris mei. Expectet sicut pluuia eloquiũ meũ, & descendant sicut ros verba mea, vt q̃ seminauerint in lachrymis, in gaudio metãt. Et q̃ seminauerint in iustitia, & spiritu, metant fructũ vitæ sempiternæ, accipiãtq; panẽ doctrinæ Euãgelicæ, de q̃ in Proverbijs, & in Ecclesiaste scriptũ est: Aperi oculos tuos, & implere panibus. Et iterum: Mitte panẽ tuũ sup aq̃, quia in multitudine dierũ tuoꝝ inuenies eũ. Neq; esũ credẽdũ est, q̃ ꝓcipiat vescentibus, vt ad comedendũ hũc panẽ, q̃ corpora nutriunt, oculos aperire debeant, & ficsaturari panibus, quos in Abacuc comedit pauper absẽdite. Sed ad panẽ doctrinæ cohortat dei, quę, nisi aperuerimus oculos cordis nostri, comedere nõ possumus. De q̃ sæpe scribit & Paulus his qui fidei, & veritatis sermonibus nutriuntur. Præcipit q̃ doctori, vt panẽ doctrinæ suæ mittat super oẽm aq̃, & cunctis infundat gratiã spiritualẽ, sciat q̃ si fecerit q̃ ꝓcepta sunt, in nouissimo tẽpore sit ꝓmia recepturus. Et exponẽs illud Hieremiæ, nunquid sunt in sculptilibus gẽtiũ qui pluant, aut cœli possunt dare imbres? Dicamus (inquit) hoc & cõtra hæreticos q̃ pluuiã doctrinarũ tribuere nõ possunt. Et quũ se cœlos esse pronuntrant, & de se scriptũ glorient, Cœli enarrant gloriã Dei, tamen imbres nõ possunt dare doctrinæ. Solus est enim Deus, qui suã instruat populũ, & diuersitates gratiæ tribuat expectantibus se. Et exponens illud Oseę, quasi diluculũ prȩparatus est egressus eius, & veniet nobis quasi imber tẽporaneus, & serotinus terræ. Quasi diluculũ ꝓparatus est &c. De q̃ iuxta tropologiã in xviij. Psalmo legimus, Et ipse tanq̃ sponsus ꝓgredi⁹ de thalamo suo. Qui non solũ mane vocat, & aurora, & diluculũ, sed venuet nobis quasi imber tẽporaneus, & serotinus terræ. Nos Christũ recepimus temporancũ, qñ fidei in nobis iacta sunt fundamenta, & suscipiemus eũ imbrẽ serotinũ, qñ maturis segetibus fruges capiemus æternas, & in dñica horrea recõdemur. Ergo Iudæi, qui tẽporaneas pluuias nõ receperunt, & absq; pluuijs iecere sementẽ, fructus in vltimo tẽpore nõ recipiẽt. Hæc est pluuia, q̃ dñs pollicet, dicens: Dabo vobis pluuiam tẽporaneã, & serotinam. Iuxta allegoriam datur pluuia temporanea quando ex parte cognoscimus, datur pluuia serotina, quãdo venerit quod perfectum est. Semperq; dñs manesurgentibus paratus est, qui possunt dicere, Consurgam diluculo. Et, Deus deus meus ad te luce vigilo. Et exponens illud Ioel, Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum, & serotinum in principio &c. hoc pacto scribit: Pluuia tempestiua est, quando primum doctrinam suscipimus, pluuia serotina, quãdo laboris nostri fructus recipimus, & ad perfectam scripturarum sanctarũ scientiam peruenimus. Potest pluuia temporanea, & serotina, vetus, & nouum accipi testamentum.

Deu. 11. b.
Psal. 50. b.
Psal. 26. a.

Quid impetigo, quid ve inauris mystice significent. Cap. XVIII.

IMpetigo, de qua scriptum est: Si impetiginẽ in corpore, auaritiã significat, vt diuus Greg. in prima parte Pastoralis, cap. xi. Impetiginẽ (inquit) habet in corpore, q̃squis auaritia vastatur in mente, quæ si in paruis non conpescit, nimirum fine mensura dilatatur. Impetigo quippe fine dolore corpus occupat, & absq; occupati tædio excrescens, membrorũ decorẽ fœdat, quia & auaritia captiuã animã, dũ q̃si delectat, exulcerat, dũ adipiscenda q̃q; cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit, quia ęstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutũ pulchritudo deprauatur, & qnasi totum corpus exasperat, quia p vniuersa vitia animũ supplantat. Paulo attestante, qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas.

De inaure autem scriptum est in Iob: Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnam, & inaurem auream vnam. Quæ verba diuus enarrans Gregorius libro. Moral. xxxv. cap. xij. hoc pacto scribit: Quid per ouem, nisi innocentia, quid per inaurem, nisi obedientia designatur? Per ouem quippe simplex animus, per inaurem vero ornatus humilitatis gratia auditus exprimitur. Et cap. xiiij. Notandum vero est quod hoc loco cum inaure ouis, cumoue inauris offertur, quia nimirum innocuis mentibus ornamentum semper obedientiæ iungitur, dño attestante, qui ait: Oues meę vocẽ meã audiunt, & ego cognosco eas, & sequntur me. Beato igitur Iob nemo inaurẽ sine oue, nemo ouẽ sine inaure obtulit, qa ꝓfecto redẽptori suo nõ obedit, qui innocens nõ est, & innocẽs esse nõ potest, qui obedire cõtemnit. Quia vero ipsa obedientia nõ seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ, cũ sit qui ad conuiuium veniunt, aureã inaurẽ obtulisse perhibent, vt videlicet in ea, q̃ exhibet obedientia charitas fulgeat, q̃ virtutes oẽs, quasi auri more, cœtera metalla transcendat. Sed quia nulla esse innocentia, nulla esse vera obedientia in multiplicibus hæreticorũ diuisionibus potest, ad

Iob. 37. b.
Iob. 29. d.
Hiere. 5. f.
Ioha. 10. a.
Iob. 42. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt ad cognitionem fidei venientes offerant ouẽ,ſed vnam,offerãt inaurẽ ſed vnã,id eſt, tales veniãt,qui in vnitate ſanctæ Eccleſiæ innocui,obedientesq; perſiſtant. Vnum quippe di uidi per numeros non poteſt,quia & ipſum vnum q; dicimus,numerus nõ eſt. Offerant igi- tur ouem vnã,& inaurem vnã id eſt,ſanctã Eccleſiã cum innocentia,atq; obedientia,venien- tes,eã mentẽ deferant q̃ ſectarũ ſciſmata nõ diuidant. Inauris ergo eſt obedientia,quę ſola vir tus eſt(vt illic Gregorius ait,capi.xij)quæ virtutes cęteras menti inſerit,inſertasque cuſto- dit. Hinc Samuel ait: Melior eſt obedientia,quam victimæ,& auſcultare magis,quam offerre adipem arietum,qñ quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare,& quaſi ſcelus idolatriæ nolle ac quieſcere. Obedientia quippe victimis iure p̃ponit,qa p victimas aliena caro,p obedientiã ve ro voluntas propria mactatur. Tãto igit quiſq; Deum citius placat, quanto ante eius oculos repreſſa arbitrij ſui ſuperbia,gladio præcepti ſe immolat. Quo contra ariolandi peccatum in obedientia dicitur,vt quanta ſit virtus obedientiæ demonſtretur. Ex aduerſo igitur melius oſtẽditur,quid de eius laude ſentiatur. Si enim quaſi ariolandi peccatũ eſt repugnare,& quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere,ſola eſt,q̃ fidei meritũ poſſidet,ſine qua quiſq; infidelis ef- ſe conuincitur,etiã ſi fidelis eſſe videatur. Hinc per Salomonẽ in oſtenſione obedientiæ dicit; Vir obediens,loquetur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur,qa dũ alienæ voci Prou.21.d humiliter ſubdimur,noſmetipſos in corde ſuperamus. Hinc in euãgelio veritas dicit: Eũ q ve nit ad me,nõ eiciã foras,quia de cœlo deſcendi,non vt faciã volũtatem meã,ſed volũtatẽ eius, Ioha.6.d. qui miſit me. Qui enim,ſi ſuã faceret,eos q̃ad ſe veniũt,repulliſſet? Quis aũt neſciat,q̃ volũtas filij,à patris voluntate nõ diſcrepet? Sed qñ primus hõ,qa ſuã facere voluntatẽ voluit,à para- diſi gaudio exiuit,ſecũdus ad redẽptionẽ hoim veniens,dũ volũtatẽ ſe patris,& nõ ſuã facere oſtendit,permanere nos intus docuit. Quũ igitur nõ ſuã,ſed patris voluntatẽ facit,eos q̃ad ſe veniũt,foras nõ eiicit,qa dũ exẽplo ſuo nos obedientiæ ſubiicit,viã nobis egreſſionis claudit. Iohan.5.c. Hinc rurſum ait: Nõ poſſum à meipſo facere quicq̃,ſed ſicut audio iudico. Nobisquippe obedi ẽtia vſq; ad mortem ſeruanda præcipitur. Ipſe autẽ ſi ſicut audit,iudicat,tunc ẽq; obedit,quũ iudex venit. Ne igitur nobis vſq; ad præſentis vitæ terminũ obedientia laboriоſa appareat, redemptor noſter indicat,qa hãc etiã,quũ iudex venerit,ſeruat. Quid ergo mirũ ſi hõ pecca- Pro 17.b. tor ſe obedientiæ in ſẽtis vitæ breuitate ſubiicit,qñ hãc mediator Dei & hoim,& quũ obedi entes remũnerat,non relinquit? Et in Prouerbiis ſcriptũ eſt: Inauris aurea,& margaritũ ſul- gens,qui arguit ſapientem,& aurem obedientẽ. q̃ exponens diuus Hiero. hoc pacto ſcribit: Recte humilis auditor inauri comparatur aureæ,quia dũ libenter increpanti ac docenti aurę accõmodat,iam ſeſe ad recipiendũ claritatẽ ſapientiæ cœleſtis præparat,iã ſuper næ lucis vſio ni appropiat. Recte magiſter eruditus margarito fulgenti aſſimilatur,quia dum emendatio- nem morũ,dum ſupernorum ſcientiam deſiderantibus,ac pie quærentibus animis oſtendit, quaſi aureo ornatu maiorem inſuper,gratioremq; fulgorem gẽmæ ardentis annectit.

Caſſiodor.

Quid incenſum myſtice ſignificet. Cap. XIX.

INcenſum orationem ſignificat iuxta illud Dauidicum: Dirigatur oratio mea ſicut incen- ſum in conſpectu tuo &c. Incenſum eſt odoriferi pigmenti ſuauis aduſtio, quæ carboni- bus conceremata,gratiſſimum fumum porrigit ad ſuperna,& odorãtes ſe delectabili iocun di- tate permulcet. Sic beatorum oratio igne charitatis incenſa diuinis conſpectibus ingeritur,q magis humilitatis,& cõpunctionis pondere ſubleuatur. Virtutibus enim dñs noſtris,tangibo nis delectatur odoribus. Nam orationem ſanctã,velut odorem ſuauiſſimum ſuſcipere dñs,& in Apocalipſi legitur,vbi dictum eſt: Stetit Angelus ſuper aram dñi habens thuribulum aure um in manu ſua,& aſcendit fumus ſupplicationum(alias incenſorũ)de manu Angeli,in con- ſpectu dñi,vt daret de orationibus ſanctorũ,quod eſt ante Deum. Sequitur: Eleuatio manuũ mearum,ſacrificium veſpertinum. Eleuatio manuũ,ſignificat operã piam,quæ aut in eccle ſynis exercetur,aut in aliqua probabili conuerſatione peragitur. Sacrificium vero veſpertinũ illã oblationem fortaſſe ſignificat, quam in vitæ fine domino ſolet offerre religioſa deuotio, quum pœnitentiam gerimus,& humili noſ ſupplicatione purgamus,ſicut dictum eſt: Sacrifi- cium Deo,ſpiritus contribulatus. Veſpera noſtra eſt,quando iſtam lucem,morte veniente,de Auguſtinus ſerimus. Et Auguſtinus: Oratio pure directa de corde fideli,tanquã de ara ſancta ſurgit incen- ſum. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinũ. Sacrificiũ veſpertinũ,eſt paſſio Chri ſti,crux Chriſti,oblatio victimæ ſalutaris,holocauſtũ acceptum Deo. Iſtud ſacrificiũ veſperti nũ fecit in reſurrectione munus matutinũ. De capite noſtro dicitur: Eleuatio manuũ &c. De clinante iã die in veſperũ,dñs in cruce animã depoſuit recepturus,nõ amiſit inuitus. Sed tñ & ibi nos figurati ſumus. Quid enim illius pepẽdit in ligno,niſi quod de nobis accepit? De incẽ- ſo quoq;

ſo quoq; ſiue thure ſcriptũ eſt: Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertũ,ſicut virgula fumi ex aro matibus myrrhæ,& thuris,& vniuerſi pulueris pigmẽtarij? Quæ verba diuus enarrans Gre- gorius in cõmentarijs,hoc modo ſcribit: In deſerto vtiq; in hoc mũdo Eccleſia,ſiue ſanctaq; q̃ alia viuit,dum à regno exul,inter beſtias,dæmones videlicet degit. Hic enim & ſi non omnino à ſponſo deſeritur,tñ dum in carne eſt,nondum ad certã eius viſionem admittitur,dũ ab eo per exilia,& tentationes peregrinatur,quia dum adhuc cum eo nõ regnat,deſeri ab eo ſibi vi detur. Ob hoc ſemper laborat,vt aſcendat,vt quẽ valde diligit,magis ac magis ſentiat,quate nus,quoniam perfecte eum in deſerto nõ tenet,vel ipſo eius deſiderio ſe reficiat,vt ſic in via roborata,quandoq; ad hoc,quod diu concupiuit,perueniat. Sunt quippe nonnulli,qui dũ oĩa viſibilia faſtidiunt,mentem in cœleſtia erigunt,& quia in infimis nihil,quod eis dulceſcat,cõ ſpiciunt,totũ cor ad ſuperna amando conuertũt. Hi ab omnibus malis moribus ſe exuunt,cen ſum(alias ſenſum)mundi cum cupiditatibus contemnunt,ſpe ad inuiſibilia tendũt,& quo am pliori deſiderio illis inhęrent,eo magis,ac magis moleſte corruptionẽ ferunt,q̃ habent. Hi ni- mirũ per deſertum aſcẽdunt,quia dum in hoc mũdo inter tentationes viuũt,quo amplius,dũ hic morãtur,deſeri metuunt,eo quidẽ fortius iſta deſerunt,& feruentius ad illa gradiuntur,in quibus,quum fuerint,nihil amplius,q̃ eos amoueat,iam timebunt. Bene autem ſicut virgula fumi aſcendere dicuntur,quia & odorẽ bonæ famæ,& ſubtilitatẽ mentis habere dicunt. Nõ autem quarumlibet,rerum fumus iſte eſſe dicitur,ſed ex aromatibus myrrhæ,& thuris,& vni uerſi pulueris pigmentarij exiſtere declaratur. Myrha quippe mortuorum corpora,condiun tur,ne putreſcant,thura vero accenduntur,vt redoleant. Per myrrhã ergo,carnis mortifica tio deſignat,per thus vero,orationum mundicia intelligitur. Sancta igitur anima,dũ carnẽ ſuã à putredine vitiorũ mortificat,dũ oĩs mũdi voluptates p cõtinẽtiã abnegat,quaſi myrrhã mortuo corpori adhiber,vt poſt iudicium à corruptione æterna ſanũ pmaneat. Quũ vero ſe ad cœleſtia maiori deſiderio accendit,& à cordis cubiculo oĩs ſuperfluas cogitationes feruen- ter abiicit,quaſi thuribulũ cor ſuũ corã Deo facit. In quo dũ per dilectionẽ virtutes cõgregat, quaſi carbones in thuribulo coaptat,in quo ſeipſam mens in conſpectu Dei igne charitatis ac cendat,dumq; feruentes,& mundas orationes ad Deũ emittit,quaſi fumum aromatũ ex thu ribulo educit,vt corã dilecto ſuaue redoleat,& proximos quoſq; ad eius amorẽ per bona ex- empla concitare non deſinat. Sed notandum,quod non ait vniuerſi pigmẽti,ſed vniuerſi pul ueris pigmentarij. Pigmenta quippe facimus,quando virtutes in corde congregamus. Quã ve noſtras noſtras virtutes per ſingula quæq; opera diligentius retractamus,ne quid in operibus noſtris incultum remaneat,ne inter virtutes vitium lateat,tunc proculdubio vnguenta virtu tum quaſi in puluerem tundimus,vt eo mũdiora fiant opera noſtra,quo ſubtilius ea ab omni Can.4.de ſubreptione vitiorum diſcernere non ceſſamus. Et eodem lib,cap.iiij. ſcriptum eſt: Vadam ad montẽ myrrhæ,& ad collẽ thuris. vbi diuus Gregorius ſic ſcribit: Quid per montẽ myrrhę, niſi fortem altitudinem mortificationis in opere,& quid per collem thuris intelligimus, niſi altam humilitatem in oratione? Ad montem ergo myrrhæ,& ad collẽ thuris ſponſus vadit,qa eos familiariter viſitat,quos per mortificationẽ vitiorum ad alta proficere,& per mundas,& humiles orationes ſuauiter redolere ſpicit. His qppe virtutibus ſancta eccleſia,vel vnaquæq; ſua munda efficitur,quia dum per voluptatum mortificationẽ vitijs reluctatur,& per ſanctas orationes frequenter lachrymis abluitur,ſordes lauat,vt ſponſo placeat,cui pulchra apparere conatur. Cuius conatum ad effectum ſponſus per gratiam ſuam ducit,opusq; ſuum in ſpon- Mat.2.d ſa benigne laudat,& dicit: Tota pulchra es amica mea,&c. Et exponens illud Euangelicum, Et apertis theſauris ſuis,obtulerunt ei munera,aurũ,thus,& myrrham,hoc pacto ſcribit: Au- rum regi congruit,thus vero in ſacrificium Dei ponitur,myrrha autẽ mortuorũ corpora cõ diuntur. Eũ ergo Magi,quem adorant,etiam myſticis muneribus prædicant,auro regem, thure Deum,Myrrha mortalem. Quamuis in auro,thure & myrha intelligi & aliud poteſt. Auro nanque ſapientia deſignatur,Salomone atteſtante,qui ait: Theſaurus deſiderabilis re- quieſcit in ore ſapientis. Thure autẽ quod Deo incenditur,virtus orationis exprimitur,Pſal miſta atteſtante,qui dicit: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Per myr- rham vero carnis noſtrę mortificatio figuratur. Vnde ſancta Eccleſia de ſuis operarijs vſquẽ ad mortem pro Deo certantibus,dicit: Manus meæ diſtillauerunt myrrham. Nato ergo re- gi aurum offerimus,ſi in conſpectu illius claritate ſupernæ ſapientiæ reſpondemus. Thus offe rimus,ſi cogitationes carnis per ſancta orationũ ſtudia in ara cordis incẽdimus,vt ſuaue aliqd Deo per cœleſte deſiderium redolere valeamus. Mirrham offerimus,ſi carnis vitia per abſtinẽ Can.5.b tiam mortificamus. Per myrrham nanque (vt diximus) agitur,ne mortua caro putrefiat.

Mortuã

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mortuam vero carnem putrescere, est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire sicut de quibusdam per prophetã dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere, est carnales homines in fœtore luxurię vitam finire. Myrrhã ergo Deo offerimus, quando hoc mortale corpus à luxuriæ putredine per condimentum continentiæ custodimus. Et homilia xxij. super Ezechielem, exponens illud Cãticorum, Quæ est Can.3.a. ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris? Sancta (inquit) electorum Ecclesia, quum ab hoc mũdo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, Psal.140.2 per desertum quod deserit, ascendit. Qualiter vero ascendat, adiungit, Sicut virgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur, sicut per Psalmistam dicitur: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus excutere lachrymas solet. Itaq; fumus est ex aromatibus, conpunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Quæ tamen oratio fumi virgula dicitur, quia dum sola cœlestia postulat, secreta progreditur, vt ad terrena, atq; temporalia pertenda minime reflectatur. Et notandum, quod nõ virga, sed virgula nuncupatur, quia interdum in cõpunctionis ardore tantæ subtilitatis est vis amoris, vt hanc nec ipse animus possit cõprehendere, qui illuminatus meruit habere. Bene autem dicitur, Myrrhæ, & thuris. Thus enim ex lege dño in sacrificium incenditur. Per myrrham vero corpora mortuorum condiuntur, ne vermibus corrumpantur. Myrrhæ ergo & thuris sacrificium offerunt, qui & carnẽ afficiũt, ne eis corruptionis vitia dominentur, & redolentem in conspectu dñi amoris sui hostiam incendunt, seq; ipsos deo in sanctis virtutibus exhibent. Vnde & illic subditur, Et universi pulueris pigmentarij. Puluis est pigmentarij, virtus bene operãtis. Et notandũ, q; virtutes bene operantiũ non pigmenta, sed pulueres dicuntur. Quum enim quælibet bona agimus, pigmenta offerimus. Quum vero ipsa etiam bona quæ agimus, retractantes, & ne quid in his finistrum sit, iudicio retractationis attẽdimus, quasi ex pigmentis puluerem facimus, vt orationem nostram domino per discretionem, & amorem subtilius incendamus.

Quid infernus, infirmitas, infirmusq; mystice significent. Cap. XX.

Iob.26.d. Hebr.4.d

QVid infernus mystice significet, diuus ostendit Greg. lib. Moral. xvij. cap. xi. exponẽs illud Iob, Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimẽtum perditioni: Quod Paulus (inquit) quoq; ait: Omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius. Inferni vero, & perditionis nomine diabolum omnesq; damnationis eius socios designauit. Et lib. x. cap. x. exponẽs Iob,11.b. illud Iob, Inferno profundior, quia (ait) transcendendo subuehit, quamuis possint & inferni vocabulo dæmonia signari. Profundior igitur inferno est, quia malignorum spirituum astutias longe subtilius, quam ipsi putauerant, iudicans damnat. Vel ipse homo infernus dicitur, quum tentationum suarũ caligine perturbatus ni infimis iacet. Inferno profundior est Deus, quia nimirum plus indicat, q̃ ipse se humanus animus in tentationibus inuestigat. Inferno profundiora nouerat qui seipsum discutiẽs, sed eius subtiliora iudicia pertimescẽs, dicebat: Nihil mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me dominus est. 1.Cor.4.a. Psal.6.c. Cassiodor.

De infirmo autem scriptum est: Miserere mei dñe, quoniam infirmus sum. Infirmitatis cõfessio cœlestis medici misericordiam mouet, à quo facile impetrantur remedia, quum offenduntur vulnera manifesta. Non enim dixit, Quoniã mereor, sed quia iustitiã tuã sustinere nõ valeo. O clemẽtia magna creatoris. A iudice pœnam, quid rei dicere debeamus. Docemur pietatẽ petere, ne nos iustitia possit absumere. Quis iam dubitet eum verba sua audire posse, si tamen talis sit precantis animus, qualem ipse est iubere dignatus? Sana me dñe, quoniam conturbata sunt ossa mea. In deprecatione eadem perseuerat. Pio medico dicitur ægritudine tabidam vsque ad interiora venisse ne differret auxilium cui imminere cognoscebat exitium. Ossa hic per allegoriam, fortitudinem mentis debemus aduertere, quæ quum deficit, vigor omnis elabitur, sicut & ossibus quassis, corpus minime cõtinetur. Et anima mea turbata est valde sed tu domine vsquequo? Ne corpus intelligeres, quod ossa nominauit, animam suam dicit esse turbatam. Bene autem, Valde, additum est, ne clemẽs auditor pateretur diutius differendum, si nimis eũ non cognosceret fuisse turbatum. Vsquequo, subaudiẽdũ est, differes, q; vsq; ad finem preces supplicum non soles vllatenus obliuisci? Supplicatio quippe ista magnis commendatur angustijs, vt receptæ sanitas, preciosior possit agnosci. Et intuere, quia iustitiã dñi semper pœnitens iste refugit, & cõsuetudinem eius benignitatis expescit. Cõuertere dñe &c. Quum dño dicitur Conuertere, vindictæ relaxatio postulatur, vt debitas de nobis iustitia ipsius non exigat vltiones. Siue more nostro dicitur deo, Conuertere, sicut auerti solent rogari, quia aut respicere nolunt, aut subuenire contemnunt. Eripe animam meam, ab imminenti scilicet supplicio, quod debetur errantibus. Auertit enim à nobis debitas pœnas, quum eas

quum eas relaxauerit benigna remissio. Saluum me fac &c. Quàm pulcherrime ista supplicatio propijs, ac proficuis sermonibus explicatur. Saluum se petit fieri, non secundum meritа sua, sed propter diuinam misericordiam, in qua dum fixa spes ponitur, venia facilius impetratur. Quoniam nõ est in morte &c. Mouere potest quare dicat in morte nullum esse memorem dei, dum vicina possit amplius ira iudicis contremisci. Sed bene perfidos dicimus immemores dei, de quibus & Esaias dicit: Non enim qui in inferno sunt laudabunt te, neq; qui mortui sunt benedicent te. Nam quum dicit Apostolus: In nomine Iesu oñe genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, hic de solis infidelibus, ac pertinacibus debet accipi dictum, qui nullam fiduciã confessionis suæ habere promerentur. Merito ergo hic sibi festinat dimitti, qa post lucis occasum nõ restat, nisi sola retributio meritorũ. In inferno aũt quis confitebitur tibi? Subaudiendum, ad veniam, sicut & Salomon de impijs dixit, quia dicent inter se pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes. Nam & diues, qui Lazarum vide Sapi.5.a. bat in requie constituturum, mala sua probatur esse confessus, sed non est ad votum supplicatio auditus, quia in hoc mundo proprie confessio dicitur, vbi & veniа reperitur. Et vt aliquã Luc.16.c. diuisionem in his verbis intelligi debeamus, in morte significat transitũ vitæ: In inferno vero custodiam locorum, quam pro suis meritis animæ sustinere noscuntur. In vtroq; tamẽ negatur absolute confessio suscipienda. Et diuus Augustinus epistola lix. ad Paulinum exponẽs Augustinus illud Psalmistæ, Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerũt: Infirmitates (inquit) posuit pro peccatis, sicut ad Romanos Apostolus dicit: Si enim Christus quũ infirmi essemus, adhuc iuxta tẽpus pro impijs mortuus est, hos dixit infirmos, quos impios: Deinde paulo post eandem sententiam repetens, Commendat (inquit) suam charitatem deus in nobis, quoniam quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Quos infirmos supra, eos hic peccatores appellauit. Item in consequentibus hoc idem alijs verbis verSans, Si enim, quum inimici essemus, inquit, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Ac per hoc in eo, quod dictum est, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, intelliguntur multiplicata peccata eorũ. Lex enim subintrat, vt abundaret delictum. Sed quoniam vbi abundauit delictum, superabundauit gratia, ideo postea accelerauerunt. Non enim venit ille vocare iustos, sed peccatores, quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, quorũ scilicet multiplicatæ sunt infirmitates, vt eis sanandis esset necessaria tantę gratiæ medicina, & cui dimittuntur peccata multa, diligeret multum. Hoc cinis vaccæ, & asperso sanguinis, & cruentarũ multiplicatio victimarum significabat, nõ efficiebat. Ideo deinceps dicit: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, id est, illorum sacrificiorum, quæ immolabantur in figura sanguinis Christi. Nec memor ero nominũ eorũ per labia mea. Nomina quippe illorũ erãt in multitudine infirmitatum. Et exponens illud Psalmistę, Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, totum stratũ eius vertisti in infirmitate eius, hoc pacto scribit: Lectus (inquit) doloris, infirmitas est carnis. Ne dicas, Non possum tenere, & portare, & frenare carnẽ meam, adiuuaris, vt possis. Portabat te lectus, non tu portabas lectum, sed paralyticus intus eras. Adest qui dicat tibi: Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Conuertit autem se ad deum, & tanquam consilium medicinæ eius nobis exponens, inquit: Totum stratum eius vertisti in infirmitate eius, Per stratum, intelligitur aliquid terrenum. Omis anima infirma in hac vita, quærit sibi aliquid terrenum, vbi requiescat. Quoniam intensionem laboris, & mentis extentę in deum difficile potest perpetuo tolerare, aliquid sibi in terra cõquirit, vbi requiescat, & quodãmodo pausatione quadam recumbat, veluti sunt ista, quæ diligunt & innocentes. Innocẽs acquiescit in domo sua, in familia sua, in coniuge, in filijs, in paupertate, in prædiolo suo, in noualibus manibus suis cõfitis, in ædificio aliquo suo studio fabricato. Sed tamen Deus volens eum amorẽ non habere, nisi vitæ æternæ, & in istis, velut innocentibus delectationibus miscet amaritudines, vt & in his patiatur tribulatiões, & vniuersum stratum eius vertit in infirmitate illius. Non ergo conqueratur, qñ in his, quæ innocenter habet, patitur aliquas tribulationes. Docetur amare meliora, per amaritudinem inferiorũ, ne viator tendens ad patriã, stabulũ amet pro domo sua. Vniuersum stratũ eius vertisti in infirmitate eius, quasi flagellat oẽm filium, quẽ recipit. Et quare hoc? Quia peccãti homini dictũ est: In labore vultus tui edes panẽ tuum. Agnoscere ergo debet hõ propter peccata se pati, & dicere ꝗd Gene.3.d sequitur: Ego dixi dñe, miserere mei, sana animã meã, quia peccaui tibi. O dñe in tribulatiõibus meis me exerces, flagellandũ iudicas oẽm filiũ quẽ recepturus es, q nec vnico pepercisti. Ille quidẽ sine pctõ flagellatus est, ego autẽ dixi. Miserere mei dñe &c. Si sectus est, qui putredinẽ nõ habebat, si medicina ipsa nostra ignẽ medicinalẽ nõ respuit, patienter ferre debemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrentem medicum,& ſecantem.i.omnibus tribulationibus nos exercentem,& à pctō ſanantem. Plane cōmittamus nos medici manui. Nō enim errat,vt ſanum pro putre fecet. Nouit quod inſpicit,nouit vitium,quia ipſe fecit naturam,quid ipſe condidit, quid de noſtra cupiditate acceſſit,diſcernit. Scit ſe ſano homini p̄ceptum dediſſe, ne languorem incurreret,dixiſſe in paradiſo,hoc manduca,& hoc noli. Non audiuit ſanus medici p̄ceptum,vt non caderet, audiat vel ęgrotus,vt ſurgat,Ego dixi dñe,miſerere mei,ſana aiam meā,quia peccaui tibi.In factis meis,in peccatis meis non accuſo fortunam,non dico, Hoc mihi facit fatum,non dico, Adulterum me fecit Venus,& latronem me fecit Mars,& auarum me fecit Saturnus. Ego di-
Pſal.68.2. xi domine,miſerere mei,ſana animā meam,quia peccaui tibi. Nunquid hoc Chriſtus? Nunquid hoc caput illud noſtrum ſine peccato? Nunquid ille qui ea,quæ non rapuit, exoluebat? Nunquid ille ſolus in mortuis liber? Liber enim in mortuis,quia ſine peccato,quia omnis qui
Iohan.8.d facit peccatum,ſeruus eſt peccati. Nunquid ergo ipſe,imo ipſe ex mēbris ſuis, quia vox membrorum ipſius,vox ipſius,quia & vox capitis noſtri,vox noſtra. In illo enim eramus,quando dixit: Triſtis eſt aīa mea vſq; ad mortē. Nō em̄ timebat mori, q̄ venerat mori,aut recuſabat mori,qui poteſtatē habebat aīam ſuam ponendi,& poteſtatem habebat iterum ſumendi cā: ſed loquebantur membra in capite,& loquebatur caput in membris. In illo ergo vocem noſtram inuenimus,Sana animam meam,quoniam peccaui tibi. In illo enim eramus quum dixit: Deus meus,Deus meus,vt quid me dereliquiſti? In ipſo enim pſalmo,vbi in capite,hic verſus eſt,conſequenter dicitur,Verba delictorum meorum. Quorum delictorū in illo,nūi quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cum illo,vt euacuaretur corpus peccati,vt vltro non ſeruiamus peccato? Ad illum,& in illo dicamus,Ego dixi,domine miſerere mei &c.

De eodem infirmo,ſiue infirmitate. Caput XXI.

IDem quoq; D. Auguſt. exponens illud Pſalmiſtæ,Qui propitius fit oībus iniquitatibus tuis,qui ſanat oēs languores tuos &c. Poſt remiſſionē,inqt, pctōrum corpus infirmū geris,neceſſe eſt ſint ēdam deſideria carnalia,q̄ te titillēt,& q̄ tibi ſuggerāt delectatiōes illicitas, ſed de lāguore tuo veniūt. Adhuc em̄ infirmā carnē geris,nōdū eſt abſorpta mors in victo-
1.Cor.15.c riā,nondū corruptibile hoc induit incorruptionem. Adhuc quibuſdā perturbationibus ipſa anima quatitur poſt remiſſionē pctōrum. Adhuc in periculis tētationū verſatur,quibuſdam ſuggeſtionibus delectatur,quibuſdā non delectatur,& in eis quibus delectatur,aliqſi quibuſdam conſentit,capitur. Lāguor eſt. Et ſanabuntur oēs languores tui,noli timere. Magni ſunt,inquies,ſed maior eſt medicus. Oipotenti medico,nullus lāguor inſanabilis occurrit, tm tu curari te fine,manus eius ne repellas,nouit quid agat. Nō tm̄ delecteris quū fouet,ſed etiā toleres,quū ſecat. Tolera medicinalem dolorē,futuram cogitans ſanitatē. Videte fratres in iſtis languoribus corporis quanta hoies tolerent, vt paucos dies victuri moriātur,& hos pauci dies incertos. Multi enim poſt tolerantiā magnorū dolorū,quum à medicis ſecarent,aut inter manus medicorū mortui ſunt,aut iam ſani,irruente aliqua ægritudine,defuncti ſunt. Si tā ſibi propinquam mortē ſperaſſent,illos immenſos dolores tolerandos nō ſuſcepiſſent. Tu non toleras ad incertum. Qui promiſit ſanitatē,non poteſt falli. Fallitur medicus aliq̄, qui de corpore humano ſanitatem promittit,qui hoc nō curat,quod fecit deus. Fecit corpus tuū Deus,fecit animam tuam, nouit quod creauit, quemadmodū recreet,nouit quō reformet, quod ipſe formauit. Tu tantum ſub manibus medici eſto. Odit enim repellentē manus ſuas. Non fit hoc in medici hoīs manibus. Ligariſe volunt homines & ſecari,daturi pro incerta ſanitate certum dolorem,magnā mercedem. Deus te,quem fecit,& certus curat,& gratis. Ferto ergo manus eius ó anima,quæ bñdicis eum,non obliuiſcens oēs retributiones eius. Sanat enim oēs languores tuos. Inde ſanat oēs languores tuos,quia redimit de corruptione vitam tuam. Ecce corpus q̄d corrumpitur aggrauat animā. Vitā ergo habet anima in corpore corruptibili. Onera patitur,pondera ſuſtinet. Ad ipſum deū cogitandū (ſicut dignū eſt ab hoīe cogitari deū) quāta impediūt,veluti interpellātia de neceſſitate corruptiōis hūanæ,quāta reuocāt,quāta à ſublimi intētiōe detorquēt? Totū hoc in corde hūano tanḡ de vermib⁹ hu-
Genē.2.c ius corruptiōis,ſcatet. Exaggerauimus morbū,laudemus & medicū. Nō ergo te ſanabit,qui fecit talē,qualis nō ęgrotares,ſi legē ſanitatis acceptam ſeruare voluiſſes? Nōne tibi & diſpoſuit,& mādauit qd tangeres,& quid nō tangeres ad retinendā ſalutē? Noluiſti audire ad retinendā,audi ad recipiendā. Languore tuo expertus es,q̄ vera ille iuſſiſſet. Iam tandē aliq̄ hō, q̄ nō tenuit monitus,audiat vel expertus. Sanabit te,opus eſt,vt ſanari velis. Sanat oīno ille quēlibet lāguidū,ſed nō ſanat inuitū. Quid aūt te beatius,q̄ vt tanḡ in manu tua vitā,ſic habeas in voluntate ſanitatē tuā? Quis nō ægrotat in hac vita,qs nō longū lāguorē trahit? Nosci hic in

hic in corpore mortali,incipere ægrotare eſt. Aliqñ ægrotat hō in domo ſua,anhelat febribus in lecto ſuo,ſi velit forte cogitare de re familiari aliqd, vel iubere in domo ſua,vel fundo, aut diſponere,ſtatim cura ſuorū circūſtrepente,& murmurāte,reuocat à talibus curis,& dicitur illi: Dimitte iſta,prius cogita de ſalute tua. Salus tua Chriſtus eſt. Chriſtum ergo cogita. Accipe calicem ſalutaris eius,qui ſanat omnes languores tuos. Hanc ſalutem,ſi volueris,obti- Gregorius
nebis. Et D. Greg. in expoſitione vij. Pſalmorum pœnitentialiū, exponens illud Pſalmiſtæ, Pſal.6.a.
Miſerere mei dñe,qñ infirmus ſum,ſana me dñe,quoniā conturbata ſunt oſſa mea,hoc pacto ſcribit: In eo q̄ nomen venerandum repetit,piæ p̄cis affectum ſe habere oſtēdit. Quaſi dicat: Tu dñe,q̄ ſuaue videtur mihi ſæpius inuocari miſerere mei,dum tempus eſt miſericordiæ. Hic me miſericorditer corripe,hic per flagella contere,hic igne tribulatiōis exure. Et ne quid in me poſt huius vitæ terminum vindicandum inuenias, oro vt per ignē tui amoris,omnem in me vitiorum rubiginem conſumas. Et hoc opus eſt,vt facias: Quoniam infirmus Roma 7.d
ſum. Ex peccato primi parentis pœnam cōtraxi magnæ infirmitatis. Non enim q̄d volo bonum,hoc ago,ſed quod odi malum,illud facio. Infirmus ſum, quia ad malum pronus ſum. Sed tu dñe animarum debiliū velox medice,ſana me,ſcilicet interius,omni vitiorū labe emunda. Quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea,id eſt, virtutes animæ obſcuratæ ſunt,& extenuatæ virtutes,ſimul conturbatæ ſunt. Charitas enim confunditur,humilitas impingitur, fortitudo deijcitur,caſtitas impugnatur. Per oſſa virtutes accipimus, per quas nimirū animā ſuſtētamus. Sicut enim in oſſibus eſt fortitudo corporum, ita in virtutibus robur inuenitur animarum. Et plane debilis omnis comprehenditur anima,niſi quæ fuerit virtutum fortitudine fulta. Poſtquam enim in ordine culpam incurrit primus humani generis parēs, ab illa, in qua poſitus fuerat mentis celſitudine,decidit,claritatem viſionis diuinæ perdidit,ſuauiſſimas verborum dei epulas, quibus interius reficiebatur,amiſit,oculos carnis ad obſcœna, & turpia videnda aperuit,qui prius aciem mentis, qua lucis ſummæ fulgor intuebatur,obſcura uit. Et anima mea turbata eſt &c. Et quia me infirmum ſentio,quia oſſa mea cōturbata agnoſco, Anima mea,ſcilicet eo q̄ mea eſt,q̄ per me corrupta eſt,q̄ per me debilis, & ægra facta eſt,turbata eſt ad gemitum,commota eſt ad compunctionem, & lamenta valde magna ſcilicet & multimoda turbatione. Turbatur enim, quia peccauit,quia bonum dñm offendit,gavitam perdidit,mortem incurrit. Sed tu dñe vſquequo turbaris contra me,quia peccaui,quia te ad iracundiam delinquendo prouocaui? Vel, Tu domine. Dæmones quidem inuaſores,nō domini naturaliter,malunt meam perditionem,quàm ſalutem. Sed tu domine,qui non vis mortem peccatoris,ſingulariter domine,non abuſiue, ſed proprie vſquequo,id eſt,quandiu differs ſanare? Ecce in conſpectu boni medici,& curare valentis aſſiſto,vulnera detego,ſces emitto,dolores augeo,lachrymas effundo. Cur ergo diſſimulas,quum non ſit tibi minor po- Iob.10.c.
tentia,quàm voluntas? Licet hoc celes in corde tuo, tamen ſcio,quia vniuerſorum memineris. Omnis curatio quanto difficilius acquiritur,tanto acquiſita cautius cuſtoditur. Conuertere domine &c. Ne magis turberis,ſupplico,ne vltra miſereri differas,peto,imo conuertere domine. Sicut anima mea conuerſa eſt ad te per turbationem pœnitudinis, ita tu conuertere ad eam per ſerenitatem miſerationis. Et cōuerſus,eripe animam meā. Impediunt eā vepres carnaliū delectationum,detinent illam ſeculariū illecebræ cupiditatum. Sed tu qui potens es omnia facere ſuperabundanter q̄ petimus,aut intelligimus,eam eripe,igne tui amoris terrenarum dumeta voluptatum, quibus irretitur, adure,extra omnem peccati appetitum illam tuæ manu fortitudinis trahe. Saluum me fac &c. Parum eſt,vt animam meam à mundi voluptatibus liberes,niſi me ab hoſtium tentationibus virtutis tuæ protectione cōſerues. Boni medici officium eſt, non ſolum ſalutem reſtituere,ſed etiam reſtitutam cuſtodiæ ſedulitate ſerua re. Sic ergo & tu,quum animam meam à carnalibus deſideriis eripueris,da mihi in bono pſeuerantiam, ne mihi demiſſos laqueos iterum tentationū incurrā. Et hoc propter miſericordiam tuam. Non de meis meritis confidens,vt me ſaluum facias,ſupplico,ſed de ſola miſericordia tua præſumens impetrare,quod non de meis meritis ſpero. Quoniam nō eſt in morte &cę. Peccata conſummata generant mortē. Niſi enim conuerſus fueris,niſi animam meā eripueris,niſi me ſaluum feceris,in peccatorum me caligine, id eſt,in morte dimittis. Quod ſi in morte fuero,tui proculdubio memoriam perdo,& inde hoc ſcio, q̄ in morte penitus tui memor eſſe nequibo. Quomodo nāq; mihi conceditur,quod omnibus denegatur? In inferno autem &cęt. Sicut de morte ad infernum peccator peruenit,ita de peccatorum multitudine in deſperationis foueam cadit. Vnde & ſcriptum eſt: Peccator quum venerit in profundum malorum (alias peccatorum) contemnit, Fidelis anima non exaudiri metuens, miſerias,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas perlatura est,si non exauditur,enumerat, vtse maximo timore,concutiat, & deum ci-
tius ad misericordiam flectat. Ait ergo:In inferno aũt &cæ. Quasi d. Dico, si non eripueris
me,in morte non solũ futuram me fuideo,sed etiam in inferno.i.in desperatione me sepe-
endam cognosco. Quodsi in inferno fuero,tibi me cõfiteri non posse ppendo. Nullus est
in inferno confitebitur tibi. Non enim estspeciosa laus in ore pctõris. Aiũt: Qñ non est in
morte &c. Precor,vt animam meam liberes à carnalibus desiderijs,quæ militãt aduersus eã.
Si enim hoc non feceris interficient me,quia à te,qui es vita mea,separabunt me. Quũ enim
tu fis illud idem animę,ꝺd est aia corpori,si tibi inseparabiliter non inhæsero,necessario mor
8.Cor.5.c. tem incurro,& si in morte fuero,tui memor nõ ero. Qñ non est in morte &c. Sicut nullius
rei meminit caro mortua,ita nec te sentire ꝑualet à te deo aia diuisa. Nulla societas luci ad te-
nebras. Vbi aũt tui ingreditur memoria,ibi est lux veritatis immẽsa. Quod tñ intelligi & alia-
ter potest. Quasi d. Immedicabile corpus est recidendum esse,& membri in corpore mortui
abscissio potius est necessaria,ꝙ medicina. Sed ego non sum,vt membrum mortuũ,cui medi
cina non proficiat,sedulitas nihil conferat. Nam sum memor tui.i.misericordiæ tuę. Te enim
medicum scio,misericordem non ambigo,longanimem agnosco, quod nõ facerem,si in mor
te essem. Et hoc apparet à toto,quoniam nõ est in morte. Laboraui in gemitu meo &c. Di-
xerat superius,Saluum me fac,& tempus est,vt facias. Nã ego laboraui in gemitu meo. Adest
m ser,assit & misericordia. Miseriam meam ego cognosco,vulnus non dissimulo, peccatũ nõ
celo. Nisi ẽnim miserum me agnoscerem, in gemendo non laborarem. Sed ego laboraui.i.
studiose egi,vt essem in gemitu,scil. vt quouscꝙ viuerem,gemẽdum mihi putarem. Vel, Labo
raui in gemitu.i.modo mihi proprio. Nemini enim,sicut mihi ingemiscendũ æstimo,quia ꝑ
omnibus me peccasse perpendo. Et quia non sufficit bene incipere, nisi studeat quis in bono
opere perseuerare,adiungit: Lauabo per singulas noctes &c.id est per singulas tenebrosas co
gitationes. Lectum meum. Per lectum,conscientiã accipimus,quia sicut in lecto iacentes qui-
escimus,ita in ea vel legi dei,vel legi peccati consentimus. Et sicut in laboribus pressi,in lecto
quiescentes reficimur,ita dum mundi huius aduersitatibus ꝑmimur, in bona conscientia inte
8.Cor.4.c. rius delectamur,Paulo attestante,qui ait:Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ no-
strę. Lectum ergo per singulas noctes lauat,qui conscientiam à cogitationibus tenebrosis la
chrymis,cõpunctionis emundat. Et non solum conscientiam purificabo,sed etiam lachry-
mis meis stratum meum rigabo. Quia vilis lectus est stratum, per ipsum carnem accipimus,
Psal.40.2. Et quoniam sicut stratum facile concutitur, ita caro ab infirmo animo varie versatur, sicut
per eundem prophetam dicitur: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Rigat
ergo lachrymis stratum suum,quia continuo luctu & dolore carnis maculas diluit, & cordis
duritiam imbre compunctionis emollit,vt sicut hortus, recepta suaui pluuia, euidenter ger-
minat,ita caro lachrymarum fluentis rigata,bonorum operum,& iustitiæ germen emittat.

Quid insula,& iris mystice significent. Cap. XXII.

Psal.96.2. Cassiodor. INsularum nomine significãtur ecclesiæ,iuxta illud Dauidicũ. Dñs regnauit,exultet terra,
lætentur insulæ multæ,hoc est,regnante dño, per totũ mundũ dispositę lætẽtur ecclesiæ,
quæ merito insulis comparantur,quia mundi fluctibus ambitæ, circũlatrãtium persecutionũ
numerositate tunduntur. Sed sicut istæ,sæuientibus fluctibus,nesciunt lædi,ita nec sanctæ ec-
clesiæ perturbationibus aduersariorũ probant imminui,quin potius illos suis cautibus fran-
Augustinus gunt,qui in eas vndosis culminibus irruerunt. Multæ,inquit,non oẽs.propter hæreticas pra
uitates illorum,qui erroribus suis ecclesiarũ nomẽ imponõt. Et hęc est diui Aug. expositio,ꝙ
hoc pacto scribit: Possunt in figura recte accipi insulæ oẽs ecclesiæ. Quare insulę? Quia circũ
latrant fluctibus oim tentationũ. Sed qũo insula, vndiqꝙ circumstrepentibus fluctibus,tundi
potest,frangi non potest,magis, magisqꝙ ipsa frangit fluctus venientes, quam frangatur ab
ab eis:sic & ecclesiæ Dei pullulantes per totũ orbem terrarum passæ sunt persecutiones vti-
diqꝙ frementium infidelium,& ecce stant insulæ,& iam placatum est mare. Iocundentur insu
Hieronym. læ multæ. Et Hieronymus: Dominus regnauit &cæt. Dominus creator, quinos fecit, ipse
regnauit. O vos,qui ante subiecti eratis sub dominio diaboli,nunc subiecti estis sub dño crea-
tore. Lætentur insulę multæ: Bene dixit de animabus nostris,quæ varijs cogitatiõibus,quasi
varijs hinc inde tunduntur fluctibus. Nos autem dicamus & insulas,ecclesias. Denicꝙ dicitur
Esai.10.b & in alio loco: Conuertentur ad me insulæ multæ. Vultis scire, quoniam insulæ dicantur ec-
clesiæ? Dictum est in propheta ex persona domini: Loquere, inquit, habitatoribus insulæ hu
ius. Lætentur insulæ multæ. Quomodo enim insulæ in medio mari positæ sunt,sic & eccle
siæ quasi in medio mari seculi istius positæ sunt,& ita persecutionibus,quasi diuersis tũdunt
fluctibus

fluctibus. Verum istæ insulæ tunduntur ꝙtidie,sed non subruuntur. In mari quidem sunt,sed
habent fundamentũ Christũ,qui moueri non potest. Et exponens illud Esaiæ, Taceãt à me
insulæ &c. hoc pacto scribit: Taceant &c. Gentes.i. insulæ, q̃ falsis,amarisqꝙ huius seculi tun- Esai.41.a.
duntur fluctibus,iubẽtur audire,& ora concludere,& illud nosse, quod ad Israel dictum est:
Audi Israel,& tace,& muta fortitudinem,ne per imbecillitatem pristinam,dei nõ possint au
dire sermonem, vt accedant prius ad dñm, & ꝙ non sint propria salute contentę,sed ꝙ didi
cerint,cæteros doceant,& cum dño disputent, vtrum oim deus iusta seruauerit. Sic autem in-
terrogat eas,& ad respondendũ prouocat, vt interrogatione doceat,ꝺd ignorant. Quis su-
scitauit ab oriente iustum,siue iustitiam? Neqꝙ enim Iudæorum tñ deus,sed & gentium, qui 1.Cor.1.d.
vocauit Christum dñm saluatorem,qui factus est nobis sapientia à deo,iustitia,& sanctitas,et
redemptio. In quo,iuxta eundem Apostolum,dei iustitia reuelatur. Vocauit aũt eum,vt se in
omnibus sequeretur,& opera patris faceret,& illud impleret, dicens: Deus vt facerẽ volũta Psal.39.b
tem tuam volui. In huius conspectu reges,& gentes colla submittent,& gladio illius,ac sagit
tis aduersariæ potestates,quasi stipula subijcientur,& puluis. Persequatur eos,reges videlicet,
& principes gentium singularum: Et pertransiuit in pace,ad pacẽ cunctos vocans,vt recõci
lientur deo. Semita in pedibus illius non apparebit.i.viæ laborem non sentiet,nec aliquã im-
becillitatis hũanæ lassitudinem,sed de torrente bibet in via,& propterea leuabit caput. Quis
(inquit) hæc operatus est,& fecit? Quis suscitauit iustum,siue iustitiam? Quis ei gentes,& re
ges tradidit? Quis gladio eius,& arcui vniuersa subiecit? Vtiqꝙ ille,qui ab initio mundi hæc fu
tura ꝑdixit,qui oim conditor est. Et quia dixerat scisciantis affectu, Quis suscitauit ab orien
te iustum &c. cunctis tacentibus, sibi ipsi respondit: Ego sum dñs,primus,& nouissimus ego
sum. Ipse est & qui in Apocalypsi Ioannis loquitur: Ego sum a & o,principium,& finis. Vi- Esai.41.b.
derunt insulæ.i.gentes,siue ecclesiæ de gentibus congregatæ,quæ mundi huius sustinent tem Prou.9.c.
pestates,& timuerunt dominum. Principium enim sapientiæ timor dñi. Et exponens illud
Esaiæ,Audite insulæ,& attendite populi de longe: Transit,inquit,ad ecclesias de gẽtibus con-
gregatas,& eis sub insularum nomine loquitur,quæ ita persecutorum insidijs,quasi maris flu
ctibus patent,& ex omni parte sęuiente naufragio,tunduntur potius,q̃ mouentur. Ac ne qs
ſynagogas populi Iudæorum, sequitur: Et attendite populi (siue gentes, vt Lxx. transtulerunt) diachronu pollu stysetæ.i. post
hoc est,ab extremis finibus terrę. Vel (vt Lxx. transtulerunt) diachronu pollu stysetæ.i. post
tempus multum stabit,hoc est,non hoc tempore,quo dicuntur,sed post multa fiẽt tempora.
Et alio in loco inquit Esaias: Me enim insulæ expectant,id est,ecclesiæ gẽtium,quæ iuxta va
ticinia prophetarum expectabant dominum,& naues maris in principio.id est,adducent fi- Rom.10.b
lios ecclesiæ in principio fidei,aurum,argentumqꝙ portantes. Corde enim creditur ad iusti-
tiam,ore autem confessio fit ad salutem. Et alio in loco scriptum est: In doctrinis glorificate
dominum,in insulis maris nomen domini dei Israel: In doctrinis (inquit) glorificate domi-
num,audientes illud quod scriptum est,Qui gloriatur,in domino glorietur. Nequaquam in 1.Cor.1.d.
terra Iudææ,sed in insulis,id est,in ecclesijs huius maris,& seculi,in quibus benedicitur,atqꝙ lau
datur nomen domini dei quondam Israel,siue hominis videntis deum.

Iris.i. arcus cælestis, quid mystice significet,diuus infinuat Greg. homil. viij. super Ezechie Gregorius.
lem,exponens illud Ezechieles, Velut aspectus arcus,quũ fuerit in nube in die pluuiæ: Arcũ
(inquit) omnipotens deus inter se, atqꝙ hoies in signo posuit,vt vltra mundum diluuio non
deleret,dicens: Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter
terram. Quumqꝙ obduxero nubibus cælũ, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor
fœderis mei vobiscum. Vnde & in arcu eodem color aquæ & ignis simul ostenditur, quia et
ex parte est cæruleus & ex parte rubicundus,vt vtriusqꝙ iudicij testis sit,vnius videlicet facien
di,& alterius facti,sed iam non vlterius faciendi, quia mundus quidẽ iudicij igne cremabitur,
sed aqua iam diluuij non deletur. Quid autem,ꝙ splendẽtem ignem à lumbis hominis thro-
no prædentis,sicut ait: Velut aspectus arcus,quũ fuerit in nube in die pluuiæ,propheta con-
spexit? Quia enim per ignem ardor sanctiſpiritus designatur, quæ similitudo est arcus,& spi
ritus,vt ignis qui apparuit,quasi aspectus arcus apparuisse diceretur? Sed si ipsi,quam prædi-
ximus,visioni arcus intendimus,quomodo arcus significet spiritum,videmus. In arcu quippe
(sicut prætatus sum) aqua, & ignis apparent. Et post mediatoris aductum, eo virtus spiritus
sancti in humano genere claruit, q̃ electos dei & aqua baptismatis lauit, & igne diuini amo-
ris incendit. Quasi enim admixto colore aquæ simul,& ignis quidam arcus in nube ad proba
tionem ponitur, quum veritas dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto,non po

Universidad de Deusto
Biblioteca

test introire in regnum dei, Qui arcus in nube est in die pluuię, quia in dominica incarnatione, & in effusione prędicationis ostenditur, vt ad veniam corda credentium domino parcen te reuocentur. Nubem enim redemptoris carnem non inconuenięter accipimus, de qua per Psalmistam dicitur, Qui ponit nubem ascensum suum. Nubem quippe ascensum suũ posuit, quia is, qui diuinitate vbiq; est, carne ad cælestia ascendit. Et D. Hieron. in commentarijs ea dem verba enarrans, hoc modo exponit: A lumbis vero, & deorsum ignis erat resplendẽs in circuitu, vt ostenderet ea, quæ supra lumbos sunt, vbi sensus versatur, & ratio, non indige re igne, nec flammis, sed preciosissimo metallo, & purissimo. Ea vero quæ à lũbis deorsum, vbi coitus, vbi generatio, vbi incentiua vitiorum, purgatione indigere flammarum, vt quũ purgata fuerint, habeant sicut arcus similitudinem, quæ vulgo iris dicitur, quum fuerit in nu be in die pluuiæ. Iris enim quæ in sancta scriptura vocatur arcus, & in Apocalypsi Ioãnis eo dem nomine iris dicitur, nisi in pluuia, & in aquosa nube non potest apparere, diuersorum co lorum, & pulcherrimorum, & sensim in alios tranſeuntium. Vnde & poeta: Mille rapit va rios aduersa lute colores. Sed & morẽ vulgi sequens idem Poeta: Quum bibit, inquit, arcus. Ex quo significat arcum nunquam apparere, nisi in nube, & in aquis. Hic arcus signum est clementiæ, & testamenti Dei, quod fecit cum hominibus, vt quando apparuerit in nube, scia
Gen. 9. b. mus nos secũdum antiquitatis exemplum nequaquam perituros esse diluuio. Ex quo ostenditur, post pœnas, atq; supplicia, & purgationem peccatorum, futuram misericordiam, duntaxat in his qui deum meruerint videre regnantem.

De eadem iride & de irriguo. Caput XXIII.

SCriptum quoq; est: Post hæc statim fui in spũ, & eccesedes posita erat in cælo &c. & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. Quæ verba enarrans Rupertus in commentarijs lib. iij, hoc pacto scribit: Iris quippe propitiationis est signũ, dicente dño ad Noe: Ponam arcum meum in nubibus cœli, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum. Iris er
Gen. 9. b. go in circuitu sedis, misericordia est cunctis eam q̃rentibus p̃parata in aduẽtu redemptoris, q̃ vsq; per circuitum mundi cum magno euangelicæ p̃dicationis p̃conio iudicium p̃currit. Veruntamen sicut nec illud iudicium per aquã sine misericordia fuit, quæ octo animas in ar ca saluauit, nec illud iudicium per ignem sine misericordia erit illis, qui propter sex misericor
Mat. 25. d. diæ opera quæ fecerunt, statuentur à dextris, dicente rege: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. ita nec iste, de quo nunc loquimur, aduentus misericordiæ sine iudicio procedit. Quũ enim maxime ædificaretur misericordia p passionem Christi, nunc, inquit, iudicium est mundi. Sed & ante eiusdem passionis articulũ, quodam loco dicit: In iudicium ego veni in hũc mundũ, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiãt. Quũ ergo & illic misericordia cũ iudicio concurrens, octo animas saluauerit, vnde reformaret orbis, & in futuro iudicio misericordia necessaria sit, vt quid nũc, qñ in iudiciũ se venisse dicit misericordia sic describit, vt dicatur: Et iris erat in circuitu sedis, q̃d (vt iã dictũ) signum est propitiationis? Videlicet propter magnitudinẽ, siue multitudinẽ misericordiæ, in qua nunc aduenit, qa sic iudicauit iudicium mundi, vt in ipsa iudicatione tota intentione pœnitentiã, & remissionẽ p̃ctorum g suum sanguinẽ conderet misericors ipse, & fidelis pontifex, nostramq; naturã propter peccatũ marcentẽ, & arefactã sicut fœnũ, ad immarcessibilem gloriæ statum resurgendo reduce ret. Vnde & quum dixisset, Et iris erat in circuitu sedis, addidit: Similis visioni smaragdinæ. Smaragdus quippe nimiæ viriditatis est, adeo vt herbas virentes, fronde; q; ac gemas, & oẽm circa se inficiat aerem sua viriditate repercussum. Iris ergo similis est visioni smaragdinæ, quia misericordia hæc senium nostrum in solidam reformabit pulchritudinem viriditatis æternæ. Et exponens illud Apocalypsis. Et vidi alium angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius: Quis est (inquit) ille angelus alius, niſi angelus magni consilij angelus testamenti dei, sæpe dictus, & sæpe dicendus, vere alius, & longe dissimilis angelus omnibus? Hunc angelum fortem dicit. Nam vere est fortis, imo & princeps for
Esai. 9. b. Psal. 23. b titudinis. Hinc & Psalmista inquit Dñs fortis & potẽs. Amictũ nube. Nubes & hic, & in plerisq; scripturarum locis mysticis, carnem illam significat, pulchra nimirum, & congrua considerata similitudine, quia videlicet sicut sol, quum nube tegitur, & latet, tñ scitur, quia ſens est, dum suum orbem nõ ostendit, & tñ orbi vniuerso diem facit: sic in illa carne deus & latuit, & ſens dignosci potuit, dum diuinitatem suam (vt semper erat) inuisibilem continuit, & tñ per
Gen. 9. b opera visibilia mundum vniuersum illuminauit. Et Iris (inquit) in capite eius. Iris. i. arcus cælestis, misericordiam designat eiusdem fortissimi. Est enim signum, vel pro signo datus propitiationis, dicente domino ad Noe: Nequaquã interficietur omnis caro vltra aquis diluuij.

Ac de inceps, hoc signum fœderis inter me, & vos. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum inter me & inter terram. Igitur iris in capite eius, id est, misericordia in summa, & principali intentione aduentus eius. Idcirco nanq; sic nube carnis amictus aduenit, vt præpararet nos, talesq; efficeret, q possimus stare in illo die iudicij, quum tuba illa nouissima cecinerit, quę
Hebr. 2. d. præparatio est peccatorũ remissionem dare, quod fecit ille pœnitentiam prædicans, & lauans nos à peccatis nostris, in sanguine suo. Vnde misericors & fidelis dicitur pontifex, quia talis erat iris in capite eius. Et Aug. lib. I. cap. xx. cõtra aduersarium legis, & prophetarũ: Factus ẽ
Augustinus (inquit) mutus latrator, cęcus lector, surdus auditor. Obliuiosus (inquit) Deus, & emortua memoria, arcum posuit in nubibus, qui iris dicitur, vnde commoneatur, non amplius humanum genus delere diluuio, quid agat omnino nesciens cui merito opus sit assiduo monitore. Iste vero non memoria, sed anima mortua, quid loquatur nesciens, si in rebus apertioribus calumniatur, quantomagis caligat in nubibus, & delirare compellitur? Cui tamen, vt cito respondeã, ita dico Deum admoneri voluisse, quamuis non sit oblitus, sicut Christus doceri se voluit, vbi Lazarus positus fuerit, quamuis non esset ignarus. Nolo enim dicere, quid arcus ille significet, resplendens é nubibus fulgore, & radijs luminis, quo roscida illustratur obscuritas, grata quodammodo confessione respondens, & quomodo Deus non perdat orbem diluuio spirita li, dum est eorum memor, quorum illuminatæ nubes figuram gerunt. Horum enim nomina scripta sunt in cœlis, vt memor sit eorum pater, qui in cœlis est, quoniam nõ de suo lucere,
Gregorius. sed sciunt, sed de sole iustitiæ, sicut ille nubes de sole visibili.

De irriguo autem quid mystice significet, diuus Gregorius libro dialogorum tertio, cap. xxxiiij. hoc pacto scribit: In multas species compunctio diuidit, quando singulæ quæq; à pœnitentibus culpę planguntur. Vnde ex voce q̃q; pœnitentium Hieremias ait. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera duo sunt, quia Deum ties anima, prius timore compungitur, post amore. Prius enim sese in lachrymis afficit, quia, dum malorum suorum recolit, pro his perpeti æterna supplicia pertimescit. At vero, quum longa mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione veniæ securitas nascitur, & in amore cœlestium gaudiorum animus inflammatur, & qui prius flebat ne ducerętur ad supplicium, postmodum amarissime flere incipit, quia differtur à regno. Cõ templatur etenim mens qui sint illi Angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituum, quæ maiestas æternæ visionis Dei, & amplius plangit, quia à bonis perennibus deest, quam fle uit prius, quum mala æterna metuebat. Sicq; fit, vt perfecta compunctio formidinis tradat animum compunctioni dilectionis. Quod bene in sacra, veraciq; historia figurata narratione de scribitur, quæ ait, quod Axa filia Caleph sedẽs super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus, Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram australem, & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Dediq; ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet, quum irrationalibus carnis suæ motibus anima præfidet. Quę suspirans, à patre terram irriguam petit, quia à creatore nostro cum magno gemitu querenda est lachrimarũ gratia. Sunt nanq; nonnulli, qui iam in dono perceperunt libere pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigẽtibus possessa tribuere, ardorẽ fidei habere, sed adhuc lachrymarum gratiam non habent. Hi nimirum terram australem, & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni, atq; feruentes sunt, oportet ni mirum vt aut timore supplicij, aut amore regni cœlestis mala etiam, quę antea perpetrauerũt, deplorent. Sed quia (vt dixi) duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima, quum sese in lachrymis cœlestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius, accipit, quum inferni supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, ac post irriguum superius datur, sed quia compunctio amoris dignitate præeminet, necesse fuit, vt prius irriguũ superius, & post irriguum inferius commemorari debuisset.

Quid Iubileus mystice significet. Cap. XXIIII.

IVbileus annus (vt diuus inqt Greg. lib. Mor. I. cap. xi.) plenã requiẽ exprimit. Vnde septẽ hebdomadibus cõsummatur. Septenarius enim numerus perfectus est, quia ex primo pari cõfiat, & primo impari, ex primo, q diuidi potest, & primo, q diuidi nõ potest. Certissime autẽ septenarium numerũ scriptura sacra, perfectione ponere cõsueuit. Vñ septimo die dominũ requieuisse ab opibus asserit. Et lib. xxxv. cap. vi. Septenarius (inqt) numerus apud sapientes hu ius seculi quadam sua habetur ratione perfectus, quod ex primo pari, & ex primo impari cõsummatur. Primus enim impar ternarius est, primus q; par quaternarius. Ex qbus duobus septe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

narius constat, qui eiusdem partibus suis multiplicatus, in duodenarium surgit. Nam siue tres per quatuor, seu quatuor per tres ducimus, ad duodenarium peruenimus. Sed nos quia à superno munere veritatis prædicamenta percipimus, hæc fixa scientiæ altitudine despicièdo calcamus. Hoc proculdubio inconcussa fide retinentes, quia quos spiritus gratiæ septiformis repleuerit, perficit, eisq; non solum trinitatis notitiam, sed etiam virtutum quatuor, id est, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, atq; iustitiæ operationem præbet. Qui in ipsis quoq; quos ingredi tur, suis quodammodo partibus augetur, dum & per trinitatis noticiam, quatuor virtutũ actio accipitur, & per operationem virtutũ quatuor vsq; ad manifestã trinitatis speciem peruenitur. Et apud nos ergo septenarius, sed longe dissimiliter, quia plene, & non inaniter in duodenarũ surgit, dum & per fidem opera, & rursum per opera perficit fidem. Sancti quoq; apostoli gratiæ septiformis spiritus implendi, duodecim sunt electi. In quatuor enim mundi partibus tri-
nitatem, quæ deus est, innotescere nitebantur. Duodecim ergo electi sunt, vt etiam ex ipsius numeri ratione causa claresceret, quod per quatuor infima tria summa prædicarent. Sicq; itaq; hac, seu alia qualibet fortasse ratione, in scriptura tamen sacra septenario numero aliquando secura requies æternitatis, aliquando vniuersitas præsentis huius temporis, aliquando autẽ sanctæ Ecclesiæ vniuersitas designatur. Septenario quippe numero perfectio æternitatis innuit, quum dies septimus in requiem domini sanctificatus vocatur. Cui iam vespera inesse non dicitur, quia æternæ beatitudinis requies nullo termino coartatur. Hinc est etiam, quod lege data, dies septimus feriatus esse præcipitur, vt æterna per illum requies designetur. Hinc est, ſd in annorũ curriculo septenarius numerus septies multiplicatus monade addita, ad quinquagenarium ducitur, vt perpetuam beatitudinem signans, Iubileisacratissima requies obseruetur.

Genes. 2 a Exod. 20. &c. Et homil. xvij. super Ezechielem: Per quinquagenarium (inquit) numerum requies eterna designatur. Ipse autem septenarius per semetipsum multiplicatus, ad quadraginta, & nouẽ ducitur, cui si monas adderitur, ad quinquagenarium peruenitur, quia omnis nostra perfectio in illius vnius contemplatione erit, in cuius nobis visione iam minus aliquid salutis, & gaudij non erit. Hinc etiam iubileus, id est, annus quinquagesimus, in requiem datus est, quia quisquis ad omnipotentis Dei gaudia peruenerit, laborem, & gemitum alterius non habebit. Et homil. xix. super eundem: Per quinquagenarium numerum requiem diximus figurari, quia & quinquagenarius numerus nobis in longitudinem est, quia peruenire ad illam requiem non potest, nisi qui ad eam spem suam modo tendere longanimiter potest. Quia enim per quinquagenarium numerum ad æternam requiem prouocamur, etiam hoc nos omnino instruit, quod in tabernaculo decem cortinæ iussæ sunt fieri, quæ haberent ansulas quinquagenas, & circulos aureos quinquagenos à latere, & summitate. Cortinæ tabernaculi sancti omnes sunt, qui ex diuersis virtutum coloribus in sanctę ecclesiæ ornamento proficiunt. Qui & interiora velant, & exteriora omnimodo exornant, quia eorum vita inquantum videtur, ornamentum est, & eorum intellectus intus absconditus, dum cœlestia, quæ in mente seruant, edicere non possunt, eis aliquo modo velatur. Recte autem de cẽ cortinæ sunt, quia per decalogi studiũ, ipsa sancta corda profecerunt. Hyacinthinæ vero ansulæ cortinarum fieri quinquaginta præcepta sunt. Hyacinthus cœli speciem habet. Ansulæ ergo cortinarum sunt præcepta cœlestia, in quibus ligantur animæ, vt ab inferioribus subleuatę, superius pẽdeant. Quæ videlicet ansulæ habent & circulos aureos, intellectum scilicet vera sapientia fulgẽtem. Qui intellectus, quia esse debet per omnia circumspectus, & caute solicitudinis vigilantia munitus, vere per circulos designatur. Et notandum quod à latere, & summitate iubentur ansulæ, vel circuli in cortinis fieri, quia præcepta cœlestia, & intellectus spiritalis, non solum debet nos sursum in Dei amorem suspendere, sed etiam proximo in charitate sociare. In eo enim, quod conditorẽ nostrum diligimus, quasi per superiores ansulas in aere pendemus. In eo vero quod sicut nosmetipsos proximos amamus, ansulas, & circulos a latere habemus, vt cortinę tabernaculi, id est, fidelium animę, per charitatem coniunctæ sint, & non per discordiam diuisæ.

Exod. 26. b

Leui. 25 b

De eodem Iubileo & eius conditionibus, Cap. XXV.

ET Rupertus abbas in cõmentarijs Leuitici xxv. vbi scribit, Numerabis ſq; tibi septẽ hebdomadas annorũ, i. septies septẽ, q̃ simul faciũt annos quadraginta nouẽ. Et clanges buccina mense septimo decima dei mensis, Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem

missionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est enim iubileus &c. Iubileus dimittens interpretatur. Quid autem profecimus in schola huius sanctæ legis, in disciplina legis, & Euange lij, si nõ didicimus dimittere debita, id est, peccata fratribus nostris? Siquidem dominus noster proposita parabola de homine rege, q voluit rationem ponere cũ seruis suis ita conclusit: Sic & pater meus faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Dixerat illi Petrus: Domine quotiens peccabit in me frater meus, & dimittã ei? Vsq; septies? Non (inquit) dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Sanctificabis ergo annum iubileum, id ẽ sancta, & charitatiua remissione peccantem in te, & pœnitentẽ suscipies fratrem tuum, peccantem (inquam) non vsq; septies, qui numerus insolubilis est, (Neq; enim per partes æquas diuidi potest, & insolubile peccatum impœnitentis significat) sed septem vicibus septies qui numerus solubilis est siue septuagies septies, qui munerus item in partes æquas diuidi potest, significatq; peccatum, quod solui potest, quia videlicet frater qui peccauit, quum pœnitentiam agat, corrigibilis est. Hoc vere sanctũ atq; pulcherrimum Iubilei festum est. Euangelica clangente buccina concelebrandum, ita vt reuertatur homo ad possessionem suam, & vnusquisq; redeat ad familiam pristinam, id est, vt omni discordia soluta, omnes habeant cor vnum, & animam vnam, seruentq; vnitatem spiritus, & integrum pacis vinculum, canentes: Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum. Sed debet ipsa remissionis cauta esse festinitas. Sũt enim plerique (quod valde absurdum est) faciles ad remittendũ iniuriam Dei, difficiles, & tardi ad donandam iniuriam suam. Nimirum hoc potius bene constituti & bene eruditi anima est, ſd facilis sit, ac promptus ad remittendam iniuriã sui, tardior autẽ ad donandam iniuriã Dei. Subsequitur ergo discretus, ac prouidus legis spiritus, & dicit: Qui vendiderit domũ intra vrbis muros &c. Domorum venditio mentiũ abalienatio est. Quoties enim quisq; peccati captus dulcedine, semetipsum perdit, profecto domum valde necessariam pro nihilo vendit. Vnde per prophetã dominus dicit. Gratis venundati estis. Ipse autem domus aliæ intra muros vrbis vẽ ditæ consistunt, aliæ in villa sunt, quia videlicet est, quando in Deum, est quando quis in proximum peccat. Et quidem vtrunque pertinet ad Deum, sed in redemptione differt plurimum. Vnde ad filios suos dicit Heli: Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus. Si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Qui igitur vendiderit (inquit) domũ intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi &c. Quod est dicere: Qui nominatus fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, qui (inquam) talis existens, vel quispiã huiusmodi faciens, etiam defendere voluerit opera sua, quãdiu quidem superest illi vitæ tẽpus, potest, & licentiam habet, pœnitendo & emendando peccatum suum redimere, & ab Ecclesia solui, si vult. si autem non pœnituerit, & impenitentem comprehenderit vitæ terminus, emptor diabolus possidebit animam eius, & quia non est deploratũ in isto, nec remittetur peccatum eius in futuro seculo. Si autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, id est si in proximum ad quem peccauerit proximus, non solum licito, verum etiam laudabiliter orabit pro eo, vt remittatur ei peccatum. Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt &c. Is venditor domus missum fuerit peccatum, quod muro defensionis roboratum non est, agrorum iure vendetur, id est, veniali conditione tenebitur. Nam si ante, inquit, redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum, id est, etiam si ante finem vitæ, non condigna satisfactione compensatum fuerit, is in quem peccauit proximus, non solum licito, verum etiam laudabiliter orabit pro eo, vt remittatur ei peccatum. Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt &c. Is venditor domus suæ intra muros vrbis constitutæ, Leuita est, qui quamuis in deum peccauerit, cumque superbe contempserit, non tamen tandiu in peccato permanet, donec eum inuitũ fœtor suus publiceret, sed aspirante deo compunctus, peccati sui causam adhuc in anima sua latentem spirituali seniori per semetipsum patefacere studet. præoccupans faciem dñi in confessione, quod vtiq; legitimum est, quasi ordinis Leuitici, id est, boni, ac sancti propositi. Eiusmodi (inquit) ædes Leuitarum semper redimi possunt, & si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia videlicet talium culpæ & si in præsenti sæculo non satis dignis pœnitentiæ fructibus redemptæ fuerint, saltem in futuro venia non carebunt, sic tamen quasi per ignem purgatorium. Origenes de eo quod hic dictum est si non redemerit, & anni circulus euolutus, emptor possidebit eam in perpetuũ, & redimi non poterit, nescio quid volẽs semel tantum, inquit, in Ecclesia est pœnitentiæ locus. Verum quomodocunque ille dixerit, ille magis sensus eligẽdus ẽ, q neq; sapientium autoritatem, nec simplicium fidem lædit. Oportet hic confessionis susceptorem doctum esse lege diuina, cautumq; discretione præcipua, vt sciat qua mensura, qua modę ratione redemptionum singularum taxet precia, id est qualia quibusq; pro mõ culparũ, vel pro possibilitate confitentiũ, pœnitentiæ imponet onera. Dicit ergo adhuc lex sancta, lex iusta, & bona: Si paupertate cõpulsus vendiderit se tibi frater tuus &c. Si (inquit) paupertate, i. spiritu timoris

Mat. 18. a

Math. 24. a

1. Cor. 5. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu timoris compulsus, vendiderit se tibi frater tuus, quod videlicet facit, quando pro reatu ti
mēs, & compunctus semetipsum iudicio Dei per ministrum Dei subijcit, vt veniam, salutiq; q
mercetur, facturus pro redemptione animę suæ quicquid à te fuerit iussus. Vt quid enim se ti
bi subijcit, nisi quia paupertas eum compellit, illa (inquā) paupertas, in qua ponit dominus bea-
Matth. 5. a. titudinis principium, dicendo: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorū? Ni-
si enim hęc illum angeret, qui forsitan natalibus, censu quoq; aut etiā curię falcibus te potior est,
nunquam consilium salutis tuæ à te cum pœna pudoris sui mendicaret. Non ergo (inquit) eum
opprimes, seruitute famulorum, videlicet de tua confisus iustitia, tanquam tu ipse misericordia
Dei non indigeas, quemadmodum pharisęus ille, qui peccatricem mulierem secus pedes domi-
Luc. 7. f. ni flentē videns, arenti corde fontem misericordiæ reprehendebat: Hic (inquit) si esset prophe
ta, sciret quæ & qualis mulier esset quæ tangit eum, quia peccatrix est, vtiq; tali si mulier hęc ca-
dem paupertate compulsa, semetipsam vendidisset, non eam paterna pietate suscepisset, sed ser
uitute famulorum oppressisset, imo & quod peius est, calcibus forte repulisset. Sed quasi merce
narius (inquit) & colonus erit, id est, veniam peccatorum, pro qua seruit, per tuum ministeriū
impetrabit, tecumq; in gratia, vel iustitia, qua dilatatus es, sine augustia receptus habitabit. Vsq;
ad annū iubileū operabitur apud te, id est, vsq; ad remissionem sperandā indictos sibimet abs
Mat. 3 b. te faciet fructus dignos pœnitentiæ, & postea reuertetur ad cognationem, & possessionem pa
trum suorum, scilicet recipiendo pristinæ dignitatis, vel officij gradū. Non enim peccata, quę
tali modo prodita sunt honore, vel gradu proprio priuant autorem suum, quum & Dauid di
cat: Docebo iniquos vias tuas, qui vtiq; grande crimē admiserat. Mei enim (inquit) sunt seruj,
& ego eduxi eos de terra Aegypti. Ac si dicat: Idcirco non opprimes (vt prædictum est) quia
non tibi se subiecit, sed mihi, non tuo, sed meo timore confessus est quod fecit, & ego inspiratio
ne occulta vocaui illum de peccatorum suorum tenebris, vt veniret ad lucem consilij tui. Non
væneēt conditione seruorum &c. Ac si dicat. Non agetur cum his, qui eiusmodi sunt, sicut cū
his, qui in seruili nequitia perseuerātes, deprehensi, vel à iudicibus cōuicti sunt: sed merito (in
quit) Deū tuū videlicet cōsyderans, ne & tu ipse tenteris: Nā qui se existimat stare, videat (in
quit) ne cadat. Metuito, inquam, Deum tuum, & temetipsum in alterius calamitate desle, quia
tasse in similibus aut lapsus es, aut labi potes, si non lapsus es. Seruus, & ancilla &c. Illos (ait) in
fortitudine, & terrore opprimite, quos arguit seruilis conditio morum, qui nisi quasi cum ar-
mis quæsiti fuissent, ad modum belli, quo de nationibus, quæ in circuitu sunt, laborios a victo-
ria fit, & capiuntur, qui hostes, vel rebelles fuerunt, nunquam prodidissent reatum suum. In il
los (inquam) seuerius vindicate, qui non voluntaria confessione peccatum suum prodiderunt,
sed per alios est cognitum.

Quid iugum mystice significet. Cap. XXVI.

Iob 39. a. QVid iugū mystice significet, diuus Greg. insinuat lib. xxx. Moral. cap. xxiij. exponens
illud Iob. Quis dimisit onagrum liberum in solitudinē? Onager (inquit) qui in solitu-
dine commoratur, non incongrue vitam eorum significat, qui remoti a turbis sæcularibus cō
uersantur. Qui apte etiam liber dicitur, quia magna est seruitus secularium negociorū, quibus
mens vehementer atteritur, quamuis in eis sponte desudet. Cuius seruitutis conditione care-
re, est in mundo iam nil concupiscere. Quasi enim quodam iugo seruitutis premūt prospera,
dum appetuntur, premūt aduersa, dum formidantur. At si quis semel à dñatione desideriorū
Mat. 11. d. temporalium colla mentis excusserit, quadam iam etiam in hac vita libertate perfruitur, dum
nullo desiderio felicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coartatur. Hoc graue seruitutis iu
gum dñs vidit sæculariū ceruicibus impressum, quum diceret: Venite ad me oēs qui labora-
tis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meū super vos, & discite a me quia mi-
tis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est,
& onus meum leue. Asperum quippe iugum, & durę (sicut diximus) seruitutis pōdus est sub
esse tēporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantibus, appetere qui dē
transeuntia, sed cū transeuntibus nolle transire. Dū em cōtra votū cuncta fugiūt, q; prius mē-
tem ex desiderio adeptionis afflixerūt, post ex pauore amissionis premūt. Liber ergo dimitti-
tur q calcatis terrenis desideriis, ab appetitiōe rerū temporaliū, securitate mentis exonerat.
Et in explanatiōe septē Psalmorū pœnitētialiū exponēs illud Psalmistæ, A custodia matutina
vsq; ad noctē, speret Israel in dño: & citans illud Hieremiæ, Bonū est viro, quum portauerit iu
gum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit: Iugū (inquit) est verbū Dei, mētis nostræ
collo impositū, vt ne altra ceruice, aut nutibus pcedamus oculorū, nec de accepta q̄liber grauia
inflemur, nec extollamus in altum cornu nostrū, nec aduersus Deum iniquitatem loquamur,
sed in o-

sed in omnibus sicut Dei ministros nosmetipsos exhibentes, animas nostras humiliemus, &
iuxta Apostolū, Imitatores dei, sicut filij charissimi, existamus. Portandum autē hoc iugū ab Ephe. 5. b
adolescentia, vt iuuentutis annos congrua disciplinæ correctione vnusquisq; præueniat, ne
si post decursę iuuentutis annos iugum tulerit, suorum stimuletur rememoratione peccato-
rū, & erroris vsu, & peccandi cōsuetudine exagitetur, & nouis semper insurgentibus plus, eos
in seipso sentiat impugnationū tumultus, per ꝙs quotidie aut victor existat, aut victus. Nā si
ab ipsis adolescentiæ primordijs ceruicē verbi iugo subdiderit, omnibus in seipso rite cōposi-
tis, in pace sedebit. Sedebit quidem animę carnē subijciens, & de tribunali rationis, quasi de iu
diciaria sede omnibus internis motibus, velut ꝙbusdā ciuibus, edicta proponens: sedebit (inq̄)
nullū metuens hostē, nullā sentiens impugnationē. Stare nāq; pugnantis est, sedere vero feri-
entis. Sedebit ꝙq; solitarius, id est, ab omni carnaliū desideriorū tumultu remotus. De hac soli- Psal. 54. b.
tudine Dauid dicit: Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Neq; enim rex potentissimus, q
tot milibus populorū ꝑerat, in solitudine habitabat. Habitabat autē in solitudine cordis sui, in
qua nullos hostium spiritaliū impetus, nullos puersarū cogitationū strepitus, nullos pateretur
clamoris iniqui tumultus. Qui vero solitarius sedet, tacet intelligens melius esse silere, quam
loqui incaute. Hinc etenim scriptū est, Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. Prius nāq; opor- Prou. 11. g.
tet discere, q̄ docere. Ideo dictū est, Audi Israel. Neq; enim prius dixit, Loquere sed audi. Sed Dani. 6. a.
Eze. 2. a.
prophetæ dictū est à dño: Sta super pedes tuos, & audi q̄cunq; loquor ad te. Qui audit, tacet. Psal. 118
Tacet ergo, qui in lege domini meditatur dei ac nocte, & audit quid loquatur in eo domi- Psal. 84. b.
nus Deus, qui loquitur pacem in eos, qui conuerturtur ad cor. Et Ambrosius in oratione de Turso. 3 c.
obitu Valētiniani imperatoris: Bonum est (inquit) viro, quum portauerit iugum graue in iu
uentute sua. Sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum graue. Et ille quidem se suarū vir-
tutum remuneratione solatur, eo quod in iuuentute sua labores absorbuit, pericula multo-
rum tolerauit. Iugum maluit graue emendatioris propositi, quam molle illud, ac plenum
deliciarum inuidia mentis ceruice portare. Bene beatus plane, qui vel in senectute correxit er
rorem, beatus qui, vel sub ictu mortis animum conuertit à vitijs. Beati enim, quorū tecta sunt
peccata, quia scriptum est: Define à malo, & fac bonū, & inhabita in sæcula sæculorum. Qui- Psal. 31. a.
cunq; ergo defierit à peccatis, & fuerit ad meliora in quacunq; cōuersus ætate, habet superio Psal. 36. c
rum indulgentiam peccatorum, quæ fuerit vel patienti confessus affectu, vel corrigenti auer-
satus ingenio, sed huic cū plurimis veniæ societas emerēdæ. Plurimi enim sunt, qui se à peccatis
iuuētutis in senectute reuocare potuerunt. Rarus autem qui in iuuētute graue iugum seria so-
brietate portauerit. Hoc est illud iugum, de quo dñs in Euangelio ait: Venite ad me omnes q
laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos. Si quis ergo
antequam graui oneretur peccatorum sarcina tulerit iugum in iuuētute, singulariter se de-
bit, non cum plurimis conferendus, sed cum illo potest dicere, Quoniam tu singulariter in spe
constituisti me. Sed forte dicas: Quomodo iugum graue dicit Hieremias, quum in Euange- Mat. 11. d.
lio dominus dixerit, Iugum enim meum suaue, & onus meum leue est? Ac primum disce,
quia Græcus iugum tantummodo posuit, non addidit graue. Tamen & illud aduerte, quia
& si esset in Threnis, in Euangelio iugum suaue dixerit, & onus leue, non iugum leue. Potest
enim graue iugum verbi esse, sed suaue. Graue adolescenti, graue iuueni, cuius ætas est floru-
lentior, vt nolit iugo verbi subijciendam animi præbere ceruicem. Potest & graue verbi iugū
videri præ pōdere disciplinæ austeritate correctiōis, pōdere abstinētiæ, restrictioneq; lasciuię,
suaue tamen esse fructu gratiæ, spe remunerationis æternæ, purioris conscientiæ suauitate. Ta
men iugum verbi suaue dixit, onus obedientiæ læue, quoniam ei, qui iugum verbi patienti
ceruice susceperit, disciplinę onus graue esse non poterit. Qui ergo tulerit à iuuentute iugum,
singulariter sedebit, & silebit, reuelata sibi gaudens diuinæ remunerationis æterna mysteria.
Aut certe flebit, non opus habens excusatiosie peccati, quod matura confessione præuenit,
& propera correctione deposuit. Non enim dicetur huic, Quæ in iuuentute non congrega-
sti, quomodo inuenies in senectute? Potest autem & sic intelligi: Quoniam qui cito portaue-
rit iugum verbi, hoc est, à iuuentute, non se miscebit cum iuuenibus, sedebit seorsum, & silebit,
donec plena se perfectione virtutis erudiat, & magnam induat animo patientiam, dabitque
percutienti maxillam suam, etiam cædis contentus iniuria, vt mandatis obsequatur cœlesti-
bus. Magnū est enim vel abstinere à vitijs iuuentutis, vel ea in ipso iuuentutis vestibulo dere
linquere, atq; ad saniora conuerti. Lubricæ enim, & perplexæ viæ sunt iuuentutis. Deniq; Sa- Pro. 30. c.
lomon ait, Tria mihi impossibilia sunt intelligere, & quartum, quod non cognosco. Vesti-
gia aquilæ volātis, & vias serpentis in petra, & semitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuētute.

Dauid autē

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid autem ait, delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Iuuenis enim nõ solum fragilitate lubricæ ætatis prolabitur, verum etiam ignorantia cœlestium mãdatorum pletumq; delinquit. Cito autem meretur veniam, qui prætendit ignorantiã. Propheta, itaq; dicit, Delicta iuuentutis meæ &c. Non dicit, Delicta senectutis meæ & scientiæ meæ ne memineris, sed quasi propheta, qui cito correxerit, & emendauerit vitia iuuentutis, ætatem, ignorã tiamque prætendit.

De eodem iugo. Cap. XXVII.

Psal. 118.d ET sermone secundo in Psalmum. cxviij. exponens versum illum, In quo corrigit iuuenior viam suam? De Herode (inquit) dicitur, Ite dicite vulpi illi, quia deflexerat à via recta, nec iter suum in iuuentute correxerat, dignus Hieremiæ Threno, quo deflẽtur peccatores, qui iugum verbi in iuuentute susciperе recusarunt. Ideo captiui ducti sunt, ideo deploran tur tanquam mortui, quia vitæ nescierunt semitas, & digna opera cadauerũ busto non decli nauerunt. Flens ergo mortem perpetuam Iudæorũ, dixit Hieremias: Bonum est viro, quum tollit iugum in iuuentute. Sedebit singulariter, & silebit, quia tulit in se. Non solũ tollere iugũ verbi, sed in iuuentute debemus tollere. Si enim sero tollamus, incipimus pœnitentiam superi orum magis habere, quam tenere gratiam. Præueniamus ergo iuuentutis annos correctione congrua, vt magis dicamus singuli, Deus qui pascit me à iuuentute mea, quam recordatione habentes lapsuum, defleamus, dicentes: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ, ne memineris. Hoc debilitatis est remedium, illud robur salutis. Salutis medicina vulneri quæritur, gratia sanitati, ideoq; ait, Bonum est viro, quum tollit iugum in iuuentute. Ei autem, qui post decursæ iuuentutis annos iugum tulerit, nõ est statim perfectum bonum. Stimulant enim eum peccata sua, exagitat conscientiam consuetudo peccandi, & vsus erroris instabilem facit. Lucandum est diu huiusmodi viro, vt abolere faciat inueterata, atq; diuturna. Huic in periculo res est, illi in bono. Deniq; sedebit ille singulariter, quasi is, qui facile non inueniat æqualem, singularibus donatus præmijs, & silebit quietus, & feriatus ab omni interpellatione mundanæ solicitudinis, & voluptatis, & diuinis vacabit oraculis, quæ solent singulariter sedentibus reuelari, sicut sancto Dauid, qui ait: Quoniam tu singulariter in spe cõstituisti me. Et hic quidem Psal. 4.b nõ in secreto solus sedebat, sed quum præesset populis, singulari tamen gratia præminebat. Helias solus sedebat, quum ab Angelo, vel etiam coruis cibum deferentibus pasceretur. Solus, non solum secretus à turbis, verumetiam segregatus a meritis plurimorum. Deniq; reuelatio nes illi diuinæ gratiæ refulgebant, cuius muneris fructum pro mercede adipiscebatur, quia à iuuentute sua iugum verbi suscipiendum putauit, nec trahenda longo diutius fune peccata. Potest iuuenior iste, qui fecit bonum, tollendo in iuuentute iugum verbi, nondum perfectus, qui adhuc iunior segregãs se à colloquijs æqualium, quę plerunq; corrumpunt bonos mores, & contagia volens fugere peccantium, ita intelligi singulariter sedere, & silere, ne rudis ætatis facilitè labatur, sed intendere seniorum præceptis, prophetarum oraculis, Apostolorum magisterijs, laudandus eo, quia prius vult loquendo cognoscere, quam proferre quę sentiat, ante quam loqui discat, timens ne multiloquio peccatũ contrahat. Vnde puto & Pythagoram illi philosophum imitatorem iuuenis huius prophetici instituisse sectam, vt discipuli sui quinquẽnio non loquentes, tanto silentio loqui discerent, quum præsertim & Dauid superioris ætatis, quam Pytagoram fuisse non dubium sit, qui ait: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquã in lingua mea. Posui ori meo custodiã. Et quia forte aliquando aliquid locutus esset incautius, ideo postea poni ori suo custodiã postulauit. Esaiam quoq; Pythagoricis anteriorem fuisse quis nesciat? Qui quum audisset, Clama, non prius clamauerit, quam audiret quid clamare deberet. respondit enim: Quid clamabo? Vnde dictum est ei: Omnis caro fœnum, verbum autem domini manet in æternum. Et prophetica voce clamauit. Vterq; igitur iuuenis prædicandus, ille tamen serius, hic cautus. Ille seipso contentus, & nunquam sibi sufficiens, ætati lubricę disciplinam aſciscens silentij, nec adhuc sibi abundans, sed alijs se timens credere, quærens tamen à iuuentute congregare, quæ in senectute & sibi, & proximis suis profint, ne dicatur ei: Quæ in iuuentute non collegisti, quomodo inuenies in senectute? Ergo is, si in cõ filio seniorum sederit, manum adhibebit ori suo, vt audiens sententias colligat, quod sibi ad maturiorẽ seruet ætatem. Quemadmodum Maria, quum verba Christi audiret, conferebat omnia hæc in corde suo. Quemadmodum Iohannes quum caput suum supra pectus Iesu domini reclinaret, hauriebat profunda secretæ sapientię. Et sermone decimonono in eundẽ Psal mum: Qui enim (inquit) à iuuẽtute iugum portauerit, & habenis maturi moderaminis tenuerit ora volẽs colla subdiderit, sedebit singulariter remotus à strepitu interpellantiũ passionũ, & quietus

& quietus silebit, cui necesse est iã nõ iurgari cũ corpore, decertare cum varijs cupiditatibus, quia tulit iugum verbi anima, quę quęrit Deũ, q̃ captiuas sibi fecit omnes delitias iuuentutis. Vnde fortasse & illud dominicum: Non clamabit, neq; cõtendet, neq; audiet quisquã in plateis vocem eius, non solum ad defensionis silentium, absolutionisq; contemptum, & toleran tiam passionis, sed etiam ad compressiones omnium accipere possumus corporaliũ voluptatũ. Et diuus Hiero. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Grauia onera esse peccati, & Zacharias propheta testatur, dicẽs iniquitatẽ sedere sup talentũ plumbi. Et Psalmista cõplorat Iniquitates meæ grauatæ sunt super me. Vel certe eos, q grauissimo legis iugo premebãtur, ad Euangelij iuuitat gratiam. Iugum enim meũ &c. Quomodo leuius lege Euangeliũ, quũ in lege homicidiũ, in in Euangelio ira dãnetur? Qua ratione Euãgelij gratia facilior, quũ in lege adulteriũ, in Euangelio concupiscentia puniatur? In lege multa p̃cepta sunt, quæ Apost. non posse cõpleri, plenissime docet. In lege opera requirũtur, q̃q fecerit, viuet in eis. In Euãgelio volũtas q̃ritur, q̃ etiam si effectum non habuerit, tñ p̃mium non amittit. Euangeliũ ea p̃cipit q̃ possumus, ne scilicet concupiscamus. Hoc in arbitrio nostro est. Lex quũ voluntatem non puniat, punit effectũ, ne adulterium facias. Finge in persecutione aliquam virginem prostitutã. Hæc apud Euangeliũ, quia volũtate non peccat, virgo suscipit, in lege quasi corrupta repudiat. Et Theophylactus, Venite ad me omes &c. Omnes vocat, non solum Iudæos sed & gentiles. Per laborantes intellige Iudæos, vt facientes traditiones legis, & in operatione mandatorũ legis fatigatos. Per oneratos autem gentiles, onere peccatorum oppressos. Hos igitur qescere facit christus, Credere eñ, & confiteri, & baptizari quis labor? Quomodo autem non & quies, q̃quidẽ & hic nihil solicitum esse oportet de ijs, q̃ ante baptismũ facta sunt, & alibi quies te susceptura est? Tollite iugum meum &c. Iugum Christi, humilitas, & mititas. Qui igitur se humiliauerit omni homini, requiem inuenit, imperturbatus manẽs. Sicut vanę gloriæ cupidus, & arrogans semper in curis est, nolẽs quoquam minor haberi, sed cogitans quomodo magis glorificetur, & quomodo vincat inimicos, iugum igitur Christi (humilitatem dico) leue est. Facilius est enim humili naturę nostrę humiliari, q̃ sublimari. Diuitur item & omnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retributionẽ leuia, tametsi ad breue tempus, grauia videantur.

De eodem iugo. Cap. XXVIII.

Diuus quoq; Chrysostomus homil. xxxix. super Matthæum, antedicta verba Euangelij, hoc pacto exponit: Venite ad me omnes &c. Non hic, aut ille, sed omnes, qui curis, Chrysosto. qui doloribus, qui peccatis laboratis, venite ad me, non vt pœnas luatis, verum vt dolores, peccataq; vestra resoluantur. Venite ad me, nõ quia glorificari me à vobis opus est mihi, sed quia salutem vestram maxime sitio. Ego (inquit) requiem vobis tribuam, non dixit, saluos faciam, sed quod maius est, in omni quiete constituam. Tollite iugum meum &c. Nolite igitur onus pertimescere. Suauitatis enim eximiæ plenum est. Quomodo autem in superioribus dicebat angustam esse ianuam, & arduam tribulationis viam quando videlicet desidia, quando ignauia dissolutus es. Nam quando, quæ dicta sunt, perfeceris, leue tunc erit onus. Quapropter magnitudine retributionis etiam nunc leue appellatur. Quomodo autem (inquies) quæ dicta sunt perficiam animo? Si humilitate syncera, si mansuetudine vera, si moderatiõe integra te communies. Humilitas quippe virtus est, & sublimioris philosophiæ mater est, atq; origo. Propterea etiam quũ nobis diuina traderet instituta, ab humilitate initiũ fecit. Et hoc in loco ab eo iterum exorsus, magnã pollicetur mercedẽ. Non enim alijs (inqt) solum accommodus, atque vtilis fueris, sed tibi ipsi firmam, stabilemque requiem conpræstabis. Inuenietis enim animabus vestris requiem (inquit). Sic antequam futura veniant, hic quoq; retribuit, & victoriæ p̃mium p̃bet, non solum, vt dictũ est, verũetiã quia seipsum exẽplũ nobis posuit, vt acceptior doctrina hæc sua, & gratior esset. Quid eñ dubitas (inqt) ne minor, atq; despectior propter humilitatem videaris? In me igitur respice, meaq; omniaq; omnia hęc p̃cepta non ab alio, sed à memetipso discas. Ita eñ & luce clarius patebit tibi, quam maximum bonũ humilitas sit. Cõsydera quomodo his omnibus, vt humilitatẽ p̃cipue colant, ipsis persuadet. Primo in his, q̃ ipse peregit. Discite (inquit) à me, q m̃ mitis sum. Deinde magnitudine retributionis. Inuenietis enim requiẽ animabus vestris. Præterea his, q̃ ipse gratis affert. Ego enim (inquit) requiem vobis compræstabo. Ad hæc, quia facilem rem, atq; suauem esse approbauit. Suaue nanq; iugum est (inquit) & onus meũ leue. Sic & Paulus persuadet, dicens: Quod enim momentaneum, & leue tribulationis nostræ est, per superabundantiam æternam gratiæ operatur. Sed quomodo (inquies) leue hoc onus est, quum dicatur: Nisi qs

Universidad de Deusto
Biblioteca

odio habuerit patrem,ac matrem,& nisi quis tollat crucem suam,& sequatur meñ, est me di
gnus,& nisi quis omnibus rebus suis renunciauerit,non potest esse meus discipulus, quum in
beat ipsam quoq; animam esse tradendam,quomodo (inquam) leue est? Doceat te Paulus di-
cens: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an persecutio, an fames,
an nuditas,an periculum aut gladius? Et, Quoniam non sunt condignæ passiones præsentis Rom.8.d.
huius temporis ad reuelandam in nobis gloriam. Doceant te illi,qui à synagogis ludæorum
post mille flagella,ac verbera,summo gaudio affecti,ridebãt,quia videlicet digni sunt inuen-
ti,qui pro Christi nomine vexarentur. Quod si adhuc iugum,ac onus audiendo formidas ni
mium,atq; perhorrescis,non naturæ rerum huiusmodi timorem,sed ignauiæ totum attribu-
as. Nam si accinctus,& præparatus eris,& nulla desidia effœminatus,cuncta tibi facilia,leuiſq;
maq; videbuntur. Quapropter etiam Christus,vt quãta cura vigilandum esset,certiores nos
redderet,non siluit onera,nec suauia tacuit,sed vtrunq; complexus,& iugum dixit,& suaue ap
pellauit,onus apposuit,& leue adiecit,& ne aut tanquam laboriosa nimium fugeres, aut tanq;
nimium facilia contẽpta prosequereris. Quod si post hæc oia vehementer ardua, difficilisq; ti
bi virtus videtur, veniat in mentem tibi quanto difficilior vitiositas est,quod ipse occultius si
gnificat,quum antequam de iugo suo aliquid dixerit, Venite ad me oës,exclamauerit, Qui la
boratis,& onerati estis. Hinc enim ostendere voluit,quantum laborem,quantum grauamen
intolerabile peccatum hominibus afferat. Idcirco nõ qui laboratis solummodo ait,sed etiam, Psal.37.a
qui onerati estis. Quod Psalmista significauit apertius,& naturam ipsius peccati descripsit,di
cens: Sicut onus graue,grauatæ sunt super me. Zacharias quoq; similiter plumbi talentum ei
se ait. Id etiam rerum experientia facile intelligimus. Nullo enim pondere grauius premitur
anima,nihil tam vehementer mentis restringit oculos,nihil magis deiicit,atq; prosternit,qui
male actæ vitæ,ac peccatorũ conscientia,& recordatio. Nihil ecõtra sublimiorẽ,atq; altiorem
mẽtem hois reddit,sicut iustitiæ,atq; virtutis possessio. Quid enim intolerabilius esse videtur,
quam nihil penitus possidere? Quid grauius,q̃ mortem violentia obire? Sed tñ hæc omnia,si
recte perpetiamur,leuia,& facilia,& honestæ voluptatis affectiua cõstituũtur. Et in fine. Disci
te (inquit) à me,quia mitis sum &c. Omnium enim bonorũ fons,atq; origo innocẽtia est. Nõ
ergo pertimescas onus,nec ab eo iugo resilias,quo te Christus ab omnibus istis vendicat,sed
oi alacritate animi iugũ hoc subeas,& tunc q̃ suaue sit,facile cognosces. Nec enim terret cru-
cem tuã,sed ornatus gratia imponitur,& vt discas ordine ad regiam viã procedere,& præci-
pitia vtriq; vitare,ac facile per angustam viam lętus incedere. Qñ ergo tot, tantaq; bona
hoc iugum præbet,qñ tãta securitate vallatum est,qñ tãto gaudio replet,omni cura, studio,
operaq; ipsa trahamus,vt & hic requiẽ animarũ inueniamus,& futura beatitudine potiamur.

De eodem iugo. Cap. XXIX.

Psal.118.b
DIuus quoq; Hilarius exponens illud Psalmistæ, In quo corrigit adolescens viã suã, hoc
pacto scribit: Omni quidem ætati optabile est ex his corporis sui vitijs ad innocentiæ
studium transferri,quia & sera scilicet emendatio vtilis sit obliuione vitiorum. Sed placitum
Deo virũ propheta cõformans,nõ expectat post longam,ac diuturnã criminũ consuetudinẽ,
doctrinæ Dei,& præceptis timoris institui,sed rudes à peccatis annos, & ætatẽ adhuc crimi-
nũ nescią vult non modo studijs aliquando innocẽtiæ,sed etiã ipsa adolescentiæ consuetudine
imbui. Difficile est ab vsitatis definere,difficile est à familiaribus abstrahi. Magnũ in se consue
tudo habet vinculũ,& idcirco optimus ille fuerit cultor,quẽ nõ modo delictorũ emissio sine
crimine constituerit,sed ipsa illa præstiterit vitiorum ignorãtia. Nouit Hieremias propheta
ætatis huius beatitudinem,dicẽs: Bonum (inquit) est iuueni viro,quum fert iugum graue in iu
uentute sua. Sedebit singulariter,& tacebit. Non expectat frigescentes senectutis annos,
nec emortuam iam per ætatem vitiorum consuetudinem,vult longi prælij militem,vult eum
Christi seruum,quem ne ipsa quidem præteritorum criminum recordatio polluat. Nam in
his,qui iam prouectioris ætatis crediderunt,ineſt quidem per donum gratiæ præteritorum
indulgẽtia,sed nõ abest p cõscięntiæ naturã,gestorũ recordatio. Bonũ (inqt) iuueni ferre iugum
graue, Onus istud maturi ad obediẽdũ anni ægreferũt. Cæterũ ętas grauis oneris molestią p
virtutis incremẽta nõ sentit. Sed suscepto in iuuẽtute onere,qd faciet? Sedebit,inqt,singulariter,
& tacebit. Rarus ipse ẽ,cũ q̃ p fectio timoris Dei p annorũ augmẽta cõrescat,& idcirco singu-
larius sedebit,lasciuos adolescẽtiæ cœtus derelinquẽs,& ab ipso senũ nup credẽtiũ consortio re
motus,qa cõpetit se nõ dicere, Delicta iuuentutis meæ dñe,ne memineris. Silebit etiã cõgrua
fidei,& iuuenturi existimans taciturnitatem, non tumultibus negociorum secularium ad-
mixtus,sed

mixtus sed per molestiam (alias modestiã) tacens,sola diuina sacramentorũ cognitione occu-
patus,& sermones Deitacita rerum,atq; operũ obseruatione custodiens. Et diuus Bernardꝰ, Bernardus
in sermone Petri,& Pauli Apostolorũ primo,citãs antedicta Hieremiæ verba: Bonũ est viro,
quum portauerit iugũ ab adolescentia sua. Sedebit solitarius,& tacebit,quia leuauit se super se.
Illi (inquit) errauerunt,sed iste sedebit semper. Illi enim errant corde,iste autẽ nõ sedet,sed sede-
bit solitarius: quũ habuerit honorẽ singularitatis illius, videlicet iudiciariæ potestatis insigne,
q̃ sancti in terra possidebunt,quum lætitia sempiterna erit eis. Quare? Quoniã leuauit se su- Esai.61.c
per se. i. quum adolescens esset,& ætatis lubricæ sentiret ardores,senẽ induit, relinquens quod
erat,assumens q̃ non erat. Leuauit (inqt) se super se,quia nõ respicit ad se, sed ad illum qui est
super se. Sedebit enim,& tacebit,etiam modo à strepitu diabolicarũ suggestionũ,à strepitu car-
naliũ,desideriorũ,à strepitu mundi. Felix aia q̃ linguas istas non exaudit,audiat licet illa mul- 1.Cor.2.b.
tum felicior (si tñ aliqua est) cui penitus non loquuntur. Hæc est sapientia q̃ Apost. loquitur
inter perfectos abscondita in mysterio,quam nemo principum seculi huius cognouit. Sic me
Apostoli & viuere,& conscendere docuerunt. Et Rupertus exponens illud Euangelicũ, Ve- Mat.11.c
nite ad me omnes qui laboratis &c. Quam vera sint ista,ille scit,qui experiri meruit,qui post-
q̃ laboratit,& oneratus fuit,vocem hanc audiuit inuitantis,& refectus est. Exẽpli gratia. Pau
lus Apost. qui dixit, quia scriptum est, q̃ oculus non vidit,nec auris audiuit, nec in cor homi- 1.Cor.2.b.
nis ascendit,quæ pparauit deus his,qui diligunt illũ, statimq; subiunxit, Nobis autem reuela-
uit deus per spiritum suum ipse expertus est. Laborauerat enim in eo maxime q̃ adhuc spi- Actu.9.a.
rans minarũ,& cædis in discipulos dñi,persequebatur eos vsq;ad mortẽ,alligans & tradens in
custodias viros,ac mulieres,& oneratus fuerat nõ solũ onere peccatorum,verumetiã onere, Actu.15.b.
q̃ portare cõtendebat ceremoniarum carnalium,quod neq; patres nostri (ait Petrus Apost.)
neq; nos portare potuimus. Audiuit beatam inuitationem hanc,& venit,& refectus est. Non
quidem iam tunc pleno conuiuio satiatus est,sed paruo interim gustu refectus, donec veniret
quod perfectum est. Quid putas illa perfectio vel quantum habet suauitatis,quantum refici?
Parcus iste gustus,vere fateor,& non incertus (credo) quia nullo potest exprimi eloquio. Sen-
tiri potest,edici,non potest. Quantomagis illa perfectio? Et quotusquisq; est,qui illud q̃q; p
sequitur,digne possit apprehendere? Tollite (ait) iugum meum super vos,& discite à me quia
mitis sum,& humilis corde. O laborantes,o onerati,qui cum iugo peccati,& onere mortali-
tatis,quod commune est humano generi,regum quoq;,vel dominorum dura imperia sustinu- Dani.7.a.
istis,quales potius ferę quam homines merentur dici,sicut hactenus apud Danielẽ præsigna-
tũ per quatuor facies ferarum,leænæ,& vrsi,pardi,& illius sine nomine bestiæ terribilis,atq;
mirabilis,dentes magnos deures ferreos habentis: ó vos (inquam) defessi,ac detriti iugo do-
minorum huiusmodi,venite (ait) ad me,& ego reficiã vos. Ecce facies mea facies est hominis,
& ecce ego sum ille filius hois, qui post illas feras veni in nubibus cœli,& vsq; ad antiquum
dierum perueni,antiquum dierum patrem meũ, cui nunc cõfitẽs dico qa abscõdisti hęc à sa-
pientibus,& prudentibus,& reuelasti ea paruulis. Non sum vt feræ illæ,sed homo sum mitis,
& humilis corde. Sub iugo illorũ nõ hoim,sed ferarũ laborastis,& onerati fuistis,sub iugo meo
inuenietis requiẽ animabus vestris,quia iugũ meum suaue est,& onus meum leue,ita vt scien-
ter dicatis,quia nosse me viuere,& mihi seruire,regnare est.

Iumenta quid mystice significent. Cap. XXX.

IVmẽta quid mystice significent,diuus Gregorius libro Moralium xi. capite secũdo,expo- Gregorius
nens illud Iob,Interroga iumenta,& docebunt te,hoc pacto insinuat: Quid per iumẽta,nisi Iob.12.b.
sensu pigriores,quid per cœli volatilia,nisi summa,atq; sublimia sapientes,intelligere debemus?
De iumentis quippe,id est,sensu pigrioribus scriptũ est: Animalia tua habitabunt in ea. Et quia
sublimia sapientes,in verbis nostri redemptoris euolant,scriptum est, Ita vt volucres cœli veni
ant,& habitent in ramis eius. Quid vero per terram,nisi terrena sapientes? Vnde & primo ho-
mini cœlestia deserenti,dictũ est: Terra es,& in terram ibis. Quid per pisces,nisi curiosos hu- Psal.67.b.
ius sæculi debemus accipere? De quibus psalmista ait: Volucres cœli & pisces maris qui peram- Mat.13.d
bulant semitas maris. Qui in magnis rerum inquisitionibus,quasi in abditis fluctibus, latent,
Dicit ergo: Interroga iumenta,& docebũt te,volatilia cœli,& indicabunt tibi. Loquere terrę, Gen.3.d.
& respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Ac si aperte dicat: Siue sensu tardiores, seu
sublimia sapientes, siue terrenis actibus deditos, seu huius mundi occupatos inquisitioni-
bus requiras, cuncta hæc creatorem omnium Deum fatentur, & de potestate eius concordi-
ter sentiunt, quamuis sub ea non concorditer viuant. Et libro xxvi. capite vndecimo, ex-
ponens illud Iob, Qui docet nos super iumenta terræ,& super volucres cœli erudit nos, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob.35.b. pacto scribit: Iumenta terræ sunt, q̃ vsu vitæ carnalis ima appetunt. Volucres vero cæli sunt, qui superbę curiositatis studio sublimia perscrutantur. Illi viuendo se deponunt infra, q̃ sunt, isti inquirẽdo se eleuant vltra, q̃ possunt. Illos in infimis voluptas deiicit carnis, istos quasi in superioribus erigit libido curiositatis. Illis per sacra eloquia dicitur: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Istorum superbus labor increpatur, dũ dicitur, Altiora

Psal.31.c. te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Illis dicitur: Mortificate membra vestra, q̃ sunt super terram, fornicationẽ, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malã. Istis dicit:

Col.3.a. Nemo vos decipiat per philosophiã, & inanem fallaciã. Docet igitur nos deus super iumẽta terræ, & volucres cæli, quia dum hoc q̃d sumus, agnoscimus, nec carnis nos infirmitas deiicit, nec superbiæ spũs eleuat, nec defluendo imis subiacemur, nec superbiẽdo de sublimibus inflamur. Qui enim carne labitur, iumentorum appetitu prosternitur. Qui vero extollitur mente, more volucrum, quasi leuitatis penna subleuatur. Sed si vigilanter intenditur, vt & mẽtis humilitas, & carnis castimonia teneatur, cito cognoscimus, quia alterũ custoditur exaltero. Nam multis sæpe superbia luxuriæ seminariũ fuit, quia dum eos spũs quasi in altum erexit,

Psal.48.c caro in infimis mersit. Hi enim prius secreto eleuantur, sed postmodũ publice corrumpũt, qa dum occultis intumescunt motibus cordis, apertis cadunt lapsibus corporis. Sic sic elati iusta fuerant retributione feriendi, vt quia superbiendo se hominibus præferunt, luxuriando vsque ad iumentorũ similitudinem deuoluantur. Homo quippe, quum in honore esset,

Rom.1.c. non intellexit, cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Quasi scientię eam illos in altum penna subleuauerat, de quibus Paulus dicebat: Qua quũ cognouissent deum, nõ sicut deũ glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitatiõibus suis, Quo autem in iumentorum, aut plusquã iumentorum voluptatẽ deciderint, subdidit, dicens: Tradidit eos deus in desideria cordis sui in immundiciã. Ecce caro mersit, q̃s superba scientia sub leuauit, & à volatu volucrum, vltra appetitum lapsi sunt iumentorũ atq; inde sub se prostrati sunt, vnde sup se ire videbant. Curandũ itaq; est, & omni custodia mens à superbię tumore seruanda. Non enim ante oculos dei vacuæ trãsuolant cogitationes nostræ, & nulla momẽta tẽporis per animũ trãseunt sine statu retributiõis. Intus ergo videt deus q̃d mente eleuat,

Osee.5.b idcirco pmittit foris inualescere, q̃ deponat. Hinc quippe per Osee contra Israelitas dicitur: Spũs fornicationis in medio eorum, & dñm non cognouerunt. Qui vt ostenderet, q̃ causa libidinis ex culpa prorũperet elationis, mox subdidit, dicens: Et respondebit arrogãtia Israel in faciem eius. Ac si diceret: Culpa, q̃ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto respõdit. Proinde per humilitatis custodiam seruanda est mũdicia castitatis. Si enim pie spiritus sub deo pmitur, caro illicite super spm̃ nõ leuatur. Habet quippe cõmissum sibi dñium carnis, si tamen sub deo recognoscit iura legitimæ seruitutis. Nã si autorem suum superbiendo contemnit, iure & à subiecta carne prælium suscipit. Vnde & ille

Gen.3.b. primus inobediens mox vt superbiendo peccauit, pudenda contexit. Quia enim cõtumeliã spũs deo intulit, mox contulit, mox contumeliam carnis inuenit. Et qui autori suo esse subditus noluit, ius carnis subditæ, quam regebat, amisit, vt in seipso videlicet inobedientiæ suæ confusio redundaret, & superatus disceret, quid elatus amisisset. Quia igitur mentis elatio ad pollutionem pertrahit carnis, reproborum cor à volatu volucrum, ad petulantiã mergitur iumentorum. Sancti aũt viri, ne appetitu bestiali ad luxuriæ voraginẽ deuoluãtur, solicite cogitationes mentis à superbiæ volatu custodiunt, ac ne in infima despiendo, corruant, omne q̃ sublimiẽ sapiunt, humiliter pmunt. Recte itaq; dicitur: Qui docet nos super iumenta terræ &c. Quod quidẽ intelligi & aliẽ potest. Nam sicut iumẽtorum vocabulo signatur vita hoim carnis adhuc motibus subditorum, ita appellatione volucrum figuratur elatio spiritũ superborũ, vt p iumenta quidem terreni hoies, per volucres vero dęmonia designentur. Vnde cum semina dñs iuxta viam diceret cecidisse, subiungit: Venerunt volucres cæli, & comederũt

Mat.13.a eа, nimirum per volucres signans aereas potestates. Sancti autem viri, quia nec infima hominum exempla appetunt, nec rursum dæmoniaca subtilitate falluntur, & super iumenta terræ, & super cæli volucres, virtute eruditionis excrescunt. Super iumenta enim terræ edocti sunt, quia quicquid inimis potest ambiri, despiciunt. Super volucres quoque cęli eruditi sunt, quia potestates aereas, quas adhuc per carnis infirmitatem tolerãt, iam vitæ meritis calcant, quia omnes etiam immundorum spirituum insidias comprehendunt. Paulus iam super iumenta terræ edoctus fuerat, dicens: Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, & nunc flens dico, inimicos crucis Christi &c. quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis est. Et rursum sa-

per volu-

per volucres cæli eruditũ se nouerat, quum dicebat: Nescitis, qm̃ angelos iudicabimus? Sub 1.Cor.6.a
se iumenta cernebat, quia videlicet in terra adhuc positus, calcabat mores hoim, qui in infimis cõuersabant. Et rursum volatum volucrũ meritoq; dignitate trãscẽderat, qa subiturus ęę lestia, iudicaturum se angelos nõ ignorabat. In illis immundorum infima, in istis supborum summa calcabat. Illud aũt Ioelis, Computruerunt iumẽta in stercore suo, expositum est in dictione, Incensum. Ioel.1.d.

De eisdem iumentis. Cap. XXXI.

DE iumẽtis quoq; scriptũ est, Hoies, & iumenta saluabis dñe &c. hoc est, rationabiles, irrationabiles q̃ personas (vt D. inquit Hiero. iuxta illud Apostoli: Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Et diuus Hiero. exponẽs illud Zachariæ, Absq; muro habitabitur Hierusalem p̃ multitudine hoim, & iumentorum in medio eius: Nos (inquit) iuxta spirituale sensum hæc oia interpretamur in ecclesia, quæ absq; muro, vel (sicut Lxx. transtulerunt) cataracpos, id est, frugifera habitabitur, & habeat multitudinem hominum ac iumentorum, & dñs ignis sit in circuitu eius, & ipse in medio illius versetur in gloria. Ista est ciuitas, de qua alibi legunus: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et rursum: Magnus dñs & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sctõ eius. In hac quicunq; habitat, dicere potest. Ego autẽ sicut oliua frugifera in domo dei. Et, Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super aquas refectionis educauit me. Et habitabitur, inquit, Hierusalem p̃ multudine hoim, & iumentorum absq; muro (siue frugum oim abundantia.) Quidam hoies, & iumenta duos populos interpretantur, Iudæorum ac gentilium, q̃ illi qui in lege versati venerũt ad fidem Christi, hoies appellati sint, nos autem qui post idololatriam quasi in deserto legis, & solitudine fuimus prophetarũ, & eius recepimus passionem, iumenta dici debeamus. Alij autem rationabiles quosq; & scripturarum eruditos scientia, hoies intelligi volunt: iumenta vero simplices quosq; credentium, & de his dici, Homines & iumenta, saluos facies dñe. Hæc iumenta, & hæc animantia audiunt boni pastoris vocem, & cognoscunt, & sequũtur eum. Et ego ero ei (ait dominus) murus ignis in circuitu, vt credentes, & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant, & possint spiritu esse feruentes. Et exponens illud Zachariæ, Siquidem ante dies illos merces hominum nõ erat, nec merces iumentorum erat, hoc modo scribit: Siquidem anteq̃ domus dei in nobis fundamenta iaciantur & ędifice- Ioha.10.c. Zach.8.b. 2.Cor.6.d
mur templum deo, & audiamus ab Apostolo, Vos estis templum dei, & spiritus sanctus habitat in vobis, quicquid boni operis habere videamur, siue rationales, qui appellãtur hoies, siue simplices, qui iumenta dicuntur: (homines enim, & iumenta, inquit, saluos facies dñe) mercedem nõ habet apud Deum, & sunt in nobis bella, atq; discordiæ, & vbique tribulatio, & sine pace Christi, quam ad patrem vadens, Apostolis dereliquit, impleturq; in nobis domini sententia. Inimici hominis domestici eius. Omnis enim frater supplantatione supplantat, & omnis amicus frandulenter incedit, veritatem non loquitur. Didicit lingua eorum loqui meudacium. Quod si conuertamur ad CHRISTVM, & templum eius efficiamur, statim audiemus Apostolum proclamantem, Vnusquisq; accipiet propriã mercedem iuxta laborem suum. Et in eodem propheta scriptum est: Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, q̃ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. vbi D. Hiero. hoc pacto scribit: Dicamus iuxta cœptam tropologiam, q̃ ideirco oia mala corruant, q̃ prius contra ecclesiam dimicauerunt, vt bona repente consurgant. Denicq; qui prius equus fuerat, hinniens ad vxorem proximi sui, & impatiens ad libidinem ferebatur, & iacebat in turpitudine voluptatum, quum sequi cœperit castitatem, dicitur ad eum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Iuxta hunc sensum mulos accipiamus, qui steriles sunt, & nõ procreant filios, sed voluptate lasciuiũt. de quibus Psalmista cõmemorat. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sicut ergo qui proni sunt ad libidinem equi appellãtur, sic mulos iuste vocabimus, qui virgines sunt carne, & non spũ, qui eunuchizãtur nõ propter regna cælorũ, sed propter hoim voluptatem. Quum igitur isti muli & isti eunuchi versi fuerint in progeniem, & spirituales filios procrearint, audient per Esaiam, Hæc enim dixit dñs eunuchis, qui custodierint sabbata mea &c. Cameli sunt oẽs peccatores terræ, qui graui peccatorum sarcina deprimuntur, & videntur sibi sanctas scripturas legere, sed vngulam non finidunt, ruminantes eloquia diuina, & ea q̃ scripta sunt negligentes. Rectius autem camelus dicitur, qui prius frigore charitatis intepuerant, & possint spiritu esse feruentes. Et exponens illud Zachariæ, Siquidem ante dies illos merces hominum nõ erat, nec merces iumentorum erat, hoc modo scribit: Siquidem anteq̃ domus dei in nobis fundamenta iaciantur & ędificemur templum deo, & audiamus ab Apostolo, Vos estis templum dei, & spiritus sanctus habitat in vobis, quicquid boni operis habere videamur, siue rationales, qui appellãtur hoies, siue simplices, qui iumenta dicuntur: (homines enim, & iumenta, inquit, saluos facies dñe) mercedem nõ habet apud Deum, & sunt in nobis bella, atq; discordiæ, & vbique tribulatio, & sine pace Christi, quam ad patrem vadens, Apostolis dereliquit, impleturq; in nobis domini sententia. Inimici hominis domestici eius. Omnis enim frater supplantatione supplantat, & omnis amicus frandulenter incedit, veritatem non loquitur. Didicit lingua eorum loqui meudacium. Quod si conuertamur ad CHRISTVM, & templum eius efficiamur, statim audiemus Apostolum proclamantem, Vnusquisq; accipiet propriã mercedem iuxta laborem suum. Et in eodem propheta scriptum est: Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, q̃ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. vbi D. Hiero. hoc pacto scribit: Dicamus iuxta cœptam tropologiam, q̃ ideirco oia mala corruant, q̃ prius contra ecclesiam dimicauerunt, vt bona repente consurgant. Denicq; qui prius equus fuerat, hinniens ad vxorem proximi sui, & impatiens ad libidinem ferebatur, & iacebat in turpitudine voluptatum, quum sequi cœperit castitatem, dicitur ad eum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Iuxta hunc sensum mulos accipiamus, qui steriles sunt, & nõ procreant filios, sed voluptate lasciuiũt. de quibus Psalmista cõmemorat. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sicut ergo qui proni sunt ad libidinem equi appellãtur, sic mulos iuste vocabimus, qui virgines sunt carne, & non spũ, qui eunuchizãtur nõ propter regna cælorũ, sed propter hoim voluptatem. Quum igitur isti muli & isti eunuchi versi fuerint in progeniem, & spirituales filios procrearint, audient per Esaiam, Hæc enim dixit dñs eunuchis, qui custodierint sabbata mea &c. Cameli sunt oẽs peccatores terræ, qui graui peccatorum sarcina deprimuntur, & videntur sibi sanctas scripturas legere, sed vngulam non find

Universidad de Deusto
Biblioteca

corruens repente cõsurgeret,& portaret dñm saluatorem,&ingrederetur in sanctã Hierusalẽ. Oia q̃q; iumẽta,animantia, q̃ vno nomine propheta cõprehendit pro singulorũ naturis interpretãda sunt. Et in epistolã ad Gal. cap.v. exponit illud Psalmistæ,Homines, & iumẽta &c. Hoies (inqt) rationabiles q̃sq;,& spirituales viros,animalia vero eos,qui tardioris ingenij sunt,& à spiritualibus ad agẽda dñi sabbata eruditur. Et Orig.homilia tertia super Leuiticũ, antedicta Psalmistę exponens verba,hoc pacto scribit: Hi,q verbi dei,& rationabilis instituti studiũ gerunt,homines appellant:q vero absq; huiusmodi studijs viuunt,& scientiæ exercitia non requirunt,fideles tñ sunt,animalia quidem,sed munda dicuntur.

Gregorius lib.30.n.

Quid iuniperus mystice significet. Cap. XXXII.

QVid iuniperus mystice significet,Gregorius declarat lib.Moral.xx.cap.ix,& x.exponens illud Iob,Et radix iuniperorum cibus eorum: Arbor (inquit) iuniperi pro foliis punctiones habet. Sic quippe sunt hirsuta quæ profert, vt spinis similia contrectantem pungere valeant. Spina vero est omne peccatum,quia dum trahit ad delectationem,quasi pungẽdo lacerat mentẽ. Vnde iusti voce,& pœnitentis dicitur: Cõuersus sum in ærũna mea, dũ cõfringitur spina,quia scilicet mens ad lamenta vertitur,vt peccati punctio pœnitendo frangatur. In translatione vero alia,nõ cõfringi,sed configi spina perhibetur,quod videlicet ab eodẽ sensu nõ dissonat,qa pœnitẽtis animus ad luctũ ducit,dũ perpetrata culpa in memoria fixa retinetur. Quid ergo per radicẽ iuniperi,nisi auaritia designatur,ex qua peccatorũ cũm spinę producũtur? De qua p Paulũ dicitur: Radix oĩm malorũ est cupiditas. Ipsa qppe latẽter oritur in mẽte,sed pũctiones peccatorũ oĩm patẽter ꝓducit in opere. Quas videlicet pũctiones ab hac radice surgentes,statim prædicator egregius insinuat,quũ subdit: Quã quidã appetẽtes, errauerũt à fide & inseruerũt se doloribus multis: Qui eñ multos dolores dixit,quasi nascẽtes intonuit ex hac radice pũctiones. In iuniperis ergo peccata in radice vero iuniperorum,quid aliud quã auaritiã, id est materiã intelligimus peccatorum? Quia igitur plerunq; hæretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur, nec ignorant,quia peruersa astruunt,sed erroris prædicamenta non deserunt,dum sumptus percipere quasi doctorũ volunt,bene de eis sancti viri nunc voce dicitur: Et radix iuniperorum,erat cibus eorum,quia dum totis mentis suæ sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci proculdubio peccatorum sequentium punctiones solent. Qui si quando in sacro eloquio quædam quasi prudenter inueniunt,quæ dum non intelligunt,pro suis esse assertionibus,suspicantur,mox auditoribus suis,quorum non animas,sed substantias appetunt,hæc vociferantes aspergunt. Vnde congrue subinfertur: Qui de conuallibus ista rapientes,quum singula reperissent,ad ea cũ clamore currebant. De conuallibus ista rapiunt,quia hęc de humilibus dictis patrum superbo spiritu colligunt. Quæ dum pro suis se partibus inuenisse gloriantur,ad ea cum clamoribus curruntur,quia videlicet omne quod sentiunt,appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. Et in libro Regum scriptum est: Misitq; Iezabel nuncium ad Heliam,dicens &c. Timuit ergo Helias,& surgens abijt quocunq; eũ ferebat voluntas. Quumq; venisset, & sederet subtus vnã iuniperũ,petiuit animæ suę vt moreretur. Et infra: Et obdormiuit in vmbra iuniperi &c. Quæ verba enarrans Rupertus in cõmentarijs,hoc pacto scribit: Nunqd casu hæc gesta sunt? Nõ vtiq;,sed mysterijs propheticis plena sunt. Helias q̃supra in spiritu fortitudinis agẽdo, dei & dñi secundũ nomẽ suũ typũ gerebat,ipse hoc loco in infirmitate sua,generis hoĩm figuram gestabat. Ibi capitis,hic mẽbroꝝ mysteriũ est. Iezabel,quæ mortẽ Heliæ intẽtat, mors æterna est,quę per pctm̃ in hunc mundũ introierat. Hãc quicunq; fugit,sedet subter iuniperum,id est, cõfugit ad sanctum & viuificũ crucis dominicę lignum. Currit ad baptismũ,poscit dominicæ passionis sacramẽtũ. Illic ambit mortẽ, illic festinat cõmori Christo, ne ab Iezabel occidatur, cõplãtari similitudini mortis Christi,ne in ęterna morte detineãt. Proñcit ergo se in vmbra iuniperi,& obdormiscit,i.subñcit se cruci Christi,& commoritur illi. Omnes (inquit apostolus) quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius baptizati sumus. Inde surgens satiatur ab Angelo dñi ad prandium,i. percipit à sacerdote dominici corporis & sanguinis sacramentũ. Illud comedit & bibit,& tñ rursus obdormiscit. Quãuis eñ Christo cõmortuus, mortẽ æternam euaserit Christianus,tẽporali tamẽ morte corporis est moriturus. Sed rursus Angelus dñi reuertitur,eumq; iterato inuitat ad mãducandũ & bibendum. Surgit enim omnis qui dormit,veniẽte Christo in iussu & in voce Archãgeli,& in tuba dei,& mãducabit deinceps semel tantũ,& semper panẽ verũ, panem Angelorum facie ad faciem videndo deum. In fortitudine illius cibi ambulauit ad montẽ dei quadraginta diebus,& quadragita noctibus, id est,

Pſal.31.a.

2.Tim.2.a

Iob.30.a.

3.Reg.19

Gal.2.c.d

id est, pleuerabit in cœternitate dei cũctis diebus, imo sine fine cum angelis spiritibus. Et in Oseę,vbi scriptum est: Ego vt abietem virentẽ, ex me fructus tuus inuentus est,lxx. habent: Ego sicut iuniperus condensa,ex me &c. Vbi D. Hiero. hoc pacto scribit: Certe ego ero quasi iuniperus condensa,vt sub mea vmbra requiescat. De iuniperis iuxta lxx. interpres. Salomon ianuas tẽpli feciss memoratur, qa Christus per quẽ ad patrẽ accedimus,hanc habet naturã, vt sp floreat,semper nouos afferat fructus,& nunq̃ deponat virorẽ suum. Hæc iuniperus sub vmbra sua quiescentibus,ne mundi huius ardore feriantur,& pcutiat æstus caput eorũ,sicut quondã percussit & Ionæ,dat fruges,& non solũ dormiẽtibus requiẽ, & sedentibus,sed & stanti q̃ turitatẽ vescẽtibus ꝓbet. Et exponens illud Iob, Et radix iuniperorum erat cibus eorũ: Radi cibus,inqt,iuniperorum nihilominus aluntur, arborum. f. longa ætate viuẽtium,& in quarũ lignis multo diutius ignis, q̃ in cæteris durat. Ista sunt ligna,q̃ archeutina appellunt. Sub arbo rũ harũ vocabulo, magnos q̃q; noie in populo Iudaico intelligere possumus,q̃rum p̃dicti dostores intima viscerũ depascuntur,furãdo eis p̃dicatione legis ꝓteritæ,bonum gratię Christi.

Hos. 14.c

Iob.30.a

INCIPIT LIBER NONVS AD mysticos sacræ scripturæ sensus.

Labia Dei quid mysticæ significent. Caput I.

LAbia Dei,sunt eius iudicia,vt diuus inquit Greg.lib.Moral.x.cap.iiij.ex ponẽs illud Iob, Vtinã deus loqueretur tecum,& aperiret labia sua tibi: Ipse,inquit,tibi homo loquitur,quũ per hoc q̃ sentit, nequaq̃ diuinitatis spiritu à carnalis prudentiæ intellectu separatur, quum caro sensum exerit,& mentem quasi ad intelligẽtiam prouocans,foras mittit. Vnde & adhuc Petro terrena sapienti,veritas dicit: Non eñ sapis q̃ dei sunt, sed q̃ hoĩm. Cui tũ recta confitenti,dicitur: Caro,& sanguis non reuelauit tibi,sed pater meus qui in cælis est. Quid autẽ Dei labia,tuti iudicia eius accipimus? Clausis nanq; labijs vox ꝓmitur,& sensus tacentis ignoratur,apertis autem,sermo dum promitur,anima loquẽtis innuitur. Labia itaq; sua deus aperit, quum voluntatẽ suam hominibus per aperta iudicia ostendit. Quasi enim reserato ore loquitur, quum remota obscuritate dispositionis intimę,renuit occultare quod vult. Nã velut clausis labijs sensum nobis suum non indicat,quũ per occulta iudicia cur quid faciat,celat. Dicit ergo. Vtinam deus &c. Ac si patenter dicat: Im peritiæ tuæ potius,q̃ pœnę compatior, quia sola carnis prudentia ꝓditum,à veritatis re spiritu vacuum agnosco. Si enim dei iudicia occulta cognoscerem, tam procaces contra illum sententias non tonarem. Labia autem ecclesiæ sunt prędicatores,iuxta illud: Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Quæ verba diuus Greg.enarrans, hoc pacto scribit: Iidem prædicatores labia ecclesiæ dicuntur,quia nimirum per eos populis præcepta vitæ loquitur. Qui bene sicut vitta dicuntur,quia dum fluxas cogitationes in cordibus hominum suis prædicationibus restringunt,quasi sparsos crines,ne immoderate diffluant,reprimunt. Sed quid est,q̃ non tñ vittæ,sed coccineæ comparantur, nisi quia per coccum flamma charitatis intelligitur, qua illi ardent,& per eos alij accenduntur? Per quos eloquium sanctæ ecclesiæ dulcoratur, quia dum q̃ dicunt faciunt, prædicationes suas hominibus,quasi sapidas escas apponunt. Et eodem capite scriptum est: Fauus distillans labia tua sponsa. Quæ verba idem Greg. hoc pacto exponit: Prædicatores ecclesiæ bene labia sponsæ dicuntur,quia per eos populis loquitur,& per eos ad fidẽ parvuli quisq; eruditur,dum per eos occulta scripturæ,quasi cordis latentia, manifestantur. In fauo autem mel latet,& cæra videtur. Recte ergo labia sponsæ fauus vocantur,quia dum in carnis fragilitate sapientia magna habetur,quasi mel in cæra absconditur. Quando vero eius quisq; ꝓdicat,quando cælestia gaudia nescientibus reuelat,tunc fauus distillat,quia quanta dulcedo sapientiæ in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifestat. Vnde scriptũ est: Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus. Et eodem libro capite.v. scriptum est: Labia illius lilia stillantia myrrham primam: Quid enim (inquit) labia sponsi, nisi ipsos,quos dicimus prędicatores Christi,intelligimus? Qui dum mortes martyrum populis prædicant,quasi myrrham mortificandis carnibus ad condimentum distillant. Quæ myrrha bene prima esse dicitur,quia nullus fic mortificatur,quomodo ille,qui pro Christo martyrio finitur. Primam eñ dixit,non pro tempore,sed pro dignitate. Quid est,quod labia sponsi lilia esse dicuntur, nisi quod illi,per quos Christus loquitur,necesse est, vt mundi sint,& per eos bonus odor aspergatur? De quibus erat Apostolus Paulus, qui dicebat: Bonus odor sumus DEO in omnibus eo,& in his qui pereunt, & in his qui salui fiunt. Et eodem libro capite septimo,hoc modo scribitur: Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque, & dentibus illius ad ruminandum.

Cant.4.a.

Can.4.d.

1.Cor.4.b
Cant.5.d

Tale eſt ſponſæ vinum vt dignũ ſit dilecto ad potãdum, quia dũ ſancta Eccleſia fidem veram prędicat, dum auditores ſuos ad ſancta opera excitat, dum ſolũ Chriſtum diligere, imitari, amplecti, bonum eſſe verbis, & operibus demonſtrat, quid aliud, quam vinũ ſuũ dignum facit, vt in ore ſponſi dulce ſapiat? Quod bene Chriſtus potare dicitur, qa à corpore ſuo, id eſt, à populis fidelibus amabiliter potatur. De quo notandũ eſt, qꝫ omnes potant, ſed labia ſola, & ſoli dentes ruminãt, quia, dum Eccleſia, per ſanctos ſuos prędicat, omnes quidẽ audiũt, ſed nõ omnes quanta ſit virtus ſententiarum, quę dicuntur, diſcernũt. Labia vero, & dentes ruminãt, quia dum perfectiores quiq; poſt auditum verba ad memoriã reuocãt, dũ audita quęq; exercitatione aſſidua cogitant, quaſi ad os reuocantes qꝫ ſumpſerunt, quanta ſit virtus cibi, quem comederunt, ſentiunt. Idcirco in lege ſcribitur, quia animal quod nõ ruminat, immũdum habetur, quia quiſquis bona quæ audit ſiue legit, non recogitat, vacans à ſanctis cogitationibus, neceſſario immundas congregat. De labijs autem menſarum ſcribit diuus Greg. homilia prima ſuper Ezechielẽ, exponens illud Ezechielis, Et labia eorum palmi vnius, reflexa intrinſecus per circuitum: Quid eſt hoc (inquit) qꝫ menſarum labia palmo metiunt, niſi qꝫ in pſalmo manus tẽditur, & ſancti patres, atq; doctores ea prędicant in quibus auditorũ opera tenduntur? Quaſi enim manum extendimus, quum opera noſtra dilatamus. Loquatur ergo vnuſquiſq; doctor, cor audientis exerceat, ocioſorum torporem excutiat. Quos dum ad bona opera tetẽderit, palmum ſe habere in labijs oſtendit. Penſandum quoq; quia in pſalmo digitus maior, ac minimus tenditur. Quid vero in maiori, ac minimo digito, niſi magna, & extrema actio deſignatur? Palmum ergo menſæ in labijs habeant, quatenus in doctorum ſuorũ ꝓdicatione auditor euigilet, & ſic ex eorũ admonitiõe magna opera faciat, vt agere, & minima nõ omittat. Sic minimis intentus ſit, vt piger in agendis maioribus non ſit. Vñ ꝓ Euangelũ veritas dicit: Vę vobis ſcribæ, & Phariſęi hypocritæ, quia decimatis mentã, & anetum, & cyminum, & relinquitis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiã, & fidẽ. Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Per iudicium quippe & miſericordiam, & fidẽ, maior digitus operationis oſtenditur: per mẽtam vero, & anetum, & cyminũ, digitus proculdubio minimus figuratur. Hæc ergo oportuit facere, & illa nõ omittere, qa ſi opus noſtrũ palmo metiri volumus, ſic neceſſe eſt, vt tẽdatur minimus, quatenus maior digitus nõ attrahatur. Bene autẽ, quum menſarum labia metiatur, & menſura palmi dicitur, additur, vnius, vt ex doctorum prædicatione ſicut vnitas teneat in fide, ita quoq; vnitas mentiũ ſeruetur in opere, ne per opus bonum, qꝫ alter agit, alter ad diſcordiæ malũ prorumpat. Ita etenim bona facere opera debemus, vt per hæc quoq; cum quibus viuimus, vnanimitatem recte (vt poſſumus) conſeruemus, id eſt, non deſerendo quod agimus, ſed pręueniendo bonis perſuaſionibus malum diſcordiæ, quod timemus. Sic in ſuis operibus vnitatem palmi cuſtodiens Paulus diſcordiam generari prohibebat, quã quę dam lapſum, atq; ab Eccleſia abiectum iam velle recipere Corinthios videret, dicens: Si cui aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, vt non ei⁹ cũueniamur à Sathana, qui videlicet ſolet de bonis mala generare, & hoc quod per charitatẽ agitur, ad diſcordiam trahit. Vnde & mox de ipſo ſubiecit, dicens: Non enim ignoramus cogitationes eius. Penſandum vero eſt valde quod dicitur, quia earundem menſarũ labia interius ſunt reflexa. Tunc enim menſarum labia intrinſecus reflectuntur, quando doctores ad conſcientiam reuocant tacita cogitatione quod dicunt, quando ſemetipſos ſubtiliter perſcrutantur, ſi faciant quod loquuntur. Recte autem additur, per circuitum, vt non in vna qualibet ſe parte conſyderent, atq; ex alia ſemetipſos perpendere prætermittant, ſed vbiq; ſemetipſos inſpiciãt, & inquantum prævalent, ſtudeant ſingula opere implere quæ docent, ne ſi prædicantes, facere bona diſſimulãt, ſui vaſtatores ſint, cultores alieni. Hinc ſcriptũ eſt, Cuius meſſem famelicus comedit. Meſſem quippe doctoris, qui bona loquitur, ſed non operatur famelicus comedit, quia is, qui panẽ iuſtitiæ eſurit, operatur mãdata, quę audit, & ipſe fructũ nõ habet, qꝫ ſeminando laborauit. Hinc Salomõ ait: Abſcondit piger manũ ſuã ſub axilla, nec ad os ſuum porriget eam. Nemo ita piger eſt, vt ad os manũ comedendo reducere, laborem putet. Sed piger nec ad os manũ ſuã porrigit, qui nec hoc vult operari, quod dicit. Hinc iterũ de hiſdem ſcribitur, & male operantibus, dicitur: Filij Effraim intendẽtes arcũ, & mittẽtes ſagittas, cõuerſi ſunt in die belli. Intẽdũt arcũ, atq; ſagittas mittunt, qui ſcripturæ ſacræ ſententias ꝓponũt, & verbis rectis auditorũ vitia feriunt. Sed cõuertuntur in die belli, qa poſt ſemetipſos recẽſita tentatione vitiorũ, & pectus opponere non volũt, qa in tẽtationũ certamine nõ reſiſtũt. Hinc iterũ dicitur: Auerriſti adiutoriũ gladij eius &c. cuius expoſitionẽ habes in dictione, Gladius.

Labruſca, & lac, quid myſtice ſignificent. Cap. II.

Gregorius.

Mat. 23. c

2. Cor. 2. c.

Ibidem.

Ioh. 5. a.

Pro. 19. d

Pſal. 77. b.

Pſal. 88.

DE labruſca ſcriptum eſt: Et expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. vbi diuus Hieronymus hoc modo ſcribit: Pro labruſcis, quas nos vertimus, in Hebræo ſcriptũ eſt Beucim, quod Aquila interpretatus eſt ſaprias, id eſt, fructus peſſimos, Symmachus ateli, hoc eſt imperfectos, Lxx. & Theodotio acãtas, id eſt, ſpinas, quibus Iudæi dominum coronauerunt. Illo enim expectante, vt vindemiæ tempore deferrent vuas ad torcularia, pro quibus octauus, & octogeſimus, & octogeſimus tertius pſalmus habẽt titulos, iſti ſe curis, & vitijs ſeculi demergentes, quę in Euangelio ſpinæ interpretantur, blaſphemiarum ſtimulos obtulerunt. Puto autem melius eſſe Beuſcim labruſcas, quã ſpinas intelligi, vt cœptæ trãſlationis ſimilitudo ſeruet. Vnde ſalua tor dicit in Euãgelio: Nunqd colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Et paulo inferius: An quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas? Illis tacentibus, ſibi ipſe reſpondet, Niſi forte in hoc erraui, quod pro labore meo expectaui, vt faceret vuas, non labruſcas, quas inculta, ac deſerta vinea afferre conſueuit. Nec vero tautologia eſt, vt pleriq; exiſtimant, in eo quod ait, An quod expectaui &c. Supra enim apud ſe tacitus loquitur, hic autem quod cogitauerat, aliis interrogat. Exponit autẽ ipſemet propheta quod dixerat: Et expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitiam, & ecce clamor. Expectauit autem Deus, vt populus Iudæorum faceret iudicium, id eſt, vuas, & fecit iniquitatem, id eſt, labruſcas. Et expectauit iuſtitiam, vt largitorem tantorum munerum à patre miſſum ſuſciperet, & fecit clamorem, quo voci ſeratus eſt contra dñm & clamauit, dicens: Tolle, tolle, crucifige cũ. Vel certe quoniam iuſti ſanguinem fuderant, & ſanguis dominicæ paſſionis clamabat ad dominum, propterea clamorem pro iuſtitia reddiderunt, iuxta illud quod in Geneſi legimus, Vox ſanguinis Abel fratris tui clamat ad me. Et rurſum ſcriptum eſt: Quia dereliquiſti Deum ſaluatorem tuum, & domini auxiliatoris tui non es recordata, propterea plantabis &c. In die plantationis tuæ labruſca Quia oblita es terra Iudæa Dei ſaluatoris tui, & eius qui ſemper tibi prębuit fortitudinem, nõ es recordata, propterea plantabis quidem plantationẽ fidelem vnum Deum ꝓdicans, ſed germen alienũ ſeminabis, non recipies patrem, quia non recipis filium. Qui enim credit in patrẽ, credit & in filium. Et quia germen alienum blaſphemiæ contra Ieſum ſeminaſti in ſynagogis Sathanæ, ideo non vindemiabis vuam, ſed labruſcam.

Hieronym.

Mar. 4. b.

Gen. 4. b.

Eſai. 17. a.

Quid lac myſtice ſignificet, diuus Grægorius inſinuat, exponens illud Canticorũ, Mel, & lac ſub lingua tua: Nimirum (inquit) falſi prædicatores mel in lingua portant, quod ſub lingua non habet, quia cœleſtia gaudia aliquando prædicant, tanquam veri ſint, quum ipſi terrestria bona totis deſideriis appetant. Sancta vero mens mel in lingua prendit, quia ſapientiæ dulcedinẽ loquendo oſtendit quam veraciter prædicans, audientes tanquam mellis dulcedine refocit. Lac gerit, quia, congruenti ſibi doctrina parulos ſęq; in Eccleſia nutrit. Sub lingua autem hæc omnia ſibi ipſi reſeruat, quia internam dulcedinem aſſiduę ſecum portat. Dum enim terrena abijcit, dum vitiorum amaritudinem reſpuit, in interioribus ſenſibus ſapientiæ dulcedine ſe paſcit, qua robur colligit, vt ad ęterna gradiens, in labore vię laſſeſcere non poſſit. Et alio in loco ſcriptũ eſt: Comedi fauum cum melle meo, bibi vinũ meũ cum lacte meo. Fauum cũ mele comedit, quando deſiderium ſanctum in ſanctis operibus latens perfecit, & ad ſanctorũ cõuiuium ſanctã animã ſua delectatione impinguandã trãſigit. Vinũ vero ſuum cũ lacte bibit, qñ & perfectione quorundam ſe reficit, & innocentiã aliorum cũ pietate diligens, vtroſq; ad ęternum cõuiuium ingerit. Et infra, Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima: Oculi (inquit) ſponſæ ſicut columbæ ſunt, quia prædicatores Chriſti, qui viam nobis oſtendunt, in ſimplicitate viuunt. Super riuulos autem aquarum eſſe perhibentur, quia ſemper in refectione diuinarum ſcripturarum conuerſantur. lacte vero ſunt lotæ, quia gratia creatricis ſapientiæ, tanquam lacte matris a peccatis per baptiſmum ſunt mundatæ. Quid autem per fluenta pleniſſima, iuxta quæ reſident, intelligimus, niſi ſacræ ſcripturæ profunda, & arcana dicta, quæ diſcerpimus, quibus nos reficimus, dum ea legẽdo, vel audiẽdo haurimus? Ad hoc etiam columbæ iuxta fluenta reſidere ſolent, vt volãtiũ auium vmbram in aqua videant, ſuper q̃ ſe prouncientes, vngues rapacium ſic effugiant. Sic ſancti viri in ſcriptura ſancta fraudes dæmonum proſpiciunt, & ex deſcriptione, q̃ vident, quaſi ex vmbra, hoſtem cognoſcunt. Dumq; ſe conſiliis ſcripturæ ex toto addicunt, vt videlicet nihil agant, niſi quod ex reſponſo ſcripturarum audiunt, quaſi in aquam ſe prouncientes, hoſti illudunt. Quæ fluenta pleniſſima dicuntur, quia de quibuſcunq; ſcrupulis in ſcripturis conſiliũ quæritur ſine minoratione de omnibus ad plenum inuenitur. Et diuus Hiero. exponens illud Threnorũ, Cãdidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo ſaphiro pulchriores: Myſtice (inquit Hieronimus) calus animarũ quorundã fideliũ a propheta deploratur,

Cant. 4. g

Cant. 5. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

ploratur. Quid enim Nazaræorum noie, nisi abstinentiũ, & cõtinentium vita signatur, q̃ niue, & lacte nitidior dicitur? Nix enim ex aqua cõgelascit, q̃ desup venit, lac aũt ex carne expri mitur, q̃ de inferioribus nutritur. Quid enim per niuem, nisi candor vitæ cælestis? Quid per lac, nisi tẽporalis dispensatiõis administratio demõstratur? Et quia plerunq; cõtinentes viri in ecclesia tã mira opa faciunt, vt multi, qui cælestẽ vitã tenuerunt, multi, qui terrena bñ dispẽsa uerunt superari videant, & candidiores niue, & nitidiores lacte referuntur, qui etiã, quia g̃ fa uorem spũs, antiquorũ, ac fortium patrum nõnunq̃ vincere vitã videantur, recte adiungit, Rubicundiores ebore antiquo. Dũ em̃ ruboris nomẽ imp̃rimit, sancti desiderij flãma signa tur. Ebur esse os magnorum animalium nõ ignoramus. Ebore vtiq; antiquo rubicundio- res sunt, quia sæpe ante humanos oculos nõnullis p̃cedentibus patribus studij seruentioris existunt. De quibus, vt totũ simul ostendat, adiungitur, Sapphiro pulchriores. Aerei quip- pe coloris est Sapphirus. Et quia p̃cedentes multos, arq; ad superna tendentes, per cælestẽ conuersationẽ videntur vincere, narrantur sapphiro pulchriores extitisse. Et exponens il- lud Esaiæ, Venite, emite absq; argento, & absq; vlla cõmutatione vinum, & lac, hoc modo scribit: Spreto illo argento, & pecunijs, quibus aquas dñi emere nõ possumus. Pergamus ad eum, qui tenens calicem sacramenti, discipulis loquebatur: Accipite & bibite. Hic est san- Esai. 55. a Mat. 26. c. guis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Quod vinum miscuit & Prou. 9. a. sapientia in cratere suo, oẽs stultos seculi, mundiq; sapientiam nõ habentes, prouocãs ad bi bendum, & vt nõ solum vinum emamus, sed & lac, q̃d significat innocentiã paruulorũ, qui 1. Cor. 3. a mos, ac typus in occidentis ecclesijs hodie vsq; seruatur, vt renatis in Christo vinum lacq; tribuatur. De q̃ lacte dicebat & Paulus: Lac vobis potum dedi, nõ solidum cibũ. Et Petrus: Quasi mõ nati paruuli, rationale lac desiderate. Vnde & Moyses vinũ & lac in Christi intel Gen. 49. b ligens passione, mystico sermone testatur: Gratiosi oculi eius à vino, & candidi dentes eius à lacte. Et exponẽs illud Salomonis, Sufficiat tibi lac capraꝝ in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victũ ancillis tuis: Tãta, inquit, instãtia pecus tibi cõmissum pasce, ne tibi lac æstate nouũ, ne frigore desit, sed tibi sp, tuisq; sufficiat, i. tã sedulo doctrinæ instã quosdam pœnitentes ad officium docendi prouehas, quatenus p illos, qui pridem proteruã tate vitiorum ad finistrã iudicis videbant esse ponendi, mõ rationabiles, & sine dolo, hac ver bi paruulis sensu ministretur. Fit aũt lac capraꝝ ad victum ancillis, q̃n hi, qui nondũ amore pfecto, sed adhuc timore seruili dño deseruiunt per exẽplum, vel ỹba eorum, qui p̃meri tiam salui facti sunt, viuificis ỹbi epulis reficiuntur, atq; vt ad maiora virtutũ proficiãt in crementa, iuuantur. Et exponens illud Prouerb. Qui autem fmit fortiter vbera ad cl̃icn- dum lac, exprimit butyrum: Vbera inquit, fortiter fmimus, quum ỹba sacri eloquij subtili intellectu pensamus. Qua pressiõe dum lac ex̃primus, butyrum inuenimus, quia dum nutrici vel tenui intellectu ex̃primus, vbertate internæ pinguedinis iũgimur. Quod nec nimis, nec sp agendum est, ne dum lac, quæritur ab vberibus sanguis sequatur, quia dum ỹba sacri eloquij plusquã debent discutiuntur in carnalẽ intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, q̃ vehe menter emulget, quia carnale efficitur hoc, q̃ ex nimia spiritus discussione sentitur. Et rat- sum in Esaia scriptum est: Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ, lac sugent. Quem locum di uus Hiero, sic enarrat: Nos, inquit sumus filij, qui de lõge venimus ad dñm, peregrini quon dam à testamento dei, & repromissionibus eius spem nõ habentes, & ablq; Deo in mundo. Esai. 60. a. Sed quid dicit Apost. Vos qui eratis aliqñ longe, nunc facti estis prope. Quodq; sequitur: Et filiæ tuæ lac sugent illud significat, q̃ animæ in Christo lactentes, & in baptismate paru lorum, de quibus & Petrus Apost. loquitur: Quasi modo nati paruuli, rationabile, & absq; dolo lac desiderate, sugant lac apostolorum. Quibus paruulis, atq; lactentibus loquebat & Paul. Filioli mei, ãs iterum parturio, donec Christus formet in vobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderantes vos, cupimus impartire, nõ solũ euangelij Christi, sed & alias nostras. Et alio in loco scriptum est: Et erit in die illa, nutriet hõ vaccã boũ, & duas oues, & p̃ vbertate lactis comedet butyrum. Butyrum enim & mel mãducabat eos, qui relic- tus fuerit in medio terræ: Hoc est, hõ. i. rationabiliter viuens, nutriet vaccã boum, i. carnis suam, nõ luxuriandi gratia, sed vt in timore dño seruiat. Et duas oues, hoc est, in intellectũ a cræ scripturæ pabulo, & voluntatẽ cælestium suauitate nutriet. Et p̃ vbertate lactis, i. diuinæ consolationis, comedet butyrum. i. magnã cælestium sentiet suauitatẽ. In Ioele quoq; scriptũ Hierony. est: Et erit in die illa stillabunt mõtes dulcedinẽ, & colles fluẽt lacte, & p oẽs riuos Iudæ ibunt aquæ: Habitãte dño in Sion, & in mõte sctõ suo, quando nullus per Hierusalem sctãm pertã sire tentauerit, quicunq; in ea mons fuerit, & ad virtutũ excelsa pueneri, dulcedine, & melle sudabit,

sudabit, & stillabunt ex eo gratiæ spirituales, de quibus Propheta loquitur: Quã dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo. Qui aũt inferior mõtibus est, & necdũ ad pfectionis culmẽ ascenderit, vocabitur collis, & fluẽt de eo riui lactis, quibus rudis in Christo nutritur infantia, & aquarum flumina, quæ de ventre suo dominus manare testatus est. Omnes em̃ riui, siue emissio- nes Iuda, implebuntur aquis, & nihil in eis siccum erit, re dundantibus cunctis gratia spiritali.

Quid læua, id est, sinistra, mystice significet. Cap. III.

LAeua quid mystice significet, habes in dictione, Dextera. Diuus autem Gregorius expo- Can. 2. a. nens illud Canticorum, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: Per læ uam (inquit) sponsi vita præsens, per dexteram vero vita æterna designatur. Per caput autem sponsæ mens, quæ animæ principatur, assumitur. Sed læua sponsi sub capite sponsæ esse dicitur, & dextera eius amplexatur eam, quia vitam temporalem sub mente sua semper ponit, vitam ve ro æternam, vt omnimodo amplexetur, concupiscit. Hæc quippe quę videt, magnanimiter mẽ te sublimi conculcat, officijs cœlestibus se occupat. Hæc necessitate tolerat, ad illa summo deside rio, quasi brachio dextero sponsi astricta, suspirat. In quæ, quum aliquantulum intrat, delectabi liter quiescit, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino fastidit. Sic quiescentem vti- que sponsus amplius diligit, & ab eius excitatione improbos quosq; repellit, dicens: Adiuro vos Bernardus filiæ Hierusalem &c. Et diuus Bernardus, Læua eius sub capite meo &c. Liquet (inquit) demuo adesse sponsum, credo vt sua præsentia languentem erigat. Quomodo enim non presentia eius conualescceret, quam absentia consternarat? Ergo nõ sustinet dilectę molestiam, adest. Neq; em̃ moram facere potest, tantis desiderijs euocatus. Et quia illam compererat, donec absens fuit, fi- dem ad opera, & solicitam ad lucra, in eo nimirum quod flores sibi, & fructus præceperat adu- nari, etiam cum propensiori hac vice gratiæ remuneratione est reuersus. Deniq; vno brachiorũ suorum sustentat caput iacentis, alterum ad amplexandum parans, vt in sinu foueat. Felix ani- ma, quę in Christi recumbit pectore, & inter verbi brachia requiescit. Lęua eius &c. Nõ ait am- plexatur, sed amplexabitur me, vt noueris priori gratiæ adeo non ingratam, vt secundam grati- arum actione pręuenerit. Disce in referendo gratiam non esse tardus, aut segnis, disce ad singu- la dona gratias agere. Diligenter (inquit) consydera quę tibi apponuntur, vt nulla videlicet dei dona, debita gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Deniq; iu bemur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima beneficia obliuiſci. Nunquid non pe rit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animę, exinanitio meritorum, virtutũ dis per fio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus vrens, ficcans sibi fontem pietatis, rorem mise- ricordię, fluenta gratiæ. Propter hoc deniq; sponsa mox vt gratiam de lęua sensit, gratias egit, non expectans plenitudinem, quę in dextera est. Neq; enim vbi memorata est lęuam iam esse sub capite suo, etiam secuta est à dextera se similiter amplexatam, sed amplexabitur me (inquit). Cæterũ qd putamus verbo sponso lęuã esse, siue dexterã? Nũ id q̃d dicitur hois verbũ istius mo- di corporeas partes habet in se diuisas, & liniamenta distincta, ac distinguentia inter sinistram, & dexterã? Quantomagis is q̃ dei, & deus est sermo varietatẽ, prsusaliquam non admittit, sed est qui est, in sua nimirum natura tã simplex, vt non habeat partes, tã vnus vt nõ habeat nume ros? Est enim dei sapientia, de qua scriptum est: Et sapientię eius non est numerus. At si quod inuariabile est, id in comprehensibile, ac per hoc etiam ineffabile esse, necesse est. Vbi quęso in- ternas verba, quibus illam maiestatem, vel digne assignes, vel proprie proloquaris, vel compe- renter definias? Tamen vtcunq; loquamur, quod vtcunq; de ea spiritu sancto reuelante senti- mus, docemur autoritate patrum, & consuetudine scripturarum, congruentes de rebus notis li- cere similitudines vsurpare, sed verba non noua inuenire, sed nota mutuari, vel transferre, qbus digne & competentes eædem similitudines vestiantur. Alioquin ridicule ignota per ignota do cere conaberis. Ergo quia per dextrum, & sinistrum aduersa solent atq; prospera designari, vi- detur mihi hoc loco intelligi posse læuam quidem verbi, cõminationẽ supplicij, dexteram vero regni promissionẽ. Est aũt quũ mens nostra formidine pœnæ seruiliter p̃mitur, & tũc nequaq̃ sub capite, sed super caput læua esse dicẽda est, nec potest sic affecta anima omnino dicere, quia læua eius sub capite meo. At vero si proficiens ex hoc spiritu seruitutis transierit in quendam spontanei obsequij digniorem affectum, quatenus videlicet præmijs potius prouocetur, quam Cant. 2. b. arcetur supplicijs, magis autem si amore boni ipsius agatur, tũc indubitãter dicere poterit, quia læua eius sub capite meo, quippe qui illum seruilem metum, qui in sinistra est meliori, atq; excel lentiori habitudine superarit animi, & dignis desiderijs etiã ipsi appropriauerit dexteræ, in qua sunt oẽs promissiones, dicẽte propheta ad dñm: Delectationes in dextera tua vsq; in finem,

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde & certa ſpe cõcepta,cũ fiducia loquitur,Et dextera eius,amplexabitur me.Et tractatu de diligendo deo hoc modo ſcribit:Læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.Sentiet quippe tunc,& probabit vniuerſa dilectionis teſtimonia, quę in priori aduentu, tanq̃ de ſiniſtra dilecti,acceperat p̃ multitudine dulcedinis amplexantis dexteræ contẽnenda, & omnino iam quaſi ſubtus habenda.Sentit quod audierat,Caro non prodeſt quicquã,ſpũs eſt qui viuificat.Probabit quod legerat,Spũs meus ſuper mel dulcis,& hæreditas mea ſuper
Can 2.b. mel,& fauum.Et infra:Merito proinde iã nunc gloriatur,& dicit:Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me,in læua reputans recordationem illius charitatis,qua nul la maior eſt,q̃ animam ſuam poſuit pro amicis ſuis,in dextera vero beatam viſionem quam promiſit amicis ſuis,& gaudium de p̃ſentia maieſtatis.Merito illa dei,& deifica viſio,illa di-
Pſal.15.c. uinæ p̃ſentiæ inæſtimabilis delectatio in dextera deputatur,de qua & delectabilitur canitur Delectationes in dextera tua vſq̃ in finem. Merito in lęua admirabilis illa memorata,& ſcm per memoranda dilectio collocatur, q̃ donec tranſeat iniquitas,ſuper eam ſponſa recumbat & requieſcat.Merito ergo læua ſponſi ſub capite ſponſæ,ſuper quam videlicet caput ſuũ re-
clinata ſuſtentet,hoc eſt,mentis ſuæ intentionem, ne incuruetur,& inclinetur in carnalia, & ſecularia deſideria,quia corpus,quod corrumpitur,aggrauat animam & deprimit terrena in-
habitatio ſenſum multa cogitantem.Quid nanq; aliud faciat conſiderata tanta & tam inde-
bita miſeratio,tam gratuita,& ſic probata dilectio, tam inopinata dignatio,tã inuicta man-
ſuetudo,tam ſtupenda dulcedo? Quid,inquam,hæc omnia faciant diligenter cõſiderata,niſi vt conſiderantis animũ ab omni penitus prauo vendicatũ amore,ad ſe miſerabiliter rapiant, vehementer afficiant, faciantq̃ p̃ ſe contemnere quicquid niſi in contemptu horum appeti
Canti.2.b. non poteſt? Et ſermone quarto in aduentu dñi:Læua, inquit,eius ſub capite meo &c.Nã in ſiniſtra quidem eius(ſicut alibi legimus) diuitiæ, & gloria,in dextera longitudo vitæ. In ſiniſtra eius,inquit,diuitiæ,& gloria.Filij Adã,genus auarũ,& ambitioſum,audite. Quid vo
bis cũ terrenis diuitijs,& gloria tẽporali,q̃ nec veræ,nec veſtræ ſunt? Aurũ,& argentũ nõne terra eſt rubra,& alba,quam ſolus hoim error facit,aut magis reputat p̃cioſam? Dentiq̃ ſi ve
2.Cor.5.c. ſtra ſunt hæc,tollite ea vobiſcum.Sed hõ quum interierit,non ſumet oĩa,neq̃ deſcendet cum eo gloria eius. Veræ ergo diuitiæ nõ opes ſunt,ſed virtutes,quas ſecũ conſcientia portat,vt in
ppetuum diues fiat.De gloria q̃q̃ dicit Apoſt.Gloria noſtra hæc eſt,teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ.Hæc eſt vtiq̃ ỹa gloria,q̃ eſt à ſpiritu veritatis.Ipſe eñ ſpũs teſtimonium phibet ſpi-
ritui noſtro,q̃ filij dei ſumus.Gloria ỹo,quam ab inuicem accipiunt, qui gloriam,q̃ eſt à ſo-
lo deo,non requirunt,vana eſt,qm̃ vani filij hoim.Et ſermone quarto in vigilia natalis dñi Gaudete,inquit,in dño ſemper,iterum dico gaudete.Gaudete,inquit,de exhibitione, iterum gaudete de promiſſione,qm̃ & res plena gaudio, & ſpes plena gaudio eſt.Gaudete, quia iam
Pſal.67.c. Cant.2.b. pcepiſtis dona ſiniſtræ.gaudete,qa expectatis p̃mia dexterę.Lęua(inqt)eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.Læua quidem leuat,dextera ſuſcipit. Læua medetur,& iu-
ſtificat,dextera amplectitur,& beatificat.In læua eius merita,in dextera vero p̃mia continen tur.In dextera,inquam,deliciæ, in ſiniſtra ſunt medicinæ.Sed attẽde pium medicum,attẽde medicum ſapientẽ.Conſidera diligẽtius q̃ noua medicamina portet,vide q̃ non modo ſcio-
las,ſed & ſpecioſas attulerit medicinas,non ſolum perutiles ad ſanitatis fructum,ſed & dele-
ctabiles ad aſpectum,& ſuaues ad guſtum. Deniq̃ primã eius medicinam,primum q̃d in ſini ſtra portat,attende,& conceptũ inuenies ſine ſemine.Intuere(obſecro)quale ſit iſtud q̃ no
uum,q̃ admirabile, q̃ amabile, q̃ iocundum.Quid enim pulchrius, q̃ generatio caſta? Quid glorioſius,quam ſancta,& ſyncera conceptio,in qua nihil pudoris eſt,nihil fordis,nihil cor-
ruptionis? Et infra:Itaq; iam quidem tenemus ſiniſtram,ſed adhuc clamare neceſſe eſt, Ope ri manuum tuarum porriges dexteram. Nam delectationes in dextera tua vſq̃ in finem.Do
Pſalg.51.b. mine oſtende nobis dexteram & ſufficit nobis.Gloria(inquit)& diuitiæ in domo eius, vtiq̃ qui timet dominum. Sed in domo tua domine,quid? Profecto gratiarum actio,& vox lau-
dis.Beati qui habitant in domo tua domine &c. Oculus enim non vidit,auris non audiuit,&
1.Cor.2.b. in cor hominis non aſcendit,quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Lux eſt enim inacceſſibi-
lis,pax eſt,quæ exuperat omnem ſenſum,fons eſt,qui aſcenſum neſcit,ſed deſcenſum,non vi dit oculus lucem inacceſſibilem,non audiuit auris pacem incomprehenſibilem.Specioſi qui-
dem pedes euangelizantium pacem,ſed licet in omnem terram exierit ſonus eorum,pax tñ, quæ exuperat omnem ſenſum, nec ab ipſis quanta erat, potuit capi,nedum aliorum auribus tradi.Ait etiam Paulus ipſe:Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe, Fides quidem ex auditu,auditus vero per verbum dei,ſed fides,non ſpecies,& promiſſio,non exhibitio pacis.

Et quidem

Et quidem pax nunc eſt etiam in terris hominibus bonæ voluntatis,ſed quid eſt pax iſta ad illius plenitudinẽ,& ſupereminentiã pacis? Vnde & ipſe dominus ait:Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Mea ſiquidem exuperat omnem ſenſum,& eſt pax ſuper pacem. Nec-
dum capaces eſtis,propterea do vobis patriam pacis,& relinquo interim viam pacis.Et ſer-
mone quarto in feſto omniũ ſanctorũ:Audi(inqt)ſpõſam in Cantico Canticorũ fiducialiter loquentẽ,& ſpe quidẽ iam ſupaltare locatã:Læua eius(inqt)ſub capite meo,& dextera illius am
plexabitur me. Tranſcẽdit eñ beata anima Chriſti incarnationẽ, & humanitatẽ,quæ nimirũ læua eius iure vocatur,vt diuinitatẽ eius,& maieſtatem eius, quam nõ incõgrue dexteram no
minat,ſublimius cõtempletur.Tripliciter eñ fratres in æterna illa,& perfecta beatitudine fru emur Deo,videntes eũ in oñibus creaturis,habentes eũ in nobiſipſis,& quod his oibus ineffa
biliter iocũdius ſit,atq; beatius,ipſam quoq; cognoſcẽtes in ſemetipſa triniratẽ,& gloriam illã ſine vllo ænigmate,mũdo cordis oculo contẽplantes. In hoc eñ erit vita æterna,& perfecta, vt cognoſcamus patrẽ,& filiũ cũ ſancto ſpiritu, & videamus Deũ ſicuti eſt,id eſt,nõ modo ſi-
cut ineſt nobis videlicet,aut cæteris creaturis,ſed ſicut eſt in ſemetipſo.Et paulo inferius:Men ſurã(ait dñs)plenã,& cõfertam,& coagitatã,& ſupereffluentẽ dabũt in ſinũ veſtrũ.Plenã, vni
uerſitate creaturarũ,cõfertam,in interiore hoſe noſtro,coagitatam,in exteriore,ſupereffluen-
tẽ,in Deo ipſo.Ibi cumulus felicitatis,ibi ſuper eminens gloria,ibi ſupereffluens beatitudo.

Phil 4.b. Ioha.14.d. 1.Ioha.3.a Luc. 6.f.

De eadem læua. Cap. IIII.

Diuus quoq; Ambroſi.ſermone xiiij.in Pſalmũ cxviij.exponens illud Dauidicũ, Aĩa mea in manibus tuis(alias meis)ſemper,hoc modo ſcribit:Scit propheta,ſcit vbi aię ſuę prę-
ſidiũ locet,vnde opẽ ſperet,in manibus Dei conſtituere vult animã ſuã,quia cor regis in manu Dei eſt.Quicunq; propriũ corpus ſubegerit,nec eius paſſionibus turbari animam ſuam rector ſui cõgrua viuacitate permiſerit,is bene regia quadam poteſtate ſe cohibens,rex dicit,qui re-
gere ſe nouerit,arbiter ſui iuris ſit,nõ captiuus trahat in culpã,nec præceps feratur in vitiũ.Hu
ius anima nõ perit in æternũ,nec quiſquam rapit eã de manu patris oñipotentis,aut filij.Ma
nus enim Dei,quæ ſolidauit cœlũ,quos tenuerit,nõ amittit.Quæ ſint igitur iſte manus, cõſy
deremus.In Canticis habes:Læua eius ſub caput meũ,& dextera eius cõplectitur me.Hæc lo
quitur ſponſa de Chriſto,anima de verbo Dei.Chriſtus aũt,idem eſt verbum Dei,atq; ſapien
tia.Beata ergo anima,quã cõplectitur ſapientia.Magna eſt ſapientię manus,magna dextera,to
tam cõplectitur animam. Tota enim munita eſt,quæ deſponſata Dei verbo eſt. Plenitudo eñ ſapientiæ,timere Deũ.Quæ ergo deũ timet anima,pleno ſe munit ipſa præſidio,mittit ſapien
tia læuã ſuã ſub collũ eius,dexteram autẽ in cõplexum eius.Vtrũq; quidẽ brachiũ eius ad vtilia extenditur.Habent tñ propria ſua ſingulæ manus. Sapientia in dextera,& longitudo vitæ eſt, in ſiniſtra aũt diuitiæ,& gloria.Bonis vtiq; manus vtraq; dotata eſt dotibus. In eo tamen ha-
bent varietatem ſui muneris,quod & præſentia,& futura tempora cõprehendunt,vt lęua prę-
ſentiũ remuneratrix,dextera futuroꝝ fit.Poſſumus hoc etiam de prophetia patriarchæ Iſrael cognoſcere.Nam quũ dexterã ſuam poſuiſſet ſuper Effrem, ſiniſtrã vero ſuper Manaſſem,& Gen.48.d. nioris filij collocaret, noluit,& dixit:Scio fili.Et hic erit in populum,& hic exaltabitur,ſed fra
ter iunior maior illo erit.In quo maior? In eo vtiq;,quia benedictione prælatus eſt,dicentibus poſteris,hoc eſt Effrẽ:Faciat vos Deus ſicut fecit Effrẽ,& Manaſſem. Vel quia ſemen eius, mul-
titudo gentiũ ſit,quæ in hoc ſeculo laborẽ elegit,credens in dñm Ieſum, vt conſolationẽ habeat futurorũ. Manaſſes autem ſemen,eſt populus obliuionis,qui proprium oblitus autorem,exalta-
tus ad tempus in hoc ſeculo, eſt daturus in reliquum pœnas graues, quia Deum ſuum,& dñm deneguit.Hoc ideo diximus,vt probaremus ea eſſe potiora, quæ futura ſunt. Deniq; læua ſa-
pientiæ ſub capite ſponſæ eſt, dextera autem ſuperior, quæ totam complectitur ſponſam. Itaq; illa quaſi fulcrum eſt quietis præſentis,quo anima innixa requieſcit.Habet vbi reclinet ca-
put ſuum,quia lęua ſapiẽtię ſunt diuitię,& gloria.Ad tẽpus hęc demulcẽt,& ex parte ſolatio ſunt. Et ideo filius hominis nõ habebat vbi caput ſuũ reclinaret,quia quum dies eſſet,pauper factus eſt,nec gloriã aliquã iſtius ſeculi requirebat, quia venerat,nõ in portione,ſed vt vniuerſo huma
no generi ſubueniret,dicens:Mihi indignamini,quia totum hominem ſaluum feci in ſabbato? Luc.2.g. 2.Cor.8.b. Ioha.7.c.
Hoc eſt totum,non vt facultatum collatione ditaret,non vt honorum inſignibus, non vt glorię ſecularis cumularet augmento. Hæc enim non habent beatitudinis,& gratiæ plenitudinem,ſed tonum hoc eſt,quod longitudinem vitæ complecteretur æternæ. Neq; eñ communis vitę ſimi
lis,vita in dextera eſt ſapientiæ,ſed longitudo vitæ eſt, vt qui accipit vitam à ſapientia, non exi-
gũtatem vitę,ſed perpetuitatem,& æternitatis longitudinem adipiſcatur,Bonus amictus æter- Can.7.a

S nitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatis vitæ. Hoc palliũ cœlestis sponsæ custodes murorum voluerũt auferre, quo primus homo fuerat exutus, sed anima deo deuota quæ situ diu tenendo, & nõ dimittendo dilectũ, scioto charitatis diuinæ se vestiuit inuolucro. Beati igitur qui tali pallio vestiũtur, & amictũ huiusmodi legis obseruatione meruerunt, qa nõ sunt legis obliti sed quæ erant legis, operati sunt. Nam
Cant.8.b. qui præter legẽ agit, legis oblitus est. Et ideo hæc anima cãdida ascendit é terris, qa fulget amicta veste sapientiæ, & dicunt de ea virtutes illæ, quæ portas cœli custodiunt: Quæ est hæc, quæ ascendit candida, innitens super fratrẽ suũ? Quomodo ea quæ posuit caput suum super læuã sapientiæ, vt aperiret manus pauperi ad subueniendũ inopi, partitis aũt derelictis sibi, non inuasis, atq; direptis diuitijs vteretur, quæ gloriæ cupida, bonis eam operibus acquisiuit. Nõ inani secularis iactantia ambiuit dignitatis. Hoc est enim caput suũ, & quoddam sensuũ principale supra manuũ cõstituere sapientiæ. Et diuus Augustinus in enarratione Psalmi cxx. exponens
Mat.6.a. illud Psalmistæ, Dñs tegumentũ tuum, super manũ dexteræ tuæ: Dictum est (inquit) in Euangelio: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sinistra nostra dicitur, qcquid tẽporaliter habemus, dextera nostra dicitur, quicquid nobis æternũ, & incõmutabile dominus pollicetur. Si
Psal.143.b. aũt ille, qui dabit æternã vitã, ipse & de istis tẽporalibus cõsolatur ꝑsentẽ vitã, ipse fecit dexterã, & sinistram. Dicit de quibusdã Psalmus apud Dauid: Quoꝝ os locutũ est vanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Inuenit ergo quosdã, quos reprehendit, qui dexterã veram pro sinistra habebant & verã sinistrã, dexterã sibi fecerũt. Omnis homo qui felicitatẽ nõ putat esse hominis nisi solũ in istis tẽporalibus facultatibus & delicijs, & affluentia, & copia mundi huius, iste
Can.1.b est stultus, atq; peruersus, qui sinistrã fecit sibi dexterã. In Canticis quoq; Canticorũ scriptum est, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius cõplectetur me. Spõsa dicit de sponso, de Christo Ecclesia, in amplexu pietatis, & castitatis. Quid aũt qa sursum erat dextera, deorsum sinistra, & sic cõplectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad cõsolationem, imponens dexteram ad protectionem: Sinistra (inqt) eius sub capite meo. Deus illam dat, ideo nõ sinistra eius, qa omnia ista tẽporalia deus dat. Nouit ille despensare sinistrã, qui vocat ad dexterã. Supra sinistram sit caput tuũ. i. supra illam sit fides tua, vbi habitat Chrũs. Noli temporalia ꝑponere fidei tuæ, & nõ erit sinistra super caput tuũ, sed oĩa temporalia subde fidei tuæ, & recte dextera eius cõplectetur te. Audi
Pro.32. omnibus temporalibus, & erit sinistra sub capite tuo, & recte dextera eius cõplectetur te. Audi hoc ipsum exponi in Prouerbijs, quũ de sapientia diceret: Longitudo (inquit) dierũ, & anni vitæ in dextera eius: in sinistra aũt eius, diuitiæ, & gloria. Longitudo illa dieꝝ, æternitas est. Nam
Pſal.90.c Math.5.f. quicquid finem habet, breue est. Et alio loco ait: Longitudine dierũ replebo eũ. At diuitiæ, & gloria, id est sufficientia vitæ huius, ea quæ bona existimantur ab hominibus, sinistra est. Nescio quis venit, & vult tibi percutere dexteram, id est, tollere tibi fidem tuam. Tu accepisti alapam in dexteram, præbe sinistram. i. vt illud tollat qd temporale est, & nõ ea quæ ꝑterna habes.
Act.22.I. Audite Paulũ Apostolũ hoc facientem. Homines ꝑsequebantur in eo qd Christianus erat, petitur illi dextera, ille sinistram opponebat. Ciuis Romanus sum (ait). Dexteram contemnebant illi & ille de sinistra terrebat, qa illi dexteram eius timere nõ poterant, nondũ enim Christo cesserat. Quid ergo? Si dextera amplectitur, sinistra sub capite est. Quid est, Nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua? Id est, quando facis bonũ opus, ꝓpter vitam æternam fac. Nam si opus bonũ in terra propterea feceris, vt terrena tibi abundent, scit sinistra tua qd faciat dextera tua, miscuisti dexteram sinistræ. Noli facere nisi propter vitam æternam ideo fac, & securus facies, hoc enim mandauit deus. Si propter solas res humanas, & solam vitam istam facis, qdfacis, sinistra sola operatur. Si aũt propter vitam æternam operaris, dextera sola operatur. Si aũt habes intentionem ad vitam æternam, sed surrepit tibi cupiditas vitæ tẽporalis, vt attendas eam ista, quãdo facis opus bonũ, vt hic tibi aliqd retribuatur, miscet se sinistra operibus dextræ. Sic aũt habes in ratione Psalmi cxliij. Quid est (inquit) sinistra? Temporalis, mortalis, corporalis felicitas. Noli illam iam diffugias, sed neq; dexteram putes. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Sinum, æternitatem, annos dei non deficientes. Ibi dextera, ibi esse debet desiderium nostrum. Sinistra vtamur ad tempus, dexteram desideremus in æternum. Agnoscite sapientiam amplectentem vos, cui dictum est: Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Vide
Cant.2.b. te amatoria sancta Cantica, videte Cantica canticorum nuptiarum cœlestium Christi, & Ecclesiæ. Quid dicit sponsa de sponso? Sinistra eius &c. Sinistra sub capite, dextera super caput. Amplectentis enim desuper brachium super caput, sinistra aũt subter caput. Sinistra eius &c. Non enim me deseret, & in temporalibus necessarijs, & desiderijs, sed ramen ipsa sinistra sub capite erit, non capiti præponetur, vt dextera eius complectatur me, pollicens vitam æternam, impleturq; quod ad Timothẽum scriptum est: Pietas ad omnia vtilis est, promissionẽ habens vitæ

vitæ præsentis, & futuræ. Et dominus ait: Primum quærite regnum dei, id est, dexteram, & hęc oĩa apponẽtur vobis. Habebitis hic (inquit) & diuitias, & gloriã, & in futuro seculo vitã ꝑternã, Mat.6.d.
& in sinistra cõtinebo infirmitatẽ vestrã, & dextera coronabo ꝑfectionẽ vestrã. De promissiõe sinistræ dictũ est, Accipiẽt in hoc seculo septies tantũ. Vide sinistrã eius plenã sub capite. Accipi et in hoc seculo septies tantũ. Vide dexterã cõplectentẽ. Et in futuro seculo vitam æternam.

Quid lagœna, & laguncula, & lamia, lampasq; mystice significent. Cap. V.

QVid lagœna mystice significet, dictum est in dictione, Genu. Quid vero langũcula mystice significet, insinuat diuus Gregorius libro Moralium vigesimo tertio, cap. xi. exponens illud Iob, Et venter meus quasi mustũ absq; spiraculo, ꝺd lagũculas nouas disrũpit: Quod Iob.32.d.
si intelligere spiritaliter (inquit) debemus, hoc loco videlicet ventrem, sinum cordis appellat. In musto vero sancti spiritus feruor accipitur, de quo in Euangelio dominus dicit: Vinum nouũ mittunt in veres nouos, ex quo, dum repente replerẽtur Apostoli, dum linguis omnibus loquerentur, à Iudæis nescientibus, sed tamen vera attestantibus, dictum est: Hi musto pleni sunt. Laguncũlas vero, infirmas ipsa humanitate conscientias, vel certe hæc terrena corporum vascula, Mat.9.b.
non inconuenienter accipimus, de quibus Paulus Apostolus ait: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Heliu autem quia sic elationis inflatione extenditur, ac si ad loquendum per charitatis gratiam ardore spiritus sancti accendatur, sensus sui spiritũ in eo quod tacuit, quasi musto absq; spiraculo comparauit. Et bene ait, quod lagunculas nouas disrumpit, quia sancti spiritus feruor non solũ veteri, sed etiam noua vita vix capitur. Mustum ergo lagunculas nouas disrumpit, quia feruoris eius potentia etiam spiritalia corda transcendit.

Lamia autẽ hæreticos designat, vt diuus insinuat Gregorius libro Moralium xix. cap. xv. exponens illud Hieremiæ: Sed & lamiæ nudauerunt mammã, lactauerũt catulos suos. Quid nanq; lamias, nisi hæreticos appellat, humanam quidem faciem, sed beluina per impietatẽ corda gestãtes? Qui tunc mãmam nudant, quum errorem suum libere prædicant. Tunc catulos lactant, qa mule sequaces paruulorum animas, dum peruersa insinuant, ad impietatẽ nutriendo, cõfirmãt. Significat & hypocritas, vt dictum est in dictione, Hericius. Et diuus Hieronymus, Sed & lamiæ &c. In lamia quippe duplicitas Iudæorũ, & fictio hypocritarum exprimitur. Lamia enim humanam faciem habet, sed corpus bestiale, sic populus Iudęorũ specietenus culturam dei simulabat, sed ferocẽ animo semper illi contrarius existebat. Quod bene per Esaiam ostenditur, quũ dicit: Esaiæ.29.d
Populus hic labrijs me honorat, cor autem eorũ longe est à me. Similiter omnes hypocritę in prima facie quod ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est, bestiale est quod sequitur corpus, quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie moliuntur. Possunt & in lamia hæretici accipi, qui humanã quidẽ faciẽ, sed beluina per impietatẽ corda gestabant &c. vt supra in Gregorio, quæ hinc accepta sunt. Et Rupertus: Lamia monstrũ animalis est, à laniãdo dictum, attamẽ naturalem erga fœtus suos habent affectum. Idcirco nunc ait: Sed & lamię &c. Et est sensus: Omnes naturę animantium omnium iumentorę, & reptilium, & bestiarum terræ, sed & lamię, quæ nõ tam bestię quam monstra sunt, naturalem erga fœtus suos habent affectũ. At filia populi mei nimium crudelis, ne saltem mammam nudauit infelicissimis catulis suis, quarum pro similitudine dictum est, sed non erat aliud monstrum, siue animal, quod totius crudelitatis eius similitudinẽ exhiberet. Lampas miraculorum claritatem significat, vt dictum est in dictione, Genu. Diuus autem Gregorius homilia v. super Ezechielem exponens illud Ezechielis, Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum, hoc modo scribit: Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus, atq; lampadibus comparatur. Quisquis enim carbonem tangit, incenditur, quia quisancto viro adhęret, ex eius assiduitate visionis, vsu locutionis, exemplo operis accipit, vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum suorum tenebras fugat, in desiderio lucis exardescit, vt iam per verum amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum mortuus, quantum frigidus iacebat. Lampades vero lucem suam longius sparguũt, & quum in alio sint, in alio resplendent. Qui enim spiritu prophetiæ, verbo doctrinę, miraculorum pollet gratia, huius opinio longe, lateq; vt lampas lucet, & quicq; bona eius audiunt, quia per hæc ad amorem cœlestium surgunt, in eo quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti viri quosdam iuxta se positos, quasi tangẽdo, ad amorem patriæ cœlestis accendunt, carbones sunt. Quia vero quibusdam longe positis lucent, eorum itinera, ne in peccati sui tenebras corruant, lampades fiunt. Hoc vero inter carbones & lampades distat, quod carbones ardent quidem, sed eius loci in quo iacuerint, tenebras non expellunt: Lampades autem quia magno flammarum numero resplendent, diffusas circunqua q; tenebras effugant. Qua ex re notandum est, quia sunt plerique sanctorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita simplices & occulti, seseq; in locis minoribus sub magno silentio contegentes, vt vix eorum vita ab alijs possit agnosci. Quid itaq; isti nisi carbones sunt? Qui & si per feruorem spiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent, nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt, quia vitam suam omnino sciri refugunt. Sibimetipsis quidē accēsi sunt, sed alijs in exemplo luminis non sunt. Hi autem qui & exempla virtutum prærogant, & lumen boni operis per vitam & verbum errantibus demonstrant, iure lampades appellantur, quia & per ardorem desiderij, & per flammam verbi, à peccatorū cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene viuit, sed alieno profectui minimé proficit, carbo est, qui vero in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est, quia & sibi ardet, & alijs lucet. Et in Iob scriptum est: Deridetur enim iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Quæ verba diuus Greg. enarrans libro Moralium x. cap. xxix. hoc modo scribit: Bene iusti simplicitas, & lampas esse dicitur, & contempta. Lampas quia interius lucet, & contempta, quia exterius non lucet. Intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris. Lucet ergo & despicitur, qui flagrans virtutibus, abiectus æstimatur. Mentes quippe carnalium pensare bona non valent, nisi quæ carnaliter vident. Hinc est quód Dauid sanctum pater ipse despexerat, quem prophetæ Samuelis oculis præsentare recusabat. Qui ad vnctionis gratiam, dum septem filios deduxisset, à propheta requisitus, an numerum sobolis expleret, cum magna despectione respondit: Est adhuc puer paruulus, qui pascit oues. Quo deducto & electo, protinus audiuit: Homo videt in facie, deus autem intuetur cor. Lampas ergo Dauid per innocentiam fuerat, sed tamen valde contempta, quia exteriora cernentibus non lucebat. Sciendum vero est, quód iustus quisq; aut temporalem gloriam non habet, aut hanc sub semetipso frangit, si habet, vt honori suo liber emineat, ne ei victus delectatione succumbat. Hinc enim est quód ille prædictor egregius ante humanos oculos apostolatus sui gloriam humiliauerat, qui dicebat: Non vsi sumus hac potestate, quum possimus oneri esse, vt Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestrum. Eius vero auditoribus nimirum tumor diuitum adhuc in corde remanserat, quum dicebant: Epistolæ graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Quem enim talia dicere posse cognouerant, secum communiter viuere non posse iudicabant. Quumq; eum & humilem videndo cernerent, & altum sermone pensarent, sua eos elatio cōpulit, vt quem per scripta timuerant, per præsentiæ verba despicerēt. Quid igitur Paulus, nisi contēpta lampas apud cogitationes diuitum fuit, quia vnde magisterium humilitatis exhibuit, inde a rudibus discipulis superbiæ contumelias recepit? An contēpta lampas non erat, qui tot virtutibus emicans, tanta à persecutoribus aduersa tolerabat? Legatione in catena fungitur, eiusq; vincula in omni prætorio manifestantur, virgis cęditur, multisq; ex genere, ex gentibus periculis, vrgetur lapidibus, Lystris tunditur, pedibus extra vrbē trahitur, quia extinctus æstimatur. Sed vsquequo lampas ista cōtemnitur, vsquequo despicabilis habetur? Parata (inquit) ad tempus statutum. Statutum quippe contemptę lampadis tempus, extremi iudicij prædestinatus dies, quo iustus quisque, qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat demonstratur. Tunc em̄ cum Deo iudices venīēt, q nunc pro Deo iniuste iudicant, Tūc corȝ lux tanto latius emicat, quāto eos nūc manus persequentiū duriusangustat. Tunc reproborum oculis patescet, q̄ celesti potestate subnixi sunt, qui terrena omnia sponte reliquerunt. Vnde electis veritas dicit: Vos qui secuti estis me, in regeneratione quū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Neq; enim plusquam duodecim iudices illa interni consessus curia non habebit, sed nimirum duodenario numero quantitas vniuersitatis exprimitur, quia quisquis stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex cum iudice veniat, qui nunc consyderatione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Libet inter hæc ad redemptoris vias mentis oculos tollere, sensimq; à mébris ad caput peruenire. Ipse enim nobis lampas veraciter extitit, qui pro redēptione nostra in cruce moriens, tenebrosis nostris mentibus lucem per lignum fudit. Hac nos lampade illuminari Iohannes conspexerat, quum dicebat: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quam tamē apud cogitationes diuitum cōtemptam vidit, quia paulo post subdit: In propria venit, & sui eum non receperunt. Huius lampadis flammas Herodes explorare voluit, quum eius miracula videre concupiuit, sicut scriptum est: Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo q̄ audisset multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Sed lampas hæc ante eius oculos nullo radio lucis emicuit, quia ei qui se non pié, sed curiosé quesierat, nihil de se mirabile ostēdit. Inquisitus quippe redemptor tacuit, expectatus miracula exhibere contempsit, seseq; a pud se in occultis retinens, eos quos exteriora quærere comperit, ingratos foris reliquit, magis eligens aperté à superbientibus despici, quàm à non credentibus vacua voce laudari. Vnde & protinus lampas ista contempta est, sicut illuc subditur. Spreuit autem illum Herodes cū exercitu suo, & illusit indutum veste alba. Scriptum quoq; est, De ore eius lāpades procedūt sicut tedæ ignis accensæ. Qui enim (inquit diuus Gregorius) prouident oculi, qui autē prædicāt, os vocantur. Sed de hoc ore lampades exeunt, quia mentes audientium ad amorem perfidię ac dissensionem accendunt, & vnde quasi per sapientiam lucent, inde proculdubio per nequitiam concremant. Sed qualis ipsa sapientia eorum lux sit, ostenditur, quum protinus subinfertur: Sicut tedæ ignis accensæ. Ecce iam hypocrisis eorum aperté describitur, quorum prædicatio tedarum lampadibus comparatur. Teda enim quum accenditur, odorem quidem suauem habet, sed lumē obscurum: ita isti prædicatores Antichristi, quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen operatra iniquitatis exercent, qui: si blandum quidem est quod redolent, sed nigrum quod lucent. Olent enim per simulationem iustitiæ, sed obscurum ardent per nequitiæ perpetrationem. Quorum simulationis malitiam Iohannes in Apocalypsi breui descriptione comprehendit, dicēs: Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem duo cornua similia agni, & loquebatur vt draco. Priorem quippe bestiam id est antichristū, superiore iam descriptione narrauerat, post quem etiam hæc alia bestia ascendisse dicitur, quia post eum multitudo prædicatorum illius ex terrena potestate gloriatur. De terra quippe ascendere, est de terrena gloria superbire. Que habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisim sanctitatis, eam, quam in se veraciter dominus habuit singularem, sibi inesse & sapientiam mentitur & vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinū virus infundit, recté illic subditur: Et loquebatur vt draco. Ista ergo bestia, id est, prædicantium multitudo, si aperté vt draco loqueretur, agno similis nō appareret, sed assumit agni speciem, vt draconis exerceat operationem.

De eisdem lampadibus. Cap. VI.

Scriptū quoq; est: Dura, vt infernus, æmulatio, lampades eius, lampades ignis, atq; flammarum. Vt infernus (inquit Greg.) æmulatio, id est, inuidia dura extitit, quia sicut infernus sine misericordia quos tenet, cruciat, sic Iudaica plebs Christū apprehēdens, sine respectu pietatis, corde immiti inuideris, ad mortē trahebat. De qua bene subditur, Lampades eius &c. Sicut ignis, q̄ incēdit, consumit, sic Iudæos ab omni fidei virtute inuidia sua destruxit, de quibus bene alibi dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si diceretur: Anteq̄ ad æternū ignē veniant, in præsenti cōsumuntur, quia in se ipsi ignem inuidiæ portant, qui sine portentis cōbustione non portatur. Hic ignis inuidię flammas protulit, quando per exempla, in qbus accē sus est etiā ingentilibus vsq; ad Christianorum martyria per mundū vniuersum excreuit. Et Origenes homil. xxxij. in Matth. exponens illud Euāgelicum: Simile est regnū cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsę &c. In omnibus (inquit) q̄ didicerunt verbū dei, regnum cœlorum assimilatur virginibus decem. Et si qui dem in eis sunt, qui recte & credunt, & viuūt & ideo iuste assimilantur q̄nq; prudentibus: qui autem profitentē quidē fidē in Iesu, non autem p̄parant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinq; assimilantur virginibus fatuis, nō irrationabiliter dicimus sensus omnīū, qui didicerunt diuina, quomodocūq; verbū domini receperunt, siue occasione, siue veritate, q̄d virgines sunt virginificatæ per verbū dei, cui crediderunt, aut credere volunt. Et q̄niam verbum Dei causa est, vt rectus fiat sensuū vsus, & nō est possibile eū, quum sit in sensibus, vt in quibusdam quidem sensibus operetur, & diligenter tribuat quæ prudentiæ suę sunt, in alijs aūt negligat, ideo si vnū de sensibus fecerit sapientē, vt virgo constituatur, necesse est, vt & in alijs sensibus sapiētiam suam effundat. Propterea nō est videre de quinq; sensibus in aliq̄ quosdā quidem fatuos, quosdā autem prudentes, sed necesse est, vt aut omnes quinq; sint prudentes, aut omnes fatui. Omnes isti sensus lampades suas accipiunt. i. organa sua naturalia, siue secundum verbum Dei vti volentes, siue & contra voluntatem Dei tamen accipiunt eas q̄n recipiunt sponsum Ecclesiæ verbum dei & filium dei, & egrediuntur de mundo, & de erroribus deorum multorū, & veniunt obuiā saluatori, qui semper paratus est venire ad virgines eas, vt simul ingrediātur cū dignis eorū ad beatā sponsam Ecclesiam. Sed quandiu quidem post verbum receptum lucet lumen fidelis coram hominibus, vt videntes opera eorū bona, glorificent patrem eorū, q̄ in cœlis est, hæ & prudentes sunt & accipientes oleum nutrimentum luminis sui, q̄d semp infunditur ab ibus bonis. i. verbum doctrinæ, & vasa animarum suarum ab hoc verbo implentes à

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctoribus,& traditoribus qui illud vænundant ꝙ satis sit eis,etiam tardante exitu,& remorante verbo veniente ad consummationem eorum,vt consummatæ,& extra mundum factæ, festinent illic.Et infra:Date nobis de oleo vestro,quoniã lãpades nostræ extinguuntur.Nã & fatuæ erant,tñ hoc intelligebãt, quoniã cũ lumine debebant obuiam ire sponso, omnes lãpades sensuũ illuminatas habentes.Videbant autem&illud,quoniam ex eo quod minus habebant oleum racionabile,iam propinquãtibus tenebris,lampades earum fuerant obscurandæ. Sed sapientes transmittunt fatuas ad olei venditores,videntes,quoniam non tantum oleum,id est, verbum doctrinæ congregauerant, vt sufficeret & ipsis ad vitam, & illas doceret ornare lampades suas.Et infra:Ornantes autem lampades sensuum Euangelicis vsibus, atq; rectis, vt fit quidem oculorum ornamentum rectus vsus videndi,vt oculi videant admirandum factorem,claudantur autem,ne videant iniquitatem.Sic&de ornamento auditus,& gustus.& odorationis,& palpationis,quis dicere potest quoniam qui male vtuntur sensibus suis,eorum nullum est ornamentum.Et diuus Ambrosius in lib.de paradiso,cap.ij. Dñs(inquit)virgines illas in Euãgelio accẽsis facibus,vel extinctis,expectãtes sponsi aduentũ ꝑ sensibus, velintegra sapientium,vel corruptis insipientium posuit. Nam si Eua,hoc est sensus primæ mulieris, accensas habuisset faces,nunq̃ præuaricationis suæ nos criniculis implicasset, neq; ex illa virtutis immortalitate cecidisset.De lampadibus autẽ Euangelicis,require in dictione, Virgines.In Esaia quoq; scriptum est:Propter Sion non tacebo,& propter Hierusalem non quiescam,donec egrediatur vt splendor,iustus eius,& saluator eius ,vt lampas,accendatur . Diebus(inquit Hieronymus)ac noctibus ora non claudam,nec mea vnquam reticebit oratio ,sed tandiu clamabo,& precibus iungã preces,donec veniat qui promissus est,& splendore suo cunctũ illuminet orbem.Quis sit iste,quem quærit,quem venire desiderat,ponit manifestius: Donec egrediat &c.Siue iuxta lxx . Donec exeat sicut lux iustitia eius,& saluatare illius sicut lampas ardeat. Quæ dicebat in Euangelio:Ego sum lux mundi. Quæ,quum in Sion , & in Hierusalem fuerit accensa,nequaquam in sola splendebit Iudæa,sed dicetur ad eam:Lumen quod in te est,accensum est quod egressum ex patre,in tuis cœpit ardere finibus,omnes gentes illuminabit.Et in Zacharia scriptum est:Vidi,& ecce candelabrum aureum totum,& lampas eius super caput ipsius,cuius expositionem require in dictione, Candelabrum.Et in Apocalipsi scriptum est: Et de throno procedebant fulgura,& voces,& tonitrua,& septem lampades ardentes ante thronum,qui sunt septẽ spiritus dei.Quę verba Rupertus in cõmentarijs hoc pacto exponit:Postquã seniores(inquit)nostri,vel sedilia eorum dispositasunt circa thronum,fulgura,& voces,& tonitrua procedunt,quia postquam Apostoli,judices orbis constituti,officium ꝓdicandi acceperunt,fulgura miraculorum,voces prædicationum ,& tonitrua comminationum de futuro iudicio,atq; gehennalibus malorũ pœnis dare non desierunt.Hoc est quod Marcus ait:Illiautem profecti,prædicauerunt vbiq;,dño cooperante,& sermonem confirmante,sequentibus signis.Hęc oĩa,fulgura scilicet,voces,ac tonitrua de throno ꝓcedũt ab eo,q̃ sedet sup̃ thronũ. Neq; enim hæc à semetipsis habuerunt,sed desursum acceperunt.Et enim oñe datum optimum,& omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.Septem lampades &c.Ante thronum septem spiritus Dei sunt.Ipsi enim illuminant sæpe dictum regnum Dei,Ecclesiam dei.Illic quidem,id est,in illa gloria cœlesti sic illuminant,vt facie ad faciem videant claritatem Dei,hic autem,vbi ex parte peregrinatur adhuc in Ecclesia , sic eam illuminant,vt nondum quidem perfecte,sed quasi per speculum,& in enigmate videat,& quodammodo tis sit ad declinandos errores,cognoscat veritatem Dei iuxta promissum dicentis: Quum autem venerit ille spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem . Ex quo enim is , qui hæc in passione sua loquebatur,resurrexit,& in cœlum ascendit,ex eo lampadum istarum splẽdor mundo latius emicuit.Lucent autem septem lampades istæ ex vno candelabro, septem spiritus isti ex vno, eodemq; Christo,& lumen eorum quinquagesimo die post resurrectionem eius super discipulos eius in linguis igneis apparuit . Prima lampas spiritus sapientiæ est . Secunda spiritus intellectus , & deinde per ordinem cæteri spiritus , sicut in propheta dispositi loquuntur,super vnum florem requiescentes,hoc loco lampades dicuntur,iuxta prophetam alium super vnum candelabrum lucentes.

Esa.lij.e. Ambrosius

Esai.62.a

Iohn.8.b.

Zach.4.a.

Mat.16.d Iacob.1.a. 1.Cor.13.d.

Iohn. 16.c.

Acto.2.a ꝑsal.ixx.a Zach.4.c.

Quid lana,lancea,languor mystice significent. Cap. VII.

Pro.31.b

QVid lana mystice significet,diuus osẽdit Hiero.exponens illud Prouerbiorum, Quæsiuit lanã,& linũ,& operata est consilio manuum suarũ:Possunt(inquit) mystice intelligi lana,qui ouinus est habitus,oñia pietatis,& simplicitatis opera,quę ꝓximis impendimus,accipi, potest in lino,q̃d ex terra virens oritur,sed longo,ac multiplici exercitio amittit humorẽ natiuum,atq;

ad gratiam noui candoris peruenit,castigatio nostræ carnis intimari,cuius dum ingenitas vitiorũ sordes per continentiam excoquimus,dignam profecto eã,qua Christum induamus,efficimus,iuxta illud Apostoli:Quotquot ergo in Christo baptizati estis,Christum induistis.Quærit ergo mulier fortis lanam,& linum &c. quum ecclesia sancta solicite perquirit, quibus se pietatis fructibus exerceat,quomodo à carnalibus emũdet illecebris.Et hoc vtiq; consilio prudentissimo,hoc est,supernę solũmodo retributionis facit intuitu.Et diuus Augustinus exponens illud Dauidicũ,Qui dat niuem sicut lanam:Lana(inqt)materies vestis est.Lana eñ quum videt,veluti præparatio est aliqua ad vestẽ.Ergo qa prædestinauit hos,qui ad tẽpus frigidi repunt in terra,& nondum feruent spiritu charitatis,veluti lanam dedit hos deus, & futurus est inde vestẽ.Merito in monte vestis Christi fulsit sicut nix,tanquã de illa lana iã facta erat tunica,i.de niue,quã dedit sicut lanam.Quomodo eñ dicitur ecclesia corpus Christi,dicitur & vestimentũ Christi ipsa ecclesia.Inde est illud quod ait Apost.Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã non habentem maculam, aut rugam.Ergo faciat sibi vestem de illa lana, quam prædestinauit in niue.Adhuc in hominibus incredulis,& frigidis,& pigris, faciat vestẽ de hac lana,vt abluatur à maculis,mundetur fide,vt rugam non habeat,tendatur in cruce.

Augus. Psal.147.

Ephe.5.f

Lancea vero,quid mystice significet,diuus infinuat Grego.li.Moral.xiij.cap.ix.exponens illud Iob,Circundedit me lanceis suis,conuulnerauit lumbos meos,non pepercit,& effudit in terram viscera mea:Sancta(inquit)ecclesia lanceis ab hoste suo circundatur,quando in membris suis ab impugnatore callido tentationum iaculis impetitur.Bene autem circundari lanceis dicimur,quia antiquus hostis tentationis suæ vulnere ab omni parte nos impetit.Sæpe eñ, dum gula restringitur,vt libido subigatur,inanis gloriæ aculeus mentem pulsat. Si autẽ corpus abstinentiæ afflictione non atteritur,contra mentem libidinis flamma se excitat. Sæpe, dum seruare parsimoniam nitimur,ad tenaciam labimur.Et sæpe, dũ possessa effuse tribuimus,ad auaritiam ducimur,quia rursum colligere quærimus,quod tribuamus. Et quia omne peccatum hostis quidem callidius suadet, si nos eius suasionibus consentiendo perpetramus, apte subiungitur,Conuulnerauit lumbos meos.In lumbis quippe luxuria est.Vnde & is qui cupiebat voluptatem libidinis à corde extinguere,prædicauit dicens:Succincti lumbos mentis vestræ.Quum ergo antiquus hostis fidelem populum ad luxuriam pertrahit,hunc proculdubio in lumbis ferit. Vbi notandum quoq; est,quod non ait,vulnerauit,sed,conuulnerauit lumbos meos.Sicut enim loqui aliquando vnius est,colloqui vero duorum, vel fortasse multorum, sic antiquus hostis,quia nos ad culpam sine nostra voluntate non rapit, nequaquam lumbos nostros vulnerare,sed conuulnerare dicitur,quia hoc quod nobis ille male suggerit, nos sequentes ex voluntate propria implemus,& quasi cum ipso nos pariter vulneramus,quia ad perpetrandum malum ex libero simul arbitrio ducimur. Non pepercit,id est,non destitit.Et effudit in terram viscera mea.Quid aliud sanctæ ecclesiæ viscera debemus accipere nisi eorum mentes,qui eius quædam in se mysteria continent,qui ad intima sacramenta deseruiunt? Sed antiquus aduersarius,quum fideles quosdam,qui interioribus sacramentis deseruire videbãtur,ad secularia negocia pertrahit,eius proculdubio viscera in terram fundit,quia illos in rebus infimis conculcat,qui prius in occultis,ac spiritalibus actibus latebant.

Esai.24.c. i.Petri.2 Iob.9.c.

Quid languor mystice significet,dictum est in dictione,Infirmus,siue infirmitas.

Quid lapis mystice significet. Cap. VIII.

LApidum nomine in sacra scriptura homines designantur,sicut sanctæ ecclesiæ per Esaiã dicitur,Ponam iaspidem propugnacula tua & portas tuas in lapides sculptos,qui eosdem lapides qd dixisset,aperuit,quũ subiungit, Vniuersos filios tuos doctos à dño. Et sicut admonente Petro Apostolo dicit:Et vos tanquã lapides viui superædificamini domus spiritales.Et in Iob scriptum est:Super aceruũ petrarum radices eius densabuntur,& inter lapides cõmorabitur.Quid enim(inquit Greg.)radicum nomine,nisi latẽtes cogitationes accipimus,quę in occulto prodeunt,sed in ostensione operũ per apertum surgunt? Lapides vero ꝓmixti possunt ꝑfecti,& electi figurari.Et lib.Mor.xvi.cap.xxiij.exponẽs illud Iob, Et nõ habẽtes velamen amplexantur lapides:Velamẽ(inquit)boni operis tegmẽ accipimus,quo quisq; tegitur, vt ante oĩa potẽtis dei oculos,prauitatis eius fœditas operiatur.Vnde scriptũ est: Beati quorũ remissæ sunt iniquitates,& quorũ tecta sunt peccata. Quos aũt lapidum nomine, nisi fortes in sancta ecclesia viros accipimus? Quibus per primum pastorem dicitur:Et vos tanquã lapides viui superedificamini.Hi itaq; q de nullo suo opere cõfidunt ,& ad sanctorũ martyrum protectionẽ currunt,atq; ad sacra eorũ corpora fletibus insistunt,promereri se veniã eis intẽ-

Iob.14.a.

Psal.31.a.

1.Petri.2.b

Iob.28.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedentibus deprecanť. Quid ergo isti in hac humilitate faciunt, nisi qa bonę actionis velamẽ non habent, lapides amplexantur? Et lib. Moral. cap. xviij. & xx. exponẽs illud Iob. Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum: Quid (inquit) hoc in loco per lapides, nisi sanctorũ, ac fortium mentes accipimus? In scriptura etenim sacra aliquando lapides in malo, aliquando vero in bono accipi solent. Nam quum lapis pro insensibilitate ponitur, dura per lapides corda signantur. Vnde & per Iohannẽ dicitur: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę, qui videlicet nomine lapidum corda gentiliũ designat, dura tunc, atq; insensibilia. Et per prophetam dominus pollicetur, dicens: Auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Rursum per lapides, mentes fortium designari solent. Vnde & per Petrũ sanctis dicitur: Et vos tanquam lapides viui superædificamini domus spiritales. Et per prophetam dominus venienti Ecclesiæ pollicetur, dicens: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphyris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, vniuersos filios tuos à domino. Sstauit nanq; in illa per ordinem lapides, quia in ea sanctas animas meritorum diuersitate distinxit. Fundauit eam in sapphiris, qui scilicet lapides coloris aerei in se similitudinem tenent, quia robur Ecclesiæ in animabus cœlestia appetentibus solidatur. Et quoniam iaspis viridis est coloris, iaspidem propugnacula eius posuit, qa illi contra aduersarios pro sanctæ Ecclesiæ defensione obiecti sunt, qui internis desiderijs virentes, nulla temporis reproba ariditate marcescunt. Portas vero eius posuit in lapides sculptos. Hi quippe portæ sunt ecclesiæ, per quarum vitam, atq; doctrinam intrat in eam multitudo credentium. Qui pro eo etiã, qd magnis operibus pollent, & id quod loquentes asserunt, viuentes ostendunt, non puri sed sculpti lapides esse memorantur. In quorũ enim vita recta operatio cernitur, quasi in eisdem ipsis exprimitur, quod egerunt. Vbi omnẽ quoq; sanctorum numerum generali collectione concludẽs, subdidit: Omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Et tanquam fr audientes ista, petere-mus, vt hos lapides, quos diceret indicaret, adiunxit, dicens: Vniuersos filios tuos doctos à domino. Quia igitur de Iudæa nunquã sanctæ animæ, quæ cœlestẽ vitã ducerent, defuerũt, dicitur: Locus sapphiri lapides eius. Quia magna vitæ, ac sapientiæ claritate per fidẽ fulsit adiungitur, Et glebæ illius aurũ. Quid per glebas, nisi collectiones singulorũ ordinũ, ac multitudines designãtur? Glebæ aũt ex humore, & puluere cõstringuntur. Omnes ergo qui rore gratiæ infusi, ex mortis debito se puluerẽ esse veraci cognitione confessi sunt, dum vitæ virtute clarescerent, quasi auræ in illa glebæ iacuerunt. Glebas hæc terra habuit in prophetis, glebas in patribus antiquis, qui magna se infusione gratiæ in professionis, & operis vnanimitate tenuerunt. Dicat ergo: Et glebæ illius aurum, quia in ea multitudo spiritualium tanto maiori virtute claruit, quanto se in deum, ac proximum maiori vnitate constrinxit. Sed hoc aurum, perdiæ est postmodum tenebris obscuratum. Cuius profecto nigredinem Hieremias propheta intuens deplorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Aurnanq; obscuratum est, quia in eis antiquus ille fidei, atq; innocentiæ splendor, irruente perfidia, malitiæ se nocte fuscauit. Et lib. vi. cap. xxi. exponens illud Iob, Cum lapidibus regionum pactum tuum: Quasi (inquit) distinctæ in mundo regiones sunt ecclesiæ gentium, quæ in vna fide positæ, morũ linguarumq; diuersitate diuiduntur. Quid ergo per regionum lapides, nisi ecclesiarum electos accipimus? Qui igitur recte viuit, pacto se cum lapidibus regionum pangit, quia in eo quod mundi desideria superat, vitam suam proculdubio ad sanctorum præcedentium imitationem ligat. Et lib. xxix. cap. xxi. exponens illud in Iob, In similitudinem lapidis aquæ durantur, hoc pacto scribit: Aquas populus accipi iam sæpius edocuisse me memini. In lapide vero pro ipsa duritia aliquando gentiles populi designantur. Ipsi quippe lapides colluerunt. Et de his per prophetam dictum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vnde Iohannes Iudæos aspiciens se de stemmate generationis extollere, & gentes præuidens ab Abrahæ prolem fidei cognitione tranfire, ait: Ne velitis dicere intra vos patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, lapides vtiq; duros perfidia gentiles vocans. Quia ergo primum Iudæa Deo credidit, gentilitate omni in perfidiæ suæ obstinatione remanente, postmodum vero ad fidẽ gentilium corda mollita sunt, & Iudæorum infidelitas obdurata, bene dictum est. In similitudinem lapidis aquæ durãtur. Ac si diceret: Illa mollia, ac penetrabilia fidei corda Iudæorum in insensibilitatem vertuntur gentiũ. Quũ enim misericors Deus gentes traxit, iratus Iudęã repulit, actũq; est, vt sicut dudũ ad percipiendã fidẽ gẽtilitas fuerat obdurata, ita postmodũ ad fidẽ gentilitate suscepta, Iudææ populus perfidiæ torpore duresceret. Vnde Paulus Apost. eisdem gentibus dicit: Sicut aliquando vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatẽ: ita & isti non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiam cõsequantur. Cõclusit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Et se occulta dei iudicia cõprehendere nõ posse cõsyderans, exclamando subiunxit: O altitudo diuitiarę sapientiæ &c. Vnde hic quoq; quũ de Iudæorę perfidia dns diceret: In similitudinem lapidis aquæ durantur, vt de repulsione eorum occulta esse sua iudicia demonstraret, apte subdidit: Et superficies abyssi constringitur, quia superiecto quodam ignorantiæ nostræ velamine, incomprehensibilitatem diuini iudicij humanæ mentis oculus nullatenus penetrat. Scriptum quippe est: Iudicia tua abyssus multa. Nemo ergo perscrutari apperat, cur quum alius repellitur, alius eligatur, vel cur, quum alius eligitur, alius repellatur, quia superficies abyssi constringitur, & attestante Paulo, Inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Vel per aquas populi, per lapidem vero eiusdem sathanæ duritia designatur. Illo igitur ad ima veniente, in similitudinem lapidis aquæ duratæ sunt, quia eius malitiam imitari homines, mollia viscera charitatis amiserunt. Cuius fraudulenta consilia, quia à seductis hominibus deprehendi non possunt, recte subiungitur, Et superficies abyssi constringitur. Aliud quippe ei intrinsecus latet, atq; aliud extrinsecus ostendit. Transfigurat enim se velut angelum lucis, & callida deceptionis arte plerunq; proponit laudabilia, vt ad illicita pertrahat. Abyssi ergo superficies constringitur, quia dum quasi bona persuasionis eius species, velut solida desuper glacies ostenditur, in profundo latens eius malitia non videtur.

De eodem lapide quid mystice significet. Cap. IX.

Et eodẽ lib. cap. xxvi. hoc pacto scribit: Et qa plerunq; humana corda, quoniã erũpere ad virtutes, quas appetunt, nõ valent, eo ipso quo ab intentionis suæ perfectione resiliunt, tẽtationũ stimulis fatigantur, sed tamen eadem tentationes cogitationũ comprimunt, seq; per exercitationis vsum in quodã viuendi rigore cõponunt, bene subditur: In similitudinem lapidis aquæ durãtur, Quia & si fluxæ cogitationes interius lacessunt, nequaquã tamẽ vsq; ad cõsensum praui operis trahunt. Sed mens sub inolita bene viuẽdi cõsuetudine, quasi sub quadã duritia exterius abscõdit qcquid intus ex tẽtationis pulsatione mollescit. Vnde bene subiungitur: Et superficies abyssi cõstringitur, qa praua cogitatio, & si vsq; ad suggestionẽ venit, vsq; ad consensum nõ profilit, qa fluctuãtes motus animi supducũt? rigor sanctę deliberatiõis frmit. Et capi. xxvij. In similitudinẽ lapidis aquę durãtur. Mẽtes enim, q̃ p prospera molliter fluerent, cõstrictę ceptã desuper tolerantiã, actiones sui redẽptoris imitať. In similitudinẽ qppe lapidis aqua ducitur, quãdo infirmus quisq; p aduersitatibus durescũt, & ad similitudinẽ lapidis aqua pducitur, quãdo infirmus quisq; p acerat, quũ ille prius impatiẽs persecutor, postmodũ Paulus dicebat: Implco ea quæ desunt passionũ Christi in carne mea. Et quia, quũ deprimuntur aduersis, solertius interna dona custodiunt, recte additur, Et superficies abyssi cõstringitur. Solet enim lætitia arcana mẽtis aperire, atq; aperiendo amittere: aduersa vero, quũ nos exterius deprimunt, interius cautiores reddũt, & ad cõseruanda profunda dona, quæ accepimus, muniunt. Abyssi enim suæ superficiem Esaias constrinxerat, quũ dicebat: Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi: Abyssi suę superficiẽ Paulus constrinxerat, qui tot periculis, ac aduersitatibus insudãs, sub ſtextu cuiusdã de semetipso loquitur dicens: Audiuit arcana ῥba, quæ nõ licet homini loqui. Et rursum: Parco autẽ, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Qui igitur foris aduersa tolerans, ne fortasse in laudibus defloreret, arcana sua aperire metuebat, quid aliud, quam secretorum suorũ abyssum p cõstrictã superficiẽ presserat? Et lib. Mor. xviij. cap. xvi. exponens illud Iob Et lapis solutus calore in æs vertitur: Tũc (inquit) lapis calore soluitur, quũ cor durũ, atq; à diuini amoris igne frigidũ, eodẽ diuini autoris igne tãgitur, & in feruore spiritus liquaſ, vt ad sequentẽ vitã desideriorũ æstu ardeat, q̃ prius audiens, insensibilis manebat. Ex q̃ ardore scilicet & emolliť ad amorẽ, & roborať ad operationẽ, vt sicut prius durus fuerat in amore sæculi, ita se postmodum fortẽ exerat in amore dei, & qp ante audire renuebat, iam & credere, & ꝓdicare incipiat. Lapis ergo solutus calore in æs vertiť, qa dura mens supni amoris igne liquefacta, ad veră fortitudinẽ cõmutať, vt peccator q prius insensibilis extiterat, postmodũ & p autoritatẽ fortis, & per ꝓdicationẽ sonorus fiat. Quod bene per Esaiam dicitur: Qui cõfidunt in dño, mutabũt fortitudinẽ. Fortitudinẽ mutamus, quum conuersi, tanta virtute ſſens sæculum superamus, quanta hoc ante q̃rebamus. De lapide autẽ caliginis, dictũ est in dictione, Caligo. De lapide autẽ angulari scriptũ est in Iob. Aut quis dimisit lapidem angularem eius? Quæ verba Gregorius enarrans lib. xxviij. Mor. cap. ix. hoc pacto scribit: Iam per diuinã gratiã omnibus liquet, quem scriptura sacra angularẽ lapidẽ vocet, illum profecto, qui dum in se hinc Iudaicum, illinc

Iob 28. c.

ibidem.

2. Cor. 12. c

Iob 38. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

daicum,illinc gentilem populum ſuſcipit,in vna Eccleſiæ fabrica quaſi duos parietes iungit, illum de quo ſcriptum eſt: Fecit vtraq; vnum. Qui angularem ſe lapidem non ſolũ in inferioribus,ſed & in ſupernis exhibuit,quia in terra plebi Iſraeliticæ nationes gentium, & vtrãq; Luc.2.b. ſimul Angelis in cœlo ſociauit. Eo quippe nato clamauerunt Angeli, In terra pax hominibus bonę volũtatis. In ortu eñ regis nequaq; pro magno offerrẽt hominibus pacis gaudia, ſi diſcordiam non haberent. De hoc lapide per prophetam dicitur: Lapidem quem reproba Matth.2.b. uerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli. Huius lapidis typũ Iechonias rex tenuit,quẽ ſum rurſus initio tertiæ generationis inſeruit. Ipſe nanq; in Babyloniã cũ Iſraelitica plebe migrauit,qui dũ ab his ad alia ducit, ꝓ vtriusq; parietis latere nõ immerito ſecundo numeratur. Cuius migrationis flexu,angularem lapidem deſignat. Vbi eñ ordo à rectitudine flectitur, vt eat in diuerſum,tanquã angulũ facit. Recte ergo numerari bis potuit,quia per vtrunq; parietẽ,quaſi duo in ſe latera,offendit,vnde & eius bene imaginem tenuit,q; in ludæa ortus,ge-tilitatem colligens,quaſi ab Hieroſolymis Babyloniã venit,atq; hanc in ſemetipſo fidei fabricam,prius diſcordiæ ſtudio ſciſſam,arte charitatis intexuit. Et cap.xiiij. moraliter exponens, hoc modo ſcribit: Lapis quippe angularis eſt ad ſacra eloquia intellectus duplex. Qui tunc diuinitus dimittitur,qñ nequaquã diſtricto iudicio ignorantiæ ſuæ tenebris illigãt,ſed quãdã libertate perfruitur,dũ in præceptis Dei ſufficit, vel exequendo exteriora agere,vel contẽplando interna ſentire. Ad ꝙ nunquam noſter intellectus aſſurgeret,ſi ad ſuſcipiendã naturam noſtram ipſe noſter conditor non veniret. Qui aliter angularis lapis dicitur, quia duos in ſe populos iunxit,atq; aliter,quia coniũctæ vtriuſq; vitæ,actiuæ videlicet,& contemplatiuæ in ſe exempla monſtrauit. Ab actiua eñ vita longe contẽplatiua diſtat,ſed incarnatus redemptor noſter veniens,dũ vtranq; exhibuit,in ſe vtranq; ſociauit. Nã quũ in vrbe miracula faceret,in mõte vero orãdo continue pernoctaret,exẽplũ ſuis fidelibus præbuit,vt nec contẽplationis ſtudio proximorũ curam negligãt,nec rurſum cura proximorum immoderatius obligati,contemplationis ſtudia derelinquant:ſed ſic in vtriuſq; mentem partiendo coniungãt, quatenus nec amorem dei præpediat amor proximi,nec amorem proximi,quia tranſcendit, obiiciat amor Dei. Recte itaque dicitur, Vel quis dimiſit lapidem angularem eius? Ac ſi aperte dominus diceret,niſi ego,qui vnicum,quem ſine tempore genui,ſeruandis hominibus cum tempore oſtendi, in cuius vita diſcerent etiam diuerſa viuendi ſtudia nõ diſcrepare? Et notandum quod eum non ſe emiſiſſe,ſed dimiſiſſe aſſerit,quia profecto humanam naturã filius ſuſcipiens,ad ima de ſublimibus venit. Quid autem lapides quadrati myſticé ſignificent, diuus Greg.inſinuat homilia xxi.ſuper Ezech.exponens illud Ezech.,Quatuor autẽ mensæ ad holocauſtum de lapidibus quadris extructę: Quos(inqt) hoc loco lapides quadros accipimus,niſi quoſlibet ſctos,quos vita in ꝓſperitate atq; aduerſitate nouit fortiter ſtare? Lapis enim quadrus ęqué ſtat in ꝙcunq; latere fuerit verſus. Quiſq; ergo in ꝓſperitate nõ extollit, in aduerſitate non frãgit,ſuaſionibus ad malũ non trahit,vituperationibus à bono ope non retrahit,vocatur,lapis quadrus eſt. Et quaſi ex oñi latere ſtatum habet,qui caſum in qualibet permutatione non habet. Certé quum Iudæos populum propheta à fide pire cognoſceret, & ſanctos apoſtolos ſurgere in eccleſia præuideret, per quos multi ſunt ex gentibus in fidei & vitæ ſoliditudine ſolidati,in magna conſolatione locutus eſt,dicens: Lapides ceciderunt,ſed quadris lapi- Iſai.9.b dibus ædificabimus. Videns quippe in ſancta eccleſia Apoſtolos,martyres, atq; doctores ſurgere,de lapidum caſu.i.de Iudæorum perditione minus doluit,quia omnipotentis dei ædificium,id eſt,ſanctam eccleſiam de quadris lapidibus ædificari cõſpexit. Menſæ ergo quatuor de quadris lapidibus cõſtruunt,qua fides,& vita,patiẽtia,& benignitas de vita ſanctorũ in exẽplũ datæ ſunt ſequentibus populis,vt iam veſtibulũ menſas habeat.i. virtutes vitæ populus teneat, in qbus oñipotenti deo orationis ſacrificiũ,in ara ſui cordis incendat. Quicquid eñ boni ſubdeles ſanctæ eccleſiæ populi,vel fecerunt,vel faciunt,hoc in exẽplo de ſdicatoꝝ ſuorũ vita ſuſceperũt. Vñ eñ menſas hoc veſtibulũ haberet,niſi quadras lapides inueniſſet? Vt eñ vñ de quadris lapidibus ad mediũ deducamus,vultis fratres chariſſimi fidẽ videre? Mihi(inqt Apoſto.)viuere Chriſus eſt,& mori lucrũ. Vultis vitã cognoſcere? Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Vultis patientiã audire? Vſq; in hãc horã & eſurimus,& ſitimus,& nudi- 1.Cor.4.c. mur,& inſtabiles ſumus,& laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur,& bñdicimur, 2.Cor.11.c perſecutionẽ patimur,& ſuſtinemus,blaſphemamur,& obſecramus. Vultis benignitatẽ cognoſcere? Ego aũt libẽtiſſime impendã,& ſupimpendar ipſe pro animabus veſtris. Ac ne forſitan

credamus,quia eorum,pro quibus impendi deſiderat,debitor fuerit,mox ad eoſdem diſcipulos ſubiungit,dicens: Licet plus vos diligens,minus diligar. Et infra: Holocauſtum offerunt, qui ſine in bono opere,ſeu in ſancta cogitatione medullitus accendun tur. Menſæ vero hę,ex quadris lapidibus factæ ſunt,quia dũ quotidie ſacri eloquij in ſuis cordibus ẏba meditantur, ad offerendũ dño orõnis holocauſtũ quaſi ex quadris lapidibus conſtruuntur. Verba etenim ſcripturæ ſacrę,lapides quadri ſunt,qui vbiq; ſtant,quia ex nullo latere reꝑhenſibilia inueniuntur. Nã in omne quod ꝓteritũ narrãt,in omne q̃d venturũ annunciant, in oñe q̃ moraliter ędicant,in omne quod ſpiritualiter ſonant,quaſi in diuerſo latere ſtatum habent,quia reprehenſionem non habent. Corda itaq; ſanctorum menſæ Dei ſunt ad holocauſtum ex quadris lapidibus conſtructæ,quia qui dei verba ſemper cogitant,ſemetipſos domino à carnali vita in Pſal.36 f.1 Pſal.129.b. cogitatione mactant. Vnde ſcriptum eſt: Lex Dei eius in corde ipſius,& non ſupplantabunꝰ greſſus eius. Et rurſum dicitur: In corde meo abſcondi eloquia tua vt non peccem tibi.

De nouem lapidum generibus in Ezechiele,quid myſtice ſignificẽt. Cap. X.

Scribuntur aũt in Ezechiele nouem lapidũ noĩa,quia profecto nouẽ ſunt ordines angelo- Luc.15.b rum(vt D.inquit Greg.homil.xxxiiij.in euangelia,exponẽs illud euangelicũ,Aut q̃ mulier habens drachmas decem)Nouẽ,inquit,Angelorũ ordines ſunt, quia videlicet eſſe teſtãte ſacro eloquio ſcimus angelos, Archangelos, virtutes,poteſtates,principatus,dominationes, thronos,Cherubim,atq; Seraphim. Eſſe nanq; angelos,& archangelos,pene omnes ſacri eloquia paginæ teſtantur. Cherubim vero,atq; Seraphim ſæpe(vt notum eſt) libri prophetarũ loquũtur. Quatuor quoq; ordinum noĩa Paulus apoſtolus ad Epheſios enumerat,dicẽs: Sup Ephe.1.d. oẽm principatũ,poteſtatem,& virtutem,& dñationem. Qui rurſus ad Coloſſenſes ſcribens, Col.1.c. ait: Siue throni,ſiue dominationes,ſiue principatus,ſiue poteſtates. Dñationes vero & principatus, ac poteſtates iam ad Epheſios loquens deſcripſerat,ſed ea quoq; Coloſſenſibus dictu rus,ſimiſit thronos,de quibus necdum quicquã fuerat Epheſijs locutus. Dum ergo illis quatuor,quæ ad Epheſios dixit,coniunguntur throni, quinq; ſunt ordines qui ſpecialiter expri nuntur. Quibus dum Angeli & Archangeli,Cherubim atq; Seraphim adiuncti ſunt,procul dubio nouem eſſe angelorum ordines inueniuntur. Vnde & ipſi angelo qui primus eſt con Exe.28.c ditus,per prophetam dicitur: Tu ſignaculũ ſimilitudinis,plenus ſapientia,& perfectus decore,in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Vbi notandũ eſt,ꝙ non ad ſimilitudinẽ Dei factus,ſed ſignaculum ſimilitudinis dicitur,vt q̃ in eo ſubtilior eſt natura,eo in illo imago Dei ſimili? inſinuẽ̃ expreſſa. Quo in loco mox ſubditur, Omis lapis ꝑciosus operimẽtum tuũ Sardius,Topazius, & Iaſpis,Chryſolithus,Onyx,& Beryllus:Sapphyrus,Carbunculus,& Smaragdus. Ecce nouẽ dixit noĩa lapidum,quia profecto nouem ſunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus,& opertus extitit,quia dum cunctis agminibus angelorum ꝑlatus eſt,ex eorum cõparatione clarior fuit. Sed cur iſtos perſiſtentium angelorũ choros enumerando ꝑſtrinximus,ſi nõ eorum q̃q; miniſteria ſubtilit̃ exprimamus? Græca etenim lingua angeli nuncij,Archangeli vero ſummi nuncij vocantur. Sciendũ vero ꝙ angelorũ ſvocabulum nomen eſt officij,nõ naturæ. Nam ſancti illi cæleſtis patriæ ſpiritus,ſemper quidem ſunt ſpiritus,ſed ſemper vocari angeli nequaquã poſſunt, quia tunc ſolum ſunt angeli, quum per eos aliqua nunciantur. Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Ac ſi patẽter dicat: Qui eos,quos ſemper habet ſpiritus, etiam quũ voluerit Angelos facit. Hi autem qui minima nunciant, Angeli,qui vero ſumma annunciant, Archangeli vocantur. Hinc eſt enim quod ad Mariam virginem non quilibet Angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe miniſteriũ ſummum Angelum venire dignum fuerat,qui ſummum omnium nunciabat. Qui idcirco etiam priuatis nominibus cenſentur, vt ſignetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa ſancta ciuitate,quam de viſione omnipotentis Dei plena ſcientia perficit,idcirco propria nomina ſortiuntur, ne eorum perſonæ ſine nominibus ſciri non poſſint,ſed quum ad nos aliquid miniſtraturi veniũt,apud nos etiam nomina à miniſterijs trahunt. Michael nanque, quis vt Deus,Gabriel autem,fortitudo Dei, Raphael vero dicitur medicina dei. Et quotiens miræ virtutis aliquid agitur,Michael mitti perhibetur, vt ex ipſo actu,& nomine detur intelligi, quia nullus poteſt facere, quod facere prætualet Deus. Vnde & ille antiquus hoſtis, qui Deo eſſe per ſuperbiam ſimilis conceptuit,dicens: In cælum conſcendam,ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum,ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo, dum in fine mundi in ſua virtute relinquetur extremo ſupplicio perimendus, Iſai.14.d cum Michaele Archangelo, vt qui ſe ad Dei ſimilitudinem ſuperbus extulerat, per Michaelem

Universidad de Deusto
Biblioteca

chaelem peremptus discat, quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad Mariam quoq; Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat, qui
Psal.23.b. ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur:
Ibidem. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Per dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum dominus, & potens in prælio contra potestates aereas ad bella veniebat. Raphael quoq; interpretatur (vt diximus) medicina dei, quia videlicet dum Tobię oculos, quasi per officium curationis, tetigit, cæcitatis eius tenebras terfit. Qui ergo ad curādum mittitur, dignum videlicet fuit, vt dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest, vt ipsa officiorum vocabula breuiter exequamur. Virtutes enim vocantur, illi nimirum spiritus, per quos signa, & miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi, qui hoc potentius cæteris, in suo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sint, quorū potestate refrænantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volent. Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoq; bonis angelorum spiritibus præsunt, qui subiectis aliis, dum quæq; agenda sunt, disponunt, eis ad exempla diuina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur, qui etiam potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Nā principari, est inter aliquos priorem existere, dominari vero, est etiam subiectos quoslibet possidere. Ea ergo angelorum agmina, quæ mira potentia præeminent, pro eo quod eis cætera ad obediendum subiecta sunt, dominationes vocantur. Throni quoq; illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper deus omnipotens præsidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus, throni dei dicti sunt hi, qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis dominus
Psal.9.a. sedeat, & per eos sua iudicia decernat. Vnde & per Psalmistam dicitur: Sedes super thronū, qui iudicas æquitatem. Cherubin quoq; plenitudo scientię dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem dei vicinius contemplantur, vt secundum creaturæ modum, eo plenæ omnia sciant, quo visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim nanq; ardentes, vel incendentes vocantur. Quæ quia ita deo coniuncta sunt, vt inter hæc & deum nulli alij spiritus interfint, tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est, quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amore flammescunt.

De eisdem Angelis ex eodem Gregorio in eadem homilia. Cap. XI.

FErtur vero Dionysius Aeropagita, antiquus videlicet, & venerabilis pater, dicere, quod ex minorum angelorum agminibus foras ad explendum ministeriū vel visibiliter, vel invisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia, aut angeli, aut archangeli veniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt, quoniam ea quæ præeminent, vsum exteri
Esai.6.a. oris ministerij nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium, quod Esaias dixit: Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Sed in hac prophetæ sententia vult intelligi, quia ij spiritus, qui mittuntur, eorum vocabulum percipiūt, quorū officium gerunt. Qui enim, vt peccata locutionis incendat, de altari Angelus carbonem portat, Seraphim vocatur, quod incendium dicitur. Huic autem sensui &
Dani.7.c. illud creditur non incōuenienter opitulari, quod per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei & decies milies centena milia assistebant ei. Aliud nāq; est ministrare, aliud assistere, quia ij administrant Deo, qui ad nos nunciando exeunt: assistunt vero, qui sic contemplatiōe intima perfruūtur, vt ad explenda foras opera minime mittantur. Sed quia in quibusdam scripturæ locis quædam per Cherubim, quæ dā vero per Seraphim agi didicimus, vtrum per se hæc faciant, an per subiecta agmina agantur, quæ (sicut dicitur) in eo, quod à maioribus veniunt maiorū vocabula sortiuntur, nos affirmare nolumus, quod apertis testimonijs nō approbamus. Hoc tamē certissime scimus, quia ad explendū de supernis ministeriū alij spūs alios mittunt. Zacharia scilicet propheta testante, qui ait: Ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & ecce alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum dicēs,
Zach.2.a. Absq; muro habitabitur Hierusalem. Dum enim angelus ad angelum dicit, Curre, & loquere, dubiū nō est, quia alius aliū mittit. Minora vero sunt, quæ mittuntur, maiora, quæ mittunt. Sed hoc quoq; de ipsis agminibus, quæ mittuntur, certum tenemus, quia & quum ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen nunquam desint interius per contemplationem.

Et mittuntur igitur, & assistūt, quia & si circūscriptus est Angelicus spiritus, summus tamē spiritus ipse, qui deus est, circūscriptus nō est. Angeli itaq;, & missi, & ante ipsum sunt, qa quolibet missi ueniant, intra ipsum currunt. Sciendū quoq; est, quia plerunq; ipsi beatorum spirituū ordines uicinorum sibi ordinū uocabula sortiuntur. Thronos etenim, scilicet sedes dei, specialem beatorū spirituū ordinē diximus, & tamen per Psalmistā dicitur:
Psal.79.a Qui sedes super Cherubim, appare, quia videlicet, dum in ipsis distinctionibus agminum Cherubim thronis iūguntur, sedere etiam super Cherubim dominus ex uicini agminis æqualitate perhibetur. Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quædam singulorum sunt, ut tamē sint cōmunia omniū, & quod in se ex parte quisq; habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno, eodemq; uocabulo cōmuniter nō censentur, ut ille ordo uocari priuato uniuscuiusq; rei nomine debeat, qui hanc in munere plenius accepit. Seraphim nanq; incendiū diximus, & tamē amore cōditoris simul omnes ardent. Cherubim uero plenitudinē sciētiæ dicimus, & tamē quis ibi aliquid nesciat, ubi ipsum omnes simul fontē scientiæ deū uident? Throni quoq; illa agmina, quibus cōditor præsidet, uocāntur: sed beatus esse quis potest, nisi creator suus eius mēti præsideat? Quę ergo ex parte ab omnibus habētur, eis in priuato nomine data sunt, qui hæc in munere plenius acceperūt. Nam & si qua illic sic alij habēt, ut haberi ab alijs nequaquā possint, sicut speciali nomine dominationes, & principatus uocantur, cuncta ibi singulorū sunt, quia per charitatē spiritus, ab alio in alijs habētur. Et libro Moral. 32. cap. 24. & 25. Qui (inquit) idcirco pecEzech.28.c cans fine uenia damnatus est, quia magnus fine comparatione fuerat creatus. Hinc eirursum per prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis dei, plenus sapientia, & perfectus decore, in delicijs paradisi dei fuisti. Multa enim de eius magnitudine loquutus, primo uerbo cuncta complexus est. Quid nanq; boni non habuit, si signaculū dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli, talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinē dei creatus sit, Angelo tamen quasi aliquod maius tribuens, non eum ad similitudinem dei cōditum, sed ipsum signaculum dei similitudinis dicit, ut quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo dei plenius credatur expressa. Hinc est q̄ primatus eius potentiam adhuc insinuans, idē propheta subiungit: Omnis lapis preciosus operimentū tuū, Sardius &c̄. Nouem dixit genera lapidum, quia nimirum nouē sunt ordines Angelorū. Quibus tamen Behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi uestem ad ornamentum suum habuit, quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc descriptione, subiungit: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt. Aurum opus decoris eius extitit, quia sapientiæ claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina uero idcirco in lapidibus fiunt, ut uinculati auro in ornamenti compositione iungantur, & nequaquam à se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt, quia uidelicet capax charitatis est conditus. Qua si repleri uoluisset, stātibus Angelis tanquam positis in regis ornamēto lapidibus potuisset inhērere. Si enim charitatis auro sese penetrabilem præbuisset, sanctis Angelis sociatus, in ornamento (ut diximus) regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed per superbiæ uitium, charitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris uinculis ligari cōtempsit. Nunc autem cæteri lapides, qui huic similiter fuerāt perforati, penetrāti se inuicē charitate ligati sunt, atq; hoc in munere, isto cadente, meruerunt, ut nequaquā iam de ornamento regio cadēdo foluantur. Huius principatus celsitudinē adhuc idem propheta intuens, adiungit: Tu Cherub extentus, & protegens in monte sancto dei, in medio lapidū ignitorum perfectus ambulasti. Cherub quippe plenitudo sciētię interpretatur, & idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientia, non dubitatur. Qui in medio ignitorū lapidum perfectus ambulauit, quia inter Angelorum corda charitatis igne succensa, clarus gloriæ conditionis extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit. Omne enim quod extenti protegimus, obumbramus. Et quia comparatione claritatis suæ, cæterorum claritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem obumbrasse creditur,ipse extentus,& protegens fuisse perhibetur.Reliquos enim quasi obumbrando,operuit,qui eorum magnitudinem excellentia maiore transcendit.

Ezechielis uerba antedicta ab Origine declarantur,citatis uerbis Ezechielis iuxta lxx.quos Græci sequuntur. Cap. XII.

ORigenes autem libro Periarchon primo,cap.quinto hoc pacto scribit: Inuenimus in Ezechiele propheta duas quasdam prophetias scriptas esse ad principem Tyri, quarum prima fortasse uidebitur alicui antequam audiat & secundam, dici de homine aliquo,qui princeps fuerit Tyriorum.Et ideo nos interim nihil de prima illa sumemus. Secunda uero,quoniam euidentissime talis est,ut nihil prorsus de homine, sed de uirtute aliqua superiori intelligi debeat, quæ delapsa fuerit à superioribus ad inferiores, & ad deteriora deiecta, ex ipsa deferemus exemplum, ex quo manifestissime demonstretur contrarias istas,magnasq; uirtutes, non natura tales esse conditas,uel creatas,sed de melioribus uenisse in peius,atque in deterius esse conuersas. Beatas quoq; illas uirtutes non esse talis naturæ,quæ contrarium recipere non possit, si uelit, ac negligat, & fiatus sui beatitudinem non omni cautela custodiat. Si enim is,qui dicitur princeps Tyri, refertur,quia inter sanctos erat, & immaculatus erat, & in paradiso dei constitutus, corona quoq; decoris,& plenitudinis exornatꝰ,is qui talis erat, quomodo aliquo sanctorum inferior putandus est? Corona enim decoris,& pulchritudinis ipse fuisse,& in paradiso dei ambulasse immaculatus describitur. Quomodo ab aliquo putari solet, quod iste talis non unus fuerit de illis sanctis, beatisq; uirtutibus, quas utique in beatitudine positas,non alio quàm tali honore præditas esse credendum est? Sed uideamus tandem quid etiam ipsa prophetica uerba nos doceant. Et factus est(inquit)sermo domini ad me, dicens:Fili hominis assume lamentum super principem Tyri,& dic ei: Hæc dixit dominus deus,Tu signaculum similitudinis,& corona decoris,in delicijs paradisi fuisti. Omnis lapide,uel gemma bona exornatus es,& indutus sardio,& topazio,& iaspide,argento & auro infertꝰ,& achate,amethystho,& chrysolitho,& beryllo,& onychio,auro quoq; repleti thesauros tuos,& promptuaria tua in temetipso. Ex qua die creatus es cũ Cherubim posui te, in monte dei sancto fuisti,in medio lapidum igneorum fuisti immaculatus in diebus tuis,ex qua die creatus es tu,donec comminuẽdæ sunt iniquitates in te ex multitudine negotiationis tuæ.Replesti iniquitate promptuaria tua,& peccasti, & uulnerasti de monte dei eieci te Cherub de medio lapidum igneorum, & elatum est cor tuum in decore tuo,corrupta est disciplina tua cum plenitudine tua propter multitudinem peccatorum tuorum, & iniquitatum tuarum, & negotiatione tua polluisti sancta tua. Et educam ignem de medio,& comedet te,& dabo te in cinerem, ac fauillam super terram in conspectu omnium uidentium te,& omnes qui sciebant in gentibus, mœrebunt te. Perditio effectus es,& non subsistes ultra in æternum tempus. Hęc quum ita dicta sint, quis est qui audiens,Signaculum similitudinis,& corona decoris,in delicijs paradisi fuisti,uel audiens,q; ex quo creatus es tu cum Cherubim,posui te in monte sancto dei,ultra sensum suum poterit relaxare,ut de aliquo hominum, uel sanctorum, non dicam Tyri principe,hæc dicta esse suspicetur? Aut quos lapides igneos putabit, in quorum medio ab eo aliquis conuersari poterit? Aut quis immaculatus ab ipsa die, qua creatus est, intelligi poterit,in quo postea aliquando iniustitiæ in ipso inuentæ sint, & tunc in terram proiectus esse dicatur? Quod utiq; significat,quia de eo dicitur,qui,quum non esset in terra,in terram proiectus est,cuius etiam sancta polluta esse dicuntur. Hæc quidem de principe Tyri ex propheta Ezechiele,quæ in aduersariam uirtutem referuntur,ostendimus, per quæ manifestissime demostratur,q; sancta uirtus hæc fuerit,& beata,de qua beatitudine,ex quo in ea inuenta est iniquitas,ruerit,in terramq; demersa sit,& non per naturã, conditionemq;,talis extiterit. Arbitrantur ergo dici hoc de Angelo quodam,qui Tyriorum gentis dispensandæ sit sortitus officium,cui etiam animæ eorum procurandæ uidetur esse commissæ. Quam sane Tyrum,uel quas Tyriorum animas sentire debeamus,utrum hanc,quæ in Phœnicis prouintiæ regionibus fita est,an aliam aliquam,cuius hæc,quam in terris nouimus,forma est,& animas Tyriorum utrum horũ,an eos,qui domi

fici sunt illius Tyri,quę spiritualiter intelligitur,in hoc loco non uidetur requirendum, ne forte uelut in tranſitu de tantis,& tam absconditis rebus uideamur inquirere,quod utique proprium uel opus exigit,uel laborem. Rursum tamen etiam de alia uirtute cõtraria ab Esaia propheta talia quædam docemur. Ait enim. Quomodo descendit de cœlo lucifer,qui mane oriebatur? Confractus est, & collisus in terram, qui immittebat ad omnes gentes. Tu uero dixisti in corde tuo: Ascendam in cœlũ,super stellas cœli ponam meũ thronum,sedebo in monte excelso,super oẽs excelsos,qui sunt in Aquilone, ascendam super nubes,ero similis altissimo. Nunc autẽ in infernũ demergeris,& in fundamenta terræ. Qui te uiderint,admirabũtur super te,& dicẽt:Hic est homo, q exacerbabat totam terrã,qui mouebat reges,q fecit uniuersum orbem desertũ, qui urbes destruxit, nec eos,qui in uinculis sunt,resoluit. Omnes reges gentiũ dormierunt in honore,unusquisq; in domo sua,tu uero proiecteris in montibus,sicut mortuus,& execrabilis cũ multis mortuis,qui transfossi sunt gladijs,& descenderunt in infernum. Sicut uestimentum sanguine concretum,& infectum non erit mundũ,ita nec tu quidem eris mundus,pro eo q terram meam perdidisti,& populum meum occidisti,non manebis in æternum tempus. Semen pessimum præpara filios tuos ad interfectionem pro peccatis patris tui,ne resurgãt & terram hæreditate possideant,& repleant terram bellis. Et insurgam in eos, dixit dominus Sabaoth,& deperire faciam nomen ipsorum,reliquias,& semen eorum. Manifestissime ergo per hæc ostẽditur,cecidisse de cœlo is utiq; qui prius erat lucifer,& qui mane oriebatur. Si enim(ut putant)aliqua natura tenebrarum erat, quomodo ante fuisse lucifer dicitur? Vel quomodo poterat oriri mane, qui nihil in se habebat ex luce? Sed & saluator docet nos de diabolo,dicens: Ecce uideo sathanam cecidisse de cœlo sicut fulgur. Lux enim erat aliquando. Sed & dominus noster,qui ueritas est, glorioſi aduentus potentiam nihilominus fulguri comparauit,dicens:Sicut eñ fulgur à summo cœlo fulget usq; ad summum eius,ita erit aduentus filij hominis. Et nihilominus hũc fulguri cõparat,& dicit eum cecidisse de cœlo,ut ostenderet per hoc fuisse & ipsum aliquãdo in cœlo,& habuisse locum inter sanctos,& participasse de hac luce,de qua omnes sancti participant,ex qua Angeli lucis efficiuntur, & Apostoli mundi dicũtur à dño. Hoc ergo modo erat iste lux aliquãdo,antequã præuaricaretur,& caderet in hunc locum,& gloria eius conuerteretur in puluerem,quod est proprie impioꝝ, sicut & propheta dicit: Ex quo & princeps huius mundi,id est,terrenæ habitationis appellatus est. Principatum nanq; egit in eos,qui eius malitię obsequuti sunt. Quomodo quidem totus hic mundus, id est, terrenus locus in maligno positus est,& in hoc apostata. Quod autem apostata sit iste,id est,refuga,etiam dñs in Iob ita dicit:Educes autem draconem in hamo apostatam,id est refugam? Certũ est autẽ,quia draco ipse diabolus intelligitur. Si ergo cõtrariæ uirtutes refugæ nominantur,& immaculatæ fuisse aliquando dicuntur,immaculatũ autem esse præter patrem,& filium,& spiritum sanctũ nulli subſtãtialiter ineſt,sed sanctitas in oñi creatura accidẽs res est. Quod autẽ accidit,& decidere potest,& istę uirtutes cõtrariæ immaculatæ aliquando fuerũt,& inter illas utiq; fuerunt,quæ adhuc immaculatæ permanẽt. Per hoc ostenditur,neq; subſtãtialiter,neq; naturaliter esse aliquid immaculatũ,neq; subſtãtialiter pollutũ,& per hoc consequens est in nobis esse,atq; in nostris motibus, ut uel beati,& sancti simus,uel per desidiã,& negligentiã à beatitudine in malitiã,& perditionem uergamus,intantum,ut unus perfectæ(ut ita dixerim)malitiæ, si peccatum suum neglexerit,usq; ad eum statum deueniat,ut ea,quæ dicitur contraria uirtus,efficiatur.

Luc. 10 e
Luc. 17 e
Ioan. 12 e & 14. d
1. Ioan. 5 d.
Iob 40 d

Diui Hieronymi enarratio in antedicta Ezechielis uerba. Cap. XIII.

DIuus autem Hieronymus antedicta Ezechielis uerba,quo pacto exponãtur suis in cõmentarijs,ita edisserit:Et factus est sermo dñi ad me,dicens:Fili hoïs,leua planctum super regem Tyri,& dices ei:Hæc dicit dñs deus: Tu signaculum similitudinis &c. Pro signaculo refignaculum legitur,dum κακοζήλως uerbum e uerbo exprimens,qui interpretatus est,iuxta lxx. trãslationem ἀποσφράγισμα, id est,signaculum,posuit. Vnde quidam sic intelligunt,q; signaculum dei,& figuram, quæ uelut in cæra mollissima expressa sit, rex Tyri refignauerit,atq; perdiderit,ut pro signaculo fecerit refignaculum, nequaquã

Ezech. 28 e

Universidad de Deusto
Biblioteca

habens imaginem,& similitudinẽ dei, iuxta quam & primus homo conditus est,dicente
Genꝛ.1 c deo:Faciamus hominem ad imaginẽ,& similitudinem nostram.& notandum,ꝙ imago
tunc facta sit tantum, similitudo in Christi baptismate compleatur. Et consequenter ei,
cui dictũ est, Tu signaculũ similitudinis,iungitur:Plenus sapientia, & perfectus decore,
(siue corona decoris ut lxx.)Vbi enim similitudo dei est, ibi & plenitudo sapiẽtiæ,& per-
fectus decor, siue quasi diuersis floribus ornata, atq; composita corona uirtutum,quam
proprio studio auget diligens,dum naturæ bonum nutrit industria, & negligẽs minuit.
In delicijs paradisi dei fuisti,pro quo in Hebraico habetur in Hedẽ,quod &Geneseos nar-
rat historia. Heden autem uertitur in delicias. Et pulchre ad distinctionẽ paradisum dei
nominat,ut ostendat esse &cõtrarium paradisum,non dei apud eos,qui ueritatẽ mutant
mendacio,&paradisum habere se iactant. Quo sermone demonstrat,nequaquem homi-
nem esse,de quo scribitur,sed contrariam fortitudinẽ,quæ ꝙndam in dei paradiso cõ-
morata sit.licet Iudæi hoc περίφραστικῶς,qui appellatur ὑπερβολὴ.de Hirã rege Tyri existiment
prophetari. Cui autem dicitur:In delicijs paradisi dei fuisti, siue factus es,quid habuerit,
ostẽdit,quidue perdiderit. Porro,quod habitationi paradisi copulatur:Omnis lapis pre-
ciosus operimentum tuum,siue colligatio tua,& circundatio, sardius, topazius &c̃.siue,
ut in lxx. diuerso ordine,nominibusq; alijs,duodecim lapides continentur:(sic enim ha-
bent:Omni lapide bono circundatus es,sardio,& topazio &c̃.ut in Origine citauimus).
Hoc seruãdum est,nõ omni lapide precioso regem Tyri fuisse circundatũ,siue opertũ,&,
ut Symmachus transtulit,uinctum,atq; constrictum, sed omnem lapidem,quem habuit
princeps Tyri,fuisse precio sum. Alioquin multi sunt precio si lapides,quos in presenti lo-
co scriptura non nominat, Calcedonius,Sardonyx &c̃. Sed & Aquila,& Symmachus,ac
Theodotio in presenti loco multum inter se,& lxx.interpretes, non solum ordine,sed &
numero discrepant,atq; nominibus. Porro Symmachi interpretatio istum principẽ Ty-
ri, quasi precio sissimũ monile, lapidibus scribit esse distinctum. Deniq; auri tympanum
uocat, in quo infixi sint lapides. Vnde iuxta Hebraicum sequitur. Aurum opus decoris
tui, foramina tua in die quæ conditus es, præparata sunt, pro quo posuere lxx. Auro re-
plesti thesauros tuos,& apothecas tuas,ad sensum,mentemq; referentes,quod cogitatio
eius diuinis paruerit sacramentis,& congregauerit sibi diuitias spirituales,de quibus do-
Exod.c c minus præcepit: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo. Post hæc dicitur iuxta Hebrais
cum: Tu Cherub extentus, & protegens. Ex quo ostenditur, ad hominem urbis Tyriæ
principem pertinere non posse, sed ad sanctam quandam, & præcipuam fortitudinem.
Et posui te(inquit)in monte sancto dei,haud dubium quin paradisum significet. Ambu-
Psal. 103 a lauit quoque in medio ignitorum lapidum, de quibus scriptum est: Qui facit Angelos
suos spiritus,&ministros suos ignem urentem. Quodq; sequitur:Perfectus in uijs tuis
&c̃.Pro quo posuere lxx. Fuisti immaculatus in diebus tuis,à die qua cõditus es &c. oste-
dit omnem creaturam bonam à deo conditam, & perfectam habuisse uirtutẽ,& per hoc
principem quoq; Tyri fuisse immaculatũ,ut deinceps macula non naturæ sit,sed uolun-
tatis &c̃.Et diuus Augustinus libro de ciuitate dei 11.cap. 15,exponens illud Euange-
1. Ioan.3 b licum, Ab initio diabolus peccat, hoc modo scribit: Illud etiam quod ait de diabolo Io-
2. Ioan.3 b annes, Ab initio diabolus peccat,non intelligunt, qui inde uolunt asserere peccati natu-
ram,quum naturale nullum sit omnino peccatum. Sed quid respondetur propheticis re-
Esaiæ 14 c stimonijs,siue quod Esaias ait sub figurata persona principis Babyloniæ,diabolum no-
Ezech. 28 c tans: Quomodo cecidit lucifer,qui mane oriebatur, siue quod Ezechiel, In delicijs para-
disi dei fuisti,omni lapide precioso ornatus? Vbi intelligitur fuisse aliquando sine pecca-
Ioan.8 f to. Nam expressius ei paulopost dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine uitio. Quæ si alit-
2. Ioan.3 b ter cõuenientius intelligi nequeunt,oportet etiam illud quod dictum est,In ueritate non
stetit,sic accipiamus,quod in ueritate fuerit,sed non permanserit. Et illud,Ab initio dia-
bolus peccat,non ab initio,ex quo creatus est,peccare putandus est, sed ab initio peccati,
quod ab ipsius superbia cœperit esse peccatũ. Nec illud quod scriptũ est in libro Iob,quũ
Iob 40 b de diabolo sermo esset: Hoc est initium figmẽti dñi, quod fecit ad illudendũ ab Angelis
Psal. 103 d suis,cui cõsonare uidetur etiã Psalmus,ubi legitur:Draco hic quẽ finxisti ad illudendũ ei

sic intelligẽdum est,ut existimemus talem ab initio creatum, cui ab Angelis illuderetur,
sed in hac pœna post peccatum ordinatum. Initium ergo eius, figmentum est domini.
Non enim est ulla natura etiam in extremis, infimisq; bestiolis, quam non ille cõstituit,
à quo est omnis modus,omnis species,omnis ordo,sine quibus nihil rerum inueniri, uel
cogitari potest,quantomagis Angelica creatura,quæ omnia cætera,quæ deus condidit,
naturæ dignitate præcedit? Et cap. 17. Propter naturam igitur, non propter malitiam
diaboli,dictum recte intelligimus. Hoc est initium figmenti domini,quia sine dubio ubi
esset uitium malitiæ,natura non uitiata præcessit. Vitium autem ita contra naturam est Iob 40 b
ut non possit nisi nocere naturæ. Non itaq; esset uitium,recedere à deo,nisi naturæ,cuius
id uitium est,potius compereret esse cum deo. Quapropter etiam uoluntas mala, grãde
testimonium est naturæ bonæ. Sed deus sicut naturaꝝ bonarum optimus creator est,ita
malarum uoluntatum iustissimus ordinator,ut quum male illæ utuntur naturis bonis,
ipse bene utatur etiam uoluntatibus malis. itaq; fecit,ut diabolus institutione illius bo-
nus,uoluntate sua malus,in inferioribus ordinatus illuderetur ab Angelis eius, id est,ut
profint tentationes eius sanctis,quibus eas obesse desiderat. Et quoniam deus, qui eum
conderet,futuræ malignitatis eius non erat utiq; ignarus,& prꝛuidebat quꝛ bona de ma- Psal.103 d
lo eius esset ipse facturus,propterea Psalm. ait:Draco hic, quem finxisti ad illudendum
ei,ut in eo ipso,quod eum finxit,licet per suam bonitatem bonum,iam per suam prꝛsci-
entiam præparasse intelligatur,quomodo ille uteretur in malo.

De lapide abscisso,de monte sine manibus. Cap. XIIII.

SCriptum quoq; est in Daniele,Secundum quod uidisti,quod de monte abscisus est la- Dani.2 g
pis sine manibus,& comminuit testam,& ferrum,& æs,& argentum,& aurum, deus
magnus ostendit regi quæ uentura sunt postea. quæ uerba diuus enarrans Hieronymus,
hoc pacto scribit:In fine(inquit)horum omnium regnorum auri, argenti,æris, & ferri,
abscisus est lapis dominus,atq; saluator,sine manibus,id est,absq; coitu, & humano se-
mine de utero uirginali,& contritis omnibus regnis factus est mons magnus, & imple-
uit uniuersam terram,quod Iudæi,& impius Porphyrius male ad populum referunt Is-
rael,quem in fine seculorum uolunt esse fortissimum,& omnia regna cõterere,& regna-
re in æternum. Et in epistola de custodia uirginitatis ad Eustochium: Christus lapis prꝛ
dicatur abscisus de monte sine manibus,significante propheta,uirginem nasciturum esse Dani.2 g
de uirgine. Manus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum,ut ibi:Sinistra eius sub ca-
pite meo,& dextera illius amplexabitur me. Et Origenes homilia secunda in Cantica Cant.2 b.
Canticorum: Lapis(inquit)præcisus e monte sine manibus,nostri in carne saluatoris e- Dani.2 g
rat aduentus. Neq; enim totus mons fuit,qui descẽdat ad terras,nec poterat humana fra Esa.8 c
gilitas totius montis magnitudinem capere,sed lapis e monte,lapis offensionis, & petra
scandali,descendit in mundum. Et diuus Augustinus in oratione contra Iudæos, & pa-
ganos &c.cap. duodecimo: Ipse(nempe Christus) lapis est abscisus ille de monte sine ma-
nibus concidentium,id est,Christus natus de uirgine sine manibus complectentium, qui
tantum creuit,ut mons magnus fieret,& impleret uniuersam faciem terræ. De quo mõ- Esaiæ. 2 a
te dicit propheta: Venite,ascendamus ad montem dñi. Et de quo Dauid dicit:Mons dei, Psalm. 67 c
mons uberrimus,ut quid suspicamini montes incaseatos,montem in quo placuit deo ha-
bitare in eo? Quum enim ipse dominus Christus discipulos suos interrogaret,quem di-
cerent esse homines filium hominis,responderunt: Alij Heliam,alij Hieremiam,aut unũ Matt. 16 c
ex prophetis. Et ille: Vt quid suspicamini mõtes incaseatos, montem in quo placuit deo
habitare in ipso? Hunc cognouit Petrus,dicens: Tu es Christus filius dei. Agnouit mon-
tem,& ascendit in montem. Testimonium dixit ueritati,& dilectus est à ueritate. Supra
petram fundatus est Petrus,ut mortem susciperet illum amando,quem ter negauerat ti-
mendo. Et in enarratione psalmi 98,exponẽs illum uersum, Exaltate dominum deum
nostrum,& adorate in monte sancto eius &c, Post exaltationem (inquit) domini nostri
Iesu Christi,ne quis illum præter montem eius exaltet,commendauit & montem ipsius.
Mons ipsius quis est? Legimus alibi de hoc monte,quia lapis fuit prꝛcisus de monte sine
manibus,& cõfregit omnia regna terræ,& creuit lapis ipse. Danielis uisio est ista, quam Dani.2 g

Universidad de Deusto
Biblioteca

narro. Creuit lapis iste & factus est mons magnus, ita ut impleret uniuersam faciem terræ. In ipso monte magno adoremus, si exaudiri uolumus. Hæretici non adorant in isto
monte, hæserunt in parte, & totum amiserunt. Si agnoscant Ecclesiam catholicã, adorabunt in isto monte nobiscũ. Iam uidemus quantum creuerit lapis ille, & quantas regiones terræ occupauerit, & usq; ad quas gentes peruenerit. Mons unde præcisus est lapis sine manibus, regnum est Iudæorũ. Primo, q; colebant unum deum, inde precisus est lapis dominus noster, lapis, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. Lapis iste confregit omnia regna terrarum, id est, regna idolorum, regna dæmoniorũ fracta sunt. Regnabat Saturnus, regnabat Mercurius in multis hominibus. Vbi est regnum eorum? Fractum est. Redacti sunt illi in regnum Christi, in quibus illi regnabãt. Regnũ Veneris, quale erat Carthagini, ubi nunc est regnum cœleste? Quid est præcisus de monte sine manibus? Natus de gente Iudæorum sine opere hominum. Omnes enim qui nascũtur, de opere maritali nascuntur, ille de uirgine natus, sine manibus natus est. Per manus enim opus humanum significatur, quo manus humanæ non accesserunt, ubi maritalis amplexus non fuit, fœtus tamẽ fuit. Factus est autem mons magnus, & impleuit uniuersam faciem terræ. Hæc est Ecclesia catholica. Et in expositione Euangelij Ioannis, tractatu quarto: Daniel (inquit) propheta dicit se uidisse lapidem præcisum de monte sine manibus &c. Videat ergo Charitas nostra quod dico: Christus ante Iudæos iam præcisus erat de monte, montem magnum uult intelligi Iudæorũ. Sed regnũ Iudæoꝝ non implebat uniuersam faciem terræ. Inde præcisus est ille lapis, quia inde natus est in præsentia dominus. Et quare sine manibus? Quia sine opere uirili, uirgo peperit Christum. Iam ergo erat lapis ille præcisus sine manibus ante oculos Iudæorum, sed humilis erat. Non immerito, quia nõdum creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terrarum, quod ostendit in regno suo, quod est Ecclesia, quæ impleuit totam faciem terræ. Quia ergo nondum creuerat, offenderunt in illum tanquam in lapidem, & factum est in eis quod scriptum est: Qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur, & super quos ceciderit lapis ille, conteret eos. Primo super humilem ceciderunt, excelsus super illos uenturus est. Sed ut eos uenturus excelsus conterat, primo eos humilis quassauit. Offenderunt in eum, & quassati sunt, non contriti, sed quassati sunt, ueniet excelsus, & conteret eos. Sed ignoscedum est Iudæis, qui offenderunt in lapidem, qui nondum creuerat. Quales sunt illi qui in ipsum montem offendunt.

Ibidem
Psal.117 c
Dani.2 g
Luc. 20 c

De lapide angulari, quid mystice significet. Cap. XV.

DE lapide autem angulari scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: Vt duos (inquit Augustinus) conderet in se in unum nouum hominem faciens pacem, & commutaret utroq; in uno corpore deo, circuncisionem scilicet, & præputium. A domino factum est ei, id est, capiti anguli à domino factus est. Quamuis enim hoc non esset factus, nisi passus esset, non tamen hoc ab eis, à quibus passus est, factus est. Nam illi, qui ædificabant, reprobauerunt, sed in eo quod dominus occulte ædificabat, fecit in caput anguli, quod illi reprobauerunt. Et est mirabilis in oculis nostris. In oculis interioris hominis, in oculis credentium, sperantium, diligentium, non in oculis carnalibus eorum, qui quasi hominem contemnẽdo, reprobauerunt. Et in oratione aduersus Iudæos: Quomodo (inquit) iuxta eundem prophetam, Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, nisi quod ex circuncisione, & præputio populi tanquam parietes de diuerso uenientes, in angulo sibimet, tanquam in pacis osculo, copulentur? Vnde dicit Apostolus: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Qui ergo ex domo Iacob, siue Israel uocantem secuti sunt, ipsi sunt lapidi angulari cohærentes, & in domini luce ambulantes: quos uero ibi dimisit, ipsi sunt ruinam ædificantes, & angularẽ lapidem reprobantes. Et sermone 13. de uerbis Apostoli: Videbat (inquit Apostolus) lapidem angularem, quẽ reprobauerunt ædificantes, non sine causa angularẽ dictum, nisi quia in osculum recipit utrunq; parietem de diuerso uenientem. Hinc circuncisio, inde præputium, tantũ à se, & inter se longe, quantum ab angulo longe, quãtum autem ad angulum prope, & inter se utiq; prope, in angulo autem inter se iũcti. Ipse

Psal.117 c
Ephes.2 c
Psal.117 c

Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ergo inde circuncisio, inde præputiũ, pax rietum concordia, anguli gloria. Et Cassiodorus: Sub allusione fabricantium exponitur inanis opera Iudæorum. Soli quippe hominum adhuc in mundo unum deum colentes, ædificare uidebantur, dum cæteræ nationes idolorum se cultura destruerent. Aedificantes enim tendũt semper ad angulum, ut commissoꝝ parietum soliditas impleatur. Iudæi uero fidei suæ fabricam minime perfecerunt, quoniam ipsum, qui erat lapis fortissimus angularis, more dementium putauerunt esse temnendum. Dominus autem Christus per tropologiam, sicut in innumeris locis cõstat expositum, ideo lapis dicitur angularis, qa duos ad se populos e diuerso uenientes gentilium, atq; Iudæoꝝ, tãquam geminos parietes in unam soliditatis gratiã collocauit. De hoc lapide prophetæ, de hoc Apostoli, de hoc diuersi multa dixerunt. Angulus eñ tractus est ex Græco sermone, id est, à γόνυ, quod latine dicitur genu. Hoc inflexum, speciem anguli conformi qualitate restituit. Nam apud Græcos originem sui nominis in deriuationibus omnino custodit, ut tetragonus, pentagonus, & his similia. A domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Nec lapidem istum saxeis montibus putares excisum, in salutem mundi factum dicit à dominus. Sed dum memorat factum, natura humanitatis ostenditur, quæ & creata esse monstrantur. Sic & Apostolus ait: In similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo. Et alibi: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Iste quippe lapis, q est fabricæ decora copulatio, fibula parietum, in fundamẽtis perpetua fortitudo, mirabilis est in oculis fidelium, q non solũ eum corporaliter uident, uerumetiã illuminata mente conspiciunt. Viderunt enim & Iudæi, sed nõ mirabilem, quia solam intuebantur carnem, quã uidebant esse cõmunem. Fidelium autẽ sensibus, qui eũ filium dei esse professi sunt, mirabilis, & terribilis apparebat, sicut Petro Apostolo, q dixit: Tu es Christus filius dei uiui. Et Cyprianus sermone 6. de oratione dominica: Quia Christus (inquit) sol uerus, & dies uerus est, sole, ac die seculi recedente, quando oramus, & petimus, ut super nos lux denuo ueniat, Christi precamur aduentum lucis æternæ gratiam præbiturũ. Christum autem diem dictum in psalmis declarat spiritus sanctus. Lapis (inquit) quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. A domino factus est, & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies, quem fecit dominus, ambulemus, & iocũdemur in eo. Et diuus Gregorius epistola septima ex registro: Quod autem inquit, Hæc dies, quam fecit dominus, clamasse uos dicitis, de quo hoc dictum sit, pensare debuistis. Præmissum quippe est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Atq; de hoc eodem lapide protinus subditur: Hæc dies, quam fecit dominus. Ipse enim qui pro fortitudine constructionis dicitur lapis, pro illuminationis gratia appellatus est dies, qui etiam factus est, quia incarnatus est. In quo exultare, & lætari præcipimur, quia erroris nostri tenebras, fuæ in nobis uitutis luce superauit. Et diuus Hieronymus in commentarijs, Lapidem & cæte. Dominus noster Iesus Christus lapis uerus inuentus in legis litera, reprobatus est ab ædificantibus Iudæis, hoc est, literæ hærentibus, Hic factus est in caput anguli. In caput connectens duos parietes, unum de circuncisione, alium de præputio in uno nouo homine, hoc est, in semetipso: A domino factus est. A domino patre factus est mediator noster, & eius: Et est mirabilis in oculis nostris, non in illorum, qui eum reprobauerũt, sed in nostris, qui eum credendo susceпimus: Hæc est dies &c. Hic lapis angularis ipse est dies salutis, in quo uel à morte surrexim⁹, uel mœrore peccati depositi, in nouitate uitæ lętamur. Quod autem antedicta prophetæ uerba de Christo intelligantur, dominus ostendit, dicens in Euangelio: Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti faciẽti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quẽ uero ceciderit, conteret eũ. Quæ uerba diuus enarrans Hieronymus, hoc modo scribit: Variis parabolis, diuersisq; sermonibus res eædem contexuntur. Quos enim suprà operarios, & uinitores, & agricolas appellarat, nũc ædificatores, id est, cemẽtarios uocat. Vnde dicit Apostolus: Dei agricultura

Ephes.2 c
Philip.2 a
Rom.1 a
Mat.7 c
Psal.117 c
Mat.21 d
Psal.117 c
1.Cor.3 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cultura,dei ædificatio eſtis. Hi ergo cementarij, quomodo & uinitores accipiunt uinea
Ibidem am,ſic acceperunt lapidem,quẽ uel in fundamentis ponãt, iuxta architectũ Paulum,uel
in angulo,ut duos parietes,id eſt populũ utrunq; conſociet,qui reprobatus ab eis,factus
eſt in caput anguli. Et hoc à domino factũ eſt,non humanis uiribus,ſed dei potentia. De
1. Petri 2 a hoc lapide adiutorij Petrus quoq; loquitur confidẽter: Iſte lapis qui reprobatus eſt à uo-
bis ædificantibus,hic factus in caput anguli. Et Eſaias: Ecce(ait)immittam in fundamẽ-
Eſaiæ. 28 d ta Sion lapidem electum,precioſum, angularem,& qui crediderit in eum,non confunde
tur. Ideo dico uobis &c. Aliquoties dixi regnũ dei ſcripturas ſanctas intelligi,quas domi
nus abſtulit à Iudæis,& nobis tradidit,ut faciamus fructus earum. Iſta eſt uinea,quæ tra
ditur agricolis,& uinitoribus, in qua,qui operati non fuerint, nomen tantum habentes
ſcripturarũ,fructus uineę perdituri ſunt. Et qui ceciderit &c. Aliud eſt offendere Chriſtũ
per mala opera,aliud negare. Qui peccator eſt,& tamen in illum credit,cadit quidem ſu
per lapidem,& confringitur,ſed non omnino conteritur. Reſeruatur enim per pœniten-
tiam ad ſalutẽ. Super quẽ uero ille ceciderit,hoc eſt, cui lapis ipſe irruerit, & qui Chriſtũ
penitus negauerit, ſic conteret eum, ut nec teſta quidẽ remaneat, in qua hauriatur aquæ
puſillum. Et Theophilactus: Lapidem ſeipſum nominat, ædificantes autem magiſtros
Ioan. 8 f Iudæorũ,qui illum quaſi inutilem reprobauerunt, dicẽtes: Samaritanus es tu,& dæmo-
nium habes. Ipſe autem,quum ſurrexiſſet ex mortuis, poſitus eſt in caput anguli,hoc eſt
in caput Eccleſiæ factus eſt, coniungens Iudæos, & gentiles in unam fidẽ. Sicut enim la-
pis angulum in domo faciens,continet hac,& illac murũ,ſic & Chriſtus nos omnes in u-
nam fidem colligauit. Angulus autem ille,admirabilis eſt,& à domino eſt factus. Eccle
ſia enim nos cohibens,& unita fide à domino facta eſt,& eſt magna admiratione digna,
eo q̃ pulchre ędificata ſit. Eſt autem & alia ratione admirabilis,eo q̃ miraculis firmatus
eſt,& confortatus ſermo domini,& ita Eccleſiæ quoq; cõſtitutio admirabilis. Ablatum
igitur eſt regnũ dei à Iudæis,hoc eſt peculiaritas,qua dei propriũ erant,& datũ eſt his,qui
crediderunt. Qui enim impingunt in lapidem, & offenduntur in Chriſto Ieſu,confringẽ
tur quidem in ſecundo aduentu, uerũtamẽ & hic conterẽtur ab ipſo,hoc eſt,diſpergen-
tur ubiq; terrarũ,ſicut uidemus nunc miſeros Iudæos. Conteret,hoc eſt, ita cõteret,ut di-
ſpergat eos. Et diuus Chryſoſtomus homilia 69. in Matthęum: Ita undiq; eijciendos Iu
dæos,quia nõ crederẽt,& gentes introducẽdas mõſtrauit. Id enim etiã per Chananæam,
id per aſinã, id per multas alias parabolas, id per centurionẽ apertius ſignificauit, id etiã
nunc deſignat,ac idẽ ſubiungit: A dño factũ eſt &c. Crediturae enim gentes,& Iudæos ſu
deles,quamuis magno prius interuallo diſtarẽt,unum tamen fore confirmauit. Et ut ui
deant nihil horum deo eſſe aduerſum,ſed ualde acceptũ, atq; gratum,mirabile prętereà,
ſtuporiſq; plenum à dño iſtud factũ eſſe,ſubiunxit, Lapidem non ſeipſum, ſed doctores
Ezech. 13 b Iudęorũ ædificatores uocare ſolet: ſic & Ezechiel ædificãtes murũ,ac erigẽtes incõpoſite,
Ioan. 7 b ait: Quomodo autẽ reprobauerunt? dicẽtes uidelicet,nõ eſſe ipſum à deo,quia turbas hic
Ioan. 8 f ſeducit. Et rurſus: Samaritanus tu es,& dæmoniũ habes. Deinde ut intelligãt nõ id ſolũ
imminere ſibi detrimentum,quia eijcientur,punitiones quoq; adiecit,dicens: Qui cecide
rit &c. Duas hic perditiones denotauit,alteram quia offenderũt, & ſcãdalizati ſunt. Hoc
enim eſt,quod dicit: Qui ceciderit &c. Alterã quia capti,calamitoſi, & ærumnoſi ſemper
uixerunt,& uiuent,quam apertiſſime expreſſit dicẽs: Conteret ipſum. Hinc & reſurrectio
Eſa. 28 d ſua occultius denotatur. Et diuus Hieronymus exponẽs illud Eſaiæ, Ecce ego immittam
in fundamẽta Sion lapidẽ &c. hoc pacto ſcribit: Miſericors, & miſerator dominus,patis
1. Cor. 3 b ens, & multum miſericors, nolentibus uobis in fundamenta Sion lapidem electum, &
2. Cor. 3 b probatum, & precioſum, & angularem miſſurum ſe eſſe dicit. De quo & Apoſtolus lo-
Ibidem. c quitur: Quaſi ſapiens architectus fundamentum poſui. Et iterum: Fundamentum enim
aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus. Iſte lapis
Leuit. 17 c uere,& ſecundo appellatur lapis, ſicut & in Leuitico: Homo homo bis dicitur, & angu-
laris lapis, quia circuncifionis, & gentium populos copulauit. de quo & in Pſalmo di-
Pſal. 117 c citur: Lapidem quem reprobauerunt &c. Iſti ſunt autem ædificantes, & cementarij, qui
nunc appellantur uiri illuſores,& principes populi,qui eſt in Hieruſalem. De hoc lapide
& in

& in Daniele legimus,quod excisus ſit de monte ſine manibus &c. eo quod diuini germi Dani. 2 g
nis diſpenſatio,humanum corpus aſſumpſerit,& habitauerit in eo plenitudo diuinitatis Col. 2 b
corporaliter. Super hunc lapidem,qui alio nomine appellatur petra, Chriſtus ædifica- 1. Cor. 10 b
uit Eccleſiam,& firmo,iuxta Hebraicum,fundauit fundamine,in quo qui crediderit,non
cõfundetur(iuxta lxx.)ſiue iuxta Hebraicũ,non feſtinet,ne uidelicet tardus ei Chriſti ui- Abac. 2 a
deatur aduentus. Si enim tardauerit iuxta Abacuc,nemo deſperet, qa ueniens ueniet, &
ſua promiſſa complebit. Hæc ille. Ionathan uero in Tragum,hoc pacto uertit: Ecce ego
conſtituo in Syon regem Meſſiam,regem fortem,potentem,& robuſtum. Ex quo patet
antedicta uerba ſecundum Hebræos de Chriſto ad literam intelligi. Et hoc pacto etiam
R. Scelo de Chriſto exponit. Scribitur quoq; in Zacharia: Ecce enim ego adducam ſer- Zach. 3 c
uum meum orientem, quia ecce lapis, quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem unum ſe-
ptem oculi ſunt. Quæ uerba diuus Hieronymus hoc pacto enarrat: Ecce ego adducam
ſeruum meum orientem, qui alio nomine lapis appellatur, & datus eſt coram Ieſu, ſu-
per hoc lapide ſeptem ſunt oculi. Quo in loco noſtri artantur à Iudæis,quod iuxta con-
ſequentiam, textumq; ſermonis magis debeant Ieſum ſacerdotem intelligere filium Ioſa-
dech, quàm dominũ ſaluatorem. Si enim ad dominum ſermo eſt,& ad Chriſtum dici
tur, Audi Ieſu ſacerdos magne,quis eſt de quo infertur, Ecce ego adducam ſeruum me-
um &cæt. E contrario noſtri nituntur aſſerere, & Ieſum ſacerdotem magnũ,& orientẽ,
& lapidem ſecundũ diuerſas intelligentias Chriſtũ appellari. Sed hoc quomodo de ipſo
dicatur ad eum, quaſi de altero,exponere difficilimum eſt. Qui igitur Ieſum uolunt eſſe
filiũ Ioſedech ſacerdotem magnum, amicos eius, qui habitant, uel ſedent coram eo, &
qui uiri ſunt portendentes, diſcipulos eius interpretantur,& prophetas. Prophetæ enim
tu ſignum ſunt poſiti futurorum. Quid eſt igitur, quod Ieſus, & amici eius coguntur
audire? Adducam ſeruum meum & cæte. Supra promiſerat deus Ieſu filio Ioſedech ſa-
cerdoti magno, quod ſi in uijs eius ambulaſſet, & eius præcepta ſeruaſſet,ipſe diiudica-
ret domum eius, & atria eius cuſtodiret, & daret ei miniſtros Angelicæ dignitatis,nunc
ei dicit, & amicis illius plenam felicitatem, & perfectam beatitudinem tunc futuram, Zach. 6 c
quando uenerit oriens,de quo ſcriptum eſt: Ecce uir oriens nomen eius. Et in Malachia: Malach. 4 a
Orietur uobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. Et in Nu- Num. 24 c
meris: Orietur ſtella ex Iacob, & homo ex Iſrael. In Euangelio quoque apertiſſime de Luc. 1 g
Chriſto legimus: In quibus uiſitauit nos oriens ex alto, illuminare eos, qui tenebris, &
umbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. Qui oriens ipſe dici-
tur, & lapis angularis quia populum utrunq; coniungat,& duos parietes in unam do-
mum conſocict. Hic non credentibus lapis ſcandali eſt, de quo & in pſalmis dicitur:
Lapidem quem reprobauerunt &c. Super hunc lapidem ſeptem oculi ſunt, de quibus lo Pſal. 117 c
quitur Eſaias: Exiet uirga de radice Ieſſe, & cæte. uſque, Et implebit eum ſpiritus timo- Eſaiæ 11 a
ris dei. Qui ſacerdotem magnum,& amicos eius,dominum ſaluatorem,& diſcipulos il-
lius intelligi uoluntuiros περιτεκόντας, & portendentes ſic accipiunt, ut ad Apoſtolos re-
ferant, qui eius myſtica ſigna perſpexerint,& ex preſentibus futura cognouerint,dum in
eo qui à natiuitate cæcus fuit,oculos reſtitutos ſuper populo gentilium interpretantur.
Et in muliere ſanguine defluente Eccleſiam edifferunt ſanguinis operibus liberatam.
Hoc autem quod ſequitur: Quia ecce lapis,quem dedi coram Ieſu, amatores hiſtoriæ ſic Ioan. 9 a
de Chriſto intelligunt,ut poſt Ieſum filium Ioſedech Chriſtum dicant eſſe uenturũ. Hoc Matt. 9 c
enim eſſe coram Ieſu, id eſt,in conſpectu,& ante faciem, ut futura ſignificet, & appellari
eum lapidem pro fortitudine,& robore,quo omnia regna cõtriuerit,quem etiam in Da-
niele de monte ſine manibus præciſum legimus. Hæc ille. Eſt autem adnotandum, Dani. 2 g
quod Ionathan hoc in loco manifeſtiſſime hunc locum de Chriſto intelligit. Sic enim
habet: Ecce ego adduco ſeruum meum Meſſiam,& reuelabitur(ſiue ſeſe reuelabit) qa ec
ce lapis,quem dedi coram lehoſcuba ſuper lapidem unum ſeptem oculi. Ecce ego reuelo
uiſiones eius,dixit dominus exercituum,& remouebo peccatum terræ ipſius in die una.
Et R. Moſes Hadarſan in Bereſcith rabba ſuper illud Geneſeos: Et exiuit Iacob de Ber-
ſoba,citat hunc locum: Quis tu mons magne corã Zorobabel? Mons magnus, iſte eſt
Meſſias

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaiæ 11 c Messias, de quo Esaias ait: Iudicabit in iustitia pauperes &c.

Cap. XVI.

Quid lectus, siue lectulus mystice significet.

QVid lectus, siue lectulus, aut cubiculum mystice significent, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 8. capite 17. exponens illud Iob, Si dixero cõsolabitur me Iob 7 c lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo &c. In sacro (inquit) eloquio lectulus, cubile, uel stratum, secretũ solet cordis intelligi, Hinc est enim quod sub uniuscuiusq; animę specie spõsa occultis stimulis sancti amoris excitata, in Canticis Cãticorum dicit: In lectulo meo per noctẽ quæsiui quem diligit anima mea. In lectulo quip- Cant. 3 a pe & per noctem dilectus quæritur, quia nimirum inuisibilis conditoris species, repressa omni corporeæ uisionis imagine, in cubili cordis inuenitur. Vnde & eisdem suis dilectoribus ueritas dicit: Regnum dei intra uos est. Et rursum: Si ego non abiero, paracletus nõ Luc. 17 c ueniet. Ac si aperte dicat: Si ab intentionis uestræ oculis corpus non subtraho, ad intellectum uos inuisibilem per consolatorem spiritum non perduco. Hinc de iustis per Psalmi- Ioan. 16 b stam dicitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, quia scilicet quũ Psal. 149 b mala ab exterioribus fugiunt, securi intra mentium secreta gloriantur. Sed tunc lætitia cordium perfecta erit, quũ carnis ab exterioribus pugna nõ fuerit. Nam quousque caro illicit, quia quasi nostræ domus paries quatitur, etiam cubile turbatur. Vnde & recte per- Psal. 40 a eundem Psalmistam dicitur: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius, quia dum nos tentatio carnis concutit, tremefacta nostra infirmitas etiam mentis cubile confundit. Quid uero hoc loco somnia, uel uisiones accipimus, nisi imaginationes ultimi, districtiq; examinis? Quod iam utcunq; per timorem cernimus, sed tamen ut est, ueracis ter non uidemus. Sancti itaque uiri (ut diximus) ad cordis secreta semper redeunt, quum ab hoc mundo uel ultra uotum prospera, uel ultra uires aduersa patiuntur, atque externis laboribus fessi, quasi stratum, uel lectulum cubilia mentis petunt. Sed dum quibusdam imaginationibus cogitationum, quàm sint subtilia diuina iudicia cõspiciunt, quasi in ipsa stratus sui requie, somnij uisione turbantur. Contemplantur enim quàm districtus iudex ueniat, qui dum ui immensæ magnitudinis cordium secreta illuminat, omnes ante oculos culpas reducit. Pẽsant quanta illa sit uerecundia, in conspectu totius tunc humani generis, Angelorum omnium, Archangelorumq; confundi. Perpendunt, qui post cõfusionem cruciatus maneat, quum & reatus animum immortaliter morientem, & intermenter deficientem carnem gehenna consumat. Quum itaque tam pauida imaginatione mens patitur, quid aliud quàm in stratu triste somnium uidetur? Dicat ergo, Si dixero &c. Ac si aperte fateatur, dicens: Si exteriora fugiens, introrsus redeo, & utcunque requiescere in cordis cubiculo concupisco, ibi mihi dum districtionis tuæ contemplationem obijcis, uehementer me per ipsas meæ prouidentiæ imaginationes terres. Bene autem dicitur: Et reuelabor &c. quia nimirum, quum ad mentis nostrę filentium fessi reuertimur, quasi in stratu colloquentes, occulta intra nos cogitationum uerba uersamus. Sed hæc ipsa nostra collocutio in pauorem uertitur, quia ex illa uehemẽtius intellectus nobis, qui terrorem districti iudicis innotescat, in mẽte aperitur. Et libro uigesimotertio, Iob. 33 c capite uigesimotertio, exponẽs illud Iob, Increpat quoq; per dolorẽ in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit, hoc pacto scribit: In scriptura sacra lectus, siue grabbatus, seu stratum, aliquando uoluptas carnis, aliquando repausatio in bonis operibus, aliquãdo requies temporalis accipitur. Quid est enim quod in Euãgelio sanato cuidam dominus Ioan. 5 b dicit: Surge, tolle grabbatum tuum, & uade in domum tuam, nisi quod per grabbatum uoluptas corporis designat? Et iubetur utiq; ut hoc sanus portet, ubi infirmus iacet in uoluptatibus carnis, quia nimirum omnis qui adhuc uitijs delectatur, infirmus iacet in uoluptatibus iacuerat, Sed sanatus hoc portat, ubi infirmus iacuerat, quia diuino adiutorio ereptus, à uitijs eius dem carnis cõtumelias postmodũ tolerat, in cuius prius desiderijs requiescebat. Rursum per lectum, uel stratum repausatio in bonis operibus designatur. Vnde in Apostolorum Act. 9 f actibus Petrus Apostolus dicit: Aenea, sanet te dominus Iesus Christus, surge, & sterne tibi. Quid est dicere, Surge, nisi mala quæ perpetrasti, derelinque? Et quid est dicere, Sterne tibi, nisi mercedis causas, in quibus requiescere debeas, operare? Vt & deserat refutando

gendo quæ fecit, & inueniat sternendo quod fecerit. Quod utrunq; propheta breuiter cõprehendit, dicens: Declina à malo, & fac bonum. Declinare quippe à malo, est ab eo, quo Psalm. 33 B iacuit, surgere, bonum uero facere, est mercedis opera, in quibus requiescere debeat, præparare. Qui enim declinat à malo, sed bona adhuc nõ facit, surrexit quidem ab eo quod iacuit, sed ubi requiescere debeat, nondum statuit. Et rursus lectus, uel stratum requies temporalis accipitur, sicut scriptum est: Vniuersum stratũ eius uersasti in infirmitate eius. Quum enim quisq; curis secularibus fatigatus, deserere per diuinam gratiam huius Psal. 40 a mundi itinera laboriosa, compungitur, cogitare solet quomodo præsentis uitæ desideria fugiat, & ab eius laboribus requiescat, sibiq; mox desideratæ quietis ordinem quęrit, & uelut quoddam stratum, sicut à cunctis laboribus cessationis locum, inuenire concupiscit. Sed quia in hac uita adhuc homo positus, in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu uiuere sine tentationibus nullatenus potest, plerunque in id quod ad requiem conspicitur, maior dolor tentationis inuenitur. Vnde recte per prophetam dicitur: Vniuersum stratum &c. Ac si diceret: Omne quod hic sibi parauit ad requiem, hoc ei Psal. 40 a mutasti occulto iudicio ad perturbationem. Quod pio quidem dei consilio agitur, ut huius peregrinationis tẽpore electoq; uita turbetur. Via quippe est uita præsens, qua ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne uiam pro patria diligamus. Solent etenim nonnulli uiatores, quum amœna fortasse in itinere prata conspiciunt, pergendi moras innectere, & à cœpti itineris rectitudine declinare, eorumq; gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus dominus huius mundi iter asperum facit, ne dum quisque uitæ præsentis requie, quasi amœnitate uiæ, pascitur, magis eum diu pergere, quàm citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in uia, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Quia ergo in hac uita omnis nostra, quam fortasse parauimus, requies turbatur, recte dicitur, Increpat quoque per dolorem in lectulo, id est, in præsentis uitę requie, uel tentationis nos stimulis, uel flagelli afflictione conturbat. Nam sæpe humanus animus quamlibet breui tempore sine tentatione in bonis studijs fuerit, mox de eisdem studijs, in quibus quiescendo se exerit, de ipsis uirtutibus, quibus multiplicari nititur, dum proficere se sentit, eleuatur: Vnde pio rectoris nostri moderamine impulsu tentationis afficitur, ut in eo ipsa profectus sui elatio comprimatur.

Cap. XVII.

De eodem lecto, siue lectulo.

SCriptum quoq; est in Cãtico Canticorũ, Lectulus noster floridus, ubi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Quid per lectulum sponsæ, nisi ocij quietem intelligimus? Cant. 1 d Mens enim quæ sponsum suum Christũ singulariter amat, inquantum potest, ab omnibus solicitudinibus mũdi uacat, uirtutes, quibus spõso suo placeat, accumulat. Quæ, dũ omnia, quæ tẽporalia sunt, contemnit, lectulũ sibi cum sponso in pace uictoriæ facit, ubi quo quietius pausat, eo amplius flores inuenit, quibus se decorã sponso ostendat. Et dicit Bernardus sermone 46. super Cãtica: Epithalamium canit, cubile, & thalamos pulchro sermone describens, sponsum inuitat ad requiem. Hoc enim melius, quiescere, & cũ Christo esse. Necessariũ autẽ exire ad lucra propter saluandos. Verũ nũc opportunitate (ut putat) inuenta, ornatum nunciat thalamũ, lectulumq; uelut digito mõstrans, dilectũ (ut dixi) inuitat ad requiem, & cum euntibus in Emaus cordis ardorem non sustinens, ad Luc. 24 e mentis pertrahit hospitium, & secum pernoctare compellit, & cum Petro loquitur, Do- Matt. 17 a mine bonũ est nos hic esse. Iam quid spiritualiter ista cõtineant, requiramus. Et in Ecclesia quidem lectũ, in quo quiescitur, claustra existimo esse, & monasteria, in quibus quieti à curis uiuitur seculi, & solicitudinibus uitæ. Atq; is lectus floridus demonstratur, quũ exemplis, & institutis patrum, tanquã quibusdam bene olẽtibus respersa floribus fratrũ conuersatio, & uita refulget. Et infrà: Cæterum tu qui has spiritus sancti uoces audis, uel legis, putasne aliqua horum, quæ dicuntur, ualeas applicare tibi, ac de felicitate sponsæ, quæ hoc amoris carmine ab ipso spiritu canitur, aliquid recognoscere in temetipso, ne dicatur & tibi, quia uocem eius audis, & non scis unde ueniat, aut quo uadat? En forte Ioan. 3 a appetis & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tantum ne obliuiscaris flores, quibus lectu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus lectulum sponsę legis aspersum. Ergo cura & tu tuum similiter circundare bonorũ
floribus operum, uirtutum exercitio, tanquam flore fructum, sanctum ocium præueni-
re. Alioquin delicato satis ocio dormitare uoles, si non exercitatus quiescere appetas, &
Liæ fœcunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & præposte-
rus ordo est, ante meritum exigere pręmium, & ante laborem sumere cibum, quum dicat
2. Thes. 3 b Apostolus: Qui non laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi (inquit) ut scias
Psal. 118 n nisi obedientiæ mandatorum, contemplationis gustum penitus non deberi. Non igitur
putes de propriæ amore quietis, sanctæ obedientiæ actibus, senioꝝ ut traditionibus præ-
iudicium ullatenus faciendum. Alioquin non dormiet tecum sponsus in lecto uno, illo
præsertim, quem tibi pro obedientiæ floribus, cicutis, atq; urticis inobedientiæ asperstis.
Propter quod non audiet orationes tuas, uocatusq; non ueniet. Neq; enim dabit inobe-
dientiæ copiam sui tantus obedientiæ amator, ut mori, q̃ non obedire, maluerit. Sed ne-
Esaiæ. 1 d. que approbat tuę contemplationis inane ocium, qui dicit per prophetam: Laborani sus-
Psalm. 73 c stinens, significans tempus, quo exul cœlo, & patria summę quietis, operatus est salutem.
in medio terræ. Magis autem uereor, ne te quoq; inuoluat formidolosa illa sententia, is-
ta intonans in perfidiam ludæorum, Neomenias uestras, & sabbatum, & festiuitates alis
Esa. 1 d as, non feram. Item: Calendas uestras, & solennitates uestras, odit anima mea, facta sunt
Ibidem mihi molesta. Et lugebit super te propheta, & dicet: Viderunt eam hostes, & deriserunt
Threno. 1 c sabbata eius. Cur em̃ quod dilectus repudiat, non irrideat inimicus? Miror ualde de im-
pudentia aliquorum, q inter nos sunt, qui, quum omnes nos sua singularitate turbaue-
rint, sua impatientia irritauerint, sua contumacia, & rebellione contempserint, sua inobe-
dientia coinquinauerint, audent nihilominus ad tam fœdum concupiscentiæ suæ lectu-
Esa. 1 d lum omni orationum instantia, totius puritatis dominum inuitare. At quum extenderi
tis (ait) manus uestras, auertam oculos meos, & quum multiplicaueritis orationem, non
exaudiam. Quid enim? Lectulus nõ est floridus, magis autẽ & putidus est, & tu illuc re-
Mat. 8 b gem gloriæ trahis? Ad pausandum hoc facis. Centurio uetat illũ intrare sub tectum suũ
Ibidem propter suam indignitatem, cuius tamen fides in uniuerso redolet Israel, & tu ad te com-
pellis intrare tãtorum sordens spurcitia uitiorum? Clamat Apostolorum princeps: Exi
Lucæ 5 b à me domine, quia homo peccator sum, & tu dicis: Intra ad me domine, quoniam sanctus
2. Petri 3 b sum? Omnes (inquit) unanimes in oratione estote, fraternitatẽ diligite. Et uas electiõis:
1. Tm. 2 c Leuantes puras manus (ait) sine ira, & disceptatione. Videsne quomodo concordent sibi,
& eodẽ spiritu de pace, & tranquillitate animi, quam habere debet ille qui orat? Et quid
me uis facere? inquis. Profecto ut primo quidem emundes conscientiam ab omni ingna-
mento iræ, & disceptationis, & murmuris, & liuoris, & quicqd omnino aduersari cogno-
scitur, aut paci fratrum, aut obediẽtiæ seniorum, de cordis habitaculo eliminare festines.
Philip. 4 b Deinde etiam circundare tibi flores bonorum quorunq; actus, & laudabilium studiorũ,
atq; odoramenta uirtutum, id est, quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quęcunq; iusta
quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus di-
sciplinæ. Hæc cogitare in his exerceri curato. Ad istiusmodi secure uocabis sponsum, quo-
niam quum introduxeris eũ, ueraciter dicere poteris & tu, Quia lectulus noster floridus,
redolente nimirũ conscientia pietatem, pacem, mansuetudinem, iustitiã, obedientiã, hila
ritatem, atq; humilitatem. Et in tractatu de diligendo deo: Quæ lectulum (inquit) mon-
strat, satis quid desideret, aperit, & quum floridum nunciat, satis indicat, unde quod desi-
derat, obtinere præsumat. Non enim de suis meritis, sed de floribus agri, cui benedixit de
Gene. 27. d us. Delectatur floribus Christus, qui in Nazareth concipi uoluit, & nutriri. Gaudet spon
sus cœlestis talibus odoramentis, & cordis thalamum frequenter, libenterq; ingreditur,
quod istiusmodi refertum fructib⁹, floribusq; respersum inuenerit. Vbi suæ uidelicet, aut
passionis gratiam, aut resurrectionis gloriam sedula inspicit cogitatione uersari, ibi pa-
rato adest sedulus, adest libens. Monimenta siquidem passionis fructus agnosce quasi
anni præteriti, oĩm utiq; retro tẽporum sub peccati, mortisq; imperio decursoꝝ, tandem
in plenitudine temporis apparentes. Porro autem resurrectionis insignia, nouos aduerte
flores sequentis temporis, in nouam sub gratia reuirescentis ætatem, quorum fructum
generalis

generalis futura resurrectio in fine parturiet fine fine mansurum. Horum ergo nouitate
florum, ac fructuũ, & plenitudine agri suauissimũ spirãtis odorẽ, ipse quoq; pater in filio
innouãte omnia delectatur, Ita ut dicat: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui be- Gene. 27. d
nedixit dominus. Bene pleni, de cuius plenitudine, omnes accepimus. Sponsa tamẽ fami Ioan. 1 b
liarius ex eo sibi, quum uult, flores legit, & carpit poma, quibus propriç aspergat intima
conscientiæ, & intranti sponso, cordis lectulus suaue redoleat. Oportet enim nos si cre-
brum uolumus habere hospitem Christum, corda nostra semper habere munita fideli-
bus testimonijs, tam de misericordia scilicet morientis, quàm de potentia resurgentis.

De eodem lecto, siue lectulo. Cap. XVIII.

DE eodem lectulo scriptũ est in Cantico Canticorũ, In lectulo meo per noctes quæ- Cant. 3 a
siui quem diligit anima mea, quę uerba diuus Gregorius hoc pacto exponit: Lectu
lum sibi sancta anima in nocte facit, dũ omnes perturbationes mũdi fugiẽs, secretũ cõpa
rat, in quo requiescit. In hoc lectulo quem diligit, quærit, quia dum ab omnibus solicitu-
dinibus mundi uacat, in eius inquisitione quomodo ad illũ perueniat, nõ quiescit. Notãs
dum est autẽ, quia per noctes quærit, qui modo in hoc mũdo uiuit, & perfecte tenebras
tẽporalitatis à se nõ excutit. Quas quo grauiores patitur, eo feruẽtius quærit eũ, quo in-
uento, tenebras amplius nõ patietur. Sed quia quẽ quærit, nunquã perfecte in hoc mun
do inuenit, ideo subiungit: Quæsiui illũ, & nõ inueni. Et infrà: paululũ quũ pertrãissem
eos, inueni quẽ diligit anima mea. Paululũ uigiles trãsit, id est Ecclesiæ doctores, & dile-
ctũ inuenit, quia dũ eos puros homines esse cogitat, ad diuinitatẽ mentẽ erigit, ibiq; spon
sum suũ supra homines patri æqualẽ cognoscit quẽ tunc inuenisse se dicit, quũ sanctis la
boribus adiuta, in eius diuinitatis claritatẽ oculum fidei, tanquã per speculũ contẽplan-
do, aliquantulũ figit. Quod tantillũ quãta auiditate mẽtis susciat, ostẽdit, dicẽs: Tenui
illũ, nec dimittã, donec introducã illũ in domũ matris męę, & in cubiculũ genetricis meę.
Mater Ecclesiæ synagoga extitit, quia ex ipsa sanctos prædicatores habuit, à quibus uer-
bũ ueritatis susceptum, per quod in fide regenerata fuit. Tenet ergo spõsum Ecclesia, donec
in domũ matris eũ introducat, quia usq; in finẽ mũdi ab eius fide, & opere, & amore non
recedit, donec ad fidẽ ludæos adducat. Non q̃ postea recedat. Quippe quem in exilio di-
ligit, in patria uidẽs, amplius amabit, sed de illo tẽpore dici debuit, de quo à quibuslibet
propter obsistentes tentationes, dubitari potuit: In domũ ergo matris dilectũ introducet
quãdo in fine mundi Ecclesia per prædicationẽ in plebem Iudaicã Christiana sacramẽta
immittet. In cubiculũ autem quasi in secretiorẽ partẽ domus eum introducet, quia ex ea-
dem plebe ita plurimos cõuertet, ut omnes mũdi sarcinas abijciãt, & in intimis cogitati-
onibus soli deo placere concupiscãt. Huiusmodi homines cubiculũ faciẽt sponso, quia
dum à se omnes sordes cupiditatis abijcient, quasi secretũ locum in mẽte in quo delectet
component. Illud autẽ quod eodem capite scribitur: En lectulum Salomonis sexaginta Cant. 4 c
fortes ambiũt &c. require in dictione, Gladius. Diuus autẽ Bernardus exponẽs illud Cã Cant. 2 a
ticorum, In lectulo meo &c. sermone 75. super Cantica, hoc pacto, exponit: Non est (in-
quit) reuersus sponsus ad uocem, & uotum reuocantis, ut defideriũ crescat, ut probetur af
fectus, ut exerceatur amoris negociũ. Sane ergo dissimulatio est, nõ indignatio. Sed su-
pereft, ut quæratur, si forte reperiatur quęsitus, qui uocatus non uenit, dicẽte dño: Omnis Matt. 7 b
qui quærit, inuenit. Et primo quidem quærit illum in lectulo, sed minime inuenit. Surgit
inde, circuit ciuitatẽ, it, & repit per plateas, & uicos, & nõ occurrit, neq; apparet. Interro-
gantur quiq; forte occurerint, nihilq; certi reportatur. Neq; uicis unius, aut unius noctis
quæsitio hæc, & hęc fraudatio, quũ dicat ista, quia quęsiui per noctes. Quid hoc desideriũ
est, & ardoris, ut surgens de nocte publicum non erubescat, percurrat ciuitatẽ, percuncte
tur palãm, & passim de dilecto, atq; à uestigandis semitis eius, nulla ualeat ratiõe auerti,
nulla prępediri difficultate, nõ tempestiue retineri amore quietis, nõ sponsæ uerecundia,
nõ uel timore nocturno? Et infrà: Quid est, q̃ hic sponsus non inuenitur quæsitus, quum
requiratur tam studiose, & impigre, nunc quidem in lectulo, nunc uero in ciuitate, aut e-
tiam in plateis, uel uicis, ipse autẽ dicat: Quærite, & inuenietis, & qui quærit, inuenit, Pro- Mat. 7 b
pheta quoq; loquitur ad eum. Bonus es domine animę quærẽti te: Et itẽ sanctus Esaias: Thren. 3 ẽ
Esa. 55 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quærite dominum dum inueniri potest? Sed attẽdite tres esse causas, quæ interim occurrunt, & quærentes frustrari solẽt, quum aut uidelicet non in tempore quærunt, aut non sicut oportet, aut nõ ubi oportet. Si enim omne tempus aptum est ad quçrendũ, cur ergo
Ibidem. dicit propheta (quod iam memoraui): Quærite dominũ, dum inueniri potest? Erit absq;
Ibidem dubio, quum inueniri non poterit, & ideo addidit: Inuocate eum dum prope est, quia fu-
Esaiæ 45 d turum est, iam non prope futurũ. A q̃ enim tunc nõ requiretur? Mihi (inquit) curuabitur
omne genu &c. Nec tamen inuenietur ab impijs, quos ultores Angeli arcebunt, profecto, & tollent, ne uideant gloriam dei. Frustra inclamabunt & fatuæ uirgines, minime
Ioan. 7 e prsus iam ad eas exijt, clausa ianua. Sibi proinde dictum putent illæ, Quæretis me, & nõ
2. Cor. 6 a inuenietis. Cæterũ nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis sunt, tempus plane & quçrendi, & inuocãdi, quando plerunq; & antequam inuocetur, adesse sentitur. Audi denicq;
Esaiæ 58 c quid polliceatur: Antequam me inuocetis (inquit) dicã: Ecce adsum. Nec latuit benigni-
Psalm. 9 g tas hæc, & facilitas temporis, quod nunc est, illum qui in Psalmo loquitur: Desiderium
Galat. 4 c pauperum exaudiuit dominus, prçparationem cordis eorum audiuit auris tua. Quod si
Ioan. 9 a per bona opera quæritur deus, ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, prçsertim quia dominus aperte pronunciat uenire noctem, quando nemo poterit operari. Tunc aliud ad quærendum deum, ad operandum, quod bonum est, reperturus es ibi
Iob 14 c tempus in seculis uenturis, præter hoc, q̃d constituit tibi deus, in quo recordetur tui? Et is-
Psal. 73 c deo dies salutis, quia in his ipse deus rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. I ergo tu & in medio gehennę expectato salutem, quæ iam facta in medio terræ. Quam tibi somnias prouecturam inter ardores sempiternos facultatem ueniam pro-
merendi, quum iam transijt tempus miserendi? Non relinquitur tibi hostia pro peccatis,
mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius dei, mortuus est semel, iam non moris-
Hebr. 11 e tur. Non descendit ad inferos sanguis, qui effusus est super terram, biberũt omnes pecca-
Rom. 6 b tores terræ, nõ est q̃ sibi ex eo uendicent dæmones ad restinguẽdos focos suos, sed neq; homines socij dæmonum. Sanguis aridam rigauit, sanguis infudit terram, & inebriauit eam, sanguis quæ in terra, & quæ in cœlis sunt, pacificauit, non autem & quæ apud infe-
ros, nisi quod ser..el illo anima eius excucurrit, & fecit ex parte redẽptionẽ, ne uel eo mo-
nenti uacarent opera charitatis, sed ultrà nõ adijciet. Et hæc una causa, quæ impedire po-
test, ne inueniatur sponsus à quærentibus se, quum non quçrunt in tempore opportuno. At non ea impedit sponsam inempe inuocantẽ, & quærẽtem in tempore opportuno. Sed
ne illa quidem eum tepide, aut negligẽter, seu perfunctorie quærit. Nam corde ardẽti, &
omnino infatigabiliter quærit, plane ut decet. Restat ut de tertia uideamus, ne uidelicet
ubi non decet, quærat. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea. An forte non in
lectulo quçrendus erat, sed in lecto, cui orbis angustus est? Sed non horreo lectulum, qui
Esa. 9 a noui paruulum. Paruulus denicq; nobis natus est. Exulta tu, & lauda habitatio Sion, quia
Esaiæ 12 b magnus in medio tui sanctus Israel. At isdem dominus in Sion magnus, apud nos paruus, apud nos infirmus repertus est, ex uno iacere, ex altero & in lectulo iacere habens.
Psal. 109 a An non lectulus tumulus? An non lectulus præsepium? An nõ lectulus uterus uirginis? Neq; enim magni patris uterus lectulus est, sed lectus magnus, de quo ad filium: Ex utero (inquit) ante luciferum genui te. Quanquam nec lectus quidem forsitan digne censendus sit uterus ille, qui regentis potius, quàm iacentis est locus. Manens enim in patre, re-
Esa. 44 a gitcum patre uniuersa. Denique non iacere, sed sedere ad dexteram patris filium fides indubitata habet, & ipse cœlum sibi sedem esse, nõ lectum perhibet, ut scias illum in suis, id est, in superis nequaquam solatia habere infirmitatis, sed potestatis insignia. Merito proinde sponsa ponens lectulum dicit suum, quia omne quod infirmum est dei, non de proprio inesse illi manifestum est, sed de nostro. Ex nobis assumpsit, quæ pro nobis sustinuit, nasci, lactari, mori, sepeliri. Mea est mortalitas nati, mea infirmitas paruli, mea expiratio crucifixi, mea sepulti dormitio. In lectulo meo quæsiui. Quo pacto autem exponatur, Lauabo per singulas noctes lectum meum &c. require in dictione, Infirmus, ubi etiam exponitur illud Psalmi: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Et
Psalm. 6 b
Psalm. 40 a sic in eodem Psalmo: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.

Quid leo

Quid leo mystice significet. Cap. XIX.

QVid autem leo mystice significet, diuus enarrat Gregorius exponens illud Iob, Rugitus leonis, & uox leænæ, & dentes catulorum leonum cõtriti sunt: Quid (inqt) Iob 4 b
rugitum leonis appellat, nisi feueritatem uiri? Quid uocem leænæ, nisi loquacitatem cõiugis? Quid dentes catulorum leonum, nisi edacitatem prolis? Quia enim filij conuiuantes extincti, dentium expressione signãtur. Quæ cuncta, dum cõtrita Eliphas rigidus exultat, quasi iure dãnata denunciat. Et capite 16, Sed quia (inquit) amicos beati Iob tenere hæreticorum speciem dicimus, urget necessario, ut hæc eadem Eliphas uerba, quomodo etiam typice sentienda sint, intimemus. Rugitus (inquit) leonis &c. Quia natura uniuscuiusq; rei ex diuersitate componitur, in sacro eloquio per rem quãlibet licite diuersa figurantur. Habet quippe leo uirtutem, habet & sæuitiam. Virtute ergo dominum, sæuitia, diabolum signat. Hinc enim de domino dicitur: Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Hinc de diabolo scriptum est: Aduersarius uester ficut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Leçnæ autem nomine, aliquando sancta Ecclesia, aliquando Babylonia designatur. Pro eo enim quod contra aduersa audax est, leçna Ecclesia dicitur, sicut eiusdem beati Iob uocibus approbatur, qui derelictam ab ecclesia Iudæam indicans, ait: Non calcauerunt eam filij insultorum, nec pertransibit per eam leæna. Aliquando uero leçnę nomine huius mundi ciuitas, id est, Babylonia exprimitur, quæ contra uitam innocẽtiũ immanitate crudelitatis effrænatur, quæ antiquo hosti, quasi sçuissimo leoni sociata, peruersę persuasionis eius semina concipit, & reprobos ex se filios ad similitudinem illius, quasi crudeles catulos gignit. Catuli autem leonum sunt quilibet reprobi, ad iniquam uitam malignorum spirituũ errore generati, qui & simul omnes uniuersam mundi ciuitatem, Iob 28 b
quam prædiximus, Babyloniam faciunt, & tamen ijdem singuli Babylonię filij, quasi non leæna, sed leænę catuli uocantur. Sicut enim Sion tota simul Ecclesia dicitur, filij autem Sion sanctorum quiq; singuli memorant: ita & filij Babyloniæ singuli quiq; reproborum, & eadem Babylonia simul omnes reprobi uocantur. Sed sancti uiri, quandiu in hac uita sunt, semetipsos solicita circumspectione custodiunt, ne leo circuiens insidiando subrepat, id est, antiquus hostis sub aliqua imagine uirtutis occidat, ne leçnæ uox auribus obstrepat, id est, ne Babylonis gloria sensum ab amore patriæ cœlestis auertat, ne catulorum leonũ dentes mordeant, ne reproborum persuasio in corde cõualescat. At cõtra hæretici iam quasi de sanctitate securi sunt. quia uitæ suæ meritis cuncta se superasse suspicantur. Vnde & nunc dicitur: Rugitus leonis &c. Ac si diceretur: Nos ideo nõnullis flagellis atterimur, qa & uirtutẽ antiqui hostis, & cupiditatẽ terrenæ gloriæ, & suasionem reproborum hominum, uitæ meritis superando calcamus. Illud autem Prouerbiorum, Prou. 30 a
Leo fortissimus bestiarum qui ad nullius pauebit occursum, expositum est in dictione, Gallus. Et homi. 18. super Ezechielem, exponens illud Naum: Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum Leonum? An (inquit) eius duces, ac principes leones nõ erant, Naum 2 c
qui per diuersas mundi prouincias discurrentes, prædam sçuiendo, & interficiendo rapiebant? Hic leonum catuli inueniebant pascua, quia pueri, adolescentes, iuuenes, seculares, & secularium filij, huc undiq; concurrebãt, quum proficere in hoc mundo uoluissent. Et exponens illud Canticorum, Coronaberis de capite Amana, de uertice Sanir, & Hermõ, Cant. 4 c
de cubilibus leonum, de montibus pardorum: Quid (inquit) per Amana, Sanir, & Hermon, nomina uidelicet montium, nisi potentes huius seculi intelliguntur? Qui quanto diuiniores, tanto excelsiores, & firmiores apud infirmos esse uidẽtur. Sed de his montibus sancta Ecclesia coronatur, quia, dum regnum prędicat ęternum, dum exẽplo suo omnia quę mundi sunt, uilia esse demõstrat, ipsos etiam potentes ad pœnitentiam inclinat, & sibi pro eorum acquisitione coronam in cœlestibus parat. Sic quippe fit, ut humiles super Esaiæ. 40 d
hos prosternant, & infirmi excelsos inclinẽt. Ideo scriptum est: Omnis uallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Sed quid est, quod non solum de montibus, sed etiam de capitibus montium coronanda esse dicitur, nisi quod impletum uidemus, quia iam ipsi excelsiores personę in Christum credunt, & eius prçceptis per Ecclesię prędicationem obediunt? Reges enim, & imperatores Christo seruiunt, coronas deponunt, & per

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnitentiam in Ecclesia ueniam petunt. Si itaq; per capita montium summas personas intelligimus,bene per cubilia leonum,& montes pardorum principes quiq;, & ministri desygnantur,qui crudelitati inseruiunt,& dolositatibus suis quos ui non possunt lædere, decipiunt. Pardi quippe maculas in cute semper portant. Per quos qui alĩ q̃ hypocritæ, uel discordes significantur? In illis quippe qui crudelitatem sectantur, dæmones tanquã leones cubant: in illis uero quasi pardi,montes ædificãt,quos dum uitijs suis aliquas uir tutes admiscere consentiunt,pro omnibus bonis suis laudis gloriã affectare compellũt. Hi itaq; uere pardoꝝ uarietatẽ imitantur,quia dum cũ uirtutibus etiam uitia sectantur, quasi in uario corio coloris dissimilitudine diuiduntur. Sed de cubilibus leonũ,& de mõ tibus pardorum Ecclesia coronatur,qa dum per eius prædicationem,& crudeles ad pieta tem,& hypocritæ ad uitæ humilis unitatem conuertuntur,pro his omnibus prçmiũ per cipiet,quod meretur. Et Origenes homil. 11. in Ezechielem,hoc pacto scribit: Quędam nomina animalium in scriptura in utroq; genere,id est,in malo,ac bono ponũtur,utpu
Gene. 49 b ta Leo,& in bonam accipitur,& in malam partem. In bonam sic: Catulus leonis Iuda,ex
germinatione fili mi ascendisti,accumbens dormiuisti ut leo,& ut catulus leonis,quis su
1.Petr.5 b scitabit eum? In malam partem: Aduersarius uester diabolus,ut leo rugiens,quærens de
Psal.9 f uorare circuit,cui expedit uos resistere firmos in fide. Sed & malignus supplantare cupi
ens,insidiatur in occulto,ut leo in spelunca sua insidiatur,ut rapiat pauperem.

De eodem leone. Cap. XX.

Psal.101 b ET in explanatione psalmi pœnitentialis quarti,exponens,idẽ Grego. illum uersum
Gen.48 b Et factus sum sicut passer solitarius in tecto,citans illud Geneseos, Catulus leonis
Apoc.5 b Iuda &c. Quis est iste (inquit) catulus leonis,nisi ille de quo in Apocalypsi ad Ioannẽ dis
Luc.11 c citur: Vicit leo de tribu Iuda? Qui ad prædã ascendit,qa fortem armatũ fortior superue
niens,expugnauit. Arma eius abstulit,qa iure illo,quod in hominibus habere uidebatur
eum priuauit. Ille eñ,dum ambijt illicita perdidit acqsita. Spolia quoq; eius distribuit,
quia uasa iræ fecit uasa misericordiæ. Hinc ergo leo requiescens accubuit,qa mortẽ spõ
te subiuit. Sed nullus eũ suscitauit,qa per diuinitatis suæ potentiã,ipse à mortuis resurre
Esa.11 a xit. Et Hilarius in enarratione psalmi 131. antedictum citat locũ,& hoc pacto exponit:
Catulus leonis Iuda,ex frutice filius meus,procidens dormisti ut leo,& sicut catulus leo
nis. Quis suscitabit eum? Et superior,& consequens benedictio,nec ætati Iudæ, nec gestis
conuenit,sed ei qui ex Iudæ frutice ,sicut ex radice Iesse est,qui & catulus leonis est,& Isa
cob erit filius. Ex hac enim tribu Iudæ Maria est , quæ domini secundum carnem mater
fuit. Hic ergo procidens,dormiuit ut leo. Leo terrori est feris oñibus,& ueluti dominãs
est cæterarum bestiarum,& hic solus per confidentiam,& securitatẽ dormit intrepidus,
Terror oĩm uigilans est,ipse autẽ securus in somno est,& idcirco addidit : Quis suscita
bit eum? Quia intrepidæ,& præpotẽtis naturæ securitatẽ nulla æterni terroris timiditas
inqetet. Ne ergo quicq̃ humile, atq; passibile impassibilẽ unigeniti dei substantiã perpes
sam existimaremus,in ea morte,quam subijt, feræ huius intrepidæ dormientis exemplũ
ad sequutę mortis intelligẽtiam est relatũ,ut extra humani timoris esse in somno illo ins
quietudinem doceretur,qui per generis sui, naturæq; uirtutem dormiens licet timere nõ
posset. Seruata autem diligentissime ea ratio est,ut in unigenito deo æterni,& gignentis
eum gloria nosceretur,quum dicitur: Sicut leo,& sicut catulus leonis. Ad id enim quod
ex deo ipse subsistit,catulus est leonis : ad id uero quod leo est , paternæ in eo maiestatis
indifferens generositas prædicatur. Vt unum ambo sint,leo est,ne unus atq; ipse sit, catu
Psal.118 c lus leonis est. Et Ambrosius in psalmum 118. sermone quinto, exponẽs uersum illum,
Legem mihi constitue domine &c. Charitas (inquit) Christus est. Suscitatur ut leo,& ca
tulus leonis,ut Iudæ ascendat ex germine. Resuscitatur: ut dormiens,ut recũbens , qa nõ
humana,sed sua & patris maiestate est suscitatus à mortuis. Vnde ait scriptura : Quis su
scitabit illũ? Non enim poterat illum aut Angelus,aut potestas suscitare aliena,quum ip
se alios resuscitaret. Et libro de institutione uirginis,capite 12. De Christo (inquit) dis
ctum liquet,quod ait Iacob de Iuda: Quis suscitabit eum? Non utiq; alter,quia ipse se su
Ioan.2 d scitauit,sicut ipse ait: Soluite templum hoc,& in triduo resuscitabo illud. Hoc autẽ dice

bat de templo corporis sui. Et diuus Augustinus libro de ciuitate dei 16.cap.41. Israel (inquit) Iudam prophetice benedixit: Iuda (inqt) te laudabunt fratres tui. Manus tuæ su
Gene.49 per dorsum inimicorũ tuorum,te adorabunt filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ex ger
minatione fili mi ascendisti,recumbens dormisti ut leo,& ut catulus leonis. Quis suscita
bit eum? Non deficiet princeps ex Iuda,& dux de femoribus eius,donec ueniant quæ re
posita sunt ei,& ipse erit expectatio gentium,alligans ad uitem pullum suum , & cilicio
pullum asinæ suæ. Lauauit in uino stolam suam,& in sanguine uuę amictum suum. Ful
gentes oculi eius à uino,& dentes candidiores lacte. Exposui hæc (inquit) aduersus Mani
chæum Faustum disputans,& satis esse arbitror,quantum ueritas prophetiæ huius elu
cet. Vbi & mors Christi prędicta est uerbo dormitionis,& non necessitas,sed potestas in
mortem nomine leonis. Quam potestatẽ in Euangelio ipse prędicat,dicens: Potestatem
habeo ponendi animã meam,& potestatẽ habeo iterũ sumendi eam. Nemo eam tollit à
me,sed ego eam pono à memetipso,& iterum sumo eam . Sic leo fremuit , sic quod dixit,
Ioan.10 d impleuit. Ad eam nanq; pertinet potestatem , quod de resurrectione eius adiunctum est:
Quis suscitabit eum? Hoc est,quia nullus hoĩm nisi se ipse suscitauit,qui etiam de corpo
re suo dixit: Soluite templum hoc,& in triduo resuscitabo illud. Ipsum autẽ genus mortis
Ioan.2 d hoc est,sublimitas crucis,in uno uerbo intelligitur,quod ait,Ascendisti. Quod uero ad
didit,Recumbens dormisti,Euãgelista exponit,ubi dicit: Et inclinato capite tradidit spi
Ioan.19 f ritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur,in qua recubuit dormiens,& unde illum nul
lus hominum,sicut prophetæ aliquos,uel sicut ipse alios suscitauit,sed sicut à somno ipse
surrexit. Stola porro eius,quam lauat in uino,id est,mundat à peccatis in sanguine suo,
cuius sanguinis sacramẽtum baptizati sciunt,unde & adiungit: Et in sanguine uuæ ami
ctum suum. Amictus quid est,nisi Ecclesia? Et fului oculi eius à uino,spiritales eius , ine
briati poculo eius,de quo canit psalmus: Et calix tuus inebrians,quàm præclarus est. Et Psalm.22 b
dentes eius candidiores lacte,quod potant apud Apostolũ paruuli,uerba scilicet nutrie Hebr.5 d &
tia,nondum idonei solido cibo. Ipse igitur est,in quo reposita erant promissa Iudæ , quæ 1.Cor.3 a
donec uenirent, nunquam principes,hoc est,reges Israel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse
erit expectatio gentium,quod clarius est uidendo,quàm fit exponendo. Et libro 18.cap.
45,hoc pacto scribit: Pompeius populi Romani præclarissimus princeps Iudæam cum
exercitu ingressus,ciuitatem capit,templum reserat,non deuotione supplicis, sed iure ui
ctoris,ad sancta sanctorum,quo nisi summum sacerdotẽ non licebat intrare,nõ ut uene
rator, sed ut prophanator accedit,confirmatoq; Hircani pontificatu,& subiugatæ genti
impositio custode Antipatro,quos tunc procuratores uocabant , uinctum secum Aristo
bolum ducit. Et ex illo die Iudæi etiam tributarij Romanorum esse cœperũt. Postea Cas
sus etiam templum expoliauit. Deinde post paucos annos etiam Herodem alienigenam
regem habere meruerunt,quo regnante natus est Christus. Iam enim uenerat plenitudo
temporis,significata prophetico spiritu per os patriarchæ Iacob,ubi ait: Nõ deficiet prin
ceps ex Iuda,neq; dux de femoribus eius,donec ueniat cui repositum est,& ipse erit expe
ctatio gentium. Non ergo defuit Iudæorum princeps ex Iudæis usq; ad istum Herodem,
quem primum acceperunt alienigenam regem . Tempus ergo iam erat ut ueniret ille,
cui repositum erat,quod nouo promissum est testamento,ut ipse esset expectatio genti
um. Fieri autem non posset , ut expectarent gentes eum uenturum , sicut eum cernimus
expectari,ut ueniat ad faciendum iudicium in claritate potentiæ,nisi prius in eum crede
rent,quum uenit ad patiendum iudicium in humilitate patientiæ . Et libro duodecimo
contra Faustum Manichæum,capite quadragesimosecũdo,hoc pacto scribit: Vellem sci Gene.49 b
re,imo melius nescierim,qua cæcitate animæ legerit Faustus,ubi uocauit Iacob filios su
os,& dixit: Congregamini,ut annunciem uobis, quæ occursura sunt uobis in nouissimis Gene.49 a
diebus. Congregamini,& audite filij Iacob , audite Israel patrem uestrum . Hic certe ne
mo dubitat prophetantis personam esse dilucidatã. Audiamus ergo quid dicat filio suo
Iudæ,de cuius tribu Christus uenit ex semine Dauid secundum carnem,sicut Apostolicæ
doctrina testatur: Iuda (inquit) te laudabunt fratres tui &c. usq; candidiores lacte. Falsa Roma.1 a
sint ista,obscura sint ista,si non in Christo euidentissima luce claruerunt,si non eum lau

Universidad de Deusto
Biblioteca

dant fratres eius Apostoli,& omnes cohæredes eius,non suam gloriam quærentes, sed
Gen.49 b ipsius,si non sint manus eius super dorsa inimicorum eius,si non deprimũtur,atq; curuã
tur ad terram,crescentibus populis Christianis,quicunq; illi adhuc aduersantur, si non
eum adorauerunt filij Iacob in reliquijs,quæ per electionem gratiæ,saluæ factæ sunt, si
non ipse catulus est leonis,qui nascendo paruulus factus est,propter hoc additũ: De ger
Prou. 30 d minatiõe filius meus(aliàs fili mi). Causa quippe reddita est,in cuius laude alibi scriptũ
est:Catulus leonis fortior iumentis,hoc est,paruulus etiã fortior maioribus.Si nõ ascen
dit in cruce,recumbens,quum inclinato capite edidit spiritum.Si non dormiuit ut leo,qa
& in ipsa morte non est uictus,sed uicit,& ut catulus leonis.Inde enim mortuus,unde &
natus.Si nõ ille eum suscitauit à mortuis,quem nemo hominum uidit,nec uidere potest.
1.Tim.6 c Eo enim quod dictum est, Quis suscitabit eum, satis expressa est tanquam ignoti signi
ficatio.Si defuit princeps ex Iuda,& dux de femoribus eius,donec uenirent opportuno tẽ
pore,quæ promissa tanq; repositа fuerant.Sunt enim literæ certissimæ historiæ ipsorum
quoq; Iudæorum,quibus ostẽditur primum alienigenam Herodem regem fuisse in gẽte
Iudæorũ,quo tempore natus Christus est.Ita non defuit rex de semine Iuda,donec ueni
rent quę reposita erant illi.Sed quia non solis Iudæis fidelibus profuit quod promissum
est,uide quid sequatur.Et ipse erit expectatio gentium.Ipse alligauit ad uineam pullum
Matt.3 a suum,id est,populum suum in cilicio prædicans,& clamans:Agite pœnitentiam,appro
Matt. 21 a pinquabit enim regnum cœlorum.Populum autem gentium illi subditũ cognoscimus,
Psal.24 b pullo asinæ comparatum,in quo etiam sedit ducens eum in Hierusalem, id est, in unionẽ
pacis.docens mansuetos uias suas.Si non lauit in uino stolam suam. Ipsa est enim glo
Ephes.5 f riosa Ecclesia,quam sibi exhibet non habẽtem maculam,aut rugam, cui dicitur per
Esaiæ 1 c Esaiam:Et si fuerint peccata uestra sicut phœnicium,tanquam niuem dealbabo. Vnde,
Matt.26 c nisi de dimissis peccatis?In quo ergo uino,nisi illo,de quo dicitur,quod pro multis effun
Nume.23 e detur in remissionem peccatorum?Ipse est enim botrus ille, qui pependit in ligno. Pro
pterea & hic uide quid adiũgat,Et in sanguine uuæ amictum suum.Iam uero fulgere o
culos eius à uino,illa in corpore eius membra cognoscunt,quibus donatũ est sancta quæ
dam ebrietate alienatæ mentis ab infrà labentibus temporalibus,æternam lucem sapiẽ
2.Cor.5 c tiæ contueri.Vnde quiddam paulo ante cõmemorauimus,dicente Paulo:Siue enim mẽ
Ibidem. te excessimus deo.Hi sunt fulgentes oculi à uino. Sed tamen quia sequitur:Siue temperã
tes sumus uobis,nec paruuli relinquuntur adhuc lacte nutriendi,quia & hic sequitur:Et
dentes candidiores lacte.Et libro uigesimosecundo contra eundem Faustum,capite 84
& 85. Eo sane (inquit) tempore, quo iam Iudæa cœperat reges ex tribu Iuda non has
bere,Herodes maior alienigena erat,& tanquam extraneus dominabatur, quam potes
tatem à Romanis,& à Cæsare acceperat. Sic & eius filij Tetrarchæ, quorum erat unus
Herodes patris nomine appellatus,qui cum Pilato in passione domini concordauit. Il
Gen.49 b lo ergo tempore,quo iam de tribu Iudæ regnum defecerat,ueniendum erat Christo ues
ro saluatori domino nostro,qui non obesset, multumq; prodesset. Sic enim fuerat pro
phetatum:Non deficiet princeps ex Iuda,& cæte. Et in enarratione psalmi septuagesimi
quinti: Non deficiet (inquit) princeps ex Iuda,neq; dux de femoribus eius,donec ueniat
cui repromissum est. Confiderentur priora tempora,& inuenitur quia Iudæi de tribu Iu
da semper reges habuerunt,unde dicti sunt Iudæi,& non habuerunt regem prius alieni
genam,nisi Herodem illum,qui fuit,quando dominus natus est. Vnde cœperunt reges
alienigenæ? Ab Herode. Ante Herodem omnes de tribu Iuda, sed donec ueniret cui re
promissum est.Ipso itaq; ueniente domino,euersum est regnum Iudæorum,& sublatum
est ex Iudæis. Modo non habent regem,quia nolunt cognoscere uerum regem. Videte
iam si Iudæi sint appellandi. Ipsa uoce sua abdicauerunt se ab isto nomine, ut Iudæi non
sint digni appellari,nisi tantum carne.Dixerunt enim ad Pilatum:Nos regem non habe
Ioan.19 c mus,nisi Cæsarem.Si nõ habetis regẽ,nisi Cęsarẽ,defecit iã princeps de Iuda, Venit ergo
ille,cui repromissum est.Iudæa ergo uera,Christi Ecclesia est,credẽs in illũ regẽ,q uenit
2.Tim.2 b. ex tribu Iuda per uirginẽ Mariã,credẽs in illũ,de quo Apls dicebat: Memor esto Iesum
Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid,secũdum Euãgelium meum. De Iuda

enim Dauid,& ex Dauid dñs Iesus Christus.

De eodem leone. Cap. XXI.

Diluus quoq; Augustinus exponens illud Psalmistæ,Catuli leonum rugientes,ut ra- Psal.103 c
piant,quærẽtes à deo escã sibi:Spiritaliter(inquit)catuli leonũ sunt spiritalia neq;
tiæ,mala dæmonia,quæ pascuntur erroribus hominum,quæ seducere animas quærunt.
Ipse leo maior princeps omnium talium leonum est,de quo scriptum est: Nescitis, quia
aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret? Ideo 1.Pet.5 d
quærẽtes à deo escam sibi,quia nec tentari qs potest à diabolo,nisi permittẽte deo,nisi ac
ciperet potestatẽ,quæ datur aut ad dãnandos impios,aut ad probandos pios.Malis sunt
tanquam ignis fœno:bonis uero,tanquã ignis auro. Mãducatus est Iudas,ut fœnũ, pro
batus est Iob,ut aurũ.Et Cassiodorus:Posuisti tenebras,& facta est nox &c. Catuli leo
num &c.Posuit(inquit)tenebras,quando tempore passionis sexta hora obscuritatẽ mũ
dus accepit. Tunc reuera nox facta est discipulis,atq; credentibus, quando Petrus anxio Mat.26 g
errore confusus negãdo tertio fidei perdiderat claritatẽ. Nox ergo & illis fuit,qui carna
liter intuendo in illa cruce Christum mori cõmuniter æstimabant. In hac itaq; nocte bes
tiæ syluarum,id est,dæmonia,& catuli leonum,quos diaboli corrupta uolũtate genue
runt,ad deuorationem quærẽtes aliquos exierunt,ut escã malitiæ,permittẽte tamẽ dño,
reperirent. Nihil eñ à quoquã fieri potest,nisi quod ipse secreto iudicio,aut ad probatio
nem,aut ad uindictam faciendũ esse permiserit.Nec moueat,q superius diximus, besti
as syluarũ multitudines accipi debere nationũ,& hic uideatur significare diabolũ cũ mis
nistris,quoniã iste in scripturis diuinis creberrim⁹ usus est,ut una res personis sibi disere
pantibus applicetur. Ortus(inquit)est sol &c. Quum in passione dñi factæ fuissent tenẽ
bræ,dæmones ad escam sibi quærendam, dño permittente, proruperunt, quia inuenire
poterant corda titubantiũ. Tunc autẽ quando ortus est sol, id est, resurrectio sancta de
clarata est,maiestatem eius minime sustinentes, in suis se trepidi cubilibus abdiderunt, Psalm. 21 e
id est,in pertinaciũ pectoribus collocarunt,ut qa cunctis suadere nõ poterant, saltẽ quos
rapiens,& rugiens. Metaphora(inquit)introducta est à consuetudine ferarum, quæ aui
dẽ os aperiunt,quando aliquid deglutire contendunt. In me autem dixit,id est,cõtra me Lucæ 23 e
cũ detestabili adunatione dicebant:Crucifige.crucifige.Os suum.Reuera suũ,quod non Ibidem
illis sapientia aperuit,sed cogitatio scelerata referauit.Sicut leo rapiens, & rugiens. Ra
piens pertinet ad insanissimam seditionẽ,quandò eum raptum traxerũt ad tribunal præ Psalm.21 c
sidis audiendum,rugiens uero ad blasphemas uoces,quibus clamauerunt crucifige,cru
cifige.Et infrà eodem psalmo scriptum est:Salua me de ore leonis,& à cornibus unicor
nium humilitatem meã:De ore(inquit)leonis,id est,de potestate diaboli, qui bene com
paratur feris,quoniam humanis semper delectatur exitijs. Sed forte aliquib⁹ scrupulus
inde nascatur,quare frequenter una res & optimis personis aptatur,& pessimis,dicendũ
est,q ad similes partes debeat applicari. Vnamquanq; rem diuersas certũ est habere qua
litates,ut leo,de quo nũc sermo est,habet fortitudinem,propter quam beluarum rex ap
pellatur,habet & truculentam sæuitiã,propter quod ferox dicitur. Quapropter fortitu
do eius,& potestas Christo merito cõparatur,ut est illud:Vicit leo de tribu Iuda. Ferocia Apoc.5 b
uero ipsius,diabolo cõpetenter adiungitur,Sicut Petr⁹ Apostolus dicit: Aduersarius ues 1.Petri 5 b
ster diabolus sicut leo rugiens. Ita fit,ut unum animal consideratis eius qualitatibus, res
pondeat &c.& à leonibus unicam meam,hoc pacto scribit:Quando respicies pro confue Psalm.34 c
tudine infirmitatis humanæ dicitur,cui morosum uidetur quodcunq; futurum est: quæ
mox,ut cupit aliquid,festinat implere.Restitue uero dixit,quasi ereptã redde,hoc est,pre
sta refurgere malefactis,qa iniuste probatur occasus. A leonibus eñ,à potestatibus cruẽ
tis,atq; crudelibus significat.Vnicã,quidẽ carnem dñi aduertere uoluerunt,quę licet sit is
ta cõmunis,unica tamẽ facta est,quia de uirgine,quia sine peccato,qa sociata est uerbo,
hoc est, dei filio. Siue unicã,catholicã Ecclesiam intelligamus,quę in toto mũdo una est
& delectatione magna unica nũcupatur,à qua hæreticoꝝ conuenticula omnimodis exs
cisa duntur. Nam ut probes ipsam dici unicam,sequẽs uersus ostendit,qui de Ecclesia lo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuturus est. Et respice rerum ordinem pulcherrime fuisse seruatum. Prius pro resurrecti
one sua deprecatus est, quæ re uera iam contigit, dehinc postulauit de Ecclesiæ liberatio
ne, quæ tempore iudicij ab omni erit inquietudine munienda. Et diuus Hieronymus ex-
Esa.65.d ponens illud Esaiæ, & leo, & bos comedent paleas: Quando (inquit) uiri disertissimi, &
quondam apud seculum potentes, scripturarum se tradunt rusticitati, ut nequaquam se
culari pascantur eloquentia, quę instar mellis stillat de labijs meretricis, sed utilitatem,
& paleas sequantur historiæ, donec multo labore, atq; industria mereantur ad frumen
tum sensuum peruenire. De quibus paleis, & frumento, Hieremias loquitur: Quid paleis
Hier. 23 f ad triticum, dicit dominus? Et exponens illud Hieremiæ, Ascendit leo de cubili suo, &
Herem. 4 b prædo gentium se leuauit: Iste est (inquit) uerus Nabuchodonosor, de quo & beatus Pe-
1. Petri 5 b trus Apostolus loquitur: Aduersarius uester diabolus quasi leo rugiens &c. Ascendit au
Lucæ. 3 e tem uel de abyssis, in quas religandus est, & ne mittatur, exorat, & prædo, siue uastator
Psal. 9 e gentium se eleuauit, de quo dictum est: Omnium inimicorum suorum dominabitur. Et
Iob. 2 a qui gloriatur in conspectu domini, dicens: Circuiui terram, & conculcaui eam. Quis est
Ioan. 14 d enim quem diaboli uenena non tãgant, nisi ille solus, qui potest dicere: Ecce uenit prin-
ceps mundi huius, & inuenit in me nihil? Iste crebro ponit omnem terram Ecclesię in so-
litudinem, ut egressi de Ecclesia, pugnent contra Ecclesiam, de quibus loquitur Ioannes
1. Ioan. 2 e Euangelista: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permã
sissent utiq; nobiscum. Ciuitates uastantur terrę Iudææ, & hæreticorum florent concilia-
bula. Si quis ergo fautor, & autor est peruersorum dogmatum, de hoc dici potest: Ascen
dit leo de cubili suo &c.

Quid leæna mystice significet. Cap. XXII.

Iob 28 b QVid leęna mystice significet, dictum est partim in dictione, Leo. Et in Iob scriptum
est, Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leęna: Institores
(inquit) prophetę sancti uocati sunt, qui Synagogę mores ad fidē instituere cura
uerunt prophetando. Quorum nimirum filij, sancti Apostoli nuncupãtur, qui ut deum
hominem crederent, ad eandem fidem ex eorum sunt prędicatione generati. De quibus
Psalm. 44 d Ecclesię per Psalmistam dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos super
omnem terram. Sed quia repulsi Apostoli, à synagogę finibus sunt egressi, recte nunc dis
citur, Non calcauerunt eam filij institorum. Calcarent quippe eam institores prædi
dicatores sancti eiusdem synagogę uitia calce uirtutis premerent. Si autem institores e-
osdem sanctę Ecclesię prędicatores accipimus, institornm filios, pastores, & doctores,
qui Apostolorũ uitam secuti sunt, nihil obstat intelligi. Qui synagogam minime calca-
uerunt, quia dum eorũ patres, id est, Apostoli ab illa repulsi sunt, ipsi quoq; ab eius uo-
catione cessauerunt. Per quam uidelicet synagogam leæna non pertransijt, quia sancta
Ecclesia collectioni gentium dedita, nequaquam sese ad illum Iudæę populum diutius
occupauit. Recte autem Ecclesia leęna nuncupatur, quia male uiuentes in uitijs, ore san-
ctę prędicationis interficit. Vnde & ipsi primo pastori quasi huius leænę ori dicitur: Mas
Act. 10 b cta, & manduca. Quod mactatur quippe, à uita occiditur, id uero quod comeditur, in
comedentis corpore commutatur. Macta ergo, & manduca dicitur, id est, à peccato e-
os, in quo uiuũt, interfice, & à seipsis illos in tua membra conuerte. Et quia hęc Eccle-
sia corpus est domini, ipse etiam dominus Iacob uoce leo uocatur ex se, leæna uocatur
ex corpore, dum ei sub Iudę specie dicitur: Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens
accubuisti ut leo, & quasi leęna. Quis suscitabit eum? Hęc igitur leæna nequaquam dis-
Gen. 49 b citur, quia per Iudæam transijt, sed non pertransijt. Apostolis nanque prædicantibus,
Act. 3 c prius ex illa tria milia, postmodum quinque milia crediderunt. Ecclesia itaq; per synago
Act. 4 a gam trãsijt, sed non pertransijt, quia ex illa ad fidem paucos rapuit, sed tamen illum in-
Iob. 20 c fidelem populum à perfidia funditus non extinxit. Et exponens illud Iob, Et propter su
perbiam, quasi leęnam capies me: Leęna (inquit) quum escam catulis exquirit, inhianter
in foueam captionis ruit. Sicut enim ex quibusdam regionibus fertur, fit in eius itinere
fouea, in quam pecus deponitur, ut illuc se eius appetitu proijcere leęna prouocetur, quę
angusta simul, & alta pręparatur, ut in eam ruere ambiendo ualeat, sed hanc saliendo

nullo modo euadat. Alia quoque fouea, quæ priori cohæreat, effoditur, quæ tamen ei,
in qua pecus est, extremæ partis apertione coniungitur, in qua nimirum cauea ponitur,
ut leęna corruens, quia desuper terroribus urgetur, quum quasi in secretiori parte foueæ
occultare se appetit, caueam uolens intret, cuius iam sęuitia nequaquam pertimescitur,
quia clausa in cauea leuatur. Quæ enim sua sponte in foueam corruit, ad superiores par
tes circunsepta uectibus redit. Sic, sic nimirum humana mens capta est, quę in libertate ar
bitrij condita, dum nutriri desideria carnis appetiuit, quasi leęna catulis escam quæsiuit,
atque in deceptionis suæ foueam cecidit, quę suadente antiquo hoste, ad cibum prohibi
tum manum intendit, sed in fouea protinus caueam inuenit, quia sponte ad mortem ue-
niens, corruptionis suæ mox carcerem pertulit. Sed quum multa agere conatur, & non
ualet, eiusdem corruptionis suę obstaculis, quasi caueæ uectibus, ligatur, atque ad au-
ras liberas, gratia interueniente, reducitur. Iam quidem eam, in quam ceciderat damna-
tionis foueam, euasit, quia secuturę mortis supplicium, manu redemptoris adiuta, ad ue-
niam redeundo superauit. Sed tamen coartata, caueam tolerat, quia supernę quoque di-
sciplinę nexibus cingitur, ne per carnis desideria uagetur. Quæ ergo spõte sua in foueam
cecidit, ad auras liberas clausa redit, quia & per libertatem arbitrij in culpam corruit, &
tamen hanc à suis motibus, conditoris gratia coactam, nolentemq; constringit. Post
foueã itaq; caueam patitur, quę erepta ex ęterno supplicio, à prauę uoluntatis motibus,
sub cœlestis artificis dispensatione religatur. Recte igitur dicit: Et propter superbiam
&c. quia & liber homo per cibum sibi mortem intulit, & reductus ad ueniam, sub disci-
plina melius clausus uiuit. Quasi leęna ergo propter superbiã captus est, quia inde nunc
eum disciplina suæ corruptionis deprimit, unde transgressionem præcepti non timens,
audacter in foueam saltum dedit. Sed si parumper obtutus mentis à culpa primi paren-
tis auertimus, nos adhuc quotidie, ut leænam capi per uitium elationis inuenimus. Sæpe
nanq; homo acceptis uirtutibus in audaciam suæ pręsumptionis erigitur, sed mira dispẽ
satione pietatis, ante eius oculos res quęliber, in quã corruat, ordinatur, dumq; per culpã
aliquid appetit, quid aliud, quàm prędam in fouea concupiscit? Sua spõte inhians, cadit,
sed suis surgere uiribus nõ ualet, qui quũ se nihil ex se esse cõsyderat, discit proculdubio,
cuius adiutorium requirat. Quem tamẽ superna miseratio captum, quasi à fouea euehit,
quia hunc infirmitate cognita ad ueniam reducit. Leænę itaq; more propter superbiã ad
superiores partes in caueam remeat, qui, quum de uirtute extollitur, lapsus ad desideria,
in humilitate religatur. Quia enim prius propria pręsumptione perierat, mira pietate agi
tur, ut infirmitatis suę iam notitia clausus, uiuat. Quod quia sanctus uir crebro accidere
hominibus conspicit, nostri in se periculi uocẽ sumit, ut quũ eius fletus agnoscimus, quę
in nobis sunt flenda, discamus. Et lib. 30. cap. 11. exponẽs illud Iob, Nunquid capies leę Iob 38 d
næ prędã, aut animã catulorum eius implebis? hoc modo scribit: Ista nimirum illa leęna Iob 28 b
est, de qua Iob dicebat: Non calcauerunt eam filij institorũ, nec pertransiuit per eam leę-
na. Huic ergo leænę dñs prędam capit, ut animã catulorũ eius impleat, quia ad augmen
tum huius Ecclesię innumeros de gentilitate diripuit, & per animarum lucrum esuriẽtia
Apostolorum uota satiauit. Ipsi quippe catuli pro mentis teneritudine, & formidinis in-
firmitate uocati sunt, qui passo domino clausis foribus residebãt, sicut de illis scriptũ est.
Quum esset sero die illo, una sabbatorum, & fores essent clausę, ubi erant discipuli con- Ioan. 20 c
gregati propter metũ Iudęorum, uenit Iesus, & stetit in medio eorum, unde hic quoq; de
fidem catulis apte subiungitur: Quando cubãt in antris, & in specubus insidiantur. Quũ
enim nequaq; sancti Apostoli contra mẽbra diaboli in uoce liberę prędicationis exurge
rent, & necdũ post passionẽ dñi sancti spiritus effusione solidati, redemptorẽ suum firmæ
auctoritate prædicarẽt, adhuc cõtra aduersarios suos quasi in antris insidiabãtur. Clausis
quippe foribus, quasi in quibusdã abditis specubus suis, catuli rapturi mundũ, cubabant,
ut animarũ prędam, postmodum præsumentes, diriperent, de quibus certũ est, q̃ mundi
impetũ, etiam sibimetipsis latẽdo formidarẽt. Illis foribus clausis isti canuli mortẽ mor-
tis nostræ insidiati quęsierunt, ut culpam nostrã interficerẽt, omnẽq; in nobis peccati uis
tã necarẽt. Horũ primo illi esurienti catulo, sed iam ualẽti, ostẽsa per linteum gentilitate,

quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.10 b
Luc.24 g

quasi monstrata præda,dicitur:Macta, & manduca. His catulis uelut adhuc infirmis,ut cubare in antris debeãt,iubetur, quum eis uoce dominica dicitur: Sedete hic in ciuitate, quoadusq; induamini uirtute ex alto. An non recte leænę catuli uocãtur,qui in Ecclesia ædiți,aduersantem mundum ore rapuerunt? Et hęc quidem facta à sanctis Apostolis no nimus,hæc nunc etiam fieri à perfectis doctoribus uidemus. Ipsi enim & si subsequentiũ populorum patres sunt, tamen præcedentium filij, unde & non immerito catuli uocantur. Vel certe quia & si quorundam fidelium magistri sunt,uniuersalis tamen Ecclesię discipulos se esse gloriantur. Leænę itaq; prędam dominus capit, quia uirtute suę inspirationis ab errore uitam delinquentium diripit,& animas catulorum illius replet,quia conuersione multorum pijs doctorum desideriis satisfacit. De quibus catulis bene subiungitur: Quando cubant &c. Neq; enim cuncta tempora doctrinæ sunt congrua. Nam plerunq; dictorum uirtus perditur,si intempestiue proferantur. Sæpe uero & quod lenius dicitur,conuentu temporis congruentis animatur. Ille ergo scit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. Quid enim prodest eo tempore irascentem corripere, quo alienata mente non solum aliena uerba percipere, sed semetipsum uix ualet tolerare? Furentem quippe, qui per inuectionem corripit,quasi ei,qui non sentiat plagas,ebrio imponit. Doctrina itaq; ut peruenire ad cor audientis ualeat, quæ sibi congrua sint temporum momẽta perpendat. Bene ergo de his catulis dicitur: Quando cubant &c. Doctores enim sancti quãdo & arguenda conspiciunt, & tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, & uelut in antris se contegunt, quia in suis cordibus occultantur, sed quum oportunum tempus inuenerint, repente prosiliunt, nulla quæ dicenda sunt, reticent,& ceruicem superbientium morsu asperæ increpationis tenent.

Cap. XXIII.

Quid lepra,leprosusq; mystice significent.

Leuit.13

SPecies lepręs(ut inquit Origenes homilia octaua super Leuiticum) sex propositas esse de hominum lepra inuenimus, quæ hoc modo describuntur. Aut enim in cute corporis fit cicatrix, & signum ex albidum,& in cute corporis eius contagio lepræ, aut efflorens efflorebit lepra,& cõteget omnem cutem contagio à capite usq; ad pedes eius. Tertia species,quum in cute carnis fit ulcus,& sanatur,& fit in loco ipso ulceris cicatrix alba. Aut in carnis cute fit adustio ignis,& post hæc sanata adustio erit lucida,& alba,aut cum rubore cãdida. Quinta species,quum uiro,aut mulieri fit in capite,aut in barba cõtagio lepræ. Vltima uero scribitur species, quum fit in caluitio,uel in recaluatione contagio lepræ rubicundæ,quæ est lepra efflorens in caluitio, uel in recaluatione. Hæc ut compendio expositionis utamur (quoniam quidem nunc propositum nobis est breuiter auditores ex his quæ recitata sunt admonere, nec est tempus ad liquidum singula quæque discutere) referenda mihi uidentur ad unamquanq; speciem peccatorum, & in his maculæ animæ,quę ex peccatis accidunt,intuendæ. Dicendum igitur primo est,designari per hęc peccata quæ in hac uita positi committimus,ex quibus aliqua curari nũc possunt,aliqua uero non possunt. Secundo uero & de illis ipsis, quæ post hanc uitam nobiscum transeunt, significari intelligendum est, esse & in ipsis quædam ita animabus infixa, ut neques ant aboleri. Alia uero esse quæ purgationem possint recipere secundum inspectionem, & iudicium pontificis illius, quem occulta latere non possunt,quiq; dispensabit animas singulorum secundum quod in eis maculas lepræ aut expiabiles, aut inexpiabiles uiderit. Cuius rei differentias de præsenti lectione colligere,& per singula secundum scripturæ huius indicium, quę possunt nos mouere, rimari ex tempore iste sermo non patitur. Nos ergo pro uiribus nostris, quantum proferri in medium conuenit,exequemur. Apostolo nobis Paulo pandente intelligentiæ uiam,qua dicit legem umbram habere futurorum bonorum,non ipsam imaginem rerum,& secundum id quod ea,quę de bobus in lege uidentur scripta,non de bobus,quorum deo cura non sit,sed de Apostolis aduertenda pronunciat,in quo consequenti utiq; ratione edocemur, quod & ea,quę de lepra scribuntur,umbra sit, in alijs habens imaginem ueritatis. Igitur adhibeamus primo(si uidetur) ipsam scripturę umbrã,& tunc de eius ueritate reqramus. In uulneribus corporũ posteaquam curata fuerint, remanet interdũ ipsius uulneris signum, quod cicatrix appellatur. Vis

Hebr.10 a
2.Cor.9 d

Vix enim est,qui ita curetur,ut nullum susceptı uulneris residere uideatur indicium. Trã si nunc ab ista legis umbra ad ueritatẽ eius,& intuere quomodo anima,quæ peccati uulnus acceperit,etiam si curetur, tamen habet in loco cicatricem uulneris residentẽ,quæ cicatrix nõ solum à deo uidetur,sed & ab ijs,qui acceperint ab eo gratiam, per quã uidere possint animæ languores,& discernere quæ sit anima ita curata,ut omni genere uestigiũ illati uulneris adiecerit,& quę curata sit quidem, sed ferat adhuc ueteris morbi ipso uestigio cicatricis uestigia. Quod autem sint quædam animæ uulnera,Esaias docet,dicens: A pedibus usq; ad caput, non est in eo sanitas, sed uulnus, & liuor,& plaga. Cum feruore de delictis hæc proculdubio loquens,populo insinuat,quia sint aliqui,quibus possit adhuc medicamẽtum malagmæ imponi: alij uero, quod sint in tantũ peccatores,ut eis nec cura possit adhiberi, hoc modo idem propheta designat: Non est(inquit) malagma imponere,neq; oleum,neq; alligaturas. Quod autem contritio,& plaga doloris per correptionem,curæ causa imponatur animę,Hieremias docet,dicens: Sic dicit dominus: Sucitaui contritionem, plaga tua cum dolore,non est qui iudicet iudicium tuum, cum dolore curata es, non est utilitas in te. Omnes amici tui obliti sunt tui,nec iam interrogabunt de te,quia plaga inimici percussi te,correptiõe ualida pro omni iniquitate tua. Quomodo multiplicata sunt peccata tua? Quid uociferaris super contritione tua? Violentus est dolor tuus,propter multitudinem iniquitatum tuarum,præualuerunt peccata tua,& fecerunt tibi hæc. Propterea omnes qui deuorant,deuorabuntur,& omnes inimici tui carnes tuas deuorabunt. Et erunt qui te afflixerunt,in afflictione, & omnes qui deuastauerunt te,dabo in deprædationem, quoniam reuocabo sanitatem tuam,& uulneris tui dolorem reuocabo à te, dicit dominus. Memento diligentius, quæ audieris à propheta de uulneribus,& cicatricibus,& de tumoribus dici. Hæc enim nobis necessaria sunt ad expositionem cicatricum,uel uulnerum, uel aliorum huiuscemodi, quæ in lepræ inspectionibus memorantur. Addemus tamen adhuc, quæ in alio loco idem Hieremias ad animæ uulnera & curas,in quibus tamen uestigia uulnerum resideant post obductam cicatricẽ, his sermonibus memorat: Ecce ego adducam cicatricem eius,& simul curabo eos,& manifestabo eis pacem,& fidem,& conuertam captiuitatem Iuda, & captiuitatem Hierusalem. Si ergo sufficienter à propheta didicimus de uulneribus, & cicatricibus animarum, & curis, ac sanitatibus, quæ deo medicante inferuntur, intuere nunc illam animam, de qua dicit deus: Quia ego adduxi cicatricem eius. Post uulnera fine dubio cicatricem adducit ob sanitatem. Et curaui(inquit) eos,& manifestabo eis pacem, & fidẽ. Si ergo post cognitionem,& medicinam dei, si post manifestationem pacis, & fidei, quam per Christum suscipimus, rursum in ista cicatrice ascendat aliquod peccati prioris indicium, aut signum aliquod erroris ueteris innouetur,tunc fit in cute corporis nostri contagio lepræ inspicienda per pontificem, secundum ea, quæ legislator exposuit.

Esaiæ. 1 b

Hiere. 30 b

Hiere. 30 d

Cap. XXIIII.

De alijs quinq; speciebus lepræ.

SEcũda uero species est lepræ,si efflorueri(inqt)in cute, ita ut tegat omnẽ cutẽ corporis,à capite,usq; ad pedes,per omnia quæcunq; sacerdos inspexerit. Quũ ergo omnẽ cutẽ corporis obtexerit, tũc mundũ eum esse sacerdos à cõtagione pronũciat. Sed in qua cunq; die apparuerit in eo color uiuus, rursum iudicatur immundus,per hoc quod in eo color uiuus apparuerit,quẽ ante nõ habuit. De hoc quidam etiam ante me dixerunt,colorẽ uiuũ indicare rationẽ uitæ,quę in homine est, Quãuis enim in anima posita sit,quam diu tamẽ nõ habet usum,si quid peccatur,nõ reputatur,pro eo quod uideatur nondũ rationis capax esse,is qui delinquit: quũ autem ratio in eo locũ, ac tempus inuenerit,si quid iam cõtra rationẽ agat,uideri eũ iure culpabilẽ. Nos autẽ diligẽtius,quæ scripta sunt contuentes, arbitramur magis hæc de illis accipiẽda,quibus uel phrenesi, uel furore,uel quocunq; excessu occupatus, uel oppressus est sensus, & agunt contra rationẽ. Mundi ergo isti à lepra,id est,immunes,uocantur à peccato,quia actus sui,uel motus,non habent sensum. Quod si forte apparuerit in eo uiuus color corporis, hoc est, sensus sui reparata in eo fuerit sanitas,& post hęc aliquid contra rationẽ recti,iustiq; gerat, reputari ei peccatũ dicitur ex ea parte,qua uiuus color, id est, sensus in eo uiuæ rationis apparuit. Tertia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpecies de leproſis eſt,quum in cute corporis ulcus efficitur,& in loco ulceris cicatrix alba cum rubore inuenitur. Vlceris autẽ cauſa eſt,quum in corpore humor ſordidus abundat & noxius. Ita ergo & in anima ulcera intelliguntur ea, quæ ex immundis cupiditatibus, uel ſordidis cogitationibus efferueſcunt. Quæ ſi forte per fidei gratiam, & remiſſionem curata ſunt peccatorꝝ,& ſanata facta eſt anima,reſidet tamẽ cicatrix, & ipſa cicatrix non habet ſimilẽ corporis colorem,ſed eſt albior,lepra eſſe pronunciatur. Ita enim lucide uis- 1.Ioan.5 d. dentibus eſt clara cupiditas,ut eam porro uidẽtibus peccati in ſe reſidentis oſtendat indi- cia,& fortaſſis peccati talis,quod ad mortẽ ſit. Et ideo nõ ſolum alba cicatrix eſſe, ſed & rubicunda deſcribitur. Quod uero humiliorẽ ipſam cicatricem dicit uideri, certum eſt, quia huiuſmodi peccati macula humilem,& deiectam animã facit. Quarta erat ſpecies, ubi dicitur,qa ſi in cute fiat aduſtio ignis,& poſt hæc,quũ ſanata fuerit aduſtio, ipſa ſplẽ dida fiat,& alba cũ rubore,uel certe exalbida,& uiſio eius humilior reliqua cute, & hoc dicit eſſe lepram,quæ in aduſtione efflorũerit. Vide ergo ſi nõ aduſtio eſt in omi anima, quæcunq; recipit iacula maligni ignita, aut ſi nõ igni aduritur,omnis q ardet amore car nali. Iſtæ ergo ſunt aduſtiones,& ſuccẽſiones ignis. Sed & ille aduſtionem patitur,q glo- riæ humanæ cupiditate ſuccenditur,& qui iræ, uel furoris æſtibus inflãmatur. Quod ſi Ioan.5 c forte curetur ab his uulneribus anima per fidem,& poſt ſanitatem receptã, contẽpto eo, qui dixit,Ecce iam ſanus factus es,noli amplius peccare,ne qd tibi deterius cõtingat, in- cipiat ueteris uitij fructus ex obducta cicatrice proferre,nec exequetur cicatrix ad reliqui corporis cutem,ſed fit humilior,& illũ adhuc retineat colorem,quẽ habuit lepræ tempo re,lepra eius in aduſtione refloruit,& ideo immundus à ſacerdote iudicatur. Quinta ſpe cies leprę eſt,quum in capite cõtagio efficitur,aut in barba uiri,ſiue mulieris capite, ita ut uiſio cõtagionis ipſius humilior ſit cute corporis,& hæc eſt lepra capitis,uel barbæ. Vide ergo ſi poteſt fieri,ut lepra capitis putetur in eo,qui non habet caput Chriſtum, ſed aliũ aliquem,uerbi cauſa,Epicurum,uoluptatẽ ſummum bonũ prædicantẽ,non tibi & caput & barba talis hominis uidetur immunda? Sed & is,qui,quum debeat eſſe uir,& agere tãs quam perfectus,ſi forte facile tanquam puer uincatur à peccato,etiam ipſe lepra barbæ habere dicẽdus eſt,qa quum uincere deberet malignũ,& ſacerdotali honore (q in barba deſignatur) incedere,adoleſcentiæ uitijs impeditus, lepra barbæ perpetitur. Mulierẽ aus- tem,animã in ſcripturis indicari eam,quæ nõ tam ꝓferre ſemen uerbi,q̃ ſuſcipere poteſt, 1.Cor.11 a ſæpe dictum eſt. Quæ lepram habere deſignatur in capite, ſi uirũ, qui caput mulieris eſt, id eſt,doctorem pollutum habeat,& immundum,ut Martionem, aut Valentinum, aut aliquem eiuſmodi. Sequens ſexta iam,& ultima ſpecies lepræ ponitur, quæ ſit in calui- tio,uel recaluatione,quæ res,quantum ex ſeipſis,mundæ ſunt. Sic enim dicit lex: Si cuius (inquit) defluxerint capilli capitis,caluus eſt,mundus eſt: ſi autem à fronte eius defluxe- rint,recaluus eſt,mundus eſt. Conuenienter hæc referantur ad animam: ut cum ea, quæ ſui natura emortua ſunt,abijcit,ac deponit, munda eſſe dicatur. Sed poſt hoc, ſi ea, quæ prius purificata fuerant,repullulare ſordidius,& humilius, q̃ dignitas puritatis expetit, & munditiæ,uidebuntur,immundam,ac leproſam animam reddent.

De his quæ ſeruari mandatur à leproſo. Cap. XXV.

EX hoc iam generaliter de omni leproſo,in quo fuerit contagio lepræ, & humilior uidebitur reliqua cute (humilius nanq; eſt omne animæ uitium reliquis eius uirtu- tibus) lex quæ ſpiritalis eſt,talia quædam decernens. Veſtimenta (inquit) eius diſſuta ſint & caput eius reuelatum,& os eius adopertum. Per quæ deſignat,eum qui in anima lepro ſus eſt,id eſt,qui peccatis confixus,non oportere aſſuere ſibi tegumenta, & turpitudines operire peccati. Sicut enim is cuius ueſtimenta diſſuta ſunt, nudam, atq; intectam gerit turpitudinem corporis,ita oportet eum q peccatis aliquibus obſeptus eſt,mala ſua,& ſa- gitia nullis uerborꝝ aſſumentis,nullis excuſationũ uelaminibus operire,ut in eo fiat ſe- Matt.23 c pulchrum dealbatũ,quod deforis quidẽ apparet hominibus ſpecioſum,intus autẽ plenũ eſt oſſibus mortuorꝝ,& omni immũditia. Vult ergo lex diuina,peccatorem nõ ſolum ue- ſtimenta nõ aſſuere,ſed & caput nõ contegere,ut ſi quod eſt capitis delictũ,id eſt,ſi in deo aliquid commiſſum eſt,ſi in fide peccatũ eſt,ne hæc quidẽ habeantur obtecta, ſed omnis hu-

bus publicentur,ut interuentu, & correptione omnium emendetur,& ueniam mereatur. Veruntamen leproſus iſte os tantũmodo iubetur obtegere. Quid eſt hoc,ꝙ omnes cor- poris partes nudas habere præcipitur,& os ſolum iubetur operire? Nõne palàm eſt,& in aperto poſitũ,ꝙ ei qui in lepra peccati eſt, clauditur ſermo, clauditur ei os,ut fiducia ſer- monis,& docendi autoritas excludatur? Peccatori enim dixit deus: Quare tu enarras iu- Pſal. ſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? Clauſum ergo habeat os peccator, quoniam qui ſeipſum non docuit,quomodo alium docere poteſt? Docere alium non po teſt,& ideo os ſuum iubetur operire,qui male agendo, loquendi perdidit libertatem. Im mundus (inquit) erit,& ſeparatus ſedebit foris,extra caſtra erit conuerſatio eius. Clarum eſt, ꝙ omnis immundus abijciatur à conuentu bonorum, & ſegregetur à cœtu, caſtriſq; ſanctorum,& ideo dicitur,quia extra caſtra erit conuerſatio eius. Quod ſi forte munda tus fuerit,ſponte quidem,& à ſemetipſo non uenit ad ſacerdotem,ſed aufertur inquit ab alio,nec intrat in caſtra. Neq; enim conueniens erat,ut eadem die, qua mundabatur,pri uſquam fierent pro eo,quæ competebant,introiret in caſtra. Propter quod ſacerdos (in- quit) exibit ad eum foras extra caſtra. Semper enim ad eum,qui nondum poteſt introire in caſtra,exit ille, qui poteſt exire extra caſtra, qui dicit: Ego à deo exiui, & ueni in hunc Ioan.16 f mundum. Exit ergo ad eum ſacerdos,& conſideraꝛ, ſi iam recepit ſanitatem,ſi à leprę cõ- Leu.14 a & tagione purgatus eſt. Quum autem uiderit eum ſacerdos,præcipit, ut accipiantur galli- Num.19 c nę duę uiuę ei qui mundatur,& lignum cedrinum,& coccum tortum, & hyſſopum. Videt Leu.14 b tur hic mihi etiam duę iſtæ gallinæ habere ſimilitudinem quandam duorum hircorum, ex quibus unus domino offertur,alius in eremũ emittitur. Ita enim & hic ex duabus gal linis una immolatur,& alia in campũ dimittitur. Dat ergo & hic qui purgatur à lepra a- liquam partẽ quæ abijciatur in eremũ,alia autem pars dño offertur pro eo. Nondum ta men hic qui purgatur à lepra,& offert gallinas,atq; alia,quę pro dño offeruntur,ad alta re offertur,ſicut turtures,aut columbę. Nondum enim eadem die is qui purgatur à lepra, diuino altari dignus efficitur. Propter quod mandat legiſlator,ut eadem die qua purga- tur,accipiantur duæ gallinę ad purificationem eius. Puto autem,ꝙ & hic illius gallinæ intellectus latenter habeatur, per quam purificatio efficitur peccatoris, de qua ſcriptũ eſt: Quoties uoluí cõgregare filios tuos,ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis ſuis, Matt.23 d & noluiſti? Indiget tamen ut per lignum cedrinũ purificetur is, qui purificatur. Impoſſi- bile nãq; eſt ſine ligno crucis peccati lepra poſſe purgari, niſi adhibeatur & lignũ, in quo ſaluatur (ſicut Apo. Paulus dicit) exuit principatus,& poteſtates,triũphans eos in ligno. Col.2 d lungitur tamẽ ad emundationẽ leprę huius etiã coccũ tortũ, ſociatur & hyſſopus. Coccũ tortũ figurã ſacri ſanguinis continet, qui de eius latere per lanceę uulnus exortus eſt. Et hyſſopũ. Hoc genus hærbę naturã habere medici ferunt,ut diluat,& expurget ſi quæ pe Ioan.19 f ſtori hominũ ſordes ex corruptione noxij humoris inſederint, unde & neceſſario in ex- purgatione peccatorũ,huiuſmodi graminis figura ſuſcepta eſt. Coccum uero,quod ſæpe ſumptum ſit ad ſalutis ſubſidia in diuinis referri uoluminibus inuenimus. Sicut in partu Thamar,quum unus (inquit) prior protulit manũ, accipiẽs obſtetrix, coccũ alligauit in manu eius,dicens: Hic exiliet prior. Sed & Raab meretrix quũ exploratores ſuſcepiſſet,& pactũ ab eis ſalutis acciperet,illi: Et pones (inquiunt) ſignũ reſticulã coccineam,& alliga Gene.38 g. bis eam in feneſtra iſta per quã depoſuiſti nos. Obſerua tamẽ & illud ꝙ non ipſe facer- Ioſue 2 c dos immolare gallinã dicitur. Nondũ enim dignus eſt hic,qui fuit leproſus,ut ipſe ſacer dos pro eo immolet,propter quod nec ſanguis gallinæ offertur ad altare. Sed dicet quia occideꝛ gallina in uaſculo fictili, in quod uas aqua uiua ſit miſſa, ut aqua aſſumatur, ad purificationẽ,& cõpleatur plenitudo myſterij in aqua,& ſanguine,quod dicitur exijſſe de latere ſaluatoris,& nihilominus,q̃d Ioãnes in epiſtola ſua ponit,& dicit purificationẽ 1. Ioan.5 b fieri in aqua,& ſanguine,& ſpiritu. Vnde & hic uideo omnia iſta cõpleri. Spiritus enim eſt gallinæ iſtius,quę occiditur,& aqua uiua, quę in uaſe eſt,& ſanguis qui ſuper eum diffuſus eſt. Non quo per hæc iterandam baptiſmi gratiam ſentiamus,ſed quod omnis pu- rificatio peccatorum,etiam hæc quę per pœnitentiam quęritur,illius ope indiget,de cuius latere aqua proceſſit,& ſanguis. Vide ergo quomodo & uiua gallina,& lignum cedri

Universidad de Deusto
Biblioteca

num,& coccus tortus,& hyſſopus tingitur in ſanguine pulli, & aqua uiua, ut ex hoc a-
ſperſus,& purificatus ex aqua,& ſanguine(in quo tincta eſt,& illa gallina, quæ in cam-
pum emittitur)& ſepties coram domino reſperſus is qui purificatur,mũdus efficiatur ab
omni immunditia,qua fuerat ex lepræ contagione poſſeſſus. Sed & illud aduerte, quos
modo,quũ ſuperius dixerit,Hæc eſt lex leproſi,in qua die mãdatus fuerit, nũc his omnis
bus addit,& dicit:Et mundus erit.Si enim ſemel abiecta lepra mundatus eſt, quomodo
adhuc immundus erit?Sed uide quia etiam ſi mundetur quis à peccato, & non ſit iam in
opere peccati,ipſa tamen ueſtigia ſceleris commiſſi purificatione indigent,& ea,quũ ex-
poſuimus,& aliꝭ nihilominus,quæ mandantur in conſequentibus. Obſeruabimus eñ
ad hoc,quod ſcriptum eſt de lepra:In qua die mundatus fuerit,poſt hæc inter cętera, quę
mandantur tertio dictum eſſe,Et mũdus erit,& iterum ad ultimum ſcriptum eſſe:Et mũ
dabitur. Vnde mihi uidetur eſſe quaſdam & in ipſa purificatione differentias,&(ut ita di
xerim)profectus quoſdam purificationum. Poteſt enim &de illo,qui ceſſat à peccato, di
ci:Et mundus erit, ſed non ſtatim ita mundus uidebitur,ut ad ſummum puritatis acceſ-
ſerit.

Cap. XXVI.

DEniq; addit ꝭs,quæ dixerat:In quacunq; die mundatus fuerit,emittetur(inquit)uis
Dua gallina in campum,& lauabit ueſtimenta ſua,is,qui purificatur. Poſt hæc autẽ
Omnẽ(inquit)pilũ radet.Et addit:Et lauabitur in aqua,& poſt hæc ãdditur: Et mundus
erit. Neq; enim ſufficit quod in principio dixerat:Mundus erit,niſi adieciſſet etiam hæc.
Sordida ergo ueſtimenta habuit uſq; adhuc iſte qui purificatur à lepra,etiam poſt aſper
ſionem,& nunc lauare ea iubetur. Quæ tamen ueſtimenta non mihi per omnia mala te-
xturæ uidentur fuiſſe,alioquin abꝭci ea magis,q̃ lauari præciperet.In quo oſtẽditur,nec
que per omnia alienã fuiſſe à deo conuerſationẽ eius,neq; pure in dſio,& integre cuſtos
ditam. Non enim lauaret ueſtimenta,niſi fuiſſent ſordidata,nec iterũ lotis eis uteretur, ſi
ſuiſſent textrini in omnibus alieni. Quod autem radi iubetur omnem pilum,puto,q; qc
quid emortui operis animę poſitæ in peccatis exortũ eſt(hoc enim nunc pili nominãtur)
iubeatur abꝭcere. Peccator eñ omne quod ei ſue in conſilio natũ eſt, ſiue in uerbo, ſiue
in opere,expedit,ſi uere purificari uult,ut eradat,& abꝭciat, nec reſidere aliquid apud ſe
patiatur. Sanctus autem ſeruare debet omnẽ capillũ,& ſi poſſibile eſt,nec aſcẽdere debet
ferrum ſuper caput eius,nec abſcindere aliquid de cogitationibus eius ſapiẽtibus,aut di-
ctis,aut operibus poſſit. Inde deniq; eſt,q; & Samueli ferrum dicitur nõ aſcendiſſe ſuper
caput eius, ſed & omnibus Nazaræis qui ſunt iuſti. Quia iuſto(ſicut ſcriptum eſt)omnia
quæcunq; faciet,proſperabuntur,& folia eius non decident. Hinc & diſcipulorum dñi e-
tiam capilli capitis dicuntur eſſe numerati,hoc eſt,omnes actus,omnes ſermones, oñes
cogitationes eorum ſeruantur apud dñm,quia iuſtæ,quia ſanctæ ſunt. Peccatoq; uero o-
mne opus,omnis ſermo,omnis cogitatio debet abſcindi,& hoc eſt quod dicitur, ut omnis
pilus corporis eius radatur,& tunc erit mundus.Sed & hoc obſerua, q; nõ ſufficit ei poſt
purificationem uel ueſtimenta lauiſſe,uel omnem pilum raſiſſe, niſi & lotus fuerit in a-
qua. Oportet nanq; eum abꝭcere omnes ſordes,omnem immunditiam, nõ ſolum de ue-
ſtimentis,ſed & de proprio corpore,ut nulla in eo macula extinctæ lepræ reſideat. Tere-
tio ergo nunc purificatus,ita demum dignus efficitur ingredi caſtra domini, non tamen
continuo permittitur ei introire domum ſuam,ſed dicitur, ut extra domum ſuã maneat
ſeptem diebus,& radat omnem pilum capitis,& barbæ,& ſuperciliorum, quaſi non ſuf-
fecerit, quod prius omnem pilum raſerat,nunc additur,ut omnem pilum capitis,& bar-
bæ,& ſuperciliorum radat. Idem nanq; uidetur dictum,in eo q; dixerat omnem pilum ra
dendum.Sed non mihi inanis uidetur eſſe iſta repetitio. Vult enim peccatorem perfecẽ
fuerit mundatus,poſteaquam remiſſionem peccatorum per pœnitentiã acceperit,de pur
gatione capitis admonere,& barbæ,& ſuperciliorum, uelut ſi diceret ei: Ecce iam ſanus
factus es,uide ne ultrà capitis contrahas culpam. Capitis enim peccatum eſt aliter quam
fides Eccleſiæ continet,de diuinis ſentire dogmatibus. In barba uero,ut meminerit ſe uo
rilis ætatis depoſuiſſe peccata,& conuerſus fiat ſicut infans. In ſupercilijs autem arrogã
tiam deꝭcit,& male elatum ad humilitatem Chriſti inclinat ſupercilium. Secundo ergo

x.Reg.1 b
Pſal.1 a
Matt.10 d
Ioan.5 c
Mat.18 a

ad hunc modum omnis pilus corporis raditur. Et ſicut hæc geminantur,ita & ueſtimen-
ta ſemel in prima purificatione lauiſſe non ſufficit,ſed ſecundo præcipitur,ut lauet ueſti
menta ſua,& corpus ſuum aqua, & tunc quarto additur: Et mundus erit. Hæc autem fi-
unt intra caſtra quidem,poſito eo adhuc tamen extra domum ſuam.Dicit enim:Poſt ſe-
ptem dies in die octaua,aſſumet ſibi duos agnos. Iam non alius aſſumit,ſed ipſe ſibi aſſu
mit duos(inquit)agnos immaculatos, & ouem unam anniculam immaculatam, & tres
decimas ſimilaginis conſperſæ in oleo, & cyathum olei unum,ut poſt hæc quinta purifi-
catione purificatus,conſummetur.Ex his ergo duobus agnis unus quidem immolatur,
& dicitur pro delicto: In loco (inquit) in quo iugulatur pro peccato, & ubi holocau- Leuit.14 b
ſtomata fiunt in loco ſancto. Ecce iam dignus efficitur,ut offerat ſacrificium,qui potuit
ad quintam purificationẽ peruenire,&hoſtia eius ſancta ſanctorũ fit. alius autem agnus
holocauſtum efficitur,in quo propiciare pro ipſo ſacerdos dicitur,ut purgetur.Igitur pri
mus agnus, qui pro delicto eſt, uidetur mihi uirtutis ipſius formã tenere, quã ſumpſit is,
qui erat in peccatis,per quam potuit propellere affectum peccandi,& malorum ueterum
pœnitudinem gerere. Secũdus uero agnus figuram tenere illius iam recuperatę uirtutis,
per quam abiectis,& procul fugatis omnibus uitijs,integrũ ſe,&ex integro obtulit deo,
& dignus extitit diuinis altaribus. Ouis autẽ quę poſt agnos aſſumitur,fœcunditatẽ pu-
to ꝙ deſignet eius, qui conuerſus eſt à peccato, & totum ſe obtulit deo, qua poſt omnia
in bonorum operum fœtibus utitur,& innocentiæ fructibus pollet. In tria ergo purifica
tionis huius,id eſt,conuerſionis à peccato, ratio diuiditur. Prima eſt hoſtia, qua peccata
ſoluuntur:ſecunda eſt,qua anima conuertitur ad dominũ:tertia eſt fœcunditatis,& fru-
ctuũ,quos in operibus pietatis is q dicitur cõuerſus,oſtendit. Et quia tres iſtę ſunt hoſtiæ
idcirco ſubiungit,& tres menſuras decimæ ſimilaginis aſſumendas,ut ubique intelliga-
mus purificationem fieri non poſſe ſine myſterio trinitatis. Vide autem quod hic in quin
ta purificatione non aſſumitur farina, ſed iam ſimilam habet iſte qui purificatur à pecca
tis.Simila ei aſcribitur,unde habeat iam panem mundum,& hęc oleo conſpergitur.Sed
& oleum eius ad duos uſus diuiditur. Vnum, quo ſimila conſpergitur,alterum,quod ſa- Epheſ.4 c
cerdos accipit integram menſuram cyathi,ut ait.In quo(ut ego ſentio)& panis eius pin-
guis efficitur per miſericordiam, & oleum, quo lux uera,& ſcientiæ ignis accenditur,per Leuit.14 c
manus ſacerdotis capiti eius imponitur.Ita enim dicit:Et ſtatuet eum ſacerdos,qui mun
dat eum in conſpectu domini ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Vide,quia ſacerdotis eſt
ſtatuere eum,qui conuertitur à peccato, ut ſtabilis eſſe poſſit, & ultrà non fluctuare, nec
moueri omni uento doctrinæ. Statuet ergo eum,non ſolum intra caſtra,ſed ad ipſum o-
ſtium tabernaculi teſtimonij ante dominum. Et poſteaquam ſecundum ea quę ſuperius
dicta ſunt,offeruntur hoſtiæ pro purificatione, adhibet(inquit)& cyathum olei,& ſepa-
rat illud ante dominum. Et accipiet(inquit) ſacerdos de ſanguine,& ponet ſuper extre-
mam auriculam eius, qui purificatur dexteram, & ſuper extremam manum eius dexte-
ram,& ſuper extremum pedem eius dextrum. Et poſt hæc(inquit)accipiet ſacerdos non
ipſum cyathũ olei,ſed ex ipſo,& diffundet(inquit)in manum ſuam ſiniſtram,& intinget
digitũ ſuum ſacerdos in oleo,quod eſt in manu eius ſiniſtra, & aſperget ſepties ante do-
minum. Et iterum ex eo quod ſupereſt in manu eiꝰ ſiniſtra, imponet ſuper auriculam ei-
us,qui purificatur,dextram, & ſuper extremam manum eius dextram, & ſuper extremũ
pedem eius dextrum. Et poſt hæc quod relictum fuerit ex oleo, imponet (inquit) ſacer-
dos de manu ſua ſuper caput eius, qui purificatur. Vides quomodo ultimæ, & ſummæ
purificationis eſt aurem purificari,ut purus, & mundus ſeruetur auditus,& manum dex
tram,ut munda ſint opera noſtra, ne aliquid immundum his admiſceatur, & ſordidum.
Sed & pedes purificandi ſunt, ut ad opus bonum tantummodo dirigantur,nec ultrà la-
pſus ſuaſerutis incurrant. Septies autem reſpergit eum ſacerdos ex oleo coram domino.
Poſt omnia etenim,quæ pro purificatione celebrata ſunt,poſtquam conuerſus,& recon-
ciliatus eſt deo,poſt immolatas hoſtias,ordinis erat,ut &uirtutem ſuper eum ſeptempli
cem ſancti ſpiritus inuitaret, ſecundum eum, qui dixerat: Redde mihi lætitiam ſalutaris Pſalm.50 c
tui,& ſpiritu principali confirma me. Vel certe quomodo peccatorũ corda dominus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ 8a Euangelio teſtatur, à ſeptem dæmonibus obſideri, competenter ſepties ante dominum ſacerdos in purificatione reſpergit,ut expulſio ſeptem ſpirituum malignorum de purifi-
cato corde, ſepties excuſſo digitis oleo declaretur. Hominibus ergo conuerſis à peccato,
Lucæ.15 e purificatio quidem per illa omnia datur, quæ ſuperius diximus. Donum autem gratiæ
ſpiritus per olei imaginem deſignatur,ut non ſolum purgationem conſequi poſſit is qui
conuertitur à peccato,ſed & ſpiritu ſancto repleri, quo & recipere priorem ſtolam,& an
nulum poſſit,& per omnia reconciliatus patri,in locum filij reparari.

De altera prædictarũ ſpecierũ lepræ myſtica ſignificatione. Cap. XXVII.

Leuit. 13 a RVpertus autem prædictas enarrans lepræ ſpecies ſecundum diui Hieronymi trãſla-
Titum 3 c tionem,hoc pacto ſcribit:Homo in cuius carne,uel cute ortus fuerit diuerſus color
&c.Primum(inquit)ad hæc Apoſtoli conuocemus imperium,dicentis hæreticum homi-
nem poſt primam,&ſecundam admonitionem,deuita,ſciens quia ſubuerſus eſt,qui eiuſ-
modi eſt,& delinquit,quum ſit proprio iudicio condemnatus. Profecto ſicut in hac ſane-
cta,& iuſta,& bona lege eſt,quando debeat homo conſideratus à ſacerdote ſtatim lepræ
condemnari,& ad arbitrium eius ſeparari, & eſt quando debeat ſemel, & iterum inclu-
di,ac die ſeptimo conſiderari,ſic in ſancta Eccleſia eſt, quando debeat homo ſtatim, ut à
fide exorbitauerit,hæreticus nunciari, & eſt quando debeat pijs admonitionibus prius ſe
mel,& iterum conueniri.Deniq; ſi is qui ex aduerſo fidei,ueritatiſq; cõſiſtit,talis eſt,ut cũ
non per ignorantiã,ſed per malitiam errare in hypocriſi, fictis uerbis negociari,& loqui-
Act.8b mendacium,nemini dubium ſit,qualis erat Simon ille magus, quum primum ſe Apoſto-
lis ingeſſit,illic non debet ſententia remorari,ſed ſtatim ejcienda,& ſeparanda eſt lepra
nequiſſima,ne corrũpantur cæteri.Ait ergo:Quum uiderit leprã in cute &c. Tũc etenim
pilus in albũm mutatus eſt colorẽ,ipſa & ſpecies humilior eſt carne,& cute reliqua,quã-
do id agitur ſub albedine,& humilitate hypocriſeos,quatenus in errorem mutentur ſim-
plices fidei,quales Apoſtolus prçmunians, dicit: Nemo uos ſeducat uolẽs in humilitate,
Col.2 d & religione Angelorũ,quæ non uidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ,& non
tenens caput, ex quo totum corpus connexum, & coniunctione ſubminiſtratum,& con-
ſtructum, creſcit in augmentum dei. Tunc (inquam) capillorum mutato aſpectu, caro
quoque uiua apparet,quando id,quod prædictum eſt,agitur ſcienter,aut defenditur per
tinaciter, quod & contra ſpiritum ſanctum peccare eſt. Nempe quaſi mortuæ carnis eſt
lepra ignorantis hominis,diſſonans à recta fide loquela,& hæc poteſt remitti. Quaſi uis
uæ autem carnis lepra eſt hominis ueritatem ſcientis blaſphemia, & hęc non remittetur
neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro. Lepra(inquit)uetuſtiſſima iudicabitur,atq; inolita cus-
ti. Contaminabit eum ſacerdos &c. Quod eſt dicere:Non adhibebit diligentiam,ut ma-
nifeſtum corrigat hæreticum,ſed uitabit,& uitandum pronunciabit eum,quia ſubuerſus
eſt,quia incorrigibilis eſt. Sinautem lucens candor &c. Senſus hic eſt:Si non per inanem
gloriam in aſtutia,uel hypocriſi blaſphemiam ſtruere, ſed per ignorantiam errare uiſus
fuerit,ſeorſum inſtruetur, ſenſu ueritatis à fideliſſimo diſpenſatore uerbi totis ſeptem di-
ebus,id eſt,in omnibus ſcripturis diuinitus inſpiratis. Et ſi quidem lepra ultrà non creue-
rit,neq; tranſierit priores terminos, id eſt ſi non defendẽdo errorẽ,reatum ſuum auxerit,
quod facere ſolent omnes hęretici,quorũ diabolus corda ſubuertit,rurſus includet eum
ſeptem diebus alijs,& die ſeptimo conſiderabit,id eſt iterum bona ſpe illum in omnibus
ſcripturis catholicę ueritatis catechizabit, & bene confirmatũ,ſanctę matri Eccleſiæ prę-
Leui.13 b ſentabit,dicens,quia ſcabies fuit,& non lepra,id eſt,ignorãtia deliquit,non malitia. La-
uabitq; homo &c. Iuxta hunc ſenſum ſpirituale in lauandis ueſtibus diſcretio qualis eſſe
debeat,Eccleſiaſtica prudentia non ignorat. Nam qui ab hęretica lepra correctus,ad in-
tegritatem fidei reducitur,qualiſcunq; illa extiterit, dũmodo baptizatus fuerit in nomi-
ne patris,& filij,& ſpiritus ſancti,non illi repetitur lauacrum carnis,ſed tantum confeſſi-
one data,ſpiritum accipit recõciliationis,& remiſſionis peccatorum, qua ſufficienter la-
uentur ueſtimenta,ut homo huiuſmodi mundus ſit. Quod ſi poſtquam à ſacerdote uiſus
eſt &c. Et hoc æquũ eſt. Nã ſi denuo abalienatus fuerit peccator à uulua, & errauerit ab
utero,& locutus fuerit falſa,quæ iam ſpes ſupereſſe poterit? Quomodo enĩ de ignorãtia

poterit excuſari? Igitur & quemadmodum ſupradictus Apoſtolus ait:Hæreticum homi- Titum 3 c
nem poſt primã &c. uidelicet eo q̃ inexcuſabilis,imo & incorrigibilis ſit:ita nunc lex im
mundũ eſſe decernit eum,qui redditus munditię,iterum leprã cõtraxerit. Hoc plane fecit
aliquis,quũ forte aliquo indigẽs negocio, unde in catholica poſſet ei ſubueniri,fidem re
ctã profeſſus eſt,eo q̃ diceretur ei:Non tibi ſubuenietur hic,niſi cõmunicaueris,& rurſus
alio indigens,quo(uerbi gratia)apud Arrianos poſſet ei ſubueniri, rurſus catholicã de-
ſeruit,eo q̃ dicerent Arriani:Non tibi ſubuenietur,niſi hic cõmunicaueris. Sic palea leui
ter,omni uento circunferente,nunc ab area tranſuolat in ſepẽ, nunc rurſus à ſepe refer- Leuit.13 b
tur in aream. Igitur & iuxta hãc legẽ, immunditiæ condẽnabitur,& iuxta Euanglicũ A- 1.Cor.5 c
poſtoli præceptum,quia ſubuerſus eſt,deuitabitur. Sinautem efflorueriț, diſcurrẽs lepra
&c. huius loci myſterio legitime conſonans Apoſtolus,dicit ad Corinthios: Scripſi uo-
bis in epiſtola,ne cõmiſceamini fornicarijs &c. uſq; Auferte malum ex uobiſipſis. Quid
enim eſt, totum à capite, uſq; ad pedes lepra opertum eſſe, niſi fornicarium, aut auarum
eſſe,& omnino tam profeſſione,quàm opere foris eſſe? Quid enim eſt carnem uiuam a-
ſpergi lepra,niſi nominari fratrem,& fornicatorem eſſe,cæteraq; facere opera, fraterno
nomini repugnantia? Igitur efflorẽte, ac diſcurrente lepra in cute, totam à capite,uſq; ad
pedes carnem opertam eſſe, quicquid ſub aſpectu oculorum cadit,idq; conſideratũ à ſa-
cerdote,lepram quidem,ſed munditiſſimã lepram iudicari, eo q̃ omnis in candorem uer-
ſa ſit,& ideirco hominem mundum decerni,id profecto eſt fornicarijs huius mundi,auа-
ris,rapacibus,idolis ſeruientibus licenter commiſceri,nihilq; iudicare de illis,eo quod fo
ris ſint, quos deus iudicabit. Eiuſmodi homo mundus erit(inquit)id eſt,eiuſmodi collo-
quium lege Eccleſiaſtica non te contaminabit, & hoc modo lepra eius tibi mundiſſima
erit. Nam & dominus noſter talibus commixtus eſt, unde & improperabatur illi,quod Lucæ 7 e
eſſet amicus peccatorum,& publicanorum. Alioquin ſi tales uitandi erant,debueramus
& nos,& Apoſtoli de hoc mundo exiſſe,imo & dominus noſter nunquam in hunc mun
dum ueniſſe. E contrario carnẽ uiuam apparere in lepra, uel carnem uiuam lepra aſper-
gi,quod à ſuperiore modo longe diuerſum,uel diſſimile eſt,& idcirco immundum decer
ni,id plane eſt eum,qui nomen habet quod uiuat,qui frater nominatur,& intus eſt,iudi-
cari,& cum eiuſmodi nec cibum ſumi,ſed auferri malum ex nobiſmetipſis. Quid ſi abun
dantiori triſtitia frater abſorptus fuerit? Nunquid omnino relinquetur,dum idcirco dũ- 2.Cor.2 b
taxat tradi debeat Satanæ in interitum carnis,ut ſpiritus ſaluus fiat in die domini? Præ-
miſſo ergo:Caro enim uiua ſi lepra aſpergatur, immunda eſt,continuo ſequitur:Quod 1.Cor.5 b
ſi rurſum uerſa fuerit in alborem &c. Quod idem eſt,ac ſi dicat:Si abundantiori triſtitia
fuerit abſorptus, imo & antequam penitus abſorbeatur, intuebitur eum ſacerdos, is ſci-
licet,qui infirmarum curam ſe nouit accepiſſe animarum,& non ſuper ſanas tyränidem,
& proinde ſacerdos legitimus eſt. Intuebitur (inquam) eum pio intuitu, & confirmabit
in illum charitatem,mundum eum eſſe decernẽs, uidelicet ut eum,qui ſe illi in colloquio
ſociauerit, non iudicet æqualem debere ſortiri excommunicationis uindictam, ſed poti-
us immittat ſapientes,qui quaſi occulte conſolentur fratrem fluctuantem. Caro,& cutis, Leuit.13 c
in qua ulcus natum eſt &c. Hactenus indiſtincte de lepra qualiſcunq; hæreſis, ſancta, &
myſtica lex locuta eſt,nunc diſtincte loquitur, primum de lepra hæreſiarchę,id eſt eius à
quo hæreſis orta eſt,& eius,qui non proprio uitio, ſed alieno inductus hæretica tabe pol
latus eſt. Deniq; quod ulcus innatum, & combuſtio propriis cauſis differunt,hoc reatus
hæreſiarchæ, & eius qui ab illo ſeducente in anima combuſtus eſt, differt. Nam ille pro-
prio uitio ulceratus,mortiferum uirus concepit, iſte imprudens forte,dum diuiti hæreti-
co adulando quodammodo ad prunas diſtenditur, & calefit crepitantis fornaculæ ſcin-
tillis euolantibus,in crure aduſtus eſt. Vtriuſq; lex,eadem eſt. Parum quippe differt in cri
mine decipere,& decipi poſſe. Quum(inquit)uiderit ſacerdos &c. Quę uidelicet lex,quia
ſuprà dicta eſt, iam cætera proſequamur, Hoc tamen non prætereundum, quia tunc in
carne,uel cute,iam ſanato ulcere,quod innatum fuerat,plaga lepræ orta eſt,quando ho-
mo uitioſus magnarum opum, magni, & ardentis ingenij, de proprio uitio correptus,
ab Eccleſia deterior factꝰ eſt, & unius(uerbi gratia)carnalis uitij,quaſi ulcere ſanato,uel

Universidad de Deusto
Biblioteca

constricto,in hæresim lapsus est, fecit schismata, turbauitq; catholicam pacem, propria
inflāmatus iracundia. Talis Nicolaus de actibus Apostolorum, septimus diaconus de
zelo pulcherrimæ cōiugis increpatus,respondisse fertur,ut quicūq; uellet,acciperet eam
uxorem,& ob hoc infideles docuisse,quod Apostoli promiscua cunctis,communiaq; cō
sortia fœminarum permitterent.

De lepra capitis,uel barbæ,& leproso separato,& lepra uestiū. Cap. XXVIII.

Vlr siue mulier in cuius capite &c. Et ex hoc loco cognoscere licet, quoniā nō temere
de cōsuetudine cuiusquā, præsertim quæ bono possit animo fieri, iudicium profe-
ri debeat. Tunc enim in capite,uel barba,quæ uidelicet pars corporis nō absc̄ditur, nec
adeo uestę contegitur,lepra germinauit,aut germinasse putatur,quādo talem qs cōsue-
tudinem in publico Ecclesiæ tenet, quæ causam infidelitatis habet, uel habere creditur.
De huiusmodi(inquam)non temere iudicandū est. Potest enim euenire, ut q; tinea, uel
lepra capitis esse putatur,eo q; capilli fluant,scabies,aut caluitium sit,id est,ut quod à fa-
deli,uel sana doctrina abhorrere dicitur,bono proposito,& munda cōscientia teneatur,
ut(uerbi gratia)quum qs uirginitati impensius fauet, & exinde opinio nata est, q; cons-
iugia damnet,uel quum fratri carnem intemperantius manducanti detrahit, & exinde
occasio se præbuit, q; contra Apostolum bonam dei creaturam reijciendam esse docere
2. Tim.4 b uelit. Adducetur(inquit)ad sacerdotē,& res eodem ordine, quo iam supra dictum est,di-
ligēter examinabitur,atq; rei ueritate comperta,si lepra est, immundus homo adiudica-
bitur,si scabies,lotis prius uestibus mūdabitur,si caluitium,absq; ulla interpositione erit
mundus. Quicunq;ergo maculatus fuerit lepra &c. Durus,& fortis hic occidentis literæ
baculus est, maiori cōfusione,uel ignominia, miseri corporis morbos anathematizans,
quàm ipsa quæ deus odit adulteria. Cæterū q; uiuificans spiritus in isto loco dicit Eccles
sijs,iustum ualde,& rationabile est. Qui enim hæretica est lepra maculatus,reuera notā-
dus,quia profecto denitandus est. Habebit ergo uestimenta dissuta. Plane hæreticus ue
Ioan.19 d stimenta habet dissuta. Nam hoc ipso, q; hæreticus est,illud sibi scidit Christi uestimen-
tum,cuius in typum milites tunicā eiusdem Christi dñi scindere noluerunt,unde & schis-
maticus dicitur,& est,quia uidelicet unitatē fidei,uel unicam scripturarū ueritatem scin-
dendo,ipse dissutus,& conscissus est. Habet &caput nudum. Perdidit enim coronam spei
Col.2 b 1 c domini,imo & ipsum perdidit caput,cuius mēbra sumus,caput(inquam)Ecclesiæ Chris-
stum,ex quo totum corpus pernexum,& coniunctione subministratum est, & crescit in
augmentum dei,& assumpsit sibi caput inimicorum diabolum, caput ulcerosum, caput
leprosum. Habet & os uestę contectū,id est spiritu fictionis obturatum,bilingue,& dolo
sum,uestę(inquam)contectum. Summopere nanq; cauet, ne ab illis,qui patulum habēt
discretionis nasum,fœtore suo deprehendatur os,uel guttur malignum,de quo alibi scri
Psalm.13 b ptum est:Sepulchrum patens est guttur eorum,linguis suis dolose agebant,uenenum as-
pidum sub labijs eorum. Sed frustra. Nam contaminatum(inquit) ac sordidum se cla-
mauit. Dum em̄ susurrare se putat hæreticus,clamat,dū sibilare lingua uiperea se exisli-
mat, latratus eius omnem auritum hominē exurdat. Dum(inquam)in cubiculo suo re-
Eccls.10.d gi deo detrahit,auis cœli audit,& nūciat,& fit pauor, & admiratio in tota Christi domo
quæ est Ecclesia. Igitur quicquid loquitur hæreticus,clamor est,& turbā concitat. Quid
ergo? Omni(iuquit)tēpore quo leprosus,& immundus est,solus habitabit extra castra.
Non ergo quisquam hæretico, quem uiuentem catholicæ Ecclesiæ castra non recipiūt,
mortuo ueniam promittat. Nam lepra,uel immunditia hæretica,quæ in hac uita per pe-
Eccls.9 c nitentiam non mundatur,post hanc uitam non est unde curetur. Quodcunq; potest ma-
nus tua(dicit Ecclesiastes)instanter operare,quia nec opus,nec ratio, nec sapientia, nec
scientia sunt apud inferos,quo tu properas. Omni igitur tempore,id est,in secula seculo
rum,sine termino,sine fine erit extra castra sempiternæ Ecclesię. Solus,quāuis in perdita
rū multitudine,solus(inquā)&solitari⁹ qa à deo derelict⁹,desertor,ac desertus,pollutor,
& immundus,qui hoc tempore dum uiuit,non fuerit spiritu reconciliationis emēdatus.
Leuit.13 f Vestis lanea,siue linea &c. Vestis lanea,siue linnea,aut certe pellicea,uestis(inquā) quæ
libet leprosa,peruersa est hæretici scriptura,arte texta,uel consuta,siue grossiori,ut lanea
siue

siue subtiliori eloquio,ut linea,siue de Platone,cæterisq; philosophis deo mortuis sum-
pta,ut uestis pellicea de mortuis utiq; animalibus contracta. Itaq; si maculam habuerit
albam,uel rufam,id est,si quippiam discrepuerit ab uniuersitate scripturarum, siue humi
li,siue grandiloquo sermone,lepra scilicet hæretica perfidia,reputabitur ab eo qui lege-
rit,uel audierit,ostendeturq; sacerdoti,uiro uidelicet uerum scripturarum sensum,atque
iudicium habenti,cui,qui non ostenderit,tanquam pro cōsensu damnabilis erit. Qui cō-
sideratam recludet septem diebus,id est non temerarium proferet iudicium,sed conferet
cum omni autoritate scripturarum,& si lepram creuisse,id est si uere hæresim esse depre-
henderit,comburetur flammis. Nullo enim modo melius, aut citius hæretica scriptura
de memoria perit. Comburetur itaq; leprosa uestis,id est praua scriptura, flammis uisi-
bilibus. Nam leprosus scriptor insanabilis,id est hęreticus impœnitens,cremabitur flam
mis inextinguibilibus,flammis æternis,flammis gehennalibus. Quo contra uestis illa,
quam operata est mulier sapiens(quæsiuit enim lanam,& linum, & operata est consilio
manuum suarum)uestiet uirum illius nobilem,dabiturq; ei de fructu manuum suarum, Prou.31 d
& laudabunt eam in portis opera eius. Quod si eam uiderit non creuisse, id est, putaue-
rit hæresim non esse,& id,quod prauum sonat,bono sensu accipi posse: Præcipiet, & la-
uabunt id,in quo lepra est,id est,prædicabit,uel exponet coram omnibus illum uerbi sen-
sum,qui sanus,uel utilis est. Et quum uiderit faciem pristinam non reuersam, id est nihil
prodesse lectoribus, siue auditoribus interpretationem suam,igne comburet, ut prædi-
ctum est. Sin autem obscurior & cæte. id est si quum in uno capitulo error sit,aut hæresis
multa fidelia,siue utilia sunt in toto corpore uoluminis,dempto uitio, cętera reseruabit.
Quod facere nonnulli conati sunt de libris Origenis. Quod si ultra &c. id est si ultra de
illis quoq; scriptorū locis,quæ prius uidebantur innoxia,dissensiones ortæ, & facta fues
rint scandala,debent igni cōburi,eo quod plus simplicibus obsint,q; prosint sapientibus,
& discretis, quum sufficiant scripta probatæ fidei. Si cessauerit,id est,si dissensio,uel tur-
batio legentium ratione sedari potuerit, lauabis ea quæ pura sunt secundo, id est, des
fendes, uel commendabis ea quæ catholica sunt iterato testimonio, & munda erunt, id
est,autentica permanebunt.

De emundatione leprosi,id est hæretici,& eius oblatione,& mystica obseruatio-
ne eius qui mundatus est,& ceremonijs. Cap. XXIX.

Locutus est autem dominus ad Moysen,dicens:Hic est ritus leprosi &c. Vidimus, &
intelleximus qualiter eijciat leprosum, id est, hæreticum, nunc uideamus qualiter
mundet,id est,reconciliet illum,ubi mundatus,ubi in catholica fide fuerit correctus. Hoc
enim est mundare mūdatum,id est reconciliare correctum. Vt offerat (inquit) pro se du-
os passeres. Passer Christum significat hoc loco,qui &in Psalmo loqtur:Vigilaui,& fa- Psal.101 b
ctus sum sicut passer solitarius in tecto,id est resurrexi,& ascendi in cœlum, separatus ab
hominibus,ad modum passeris solitarij in tecto, separati ab alijs auibus, & quiescentis
in loco suo. Sed duo passeres offerendi sunt,& unum (inquit) e passeribus immolare iu-
bebit in uase fictili &c. Cur hoc nisi quia oportet eum,qui reconciliatur Ecclesiæ confite 2.Cor.13 b
ri Christum,quia crucifixus,& mortuus est ex infirmitate nostra,& nunc uiuit ex uirtu-
te dei? Nam in umbra quidem,uel figura isti duo passeres offerūtur,sed in ueritate essen- Rom.6 b
tiæ unus est Christus,unus(inquam)idemq;,una geminæ personæ substantiæ, ex altero
crucifixus,(ut prædictum est)ex altero iam uiuus,ex quo iam non moritur, mors illi ul-
ra non dominabitur. Igitur oblatis duobus passeribus, quos uesci licitum est (utraq; es-
sim iam dicta credere oportet)unus immolatur,& ex alio uiuo cū sanguine immolati,
is qui mundādus est,septies aspergitur,qa uidelicet immolatus est Christus,idemq; redi-
uiuus septiformē dedit spiritū,sine quo nullus rite aspergitur, ut peccatorum remissione
mūdetur. Hoc in sacramētis Ecclesiæ mirabiliter(quod fidelibus notū est)celebratur. Im-
molatur passer in uase fictili,id est recitatur fides eius,quæ ex infirmitate nostra extitit,
passionis Christi. Et hoc sup aquas uiuentes,id est secundū scripturas ueritatē uitæ conti
nentes. Cum ligno cedrino &c. Lignū cedrinū imputribile,spem significat resurrectiōis,
& incorruptionis futuræ, uermiculus charitatem, hyssopus herba humilis, qua tumor

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulmonis deponitur,ipſam fidem,qua corda noſtra purificantur. Et ſine iſtis, reconcilia
tio nō ſit. Immolato itaq; paſſere uno,alius uiuus in ſanguine eius tingitur, quo ſepties,
qui mundādus eſt,aſpergatur,ut rite mundetur,quia uidelicet unus,idemq; Chriſtus mi-
rabiliter & hic in ſacramento ſuo quotidie immolatur,& in cœlo uiuit, non moriturus,
hac fide receptæ,q hęreticus fuerit,ſepties reſperſus,id eſt ſancto ſeptiformi ſpū,qui in ſo
la catholica Eccleſia datur,innouatus,dimittet paſſerem uiuū in agrum,ut auolet,confi
tendo ſcilicet,qa Chriſtus nunq̄ moritur,in æternum manet. Quumq; lauerit homo ue
Leui.14.a b ſtimenta ſua,radet omnes pilos corporis &c. Quumq;(inquit)lauerit homo ueſtimenta
Pſalm.6 b ſua,eo uidelicet lauacro,de quo ꝓpheta in Pſalmo:Lauabo(inquit) per ſingulas noctes
lectū meum,lachrymis meis ſtratum meum rigabo,& radet omnes pilos corporis ſui, id
eſt,omnes à ſe ſuperſtitiōes hæreticas amputabit,& lauabitur aqua,id eſt,ſacra informa
bitur doctrina,purificatusq;,ſcilicet hoc modo ingredietur caſtra:lam eñ extūc in catho
lica reputabitur Eccleſia,ita dūtaxat,ut maneat extra tabernaculū ſuum ſeptem diebus,
uidelicet ne rudis adhuc,ſi contubernaliū hæreticorū malis colloquijs miſceatur,iterum
Leui.14 rediuiua illorum lepra corrumpatur. Maneat(inquam)extra tabernaculū ſuum ſeptem
diebus,id eſt,donec in eo perfecte Chriſtus formetur,cui eſt iterum, pariente gratia,na-
tus. Et ei hoc contrarium non eſt,quod ſacerdotibus ſuprà in cōſecratione ipſorum,præ-
ceptum eſt quoq; de oſtio tabernaculi,non exibitis ſeptem diebus. Sacerdotibus nanq; ta
bernaculum catholica eſt eccleſia. Leproſo autem huic tabernaculū ſuum hæreticorum
conuenticulū erat. Et die(inquit)ſeptimo radet capillos capitis,barbamq; & ſupcilia, ac
totius corporis pilos. Hæc nanq; perfectio eſt reformationis in eo,qui barbatus,& uete
noſus hæreticus fuerat,ſi ex toto ad infantiā innocentiæ redeat,ſi depoſita philoſophia,
Col.3 & inani fallacia,quæ eſt ſecundū traditionem hoīm,ſecundum elementa mundi,& nō ſe
cundum ſpiritū,in illo qui caput eſt corporis Eccleſię,tota expoliatione corporis carnis
reſtoreſcat,quod eſt capillos capitis,id eſt,ſenſus priſtinos cordis, barbamq; uirilem, ac
ſupbiæ ſupercilia,cū totius corporis pilis radere, ut totus homo nouus incedat. Et loti
rurſum ueſtibus,& corpore,id eſt,iterū,atq; iterū data confeſſione,die octauo ſumet duo
os agnos immaculatos,& ouē anniculā abſq; macula,& tres decimas ſimilæ. Hoc lepro
ſi oblatio,ſacerdotū ſupraſcriptis oblationibꝰ differt,ꝙ illic uitulum,hircū, atq; agnum
ſumi iubet lex,& azimoꝝ de caniſtro exprimiť eadē quātitas:hic autē duos(inqt)agnos
aſſumet &c. Plane hoc ab hæretico, qui ab huiuſmodi lepra mundatus eſt, exigi debet,
ut totius uanæ philoſophiæ raſis ſupercilijs,ſimplicitatē fidei ſapiat, & ita cū duobus a
gnis immaculatis ouem anniculā,id eſt in duobus teſtamētis unam ſimpliciter profitea
tur fidem catholicam. Nam à ſacerdote,id eſt,ab eo,qui nunq̄ aberrauit à fide, nō tanta
ſolertia requritur,uel exigitur,ut ſit contentus ſimplici fide. Quippe q neminem ſolicitum
reddidit,quod unquā humana deum uoluerit ratione cōprehēdere. Igitur(inquit)& tres
decimas ſimilæ aſſumet in ſacrificium. Tribus decimis aſſumptis,ſeptem decimæ reſidu
ſunt. Aſſumet ergo tres ſimilæ decimas,id eſt,tres cōfitebitur pura mente,& publica uo
ce unicæ deitatis perſonas,ut quas nō habebat ſeptē decimas,id eſt, ſanctū ſeptiformem
ſpiritum in catholica matre Ecclefia recipiat. Sed non ſatis eſt ſanctam confiteri trinita-
tem in conſpectu Eccleſiæ, niſi præeunte dilectionis autoritate,& erga deum, & proxi-
mum fideliter operante. Conſperſa(inquit)ſimila ſit oleo,& ſeorſum habeat olei ſextā-
rium,quia uidelicet & intus coram dño conſpergitur Charitatis oleum,& foris erga pro-
Matt.25 c ximum ſex opera miſericordiæ ſunt,ſcilicet eſurienti cibum,ſitienti dare potum, colligen
re hoſpitem,cooperire nudum,uiſitare infirmum,uenire ad eum,qui in carcere eſt. Cæte
ra præterimus,quia fere ſunt eadem quæ ſuperius in conſecratione ſacerdotum, imo in
exordio uoluminis huius pro poſſe tractauimus. Nec mirum ꝙ eodem ritu & ſacerdotes
Apoc.5 c conſecrantur,& qui leproſus fuerat,emundatur,quia in reconciliatione hæretici cuncta
ſunt agenda myſteria Chriſtianæ fidei,per quæ deo noſtro regnum,& ſacerdotes ſumus
effecti,excepto ꝙ nō illi repetitur lauacrum carnis,ſi ueniat ab hæreticis quālibet peruer
ſis,baptizātibus tamen in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Quod ſi pauper eſt &c.
Leuit.14.c. Pauper ille eſt,qui pro paruitate ſcientiæ,non penetrat profunda ſcripturarum,quę duo

bus teſtamentis determinatę ſunt. Sumet ergo(inquit)pro peccato agnum,id eſt,pro cor
rectione peſtis hæreticæ,apprehendet Apoſtolicæ fidei ſymbolum. Decimamq; partem
&c. id eſt,fidem unam abſq; ſubtili diſcuſſione trium perſonarum,ita duntaxat, ut dile-
ctionem habeat erga deum,& proximum,iuxta ſenſum ſupradictum. Duos quoq; tur-
tures &c. id eſt,duplicem habendo gemitum,uel quia dixit,& fecit quæ catholicæ purita
tis non ſunt,uel quia non dixit, & non fecit, quæ ab hæreticæ lepræ contagione aliena
ſunt. Cætera ex antedictis liquida ſunt.

De lepra domorum,id eſt,hæreſi quorumlibet in quouis ordine coha-
bitantium. Cap. XXX.

Si fuerit(inquit)plaga lepræ in ædibus &c. Hic domus eo ſenſu accipiēda eſt,quo par-
tes domus dicimus ſingulos hoīes. Si(inqt)fuerit plaga lepræ in ædibus,id eſt,ſi orta Leu.14 e &f
fuerit hæreſis in quibuſlibet Eccleſiæ conuentibus,cœnobijsq;, uel quibuſcunq; ordini-
bus communiter uiuentibus,ibit cuius domus eſt,nuncians ſacerdoti eo ſcilicet quod pla
gam mortiferam per ſemetipſum ſanare non poſſit. Tunc enim is, cuius eſt domus, qui
domui Chriſti eſt prælatus,maioris,uel ſuperioris quærere debebit præſidium,quū per ſe-
metipſum curare non poterit domeſticū morbū. At ille præcipiet ut efferant &c. Ingreſ-
ſuro ſacerdote in domum, ut uideat utrum lepra ſit, quod annunciatum eſt,an non, pri-
us efferri debent uniuerſa, quæ uidelicet efferri poſſunt, quia in conuentu, uel cœtu co-
habitantiū orta diſſenſione de fide, uel dogmatibus,antequam res examinētur,qui non
conſentiunt,ſcandala facientibus ipſum ſuū declarare debent ſtudium,quo ab alijs diſ-
ſentiunt. Nam poſtquam lepram hæreticam eſſe manifeſta ratio conuicerit, non ſolum
autoribus,ſed & autorum conſentaneis ſententia pariter incumbet iudicialis. Quare ea
nim præcipiet,ut efferant uniuerſa? Ne immunda fiāt omnia(inquit)quę in domo ſunt,
quando uidelicet prolatum fuerit conuictæ immunditiæ indicium. Intrabitq; &c. poſt
quam uidelicet ſchiſmatis partem utranq; diuiſerit,diſtinctamq; utriuſque habuerit no-
titiam. Et quum uiderit &c. Quod eſt dicere:Quum audierit capitula diſceptantium Pſal.100 d
oſſimo à pulchritudine,uel ſanitate ſanctarum ſcripturarum diſcrepare,egredietur tota
auerſus mente,& imponet ſilentium immundo ſpiritui,id eſt,lepræ hæreticæ ſeptem die
bus,id eſt,uniuerſæ ueritatis obiecta autoritate ut uideant,uel intelligant recti, & læten-
tur,& omnis iniquitas oppilet os ſuum. Reuerſuſq; die ſeptimo &c. Septimo (inquit)die,
id eſt,poſtquam omnem adhibuit ſani ſermonis diligentiam,reuerſus,ſi lepram inuene-
rit creuiſſe hæreticam,iubebit erui lapides,in quibus lepra eſt,id eſt,utetur ferro abſciſio
nis,auferendo,& expellēdo illos,qui ſunt eiuſdem impietatis autores,& proijciet eos ex
tra ciuitatem dei uiuentis,Hieruſalem cœleſtem,extra pacem Eccleſiaſticæ communio-
nis in loco immundo,in diaboli circo,uel theatro,uel in maligno malignorum collegio
cum mortuis,cum his,qui ſunt in inferno. Domum autē ipſam radet intrinſecus per cir-
cuitum. Neq; enim immunis eſſe poterit ab illoꝝ colluuione totus cœtus cohabitantiū,
dicente ſcriptura:Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea. Radet(inquā)per circuitum,id Eccl.13 a
eſt,cunctos tam uocis profeſſione,quàm & manus ſubſcriptione,anathematizare cōpel
let dogma hæreticum,& ſparget puluerem raſuræ &c. ut uidelicet nihil immundorum,
nihil hæreticorum ſenſuum reſideat in tota dei domo,ſed & lapides alios reponi iubebit
pro his,qui ablati fuerint,ut ſcilicet malis male perditis,domus impleatur alijs domeſti-
cis,qui pro ueritate fidei,uel pacis catholicæ ſtatu,iure computentur in familia domini.
Tandem luto alio liniet domū,id eſt,malis ſenſibus excluſis,ſedula prædicatione,ac me
liori doctrina totum reformabit fidei,uel catholicæ pacis ſtatum. Sin autem poſtquam
erui & cætera. Sicut uidelicet poſt primam, & ſecundam inſpectionem homo leproſus
immunditiæ condemnatur, ſic & domus poſt primam, & ſecundam conſiderationem,
creſcente lepra,iure deſtruitur,id eſt,ſicut hæreticus homo poſt primā,& ſecundā admo-
nitionem deuitandus:ſic & uniuerſa domus,ſiue Eccleſia malignantiū,cōciliumq; hære-
ticorum poſt primam,& ſecundam orthodoxi ſacerdotis uiſitationem,anathematizan-
dum eſt. Deſtruent ergo domum &c. Videlicet cum illo immunditiæ principe diabolo,
cui per prophetam ſub nomine Babylonis regis dictum eſt: Oñes reges gentiū uniuerſi Eſa.14 c
dormierunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dormierunt in gloria, uir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio.

De eadem lepra. Cap. XXXI.

Exod. 4 b SCriptum quoq; est in Exodo: Mitte manũ tuã in sinũ tuum quã, quũ misisset in sinũ, protulit leprosam albã instar niuis: Man° (inquit Rupertus) protracta de sinu lepro sa, synagoga est à gratia dei proiecta. Ex quo latus saluatoris sui lãcea rupit, retracta est manus illa de sinu eius, peccatorũ suorũ lepra candẽte perfusa. Quod lõge propheta prę

Psalm. 73 c uidẽs, gemebũdus ait: Vt quid auertis manũ tuã, & dexterã tuã de medio sinu tuo in finẽ? Ecce uidemus populũ illũ à castris dei segregatũ, & ad arbitriũ summi sacerdotis haud dubie, lepræ condemnatũ, habentẽ uestimenta dissuta, caput nudũ, os ueste contectũ, cla mantẽ, id est, diffiteri nõ ualentẽ, contaminatũ se, ac sordidũ. Nuda est lepra, facies autem

Num. 12 c uelamine perfidiæ cõtecta. Et in lib. Numerorũ scriptũ est: Locuta est Maria & Aaron cõtra Moysen &c. Et infrà: Iratusq; contra eos abijt, nubes quoq; recessit, quæ erat super tabernaculũ. Et ecce Mariã operuit candẽs lepra quasi nix. quæ uerba enarrãs idem Ru pertus, hoc pacto scribit: Hoc loco Moyses uxorẽ habẽs Aethiopissam, mystice Christus dominus est, peccatrice quondam de gentibus non aspernatus Ecclesiam. Hoc nimirum ægre ferunt Aaron, & Maria, id est carnale ludæorum sacerdotium, & tota illorum ue tus Synagoga, de hoc murmurant, magnumq; habent inuidiæ tormẽtum. Semper enim gentium salutem oderunt. Hoc ergo non ferẽtes, & hac inuidiæ tabe tenebratum cordis oculũ habentes, ad ipsius domini Christi odium prorumpunt, & propter condescensio nem miserorũ, cõtra ipsam misericordiam cõfligunt. Dicunt enim: Num per solum Moy sen, id est num per solum Christum nostrum deus locutus est? Nonne & nobis, id est, pro phetis nostris similiter locutus est? Habet nanq; lex nostra uiros uirtutis, qui de terra pa riter, & de cœlo signa fecerunt. mare rubrum, & Iordanem fluuium diuiserunt, mãna de cœlo depositum, solem in cœlo stare, uel etiam retrocedere fecerunt. Hæc & his similia maligno liuore dicẽtibus, dñs pater, dñs filius, dominus spiritus sanctus superbæ synago gæ, & carnali eius sacerdotio iratus est. Nam ecce leprosa facta est, lepra candente tota

Mala. 2 a cooperta est. Multũ iratus pater, expuit in faciem eius, & proiecit super uultum eius ster cus solennitatum eius. Quãto nequior blasphemia eius oblocutione Aaron, & Marię, imo quãto amplioris gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, tanto plaga gẽtis illius, lepra synagogæ illius deterior est. Nam Moyses quidem fidelis erat in tota domo dei, quemadmodum dicit: At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelis

Hebr. 3 a simus est. Fidelis (inquam) uel fidelissimus in domo dei, non sua, tanquam famulus in tes timonium eorum, quæ dicenda erant, Christus uero tanquã filius in domo sua, quæ do mus sumus nos. Igitur leprosa illa quicquid tangit, quicquid attrectat, quicquid concele brat, immũdum est, & deo odibile, & separatur ad arbitrium sacerdotis summi, qui pene trauit cœlos Christi Iesu. Habet uestimenta dissuta &c. de quibus dictum est suprà in le ge leprosi. Omni tempore quo leprosa est, & in hac immunditia perfidiæ suę perseuerat, sola habitabit extra castra, sola (inquam) extra uera, & cœlestia sancta, quasi mortua, is

Psal. 57 a mo uere mortua, & ut abortiuum quod proijcitur de uulua matris suę. Abalienata est à uulua, errauit ab utero, locuta est falsa, quæ non docuit eam mater sua fidelis patriarcha rum, & prophetarum Ecclesia. Clamat autem Moyses &c. imo uero tota antiquitas, to

Rom. 11 c ta patrum antiquorum pro illa gente interuenit fides. Sed non sanabitur, non reuocabi tur in castra, donec euoluantur septem dies, id est, donec plenitudo gentium subintroeat. Si pater eius (inquit) expuisset &c. Plane uera similitudo. Nã re uera si quis filius patrẽ, quem honorare, cui blandiri debet, ita exasperauerit, ita ad iracundiã prouocauerit, ut il le motus in faciem eius expuat, qui utiq; faciem filij natura duce, osculis delambere con sueuerat, quomodo talis filius sic pro sua proteruia, sputo patris oblitus nõ saltem septẽ diebus inter cõpares suos erubescat? Cui eñ precios⁹ esse potest, qui ut uilis à patre suo consputus est? Si ergo (inquit) pater eius &c. Ego autem (inquit) pater uester sum, qui di

Exod. 4 f co ad Pharaonẽ: Filius meus primogenitus Israel. Dimitte filiũ meũ, & ecce exasperatus quodãmodo expui in faciem eius, dũ lepra cãdidissima, lepra quasi niuea, id est ueritissima totam

totam operui carnem eius. Separetur igitur &c. Et in lib. 4. Regum scriptum est: Dixitq; Giezi puer uiri dei &c. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi. Egressus est eñ ab eo lepro sus quasi nix: Hoc Giezi exẽplum (inquit Rupertus) gratiæ dei uenditoribus in hac scri 4. Reg. 5 g pturæ arce propositũ est. Omnis quippe qui gratis dat, quia gratis accepit, qui Euãgelizã do, nõ quæ sua sunt, quærit, sed quæ Iesu Christi, ipse est Helisæus. Qui autem lucrum ex Matt. 10 a Euangelio, imo (quod pessimũ est) ex impositione manuũ quærit, ipse est Giezi. Peccata Philip. 2 c quippe, quæ emundare uidetur, in se trãsponit, leprã tantorũ susc ipit, quantis illo detesta bili mercimonio talentũ callidus emũxit. Scriptũ quoq; est de Naamã Syro uiro diuite, 4. Reg. 5 a forti, ac leproso, quo pacto ab Helizæo fuerit curat⁹, mũdatusq; à lepra. In quo quid my stice intelligere debeam⁹, dñs innuit in Euangelio, dicẽs: Multi leprosi erãt in Israel sub Lucæ. 4 c Helizæo propheta, & nemo illorũ curatus est, nisi Naaman Syrus. Igitur sensum, atq; in tentionẽ domini sequentes, in Naamam, qui de illa patria nõ erat, gentes recte intelliga mus, quę ab Israel secundũ carnem, & à testamento dei alienæ erant, maxime autem Ro manum imperium hic aduertimus. Princeps enim erat Naaman militię regis Syriæ, quę sublimitas interpretatur. Ergo rex Syriæ princeps est mundi huius. Sublimis enim, & su perbus erat hic mundus. Certum autem est, quia sub illo principe Romanum imperium mundo principabatur. Illud igitur in persona Naaman recte intelligimus. Quod uir for tis, & dives, sed leprosus erat, ad hunc intellectum patenter operatur. Nam re uera ma gnum erat, forte, & ditissimum erat Romanum imperium, sed leprosum. Magnus lepro sus, magna innumerabilium errorũ lepra coopertus erat. Porro de Syria egressi fuerant latrũculi &c. Puella ista sancta scriptura erat. Porro latrũculi Pythagoras, Socrates, Pla to, cęteriq; fuere Philosophi, qui re uera quasi latrocinãdo captiuã de terra Israel duxerãt puellã hãc, furtim lectitãdo, & ad suos erroneos sensus uiolenter inflectendo, quamlibet sanctæ scripturę particulam, eamq; uarię philosophię quasi uxori Naamã subseruire co gebant. Quę ait ad dominã suã &c. Bene hęc puella dixit, Si fuisset dñs meus ad prophe tã. Sed rex Syriæ misit illũ cũ literis ad regẽ &c. Sic nimirũ princeps huius mundi uolẽtes multos ingredi, uel tenere ueritatis uiam, in prauitatem detorsit hęreticam, cuius typum gerebat rex Israel (ut suprà diximus) scissus à domo Dauid, & aureis seruiens uitulis. Tã dem uenit Naamã cum equis, & equitibus, & curribus, & stetit ad ostium domus Helisęi. Misitq; ad eum Helisęus nũcium &c. Notum est, qa ad leprosum istũ, de quo loquimur, non per semetipsum uenit Helisęus, sed misit ad eum. Non enim gẽtibus prędicauit Chri stus per semetipsum, sed prædicatores suos misit eis, iam assumptus in cœlũ. Vade (inqt) & lauare, id est cõfitere fidẽ Christi, & baptizare. Septies lauare, id est nõ solũ aqua, sed & septiformi spiritu renascere. Descendit, & lauit, id est humiliatus est mundus sub potẽ ti manu dei, & baptismũ in remissionem peccatorum suscepit. restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli, id est pristinam innocẽtiam recepit, concorporatus Christo paruulo, id est humili, atq; innocenti. Omnes enim (inquit Apostolus) qui in Christo baptizati es Gal. 3 d tis, Christum induistis. Et diuus Ambrosius de his, qui initiantur mysterijs, hoc modo scribit: Naaman Syrus erat, & lepram habebat, nec ab ullo mundari poterat. Tunc ait 4. Reg. 5 puella ex captiuis: Quoniam esset propheta in Israel, qui possit eum à leprę contagione mundare. Sumpto (inquit) auro, & argento, perrexit ad regem Israel. Qui cognita aduẽ tus eius causa, scidit uestimẽta sua, dicẽs, q̃ tẽtaretur magis, quũ de se ea, quæ nõ essent po stulatis regię, poscerẽtur. Helisęus autem regi intimauit, ut ad se dirigeret Syrum, quo co gnosceret, q̃ esset deus in Israel. Et quum uenisset, mandauit ei, ut septies mergeretur in Iordane fluuio. Tunc ille secum tractare cœpit, q̃ meliores aquas haberent patrię suę, in quibus sæpe mersisset, & nunquam à lepra esset mundatus, eoq; reuocatus, nõ obediebat mandatis prophetæ, sed admonitu, & persuasionibus seruulorum, acquieuit, ac mersit, mundatusq;, ilico intellexit, non aquarũ esse, q̃ unusquisq; mundatur, sed gratiæ. Reco gnosce nunc quę sit illa puella ex captiuis, iunior scilicet ex gentibus congregatio, id est, Ecclesia domini depressa ante captiuitate peccati, quando libertatem adhuc gratiæ non habebat, cuius cõsilio uanus ille populus nationũ uerbum audiuit propheticum, de quo diu ante dubitauit, postea tamẽ ubi credidit exequẽdum, ablutus est, ab oi cõtagio uitio rum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. Et ille dubitauit antequam sanaretur, tu iam sanatus es, & ideo dubitare nō debes. Et lib. 2. de sacramentis, cap. 5. Naaman (inquit) leprosus erat, puella quędam ait uxori illius: Dominus meus, si uult mundari, uadat in terram Israel, & ibi inueniet eum, q̄ possit ei lepram tollere. Dixit illa dominæ suæ, uxor marito, Naaman regi Syriç, qui eum quasi acceptissimum sibi &c. Vidisti aquam, sed non aqua omnis sanat, sed aqua sanat, quę habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio, aliud opus, aliud operatio. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit. Sicut legisti, q̄ quum dominus noster Iesus Christus formā baptismatis daret, uenit ad Ioannē, & ait illi Ioānes: Ego à te debeo baptizari &c. Vide quia omnis iustitia in baptismate cōstituta est. Ergo quare Christus descēdit, nisi ut caro ista mūdaretur, caro quam suscepit de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorū suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit, sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxij.

Matt. 3 a

Esaiæ. 53 d
1. Pet. 2 d

De eadem curatione Naaman leprosi, ex diuo Bernardo. Cap. XXXII.

Diuus autem Bernardus sermone 3. de resurrectione dñi, hoc pacto scribit: Sicut in corporum medicina prius purgationes adhibentur, deinde refectiones, ut scilicet prius exinaniatur corpus ab humoribus noxijs, dehinc cibis sanioribus foueatur: sic medicus animarum dominus Christus, cuius tota dispensatio, quam exhibuit in carne, medicina salutis est, ante passionem suam septem dedit purgationes, post resurrectionem suam totidem cibos salubres pariter, & suaues. Heliseus noster Naamā leprosum septies in Iordane mergi præcepit, qui interpretatur descensus. In descensu dñi nostri Iesu Christi, id est, in humilitate conuersationis eius, quam exhibuit ante passionem, mundamur, & purgamur in resurrectione uero, & uita, quam ostendit quadraginta diebus, reficimur, & delectabilibus pascimur alimentis. Septempliciter enim occupauit nos lepra, lepra superbiæ, in proprietate possessionum, in gloria uestium, in uoluptate corporum, in ore quoq; dupliciter, similiter & in corde. Prima est lepra domus, qua diuites esse uolumus in hoc seculo. Sed ab ista mundamur, si immergimur in Iordane, id est, in Christi descensu. Inuenimus enim, quoniam ille, quū esset dives, propter nos pauper factus est. Descendit ab inenarrabilibus cœli diuitijs, & ueniens in mundum, nec istas qualescunq; diuitias habere uoluit, sed in tanta paupertate uenit, ut natus continuo poneretur in præsepio, qa ei non erat locus in diuersorio. Deniq; quis nesciat quoniam filius hominis non habebat ubi caput suum reclinaret? Qui bene mergitur hic, quando quæret diuitias huius mūdi? Et uere magna abusio, & magna nimis, ut dives esse uelit uermiculus uilis, propter quem deus maiestatis, & dñs sabaoth uoluit pauper fieri. Porro in lepra uestis, ocēm seculi huius pomposam intellige uanitatē. Nam ab illa nihilominus in Iordanis merito ne mundaberis, ubi inuenies Christum domini uilibus pānis inuolutum, factum opprobrium hominum, & abiectionem plebis. A lepra quoq; corporis mundamur in ipso Iordane, si bene cogitātes dominicam passionem, erubescimus sequi corporis uoluptatem. At in ore (ut diximus) duplex est lepra. Quum enim aduersi quicquam contigerit, murmuramus, & impatientiæ uerbum, tanquam lepræ sanies effluit, sed ab hac mundamur, si illum attendimus, qui tanquam ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum, qui quum malediceretur, non maledicebat, quum pateretur, non comminabatur. In prosperis quoq; contra eum, qui dixit: Non qui seipsum commendat, ille probatus est, cōmendamus nosmetipsos, nō in multa patientia, sed in arrogātia, & inquinat nos altera lepra uerbū iactantię. Vt ergo mūdemur ab illa, mergamur in Iordane, & imitemur eū, qui nō quærebat gloriam suam. Vnde & dæmonia, quæ clamabant, quia ipse esset dei filius, prę cipiebat obmutescere, & illuminatos cæcos dicere prohibebat. In corde duplex est lepra, propria uoluntas, & proprium consiliū. Lepra utraq; nimis pessima, eoq; pernicioſior, quo magis interior. Voluntatem dico proprie, quæ non est cōmunis cum deo, & hominibus, sed nostra tantum, quando quod uolumus, non ad honorem dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere propriis motibus animorū. Huic cōtraria est recta fronte charitas, quæ deus est. Hæc enim aduersus deum inimicitias exercet, & bellum crudelissimum.

1. Cor. 8 b
Lucæ 2 a
Luc. 9. g

Luc. 1 b
Psal. 21. b

Esa. 53 c
1. Petr. 2 d
2. Cor. 10 d

Ioan. 8 f
Lucæ 4 f

Quid

Quid enim odit, aut punit deus, pręter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille desęuiet, nisi in propriam voluntatem? Etiā nunc, quum frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, quid lædit ur, nisi propria voluntas? Quod si voluntarie sustinemus, ipsa iam voluntas cōmunis est, sed infirmitas quædam, & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est. & in illo omnes pœnas sustinemus, donec penitus consumatur. Nam voluntas illa proprie dicitur, cui assentimus, & cui se liberum inclinat arbitrium. Hæc autē desideria & concupiscentiæ, quæ inuitos tenent, non voluntas, sed corruptio voluntatis est. Porro voluntas propria, qui furore dominum maiestatis impugnet, audiant, & timeāt serui propriæ voluntatis. Prima nanq; seipsam subtrahit, & subducit eius dominatui, cui tanquam autori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in se est, omnia quoq; quæ Dei sunt, tollit, & diripit. Quē enim modum sibi ponit humana cupiditas? Nonne qui per usuram acquirit pecuniam modicam, similiter mundum lucrari conaretur uniuersum, si non deesset possibilitas, si suppete ret voluntati facultas? Dico fiduciāliter, nemini, qui sit in propria uoluntate, posset uniuersus mundus sufficere. Sed utinam uel rebus istis esset contenta, ne in ipsum (horribile dictu) desęuiret autorem. Nunc autem & ipsum (quantum in ipsa est) deum perimit uoluntas propria. Omnino enim uellet deum peccata sua aut uindicare nō posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse deum, quæ (quantum in ipsa est) uult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Crudelis plane, & omnino execranda malitia, quæ dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & læna sæuissima. Hæc est immundissima lepra animi, propter quā in Iordane mergi oportet, & imitari eum, qui non uenit facere uoluntatem suam. Vnde in passione: Non mea (inquit) uoluntas, sed tua fiat. Lepra uero proprij consilij eo perniciosior est, quo magis occulta. Hæc illorum est, qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam, sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita ut nullis uelint consilijs acquiescere. Hi sunt unitatis diuisores, inimici pacis charitatis expertes, uanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes dei iustitiam & suam constituentes. Et quæ maior superbia, q̄ ut unus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum dei? Idololatrię scelus est non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi repugnare. Eant nunc qui se faciunt religiosiores alijs, qui non sunt sicut cæteri hominum. Ecce arioli, & idololatræ facti sunt, si tū uel ei, qui dixit hoc, plusquam sibi iudicant esse credendum. Neq; hinc dissonat ueritatis sermo, quem dixit: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Sed ubi potest hæc lepra mundari, nisi in Iordane? Ibi mergere, quicunq; huiusmodi es & attende quid fecerit magni consilij angelus, quomodo consilium suum postposuerit consilio, uel magis uoluntati mulieris unius, beatam uirginem loquor, & fabri pauperis, ipse est Ioseph. Inuctus erat in medio doctorum audiens eos, & interrogans, quodammodo increpatus à matre est: Fili, quid fecisti nobis sic? At ille: Quid est (inquit) quod me quærebatis? Nesciebatis q̄d in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? At illi nō intellexerunt uerbum. Et quid fecit uerbū? Non capiebatur in se, descendit, ita ut esset etiam subditus illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo, quando suum sapientia ipsa deseruit? Sic mutauit consilium suum, ut quod iam tunc cœperat, extunc usq; ad tricesimum ætatis suæ annum prorsus dimiserit. Nihil enim ab hoc duodecimo anno de eius doctrina, uel operibus inuenis, usq; ad annū trigesimum. Sed forte quærendum ab ipso est, quomodo uoluntatem suam, consiliumue reliquerit, O domine, uoluntas, de qua dixisti, ut nō fieret si bona non erat, quomodo tua erat? Si bona erat, quare derelicta est? Sic & consilium, si non bonum, quomodo tuū? Si bonum, quō relinquendum? Et bona erant & eius erant, neq; minus tamen relinquenda, ob hoc uidelicet, ut fierent meliora. Neq; enim oportebat propria præiudicare communibus. Erat ergo uoluntas Christi & bona erat, qua dicebat: Si fieri potest, transeat à me calix iste, sed de ea, de qua dicebat: Fiat uoluntas tua, melior erat, quia communis, non solum patris, sed & Christi ipsius (oblatus est enim, quia ipse uoluit) & nostra. Nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuum esset, ipsum solum maneret, mortuum uero multum fructum attulit. Atque hæc uoluntas patris erat, ut uidelicet haberet, quos adoptaret in filios. Christi erat, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nostra erat, qa pro nobis faciebat, ut redimeretur. De cō filio idem dicimus. Christi enim erat & bonum erat consilium, quod ait: Quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Sed quia illi non intellexerunt, mutauit illud consilium, ut nos mundaret ab ea lepra, quæ proprij consilij est. Exemplum enim dedit nobis, ut & nos ita faciamus.

Matt. 18. c

Matt. 26. & Luc. 22. 23. b

Ioha. 12. c
1. Cor. 15. b

Y

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciamus. Nam ab initio nouerat quid esset facturus, sed voluit formam nobis huius humilitatis exhibere, & ad lauandam pessimam hanc lepram diuinum in seipso parare Iordanem. Audiant igitur vtrique pariter, qui propriæ voluntatis, & qui proprij consilij lepra sordent, audiant quid spiritus dicat ecclesijs, breui vno versiculo lepram vtranq; condemnans: Sapientia (ait) quæ desursum est, primum quidem pudica est, contra propriæ voluntatis impuritatem, deinde pacifica, contra consilij proprij obstinatam rebellionem. Dum ab his septem purgatus fuerit æger, tanquam post septem sellas, quærat septem fercula, quæ sunt septem spiritus sancti dona. Porro sicut in vita domini ante passionem septem purgationes inuenimus, sic & in apparitionibus septem, quæ post resurrectionem factæ leguntur, septem illa dona spiritus sancti possumus inuenire. In prima spiritum timoris accipe, quando mulieribus sanctis venientibus descendit angelus de cœlo, & terræmotus factus est, ita vt ipsas timore perterritas oportuerit ab angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni, quia magna & omnino, & vere domino Iesu digna pietatis dignatio, q̃d ei quasi singulariter, & ante cæteros dignatus est apparere, quem præ cæteris de negatione eius rea conscientia confundebat, vt vbi abundauit delictum, superabundaret & gratia. In spiritu scientiæ duobus pergentibus in Emaus scripturas exposuit, incipiens à Moyse, & omnibus prophetis. In spiritu fortitudinis ianuis clausis intrauit, ostendens manus, & latus, sicut solent in signum virtutis clypeorum foramina demonstrari. In spiritu consilij frustra in piscatione laborantes mittere in dexteram rete consuluit. In spiritu intellectus, aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. In spiritu sapientiæ, die quadragesimo apparuit eis, quando videntibus illis eleuatus est, & viderunt filium hominis ascendentem, vbi erat prius. Vsque ad illam enim diem, quasi per stultitiam prædicationis saluos faciebat credentes, postquam vero coram eis ascendit ad patrem, iam cœpit sapientia declarari.

Mat. 28.a

Roma. 5.d

Act. 1.b

De cura Iæpræ eiusdem Naaman ex Augustino. Cap. XXXIII.

DIuus autem Augustinus sermone ccvij. de tempore, hoc pacto scribit: Quum Naaman regis Syriæ princeps perfusus lepra fuisset, & sibi, vel cũctis horreret, doleret rex Syriæ virum, per quem plurima confecerat bella gentes domuerat & victorias perpetrarat. Tũc audit Naaman apud Israel esse prophetam Helisæum mirandis virtutibus prædictum, & stupendis operibus nominatum, per quem posset & causæ periculo liberari, & perniciosa varietate tergi. Mox suum pergit ad regem, & commẽdatitias literas ad Israelitarum regem deposcit. Confestim rex ad regem literas mittit, dicens: Misi ad te Naaman seruum meũ, vt cures eum à lepra ipsius. Quum rex à rege literas accepisset &c. O fides. Naaman princeps festinat ad deum, & rex perfidus suum dissipat vestimentum. Rex Syriæ credit posse fieri quod audierat, & rex Israel non credit fieri posse quod nouerat. Tunc ad Helisæum, quũ regis commotio perferretur: Mitte, inquit, ad me Naaman Syrum &c. Tunc Naaman venit, tũc ipse lauit, & in Iordane septies baptizatus, ascendit inde mundatus. Tunc miratur Naaman, tũc ipse petit, tunc prophetam conspicit, tunc cælum attendit, miratur vno iussu affuisse virtutem, miratur, opera domini, miratus detersum tãti temporis vitium, miratur se mutatum corpore, & mente perniciosa. Ab illo contagium pellitur, & optata sanitas reparatur &c. Et sermone ccvij. Naaman, inquit, princeps militiæ, qui leprosus erat, & suggerẽte ancilla ad beatũ Helisæum sanandus aduenit, populum gentium figurauit. Puella illa, quæ captiua fuerat, prophetiæ imaginem gessit, quia licẽt tempore illo in sola Iudæa gratia prophetiæ floruerit, tñ non potuit fieri, nisi vt etiam ad vicinas gentes beata eius notitia perueniret. Audiuit ergo Naaman puellam, & venit ad Helisæum, audiuit populus gentium prophetam, & venit ad Christum, & ab omni peccatorum lepra purgatus est. Quod autem audiens Naaman, vt lauaret septies in Iordane, indignatus est, & nolebat annuere, & ab amicis suis consilio accepto, quieuit vt lauaretur, & purgatus est, hoc significauit, quia populus gentium antequam Christus crucifigeretur, ipsi per se Christo loquenti, non credidit, sed postea prædicantibus apostolis ad sacramentum baptismi fideliter venit. Naaman obtulit munera beato Helisæo, & ille accipere noluit, Christi in hoc gratiam figuratam intellige, quæ ideo gratia dicitur, quia gratis datur. sic enim dominus in Euangelio discipulis dixit: Infirmos curate, mortuos suscitate, dæmones expellite. Gratis accepistis, gratis date.

Matth. 10.a

De leproso mundato à saluatore. Capvt XXXIIII.

Luc. 5.a

DE curatione quoq; vnius leprosi, scriptũ est in euãgelio: Quũ descendisset, inquit, Iesus de mõte, secutę sunt eũ turbæ multæ, & ecce leprosus veniẽs, adorabat eũ, dicens: Dñe si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare, & confestim mundata est lepra eius. Quæ verba Origenes homilia quinta in diuersos hoc pacto enarrans, scribit: Nunc descendẽte eo de monte, hoc est, inclinante se ad infirmitatem, & impotentiam cæterorum, misertus imperfectioni eorum, vel infirmitati, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce homo leprosus, vnus ex illis, qui curam quærebat, qui leuamen desiderabat adorabat eũ, dicens: Domine, si vis &c. Et infra: Consideremus & nos nunc dilectissimi fratres, vt nullus peccati lepras in sua habeat anima, aut contaminationes delictorum in suo detineat corde, sed & si habet, instanter adorans dominum, dicat ad eum: Domine si vis, potes me mundare. Tu illum prius multa delicta committentem mundasti Manassem, & innumerabilibus alijs misertus es. Tu ergo si vis, potes me mundare. Et dominus mox misericordię porrigens manũ dicit: Volo: Mundare. Et Iesus ait illi mundato à lepra. Huic cui misertus est, credenti domino, qui cõfisus est in virtute eius, dixit Iesus: Credidisti, saluus es, sperasti, mundus effectus es. Noli obliuisci qualis fueris, qualis factus sis. Non cesses gratias referre, non taceas confiteri. Vade ad sacerdotes & offer munus tuum. Vade, ostẽde te sacerdoti, vt videns cognoscat, quia non per legis consuetudinem mundatus es, sed per gratiæ operationem, nõ propter terrenorum sacerdorum imaginem, sed per cælestem summi sacerdotis splendorẽ. Et alio in loco scriptum est: Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerũt ei decẽ viri leprosi &cę. Quæ verba diuus Augustinus enarrans libro secundo quæstionum euãgelio quum ait: Ite, ostendite vos sacerdotibus, multa quæri possunt, quæ merito quærentes mouent, non solum de numero quid sibi velit, quod decem sunt, sed quod vnus ex illis solus gratias egit. Hæc enim libere quæruntur, vt etiam non inuestigata, vel nihil, vel non multum impediant intentionem legentis, sed illa potius, cur eos ad sacerdotes miserit, vt quum irent, mundarentur. Nullum enim eorum, quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit: Vade, & ostende te sacerdotibus, & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Deinde qualis mundatio spiritalis possit intelligi eorum, quos ingratos extitisse redarguit. Secundum corpus enim facile est videre posse hominem non habere lepram, & tamẽ animi esse nõ sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerũt. Coloris quippe vitium est, non valetudinis, aut integritatis sensuum, atq; membrorum. Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam sed pro summa peritia proferũt in lucem, & iactantia sermonis oftentant. Nullã porro falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta in vna disputatione, vel narratione hominis, tanq̃ in vnius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquã veris, falsisq; colorũ fucis humana corpora variantẽ, atq; maculantem. Hi autẽ tam vitandi sunt ecclesiæ, vt si fieri potest, longius remoti magno clamore Christum interpellent, sicut isti decem steterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Nam & quod præceptorem vocant quo nomine nescio verum quisquam dominum interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare. Ie pram falsam esse doctrinam, quam bonus præceptor abstergeat. Sacerdotium vero ludęorum nemo fere fideliũ dubitat figuram fuisse futuri sacerdotij regalis, quod est in ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi & veri principis sacerdotum. Nã nũc & hęc vnguntur, quod tunc regibus tantum & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Petrus ad Christianum populum scribens: Regale sacerdotiũ, vtrunq; nomen illi populo conuenire declarauit, quo illa vnctio pertinebat. Cætera itaq; vitia, tanquam valetudinis & quasi mẽbrorum animæ, atq; sensuum, per seipsum interius & conscientia, & intellectu dominus sanat, & corrigit: doctrina vero vel imbuendi per sacramenta, vel catechizandi per sermonem sonantem, atq; lectionem, vbi color quidam intelligitur verus, atq; syncerus, quia in promptu est, & foris eminentissimus. Non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus hæc quæ aguntur, Ecclesiæ propriæ cõtributa sunt. Itaq; & Paulus voce dñi audita, Quid me persequeris: Et, Ego sum Iesus, quem tu persequeris, ad Ananiam tamẽ missus est, vt illo sacerdotio, quod in ecclesia constitutũ est, sacramentũ doctrinæ fidei perciperet, & verus eius approbaret color, nõ quia non potest per seipsum dñs omnia facere (nam quis alius hæc facit etiã in ecclesia?) Sed vt ipsa societas congregatorum fidelium approbãdo inuicem, atque cõmunicando veræ fidei doctrinã in oibus, q̃ dicuntur, verbis vel signantur sacramentis, tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam vnam ſpeciem veri coloris obducat. Ad hoc etiam pertinet quod idem dicit Apoſtolus: Deinde poſt annos quatuordecim aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & expoſui cum eis euangelium, quod p̃dico gentibus. Seorſum autem his, qui videbantur eſſe aliquid, ne forte in vacuũ currerem, aut cucurriſſem. Et paulopoſt: Quum cognouiſſent (inquit) gratiã, quæ data eſt mihi, Iacobus, Petrus, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis. Ipſa enim collatio vnam doctrinæ ſpeciem, excluſa omni varietate, mõſtrabat, quod ſalubriter etiam Corinthios monet, dicens: Obſecro autem vos fratres per nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes. Cornelius etiam, quum eleemoſynæ eius acceptę, & p̃ces eius auditæ, illi ab angelo annunciarentur, propter doctrinæ tamen, ſacramentorumq; vnitatem ad Petrum iubetur mittere, tanquam illi, & ſuis diceretur: Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Nã & quum irent, mundati ſunt. Iam enim ad eos venerat Petrus, ſed tamen ipſi nondum accepto baptiſmatis ſacramento, nondum ſpiritaliter ad ſacerdotes peruenerant, & tñ infuſione ſpiritus ſancti, & admiratione linguarum eorum mũdatio declarata eſt. Quæ, quũ ita ſe habeãt, iam facile eſt etiam illud videre fieri poſſe, vt quiſquis in eccleſię ſocietate doctrinam integrã, veramq; aſſequatur, & omnia ſecundum catholicæ fidei regulam ediſſerat, diſtinguat à creatore creaturam, eoq; manifeſtetur varietate mendaciorum, tanquã lepra caruiſſe, & tamen ingratus ſit domino deo mundatori ſuo, qui elatus ſuperbia, gratiarum agendarum pia humilitate non ſubditur, ſimiliſq; efficitur illis, de quibus dicit Apoſtolus: Qui quũ cognouiſſent deum, non vt deum magnificauerunt, aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos deũ cognouiſſe, oſtendit quidem à lepra fuiſſe mundatos, ſed tamen ſtatim accuſat ingratos. Ideoque tales ingrati in nouenario numero, tanquam imperfecti, remanebunt. Vnum enim, ſi addatur ad nouem, quædam effigies vnitatis impletur, quo fit tanta completio, vt vltra iam non progrediatur numerus, niſi rurſus ad vnum redeatur, & hæc per infinitatem numeri regula cuſtodiatur. Nouem itaq; indigent vno, vt quadam vnitatis forma coagulentur, vt decem ſint. Vnum autem non eis indiget, vt cuſtodiat vnitatem. Quam ob rem, vt illi nouem, qui gratias non egerunt, reprobi effecti, a conſortio vnitatis excluſi ſunt: ita vnus ille, qui gratias egit, vtriuſq; ecclęſiæ ſignificatione approbatus, atq; laudatus eſt. Et quia illi erant Iudæi, amiſiſſe per ſuperbiam declarati ſunt regnum cælorum, vbi maxime vnitas cuſtoditur. Iſte vero, qui erat Samaritanus, quod interpretatur cuſtos, illi, a quo accepit, tribuens quod accepit, & quodammodo cantans illud é Pſalmo: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, per gratiarum actionem regi ſubiectus, humilitatem regni humili deuotione ſeruauit.

Roma.1.c.

Quid liber myſtice ſignificet. Caput XXXV.

Iob.38.d

QVid liber myſtice ſignificet, diuus inſinuat Greg. lib. Moral. xxij. cap. xix. exponens illud Iob, Et librũ ſcribat ipſe qui iudicat: Quia (inqt) timẽti adhuc populo lex eſt tranſmiſſa per ſeruum, diligentibus vero filijs euangelij gratia eſt collata per dñm, qui ad redemptionem noſtrã veniens, nouum nobis teſtamentũ condidit, ſed de eiuſdem nos teſtamenti manu dato diſcutiens, qñq; etiam iudex venit, neceſſariũ non eſt, vt per expoſitionem clareſcat, quia librum ſcribit ipſe, qui iudicat. Ipſa enim per ſe veritas dicit: Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Erit autem tunc autor iudicij, qui nunc eſt conditor libri, vt tunc diſtrictius exigat, quod modo manſuetus iubet. Sic nanq; quotidie conſpicimus, q̃ magiſtri pueris elementa literarum blandientes imponunt, ſed hæc ab eis ſæuientes exigunt, & quæ dant cum manſuetudine, cum verbere requirunt. Blanda nanq; nunc ſonant eloquij diuini mandata, ſed erunt aſpera in exactione ſentienda. Manſueta modo eſt admonitio vocantis, ſed ſtricta ventura eſt iuſtitia iudicis, eo q̃ certum eſt, quia nihil, vel minimi mandati ſine diſcuſſione p̃tereat. Quo videlicet conſtat, quia librum ſcripſit ipſe qui iudicat. Quem ſcilicet librum noui teſtamenti, quia ipſe per ſe humani generis redẽptor in extremo conderet, bene Ezechiel propheta denunciat, dicens: Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem, & vniuſcuiuſq; vas interitus in manu eius. Vir quoq; vnus in medio eorum veſtitus lineis, & atramentarium ſcriptoris ad renes eius. Quid nanq; aliud in ſex viris veniẽtibus, niſi ſex ætates humani generis deſignantur? Qui de via portæ ſuperioris veniunt, quia a conditione paradiſi, ſicut ab ingreſſu mũdi, à ſuperioribus generationibus euoluuntur. Quæ porta ad Aquilonem reſpicit, quia videlicet mens humani generis vitijs aperta, niſi calorem charitatis deſerens, torporem mentis appeteret, ad hanc mortalitatis latitudinem non exiſtet. Et vniuſcuiuſque vas interitus in manu eius, quia vnaquæque generatio ſingulis quibuſque ætatibus euoluta, ante redemptoris aduentũ in ſua operatiõe habuit, vnde pœnã damnationis ſumpſit.

tohã.5.d.

ſumpſit. Vir quoq; vnus in medio eorũ veſtitus lineis, quia redemptor noſter etiam de ſacerdotali tribu iuxta carnem parẽtes habere dignatus, veſtitus lineis venire perhibetur. Vel certe quia linum de terra, non autem ſicut lana, de corruptibili carne naſcitur, quia indumentũ ſui corporis ex matre virgine, non autem ex corruptione cõmixtionis ſumpſit, profecto ad nos veſtitus lineis venit. Et atramentarij ſcriptoris ad renes eius. In renibus poſterior corporis pars eſt. Et quia ipſe dñs poſtquam pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, & aſcendit in cælum, tunc teſtamentum nouum per Apoſtolos ſcripſit, vir iſte atramentarium ad renes habuit. Qui enim ſcripturam teſtamenti noui, poſtquã deceſſit, condidit, atramẽtarium quaſi à tergo portauit. Quod autẽ ſequitur, Vt in humero meo portem illũ &c. require in dictiõe, Humerus. Et Origenes homil. xiij. in Ezechielem, hoc pacto ſcribit: In alio loco ſenſus ſcripturarũ liber dicitur eſſe ſignatus. Et erunt ſermones libri iſtius, quaſi ſermones libri ſignati, quẽ ſi dederint homini literas neſcienti, dicẽtes ei, Lege, dicet: Neſcio literas &c. Manifeſtius aũt voluntatẽ huius exempli Apocalypſis Ioannis cõtinet, dicens: Et vidi in dextera ſedentis ſup thronũ librũ ſcriptũ intus & foris, ſignatũ ſigillis ſeptẽ &c. Quãdiu nõ venit deus meus, clauſa erat lex, clauſus ſermo propheticus, velata lectio veteris teſtamenti & vſq; ad hanc diẽ, qñ legitur Moyſes, velamentũ in corde Iudæorũ eſt poſitum. Sunt autẽ quidam qui amant velamentum, & oderunt eos, qui de velamine interpretantur, ſed nos cõuertamur ad dñm, vt ablato velamine dicamus: Nos autem oẽs reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandẽ imaginem tranſformamur a gloria in gloriam. Et D. Grego. lib. dialogorum quarto, capite xlij. Ioãnes, inquit, quum ſignatum librum ſeptem ſigillis vidiſſet &c. Quo (inquit) videlicet libro, quid aliud, q̃ ſacra ſcriptura ſignatur? Quem ſolus redemptor noſter aperuit, qui hõ factus, moriendo, reſurgendo, cuncta myſteria, quæ in eo fuerãt clauſa, patefecit. Et nullus in cælo, quia neq; angelus, nullus in terra, quia neq; homo viuens in corpore, nullus ſubtus terrã, dignus inuentus eſt, quia neq; animæ corpore exutæ aperire nobis p̃ter dominum ſacri eloquij ſecreta potuerunt. Et D. Hilarius in prologo pſalmorum: Sunt autem (inquit) oẽs propheticæ ad mundialem ſenſum, & prudentiam ſeculi clauſæ, atq; obſignatæ, ſecundũ illud Eſaiæ: Et erunt vobis omnia verba hęc tanquam eloquia libri huius ſignati &c. Imperitia legendi, & intelligendi librum prophetiæ ſub perſona vtriuſq; hominis monſtrata eſt, quum intelligentia docti ad legendum ſignaculum clauſi myſterij non adeuntis illius indocti ignorationi per communem vtriuſq; intelligendi inopiam comparatur. Sunt enim vniuerſa allegoricis, & tipicis contexta virtutibus, per quæ omnia vnigeniti dei filij in corpore, & gignendi, & pa tiendi & moriendi, & reſurgendi, & in ęternum conglorificatis ſibi, qui in eum crediderunt, regnandi, & cæteros iudicandi ſacramenta panduntur. Et quia ſcribæ & phariſęi dei filium natum in corpore non recipientes, omnibus propheticæ intelligentiæ aditum denegarent, ſub denunciatione pœnæ ita a domino arguuntur: Væ vobis legiſdoctores, qui abſtuliſtis clauem ſcientiæ. Ipſi non introiſtis, & introeuntes non finitis introire. Negantes enim Chriſtum, cuius aduẽtus opus eſt prophetarum, clauem ſcientiæ abſtulerunt, quia cognitionem legis, q̃ aduentum domini corporeum prædicauit, fides corporei aduentus abnegata, præcludit. Et hoc quidem ex omni ſcripturarum propheticarum gñe dictum eſſe, intelligendũ eſt, vt niſi in aduentum domini ex virgine in hominem procreandi intellectæ, & recognitæ fuerint, intelligentiarum vis obſignata habeatur, & clauſa. Tamen nequaquã pſalmorum librũ, niſi per fidẽ aduentus eius poſſe intelligi, ita beati Ioannis Apocalypſi docemur. Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe. Hęc dixit ſanctus, & verus, q̃ habet claues Dauid, qui aperit, & nemo claudet, Clauem igitur Dauid habet, quia ipſe per hæc vi quadam ſignacula, quę de corporalitate eius, & paſſione, & morte, & reſurrectione, & gloria, & regno, & iudicio, Dauid deo in pſalmis propheterat, abſoluit, aperiens quod nemo claudet, & claudens quod nemo aperiet, quia per hæc, q̃ in illo expleta eſt prophetia, aperiet quod nemo præcludet, & contra expletæ in eo propheticæ fide abnegata, claudet quod nemo poſſit aperire. Nullus enim niſi ille, in quo hæc prophetata, & expleta ſunt, clauem intelligentiæ huius impartiret. Deniq; id ipſum conſequenter docuit, dicens: Et vidi ſuper dexterã ſedẽtis in throno librum ſcriptum deintus, & de foris & cęterq; & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Liber iſte & præterita, & futura in his quæ intus, & foris ſcripta erant, cõtinens, a nemine dignus eſt aperiri, & A poſtoli fletus ob deſiderium intelligentiæ & dolorem difficultatis exoritur. Sed vicit leo ex tribu Iuda, & radix Dauid librum, & ſignacula eius aperire, quia ſolus ſeptem illa ſignacula, quibus liber clauſus eſt, per ſacramẽtum corporationis ſuæ, & diuinitatis abſoluit. Idipſum autem dominus poſt reſurrectionem teſtatus eſt, dicens: Quoniam oportet omnia impleri, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis

Hilarius.

Luc.11.g.

Origenes.

2.Cor.3.d.

Ibidem.

Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

& psalmis de me. Per hæc ergo omnis prophetiæ liber & signatus, & clausus est, quia creditis his, quæ impleta per eum sunt, cuncta illa quæ signata, & clausa sunt, & aperiẽtur, & absoluentur. Et in enarratione psalmi. ŋ. Esse autem huius infernæ regionis, vastæq; abyssi incolas plures beati Ioannis Apocalypsi docemur, quum nullus neq; in cælo, neq; super terram, neq; infra terram obsignatum librum dignus est repertus aperire. Non vtiq; de mortuis, & in terrã sepultis significare intelligitur, quum ad tertŋ incolatus demonstrationem, non qui intra terram, sed qui infra terram, neq; qui mortui sunt, sed qui viuunt, illum in se resignandi libri haberint autorem. Et diuus Ambrosius sermone octauo in Psalmum cxviij. exponens illum versiculum, Misericordia domini plena est terra &cet. Multa (inquit) obscuritas in scripturis propheticis, sed si manu quadam mentis tuæ scripturarum ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta diligenter examines, paulatim incipis rationem colligere dictorum, & aperietur tibi nõ ab alio, sed à dei verbo, de quo legisti in Apocalypsi, quod agnus librum signatũ aperuit, quẽ nullus ante aperire poterat, quia solus dominus Iesus ineuangelio suo prophetarum ænigmata, & legis mysteria reuelauit, solus scientiæ clauim detulit, & dedit aperire nobis. Dicunt se Iudæi habere clauim scientiæ, sed non habent. Nam si haberent, ipsi ingrederentur, ipsi agnoscerent penetralia scripturarum. Nunc autem væ vobis scribæ, & pharisæi, qui abstulistis clauim scientię & ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis. Quomodo enim clauim potestis habere scientiæ, qui scientiæ negastis autorem.

Luc xi g

Caput XXXVI.

De eodem Ioannis libro signato.

Bernardus

Diuus autem Bernard. sermone primo de resurrectione dñi: Vidi (inquit Ioannes) in dextera sedentis super thronum librum signatum sigillis septẽ &c. Et vidi, & ecce in medio throni agnum stantem tanquam occisum &c. Leonem Ioãnes audierat, & agnum vidit. Agnus occisus est, agnus accepit librum, agnus aperuit, & apparuit leo. Denique dignus est (aiunt seniores) agnus, qui occisus est accipere fortitudinem, non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem, vt & agnus maneat, & leo sit. Plus dico (vt mihi videtur) idem eis am liber est, qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inueniretur aperire hunc librum? Indignum se profitetur & ipse baptista Ioannes, quo inter natos mulierum maior nemo surrexit. Non sum, inquit, dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Venerat enim ad nos calciata maiestas, diuinitas incarnata. Venerat dei sapiẽtia in libro clauso vtiq; & signato. Quod

Iohan. 1. d.

ligabat corrigia calciamẽti, hoc claudebant signacula libri. Sed quid dicimus super his septẽtio, ex elementis videlicet quatuor in his septem est intelligẽda, vt nihil de veritate humanitatis defuisse nouerimus saluatoris? An magis humanitas eius ipse est liber, & quærenda sunt signacula septem? Septem enim quædam arbitror inueniri, quibus maxime celabatur in carne præsentia maiestatis, vt non posset aperiri liber, & sapientia, quæ latebat, agnosci. Sunt autem

Mat. 1. g.

quæ occurrunt interim, matris desponsatio, qua partus virginis, & conceptionis puritas velabatur, ita vt hominis fabri filius, fabricator hominis putaretur. Infirmitas etiã corporis, quæ nimirum plorans, vagiens, lactens, & dormiens, & cæteris subiacens necessitatibus carnis, latebat inter hæc virtus diuinitatis. Sic & circuncisionis signum susciens peccati remediũ, egritudinis medicinam, qui morbum omnem tollere venerat, & peccatum. Et item in Aegyptũ

Mat. 4 a.

fugiens à facie Herodis reguli, nec dei filius agnosci poterat, nec rex cæli. Quid trina illa tentatio inimici in deserto, in pinnaculo supra montem? Si filius dei (inquit) es, dic vt lapides isti panes fiant. Et item: Mitte te deorsum. Neutrum Christus fecit, vt signaretur liber, vt fallere tur astutus. Deniq; eousq; seductus est, vt haberet iam pro constanti hominem esse purum, & in tantam vesaniam superbia cæca proruperat, vt non diceret vltra, si filius dei es, sed hæc omnia tibi dabo, si procidẽs adorauueris me. Sextum est signaculum crucis, vbi pependit inter latrones, & cum iniquis deputatus est, dominus maiestatis. Clausit & sepultura librum hunc, nec vllum signaculum omnino sic obstruxit, sic occultauit magnum pietatis sacramentum, & pulto nimirum domino solare stare desperatio videbatur, adeo vt discipuli dicerent: Nos autem sperabamus. Quis non illo fleret in tempore, clausum arctius librum, & non esse qui aperiret? Sed ne fleueris vltra Ioannes sancte, etiam tu noli flere Maria. Procul sit luctus, tristitiæ nebula dissipetur. Exultate iusti in domino, & gloriamini omnes recti corde. Dignus est agnus, qui occisus est, leo qui resurrexit, postremo liber ipse dignus est aperire seipsum. Resurgens nimirum à mortuis, resurgens autem virtute propria, & post tres dies, sicut prædixerat, testimonium perhibentibus inimicis, & resurgens in tanta maiestate, & gloria, indicat manifeste quæcunq; prædiximus, signacula vel operimenta voluntaria, nec conditionis fuisse, sed dignationis

gnationis. Et sermone decimoquarto inter sermones paruos: Ecce (inquit) vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius: Septem signacula sunt, tempo

ralis natiuitas, legalis circuncisio, matris purgatio, fuga in Aegyptum, carnis necessitudo, baptismus, passio. Hæc siquidem sunt veræ quædam humanitatis insignia, quibus se teneri, ac liga

ri voluit incarnata dei sapientia. Ipsa quidem est secunda in trinitate persona, & licet eandem incarnationem simul fecerint pater, & filius, & spiritus sanctus, non tamen pater, aut spiritus sanctus est incarnatus, sed solum filius. Impleuit quidem & pater & spiritus sanctus carnem filij, à quo neuter eorum poterat separari, sed impleuit maiestate, non susceptione. Ideoq; filius ostendit in carne potentiam patris per opera, exhibuit bonitatem spiritus sanctus, remittendo peccata, & quod ipse erat, id est sapientia, occultauit per illa prædicta signacula. Facta est igitur res mira, & obstupenda. Infirmata est virtus summa. & (vt ita dicam) si dici liceat, quod tamen reuerenter dico, quasi insatuata est sapientia. Nec erubesco dicere, quod non erubuit doctor gentium docere. Sic nempe credidit, sic docuit, sic scriptum reliquit. Nos (inquit) prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atq; Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Veruntamen hæc virtus abscondenda erat, & in humilitate perficienda, vt omnium implerentur oracula prophetarum. Passus est ergo in cruce impassibilis Deus, & incarne nostra mortali mortuus, ac sepult⁹ immortalis Dei filius. Sed ecce tertia die resurrexit à mortuis, & qui agnus extiterat in passione, leo factus est in resurrectione. Surrexit, & vicit leo de tribu Iuda, quia mortem, quã ex infirmitate nostra pertulit, ex virtute sua resurgendo calcauit. Resurgens enim à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Resurgendo autem, & in cœlum ascendẽdo, librum aperuit, quia nimirum ex autoritate sacræ scripturæ, quod Deus esset, innotuit. Vnde scriptum est: Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terrã gloria tua. Septem quoq; eiusdem libri signacula soluit, quando eloquia sacra fidelium mentibus referauit, & quicquid de mysterijs suis lex, & prophetæ sub allegorijs prædixerant, de his scilicet quæ per hominem temporaliter gessit, de se prædicta, & in se, ac per se completa luce clarius indicauit. Et sermone secundo in natali domini: Merito inquit flebat Iohannes non inueniri, qui aperiret librum & solueret signacula eius. Dum enim clausus staret, nemo ex nobis diuinam illam attingere sapientiam præualeret. Aperi tu librum agne Dei, vera mansuetudo. Fodiendas expone Iudeo manus tuas, & pedes tuos, vt qui in eis latet, procedat thesaurus salutis, & copiosa redemptio. Frange denique esurientibus panem tuum. Solus enim frangere potes, qui solus, vt confracta solides, stare potes, & in ipsa confractione, solus potestatem habes ponendi animam, & quum volueris, resumendi &c. Et diuus Hieronimus in Esaiam, capite vigesimonono, exponens illud Esaiæ, Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati &c. Erit (inquit) vobis omnis scriptura sancta clausa, & signata, vt vos, qui legitis litteras, & prophetarum vaticinia nosse vos existimatis, & diebus, ac noctibus volumina scripturarum indefesso ore meditamini non intelligatis quod legitis, sicut in Apocalypsi Iohannis scribitur: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? &c. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, vt aperiat librũ & soluat signacula eius. Leo autem de tribu Iuda, dominus Iesus Christus est, qui soluit signacula libri, non proprie vnius (vt multi putant) psalmorum Dauid, sed omnium scripturarum, quæ vno scriptæ sunt spiritu sancto, & propterea vnus liber appellatur. De quo Ezechiel mystico sermone testatur, quod scriptus fuerit intus, & foris, in sensu, & litera. De quo & saluator loquitur in psalmis: In capitulo libri scriptum est de me, non Hieremiæ, non Esaiæ, sed in omni scriptura sancta, quæ vnus liber appellatur. Magistris igitur Iudæorũ vsque in præsentem diem nequeuntibus legere, & aperire signacula, & Misteria pandere scripturarum, si dederis cũ librum indocto populo, qui à suis præceptoribus deuoratur, fatebuntur se nescire literas, & idcirco legere non posse. Atque é duobus malis leuius est legis imperitiam confiteri, quam iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur. Et exponens illud Ezechielis, Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, & erat scriptus intus, & foris &c. Pro inuoluto (inquit) libro septuaginta, capitulum libri transtulerunt, in manu domini sedentis super thronum, quæ missa est & extenta. De quo & in psalmis dicit: In capitulo libri scriptum est de me. Capitulum intelligamus exordiũ. Iste liber inuolutus, atq; signatus, scriptusq; intus, & foris, vel ante, & post tãtæ difficultatis fuit, vt nullus potuerit neq; in cœlo, neque in terra, neque subtus terrã aperire illum, & legere, nisi solus leo de tribu Iuda, radix

Esa. 29 a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid & Ieſſe,quem Iohannes in Apocalipſi deuoraſſe ſe dixit,non totum,ſed in capitulo, id
Eſa.29.d. eſt,inprincipio. Neque enim fieri poteſt, vt humana natura totos libri huius theſauros deuo-
ret. Et expandit illum coram propheta,& legendum,cognoſcendumq; præbuit,qui in Eſaia
populo non credenti dicitur eſſe ſignatus. Vſque hodie enim velamen Iudæis in veteri poſitũ
eſt teſtamento. Scriptusq; erat ante,& retro,de futuris,& de præteritis. Vel certe foris in hi-
ſtoriæ litera,intus intelligentia ſpirituali,de qua & Pſalmiſta: Omnis (inquit) gloria filiæ regis
ab intus. Scriptæq; erant in eo tam intus,quam foris lamentationes,& carmen,& væ. Lamen
tationes, de his qui ad pœnitentiam prouocantur,ſicut Samuel,& Apoſtolus Paulus plange-
bant,atque lugebant Saul,& Corinthios,quos ſaluare cupiebant. Carmen,ſuper his q Dei di-
gni ſunt teſtimonio,& quibus Pſalmiſta præcipit: Cantate domino canticum nouum. Porro
Væ,ſuper illis,qui penitus deſperantur,&quũ venerint in profundũ peccatorũ,contemnunt.
Et dixit ad me: Fili hominis,quodcũq; inueneris comede,comede volumen iſtud. Niſi ante eo
Pſal.39.a. mederimus apertum volumen,docere non poſſumus filios Iſrael. Deniq; & Dauid poſtquã
ipſe miſericordiam conſecutus eſt: Docebo(inquit)iniquos vias tuas. Et aperui os &c. quia mi
hi dictum eſt: Aperi os tuum, & comede. Et aperto ore dominus largitus eſt cibos, vt initia
voluntatis,in nobis ſint, & perfectionẽ beatitudinis a domino conſequamur. Non eſt enim
volentis,neq; currentis,ſed miſerentis dei. Attamen & velle,& currere noſtri arbitrij eſt. Ven
ter tuus &c. Principia lectionis,& ſimplicis hiſtoriæ,eſus voluminis eſt. Quando vero aſſidua
Coll.1.b. meditatione in memoriæ theſauro librum domini condiderimus,impletur ſpiritualiter ven-
ter noſter,& ſaturantur viſcera,vt habeamus cum Apoſtolo Paulo viſcera miſericordiæ.

De eodem libro ſcripto intus,& foris,& ſignato ſeptem ſigillis,
ex Ruperto. Cap. XXXVII

Apoc.5.a. ET vidi(inquit Iohannes)in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus,& fo
ris &c. Vnus iſte liber ſancta ſcriptura eſt. Scriptura (inquam) omnis diuinitus inſpirata,
quæ idcirco dicitur,& eſt vnus liber,quia vno ſpiritu eſt conſcripta,& vnius verbi Dei theſau
rus ſiue ſacrarium eſt. Liber iſte in Eſaia quoque & ſcienti literas,& neſcienti,intreſerabilis. Cu
ius tamen etiam illic ita prædicatur apertio. In die illa audient ſurdi verba libri. De quo &
Ezechiel: Et vidi(inquit)& ecce manus miſſa ad me,in qua erat liber inuolutus,& expandit il
lum coram me,qui erat ſcriptus intus,& foris. Vbi & hoc quod Iohannes tacuit,quid videlicet
in libro ſcriptum eſſet,adiunxit,dicens: Et ſcriptæ erant in eo lamentationes & carmen,& væ.
Cuncta eñ ſeries & veteris,& noui teſtamenti,pœnitentiam pro peccatis agendam,regnum
cœleſte quærendum,& fletus infernales præmonet eſſe fugiendos. Librum ergo,id eſt,omne
ſcripturam,librum magnum & ſacrum vidi(iniquit)in dextera ſedentis ſuper thronum. Vera
citer in dextera,iuxta illud in Deuteronomio: In dextera eius ignea lex. ſapientia vero dicit: In
ſiniſtra eius diuitiæ,& gloria. Ignea lex,idipſum quod hic liber ſcilicet,& omnis ſcriptura ſan
Pſal.118.a. cta eſt,vt iam dictum eſt. Verbum quippe,ſiue eloquium domini eſt de quo & Pſalmiſta: Igni-
tum,ait,eloquium tuum vehemẽter. Attendamus ergo,quia ſedens iſte ſuper thronum,multũ
porens,& valde diues eſt,& diſtantes,atq; diuerſas à dextris atq; à ſiniſtris facultates poſſidet,
à dextris hunc librum,legem igneam,à ſiniſtris diuitias & gloriam. Quanto melior eſt dexte
ra,quam ſiniſtra,tanto felicius bonum eſt liber iſte,ſiue ignea lex,quam diuitiæ,& gloria. Scri-
ptum,ait,intus,& foris. Intus & foris ſcriptus eſt liber,quia nimirum ſancta ſcriptura,& hiſto-
Apoc.5.a. riali,ſiue literali tenore legenda,& ſpiritali ſenſu intelligẽda eſt. Signatus eſt quoq; ſigillis ſeptẽ,
ita videlicet,vt omnem in ſe contineat myſteriorum Chriſti plenitudinem,quæ niſi ille veni-
ens adimpleſſet,nemo intelligeret,& tanquã ſignacula firmiſſima ſoluere cupies fruſtra labora
ret,quia conuenientia non eſſent quæcunq; quaſi exponendo dicere contenderet. Deniq; hi,
quibus Chriſtus non venit,vel qui Chriſtum non receperunt,nunc vſq; clauſum,& ſignatum
verſant librum,imo nec ſignatum eſſe vident,quia velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. & ſi-
cunq; quaſi exponendo fari geſtiunt,conuenientia non ſunt. Bene autẽ dictum eſt,ſignatũ ſi-
gillis ſeptẽ,quia videlicet ſeptẽ ſunt Chriſti myſteria,circa quæ verſatur ſancta legalis, & pro-
phetica ſcriptura,ſcilicet incarnatio,paſſio,reſurrectio,aſcẽſio,datio ſpiritus ſancti paracleti,vo
catio gentiũ,ſecundus aduentus Chriſti ad iudicandũ. Ita quippe iſtis myſterijs ſancta ſcriptu-
ra eſt ſignata,vt quicunque iſta non recipit,nullatenus veritatẽ eius intelligere ſualeat. Et vidi
Angelum fortem &c. Angelus iſte fortis ita ſ dicans voce magna,ſanctorũ antiquorum anhe
lam expectationem,magnumq; deſiderium ſignificat,de quibus in Euangelio dñs: Multi(in-
Mat.13.c quit)prophetæ voluerunt videre,quæ vos videtis,& non viderũt. Et Apoſtolus ad Hebræos

enumeratis patribus: Iuxta fidem(inquit)defuncti ſunt omnes iſti &c. vſq; vt non ſine nobis
conſummarentur. Nimirum expectatio,& illa à longe illorum ſalutatio,atq; confeſſio,magnus
erat magni deſiderij clamor,qualem hic in iſta viſione ſignificari decuit,magna voce Angeli
fortis fortiter prædicantis. Legebant de filij dei incarnatione: Ecce virgo concipiet, & pariet
filium &c. Et: Paruulus natus eſt nobis &c. Et de diuina eius natiuitate: Dominus dixit ad me,
filius meus es tu &c. Item de eiuſdem Paſſione: Vere languores noſtros ipſe tulit &c. Et, Fode-
runt manus meas &c. Item de reſurrectione: Viuificabit nos poſt duos dies,in die tertia ſuſci-
tabit nos &c. Et in Pſalmo: Ego dormiui,& ſoporatus ſum &c. Et de aſcenſione: Quoniam
eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Et iterum: Aſcendit Deus in iubilatione &c. Item
de datione ſpiritus ſancti: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem &c. Item de voca
tione gentiũ: Vocabo non plebem meam,plebem meã &c. Item de iudicio: Dominus ad iudi
cium veniet &c. Hæc (inquam) legebant,& multa his ſimilia,quia omnis fere ſcripturarum ple
nitudo circa ſeptem hæc verſatur myſteria,& deſiderantes,atq; ſuſpirantes videre illorum ad
impletionem,dicebant: Quis eſt dignus aperire librum,& ſoluere ſignacula eius? Id eſt,In quo,
vel per quem implerentur tot,& tanta hęc myſteria,hoc eſt,quod ſequitur: Et nemo poterat.
Erant in cœlo Angeli,in terra erant viuentes homines,iuſti nonnulli,erant ſubtus terram ſci-
licet apud inferos,in quadam tamen requie,patriarchæ,& prophetæ,reges quoq;,& iuſti plu
rimi mortui,nemo illorum poterat,aut potuerat aperire librum,id eſt,iã dicta adimplere my-
ſteria ſcripturarum,neque reſpicere illum,id eſt,nec ſaltem ſperare de ſemetipſo,quod tantũ,
tamq; diuinum poſſet exequi ſalutis mundi negocium. Et ego flebam multum &c. Hæc talis
dictio,Vnus de ſenioribus nõ ſolum flentem conſolatur,verumetiam videntem,atq; viſurum
docilem reddit,vt rerũ,ſiue imaginũ,quas videt,cognitor fieri melius poſſit,pręmonitus,atq;
ad memoriam rerum geſtarũ adductus,in ipſo exceſſu verbis huiuſcemodi,Ecce vicit leo &c.
vſq; tanquam occiſum. Cur hoc? Quia is,qui per manſuetudinem,& patientiam in ſua paſſio Eſa.53.b.
ne dignus erat,& ſicut agnus erat coram tondente ſe obmuteſcens,non aperuit os ſuum,ipſe
conſũmata eadem paſſione,mox tanquam catulus leonis ad prædam aſcendens,infernum ſpo
lauerat,atq; in ſepulchro requieſcens,& accubans vt leo,& quaſi leæna,ipſam quoq; mortem
corporis,& in ſemetipſo,& in nobis tertio die magno rugitu,magno cum terræmotu contri-
uerat. Sane multo amplius iſte leo tunc rugiet,qñ ad iudicandum veniens, tẽpeſtate valida cir
cumtonante,mortuos omnes,ac ſi dormientes,euigilare faciet. Ecce(inquit)vicit leo,vicit fortí
tudine ſua principem aduerſæ fortitudinis,tantus,ac talis,vt dignus fuerit,ac ſit aperire librũ,
& ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi,& ecce in medio throni &c. Vnusidemq; Chriſtus,q
agnus eſt,innocenter moriendo,leo quoq; factus eſt mortem fortiter euincendo. Vtrunq; au-
tem veteris ſcripturæ autoritate fundatum eſt. Nam quem leonem,ſiue catulum leonis Iacob
patriarcha prædixit eundem per agnum Moſes in Aegypto figurauit. Quomodo autẽ in me
dio throni,& quatuor animalium,& ſeniorum,niſi quia rex regum eſt,& dominus dominan-
tium? Num poteſtatem eius,& ſapientiam,qua dominatur,& imperat,exprimit,dicendo,Ha
bentem cornua ſeptem &c. Hic propter eminentiam poteſtatis,& fortitudinis ſeptem corni- Rom.6.b.
bus,& propter illuminationem gratiæ,vel ſapientiæ,ſeptem oculis comparatur. Additur ąq;
Tanquam occiſum. Quid eſt tanquam occiſum,niſi aliquando occiſum,nunc autem viuum?
Nam ille quidem reſurgens ex mortuis,iam non moritur,mors illi vltra nõ dominabitur. Et
venit,& accepit de &c. quia veniens Chriſtus in hunc mundum per incarnationis myſterium,
nihil diuitiarum,aut gloriæ de ſiniſtra,ſed tantummodo librum,ſiue igneam legem accepit de
dextera,intendens aperire illum,& ſoluere ſeptem ſignacula eius. Vniuerſa hoc in loco ſancto
rũ veterum,ac nouorum Eccleſia intelligitur per viginti quatuor ſeniores,& quatuor anima-
lia. Eccleſia nanq; vna omnium electorum,prædicat ſcriptis,prædicat miraculis,in illo homi-
ne Ieſu Chriſto,qui crucifixus eſt, completa eſſe omnia,& dicit: Dignus es domine accipere
librum &c.

Quo pacto intelligatur illud Exodi, Dele me de libro, quem ſcripſiſti, & illud Pſal-
miſtæ, Deleantur de libro viuentium &c.
Cap. XXXVIII.

QVo pacto autem intelligendum ſit illud Exodi, Dele me de libro quem ſcripſiſti. D. Auguſt. Ambroſius libro tertio de ſpiritu ſancto, capite vndecimo: Diuinũ (inquit) nõ dele Ambroſius
et oraculum, non deleꝰ ſpũs ſanctus, ſed auerſatur impias mentes, nõ deletur gratia, ſed ini- Hieron.
quitas. Quia ſcriptum eſt: Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas. Denique Moyſes pro
populo petens, Dele (inquit) me de libro tuo, ſi non parces huic populo. Nec tamen deletus ẽ,
quia non habebat iniquitatem, ſed gratiam profluebat. Et diuus Hiero. ad Algatiã quæſtio-
ne nona

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne nonæ: Quare (inquit) Apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistola: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis &c, vsq; in sæcula Amen: Reuera valida quæstio, quomodo Apostolus, qui supra, dixerat: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia. &c. vsque, quæ est in Christo Iesu domino nostro, nunc sub iureiurando confirmet, & dicat: Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea &c. optabam anathema esse &c. Si enim in Deum tantæ est charitatis, vt nec metu mortis, nec spe vitæ, nec pfecutione, nec fame, nec nuditate, nec periculo, nec gladio possit separari à charitate eius, & si Angeli quoque, & potestates, & vel præsentia, vel futura, & omnes cœlorum fortitudines, & excelsa pariter, ac profunda, & vniuersa simul creatura ei ingruat (quod nequaquam potest fieri) tamē non separatur a charitate Dei, quam habet in Christum Iesum quæ est, ista tanta mutatio, imo inaudita prudentia, vt pro charitate Christi nolit habere Christum? Et ne ei forsitan non credamus, iurat, & confirmat in Christo, & cōscientiæ suæ testem inuocat spiritum sanctum, se habere tristitiam, non leuem ac fortuitam, sed magnam, & incredibilem, & habere dolorem in corde, non qui ad horam pungat & transeat, sed qui iugiter in corde permaneat. Quo tendit ista tristitia? Ad quid proficit incessabilis dolor? Optat anathema esse à Christo, & perire, vt alq; salui fiant. Sed si consyderemus Moysi vocem rogantis Deum pro populo Iudæorum, atq; dicentis: Si dimittis eis peccatum suum, dimitte: Si autem non dimittis, dele me de libro tuo, quem scripsisti, perspiciemus eundem, & Moysi, & Pauli erga creditum sibi gregem affectum. Pastor enim bonus ponit animā suā pro ouibus. Mercennarius autem, quum viderit lupum venientem, fugit, quia non sunt eius oues. Et hoc ipsum est, dicere: Optabā anathema esse a Christo: Et, dele me de libro quē scripsisti. Qui enim delentur de libro viuentium, & cum iustis non scribuntur, anathema fiunt a domino. Simulq; cerne Apostolum quantæ charitatis in Christū sit, vt pro illo cupiat mori & totus perire, dummodo omne in illum credat hominū genus. Perire aūt nō in perpetuū, sed in præsentiarum. Qui enim perdiderit aiam suā pro Christo, saluā eā facit. Vnde & de xlm. Psal. assumit exemplū: Q̄m propter te mortificamur tota die, reputati sumus vt oues occisionis. Vult ergo Apostolus perire in carne, vt alij saluent in spiritu, suum sanguinē fundere, vt multorum animæ conseruentur. Quod autem anathema interdū occisionem sonet multi, vt veteris instrumenti testimonijs probari potest. Et exponens illud Ionæ Et resurrexit Iohas vt fugeret &c. Legerat Moysen (inquit) rogantem dixisse pro populo suo: Si dimittis eis peccatum, dimitte, si autem non dimittis, & me dele de libro tuo quem scripsisti, & ad preces eius saluatū Israel, & Moysen de libro non fuisse deletum, quin potius dominum occasionem accepisse per seruum, vt cæteris conseruis illius parceret. Dum enim dixit, Dimitte me, ostendit se posse tineri. Tale quid & Apostolus loquitur: Optabam anathema esse &c. Non quod ipse perire desideret, cui viuere Christus & mori lucrum, sed magis meretur vitam, dum saluare vult ceteros. Et Origenes in epistolam ad Romanos, eadem verba exponens: Videns (inquit) Paulus, quod si secūdum ea, in quibus supra expositum est nulla in cœlestibus, vel terrestribus, præsentibus, vel futuris aduersantibus sibi creatura possit à Christi charitate separare, contrarium, & increbile videretur, quod nunc dicere proponebat, optare se a Christo, quē tam inseparabiliter diligebat, anathema fieri, id est alienum effici & mendacij notam subire videretur, satisfactionem præmittit, vt nequaquam de eius sermone dubitetur, & dicit: Veritatem dico in Christo &c. Quid tibi prodest Paule illorum salus si tu a salute separeris, si tu pereas? Sed ego dicit a magistro & domino meo, quoniam qui vult animam suam saluam facere, perdet eam, & qui perdiderit eam inueniet eam. Quid ergo mirum si Apostolus pro fratribus suis anathema fieri velit qui sciat eum qui in forma erat dei, exinanisse se de ea, ac susceptisse formam serui, & factum esse pro nobis maledictum? Quid ergo mirū si quū dñs pro seruis maledictum fit factū, seruus pro fratribus anathema fiat? Hæc autē arbitror, quod & Moyses, quum peccasset populus, dicebat ad dñm: Et nūc si quidem remitte eis peccatū, remitte; sinautē, dele me de libro vitę quē scripsisti. Quid ergo? Inferiorē vis Moysi Paulū videri? Ille deleri se petit de libro vitæ pro fratribus suis, Paulus non debet optare anathema esse pro fratribus suis? Sed fortasse dicat aliquis, quod Moyses hoc offerens salutē populo meruit impetrare, Paulus vero optat quidē, sed non est auditus. Quid si ostendam tibi magis Paulum auditū esse, quam Moysen? Omnes enim illi, qui per Moysen exierant, ceciderūt in deserto. Posteri vero eorum, qui terram repromissionis acceperunt, etiam nunc iactantur ab ea, nunc exules, & extorres. Paulus vero audi quid dicat de Israel: Nolo vos (inquit) fratres ignorare misterium hoc, quia, cæcitas ex parte Israel cōtigit, donec plenitudo gentiū subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Vides ergo

des ergo quia exauditus est Paulus, & quia se obtulit anathema salutem meruit fratribus. Et ideo mihi videtur illa omnia præmisisse, quod nulla vis possit eum à charitate dei diuellere, vt quum se offerat anathema pro fratribus suis, non lapsum eius passibilem iudices, sed sicut ille, qui inseparabilis est à patre per naturam, & immortalis in mortem venit, & in infernum descendit: ita & iste imitando magistrum quum separari à charitate Christi nō possit, à Christo anathema fiat pro fratribus suis, deuotione vtiq; non præuaricatione. Et diuus Bernardus sermone duodecimo super Cantica: Quid de Moyse dicam quanto adipe, & pinguedine & ipse repleuerat viscera suā? Nec domus illa exasperans, in qua pro tempore versabatur, potuit vnquam in omni murmure, & furore suo vnctionem spiritus, qua semel imbuta fuerat, exterminare, quo minus inter assiduas lites & quotidiana iurgia ipse in sua mansuetudine perduraret. Merito testatus est spiritus sanctus de eo, quod esset mitissimus omnium hominum, qui morabantur super terram. Siquidem cum his qui oderant pacē, erat pacificus, in tantū, vt populo ingrato, & rebelli nō modo nō irasceret ei, sed & irascentē deū suo interuētu lenitet, sicut scriptū est: Dixit vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in cōfracti one in cōspectu eius, vt auerteret irā eius, ne disperdet eos. Deniq; si dimittis (ait) dimitte: sin ali, dele me de libro, quē scripsisti. O vere hom vnctū vnctiōe misericordię. Loquit plane pa retis affectu, quē nulla possit delectare felicitas exortibus q̄s parturiuit. Verbi gratia: Si diues q̄piā mulieri paupculę dicat: Ingredere tu ad prandiū meū, sed quē gestas infantulū relinque foris, q̄n plorat, & molestus ē nobis, nunqd faciet? Nōne magis eliget ieiunare, q̄ exposito pignore charo sola prādere cū diuite? Ita nec Moysi sedet solū se introducī gaudiū dñi sui, scilicet remanēte populo, cui licet ingrato, & ingrato, vice pariter, & affectiōe matris inhæret. Dolet viscera, sed tolerabiliorē sibi iudicat torsionē q̄ cuulsionē. Et Rupertus in cōmenta rius: Aut dimitte (inqt) eis hanc noxā &c. Quare? Quia & ego homo peccator sum. Si nō est apud te propiciatio, si iudicium apud te est sine misericordia consequitur, vt me de libro tuo deleas. Nam si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? Ergo si tu peccata non dimittis, si soli apud te scripti permanent iusti, consequens est, vt nec ego permaneam in lib. tuo, quē scripsisti. Scripsisse, & q̄ scripserit delere dicitur deus, non q̄ mutetur quasi homo sæpe mutans sti-lum suum, iterum quæ digna sunt legi scripturus, sed q̄ multos, qui scripti esse sibi videntur, eo q̄ confiteantur se nosse deum, de memoria tollat per iudicium factorum, quia factis negant. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. i. multi in p̄senti Ecclesia nomina sua dando in lib. confessionis conscripti, sed pauci (quod valde pauendum est) iudicij diluuium euasuri sunt. Vnde protinus respondens, dicit: Qui peccauerit mihi, delebo eū de libro vitę. Et libro de processione spūs sancti quinto, capite sep. hoc modo scribit: Rugiens Moyses à gemitu cordis sui, Aut dimitte (inquit) ei hanc noxam &c. id est, si non dimiseris, si propter peccatum eorum promissionem tuam implere desieris, vt deletis illis, non veniat semen quod Abrahę promisisti, vnum est ac si deleas, & plane consequitur, vt deleas me de libro tuo, quem scripsisti. Nullus enim, nisi ille venerit, saluari poterit. Proinde si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Et Cassiodorus, exponens illud Psalmistæ, Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur, hoc modo scribit: Verba talia per tropicam locutionem de deo dicta frequenti locutione, notissimum est. Nam delere, & scribere, & librum habere datum est homini causa memoriæ, vt quod mentis infirmitate retinere non poterat, adiumento scripturæ, quum res posceret, potuisset agnoscere. Sic enim & Moyses dixit ad dominum: Si hanc populo non parcis, dele me de libro viuentium. Sed liber iste notitiæ domini est inmobilis, firmaq; sententia. Dicitur ergo de Iudæis: Deleantur de libro viuentium, non quia scripti erant, sed quia ascriptos se esse iudicabant. Ibi enim quod scribitur, deleri non potest, quia totum in prædestinatione solidatum, & nullus euentus mutare poterit, quod illa prouidentia superna decreuit. Et cum iustis non scribantur. Idem ipse locutionis est modus, vt scribere dicat Deum, quod est in illa iudicatione facturus, sicut in Euangelio dicit: Sed potius gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et diuus Augustinus: Deleantur de libro viuentium & cæ. Aliquando enim illic scripti erant errantes? Fratres, nō sic accipere debemus, quod quenquam deus scribat libro vitæ, & deleat illum. Si homo dixit, Quod scripsi scripsi, de titulo vbi scriptum erat: Rex Iudæorum, Deus quenquam scribet, & delet? Prescius est. Prædestinauit omnes ante constitutionem mundi regnaturos cum filio suo in vita æterna. Hos quos conscripsit, ipsos continet liber vitæ. Denique in Apocalipsi quid ait spiritus Dei, quum de pressuris ab Antichristo futuris loqueretur eadem scriptura? Consentient illi (inquit) omnes qui non sunt scripti in libro vitæ.

Rom. 8. ℞

Bernar. Iub

Psal. 105. g

Mat. 22. d

Cassiodor. i Psal. 68. f.

Augustinus

Ioha. 17. d.

Pro inde

Universidad de Deusto
Biblioteca

proinde sine dubitatione non erunt consensuri, qui scripti sunt. Isti ergo quomodo inde deleantur, vbi nunquam scripti sunt? Hoc dictum est secundum spē ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Quid est, Deleantur de libro vitæ? Et ipsis constet non illos ibi esse. Ex hac locutione dictum est in alio Psalmo: Cadent à latere tuo mille, & denamilia à dextris tuis, id est, multi scandalizabuntur, & ex eo numero, qui se sperabāt sessuros tecum, & ex eo numero, qui se sperabāt stituros ad dexteram tuam, separati ab hœdis sinistris. Non quia, quum ibi fuerit aliquis, postea cadat, aut quum sederit cum illo quisquam, abnciatur, sed quia multi casuri erant in scandalum, qui iam ibi se esse putabant, id est, multi, qui se sperabant sessuros tecum. Sic ergo & hic illi, qui se sperabant, tanquam merito iustitiæ suæ in libro scriptos Dei, quibus dicitur: Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, quum perducta fuerit damnatio eorum, etiam ad cognitionem eorum, delebuntur de libro viuentium, id est, non ibi se esse cognoscent. Nam versus qui sequitur, exponit quod dictum est: Et cum iustis non scribantur. Dixit ergo: Deleantur secundum spem eorum, secundum autem æquitatem tuam, nō scribantur.

Psal. 90. b

Ioha. 5. f.

Diui Thomæ, & Hilarij, & Hieronymi in antedicta Psalmistæ verba, expositio. Cap. XXXIX.

Diuus autem Thomas Aquinas antedicta Psalmistæ verba, Deleantur de libro vitæ, &c. declarans, hoc pacto scribit: Liber vitæ metaphoricos in Deo dici, hoc est, secundū similitudinem à rebus acceptam humanis, haud dubium est. Siquidem mos est apud homines, vt qui ad aliquod munus, siue officium deliguntur, in libro conscribi, vt milites, vt consiliarij, olim patres nuncupabantur conscripti. Et quia omnes, quos Deus prædestinauit, vt vitam habeant æternam, ab ipso Deo eliguntur, idcirco nihil aliud est liber vitæ, quam ipsa prædestinatorum conscriptio, siue Dei notitia, qua firmiter retinet ad vitam æternam, nonnullos præstinasse. Nam quemadmodum libri scriptura signum quoddam est eorum, quæ fīda sunt, itidem antedicta Dei notitia signum quoddam est, apud illum, eorum, qui ad vitam perducendi sunt æternam, dicente Apostolo: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Nouit dominus qui sunt eius. Est autem hic vitæ liber non eorum, quæ homini conueniunt secundum propriam naturam, sed respectu finis vltimi, qui facultatem excedit humanam, ad quem quispiam eligi dicitur. Et quia diuina gratia ad vitam ordinatur æternam tanquam ad finem, idcirco liber vitæ ipsam non respicit gratiam vt finem, sed vt medium, à quo potest homo deficere. Propterea non simpliciter, & absolute dicitur quispiam in libro vitæ scriptus secundū præsentem gratiam, sed qui ad vitam æternam penitus habendam ordinantur. Vere autem de libro vitæ nullus deleri potest, sed duntaxat secundum hominum opinionem, quatenus homines ob præsentem, quam in nonnullis vident iustitiam, illos in libro vitæ conscriptos esse arbitrant. Sed quū constituerit, vel in hoc sæculo, vel in futuro quempiam à gratia excidisse, & iustitia, tunc de libro vitæ deleri dicitur. Qui ergo conscripti sunt in libro vitæ secundum diuinam prædestinationem, quæ nunquam deficit, nunquam de ipso libro delebuntur. At qui fuerit illic conscriptus ex præsenti duntaxat gratia, per quam homo dignus est vita æterna, quę tamen deficere potest, deleri dicitur, quum ipsam amittit gratiam, non quod deleatur de ipsa Dei notitia, quam deus quippiam præscierit, & postea nescierit, sed quod deus nouerit quempiam prius in vitam æternam ordinatum per gratiam ab illo acceptam & postea ad illam nō ordinari ob gratiæ defectum, quam amisit. Et eo pacto, quo quispiam de libro vitæ deleri dicitur, potest quoq; dici & de nouo illic scribi, vel secundum hominum opinionem, vel quia de nouo ad vitam ordinatur æternam per gratiam, & hoc totum sub diuina comprehenditur notitia, quam non de nouo. Et diuus Hilarius in enarratione Psalmi cxxxviij, exponens illum versum,

2. Thes. 2. c

Hilarius.

Ioha. 17. b.

Et in libro tuo omnes scribentur, hoc modo scribit: Ego (inquit saluator) pro his rogo, nō pro seculo rogo, sed pro his, ąs dedisti mihi. Pro his ergo orat, vt in libro Dei scribantur. Et si forte ambigant cur non in libro viuentium scripti sunt, mihi maioris dignitatis videtur esse in libro dei scribi, quia peccatores de libro viuentium delentur, iusti autē in libro dei scribuntur. Quod vtrunq; sub his dictis significatur: Deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur. Pro resurrectiōis enim diuersitate, quia stella à stella differt in gloria, plures in libro viuentium erunt. Iusti autem in libro Dei scribentur, quia peccatores non modo cum iustis non scribētur, sed ne in libro quidem viuentium relinquentur. Et in enarratione Psalmi lxviij, hoc pacto scribit: Quoniam quem tu percussisti persecutisunt &c. Appone iniquitatem super iniquitatem &c. deleantur de libro viuentium. Percussus est dominus, peccata nostra suscipiens, & pro nobis dolens, vt in eo vsq; ad infirmitatem crucis, mortisq; percussio, sanitas nobis per resurrectionē ex mortuis redderetur. Hunc igitur a Deo pcussum plecuti sunt, super dolorem vulnerū,

1. Cor. 15. c

vulnerum, dolorem persecutionis huius addentes. Pro nobis enim secundum prophetam dolet, & idcirco esse in doloribus æstimandus est. Quod enim postea nominis sui odium suscepe-
rint, quatenus silentiū resurrectionis pecunia emerint, quibus apostolos terroribus, iniurijsq;
vexauerint, cognitum est. Et quia hæc super dolorem vulnerum addiderunt, apponetur super
iniquitatem iniquitas. Appositæ autem iniquitatis pœna est, ne intrēt in iustitiam dei, id est, ne
concorporales, & comparticipes Christo fiant, qui nobis secundum apostolum iustitia sanctificatio, & redemptio a deo factus est. Excluſi vero a iustitiæ ingressu, necesse est a libro viuenti
um deleantur. Scripti enim erant in Abrahæ benedictionibus, cuius semen, sicut stellæ cœli, & sicut arena ad oram littoris abundaret. A quo libro, quum omnem populum deleri Moses
metueret, se primum deleri deprecatus est, optans (vt opinor) secundum Apostolum anathema pro fratribus suis esse. Et quia super dolorem vulnerum dolorem persecutionis addētes,
rursum pœnitentiæ locum perdiderunt, deleti de viuentium libro, ne postea quidē scribi cū
iustis meruerunt, vt intelligi possit alius viuentium, alius liber esse iustorū. Nec ambiguū est,
eos in viuentium libro esse, qui antea sine vlla Christi cognitione pie in lege versati, omnia præ
scripta legis impleuerunt, de quibus secundum legem Apostolus Paulus ita docuit: Quia qui
fecerit ea, viuet in illis. Scribuntur autem in libro iustorum quibus iustitia Christus est factus.
Iustus enim ex fide viuit. Quo de libro ad Apostolos deus loquit, dicens: Gaudete & exulta
te, quia noia vestra scripta sunt in cœlo. Et idcirco duplex significantia delendorum de libro
viuentium, & non scribendorum in libro iustorum fuit, quia post librum viuentiū liber esset
reliquus iustorum. Apostolis autē hinc magnæ gratulationis causa suggeritur, quia plus sit in
libro scriptos esse iustorū, ą̄ de viuentium libro non esse deletos. Et Rupertus lib. quarto, in
Exodum cap. trigesimo secundo. Deleantur de libro viuentium &c. Delebit (inquam) id est,
non scribet, & quod scripti esse videbantur, dicendo filios se esse Abrahæ, & habendo tem-
plum, & altare, quasi calami vitium abstersit, delēdo cum eis templum ipsorum & altare, itaq;
dum quamuis dicant se Iudæos esse, non sunt Iudæi, sed sunt synagoga sathanæ, plane deleti
sunt, deo pro illis aliorū confessorū noia scribente, aliosq; suscitante pro illis filios Abrahæ,
Et diuus Hieronymus in commētarijs duos hic libros indicat scriptos, viuentium, ac iustorū.
Vnde animaduertendum est, q̄ ille sit viuentium, in quo ante aduentum dei prophetæ, ac patriarchæ scripti sunt, de quo Moyses peccante populo, ait: Si non dimittis eis noxam, dele me
de libro, quem scripsisti. Iustorum vero dicit illum, de quo dominus ad eos qui per fidem secutisunt, ait: Gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælo. Persecutores ergo isti
in primo libro deleti sunt, & in secundo non sunt scripti.

Pfal. 68. f.

Hieronym.

De eodem libro, qui scriptus est in Ezechiele secundum Gregorianam expositionem. Caput XL.

Gregorius.

Scriptum quoq; est in Ezechiele, Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber &c. Quæ verba enarrans D. Greg. homilia nona super Ezechielem, hoc pacto scribit: Sicut per prophetam prædicatorum ordo, sic per librum, quē accepit, scripturæ sacræ pagine designantur. Liber autem inuolutus, est scripturæ sacræ eloquium obscurum, q̄d profunditate sententiarum inuoluitur, vt non facile sensu omnium penetretur. Sed corā propheta liber expanditur, quia corā prædicatoribus sacri eloquij obscuritas aperitur. Inuolutum librū manus dei porrexerat, quum saluator dicebat: Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo &c. Sed librum, quem inuolutum ostenderat, expandit, cum hoc quod per ænigmata loquebatur, exposuit, dicēs: Qui seminat bonum semen, est filius hominis &c. Hunc inuolutum librum veritas expandit, qñ aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas. Qui erat, inquit, scriptus intus, & foris. Liber enim sacri eloquij intus scriptus est per allegoriam, foris per historiam, intus per spiritalem intellectum, foris autē per sensum literæ simplicem, adhuc infirmantibus cōgruentem, intus, quia inuisibilia promittit, foris, quia visibilia præceptorum suorum rectitudine disponit, intus, quia cælestia pollicetur, foris autem, quia terrena contemptibilia qualiter sint, vel in vsu habenda, vel ex desiderio fugienda, præcepit. Alia nanq; de secretis cælestibus loquitur, alia vero in exterioribus actionibus iubet. Et ea quidē quæ foris præcepit, patent, sed illa quæ de internis narrat, plene apprehendi nequeunt. Vnde scriptum est: Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Quid enim cæli nomine, nisi sacra scriptura signatur? De qua nobis & sol sapientiæ, & lux exoritur, quia per scriptores suos carnis lingua formatum, atq; virtututū lucent. Quod sicut pel
nascentiæ, & ex antiquis patribus stellæ exemplorum, atq; virtutum lucent. Quod sicut pel
la doctorum exponendo explicatur. Quid vero aquarum nomine, nisi sanctissimi angelorū

Universidad de Deusto
Biblioteca

signantur chori? De quibus scriptum est: Et aquæ, quæ super cælos sunt, laudẽt nomẽ dñi. Hi ergo cæli superiora dominus aquis tegit, quia alta sacri eloquij, id est, ea quæ de natura diuinitatis, vel de æternis gaudijs narrat, nobis adhuc nescientibus, solis angelis in secreto sunt cognita. Cælum ergo hoc & coram nobis extenditur, & tamen aquis superiora eius contegun-
tur, quia & quædam sacri eloquij iam nobis per apertionem spiritus patent, & quædam, quæ
solis angelis possunt esse manifesta, nobis adhuc seruantur occulta. De quibus tamen occultis
iam partem per spiritalem intelligentiam sentimus, iam sancti spiritus pignus accepimus, qui
hæc & plane nondũ cognouimus, & tamen medullitus amamus, & in multis spiritalibus sensi-
bus, quos iam cognouimus, veritatis pabulo pascimur. Dicat ergo: Qui erat scriptus intus, &
foris. Quia in sacro eloquio & dictis occultioribus, atq; sublimioribus satiantur fortes & præ-
ceptis apertioribus nos paruuli nutrimur. Vnde scriptum est: Mõtes excelsi ceruis, petra re-
fugium herinacijs. Habeant enim montes intelligentiæ, qui iam contemplationis saltus dare
nouerunt. Sed petra fit refugium herinacijs, quia nos paruuli, & peccatorum nostrorum spi-
1.Cor.1.2 nis cooperti, & si intelligere alta non possumus, in petræ nostræ refugium, id est, in Christi fi-
de saluamur. Vnde & quibusdam dicitur: Nihil me iudicaui scire inter vos, nisi Christum le-
sum, & hunc crucifixũ. Ac si diceret: Quia vos capere diuinitatis eius mysteria non posse pen-
saui, sola vobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur: Et scriptæ erant in eo lamen-
tationes, carmen, & væ: Carmen aliquando in bono, aliquando vero in malo accipi, dubium
non est, quia & lætum carmen, & lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripturæ sacræ
vsum sequentes, quę pene semper carmen ponere in prosperis solet, hoc in loco pro bona pac-
te dictum carmen accipimus. Nam quum omnipotens deus populum suum de mari rubro li-
Exod.15.a berasset scriptum est: Tunc Moyses, & filij Israel cecinerunt carmen domino, Et quum Da-
uid victoriam de hostibus fecisset, scriptum est: Locutus est Dauid domino verba carmi-
nis huius. Salomon quoque ait: Acetum in nitro, qui cantat carmina corde pessimo. Acetum
quippe si mittatur in nitro, feruescit nitrum protinus, & ebullit. Et peruersa mens, quando
per increpationem corripitur, aut per prędicationis dulcedinem bona suadentur, de correpti
one fit deterior. Et inde in murmurationis iniquitate succenditur, vnde debuit ab iniquitate
Iob.39.c. compesci. Per Heliu quoq; de ingrato, ac sese desperante, dicitur. Et non dixit, vbi est qui me
fecit, qui dedit carmina in nocte? Carmen quippe in nocte, est lætitia in tribulatione. Carmẽ
enim nocte accipimus, quando in pressuris præsentibus de futuris gaudijs cõsolamur. Carmẽ
nobis ostendebat Apostolus, quum dicebat: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen
in nocte se Dauid habere indicat, dicens: Tu es mihi refugium à pressura, quæ circũdedit me.
Exultatio mea, redime me à circundantibus me. Qui enim circundari se pressuris narrat, & tñ
deum sibi esse exultationem nominat, proculdubio carmen in nocte cantat. Quia igitur pene
semper in bono carmen ponere scriptura sacra consueuit, ita à nobis etiam in hoc loco debet
intelligi. Væ autem in scriptura sacra sæpius de æterno luctu, quam præsenti solet intelligi. Vnde scriptum est: Væ impio in malo, Retributio enim manuum eius fiet ei. Et be-
tus Iob loquitur, dicens: Si impius fuero, væ mihi est: si autem iustus, non leuabo caput, satura-
tus afflictione, & miseria. Iustorum enim afflictio, temporalis est. Væ ergo quod dixit, à tem-
porali afflictione distinxit, qui & iustum afflictionem, & impium væ habere perhibuit. Per se
metipsam quoq; veritas dicit: Vę mũdo à scandalis: Et vę vobis qui ridetis, quoniam flebitis
Mat.24.b Et vę prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Pensandum ergo nobis est, qũo hęc tria in
sacro volumine scripta sint, lamentatiões carmẽ, & væ, Lmentatiões videlicet, quia in eo scri-
pta est pœnitentia peccatorum, carnem vero, quia ibi prænũciantur gaudia iustorum, væ autẽ
qa illic expressa est damnatio reproborum. Vt ergo peccata punias, lege quę in hoc volumine
scripta sunt lamenta: Scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Et rursus: Miseri estote,
& lugete. risus vester in luctũ conuertatur, & gaudium in mœrorem. Vt autem de promissi-
one gaudij sequentis hilarescas, cognosce q̃ in hoc volumine scripta sunt carmina laudis ęter-
næ: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabũt te. Et sicut per quen-
dam sapientem de cælesti Hierusalem dicitur: Ex lapide precioso, & mundo omnes plateæ ei-
us sternentur, & per omnes vicos eius Halleluiach cantabitur. Hoc nobis carmen cœlestis pa-
triæ nunciare ciues eius venerant, qui concorditer clamabant: Gloria in excelsis deo, & in ter-
ra pax hominibus bonæ voluntatis. Sed si adhuc præsenti sęculo mente inhæres, si adhuc ter-
renis voluptatibus delectaris, amare non potes gaudia æterna, quæ audis. Cognosce ergo in
hoc volumine vę, quod in eo scriptum est, atq; ab animo per timorem expelle, quod diligis, vt
possis ex iudicio carmen amare, quod legis. Ibi quippe sub vnius damnati specie, multitudo omnis

omnis exprimitur reproborum, quum voce veritatis dicitur: Ligatis pedibus eius, ac manibus, mittite eum in tenebras exteriores, Illic erit fletus & stridor dentium. Tunc etenim reprobi in exteriores tenebras cadunt, quia nunc in interioribus sua se sponte delectari nolunt. Vt ve-
ritatis lumen, nec credendo, nec bene operando sequerentur. In quibus ligatis pedibus, ac ma-
nibus mitti præcipiuntur, quia nunc, dum tempus operandi, atq; currendi est, habere manus,
& pedes liberos in bona actione noluerunt. Ibi væ reproborum scriptum est: Vermis eorũ Esai.66.f
non morietur, & ignis eorum, non extinguetur. Ibi damnatis, ac repulsis, dicitur: Discedite à
me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

De eodem libro, siue volumine. Caput XLI.

SCriptum quoq; est in eodem Ezechiele, Fili hominis, quodcunq; inueneris, comede. Co- Gregorius.
mede volumen istud &c. vsq; sicut mel dulce. Quę verba enarrãs Greg. homilia decima,
super Ezechielem, hoc modo scribit: Solent quidem scripturam sacri eloquij legentes, quum
sublimiores eius sententias penetrant, minora mandata, quæ infirmioribus data sunt, tumenti
sensu despicere, & ea velle in alio intellectu permutare. Qui si recte in eo alta intelligerent,
mandata quoq; minima despectui non haberent, quia diuina ꝑcepta sic in quibusdam loquun-
tur magnis, vt tñ in quibusdam congruant paruulis, qui per incrementa intelligẽtiæ, quasi qui
busdam passibus mentis crescant, atq; ad maiora intelligenda perueniant. Vnde nũc sancto
prophetę dicitur: Fili hominis, quodcũq; inueneris, comede. Quicquid enim in sacra scriptu-
ra inuenitur, edendum est, quia & eius parua simplicem componunt vitam, & eius magna,
subtilem ædificant intelligentiam. Comede volumen istud &cę. Scriptura enim sacra, cibus,
& potus est. Vnde etiam dominus per prophetam alium minatur: Mittam famem in terrã, Amos.8.d.
non famem panis, sed audiendi verbum domini. Qui ergo subtracto suo eloquio, fame, ac siti
nos dicit atteri, quia eius verba & cibus noster, & potus sint, demonstrat. Sed notandum, q̃d
aliquando cibus, aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus, quæ intelligi nequeũt,
nisi exponantur, scriptura sacra cibus est, quia quicquid exponitur, vt intelligatur, quasi mandi
tur, vt glutiatur. In rebus vero apertioribus, potus est. Potum enim nõ mandendo glutimus.
Apertiora ergo mandata bibimus, quia etiam non expositа intelligere valemus. Pro eo autẽ
quod multa Ezechiel propheta obscura, atq; perplexa auditurus erat, nequaquam ei de sacro
volumine dicitur: Bibe, sed comede. Ac si aperte diceretur: Pertracta, & intellige, id est, prius
mande, & tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquij iste debet studij nostri ordo seruari, vt hæc
ideo cognoscamus, quatenus de iniquitate nostra compuncti, cognoscẽtes mala, quę fecimus,
vitemus, ne alia faciamus. Et quum ex magno vsu lachrymarũ, de peccatorum remissione cœ
perit esse fiducia, per verba dei, quæ intelligimus, ad vitã quoq; & alios trahamus. Ad hoc enim
intelligenda sunt, vt nobis profint, & intentione spirituali alijs conferantur. Vnde bene nunc
dicitur: Comede volumen istud, & vade, loquere ad filios Israel. Ac si ei de sacro cibo dicere-
tur: Comede & pasce, saturare, & eructa, & sparge, confortare, & labora. Et notandum quod
propheta subiungit, dicens: Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo. Os in corde esse Psal.ii.a.
alios propheta testatur, dicẽs: Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Os ergo aperi
mus, quando sensum ad intelligentiam sacri verbi præparamus. Itaq; ad vocem domini pro
phęta os aperuit, quia ad spiramentum dominici præcepti cordis nostri desideria inhiant, vt
de cibo vitæ aliquid sumant. Sed tamen hoc ipsum sumere, nostrarum virium non est, nisi ipse
cibauerit, qui vt comedatur, iussit. Ille etenim cibatur, qui per se edere non potest. Et quia ad
capienda verba cælestia idonea nostra infirmitas non est, ipse nos cibat, qui nobis in tempo-
re mensuram tritici temperat, quatenus in sacro verbo, dum hodie intelligimus, quod he-
rnę dispensationis gratiam, quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens etenim DEVS
terno die nesciebamus, cras quoque comprehendimus quod hodie nescimus, per diui-
quasi totiens ad os cordis nostri manum porrigit, quotiens nobis intellectum aperit, & ci-
bum sacri eloquij in nostris sensibus mittit. Cibat ergo nos volumine, quum sensum no-
bis scripturæ suæ dispensando aperit, & eius dulcedine nostras cogitationes replet. Vnde
& subditur, Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua replebun-
tur volumine isto, quod ego do tibi. Os enim nostrum comedit, dum verbum dei legi-
mus, viscera vero nostra complentur, quum intelligimus, atq; seruamus ea, in quibus legendo
laboramus. In sacro vero eloquio nonnunquam venter pro mente poni consueuit. Vnde nier.4.c.
& per Hieronymum dicitur: Ventrem meum doleo. Quod quia de spiritali, & non corpo-
reo ventre dixerat, adiunxit: Sensus cordis mei conturbati sunt. Neque enim ad salutem po-
puli pertinebat, si prophęta ventrem corporeum se dolere prædicaret. Sed ventrem doluit, q

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis afflictionem sensit. Sed cur exemplum prophetæ proferimus, quum testimonium dñi apertius habeamus? Et necesse est, vt quũ per semetipsam veritas loquitur, propheta taceat,
Ioha. 17.f. quia lucerna charitatem non habet in sole. Ait enim: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quia enim de mente fidelium sanctæ prædicationes defluũt, quasi de ventre credentium aquæ viuæ flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud, nisi mẽtis interna, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad deum, pia ad proximum voluntas? Vnde nunc recte dicitur: Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur. Quia quum mens nostra pabulum veritatis acceperit, interna nostra, non iam vacua remanent, sed alimento vitæ satiantur. Pensemus charissimi fratres mei, quam sit pia ista promissio, qua dicitur: Venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur volumine isto, ꝙd ego do tibi. Multi etenim legunt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt, sed post vocẽ vacui recedunt. Quorũ & si venter comedit, viscera nõ replẽtur, quia & si mẽte intellectum sacri verbi percipiunt, obliuiscendo, & non seruando quę audierint, hæc in cordis visceribus non reponũt. Hinc est enim quod per prophetam alium quoſdam dominus increpat, dicẽs: Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multũ, & intulistis parum, comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati. Multum cordi suo seminat, sed parũ infert, qui de mandatis cælestibus, vel legendo, vel etiam audiẽdo, multa cognoscit, sed negligenter operãdo, pauca fructificat. Comedit, & nõ satiatur, qui verba dei audiens, lucra vel gloriam seculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur, quia aliud mandit, & aliud esurit. Bibit, & non inebriatur, qui ad vocem prædicationis, aurem inclinat, sed mentem nõ mutat. Solet enim per ebrietatem sensus mutari. Qui ergo ad cognoscẽdum dei verbum deuotus est, sed ea quæ sunt huius seculi adipisci desiderat, bibit, & inebriatus non est. Si enim inebriatus esset, procul dubio mentem mutasset, vt iam terrena nõ quæreret, iam vana, & transitoria, quæ amauerat,
Psal.33.b. non amaret: De electis nanq; per Psalmistam dicitur: Inebriabuntur de vbertate domus tuę. Quia tanto omnipotentis dei amore repleti sunt, vt mutata mente, sibi metipsis extranei esse vcdeantur, implentes quod scriptum est: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Semetipsum abnegat, qui mutatur ad meliora, & incipit esse quod non erat, & definit esse quod erat. Sepæ autem quoſdam vidimus ad vocem prædicationis quasi ex conuersione compunctos, habitum non animum mutasse, ita vt religiosam vestem sumerent, sed antacta vitia nõ calcarent, iræ stimulis inaniter agitari, malitia doloris in proximi læsionem feruescere, de ostentis quibusdam bonis ante humanos oculos superbire, præsentis mundi lucra inhianter quærere, & de solo exterius habitu, quem sumpserunt, sanctitatis fiduciã habere. Quibus quid aliud dicendum est, nisi hoc, quod doctor egregius quibusdam legis exteriora seruantibus loquens:
Gala.6.d Quia in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed noua creatura? Non enim magni est meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed magnopere pẽsandum est, quid agatur in mente. Nam ſ̃ sentem mundum despicere, transitoria nõ amare, mentẽ medullitus in humilitate deo, & proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam seruare, & custodita patientia, dolorem malitiæ à corde repellere, egenis propria tribuere aliena minime ambire, amicũ in deo diligere, propter deum, & eos q inimici sunt, amare, de afflictione proximi lugere, de morte eius, qui inimicus est, nõ exultare, hæc est noua creatura, quam idẽ
2.Cor.5.d magister gentium apud alios discipulos vigilanti oculo requirit, dicens: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, facta sunt omnia noua. Ad veterem quippe hominẽ pertinet præsentem mundum ꝙrere, transitoria ex concupiscentia amare, mentem in superbiam erigere, patientiam non habere, ex dolore malitiæ de proximi læsione cogitare, sua indigentibus nõ dare, atq; ad multiplicãdũ aliena ꝙrere, nullũ pure propter deũ diligere, inimicitias inimicis reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc vetusti sunt hominis, quæ videlicet de radice trahimus corruptionis: Sed qui iã ista exuperat, & ad præcepta dominica mentem in benignitatem commutat, de hoc recte dicitur: Quia vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Tunc ergo in nostris mentibus noua fiunt, quum à nobis vetusti hominis vitia transeunt, quando sacri verbi ꝓceptũ venter comedit, & viscera medullitus replentur. Sepe eñ quoſdã vidimus tota se mente ad sanctę lectionis studiũ contuliſſe, atq; inter verba ſ̃dica recognoscentes in quantis deliquerint, semetipsos in lachrymis mactare, mœrore cõtinuo affligi, in nullis huius mundi prosperitatibus delectari, ita vt eis vita præsens oneri, & lux ipsa fastidio fieret, vix ad colloquendum communia admittere, atq; à rigore disciplinæ animũ difficile relaxare, ꝓ amorẽ conditoris, luctu solũmodo, & silentio gaudere. Horũ venter sacrũ volumen comedit, & viscera repleta sunt, ga ꝓcepta vitæ, quæ sensus capere potuit, memoria nõ amisit,

amisit, sed hæc collectus in deo animus lugendo semp, & recolendo seruabit. Et fit plerũq; vt tales quiq; ex dono cœlestis gratiæ, etiam verbũ doctrinæ percipiant, atq; de veritatis pabulo, quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant, proximos suauiter pascant. De quorũ profecto ore ſ̃dicatio audientibus dulcis est, qñ eorum actio contraria suis ſ̃dicationibus nõ est, quia de propria vita sumunt quod per linguam proximis cõferunt. Vnde recte hic quoq; propheta subiungit: Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Liber q viscera repleuit, dulcis in ore sicut mel factus est, quia ipsi de omnipotenti domino sciunt suauiter loqui, qui hunc didicerint in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est, cuius vitæ viscera mandatis eius replentur, quia ei suauis est ad loquendum, cui interius impressa ad viuendum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba intra cõscientiam remordet. Vnde necesse est, vt qui verbum dei loquitur, prius studeat qualiter viuat, vt post ex vita colligat quæ & qualiter dicat. Ad prædicandum nanq; plus conscientia sancti amoris ædificat, quam exercitatio sermonis, quia amando cælestia intra semetipsum prædicator legit quomodo persuadeat, vt despici debãt terrena. Qui enim vitam suã interius pensat, & exemplo suo foris admonendo alios ædificat, quasi in corde linguæ calamum tingit, in eo quod manu verbi proximis exterius scribit. Inde admirabilis prædicator, quum multa discipulis exhortando dixit, quia nullam intra semetipsum de conscientia contrarietatem pertulit, secutus adiunxit: Si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Scriptum quoque
Daniel.7.c. in Daniele inuenimus: Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Nam de his quæ in libris testamenti sunt scripta, futurum est iudicium, & aperiendæ sunt conscientiæ singulorum. Et diuus Hiero
Hieronym. nymus in commentarijs hoc pacto scribit: Iudicium sedit, & libri aperti sunt, id est, conscientię, & opera singulorum in vtranq; partem vel bona, vel mala, omnibus reuelantur. Bonus liber ille est, quem sæpe legimus, liber viuentium. Malus liber, qui in accusatoris tenetur manu, qui est inimicus, & vindex, de quo & in Apocalypsi legimus: Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Liber iste terrenus est, de quo & propheta dixit: In terra scribantur. Et in enarratione
Psal.81.a Psalmi lxxxi. exponens illum versum, Deus stetit in synagoga deorum: Quando (inquit) dominus quasi iudex inducitur, throni positi sunt, & libri aperti sunt, vt in Daniele scriptũ est: Throni positi sunt, & libri aperti sunt, hoc est, dominus quasi iudex sessurus, & omniũ opera discussurus. Libri qui modo complicati sunt, tunc aperiẽtur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de ocioso verbo reddituri sumus ratiõem. Scriptum est in libris dei: Putat aliquis libros esse in cælo, vbi scribuntur peccata nostra? Ego libros puto conscientias nostras, quæ tunc aperientur, & videbit vnusquisq; quod fecit. Nil occultũ quod nõ relabitur. Propterea throni positi sunt, & libri aperti sunt. Quanta scripta sunt in libro meo, & ne fratri quidem meo, neque amico meo audio confiteri. Sciunt Angeli quid fecerim, sicut throni, sicut Seraphim, scit pater, & filius, & spiritus sanctus.

Lignum quid mystice significet. Caput XLII.

Qvid lignum mystice significet, diuus Gregorius Moral. xij. ca. iij. exponens illud Iob, Lignum habet spem: Si pcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant.
Iob.14.b Si senuerit radix eius in terra, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquę germinabit, & faciet comam, quasi quũ primum plantatũ est &c. In scriptura (inquit) etenim sacra
Gregor. ligni nomine aliqñ crux, aliqñ vir iustus, aut etiam iniustus, aliquando vero incarnata dei sapientia figuratur. Crux eñ ligno signat, quũ dicitur: Mittamus lignũ in panẽ eius. Lignũ quippe in panem mittere, est dominico corpori crucem adhibere. Rursum ligni nomine vir iustus, aut etiam iniustus exprimitur, sicut per prophetam dominus dicit: Ego dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, quia iuxta eiusdem veritatis vocem, Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Salmon quoq; ait: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. In die etenim mortis suæ, iustus ad austrum cadit, peccator ad aquilonẽ, quia & iustus per feruorem spiritus ad gaudia ducitur, & peccator cum apostata angelo, qui dixit: Sedebo in monte testamẽti in lateribus aquilonis in frigido suo corde reprobatur. Rursum per lignum, incarnata dei sapientia figuratur, si-
prou.3.c. cut de ea scriptum est: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam. Et sicut ipsa ait: Si in viridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? Hoc itaq; loco, quum lignum prefertur homini, quid homo, nisi carnalis quisq; accipitur? Et quid ligni nomine, nisi iusti vniuscuiusq; vita designat? Lignum enim habet spem si præcisum fuerit, rursum virescit, quia quum in morte passionis pro vecitate iustus afficitur, in æternæ vitę viriditate recuperatur. Et qui hic virebat, per fidem, illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

virescit per speciem. Et rami eius pullulant, quia plerunq; ex passione iusti, fideles quiq; ad amorem cœlestis patriæ multiplicantur, & viriditatem vitæ spiritalis accipiunt, dum hic pro Deo fortiter egisse gratulantur. Si senuerit &c. Quid radix iusti, nisi sancta prædicatio, quia ab ipsa oritur, & in ipsa subsistit? Et quid terræ, vel pulueris nomine, nisi peccator accipitur, cui voce
Gen.3.d. conditoris dicitur: Terra es, & in terram ibis? Vel certe sicut habet nostra translatio, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Iusti igitur radix in terra senescit, & in puluere emoritur, quia apud corda prauorum eius prædicatio despecta, cunctisq; viribus effœta creditur. Et in puluere tũ eius emoritur, quia inter manus persequentium corpus eius examinatur, iuxta sapientiæ vocẽ Visi sint oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus eorum. Sed iste, cuius radix in terra senuit, & in puluere truncus mortuus est, ad odorem aquæ germinat, quia per afflatum sancti spiritus in electorum cordibus exemplo sui operis germen virtutis facit. Aquæ etenim appellatione nonnunquam sancti spiritus irrigatio designari solet, sicut scriptum est: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et, Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitiet in æternũ. Et faciet comam, quasi quum primum plantatum est. Succiso trunco comam facere, est extincto corporaliter iusto, ipso suæ passionis exemplo, multorum corda suscitare, & ex fide rectæ
Iohan.7.f. Isaia.5.b viriditatem veritatis ostendere. Bene autem dicitur, Quasi quum primum plantatum est. Omne quod hic à iustis agitur, secunda plantatio est, quia prima videlicet plantatio non in opere iustorum, sed in præsentia conditoris est. Et quia cuncta quæ agunt electi, sicut prius interius conspiciuntur, atq; disponuntur, ita postmodum exterius proficiunt (alias perficiuntur) bene dicitur: Faciet comam &c. id est viriditatem suam ostendet in effectu operis, quam prius habuit in præscientia conditoris. Et cap. iiij. Potest etiam radix iusti, ipsa natura humanitatis intelligi, ex qua subsistit. Quæ videlicet radix, senescit in terra, quum natura carnis deficit in puluerem redacta. Cuius in puluere, truncus emoritur, quia extinctum corpus, à sua specie dissipatur. Sed ad odorem aquæ germinat, quia per aduentum sancti spiritus resurgit. Et faciet comam, quasi quum primum plantatum est, quia ad illam speciem redit, ad quam percipiendam creatus fuerat, si in paradiso positus, peccare noluisset. Quod fortasse etiam de domino ipso, sicLuc.23.c. licet bonorum omnium capite, valet intelligi, iuxta hoc vtiq;, quod prædiximus, quia de ipso ait: Quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Se enim lignum viride, & nos lignum aridum dixit, quia ipse in se vim (alias lumen) diuinitatis habuit, nos vero, qui pueri homines sumus, lignum aridum appellamur. Habet ergo lignum spem, si præcisum fuerit, quia rursus ad vitæ vires cit, quoniam & si occidi per passionem potuit, per resurrectionis gloriam rursus ad vitæ viriditatem venit. Huius rami pullulant, quia resurrectione illius multiplicati longe lateq; fideles creuerunt. Huius radix in terra quasi senuit, quia eius prædicatio Iudæorum perfidiæ despecta fuit. Et in puluere truncus emortuus est, quia in corde persequentium, quod perfidiæ fuit, vento leuabatur, cõtemptibilis & despectus est habitus, quia carne potuit occidi. Sed ad odorem aAug.2.b. quæ germinauit, quia per virtutem dei extincta caro illius ad vitam rediit, iuxta quod scriptũ est: Quem Deus suscitauit à mortuis. Quia enim Deus trinitas est, extinctam carnem vnigeniti filij sancta trinitas, id est, pater, & idem filius, & spiritus sanctus resuscitauit. Et fecit comã, quasi quum primum plantatum est, quia illa Apostolorum debilitas, quæ in morte illius expauit, & negauit, & negando aruit, per resurrectionis eius gloriam rursum ad fidem venit. Et
Iob.14.d exponens illud Iob, Non fit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum, hoc modo scribit: In recordationem enim conditoris non reducitur, quisquis vsq; ad finem vitijs subiugatur. Nam si hunc superni respectus memoria tangeret, procul dubio ab iniquitate reuocaret. Eius quippe merita exigunt, vt funditus ab autoris recordatione deleatur. Sciendum vero est, quod recordari Deus nequaquam proprie dicitur. Qui enim obliuisci non potest, quo pacto recordari potest? Sed quia eos nos, quorum recordamur, amplectimur, ab his autem, quorum obliuiscimur, elongamur, humano vsu & recordari Deus dicitur, quum donatribuit, & obliuisci, quum in culpa derelinquit. Sed quia cuncta pensat, cuncta sine intermissionis alternatione consyderat, & recordatur bonorum, quorum tamen nunquam obliuiscitur, & nullatenus recordatur malorum, quos tamen per iudicium semper intuetur. Hinc enim scriptum est: Oculi domini contemplantur bonos, & malos. Hinc per Psalmistam dicitur: Vultus domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Consyderat igitur quos puniat, sed eosdem ipsos ante non vidit, quos nescit. Nam quibusdam in fine dicturus est: Nescio vos vnde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Miro igitur modo prauorum vitam & intuetur, & obliuiscitur, quia quos per districtionem sententiæ iudicat, quamuis est ad

est ad memoriam misericordiæ, ignorat. Qui quoniam in eius recordationem non veniunt, quasi infructuosum lignum ex eius iudicio conterũtur. Terra quippe eos temporali sumptu aluit, prædicationis desuper fluuia infudit. Sed quia eorum vita nequaquam fructũ boni operis protulit, iratus hanc agricola abscidit, vt iuxta veritatis sententiã locum non occupet, quẽ
Mat.3.d tenere alius ad fructum valet. De hoc infructuoso ligno per Ioannem dicitur: Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hoc autem loco, vt æterna reprobi supplicia designentur, nequaquam lignum dicitur abscindi, sed conteri, quia videlicet reprobos mors quidem carnis abscindit, sed
Psal.2.b. pœna subsequens conterit, quum perpetua damnatiõe cruciatur. Rursus per Psalmistam scriptum est, Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarũ. Decursus quippe aquarum, sunt quotidiani transitus deficientium populorum. Et de semetipsa veritas dicit: Si in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? Lignum ergo secus decursus aquarũ est, qui fructum, & protectionẽ sui nobis vmbraculi proferens, apparuit creator in carne, vt humanum genus per resurrectionem robustum figeret, quod per defectũ quotidie ibat in mortem. Et per Psalmistam rursus dicitur: Tunc exultabunt omnia ligna syluarum ante faciem domini, quoniam venit: Ligna enim syluæ, gentes vocatæ sunt, quia in infidelitate sua tortæ, & infructuosæ semper fuerunt. Et exponens illud Canticorum, Sicut malus inter ligna syluarum sic dilectus meus inter filios: Ligna (inqt) syluestria esui hominum habiles fructus non
Can.2.a gignunt, malus vero quod gignit, congrue, & salubriter homines edunt. Merito ergo per malum Christus, per syluestria vero ligna cæteri homines figurantur, quia in solo Christo cibum salutis quoties quærimus, inuenimus, in eius verbis, & exemplis animas nostras fructu suaui & salubri reficimus. Ipse est quippe lignum vitæ, quam nobis tribuit. Ipse est qui dum nobis semetipsum inspirat, animam pascit in cœteris vero, si quid refocillationis inuenimus, nõ quod illorum, sed quod Christi est, ab illis sumimus, quia quicquid in eis præter deum est, mortiferũ nobis proculdubio inuenimus.

De eodem ligno. Caput XLIII.

Bernardus Can.2.a. Psal.8.b Diuus autem Bernardus sermone xlviij. super Cantica, exponens illud Canticorum, Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios: Vna (inquit) inter ligna syluarum dominus Iesus arbor faciens fructum, secundum hominem sane, & si prælatus hominibus, sed ab Angelis minoratus. Miro etenim modo & angelis sese factus caro subiecit, & Angelos sibi manens deus subiectos retinuit. Denique videbitis (inquit) Angelos ascendentes & descendentes super filium hominis, quod in vno eodemq; homine Christo Iesu & infirmitatem foueant, & stupeant maiestatem. Quia ergo sponsæ id dulcius, quod se imminuit sapit, libentius attollit gratiam præfert misericordiam, stuper dignationem. Libuit proinde hominem inter homines admirari, non inter Angelos deum, tanquam malus inter ligna excellit syluarum, & non plane inter hortorum plantaria. Nec putat minui laudes, vbi de consideratione infirmitatis, pietatis bonitas exaltat. Quo enim iuxta aliquid à laudibus tẽperat, eo itẽ iuxta aliqd magis laudat, min⁹ prosequẽs gloriã dignitatis, vt gratia dignatiõis eminear. Sicut
1.Cor.1.d ergo Apostolus ꝺd stultũ, & infirmum est dei sapientius, fortiusq; dicit esse hominibus, sed nõ Angelis, & sicut propheta speciosum prædicat forma præ filijs hominum, & non præ Angelis ista certe in eodem spiritu loquens sub typo fructiferæ arboris, syluestriumq; lignorum hoc loco efferre voluit hominem deum super omnem gratiam hominum, non autem super excellentiam Angelorum. Sicut malus & cæt. Et bene inter filios, quia quum esset vnicus pa-
Rom.8.f. tris sui, multos illi, & absque inuidia filios acquirere studuit, quos non confunditur vocare fratres, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Iure autem præponitur vniuersis adoptatis per gratiam, is qui per naturam filius est. Merito sicut malus, qui instar fructiferæ arboris & vmbram refrigerij habet, & fert fructum optimum. An non vere fructiferum lignum, cuius flores fructus honoris, & honestatis? Denique lignum vitæ est apprehendentibus eum. Non comparabuntur huic omnia ligna syluarum, quia si sint arbores pulchræ & magnæ quæ
Ioha.6.c opem ferre videantur orando, ministrando, docendo, exemplis viuendo: solus tamen Dei sapientia CHRISTVS, lignum est vitæ, solus panis viuus, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Cætera quidem syluarum ligna, & si vmbram solatij habent, sed non vitæ refectionem, non fructus prepetuos salutis. Vnus est enim vitæ actor, vnus mediator Dei, & homo Christus Iesus, qui dicit sponsæ suæ: Salus tua ego sum. Non Moyses (inquit) dedit vobis panem hũc de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Et rursum scriptum est: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani &cæt. Ligna Libani imputribilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse asseruntur. Ferculum ergo fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, quia secundum præsoē tiæ suæ gratiam Christus sanctam Ecclesiam de inæternū permansuris sanctis, construxit. Columnas eius fecit argenteas, quia eidem Ecclesiæ prædicatores dedit, qui & vt eam exemplis sustentarent, magna iustitiæ rectitudine roborauit & vt prædicationibus erudirent, nitore eloquij, quasi splendore argenti, decorauit. Ferculum itaq; regis nostri, sancta Ecclesia est, quæ de fortibus patribus, id est, imputribilibus mentibus est constructa. Quæ recte ferculum dicitur, quia ipsa fert quotidie animas ad æternum conuiuium conditoris sui. Cui ferculo columnæ argenteę factę sunt, quia prędicatores Ecclesię sancte eloquij luce resplendent. Reclinatorium aureū fecit, quia dum in cordibus perfectorum resplenduit, eis diuinitatis suæ potentiam per contemplationem ostendit. In qua contemplatione, dum eis pulchritudinem cœlestium gaudiorum monstrauit, quasi reclinatoriū ex auro eis composuit, quia locū in quo se refocillantes requiescant, apposuit. Quod reclinatorium bene aureum esse dicitur, quia melior est sapientia cunPro.2.b. ctis opibus, & omnia quæ desiderantur, ei non possunt comparari. Ad hoc reclinatorium multis laboribus peruenitur, multis tribulationibus ascenditur, ita vt si necesse fuerit, etiam sanguis effundi permittatur. Ideo ascensus recte purpureus esse dicitur. Dum enim sancti quiq; martyres propter vitam æternā corpora sua ad supplicia tradiderunt, dum flagella, aculeos, ignes, gladios, & alia innumerabilia tormenta patienter pertulerunt, nonne ad reclinatoriū istud ad beatam scilicet vitam, per ascensum purpureum ascenderunt? Vel reclinatorium aureum fecit, quia per hoc, quod à sanctis prædicatoribus lucide dicitur, mentes audientium fulgorem charitatis intimæ, in qua reclinentur, inueniunt. Per hoc enim, quod luculente, & aperte audiunt, in illud quod clarescit in corde, requiescunt. Columnæ ergo argenteæ, & reclinatorium aureum factū est, quia per lucem sermonis, inuenitur apud animum claritas, quietis. De eadem quippe sanPsa.67.c ęta Ecclesia scriptum est: Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri. Quæ enim hic spiritu mansuetudinis impleta, quasi columba pennas deargentatas habet, in posteriora dorsi eius speciem auri continet, quia hic prædicatores suos sermone lucis induit, in posteriori autem sæculo, fulgorem in se claritatis ostendit. Media charitate constrauit, propter filias Hierusalē. Quid em̄ p filias Hierusalē intelligimus, nisi nos debiles, qui in Ecclesia nō viuę, sed fœminę sumus, quia cōtra vitia fortiter non, reluctamur, viriliter nō resistimus, muliebriter subiacemus? Hierusalem em̄ visio pacis interpretatur, per quam Ecclesia, quę est mater nostra, designatur, eo quod assidue pacem perpetuam contemplatur. Charitatem ergo, quæ communis omnibus electis, quasi in medio posita est, teneamus. Propter filias Hierusalē. Ecclesiæ membris ad eandem sponsi beatitudinem peruenimus, si charitatem indefessam obHilarius. Psal.1.a. seruamus. Et diuus Hilarius in enarratione primi Psalmi, exponens illud Psalmistæ, Et erit tanquam lignum quod plantatum est &c. Videamus (inquit) secundum propheticam doctrinam quanta in his ipsis rebus, ac verbis comparatę beatitudinis gloria condocetur. In libro Geneseos, vbi plantarum à Deo paradisum legislator ostendit, omne quoq; lignum specie pulchrum, & ad vsum bonum productum esse monstrauit, esse quoq; & in medio paradisi lignum vitę & lignum sciendi boni, & mali exposuit, irrigari deinde paradisum flumine, quod postea in quatuor principia diuisum sit. Quod autem esset hoc lignum vitæ, propheta Salomon docuit, dicens: Lignum vitæ est omnibus, qui complectuntur eam, & qui incumbunt in eam, sicut in domino. Lignum ergo hoc viuens est, neq; solum viuens, sed etiam rationale. Rationale autem in tantum, vt fructus det, det vero non confuse, non importune, sed tempore suo, & plantarū hoc lignum est secus decursus aquarum, in possessione scilicet regni Dei, id est in paradiso, & Gen.2.a. vnde flumen exiens in quatuor principia diuiditur. Non enim ait: Post decursus aquarum, vnde flumen exiens in quatuor principia diuiditur. Illic enim plā secus decursus aquarum, vnde primum decursus aquarum diuisiones sortiuntur. Illic enim plātatum hoc lignum est, quo latronem illum se domino confitentem dominus (qui sapientia est) introducit, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et quia sapiētiam, qui Christus est, lignum vitę cognominari, de sacramento futurę corporationis, & passionis propheMat.12.c. ca autoritate docuimus, etiam ex Euangelijs intelligētiæ huius est proprietas astruenda. Dominus nanq; ipse se arbori comparauit, dicēs: Aut facite arborē bonam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Ex fructu enim arbor cognoscitur, quia quū fructus esset optimus dæmonia ejicere, Beelzebub eū, cuius fructus pessimi sunt, esse dicebāt. Huius quoqbeati ligni non dedignatus est in se docere virtutem, quum pergēs ad crucem, aiQuia si in humido ligno hæc faciunt, in arido qd fiet? Per humidi ligni exemplū nihil in se aditati mortis obnoxium esse significat. Huic itaq; ligno beatus ille vir similis fiet, quum translati latronis in paradisum, modo secundū decursus aquarū & ipse plantetur, & fiat beata illa, & non

& non eradicanda nouella planatio, quam in Euangelijs dominus significat, quum de aliena plantatione conqueritur, dicens: Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur. Hoc enim lignum dabit fructus suos. Vbicunq; autem de fructibus arborum aliquid diuinus sermo significat, facere potius eas fructum, quam dare memorat, quum ait: Non potest Mat. 7.c. arbor bona fructus malos facere. Et quum secundū Esaiam querela de vinea est, Expectaui (inquit) vt faceret vuas, fecit autem spinas. Lignum autē dabit fructus suos arbitrio dandi, & ratione moderatum. Nam in tempore suo dabit. Et quo tandem tempore? Nempe eo, de quo Ephe 1.b beatus Apostolus ait: Notum vobis facio sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum, quod proposuit in ipso in dispensationem plenitudinis temporum. Hoc ergo dispensationis est tempus, quo & accipiendi, & dandi oportunitas temporatur, quum suum erit tempus, vt accipiant quibus dabit. Temporis autem mora in plenitudine temporum pendet. Dispensatio enim dandi fructus plenitudini temporum seruatur: Et qui tandē hic dispendendus erit fructus? Nempe ille, de quo idem Apostolus meminit, dicens: Et transformabit corpus humilitatis nostræ, conformatum corpori gloriæ suæ. Hos ergo nobis fructus suos dabit, quos iam in eo quem sibi assumpsit, & qui significatur in ligno, homine perfecit, quem in immortalitatis suæ naturam, absorpta mortalitate, transfudit. Erit ergo vt hoc lignum beatus ille vir, tum qñ ipse in gloriam Dei domino suo conformis extiterit. Folium autem ligni huius non defluet, nec mirum si folia eius non defluunt cuius fructus dabuntur potius, quam decident, non maturitate depulsi, non vi exteriore decussi, sed rationalis officij dispensatione. Et qd i folijs signifícet ex comparatione rerum corporalium, absolutum est. Nanq; hanc esse naturam foliorū contuemur, vt ad custodiam fructuum fructibus ipsis circumiecta prorumpant, vt quodā velo tenera pomorum initia communiant. Doctrina ergo verborū Dei, quæ promissos nobis fructus conuestit, significatur in folio. His enim verbis spes nostræ inumbrantur, horum intuitu has sæculi tēpestates munimine conteguntur. Non defluent igitur hæc folia, id est, Dei verba, qui p dñm dictū est: Cœlum & terra præteribunt, verba autem mea nō p̄teribunt. Nihil em̄ eorum, quæ à Deo dicta sunt, dilabetur, aut decidet. Quod autem hæc folia ligni huius nō inuti lia sint, sed salutaria gentibus, dictum est in dictione, Flumen. Et omnia quæcunq; faciet bene dirigentur. Iam non sicut in Adam donū eius, & statuta perturbantur, quia ille constitutæ immortalitatis beatitudinm, peccato transgressæ legis amisit, sed per redēptionē ligni vitæ. i. dominica passione, quū ipsi ligno vitæ similes erimus, iā quicquid in nobis fiet æternū erit. Aeternū autem cum beatitudinis sensu, Prosperabuntur enim omnia illa quæ fient, non de mutati one incerta, non natura infirma, quū incorruptio corruptionem, & æternitas infirmitatem, & forma dei formam terrenę carnis absorpserit.

De eodem ligno. Cap. XLIIII.

Scriptum quoque est in libro Geneseos secundū lxx. inter preces, facies tibi arcam ex lignis quadratis. Quæ verba enarrans Origenes, hoc pacto scribit: Quadratum est, quod nul Gen.6.c. la vacillat ex parte sed quocunque verteris, fida, & solida stabilitate consistit. Ista sunt ligna, quę omne pondus vel animalium intrinsecus, vel fluctuum extrinsecus ferunt. Quos ego arbitror doctores esse in Ecclesia, & magistros, atq; æmulatores fidei, qui & populos intrinsecus positos verbo commonitionis, & doctrinæ gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus, vel gē tilibus, vel hæreticis, & quæstionum fluctus, ac procellas certaminum commouentibus, virtute verbi, ac sapientia rationis obsistunt. Vis autem videre, quod ligna rationabilia nouit scriptura diuina? Recenseamus quid apud Ezechielem prophetam scriptum est, Ecce Assur cypres- Ezec.31.a sus in Libano, speciosus ramis, & condensus umbraculis, excelsus in altitudine, inter medias nubes factus est cacumen eius, aqua nutriuit eum, & abyssus exaltauit eum, & adduxit omnia flumina sua circa eum, & congregationes suas emisit ad omnia ligna campi. Propterea exaltata est altitudo eius super omnia ligna campi. &c. vsq;, Et zelata sunt eum omnia ligna paradisi deliciarum Dei. vbi euidenter ostendit secundum spiritualem intelligentiam rationabilia dici ligna, quæ in paradiso Dei sunt: Et infra. Quæ ligna extrinsecus & intrinsecus bitumine linuntur. Vult enim te architectus Ecclesiæ CHRISTVS non esse talem, quales sunt illi, qui deforis quidem apparent hominibus iusti, deintus autem sunt sepulchra mortuorum. Sed vtique & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde intrinsecus purum, cautum vndique, & essitatis, atque innocentiæ virtute munitum. Non ergo hanc arcam ex agrestibus, & impolitis sed ex quadratis, & secundum æquitatis lineam directis construit lignis, id est, non sæcularem autorū, sed ex propheticis, atq; Apostolicis voluminibus. Ipsi enim sunt qui diuersis tentationibus edolati, resecatis omnibus vitijs, & excisis, quadratā continent vitam, & ex omni parte librata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

te librată Nam autores fæculariũ librorũ poſſunt quidẽ dici ligna excelſa & ligna vmbroſa. Sub oñi eñ ligno excelſo,& nemoroſo accuſatur fornicatus eſſe Iſrael,qa illi loquuntur qđẽ
Ezc.6.d. excelſa,& florida vtuntur eloquentia,non tñ ita egerunt,vt locuti ſunt,& ideo non poſſunt ligna quadrata nominari,cp in eis nequaquã vita,&ſermo conlibret.Et homil.xij.in Ezechielẽ, exponens illud Ezechielis.Et cognoſcent oĩa ligna cãpi,cp ego dñs.qui humilio lignum altũ, hoc modoſcribit:Lignum altum populus Iudæorum eſt,qui nunc humiliatus,ſceleris ſui pœnas luit,quia in deũ noſtrũ Ieſum Chriſtum manus auſus eſt mittere.Et extollo lignũ humile. Tu eras lignum humile, lignum deiectum,lignum terræ hærens, verum ſublimauit te Deus. Et arefacio lignum viride.Lignum viride,circunciſionis eſt populus,qui quõdam pullulãs,& florens fuit,verum nimia nunc ficcitate contabuit.Vbi quippe nunc viuidus ſermo apud eos, vbi virtutum chorus?Et reuireſcere facio lignum aridum.Tu fuiſti lignum aridum ,&fecit te reuireſcere Chriſti aduentus.Et diuus Hiero.Et ſcient(inqt)oĩa ligna cãpi,quia ego dñs , qui humiliaui lignum ſublime,& eleuaui lignũ humile,&ficcaui lignum viride,& frondere feci lignum aridũ.Ego dñs loquutus ſum,& feci.Tropologice de credentibus loquens iſte eſt, qui Iſrael quondam ſublime lignum humiliauit,& exaltauit humilem gentium populum ,q exicauit lignum viride Iudęorum,florens, & germinans in lege,& prophetis,& frondere fecit lignum aridum nationũ,vt cp ſemper locutus eſt opere cõpleret.Hoc idem ſignificant Simeonis in Euangelio verba,dicentis:Ecce hic poſitus eſt in ruinam,& reſurrectionem multorũ :
Luc 2.c. Et granũ ſinapis cp quũ minimũ ſit omnibus ſeminibus,poſtquã creuerit,auiũ habitaculũ eſt.
Mat.13.d. Quidã aliter interpretantur,lignũ ſublime humiliatũ,& humile exaltatũ ; referentes ad paſſionem dñi ſaluatoris.Qui quũ in forma dei eſſet,nõ eſt rapinam arbitratus æqualẽ ſe eſſe deo, ſed exinaniuit ſe formam ſerui accipiens,& poſt reſurrectionẽ ipſum lignum poſtea ſublimatum eſt quod prius virens,morte ſiccatum eſt,&poſtea reuiuiſcens,priſtinum receperit virorem. Aſñ Iudaice vtrunq; referunt ad Iſrael,cp primo aduentu humiliatus ſit,&arefact?,&le-
Rom.11.c. cundo reſtituatur in priſtinũ ſtatum,impleto illo quod dicit Apoſtolus Paulus: Quum intrauerit plenitudo gentium,tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.

Quid lignum vitæ,& lignum ſcientiæ boni,& mali,myſtice ſignificet, ex Auguſtino & Cyrillo. Cap. XLV.

DIuus aũt Auguſtinus libro ñ.de Geneſi cõtra Manichæos,cap.ix.hoc pacto ſcribit: Intelligamus aũt noſtra gaudia ſpiritalia ſignificare omne lignum formoſum ad aſpectum intelligentiæ,& bonum ad eſcam,quæ non corrũpitur, qua beatæ animæ paſcuntur. Nam & dominus dixit:Operamini eſcam,quæ non corrumpitur,vt eſt omnis ratio,quæ cibus eſt aiæ.
Ioha 6.d. Ad orientem lucem ſapientiæ in Eden,id eſt,in delicijs immortalibus,& intelligibilibus. Producum autem ex terra omne illud lignum,accipimus omne illud gaudium ſpiritale ſuperemnere terræ,& non inuolui,atq; obrui terrenarum cupiditatum impedimentis.Lignum aũt vitæ plantatum in medio paradiſi,ſapientiam illam ſignificat,qua oportet vt intelligat anima in meditullio quodã rerũ ſe eſſe ordinatam,vt quamuis ſubiectam ſibi habeat omnem naturam corpoream,ſupra ſe tamen eſſe intelligat naturam dei,& neq; in dexteram declinet ſibi arrogando quod non eſt,neq; ad ſiniſtram,per negligentiam contemmendo quod eſt.Ligno aũt ſcientiæ boni,& mali ipſa item medietas animæ,&ordinata integritas ſignificatur.Nam & ipſum lignum in medio paradiſi plantatum eſt,& ideo lignum dignoſcentiæ boni, & mali dicit, quia ſi anima,quæ debet in ea,quæ anteriora ſunt ſe extendere,id eſt,in deum,& ea, quæ poſteriora ſunt obliuiſci,id eſt,corporeas voluptates,ad ſeipſam deſerto deo cõuerſa fuerit, & ſua potentia tanquam ſine deo frui voluerit,intumeſcit ſuperbia,quod eſt initium omnis peccati. Et quum hoc eius peccatum pœna fuerit cõſecuta, experiendo diſcit quid interſit inter bonum, quod deſeruit,& malum,quo cecidit.Et hoc ei erit guſtaſſe de fructu arboris dignoſcentiæ boni,& mali.Præcipitur ergo illi,vt de omni ligno paradiſi edat, ex ligno autem, in quo eſt dignoſcentia boni,& mali,non edat,id eſt non ſic eo fruatur,vt ipſam ordinatam integritatem naturæ ſuæ,quaſi manducando violet,atq; corrumpat.Et libro de ciuitate dei xiij, capite.xx.loquens de ſtatu eorum,qui erant in paradiſo,hoc modo ſcribit:Qui ſtatus eis de ligno vitæ,ſed eſt in medio paradiſi,cum arbore vetita ſimul erat,mirabili dei gratia præſtabatur (nempe ne corpora eorum veteraſcerent)tamen & alios ſumebant cibos præter vnam arborem, quæ fuerat interdicta,non quia ipſa erat malum,ſed propter commendandum puræ, & ſimplicis obedientiæ bonum,quæ magna virtus eſt rationalis creaturę ſub creatore domino conſtitutæ. Nam vbi nullum malum tangebatur,profecto ſi prohibitũ tangeretur,ſola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo alijs,quæ ſumebant,ne animalia corpora moleſtię aliquid eſuriendo

ac ſitiendo ſentirent.De ligno autem vitæ propterea guſtabatur,ne mors eis vndecunq; ſubreperet,vel ſenectuti confecte decurſis temporum ſpacijs interirent , tanquam cætera eſſent alimento,illud ſacramento,vt ſic fuiſſe accipiatur lignum vitæ in paradiſo corporali , ſicut in ſpirituali,id eſt,intelligibili paradiſo ſapientiæ Dei,de qua ſcriptum eſt:Lignum vitæ eſt amplectentibus eã.Et cap.xij,Vnde nõnulli totum illum paradiſum,vbi primi homines parentes generis humani ſanctæ ſcripturæ veritate fuiſſe narrantur,ad intelligibilia referunt.&c.vt ſupra lib.iiij.cap.ij.Et lib.viij.de Geneſi ad literã.cap.iiij.hoc pacto ſcribit:Et lignũ vitæ in medio paradiſi,& lignũ ſcientiæ dignoſcendi bonum,& malum,quid ſit, diligentius conſyderandum,eſt,ne cogat in allegoriam,vt non iſta ligna fuerint,ſed aliud aliquid nomine ligni ſignificent.Dictum eſt enim de ſapientia:Lignum vitæ eſt omnibus amplectentibus eam.Verumtamen quum ſit Hieruſalem æterna in cœlis,etiam in terra ciuitas,qua illa ſignificaretur,condita eſt,& Sara,& Agar,quamuis duo teſtamẽta ſignificarent,erant tamẽ etiam mulieres duæ. Erat ergo & lignum vitæ,quemadmodum petra Chriſtus,nec ſine myſterijs rerum ſpiritaliũ corporaliter præſentatis voluit hominẽ Deus inparadiſo viuere.Erat ei ergo in lignis cæteris alimentũ,in illo aũt ſacramentu,quid ſignificans,niſi ſapientiam,de qua dictum eſt:Lignũ vitæ eſt amplectentibus eam?Sequitur vt videamus de ligno ſcientiæ dignoſcendi bonum,&malum:Prorſus & hoc lignum erat viſibile,ac corporale,ſicut arbores cæteræ.Quod ergo lignũ eſſet,non eſt dubitandum,ſed cur hoc nomen acceperit,requirẽdum. Mihi autem etiam,atq; etiam conſyderanti dici non poteſt quantũ placeat illa ſententia,non fuiſſe illam arborẽ cibo noxiã(neq; enim qui fecerat oĩa bona valde,in paradiſo inſtituerat aliquid mali)ſed malũ fuiſſe homini tranſgreſſionem præcepti.Oportebat autem vt homo ſub dño Deo poſitus alicũde prohiberetur,vt ei promerendi dominum ſuum virtus eſſet ipſa obedientia,quã poſſum vere ſublime dicere ſolam eſſe virtutem omni creaturæ rationali agenti ſub dei poteſtate, primũq; eſſe,&maximũ vitium tumoris,ad ruinam ſua poteſtate velle vti,cuius vitij nomẽ eſt inobedientia.Nõ eſſet ergo vnde ſe homo dominum habere cogitaret,atq; ſentiret,niſi aliqd ei iuberetur.Arbor itaq; illa non erat mala,ſed appellata eſt,ſcientiæ dignoſcendi bonũ & malum qa niſi poſt prohibitionem ex illa homo ederet,nulla erat præcepti futura tranſgreſſio,in qua homo per experimentum pœnæ diſceret,quid intereſſet inter obedientiæ bonum,& inobediẽtiæ malum.Proinde hoc nõ in figura dictum,ſed quoddam vere lignum accipiendum eſt,cui nomen de fructu,vel pomo,quod inde naſceretur,ſed ex ipſa re nomen impoſitum eſt,quæ illo cõtra vetitum capto,fuerat ſequutura.Et Cyril.lib.tertio,cõtra Iulianũ.Iulianus hoc pacto ſcribit:Deum autem interdicere cognitionem boni,& mali hominibus à ſe formatis , quomodo non ſummã præferat abſurditatem?&c.Cui Cyrillus reſpondens,ait:ignoraſſe quidem illum ſcripturarum vim declarauerit examen.Operæ precium autem exiſtimo,vt pauca quędam illiſ loquamur,quo totius rei negotium manifeſtum fiat.Nam quid ſit bonum,& contra , quid ſit malum,neſcire pecuiuum eſſet,& lapide magis,ac ligno dignum,ab homine autem rationas, non ſimpliciter recipi rerum ſcientiam nuda , & ſimplici cognitione , ſed virtute , & experientia quadam. Vnde ſcriptum eſt:Cognouit autẽ Adam Euam vxorem ſuam.Et nondum dixerit de ea quis,quod ſimpliciter in mente eius cognita fuerit.Ibi enim cognitionem ſacra ſcriptura ipſum congreſſum appellat.Mos itaq; eſt ſcripturæ diuinitus inſpiratæ,experiẽtiæ cognitionẽ,cognitionis nomine appellari eam,quæ nonnunq; in ipſo opere eſt . Parentes igitur in paradiſo nõ ſunt conditi cum ignorantia boni,& mali.Rationales enim quum eſſent, humanam ſcientiã ſortiti vtiq; ſunt,in omnibus,quæ neceſſaria illis,& ſubſtantialiter agnita, demonſtrante Deo,liberam autem habentes mentem à carnis voluptatibus,& abſurdis conſcientijs,ſanctam,beatiſſimamq; vitam agebant.Vbiaũt corruptio intrauit , & motæ ſunt intrinſecus voluptates ad impietatem ferentes, non habuerunt ſimplicem ſcientiam mali , ſed per experientiam ipſam infirmitate laborarunt.

Pro 3.c

Gen.4.a.

Quid lilium myſtice ſignificet. Cap.XLVI.

QVid lilium myſtice ſignificet,diuus inſinuat Gregorius libro moralium vigeſimoquarto,cap.decimo,exponens illud Canticorum, Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli,qui paſcuntur in lilijs,donec aſpiret dies,& inclinẽtur vmbræ:Quę enim(inquit)ſunt duo vbera,niſi ex Iudea,ac gentilitate veniens vterque populus,qui in ſancta Eccleſiæ corpore per intentionem ſapientiæ arcano eſt cordis infixus?Ex quo populo hi qui electi ſunt,idcirco capreæ hinnulis comparantur,quia per humilitatem quidem paruos ſeſe,ac peccatores intelligunt,ſed eis g charitatẽ currẽtibus,ſi qua obſtacula de impedimẽto temporalitatis obuiãt, tranſeunt,

Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

transeunt,& datis contemplationis saltibus,ad superna transcendunt. Qui vt hæc agant,præcedentium sanctorum exempla conspiciunt. Vnde & in liliis pasci referuntur. Quid enim
2.Cor.2.d. lilia,nisi illorum vita declaratur,qui veraciter dicunt: Christi bonus odor sumus deo? Electi ergo vt assequi summa præualeant,conspecta odorifera,& candida iustorum vita satiantur. Iam quidem videre dominum sitiunt,iam de eius contemplatione satiari charitatis æstibus inardescunt.Sed quia in hac vita positi,necdum valent,per præcedentium interim patrum exempla pascuntur.Vnde & apte illic tempus de ipso liliorum pastu diffinitur,dum dicitur: Donec aspiret dies,& inclinentur vmbræ. Tamdiu quippe refici iustorum exemplis indigemus, donec præsentis mortalitatis vmbras,æterno die aspirante,transeamus. Quum enim huius temporalitatis vmbra,transacta hac mortalitate fuerit inclinata, quia ipsius diei internum lumen cernimus,nequaquam iam appetimus, vt ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum eum intueri possumus,summopere necesse est, vt eorum qui illum perfecte secuti sunt,conspectis actionibus incitemur.Intueantur ergo q̃ pulchra est agilitas sequentium,& videamus q̃ turpis sit hebetudo pigrorum. Statim nanq; vt bene agentium gesta respicimus,nosmetipsos confusione intima vlciscente iudicamus, mox verecundia mentẽ concutit,mox iuste sæuiens reatus addicit,& vehemẽter hoc etiam displicet, quod adhuc forte turpiter libet.Hæc eadem verba exposita sunt in dictione Hinnulus. Et rursum scriptũ
Can.1.2. Gregorius. est:Ego flos campi,& lilium conuallium,cuius expositiones vide in dictione Flos. Deinde illic scribitur:Sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias. Quæ verba diuus Gregorius hoc modo enarrat:Bene sicut lilium inter spinas sponsa inter filias esse perhibetur,quia quum multi fiunt in ecclesia qui solis verbis Christum confitentur, operibus vero nihil nisi humanas solicitudines sectantur,sola illa anima in lilij dignitate computatur, quæ dum à mortalitatis radice ad cœlestem pulchritudinem assurgit, & mundicię cãdorem corde & corpore sibi ipsi custodit,& proximos quosq; bonæ opinionis odore reficit. Et infra eodem capite scriptum est: Dilectus meus mihi,& ego illi,qui pascitur inter lilia,donec aspiret dies & inclinentur vmbræ. Ac si diceret: Dilecti mei amicitiam constanter teneo,quia eius constantem benevolentiam ergame sentio. Quia dum eius familiaritatem benignam habeo,durum mihi est quicquid ei aduersus inimicos latrantes audio. Et dum in eius assiduitate qualis sit video, si quid erroris proferunt aduersari,à veritate,quam in eius visione cognoui,non recedo. Quid per lilia nisi mũdæ animæ designantur? Quæ dum castitatis candorem retinent, per bonæ famæ opinionem proximis quibusq; suauiter olent.Inter lilia ergo sponsus pascitur, quia proculdubio animarum castitate delectatur,quæ & in se mundiciam carnis conseruant,& per nitidas cogitationes coram eo placent,& exempla proximis quasi odoris suauitatem donant. Dies vero tunc aspirabit, & vmbræ inclinabuntur,quando vita æterna apparebit,& præsens vita finietur.Hic quippe nox est,ibi vero dies erit,quia hic in visione veritatis caligamus, ibi deus ipse tota veritas mentibus elucebit. Ad hanc prorsus diem sanctæ animæ enituntur vt perueniant,propter hanc iustitiam illibatam,in quantum possunt conseruant & quia sine Christo nihil possunt, eius auxilium imCanti 6.a cant,eius familiaritatem desiderant.Illud autem Canticorum, Dilectus meus &c. vt pascatur in hortis,& lilia colligat,expositum est in dictione Hortus. Et Bernardus sermone xlviij.super
Can.2.2. Cantica,exponens illud Canticorum,Sicut lilium inter spinas &c. Non bonę filię quę pungũ-
Gen.3.d. tur,& necesse est vt patiatur inquietudines tentationum,tribulationumq; aculeos. Quod si lilium est ipsa iuxta sponsi verbum, videat q̃ vigilem solicitamq; esse oporteat super custodia sui, septa vndiq; spinis,hinc inde aculeos intendentibus. Nec enim vel leuissimam spinę sustinet vlPsal.2.c. latenus punctionem floris teneritudo,sed mox vt modicè premitur,perforatur. Sentis q̃ meritone necessarieq; hortetur nos propheta seruire domino in timore,& item Apostolus, cum timore nihilominus & tremore nostram ipsorum operari salutem? Tenebãt nimirum proprio experimento huius sententię veritatem,vtpote amici sponsi, qui minime prorsus ambigeret, & ad suas animas pertinere quod dicitur:Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. De
Cant.2.2. nicq; vnus eorum:Conuersus sum(inquit)in ærumna mea,dum configitur spina:Bene cõfixus qui conuersus exinde est.Bene pungeris,si compungeris:(multi quum sentiunt pœnam compungunt culpam)& talis dicere potest,conuersus sum in ærumna mea,dum configitur spina. Bena culpa est,spina pœna est,spina fallsus frater,spina vicinus est malus.Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. O candens lilium,ó tener & delicate flos,increduli & subuersores sunt tecum,vide quomodo cauté ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. In terra sunt,in

ere sunt,in carne tua sunt. Versari in his,& minime lædi,diuinæ potentiæ est,non virtutis tuę. Sed confidite(inquit)quia ego vici mundum. Et si igitur vndiq; tibi intrendi prospicias tribulationum,tanquam tribulorum aculeos,nõ turbetur cor tuum,neq; formidet sciens quia tri- Iohn.16.d
bulatio operatur patientiam,patientia probationẽ,probatio autẽ spẽ, spes autẽ nõ cõfundit. Consydera lilia agri,quomodo inter spinas vigent. Si fœnum q̃ hodie est,& cras in clibanum mittitur,Deus sic custodit,quanto magis amicam,& sponsam suã charissimã? Denicq; custodit Rom.5.a.
dns omnes diligentes se sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias. Non mediocris tuitus profecto virtutis inter prauos viuere bonum,& inter malignantes innocentiæ retinere candorem,& morum lenitatem,magis autem si his,qui oderunt pacem,pacificum,& amicũ ipsis te exhibeas inimicis. Id plane tibi similitudinem datam de lilio iure quodam proprietatis specialiter vẽdicabit,q̃ ipsas vtiq; pungẽtes se spinas cãdore proprio illustrare,& venustare Mat.5.g.
non cessat. An non perinde liliũ tibi videtur implere q̃dãmodo Euangelij perfectionẽ,q̃ orare iubemur pro calumniantibus,& psequentibus nos,benefacere his q̃ oderunt nos? Ergo & tu fac similiter,& erit anima tua amica dñi,& laudabit te de te,dicens: Quia sicut liliũ inter spinã,sic amica mea inter filias. Illud autẽ Canticorũ,Labia illius lilia stillãtia myrrhã primã,expo- Ambrosius
nitur in dictione,Labia. Et diuus Amb. de institutione virginis,cap. decimoquinto: Audi virgo quid dicat: Liliũ(inquit)conuallium.i. humilium animarum, & mitium. Esto ergo mitis, humilis,ac mansueta,vt in te ficut lilium germinet Christus,de quo & alibi habes: Labia eius lilia stillantia myrrhã plenã.i. qui Christi passionẽ loquuntur,& suo ore cõcelebrant,ac mortificationem eius in suo circunferunt corpore. Christi lilia sunt specialiter sacræ virgines,quarum est splẽdida,& immaculata virginitas. Vnde pleriq; accipiunt,quod Ecclesia videatur dicere: Ego sum flos campi,& lilium conuallium,quæ in hac conualle istius mundi gratiam bonę odoris exhalat fedula confessione pietas. Deniq;&alibi dicit: Frater meus descendat in hortum suum in phialas aromatis,pascere in hortis,& colligere lilia. Ego fratri meo, frater meus mihi,qui pascit inter lilia. Ex illo ergo vtero Marię diffusus est in hunc mundum aceruus tritici minuti inter lilia,quando natus est Christus.

Cap. XLVII.

Limen quid mystice significet.

Limen quid mystice significet,diuus insinuat Greg.homilia decimaquinta super Ezechielem,exponens illud Ezechielis, Et mensus est limen portę calamo vno latitudinẽ: Cur postquam dictum est: Limen portæ, statim subiungitur,limen vnum, nisi quia aperte innuit, dum adhuc inferius limen aliud dicatur? Porta autem à limine surgit,vt porta sit. Si igitur porta dominus,quis huius portæ limen est, nisi illi antiqui patres,ex quorum progenie dominus incarnari dignatus est? Sicut per Paulum dicitur: Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem,qui est super omnia deus benedictus in secula. Itaq; limen portę,antiqui patres,ex quibus ille natus est,qui nobis aditum regni cœlestis aperuit. Limen autẽ portæ vno calamo mẽsuratur,quia ipsi antiqui patres,qui potuerunt redemptorem nostrũ & prophetando,& bene viuendo prædicare,tanquam sex cubita in perfectione operis,& palmum inchoationis per cõtemplationem habuerunt. Quia enim eorum vitam in vnitatẽ fidei,& perfecta operatio & inchoata cõtemplatio sublimem reddidit,in vno calamo mensura liminis fuit. Et in eadem homilia exponens illud Ezechielis, Et limen portæ,iuxta vestibulum portę intrinsecus,calamo vno hoc modo scribit: Dum limen quod modo describitur,iuxta vestibulum portæ intrinsecus cẽ memoratur,aperte ostenditur,quia limen,quod prius scriptum est,extrinsecus fuit. Sed si portæ est dñi,ꝺd sit limen portæ intrinsecus & extrinsecus,regramus. Per limen etenim portã vnusquisq; ingredit. Et quæ sunt duo hæc limina,nisi patres testamenti veteris,& patres testamẽti nostri? Non solũ eppe hi,de quibus dñs incarnari dignatus est,sed oñes testamẽti veteris patres portæ huius limen fuerunt,quia hi,qui eum prædicare,& in cõsperare meruerunt,cunctis ad eum venientibus aperuerunt aditum fidei,vt omnis qui crediderit dominum,quasi iam portam huius liminis intraret. Sed cur ante limen exterius,& post limen interius dicitur,nisi quia prius testamenti veteris patres,& postmodum noui testamenti doctores fuerunt? Recte autẽ limen exterius testamenti veteris patres designat,quia per eorum prædicationem opera peruersa punita sunt. Per dicta vero nouorum patrum vniuscuiusq; animus etiam ab illicitis cogitationibus coercetur,dum reatus esse perfectus,& in deliberatione cordis ostenditur. Illi quippe à flagitiis à crudelitatibus,à rapinis auditorum animas prohibere curauerunt: isti vero dum non solum peruersa opera,sed etiam illicita cogitationum resecant,quid nobis aliud,nisi limen extrinsecus facti sunt? Vnde & ipsa veritas loquitur,dicens: Audistis quia dictum est antiquis: non occides,qui autem occiderit,reus erit iudicio. Ego autem dico vobis,quia oñis qui irascit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratri suo fine causa, reus erit iudicio. Recte quoq; exterius limẽ illos patres designat, qui ab ipsa incarnatione redemptoris nostri per interualla temporum longius extiterunt, & quidem ab Abel sanguine, passio iam cœpit ecclesiæ. Et vna est ecclesia electorum præcedentium, atq; sequentium. Et tamen quia discipulis dicitur: Multi reges, & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, antiquis patribus quasi foris stetisse, est redemptoris nostri præsentiam corporaliter non vidisse. Exterius igitur, sed tamẽ non diuisi à sancta ecclesia fuerunt, quia mente, opere, prædicatione, ista iam fidei sacramenta tenuerunt, istam sanctæ Ecclesię celsitudinem conspexerunt, quam nos non adhuc præstolando, sed iam habendo conspicimus. Sicut enim nos in prȩterita passione redemptoris nostri, ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo foris, non extra mysterium, sed extra tempus. Et infra: Si vero portam scripturam sacram hoc in loco accipimus, ipsa quoq; duo limina habet, exterius, & interius, quia in litera diuiditur, & allegoria. Limen quippe scripturæ sacræ exterius litera, limen vero eius interius, allegoria. Quia enim per literam ad allegoriam tendimus, quasi à limine, quod est exterius, ad hoc quod est interius, venimus. Et sunt in ea permulta, quæ ita iuxta literam mentẽ ædificant, vt per hoc quod exterius agitur, audientis mens interius trahatur. Ibi qppe inuenimus prædicamenta operis, & exempla virtutum. Ibi iubetur quid agere etiam corporaliter debemus, ibi hoc, quod ad operandum præcipitur, in sanctorum virorum, ac fortium actione monstratur, vt postquam nos apertiora præcepta, atq; exempla iustorum ad bonam operationem instruunt, tunc ad limen interius, id est, ad intellectum mysticum intimæ contemplationis tendamus (si possumus) pedẽ mentis. Et homilia xvi. exponẽs illud Ezech. Et mẽsus est latitudinẽ liminis portę decẽ cubitorũ &c. Quid (inqt) latitudo liminis portę, nisi lex testamẽti veteris fuit, & lõgitudo portę, nisi gratia testamenti noui? Quia videlicet scriptura sacra dũ per testamentũ vetus crimina operũ cõpescuit, dari decimas cepit, quasi per mandata humilia in liminis latitudine iacuit. Sed dũ per testamenti nouũ cogitationes prauas coercuit, derelinqui omnia, & pro Deo vitam corporis iussit cũ præsenti seculo despici, quasi porta nostra in longitudinis altitudine surrexit. Minora quippe præcepta Israelitico populo per legem data sunt. Vnde & eidem populo Moyses in cãpo locutus est. Altiora dñs sanctis Apostolis dedit. Vnde & eosdem mandatis vitæ in monte docuit. Dũ vero redemptor noster per euangeliũ dicit: Nolite putare quoniã veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere. Adimplere enim venerat legem, qui legis iustitiæ gratiam addidit, vt quod illa iubebat in minimis, ipse perficiendo adiuuaret in summis. Et ꝺd illa coercebat ab opere, ipse resecaret à corde. Intellecta ergo lex, quæ in latitudine iacuit, in altitudine surrexit. Ipsa enim dei cognitio, quæ apud illam in spiritalibus patribus fuit, nota omni Hebræorum populo non fuit. Nam omnipotentem deũ, sanctam videlicet trinitatem, quum prophetæ ꝑdicarent, populus ignorabat, solũ decalogũ tenebat in fide, legẽ trinitatis nesciens. Mẽsuret ergo latitudo liminis portæ decẽ cubitis, ga durus ille populus subtilitatẽ fidei ignorans, mandatis seruiebat decalogi. Mensuretur ergo longitudo portæ tredecim cubitis, quia per testamentum nouũ in corde fidelis populi sup mãdata decalogi, quẽ verius custodit, cognitio trinitatis creuit. Et quũ mandata legis perficit, trinitatem esse omniptentem dominum credidit. Sed quid est, quod prius vno calamo mensurari limen portæ dixit, postmodum latitudo eius decem cubitis, ad extremum quoq; lõgitudo portæ tredecim mensuratur, nisi quod sancti patres, quos per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus, vnum quidem omnipotentem deum, sanctam videlicet trinitatem esse nouerunt, sed eandem trinitatem, quam cognouerant, aperte minime prædicauerunt? Qui eius iussionibus obedientes, & vitæ mundiciam conseruantes, quasi in sex cubitis calami habuerunt perfectionem operis, & sæpe angelos videntes, habuerunt palmum contemplationis. Data autem lege, rudis ille Hebræorum populus mandata decalogi seruare conatus est, sed tamen de cognitione sanctæ trinitatis eruditus non est. Et quamuis hanc spiritales patres perfecte cognouissent, multitudo tamen synagogę nec inuenire mysterium trinitatis potuit, nec quærere sciuit. Superueniente autem gratia per testamentum nouum, omnis fidelis populus vnum deum trinitatẽ esse cognouit, & virtutem decalogi eius agnitione compleuit.

Exod. 19. b

Mat. 5. b

Quid linum, & linea mystice significent. Cap. XLVIII.

Gregorius Nyssenus.

QVid linũ mystice significet, diuus insinuat Greg. lib. moraliũ xxxiij. cap. iiij. exponens illud Esaię, Calamum quassatum nõ confringet, & linum fumigans nõ extinguet, cuius expositionẽ regre in dictione, Arũdinetum. Et diuus Hieron. Calamum cõfractum, vel quassatum non conteret &c. Cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicens ad mulierem; Confide filia, dimittuntur tibi peccata. Et linum fumigans, siue (vt cęteri trãstulerunt) obscurũ, atq; tenebrosum non extinguet, quod vicini erant extinctioni, domini clemẽtia seruabantur, quæ super Iudæis, & nationibus in alijs opusculis disseruimus. Et diuus Hiero. ad Algatiam, quæstione ij, hoc pacto scribit: Quid significet quod in Matthæo scriptum est, Arundinem quassatam nõ cõfringet, & lignum fumigans nõ extinguet. Ad cuius expositionẽ loci, totum ꝺd Matthæus de Esaia propheta assumit testimoniũ ponendum est, & ipsius ꝟba Esaiæ, iuxta lxx. interpretes, ipsumq; Hebraicum, cui Theodotio, Aquila, Symmachusq; consentiunt. Sic ergo de quatuor Euangelistis, solus Matthæus posuit. Iesus autem sciens &c. Arũdinem quassatam &c. Pro quo in Esaia iuxta lxx. interpretes, sic scriptum est: Iacob puer meus, suscipiam eum. Israel electus meus, suscepit eum anima mea. Dedi spiritum meum super eũ, iudicium gentibus proferet, Non clamabit, neq; dimittet, nec audietur foris vox eius. Arundinem confractam non conteret, & linum fumigans non extinguet &c. Nos autem ex Hebræo ita vertimus: Ecce puer meus, suscipiã eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea &c. Ex quo apparet, Matthæum Euangelistam, nõ veteris interpretationis autoritate conscriptũ, dimisisse Hebraicam veritatem, sed quasi Hebræum ex Hebræis, & in lege domini doctissimũ ea gentibus protulisse, quæ in Hebræo legerat. Si enim sic accipiendum est, vt lxx. interpretes addiderũt, Iacob puer meus &c. quomodo in Iesu intelligimus esse completum, quod de Iacob, & de Israel scriptum est: Quod beatum Matthęum non solum in hoc testimonio, sed etiam in alio loco fecisse legimus: Ex Aegypto vocaui filium meum, pro quo lxx. transtulerunt: Ex Aegypto vocauit filios suos, quod vtiq; nisi sequamur Hebraicam veritatem, ad dominum salutorem non pertinere, manifestum est. Sequitur enim: Ipsi autem immolabant Balim. Quod autem de assumpto testimonio in euangelio minus est: Splendebit, & non quassabitur, donec ponat super terram iudicium, videtur mihi accidisse primi scriptoris errore qui legens superiorem sententiam in verbo iudicij esse finitam, putauit inferioris sententię vltimum verbum esse iudicium, & pauca verba, quę in medio, hoc est, inter iudicium, & iudicium fuerant, prętermisit. Rursumq; quod apud Hebræos legitur: Et in lege eius sperabunt insulæ (siue, Et legem eius insulæ expectabunt) Matthæus sensum potius quam verba interpretans, pro lege, & insulis nomen posuit, & gentes, (hoc est, Et in nomine eius gentes sperabunt, sicut & lxx. transtulerunt). Et hoc non solum in præsenti loco, sed vbicunq; de veteri instrumento Euangelistę, et Apostoli testimonia protulerunt, diligenter obserãdum est, nõ eos verba secutos esse, sed sensum, & vbi lxx. ab Hebraico discrepant, Hebræum sensum suis expressisse sermonibus. Et infra Arundinem (inquit) quassatam &c. vt in dictione, Arundinetum.

Mat. 12. a

Osee. 11. a

Linea quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius libro Moralium xxviij. capite nono exponens illud Iob, Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Mensurarum (inquit) linęæ in terrarum partitione tendũtur, vt dimensionis æqualitas ex ipsa linearum tensione teneatur. In carne autem dominus ad ecclesiam veniens, mensuras terræ lineis mensus est, quia fines ecclesiæ occulti iudicij subtilitate distinxit. Huius terræ occultæ mensuræ, vel lineæ tendebantur, quando prædicatores sancti, agente spiritu, in alias partes mundi vocabantur, vt irent, ab alijs vero partibus arcebantur, ne accederent. Paulus nanq; Apostolus quũ Macedoniæ prædicare negligeret, per visum illi apparuit vir Macedo, qui diceret: Tranſiens in Macedoniam, adiuua nos. At contra, sicut scriptũ est: Tentabant Apostoli ire in Asiam, & non permisit eos spiritus Iesu. Dum ergo prædicatores sancti, & vocantur ad Macedoniam, & ab Asia prohibentur, ista occultarum mensuratum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic tenditur, vt Macedonia intra sanctæ ecclesiæ spacia colligatur, hinc attrahitur, vt extra fines fidei Asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea, qui colendi non erant, quibus iuxta meritum suum perditis, iam nunc Asia intra mensuras Ecclesiæ Dei largiente sus cepta est. Intra has ergo mensuras sunt omnes electi, extra has, omnes repro bi, quam si intra fidei limitem esse videantur.

Gregorius lib. 18. c.

Act. 16. b

Quid locus mystice significet. Cap. XLIX.

QVid locus mystice significet, diuus enarrat Gregorius libro Moraliũ octauo, capite quindecimo, exponens illud Iob: Neq; cognoscet eũ amplius locus eius: Locus quippe hominis, inquit, sed non localis, ipse scilicet conditor extitit, qui hunc, vt in semetipso consisteret, creauit. Quem nimirum locum tunc homo deseruit, quum seductoris verba audiens, à conditoris amore discessit. Sed quum omnipotens deus redimendo, se homini etiam corporaliter offerendit, ipse (vt ita dixerim) fugitiui sui vestigia subsequens, ad retinendum, quem amiserit homẽ locus venit. Si enim appellari locus nequaquã cõditor posset, deũ laudans Psalmista, non diceret: Filij seruoꝝ tuorũ habitabunt ibi. Ibi enim nõ dicimus, nisi quũ locum specialiter desi-

Gregorius lib. 7. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnamus. Sed sunt plerique, qui etiam post perceptum redemptoris auxilium, ad desperationis tenebras deuoluuntur, & tanto nequius pereunt, quanto & oblata remedia misericordiæ cõtemnunt. Recte ergo de damnato homine dicitur: Neq; cognoscet eum amplius locus eius, qa à conditore suo tanto tunc districtius in iudicio non cognoscitur, quanto nunc ad reparationis gratiã, nec per dona reuocatur. Vnde & notandũ summopere est, ꝙ nõ ait: Neq; cognoscet amplius locũ suũ, sed ait: Neq; cognoscet eũ amplius locus eius. Dũ em̃ cognitio nõ hominiẽs, in iniquitate durãtibus, dicit: Nescio vos vnde sitis. Et lib. xv. cap. iij. exponens illud Iob, Iob. 10. b. Oculus. q eũ viderat, nõ videbit, neq; vltra intuebitur eum locus suus, hoc pacto scribit: Quis ẽ oculus hypocritę, nisi cor adulãtium? Ibi qppe reqescit, vbi fauores inuenerit. Oculus ergo qui eum viderat, nõ videbit, qa subtractus morte, stultis amatoribus suis absc̃ditur, qui eum cõsueuerãt admirãdo cõspicere. Nec vltra eum locus suus intuebitur, quia linguæ adulantiũ hũc ad iudiciũ fauoribus nõ sequuntur. Et exponens illud Iob, Et auro locus est, in quo cõflatur, hoc modo exponit: Ac si aperte dicat: Vera fidelium sapientia, cui vniuersalis Ecclesia locus est, tribulationem vobis persequentibus patitur, sed à cunctis peccatorum sordibus persecutionis vestræ igne purgatur. Vnde scriptum est: In igne probatur aurum & argentũ, homines vero receptibiles, in camino humiliationis. Quo in loco potest hoc ꝺq; cõuenienter intelligi, vt de sua hęretici increpari stulta passione videantur. Nã sæpe pro Iesu Christi dñi, ac redemptoris nostri nomine multa patiuntur, sefeq; eisdem passionibus eius fieri martyres sperant. Quibꝰ sancti viri voce nunc dicitur: Auro locus est, in quo conflatur. Nam iuxta hoc, quod iã & ante nos dictum est, quisquis extra vnitatem Ecclesiæ patitur, pœnas pati potest, martyr fieri non potest, quia auro locus est, in quo conflatur. Quid itaq; ad hæc hæretici dicitis? Conflari per afflictionẽ carnis, vel etiam per martyriũ vultis, sed locum, in quo debeatis conflari, nescitis. Vna est Ecclesia, in qua q conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum sorde purgari. Si quid pro Deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hanc positi sustinetis, incendi potestis tantummodo, non purgari. Dicat Hieremias: Frustra conflauit conflator. Malitię em̃ eorum sunt consumptæ. Ecce ignis exterius conflans, & duræ passionis admouet pœnam, & tñ 1. Cor. 13. b. erroris nõ excoquit culpã, & tormẽta crudeliũ dat pœnarũ, & bonorum nõ facit incremẽta meritorum. Et Paulus Apost. inquit: Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatẽ autẽ non habeam, nihil mihi prodest. Et capite xv. Alꝝ quippe praua de deo sentiunt, alij recta de autore tenent, sed vnitatem cum fratribus non tenent. Illi errore fidei, isti vero schismatis ppe tratione diuisi sunt. Vnde & in ipsa prima parte de calogi vtrarunq; partium culpę reprimuntur, quum diuina voce dicitur: Diliges dominum deum &c. & proximum tuum sicut teipsum. Deu. 6. a. Qui enim de Deo peruersa sentit, liquet profecto quia Deum non diligit. Qui vero de Deo recta sentiens, à sanctæ Ecclesiæ vnitate diuisus est, constat, quia proximum non amat, quem habere socium recusat. Quisquis ergo ab hac vnitate matris Ecclesię, siue per hæresim peruersa sentiendo, seu errore schismatis proximũ nõ diligẽdo diuiditur, charitatis hui⁹ gratia priuatur, de qua (vt ꝑmisimus) Paulus dicit: Si tradidero &c. Ac si aperta voce diceret: Extra locũ suũ, cõflationis mihi ignis adhibitus, torquento me cruciat, mundatione nõ purgat. Hunc omnes sanctæ pacis amatores, summo studio locũ quærunt, hunc quærentes inueniunt, hunc inuenientes tenent, scientes, peccatorum remissio, vel vbi, vel qñ, vel qualibus detur. Vbi quippe, nisi in Ecclesiæ matris sinu? Quando nisi ante venturi exitus diẽ? Quia ecce nunc rẽpus acceptabile, 2. Cor. 6. a ecce nũc dies salutis. Et, Querite dãm, dũ inueniri potest, inuocate eũ dũ prope est. Qualibus nisi cõuersis, qui ad paruulorum imitationem, magistra humilitate formãtur, ꝙbus dicitur: Sinite paruulos venire ad me: Taliũ est enim regnũ cœlorũ? Et, Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Quia ergo nõ nisi in catholica ecclesia veri martyres fiunt, dicitur recte: Auro locus est in quo conflatur, quia non clarescet anima in fulgore æternæ pulchritudinis, nisi (vt ita dicam) prius hic arserit in officina charitatis. Et alio in loco scriptum est: Super hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo. Vbi diuus Greg. hoc patẽto scribit: Quia pauor dũ mentem percutit, hanc à semetipsa alienam reddit, nonnunquã latini interpres ecstasim pauorem vocãt, sicut per Psalmistã dicitur: Ego dixi in pauore meo, proiectus sum à vultu oculorũ tuorũ, vbi videlicet nõ pauor, sed excessus dici potest. Sed pauor il- Psal. 30. 5. lic prõ excessu ponitur, quia sicut in excessu, ita in pauore alienatur animus. Vnde hic dicitur: Sup hoc expauit cor meũ. Ac si dicat: Cõsyderata luce æternæ patriæ in admirationis excessu se transtulit. Et quia nouæ spei spiritu mens afflata est, semetipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat, reliquit. Et motum est de loco suo. Locus quippe humani cordis, est delectatio vitę ris. Sed

tis, sed quum diuina aspiratione tangitur locus nostri cordis, fit amor æternitatis. Consideratione igitur æternæ patriæ de loco suo animus mouetur, quia derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. Locus aũt aurore est perfecta claritas visionis æternæ, vt dictũ est in dictione, Aurora. Et exponẽs illud Iob: Quasi impios percussit eos in loco videntiũ: In scriptura Iob. 34. a sacra (inquit) quasi, aliquando pro similitudine, aliquando pro veritate poni cõsuevit. Pro similitudine em̃ quasi ponit, sicut Apostolus dicit: Quasi tristes, semper aũt gaudentes. Pro verita- 2. Cor. 6. b te aũt ponitur, sicut Iohannes ait: Vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Hoc autẽ loco nihil differt vtrum pro similitudine, an pro veritate sit positum, quia quolibet dicatur ordine, aperte praua malorum vita signatur, impios vero scriptura sacra proprie infideles appellat. Hac nanq; distantia peccatores ab impijs dicernuntur, quia quum omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator est impius. Peccator enim dici etiam, qui in fide pius est, potest. Vnde Iohannes ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Impius vero proprie dicitur, qui à religionis pietate separatur. De talibus enim propheta ait: Ideo non resurgunt impij in iudicio. Locus autem videntium, sancta Psal. 1. b Ecclesia vocatur. In ipsa enim recte consistitur, vt lumen verum, quod deus est, videatur. Vnde ad Moysen dicitur: Est locus penes me, & stabis supra petram, quum transierit mea maie- Exod. 33. d. stas. Et post paululum: Auferam manum meam, & videbis posteriora mea. Per locum quippe ecclesia, per petram dominus, per Moysen vero multitudo plebis Israeliticæ figuratur, quę dominio in terra prædicante, non credidit, Ipsa ergo in petra stetit, terga domini transeuntis aspiciens, quia videlicet post passionem, ascensionemq; dominicam, intra sanctam ecclesiam deducta, fidem Christi percipere meruit, & cuius præsentiam non vidit, eius posteriora cognouit. Dicatur ergo: Quasi impios &c. Ibi quippe stabant, vbi deum videre videbantur. Ibi tenebras dilexerunt, vbi lumen veritatis aspicitur. Et quamuis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos in opere. Vnde bene & de Iudæis dicitur: Speculatores eius cæci, quia Esai. 56. d videlicet non videbant opere, quod professione cernebant. Vnde etiam de Balaam scriptum Num. 24. a est: Qui cadens apertos habet oculos. Cadens qppe in ope, apertos tenuit oculos in cõtemplatione. De quibus alias bene scriptũ est: Vidi impios sepultos, qui quum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorũ operũ. Et libro xxxiij. Moraliũ, cap. v. In euangelio (inquit) dñs dicit, ꝺd spiritus exiens, q in locis aridis, & inaquosis requiẽ nõ inuenit, qa domũ, quã reliquerat vacuã scopisq; mundatam reperit, hanc multiplicior intrauit. Quia em̃ fluxa fit terra, quæ infunditur, loca arentia, atq; inaquosa, sunt corda iustorum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis cõcupiscentiæ humore siccantur. Vnde hic ꝺq; Iob. 40. a adhuc vbi Behemoth iste dormiat, necessario demonstratur, quũ subditur: In locis humentibus. Loca em̃ humentia, sunt terrenorũ hominũ mentes, quas humo carnalis concupiscentię, quia replet, fluidas facit. In quibus Behemoth iste iniquitatis suæ vestigia tanto altius imprimit, quanto in eisdem mentibus pertransitus illius, quasi influxa terra descendit. Loca quippe humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur, fixus vero in lubrica, vix tenetur. In locis ergo humentibus iter vitæ præsentis faciunt, qui in hac ad iustitiam recti stare non possunt. Et diuus Hieronymus exponens illud Ezechielis, Benedicta gloria domini de loco suo: Locu⁹ (inquit) domini est omnis, in quibus hospitium inuenit. Aut certe filius locus est patris, sicut & pater locus est filij, dicente domino saluatore: Ego in patre, & pater in me. Hoc idem significat & Micheas: Ecce dominus egredietur de loco suo, & descendet super excelsa terra, & commouebuntur montes subter eum, & valles tabescent sicut cæra à facie ignis, & sicut aqua quæ defertur in præceps. Descendente enim domino saluatore, & proficiscente de patre, excelsa terræ, mõtesq; commoti sunt, & inferiora vallium liquefacta. Potest locus esse gloria domini, & lux inaccessibilis, de qua & Apostolus loquitur: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et exponens illud Oseæ, Vadens reuertar ad locum Ose. 5. a meũ, donec deficiatis, & quæratis faciã meã: Locũ (inquit) dei magnificentiam, & maiestatem eius debemus accipere, vt ne quaquã pro dispensatione descendat ad homines, iracatur, miseretur, obliuiscatur, fiat quasi Panther, vertatur in leonẽ, mutet in bestias, sed res spernat humanas, & permittat eos, quos antea protegebat, hostibus subiacere, vt tabescant, & deficiant, & intereãt, & postea quærãt faciẽ dñi, & dicant: Illumina faciẽ tuã, & salui erimus. Et, Ostende nobis dñe misericordiam tuam, & salutare da nobis. Hæreticis quoq; & ecclesiæ negligenti, Deus in pantheram vertitur, & leonem, & tollet ab his prædam, quã ecclesiæ ante rapuerũt, ne capti saluentur, qui liberi perierant, & nequaquam habitabit in conciliabulis peruersorum, sed reuertetur ad locũ suũ, de q̃ dicit: Ego in patre, & pater in me, & eos spernet, atq; despiciet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

donec deficiant in impietate,& quærant eum per pœnitentiam, à quo fuerant derelicti. Alij locum Dei cœlum putant, quo offensus deus ab his, qui in terra habitant, reuertatur, & eos faciat disperire, qui clementissimũ dñm magnitudine peccatorum in ferarum sibi rabiem conuerterunt. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Dominus in loco sancto suo: Quis eñ (inquit) sit locus eius, aperuit, quum dixit: Deus qui inhabitare facit vnius modi in domo. Vnanimes, vnum sentientes, iste est locus sanctus domini. Quum enim dixisset: Dominus in loco sancto suo, tanquam requireremus in quo loco, quum ille vbiq; sit totus, & nullus eũ contineat corporalium spaciorum locus, ilico subiecit, ne quæramus eum absque nobis, sed potius vnius modi habitantes in domo mea reamur, vt habitare etiam ipse dignetur in nobis. Iste est enim locus sanctus domini, quod pleriq; homines quærunt, vt habeant vbi orantes exaudiantur. Sint ergo ipsi quod quærunt, & quæ dicunt in cordibus suis, id est, in talibus cubilibus suis compungantur, habitantes vnius modi in domo, vt à domino magnæ domus inhabitent, & apud se in seipsis exaudiantur. Est enim domus magna, in qua non solum aurea vasa sunt, & argentea, sed lignea, & fictilia. Et alia quidem sunt in honorẽ, alia in contumeliã. Si q; aut̃ mundauerint semetipsos à vasis cõtumeliæ, erunt vnius modi in domo, & locus sanctus domini. Nã sicut in magna hois domo, nõ in qualicunq; loco eius requiescit dñs eius, sed in aliquo vtiq; secretiore, & honoratiore loco, sic deus non in omnibus qui in domo eius sunt, habitat, (Non eñ habitat in vasis cõtumeliæ) sed locus sanctus eius sunt, quos habitare facit vnius modi, vel vnius moris in domo. Qui eñ tropi græce dicunt, & modi, & mores latine interptari possunt. Nec habet Græcus: Qui inhabitare facit, sed tantũ, Habitare facit. Dominus ergo in loco sancto suo. Quis est locus iste? Ipse deus, qui eũ sibi facit. Deus eñ habitare facit vnius moris in domo. Hic est locus sanctus eius. Et libro lxxxiij. quæstionũ, quæstione vigesima: Deus (inq;) nõ alicubi est. Quod eñ alicubi est, cõtinet̃ loco. Quod cõtinetur loco, corpus est. Deus aut̃ non est corpus. Non igitur alicubi est, & tamẽ quia est, & in loco non est, in illo sunt potius omnia, quam ipse alicubi, nec tamen ita in illo, vt ipse sit locus. Locus eñ in spacio est, quod longitudine, & latitudine, & altitudine corporis occupatur, nec Deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, & locus non est. Locus tamen Dei abusiue dicitur templum dei, non quod eo contineatur, sed quod ei præsens sit. Id autem nihil melius, quam anima munda intelligitur.

Psal. 67. a

1. Tim. 3. c

Hier. 23. d.

Quo pacto Deus sit in omnibus, & vbiq;. Cap. L.

QVo pacto autem, & quare cunctis Deus sit in rebus, diuus Thomas hoc modo declarat Deus (inquit) cunctis in rebus est, non quidẽ vt pars essentialis, vt materia, vt forma, qui bus torum aliquod compositum est, nec velut accidens quoddam, sed tanquã primum agens, quod cunctis adest rebus, in quibus operatur. Nam omne agens coniungi rebus, in quas citra medium agit, & suapte virtute illas attingere, operæprecium est. Quamobrem & Aristoteles septimo de physico auditu libro, mouens, & motum pariter esse subtiliter probat. Deus autem esse habet per suam essentiam, & idcirco quicquid habet esse, ab illo habet, & non modo quum primum esse incipiunt, verum etiam quandiu in esse permanent, quemadmodũ sol suapte pręsentia aerem illuminat. Et aer quandiu præsens est sol, illuminatus permanet. Deus igitur dãs vnicuiq; esse, adest illi, quoad esse illud permãserit. Et quia qualibet in re esse magis est intimũ, & profundius inhæret, idcirco & Deus intime, ac profunde cunctis est in rebus, vt creans illarũ esse, ac conseruans, quanquã naturæ suæ excellentia super omnia esse dicatur. Deus quoque cunctis in rebus est, non modo vt illis esse conferens, verũetiam & virtutẽ, & operationẽ præbens, & idcirco quolibet in loco, quatenus locus res quædam est, quoniam vnicuiq; loco & esse tribuit, & virtutem locatiuam. Dicitur quoq; Deus omnẽ replere locum, iuxta illud prophetæ cum: Cœlum, & terram ego impleo, non vtiq; perinde ac corpus, quod locum replere dicitur, quatenus aliud corpus secum esse non sinit, sed replere omnia dicitur loca, quatenus omnibus corporibus locatis, quæ vniuersa complent loca, & esse tribuit, & virtutem, & operationẽ. Est etiam adnotandum Deum multifariam esse in rebus. Nam quibusdam in rebus est vt causa agens, & hoc pacto in rebus ab ipso conditis esse dicitur, deinde dicitur esse quibusdam in reb⁹ vt res cognita in cognoscente, & res desiderata in ipso desiderante, & hoc pacto dicitur esse peculiariter in rationali creatura, quæ ipsum cognoscit, & actu, vel habitu diligit, recepta ab illo gratia. Et hoc pacto dicitur' esse in sanctis. Alijs autem in rebus ab ipso conditis dicitur esse cõmuniter per essentiam, præsentiam, ac potentiam, quemadmodum rex quispiam per essentiam, siue substantiam suam dicitur esse in loco, in quo illius habetur substantia: per præsentiam vero dicitur esse in omnibus quæ sunt in conspectu illius, quanquam in illis non est secundum suam substantiam, demum per potentiam dicitur esse toto in regno, quamuis illius præsentia, & illius

& illius substantia, nõ sit in toto regno. Itidẽ deus dicit̃ esse in omnibus p essentiã quatenus vt causa essendi prima omnibus adest, & per pſentiam, quatenus oia sunt nuda, & aperta oculis eius, & per potentiã, quatenus eius ditioni, ac potestati, oia subdunt̃. Primũ est cõtra Platonicos q putauerũt nõ omnia esse condita immediate à deo, sed q̃d primum creauerit vnã creaturam, & illa aliam &c. Secundum est contra illos, qui diuinam negabant prouidentiam circa ista inferiora, dicentes: Circa cardines cœli perambulat, & nostra non consyderat. Tertium est cõtra Manichæos, qui putauerunt sola spiritualia, & incorporea diuinæ subesse potestati, visibilia vero & corporea, dæmoni subiecta esse & ab illo condita.

Iob. 22. b

Locusta quid mystice significet. Cap. LI.

QVid locusta mystice significet, diuus Iustinuat Greg. exponẽs illud Iob. Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Locustar ũ nomine (inquit) aliquãdo Iudaicus populus, aliq̃ndo conuersa gentilitas, aliquando adulantium lingua, aliquãdo vero per cõparationẽ resurrectio dominica, vel predicatorum vita signatur. Quia enim Iudęor̃ populũ locustę exprimãt, prophetiæ autoritate pronunciat, etiam specie ciborum clamat. In semetipso enim designauit dominum, quem preuenit. Qui nimirum in redemptionẽ nostrã veniens, quia infructuosę gẽtilitatis dulcedinem sum sit, mel syluestre edit. Quia vero Iudæorũ plebem in suo corpore ex parte conuertit, in cibo locustas accepit. Ipsos nanque locustæ significant subitos saltus dantes, sed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabant, quum pręcepa domini se implere, pmitterent, sed citius ad terram cadebant, quum per praua opera hæc se audisse denegarent. Videamus in eũ quasi quendã locustarũ saltũ: Omnia verba, quę locutus est dñs, & faciemus, & audiemus. Videamus autem quomodo citius ad terram ruunt: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & nõ inducat nos dominus in terram istam. Locustæ ergo erant, quia habebant saltum per vocem, & casum per actionem. Locustarum quoque nomine, gentilitas designatur, Salomone attestante, qui ait: Florebit amygdalum, impinguabitur locusta, dissipabitur capparis: Amygdalum quippe florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amygdali, nisi sanctę Ecclesię primordia designantur? Quæ in prædicatoribus suis primitiuos virtutum flores aperuit, & ad inferenda poma bonorum operum, venturos sanctos, quasi arbusta sequentia præuenit. In qua mox locusta impinguata est, quia sicca gentilitatis sterilitas, pinguedine est gratiæ cœlestis infusa. Capparis dissipatur, quia quum gratiam fidei vocata gentilitas attigit, Iudæa in sua sterilitate remanens, bene viuendi ordinem amisit. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: Regem

Universidad de Deusto
Biblioteca

platiua vita ſolidatur,recte ipſa prædicatorũ pfectio locuſtis exprimitur,quæ quoties ſe in aera attollere conantur,primum ſe cruribus impellentes,ſubleuant,& poſtmodum alis volant. Ita nimirum ſunt ſancti viri,qui dum ſuperna appetunt,primũ quidẽ actiuæ vitæ bonis operibus innituntur,& tunc demum ſe ad ſublimia per contemplationis ſaltum volando ſuſpendunt. Crura figunt,&alas exerunt,qa recte agendo ſtabiliuntur,&alta videndo ſubleuantur. Qui in hac vita poſiti,diu in diuina cõtẽplatione manere nõ poſſunt,ſed quaſi locuſtarũ more à ſolu, quẽ dederant,in pedibus ſuis ſe excipiunt,dũ poſt contemplationum ſublimia ,ad neceſſaria actiuæ vitę opera reuertuntur,nec tñ in eadem vita actiua remanere contenti ſunt.Sed dũ ad cõtẽplationem deſideranter exiliunt,quaſi rurſus aera volantes petunt,vitãq; ſuã quaſi locuſtæ aſcendentes,deſcendentesq; peragunt,dũ ſine ceſſatione ſemper, & ſumma videre appetunt, & ad ſemetipſos naturæ corruptibilis pondere reuoluuntur.Eſt adhuc aliud,q̃ locuſtæ ſimile ſanctis prædicatoribus gerunt. Matutinis nanq; horis,i.teporis tẽpore,vix à terra ſe ſubleuãt, quum vero æſtus exarſerit,tanto altius,quanto alacrius volant . Sanctus autem quiſq; prædicator,dum quieta fidei tempora conſpicit,humilis,ac deſpectus aſpicitur,& locuſtæ more ẽſſe vix à terra ſubleuatur.Si autẽ perſecutionis ardor incandeat ,corde cœleſtibus inhærens,mox quantæ ſit ſublimitatis oſtendit,& pulſatus alis,in altum rapitur,qui quietus in imis torpuiſſe videbatur.De hoc ergo equo.i. prædicatore ſuo,beato Iob dominus dicit: Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? Subaudis,vt ego q eo illũ ad altiora excitando ſubleuo , quo grauiori perſecutionis ęſtu excruciari permitto,vt tũc in illo robuſtior virtus euigilet,quũ ſe ei ardẽtior infidelium crudelitas illidit.Per locuſtã q̃q; quę ſaltibus euolat,inanis gloria exprimit,quæ ſe vanis præſumptionibus exaltat,vt dictum eſt in dictione,Eruca .

De eiſdem Locuſtis. Cap. LII.

Apoc 9.a ET in Apocalypſi ſcriptũ eſt:Et quintus Angelus tuba cecinit,& vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram,& data eſt ei clauis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi &c.& de fumo putei exierũt locuſtę in terrã,& data eſt illis poteſtas ſicut habẽt poteſtatem ſcorpiones terræ. Quæ verba Rupertus enarrans,hoc pacto ſcribit:Hoc vnum væ magnũ,& prolixũ magna, & multa breuiter,& mirabiliter replicat,mala varię ſeruitutis filiorum Abrahę ludibria,ſæpe licet poſt mortem Ioſue peccauerunt dño,ſeruiẽtes Baalim,& Aſtaroth,& ob hoc tradidit eos
Iud.3.b in manus Chuſamrataim regis Meſopotamię,& Eglõ regis Moab,& Iabin regis Chanaan,& Madian,& Philiſtiim,& filiorum Amon.Et eo proceſſit iniquitas ipſorũ,vt ſcinderentur de ce tribus à domo Dauid,& tẽplo dñi,vitulos aureos ſibi fabricantes,primi hęretici,& vniuerſę exemplũ hęreticæ prauitatis. Nunc iã literæ ordinem profequamur.Et quintus(inquit)angelus tuba cecinit &c.qã impleta eſt veritas Dei,quæ dixerat Moyſi :Ecce tu dormies cum pa-
Deut. 31.d tribus tuis,& populus iſte conſurgens fornicabitur poſt deos alienos in terra ad quã ingredietur vt habitet in ea.Ibi derelinquet me,& irritum faciet fœdus quod pepigi cũ eo.Item:Ego enim (inquit Moſes)ſcio contentionẽ tuã,& ceruicem tuã duriſſimam &c.Ac deinceps:Noui enim quod poſt mortem meam inique agetis,& declinabitis cito à via quã præcepi vobis. Tunc(inquam)quintus angelus tuba cecinit,quando nunciatum eſt,omnia ſcienti deo,quod poſt deos alienos fornicaretur Iſrael.Et vidi(inquam)ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram.Stella iſta quæ
Eſa.14.a de cœlo cecidit,diabolus eſt,cui propheta dicit:Quomodo de cœlo cecidiſſe lucifer,qui mane oriebaris? Et notandũ quod huiuſmodi ſtellam non dixit,vidi cadere,ſed vidi cecidiſſe.Iã dudum quippe ceciderat,& per terram repebat,quando hæc fieri cœperunt,quæ præſenti loco
Luc.10.a iſta viſio myſtica replicat. Quando ille cecidit,nullus hominum erat,qui videret præter illum, qui in Euangelio ſuo loqtur,dicens: Videbã Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentẽ. Qui eñ hæc dicit homo Chriſtus,prius erat deus,quã homo fieret,prius quã angelus ille,ſtella illa, ſiue lucifer ille caderet,imo priuſquã angelus,vel creatura aliqua fieret.Bñ ergo nõ ait,vidi cadere, ſed vidi cecidiſſe.Et data eſt ei clauis putei abyſſi,& apuit puteũ abyſſi. Et aſcẽdit fumus putei ſicut fumus fornacis magnę.Sũmam breuiter myſtica ſignificatiõe tãgit cauſæ,vel originis,q̃ idololatriæ,vel omnis hæreſeos initium fuerit.Nam data eſt illi clauis putei abyſſi, id eſt,permiſſa eſt poteſtas,ſiue facultas Angelo illi,qui in veritate non ſtetit, omnis mendacij fundaIohn.8.d mentum nullum habentis,nec eñ alicui rei innititur exiſtenti. Ideirco bene mẽdacium quod loquitur ex proprijs,& cuius pater eſt,puteus dicitur abyſſi, videlicet infinitæ profunditatis, quia(ſicut iam dictum eſt)rerum exiſtentium fundamentum non habet, nihilque ei ſubeſt. Loquitur enim quod non eſt.Hunc talem puteum abyſſi aperuit miſeris loquens hominibus, & dicens ſe Deum eſſe, ſuadensque ſeſe in ſimulacris pro Deo colendum.Et aſcendit fumus putei,ſicut fumus fornacis magnæ, Aſcendit(inquam)videlicet etiam vſq; ad ſapientes ſeculi, quos

quos obſcurauit.De quibus & Apoſtolus dicit:Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt.&c. Et tunc fumus huiuſmodi ſicut fumus dicitur fornacis magnæ,quia videlicet ſicut fumus nõ niſi ex ſubtacente igne fit:ſic non niſi ex præcedente cauſa cupiditatis ſiue concupiſcentiæ,naſcitur cæcitas mentis,ſiue obſcuratio cordis inſipientis.Et obſcuratus eſt ſol,& aer de fumo putei. Ad id peruentum eſt, propter quod & caſum ſtellæ,& apertionẽ præmiſerat putei abyſſi fumantis. Sol nanq; & aer ille(vt ſupradictũ eſt)erat Iſrael,ſol,propter patres,vel patrum fidem,ex quibus Chriſtus ſol iuſtitiæ ſecundũ carnem,aer vero propter ſuſceptã exinde eiuſdẽ fidei illuminationẽ.Hic poſt mortem Ioſue ita obſcuratus eſt, vt dimitteret dominũ deum patrũ ſuorũ, & ſequeretur deos alienos,deosq; populorũ,qui in circuitu habitabant.Suſcitauit illis iudices dominus,qui liberarent eos de vaſtantiũ manibus.Sed nec illos audire voluerunt, fornicantes cum dijs alienis,& adorantes eos.Sol ergo,&aer de fumo putei obſcuratus eſt. Quid deinde? Et de fumo exierunt locuſtæ in terram. Locuſtæ de fumo exierunt, quia videlicet propter fumum erroris,& ſtultitiæ,qua obſcurati ſunt,hoſtes illis ſuſcitati iudicio diuino emerſerunt Me-
Iud.6.b ſopotamij,& Moabitę,Chananęi,& Madianitæ,ſimulq; Amalechitæ,Philiſtijm,& filij Amõ. Dicit eñ de illis quodam loco ſcriptura ſic:Ipſi erãt,& vniuerſi greges eorum veniebant cũ tabernaculis ſuis,& inſtar locuſtarum vniuerſa complebant,innumera multitudo hominum,& camelorum,quicquid tetigerant deuaſtantes. Non vtiq; vane,aut ſine pondere inſtar locuſtarum dixit,ſed quia re uera multitudines eiuſmodi ad malum exultantes,leuitate animi,& corporis,tanquam totidem locuſtas ſalientes intuetur,& irridet is,qui habitat in cœlis,prouidens illis cito futurum,quod per quendam ſapientem eius dicit:Florebit amygdalus,& impinguabitur locuſta. Quod idem eſt,ac ſi dicat:Qui nunc viridis,& rectus incedit,& tanquam locuſta ſalit,caneſcet,& curuus vix incedere incipiet,habensq; crura tumentia,nequaquam vt nunc leuiter,& geſticuloſus in ſaltum ſeſe excutiet,locuſta nanq; impinguatur,dum tranſacta leui iuuentute,crura tumeſcunt,vt fieri ſolet ſenibus.Locuſtæ ergo exierunt,id eſt,hoſtes Iſraeli propter peccata multiplicari ſunt. Et data eſt illis poteſtas,ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ. Scorpio vermis potius,quam animal,aut ſerpẽs armatus aculeo,& ex eo Græce vocatur,quod cauda figat,& arcuato vulnere,venena diffundat. Idcirco dixit,ſcorpiones terræ, quia ſcorpio vermis terrenus eſt,ore,vel capite innoxio præblandiens,& tunc demum cauda conuerſa incautos feriens.Huiuſmodi poteſtas locuſtis illis data eſt,vt videlicet quum filios Iſrael ad illecebras lege Dei prohibitas per mulierum lenocinia prouocaſſent,& tranſgreſſores factos auxilio Dei nudaſſent,tunc demum aduerſus eos armis conſurgerent. Hoc primus Balach filius Sephor,rex Moab facere didicit,per Balaam ariolum,dicentem ſibi: Veruntamen pergẽs
Nume.24.f ad populum meum dabo conſilium quid populus tuus populo huic faciat. Illo nanq; eius cõſilio factum eſt,vt fornicaretur populus cum filiabus Moab,quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. Vnde poſtmodum facta vltione,iratus Moſes principibus,ait: Cur fœminas reſeruaſtis? Nonne iſtæ iunt,quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam,& præuaricari vos fecerunt in domino,ſuper peccato Phegor,vnde & percuſſus eſt populus? Hoc ergo primum per Balaam facere didicerunt ſcorpiones Madianitæ,ſiue Moabitæ,& poſt hæc etiam gentes ante. Sic enim ſcriptum eſt,poſt mortem Ioſue:Itaq; filij Iſrael habitauerunt in medio Chanaanei,et Ethæi,& Amorræi,& Pherezæi,& Iebuſæi,& duxerũt vxores filias eorum &c. In hoc ſcilicet nimirum ſcorpiones,quaſi blandum caput porrexerunt,ſed cõtinuo cauda percuſſerunt. Conſequenter enim,victores illorum,quibus Deus iratus erat,effecti,vehementer illos afflixerunt. Et præceptum eſt illis,ne læderent fœnum terræ,neque omne viride,neque omnem arborem,niſi tantum homines , qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis. Perſpicue oſtendit,quia non per proprietatem,ſed p ſimilitudinẽ locuſtas de fumo illo exiſſe dixit,dum quod locuſtarum eſt facere,hoc illis interdictum eſſe ſcribit . Locuſtarum enim eſt lædere fœnum terræ,& omne viride omnemque arborem,quẽmadmodum & inter plagas Aegypti ſcriptum eſt:Deuorata eſt igitur herba terræ, quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando
Exod.10.d dimiſerat, nihilq; omnino virens relictum eſt in lignis , & herbis terræ in cuncta Aegypto. Iſtis autem ne quid taliũ,ſed tantum homines lederent,quia videlicet & ipſi homines erant, qui huic locuſtæ dicti ſunt. Attamen futurum erat, vt hoſtes eiuſdem populi peccatis exigentibus non ſolum homines,ſed,& fœnum,& omne viride,& omnẽ arborẽ,imo vniuerſam terram eorũ lederent,& ciuitates igni ſuccenderent,ſed nondum erat tempus. Poſtmodum vbi tuba cecinit ſextus Angelus,hoc factũ eſſe memorabimus. Nam vbi quintus iſte Angelus tuba cecinit,ita plaga temperata eſt,vt læderentur,& in ſeruitutem redigerentur tantum homines.

Et qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quidem tunc temporis quum sæuisset Israel, ait scriptura: Ascēdebat Madian, & Amalech, & cœteri orientalium nationum instar locustarum vniuersa complentes, sicut erant in herbis cuncta vastabant, nihilq; omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oues, nō boues, non asinos, sed illa læsio comparatione eius, de qua post hac dicendum est, vbi Babylonio igne cuncta cremata sunt, nec læsio reputanda est. Quod tandem ait de hominibus, qui lædendi essent distinctionem faciens, qui non habent signum dei in frontibus suis, idem est ac
Exod.12.b si diceretur: Qui dereliquerunt legem dei sui, qui à fide patris sui Abrahæ sunt alienati. Nam quod modo signum dei signum crucis Iesu Christi pingimus Christiani in frontibus nostris, hoc suo more secundum tempus facere fuerant iussi, vt videlicet in carne sua circuncisi, postes & superliminaria domorum suarum signarent sanguine agni. At illi hoc facere contemnebāt, seruientes dijs alienis. Erant igitur homines non habentes signum dei in frontibus suis, nō habentes fidem in cordibus suis. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinq;. Et hoc futurum erat, vt occiderentur siue caderent in ore gladij, sed nondum tempus erat, nondum hoc datum est illis locustis. Sed quid? Vt cruciarentur (inquit) mensibus qn q;. Menses quinq; quibus cruciati sunt, mutationes seruitutis fuerunt quinq;, quibus hostibus suis sunt trāditi, & seruierunt illis, quas hoc ordine scriptura digessit. Primo traditi eos dominus in manu Chusanrasataim, secūdo in manu Eglon regis Moab, tertio in manu Iabin, quarto in manu Madian, quinto in manu Philistijm. Quinq; ergo mensibus cruciati sunt, quia qn quies in seruitutem traditi sunt. Et cruciatus eorum vt cruciatus scorpij, quum percutit hominem. Nam sicut scorpius prius capite blanditur, & post cauda feriens, mortifera venena diffundit: sic illi prius ad illecebras sacrificiorum, & ad connubia prouocabant eos filiarum suarum, vt deus offenderetur, & tunc demum aduersus inermes & quasi nudos, armati consurgebant, quum auxilio deesset deus, quo veluti armis & scuto protegebantur. Et in diebus illis quæ erāt &c. Tanquā dicat: Væ, istud tantum erit, vt quærant homines mortem, & non inuenient eam, vt cupiant mori, & fugiat mors ab eis, id est, vt mors eis vita carior sit, vt miseriam longam cō pendio finire velint. Dixerunt enim: Vtinā mortui essemus in Aegypto, &c. Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium. Quid magis dissimile secundum rem vel naturā, q̄ equi & locustæ? Quid tam impar & inæquale? Ergo aut locustæ in equorum magnitudinē creuerunt, aut (quod mirabilius est) isti homines ita minuti sunt, vt locustæ comparatione ipsorum, magnitudinem viderentur habere equorum. Nimirum hoc quod posterius dixi factū esse constat iudicio dei, non decremēto vel diminutione corporum, sed defectu animarū. Qui enim pro vita contemptibili locustæ erant in oculis domini, locustæ vt erant, permanserunt, scilicet lasciuientes Chananeorum populi: qui autem homines esse debuerant, diminuti sunt merito, & quodammodo locustæ locustarum effecti, timentes eos quibus debuissent esse timori. Addidit autem, Paratis in prælium, quod magnam exprimit illarum confidentiam locustarum, magnam vim animorum hostilium, vt vltro veniant ad prælium, & eos armis quærant, quos prius fugerunt. Quod euenisse patenter hystoriæ referunt. Et super capita &c. Reges, vel principes gentium illarum, qui per capita recte intelliguntur, tanquam coronati, & non vere coronati victorijs fuerunt, quia videlicet non sua virtute illi vicerunt, sed pro peccatis suis isti homines victi sunt. Ipsæ quoq; coronæ non veraciter aureæ, sed similes auro dicuntur, quia simirum falsum erat quicquid de victoria tanquam sapientes & fortes gloriabātur. Nō enim vtutis eorum aurum erat qp prævalebant, sed diuinæ dispensationis examē, quo Israel exercebatur ad suimet experientiam. Nam & hoc præmonstrat scriptura. Hæ sunt gentes quas dimisit dominus dereliquit, vt eruditet in illis Israelem &c. Et facies earum &c. Distincte in facie humana figuratio rationis, in capillis mulierum fluxi, & effœminati mores, in dentibus leonum, qui & laniare, & naturalem solent afferre putorem, mentis foracitas, in loricis ferreis, omnis armatura bellica recte intelligitur, quæ tanta illis erat, vt falcatis quoq; curribus abundarent. Et vox alarum &c. id est, exaltatio superbiæ locustarum talium. Et habebat caudas &c. id est, in facie veluti innocui, sed in posterioribus venena seruātes. Potestas eorum &c. id est, seruituti eos subiecere per vices quinq;. Et habebant super se regem &c.

Iud 9.a

Iud.4.a

De locutione Dei, & Sathan siue Diaboli. Cap. LIII.

Gregor. DE locutione dei, & sathan, hoc pacto diuus scribit Greg. lib. Moralium secundo, cap. v. Hoc nobis est (inqt) solerter intuendū, qd fit, qd vel ad Sathan loqui dñs dicit, vel qd Sathan dño respondere perhibet. Neq; enim vel à dño (q summus, atq; incircūscriptus est spūs) vel à sathan (q nulla est carnea natura vestitus) humano modo aereus flatus folle ventris attrahit, vt per organum gutturis vocis expressione reddatur. Sed dū naturæ inuisibili naturā incōprehensibilis

hēsibilis loqtur, dignū est, vt mēs nostra qualitatē corporeę locutionis excedēs, ad sublimes, atque incognitos modos locutiōis intimę suspēdat. Nos nāq;, vt ea q̄ sentimus intrinsecus extrinsecus exprimamus, hæc porganū gutturis p sonū vocis encimus. Alienis qppe oculis intra secretū mentis, quasi post parietē corporis stamus, sed quū manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguæ ianuā egredimur, vt quales sumus intrinsecus, ostendamus. Spiritalis autē natura non ita est, q̄ ex mente, & corpore cōposita dupliciter non est. Sed rursus sciendū est, quia ipsa etiā natura incorporea, quū loqui dicitur, eius locutio nequaq̄ vna, atq; eadē qualitate formatur. Aliter ēn loquitur deus ad Angelos, aliter Angeli ad deū, aliter deus ad sctōrū animas, aliter sctōr animę ad deū, aliter deus ad diabolū, aliter diabolus ad deū. Nā qa spiritali naturæ ex corporea appositione nihil obstat, loquit deus ad angelos sanctos, eo ipso, quo eorū cordibus occulta sua inuisibilia oūdit, vtquicquid agere debeāt, in ipsa contēplatiōe veritatis legāt, vt velut quædā præcepta vocis, sint ipsa gaudia contēplationis. Quasi ēm audiētibus dicitur, quod videtibus inspiratur. Vnde quū eorū cordibus, Deus cōtra humanā superbiā animaduerfionē vltionis ifunderet, dixit: Venite descēdamus, & cōfundamus ibi linguā eorū. Dicitur eis Gen.11.b. qui aderāt: Venite, quia nimirū hoc ipsum nūqnā adiuina cōtemplatione decrescere, in diuina cōtemplatione semp accrescere est, & nūquā corde recedere, quasi q̄dam stabili motu est semp venire. Quibus & dicit: Descendamus, & cōfundamus ibi linguā eorū. Ascendūt Angeli, in eo quod creatorem cōspiciunt, descendūt Angeli, in eo quod creaturā sese in illicitis erigētem, exanime districtionis premūt. Dicere ergo Dei est: Descēdamus, & cōfundamus ibi linguā eorū, in seipso eis hoc quod recte agatur oūdere, & p vim internæ visionis eorū mētibus exhibenda iudicia occultis motibus inspirare. Aliter loquūtur Angeli ad Deū, sicut & p Ioānis Apocalyp sim dicunt: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutē, & diuinitatē, & sapientiam. Vox nanq; Angelorū, est in laude conditoris ipsa admiratio intimæ cōtemplationis. Virtutis diui- Apoc.5.c
næ miracula obstupuisse, dixisse est, quia excitatus cū reuerētia motus cordis, magnus est ad aures incircūscripti spiritus clamor vocis. Quæ vox se quasi per distincta verba explicat, dū sese per innumeros modos admiratiōis format. Deus ergo Angelis loquitur, quū eis voluntas eius intima vidēda manifestatur. Angeli autem loquūtur dño, quum per hoc qp super semetipsos respiciunt in motū admirationis surgunt. Aliter deus ad sanctor animas, aliter sanctorum animæ loquuntur ad deū. Vnde & in Iohan. Apocaly. rursum dicitur: Vidi sub altare dei animas interfectorum propter verbum dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabāt voce magna, dicentes: Vsquequo domine sanctus, & verus non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitant in terra? Vbi ilico adiungitur: Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum, & confratrum eorum. Quid est enim animas vindictæ petitionem dicere, nisi diem extremū iudicij, & resurrectionem extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe earū clamor, magnum est desiderium. Tanto enim quisq; minus clamat, quanto minus desiderat, & tanto maiorem vocem in aures incircumscripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum igitur verba, ipsa sunt desideria. Nam si desiderium sermo nō Psal.9.g
effert, propheta non diceret: Desiderium cordis eorum, audiuit auris tua. Sed quum aliter moueri soleat mens, quæ petit, aliter quæ petitur, & sanctorū animę ita in interni secreti sinu deo inhærent, vt inhærendo requiescant, quomodo dicuntur petere, quas ab interna voluntate constat nullatenus discrepare? Quomodo dicuntur vindictam desiderare, quas & voluntatē dei certum est, & ea quæ futura sunt, non ignorare? Sed in ipso positæ, ab ipso aliquid petere dicuntur, non quod quicquam desiderent, quod ab eius voluntate, quē cernūt, discordet, sed quo deo mente ardentius inhærent, eo etiam de ipso accipiunt, vt ab ipso petant, q̄d eū facere velle noverūt. De ipso ergo bibūt, quod ab ipso sitiunt, & modo nobis adhuc incōprehensibili, in hoc quod petēdo esuriūt, præsciēdo satiantur. Discordarent ergo à voluntate cōditoris, si quæ eum videt velle, nō peterent, eiq; minus inhærerent, si volētem dare, desiderio pigriori pulsarent. Quibus respōsum diuinitus dicitur: Requiescite &c. Desiderātibus animabus, Requiescite adhuc modicū dicere, est inter ardorē desiderij ex ipsa præsciētia solatiū consolationis tempus afferre, vt & animarū vox sit, hoc quod amantes desiderāt, & respōdentis Dei sermo sit, hoc quod eas retributionis certitudine inter desideria cōfirmat. Respōdere ergo eis est, vt collecti onem fratrum expectare debeant, eorum mentibus libenter expectandi moras infundere, vt quum carnis resurrectionem appetunt, etiam ex colligendorum fratrum augmento gratulentur. Aliter Deus loquitur ad diabolum, aliter diabolus ad Deum. Loqui enim Dei ad diabolū, est vias eius, ac negocia animaduersione occultæ districtionis increpare, sicut hic dicit:

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde venis? Diaboli autem ei respondere, est omnipotēti maiestati eius posse nihil celare, Vn
de hic ait: Circuiui terram & perambulaui eam. Quasi enim dicere eius est quid egerit, scire q
actus suos oculis illius occultare non possit. Sciendū vero est, quia sicut hoc loco discimus, qua
Iob.1.b tuor modis loquitur deus ad diabolum, quia & iniustas vias eius arguit, sicut iam dictū est: Vn
de venis? & electorum suorum contra illum iustitiam proponit, vt quum ait: Nunquid consi-
derasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis super terram? & tentandam eorum innocen
tiam ei concedendo permittit, sicut ait: Ecce vniuersa quę habet in manu tua sunt, & aliquan-
do eum ne tentare audeat prohibet, vt quum dicit: Tantum in eum ne extendas manum tuā.
Ibidem. Tribus autem modis loquitur diabolus ad deum, quum vel vias suas insinuat, vt quum ait: cir
cuiui terram, & perambulaui eam, vel electorum innocentiam fictis criminibus accusat, vt cū
dicit: Nunquid fruſtra Iob timet deum? vel tentandam eandem innocentiam postulat, vt quū
dicit: Extende manum tuam, &c. Quo pacto autem nos loquamur cum deo, libro vndecimo,
cap. xiiij. hic verbis insinuat, exponens illud Iob, Sed tamen ad omnipotentē loquar, &c. Cū
omnipotente loquimur, dum eius misericordiam deprecamur, cum eo vero disputamus, dum
nos illius iustitiæ coniungentes, facta nostra subtili indagatione discutimus. Vel certe cum eo
disputare, est eum qui hic eius præceptis paruit, cum illo postmodum ad iudicandos populos
iudicem venire, sicut cuncta relinquentibus prædicatoribus dicitur: Vos qui sequuti estis me,
&c. Vnde & per Esaiam dominus dicit: Eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo, & iu-
stificate viduam, & venite disputemus. Rectū quippe est vt cum deo de populis in iudicio dis-
putent, qui ad verba dei præsens seculum perfecte derelinquunt. Quid autem sit loqui coram
deo, insinuat libro xxij. cap. xvij. exponens illud Apostolicum: Non enim sumus sicut pluri-
mi adulterantes verbum dei, sed ex synceritate, sicut ex deo coram deo in Christo loquimur.
Esai.1.c Adulterari nanq; verbum dei, est aut aliter de illo sentire q̄ est, aut ex eo non spiritales fructus,
sed adulterinos fœtus quærere laudis humanę. Ex synceritate vero loqui, est nil in eloquio ex
tra quā oporteat, quærere. Sicut ex deo autem loquitur, qui scit non se à se habere, sed ex Deo
accepisse quod dicit. Coram deo vero loquitur, qui in omni quod dicit, non humanos fauores
appetit, sed omnipotentis dei præsentiæ intendit, non suam, sed autoris gloriam requirit.

Gregorius

Quibus modis hominibus loquatur deus. Cap. LIIII.

Vibus autem modis hominibus deus loquatur, diuus insinuat Greg. lib. Moral. xxviij
cap. ij. exponens illud Iob, Respondens autem dñs Iob de turbine, dixit &c. Aliter (in
quit dominus seruis suis loquitur, quum eos intrinsecus per compunctionem prouehit, aliter
quum per districtionem, ne extollantur, præmit. Per blandam enim locutionem domini, amū
da dulcedo eius ostenditur, per terribilem vero, potestas eius metuenda monstratur. In illa p
suadetur animæ vt proficiat, in ista reprimitur quæ proficit. In illa discit quod appetat, in ista
quod metuat. Per illam dicit: Gaude & lætare filia Sion, quia ecce venio, & habitabo in medio
tui. Per istam dicitur: Dominus in tempestate venier, & in turbine viæ eius. Blandus quippe
est, qui vt in medio habitet venit. Quum vero se per tempestatem & turbinem insinuat, ni-
mis quæ tangit corda, perturbat, atq; ad edomandam elationem se exerit, quando potens &
terribilis innotescit. Sciendum præterea est, quia duobus modis loquutio diuina distinguitur.
Aut per semetipsum nanq; dominus loquitur, aut per creaturam angelicam: eius ad nos ver-
ba formantur. Sed quum per semetipsum loquitur, sola nobis vis internæ inspirationis aperi
tur, & de verbo eius fine verbis ac syllabis cor docetur, quia virtus eius intima quadam subleua
tione cognoscitur. Quum vero per angelum voluntatem suam dñs indicat, aliquando eam ver
bis, aliquando rebus demonstrat, aliquando simul verbis & rebus, aliquando imaginibus cor-
dis oculis ostensis, aliquando imaginibus, & ante corporeos oculos ad tempus ex aere assum-
tis, aliquando cœlestibus substantijs, aliquando terrenis, aliqū simul terrenis & cœlestibus, nō
nunquam vero etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur deus, vt ipse quoq; ange-
lus mentis obtutibus præsentetur. Verbis nanq; per angelum loquitur deus, quum nil in ima
gine ostenditur, sed supernæ verba locutionis audiuntur, sicut dicente domino: Pater clarifica
filium tuum, & vt filius tuus clarificet te, protinus respondetur: Clarificaui, & iterum clarifica
Iohz. 17.a bo. Neq; enim deus, qui sine tempore vi impulsionis intimæ clamat, in tempore per suam sub
stantiam illam vocem edidit, quam circunscriptam tempore per humana verba distinxit, sed
nimirum de cœlestibus loquens, verba sua quæ ab hominibus audiri uoluit, rationali creatura
administrante, formauit. Aliquando rebus per angelos loquitur deus, quum nil uerbo dicitur,
sed ea quæ futura sunt, assumpta de elementis imagine, nunciantur, sicut Ezechiel nil uerborū
audiens, electri speciem in medio ignis uidit, ut uidelicet dum solam speciem aspiceret, quæ es-
sent

sent in nouissimis vētura sentiret. Electrum quippe ex auri argēti q̄ metallo miscetur, in qua
permixtione argentum quidem clarius redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid er-
go in electro, nisi mediator dei & hominum demonstratur? Qui dum semetipsum nobis ex di
uina, atq; humana natura composuit, & humanam per deitatem clariorem reddidit, & diuinā
per humanitatem nostris aspectibus temperauit. Quia enim virtute diuinitatis eius tot mira- Iohz. 3. d.
culis humanitas fulsit, ex auro creauit argentum, & quod per carnem deus cognosci potuit,
quodq; per carnem tot aduersa tolerauit, quasi ex argento temperatum est aurum. Quod be
ne & in medio ignis ostenditur, quia incarnationis eius mysterium subsequentis iudicij flam-
ma comitatur. Scriptum quippe est: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit fi
lio. Aliquando per angelos verbis simul & rebus loquitur deus, quum quibusdam motibus
insinuat hoc quod sermonibus narrat. Neq; enim Adam post culpam in diuinitatis substan- Gen.3.d.
tia videre dominum potuit, sed increpationis verba per angelum audiuit, de quo scriptum est:
Quum audisset vocem domini dei ambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit
se inter ligna paradisi. Quid est eiū quod post pcm̄ hois in paradiso iā dñs nō stat, sed deam-
bulat, nisi q̄d irruente culpa se à corde hominis motum demonstrat? Quid est quod ad auram
post meridiem, nisi quod lux feruentior veritatis abscesserat, & peccatricem animā culpæ suæ
frigora constringebant? Increpauit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam
suam, non solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo & per verba
quod fecerat audiret, & per deambulationem, amisso æternitatis statu, mutabilitatis suæ incon
stantiam cerneret, & per auram, feruore charitatis expulso, torporem suum animaduerteret,
& per declinationem solis, cognoscereet, quod ad tenebras propinquaret. Aliquando imagi- Gene.28.c
nibus cordis oculis extensis per angelos loquitur deus, sicut Iacob subnixam cælo scalam dor- Actu.10.b
miens vidit, sicut Petrus linteum reptilibus, ac quadrupedibus plenū, in ecstasi raptus, aspexit,
qui nisi incorporeis oculis hæc cerneret, in ecstasi non fuisset, sicut Paulo in visione noctis vir
Macedo apparuit, qui transite eum in Macedoniam rogauit. Aliquando imaginibus, & ante
corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis per angelos loquitur deus, sicut Abraham nō Gene.18.b
solum tres viros videre potuit, sed etiam habitaculo terreno suscipere, & non solum suscipere,
sed eorum vsibus etiam cibos adhibere. Nisi enim angeli quædam nobis interna nunciantes
ad tempus ex aere corpora sumerent, exterioribus profecto nostris obtutibus non appare-
rent, nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex cælesti elemento
gestarent. Nec mirum quod illic ipsi qui suscepti sunt modo angeli, modo dominus vocantur,
quia angelorum vocabulo exprimuntur, qui exterius ministrabant, & appellatione domini
ostenditur, qui eis interius præerat, vt per hoc præsidentis imperium, & per illud clarescereet
officium ministrantium. Aliquando cœlestibus substantijs per angelos loquitur deus, sicut ba Mar.2.d.
ptizato domino scriptum est, quia de nube vox sonuit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in q̄
mihi bene complacui. Aliquando terrenis substantijs per Angelos loquitur deus, sicut quū Ba Nume.22.
lam corripuit, in ore asinæ humana verba formauit. Aliquādo simul & terrenis & cœlestibus
substantijs, per angelos loquitur deus, sicut ad Moysen in monte, quum iussionis suæ verba edi Exod.3.a
dit, ignem, rubumq; sociauit, atque aliud superius, aliud inferius iunxit. Quod tamen tunc so-
lum agitur, quum ex ipsa aliquid constructione signatur. Nam per succensum rubum Moysen
alloquens, quid aliud ostenditur, nisi quod eius populi ductor fieret, qui & legis flammā perti
ueret, & tamē peccati spinam nequaquam vitaret, vel quod ex illo populo exiret, qui in igne
deitatis carnis nostræ dolores, quasi rubi spinas, susciperet, & inconsumptam humanitatis no-
stræ substantiam, etiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret? Nonnunquam vero humanis cor
dibus etiam per angelos deus secreta eorum præsentia virtutē suæ aspirationis infundit. Vn-
de & Zacharias ait: Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Dum ad se quidem, sed in
se tamen loqui angelum dicit liquido ostendit, quod is, qui ad ipsum verba faceret, per corpo- Ezec.3.c
rem speciem extra non esset. Vnde & paulopost subdidit: Et ecce Angelus qui loquebatur
in me, egrediebatur. Sæpe enim non exterius apparent, sed sicut sunt Angelici spiritus, volun
tate Dei prophetarū mentibus innotescūt, atq; eos ita ad sublimia subleuant, & quæq; in rebus
futura sunt, in causis originalibus præsentia demonstrant. Humanum nanque cor ipso carnis
corruptibilis pondere grauatum, hanc ipsam corpulentiam suam quasi obicem sustinens, in-
terna non penetrat, & graue exterius iacet, quia leuantem manum interius non habet. Vnde
(sicut dictum est) vt prophetarum sensibus ipsa, vt est subtilitas Angelicę virtutis appareat,
formaq; mens quo subtili spiritu tangitur, leuetur, & non iam pigra, torpensq; in imis iaceat,
sed repleta intimis afflatibus, ad superna conscendat, atque inde quasi de quodam rerum ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tice, quæ infra se ventura sunt, videat. Sed ne quis in prædictis Zachariæ verbis angeli defi-
gnatum nomine vel patrem, vel filium, vel spiritum sanctum putet, si textum scripturæ sacræ
Zach.3.c. Zach.2.a. cõsiderat, qđ sentit velociter emendat. q̃ nunq̃ patrem, nunq̃ ipm̃ sanctũ, & non nisi p incar-
natiõis suæ p̃dicationem filiũ angelũ vocat. Vnde & eiusdẽ Zachariæ verbis aperte ostendit,
qđ in illo vere angelus, i. creatura loquereꝰ, cũ diceret, Et ecce angelus q loquebat in me, egre-
diebat. Statimq; subiungitur, Et alius angelus egrediebat in occursum eius, & dixit ad eũ: Lo
quere ad puerum istum, dicens: Absq; muro habitabit Hierusalem. Non est itaque deus ange-
lus qui mittitur, cui verba ab angelo, quæ dicere debeat, iubentur. Sed quia in conspectu con-
ditoris angelica ministeria ordinata graduum positione distincta sunt, vt et pro cõmuni feli-
citate beatitudinis opificem suum simul videntes gaudeant, & tamen pro dispositione digni
tatis alĩ alijs subministrent, ad prophetam angelum angelus mittit, & quem secũ de deo gau-
dere communiter conspicit, & docet, & dirigit, quia eum & per superiorem scientia virtute co
gnitionis, & per præstantiorem gratiam culmine potestatis excedit. Hæc igitur dicta sunt, vt
quibus modis loquatur deus hominibus, demonstraretur. Quum vero beato Iob respõdisse
Iob.12.a. dominus de turbine dicitur, vtrum per semetipsum, an ei per Angelum sit locutus, ambigit.
Potuerunt quippe per angelum commotiones aeris fieri, & hæc ei quæ subiũcta sunt per eũ
verba mãdari. Rursumq; potuit & exterius angelus in turbine aerem excutere, & tamen in-
terius per semetipsum dominus vim suæ sententiæ cordi eius sine verbis insonare, vt cre da-
tur, quod dicta dominica, quæ sequuntur, ipse iam per verba prõtulit, qui repletus Deo, hæc
sine verbis audiuit.

Lucerna quid mystice significet. Caput LV.

Iob.29.a. LVcerna quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium decimonono,
capite nono, exponens illud Iob, Quando splendebat lucerna eius super caput meũ, &
ad lumen eius ambulabam in tenebris: Lucernæ (inquit) nomine, lumen signatur sacræ scriptu
ræ, de qua ipse ecclesiæ pastor dicit: Habemus firmiorem propheticum sermonem cui bene-
facitis attendentes, quasi lucernæ luceti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oria-
tur in cordibus vestris. Et Psalmista ait: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Quia aut prin
cipale nostrum mens est, appellatione carnis mens vocatur. Vnde per Psalmistã dicitur: Im-
pinguasti in oleo caput meum. Ac si aperte dicat: Charitatis pinguedine repleti mẽtem mẽ,
Nunc ergo lucerna super caput ecclesiæ splendet, quia sacra eloquia tenebras nostræ mentis il
radiant, vt in hoc caliginoso vitæ præsentis loco, dum verborum dei lucem percipimus, quæ
Iob.31.c. sunt agenda, videamus. Nunc ad lumen in tenebris ambulat, quoniam sancta vniuersalis eccle
sia & si alienæ occulta cogitationis non penetrat, quia quasi faciem non cognoscit in nocte, ta
men ponit gressus boni operis directa lumine supernæ locutionis. Et exponens illud Iob, Si
vidi solem, quum fulgeret: Sol (inquit) in fulgore, est bonum opus in manifestatione. Scriptum
nanque est: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorifi-
cent patrem vestrum, qui in cœlis est. Et rursum: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ
ardentes in manibus vestris. Quod enim hoc in loco fulgente sole, id in Euangelio lucerna ar-
dentibus designatur. Bonum quippe opus, quum in medio perfidorum lucet lucerna ar-
det in nocte: quum vero in Ecclesia resplendet, sol fulget in die. Bonum opus, si adhuc tale est,
quod soli mali mirentur, lucerna videlicet in nocte est: si autem ita proficit, vt mirari à bonis,
ac perfectioribus possit, nimirum sol est in die. Bonum opus, quum per actiuam vitam in cor
poribus lucet, quasi lucernæ more, lumen ex testa resplendet. Quum vero per solam in
tem mentis incontemplatione attollitur, quasi more solis de cœlo veniens, lux videtur.
Quia igitur multa beatus Iob hospitalitatis, ac misericordiæ de se bona narrauerat, quæ pro-
fecto tanto adhuc minima, quanto & corporaliter nouerat gesta, ad virtutum spirituali-
um culmen mentis oculum reuocans, perfectionis suæ meminit, & lucem exemplorum, quam
de se alijs tribuit, solem vocauit. Sunt vero nonnulli, qui quum bona aliqua faciunt, ini-
quitatum suarum protinus obliuiscuntur, & cordis oculum in confideratione bonorum o-
perum, quæ exhibent, figunt, atque eo se iam sanctos existimant, quo inter bona, quæ a-
gunt, malorum suorum, in quibus & forsasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant.
Qui scilicet si districtionem iudicis vigilanter attenderent, plus de malis suis mœrerent, quam
de imperfectis bonis exultarent, plus inspicerent, quod de his, quæ adhuc eis agenda sunt, de-
bitores tenentur, quam quod operantes quædam, iam debiti partem soluunt. Neque enim
absolutus est debitor, qui multa reddit, sed qui omnia: ne ad brauium victoriæ peruenit, qui
in magna

in magna parte spectaculi velociter currit, si iuxta metas veniẽs, in hoc, quod ẽ reliquum, de-
ficit. Nec ad quælibet destinata loca pergentibus inchoando prodesset longum iter carpere,
si non etiam totum valerent consummare. Qui ergo æternam vitam quærimus, quid aliud,
quàm quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus? Sed quid prodest, quod carpi
mus multa, si ea quæ ad perueniendum restant, negligimus reliqua? More itaq; viatorum ne-
quaquam debemus aspicere quantum iam iter egimus, sed quantum superest, vt pergamus, vt
pauliſper fiat præteritum, quod indefinenter, & timide adhuc attenditur futurum. Amplius
igitur debemus inſpicere, quæ bona necdum fecimus, quam ea, quæ iam nõ feciſſe gaudemus.
Habent itaq; proprium sancti viri, vt bona quidem, quæ agunt, videant, & tamen quum pere
gerint, ab eorum memoria oculos auertant. Vnde recte per beatum Iob dicitur: Si vidi solem,
quum fulgeret. Ac si aperte diceret: Opus meum etiam cum alijs exemplorum lucem tribue-
ret, ad præsumptionis gratiam non attendit, quia dũ de eo extolli timuit, ab intuendo eo ocu
los auertit. Et libro Moralium decimoquarto, capite quarto, exponens illud Iob, Et lucerna, q̃
super eum est, extinguetur: Vt enim (inquit) de vsu multorum loquar, lucerna lumen in testa
est, lumen vero in testa, est gaudium in carne. Lucerna ergo, quæ super eum est, extinguitur, qa Iob.18.b.
quum malorum suorum retributio impium sequitur, in eius mente gaudium carnale dissipat.
Bñ aũt de lucerna hac non dicitur, q̃ apud eũ est, sed quæ super eum est, quia iniquorũ mãtem
terrena gaudia possident, sicq; eam in voluptatibus absorbent, vt super ipsam sint, non apud
ipsam. Iusti autem, etiam quum prosperitatem vitæ præsentis habent, eam sub semetipsis præ-
mere nouerunt, vt hoc quod apud se in bonis hilarescunt, grauitatis consilio transeant, & vir-
tutis regimine excedant. Lucerna ergo impĩ, quæ super eum est, extinguitur, quia citius eius
gaudium deficit, quod eum totum in hac vita possedit. Et libro Moralium decimoquinto, ca-
pite vigesimoprimo, exponens illud Iob, Quoties lucerna eorum extinguetur: Sæpe (inquit)
impius lucernam suam, filiorum vitam æstimat, sed quum filius, qui nimie amatur, subtrahitur,
lucerna impĩ, quæ videbatur, extincta est. Sæpe impius præsentis honoris gloriam lucernã pu
tat, sed dum sublata dignitate, deficitur, lucerna extincta est, quæ ei iuxta desiderium lucebat.
Sæpe impius opus terrenæ substantiæ adesse sibi, quasi magnam luminis lucernam putat, sed
quum irruente damno, diuitias, quas plus se amabat, perdiderit, quid iste aliud, quàm lucernã,
in cuius lumine gaudebat, amisit? Qui ergo gaudere de æternis non appetit, neq; hic, vbi soli-
dari vult, potest continue lætari. Et libro tricesimo, capite tricesimoquarto, exponens illud eu
angelicum, Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum: In
modio (inquit) commodum temporale, in lucerna autem lux prædicationis accipitur. Lucer
nam ergo sub modio ponere, est propter temporale commodum gratiam prædicationis ab-
scondere, quod nemo vtiq; electorum facit. Et bene illic additur, Super candelabrum. In can-
delabro enim status corporis designatur, cui lucerna superponitur, dum eidem corpori cura
prædicationis antefertur. Et homilia decimatertia in Euangelia, exponens illud Euan-
gelicum, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: Lumbos (in-
quit) præcingimus, quum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Sed quia minus
est, mala non agere, nisi etiam quisq; studeat & bonis operibus insudare, protinus additur: Et
lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, quum
per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus,
dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus &c. Duo autem sunt quæ iubẽtur, & lum
bos restringere, & lucernas tenere, vt & mundicia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis Mat.5.b.
in operatione. Redemptori etenim nostro vnum sine altero placere nequaquam potest, si aut
is, qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit, aut is, q castitate præeminet, necdũ
per bona opera exercet. Nec castites ergo magna est, sine bono opere, nec opus bonum est Iohã.5.f
aliquod sine castitate. Et homilia vndecima super Ezechielem, exponens illud euangelicum,
quod de Ioanne dicitur, Ille erat lucerna ardens, & lucens: Ardens (inquit (per cæleste desideri
um ardens, per verbum. Et diuus Hieronymus exponens illud Prouerbiorum, Lux iustorum
lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur: Lux (inquit) iustorum quæ perpetuo lætificat,
spes est futurorum. Lucerna impiorum, quæ repente extinguitur, felicitas est seculi labentis.
Et exponens illud prouerbiorum, Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omia
secreta ventris: Diuini (inquit) afflatus illuminatio, quum in mentem hominis venerit, eam sibi
met ipsi illuminans, ostendit, quæ ante spiritus sancti aduentum cogitationes prauas & porta-
re poterat, & penitare nesciebat. Et Gregorius libro Moralium duodecimo, capite xxvii. Lu
cerna domini spiraculum &c. Lux (inquit) gratiæ, quæ desuper venit, spiraculum homini præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stat ad vitam. Quæ videlicet lux omnia secreta ventris inuestigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, vt ea quæ de ipsa latebant animam, ante eius oculos flenda reducat. Hinc Hieremias ait, Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Qui vt ventrem suum, quid dixisset, ostenderet, adiunxit: Sensus cordis mei turbati sunt. Et diuus Hieronymus exponēs illud Prouerbiorum, Gustauit, & vidit quia bona est negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius: Gustauit (inquit) Ecclesia sancta, gustauit quæq; anima perfecta, id est, intimo mentis desiderio cognouit, quia bona est negociatio vitæ immarcessibilis, qua relictis illecebris temporalibus, æternam mercemur in cœlis. Gustauit autem, id est, aperte didicit, quia bonum est per instantiam prædicandi quoscunq; valet ad viam veritatis adducere, atq; ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa morte potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum namque lucerna nocte extinguitur, quamuis in die videatur ardere, qui sicut dominus ait: Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sed & illorum nocte media extinguitur lucerna, qui veniente iudice, oleum charitatis in vasis præcordiorum suorum non habuisse probatur, dum perdito falsarum rumore virtutum, vera tenebrosorum luunt tormēta factorum. Quod si noctem hoc loco pro quiete volumus accipere, iuxta hoc, quod supra dicitur: Et de nocte surrexit, id est, ad operādum se post quietem præparauit, apte dicitur, quod lucerna sanctæ ecclesiæ non extinguatur in nocte, quia & quum à negocio quiescit actionis, vacat liberius luci supernæ contemplationis. Quumq; à publicis cessat operibus, curat se ardentius, vel auditui sanctę lectionis, vel laudibus mancipare diuinis, iuxta exemplum videlicet mulieris industriæ, quæ non solum interdiu necessariis solet instare laboribus, sed & nocte fœpius accenso lumine lucernæ, parilem rei familiaris agere curam. Quid etiā fit lucerna, scribitur in Prouerbiis, Quia mandatum lucerna est, & lex lux. Et rursum: Lucerna impiorum, peccatum.

Pro.11.c
Pro.6.c.

De eadem Lucerna. Caput LVI.

Augusti. DE eadem quoq; lucerna scriptum est, Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. Quoniam (inquit Augustinus) non est lumen nostrum ex nobis, sed tu illuminabis lucernam meam, domine deus meus illumina tenebras meas. Nos enim peccatis nostris tenebræ sumus, sed deus meus illuminabit tenebras meas. Et Cassiodorus: Loquitur adhuc siue ecclesia, siue populus ille beatorum mirabili decore verborum. Lucerna enim Ecclesiæ baptista Ioannes est, de quo dominus in Euangelio dicit: Ille erat lucerna ardens, & vos voluistis exultare in lumine eius. Idem ipse alt: Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio. Sensus ergo talis est: Patri domino dixit, quoniam tu lucernam meam illuminas, id est, Ioannem baptistam, & cœteros apostolos, vel eos, qui cœlesti lumine radiare noscuntur. Illumina tenebras meas, id est, per eos reliqua membra credentium, quæ adhuc in carnis obscuritate versantur. Lucerna enim, noctis est lumen, quæ merito delinquentibus datur, vt per verbum illuminationis fugiant tenebrosa peccata. Quapropter memento quod hic dicitur, illuminare patrem. Illuminat & filius, sicut in alio Psalmo legitur: Deus dominus, & illuxit nobis. Illuminat etiam spiritus sanctus, sicut propheta dicit: Non abscondam vltra faciem meam ab eis, pro eo quod illuxit spiritus meus super vniuersam domum Israel. Quis ergo ita nubilo corde obscurus est, vt sanctæ trinitatis vnam naturam, vnam coæternitatem, vnam non intelligat esse potentiam? Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: Quod est (inquit) lucerna, hoc repetitum est lumen, quod pedibus meis, hoc semitis meis. Quid est ergo verbum tuum? Nunquid nam illud, quod in principio erat deus apud deum, verbum scilicet, per quod facta sunt omnia? Non est ita. Non illud verbum lumen est, sed lucerna non est. Lucerna quippe creatura est, non creator, quæ participatione incommutabilis lucis accenditur, hoc erat Iohannes, de quo dicit verbum Deus: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Sed lumen est, & lucerna, & tamen in comparatione verbi, de quo dictum est: Deus erat verbum, non erat ille lumen, sed missus est, vt testimonium perhiberet de lumine. Erat enim lumen verum, non quod illuminatur vt homo, sed quod illuminat omnem hominem. Nisi autem & lucerna, & lumen esset, non diceret Apostolis: Vos estis lumen mundi. Quo audito, ne id se putarent esse quod ille, qui hoc dixerat (nam & de seipso quodam loco dixit, Ego sum lux mundi) ait ille de illis: Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta, neq; accendunt lucernam, & ponūt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in dpmo sunt. Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt scirent se tanquam lucernas de illo lumine, quod immutabiliter lucet, accensas. Nulla quippe creatura, quamuis rationalis, & intellectualis, à seipsa illuminatur, sed participatione sempiternæ veritatis accenditur, etiam si aliquando dies vocatur, non dies dominus, sed quem fecit dominus.

Cassiodor.

Iohā.5.f.

Iohan.1.a.

dominus. Et ideo adhuc subdidit, Accedite ad eum, & illuminamini. Propter quam participationem, inquantum homo est, ipse mediator lucerna in Apocalypsi nūcupatur. Lucerna (inquit) eius est agnus. Sed singularis est ista suscriptio. De nullo enim sanctorum dici diuinitus potuit, aut dici vllo modo fas est: Verbum caro factū est, nisi de vno mediatore dei, & hominū. Quum igitur lumen dicatur vnigenitum verbum æquale gignenti, lumen dicatur, & homo ab illo verbo illuminatus, qui dicitur & lucerna, sicut Ioannes, sicut Apostoli, nec vllus eorum homo fit verbum, & illud verbum à quo illuminati sunt, lucerna nō fit, quid est hoc verbum, quod ita lumen dicitur, vt lucerna sit (Ait enim: Lucerna pedibus meis &c.) nisi verbum intelligamus, quod factum est ad prophetas, vel quod prędicatum est per apostolos, non verbum Christum sed verbum Christi? De quo scriptum est: Fides ex auditu, auditus autē per verbū Christi. Nam & verbum propheticum lucernæ comparans Apostolus Petrus: Habemus (inquit) certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes, velut lucernę lucenti in obscuro loco. Quod itaq; hic ait: Lucerna pedibus meis &c. verbum est, quod scripturis sanctis olim continetur. Et Cassiodorus eadē verba enarrans, hoc pacto scribit: Post tertiamdecimam literā ad quartamdecimam cohors beata peruenit, in qua pedibus suis dominici verbi lumen radiare congaudet, animā suam humilima satisfactione cōmendans, expetens retributi ones dñi præmiorū desiderio, non terrore vindictæ. Sciens ergo huius seculi noctem diuersis offensionibus irretiram, vt alibi laqueos, alibi scopolos, alibi contineat profundissimas vastitates, pedibus suis verbum dñi lucere testatur, ne absentia veri luminis incidat in ruinam quam per suam prouidentiam vitare non poterat. Sed hoc verbum, illud debet intelligi, quod prophetarum sanctas prophetarum ore seminatum est. Quod bene appellauit lucernam, quæ humanis vsibus data est ad debellandæ noctis profundissimam cæcitatem, sicut Petrus dicit: Habemus firmiorem propheticum sermonem &cęt. Sic & ipse dominus apostolis dicit: Sint lumbi vestri pręcincti &c. Bene autem addidit ardentes, propter virgines fatuas, quibus quum oleū defecit, aduentum sponsi non potuerunt præstolari. Verbum autem illud consubstantiale patri à natura deitatis suę lucerna dici non potest, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sicut & ipse de se ait: Ego sum lux mundi. Nam ista discretio & in euangelio facta est, vbi de Ioanne dictum est: Ille erat lucerna &cę. Et iterum: Non enim erat ille lux, sed vtiq; missus est, vt testimoniū perhiberet de lumine: Et lumen (inquit) semitis meis. In eadem translatione permansit, vt verbum domini, id est, dicta prophetarum lumen dicat suis semitis præstitisse. Per ipsas siquidem, dū ad vitæ bonæ cursum instruimur, clarificati corde, directis gressibus, ambulamus. Et diuus Augustinus sermone octauo de verbis domini: Tu illuminabis (inquit) lucernā meam domine lumine tuo domine illuminabis tenebras meas: Meæ enim nihil, nisi tenebræ, tu autem lumen fugans tenebras, illuminans me, non mihi lumen existens, sed lumen non participans nisi in te. Sic Ioannes, & amicus sponsi Christus putabatur, lumen putabatur. Non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumē, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem. Si verum lumen, ergo & Ioannem recte dicentem recte confitentem. Nos autem de plenitudine eius omnes accepimus. Vide si aliud dixit quam, Tu illuminabis lucernam meam domine. Denique iam illuminauit, testimonium perhibebat. Propter cęcos, lucerna dici testimonium perhibebat. Vide qa lucerna est: Vos (inquit) misistis ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt luceret. Quæ accendi potest, potest extingui. Sed vt nō extinguatur, ventum superbiæ non patiatur. Et tractauit, expositionis in Ioānem: Nullum (inquit) ne testimonium perhibuit Ioānes? Perhibuit plane, sed tanquam lucerna, non ad satiandum amicos, sed ad confundendos inimicos. Iā enim antea prædictum erat à persona patris: Parauī lucernā Christo meo. Inimicos eius induā confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Esto tanquam in nocte posita, attendisti in lucernam, & miratus es lucernam, & exultasti ad lumen lucernæ. Sed illa lucerna dicit esse solem, in quo exultare debeas, & quamuis ardeat in nocte, diem te iubet expectare. Non ergo quia illius hominis testimonium non erat opus. Nam vt quid mitteretur, si non erat opus? Sed ne in lucerna remaneat homo, & lumen lucernæ sufficere sibi arbitretur, ideo dominus nec lucernam illam superfluam dicit fuisse, nec tamen te dicit in lucerna debere remanere. Et infra: Rursus eosdem ipse conuincit, tanquam de alia lucerna. Omnes enim homines lucernæ, quia accendi possunt, & extingui. Et lucernę quidem, quum sapiunt, lucent, & spiritu feruent. Nam & si ardebant & extinctæ sunt, etiam putent. Permanserunt enim sed dei lucernæ bonæ, ex oleo misericordiæ illius, non ex viribus suis. Gratia quippe dei gratui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ga,illa oleum lucernarum est.Plus enim illis omnibus laborauit,ait quædam lucerna.Et ne viribus suis ardere videretur,adiunxit:Non autem ego,sed gratia dei mecum.Omnis ergo prophetia ante domini aduentum,lucerna est. De qua dicit Petrus Apostolus:Habentes certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes, quæ in obscuro loco &c.Lucernæ itaq; prophetæ,& omnis prophetia vna magna lucerna.Quid Apostoli?Num lucernæ etiam ipsi?Plane lucernæ. Solus enim ille non lucerna:Non enim accenditur,& extinguitur,quia sicut pater habet vitā in semetipso,sic dedit filio vitā habere in se metipso. Lucernæ ergo & apostoli,& gratias agunt,quia & accensæ lumine veritatis sunt,& feruent spiritu charitatis,& suppetit illis oleum gratiæ dei.Si non essent lucernæ, non diceret illis dominus:Vos estis lumen mundi. Et ne sibi aliquid tributum putarēt,quod de solo Christo intelligendum esset,& ita lucernæ vento superbiæ extinguerētur,cōtinuo subiunxit:Nō potest ciuitas abscondi supra montem constituta,neq; accendunt lucernam,& ponunt eā sub modio,sed super candelabrum,vt luceat omnibus qui in domo sunt. Audi quia eos non solū accensores lucernæ,sed & lucernam dixit:Sic luceat, inquit,lumen vestrum corā hominibus, vt videntes bona opera vestra,glorificent non vos,sed patrem vestrum,qui in cælis est.

Ephes.5.d.

De eadem lucerna. Caput LVII.

Ambrosius

Diluus autem Ambrosius sermone decimoquarto in Psalmo cxviij. exponens illud Dauidicum, Lucerna pedibus meis verbum tuum & cæt.hoc pacto scribit:Pascitur os nostrum verbo, quum loquimur mandata dei verbi. Pascitur & oculus noster interior lucernæ spiritalis lumine,quæ nobis in hac mundi nocte prælucet,ne sicut in tenebris ambulantes,incertis titubemus vestigijs,& viam veram inuenire nequeamus.Intelligibilis enim pedū gressus,intelligibilis & lucerna, quia verbū dei lucerna est. Nōne hoc in principio erat ℣bū apud Deum?Quomodo ergo lucerna est?Nonne hoc erat verum lumen,quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?Quomodo ergo lucerna dicitur?Esaias clamat:Populus qui sedebat in tenebris,vidit lucem magnam.Quomodo hic dicitur lucerna:Sed videmus ne forte idem verbum Dei alijs magna lux fit,alijs lucerna. Mihi lucerna, Angelis lux est. Petro lux erat,quando astitit ei Angelus in carcere,& lumen refulsit ei. Paulo lux erat, quando euntem ad persequendum populum Christianum circumfulsit eum lux de cœlo, & audiuit dicentem sibi: Saule,Saule, quid me persequeris?. Ex magna quidem lux. Denique lucernæ Pauli lumen euanuit,vbi diuinæ splendor lucis emicuit.Et vere lucerna est mihi Christus,quando is nostro ore recensetur.Lucet in limo,fulget in vase fictili thesaurus ille,quē habemus in vasis fictilibus. Lumen lucernæ est mitte oleum,ne deficiat tibi lumen lucernæ. Et oleum non oleæ terrestris,sed illud oleum misericordiæ cœlestis gratiæ, quo vngebantur prophetæ.Oleū tuum humilitas ē, quo ceruicis nostræ dura mollescunt. Oleum tuum misericordia tua est,quo eti collisa scopulis peccatorum fouentur corpora. Hoc oleum vulnerato illi à latronibus descendenti ex Hierusalem, Euangelicus ille Samaritanus infudit,qui videns eum misericordia motus est, & alligauit vulnera eius,infundens oleum, & vinum.Hoc oleum curat ægrotos.Misericordia enim à peccato liberat.Hoc oleum lucet in tenebris,si opera nostra luceant coram hominibus. Hoc oleum lucet in Ecclesiæ solennitatibus. Denique quibus oleum non defuit,nec lumen fidei defecit, sed cum lampadibus in locum nuptiarum introire meruerunt. Quæ autem in vasis suis oleum non tulerunt, hoc est,non habuerunt fidem,non prudentiam,non misericordiam,animæ in hoc constitutę corpore,merito in fidelitatis exclusæ sunt.Ideo & tu habeto semper lucernam ardentem,vel lucentem facem.Si enim neq; lucerna,neq; lampas tua luceat,stulta virgo diceris, nec introibis in thalamum sponsi tui:superiora prodantris,sed remanebis in tenebris cæcitatis,quasi qui oderis lucem,ne opera tua flagitiosa prodantur. Omnis enim qui male agit,odit lucem. Habeto fidem,habeto prudentiam,vt semper habeas in vasis tuis oleum misericordiæ,deuotionis gratiam, quia prudentes acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus suis. Vngite ó homines lampades vestras,quum tenuatis,vngite caput vestrū.Infundamus mentibus nostris oleum,vt corpus nostrum lucidum sit.Luceat tibi semper lucerna verbū dei,luceat & lucerna corporis tui oculus tuus.Conscientia tua lucēs ibi in hoc corpore lucernæ lux est,ipsa est oculus tuus.Si purus oculus tuus, si conscientia tua munda sit,mūda est caro tua.Si aūt in te est tenebrosa cōscientia tua,etiam corpus tuū conscientiæ tuæ nocte tenebrosum erit.Lucernæ ergo & nos sumus toto operti corpore,vix aliq d exiguū habētes vnde lucere possimus.Deniq; & Ioānes lucerna erat,sicut dixit dns de eo:Ille erat lucerna ardens,& illuminans.Bona lucerna,q lumē accipiebat à Christo,vt lucere posset in hoc seculo.Merito ardēs,merito illuminās,q erat nūcius Christi,illuminās,ſ dications fidei pectora singulorum.Sed & istis lucernis dedit,vt lux mundi essent,dicens ad Apostolos: Vos estis lux mundi.Ergo si gloria sanctorum nunc sicut lucerna,nunc sicut lux mundi fulget in hoc seculo,quid dicimus de verbo Dei quod lucerna est pedibus meis?Et fortasse vbi nō sunt tenebræ, nō est lucerna verbū Dei,sed supra lucernā,quia lux est: Tenebræ his nō sunt qui vident lucē. Deniq; tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.Et fortasse secundum legem lucernæ est verbum Dei, secundū Euangelium,lux magna est,Iudæis lucerna est,& lucerna sub modio.Lucet lex,sed non videtur,quia opera eorum doctrina est,& cogitatione vitiorum, & cæcitate perfidiæ,populo autem nationum,lux est.Deniq; populo qui sedebat in regione vmbræ mortis,lux orta est eis.Aperi igitur fenestras tuas,vt splendor tibi magnæ lucis inroeat.Para tum fac candelabrum tuum,vt lux tua non operiatur in tegumento corporis tui,& mensura terrenæ huius fragilitatis,sed supra mensuram corporeæ infirmitatis animæ tuæ virtute prævalgeas.Aut si ad mensuram teneris,vide ne supereffluant ipsæ mensuræ,ne supereffluant, sed bonis seminibus sint contentæ.Non sit ociosus sermo tuus,non feriatur, & vacet verbum tuum,ne fiat lucerna sub modio.Potens est Deus qui supra candelabrum constituat lucernam tuam,vt luceat omnibus,qui in domo sunt,& qui ingrediuntur,vt lumen videant.Candelabrū, principale nostrum est.Pone sermonem in principali tuo,& omnibus lucet,qui ingrediuntur in Ecclesiam. Accipe & aliud candelabrum.Considera os tuum,considera & sermonem tuum. Nonne os tuum candelabrum est,& verbum tuum lucerna est,quū de ore tuo profertur? Hæc lucerna semper tibi luceat,hoc est,verbum tuum luceat,& nunquam extinguatur. Quæris, vt doceam quomodo non possit extingui?Scriptum est:Lumen iusti semper inextinguibile est, lumen autem impiorum extinguetur.Hoc lumen erat lucernæ,quæ lucebat in tabernaculo testimonij,& hodie,quæ lucet in Ecclesia,vir sapiens.Hic est oculus Ecclesiæ,qui non dicit manibus:hoc est,operantibus(quum sit quidem angustijs opertus,sed non angustus ad intelligendum,Non estis mihi necessarij.Ergo super candelabrum lucebat qui dicebat: Nostra autem cōuersatio in cœlis est,Nam & Dauid tota mente iam conuersabatur in cœlo,& adhuc tamen dicebat,lucerna pedibus meis verbum tuum. Aut fortasse quasi bonus magister mihi præire cupiebat,vt lumen sequi discerem,& illius pedibus ambularem.Ostendit ergo mihi lucernā, hāc sequar in istius ignorantiæ operimento in istius corporis tenebris constitutus, vt Christum sequens,nullum lapidem offensionis incurram.Errabat Petrus in tenebris ignorantiæ, negabat Christum esse moriturum,& resurrecturum esse pro nobis.Conuersus ad eum dominus, ait:Vade retro post me.Ostendit illi lucernam quam deberet sequi,Post me,dicens. Secutus verbum Dei,confirmatus est,postea cœpit inhærere Christo,timens ne iterum aliquo laberetur errore.Nonne & ipse qui dicebat,Lucerna pedibus meis verbum tuum ad hanc lucernam festinauit,quum diceret in mari:Domine,iube me venire ad te super aquam?Sed qa non sequebatur lucernam,motus est,atq; titubauit naturæ vehementioris mole turbatus. Sequamur ergo lucernam hanc sicut lucernam, & sicut in nocte ambulemus ad lumen. Multæ foueæ, multi scopuli in istius seculi caligine non videntur. Præfer tibi lucernam, quam prophetia monstrauit, vide quo debeas transferre vestigium, conuere vbi pedem ponere mentis interiorę per singulos cura fit gressus,nulli credas tuum,nisi præeunte lucernæ istius lucē. Cessium,& vbi putas,quod luceat,ibi gurges est,videtur lucere,sed polluit,& vbi putas solidum esse,vel siccum,ibi lubricum est,Sed & si lucerna tibi longius fit,sit ergo fides tibi itineris tui præuia sit tibi iter scriptura diuina.Bonus est cœlestis ductus eloquij.Ex hac lucerna accēde & tuā lucernam,vt luceat interior oculus tuus,qui lucerna est tui corporis.Multas habens lucernas accende omnes, quia dictum est tibi:Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Quia multæ sunt tenebræ, multæ sunt lucernæ necessariæ,vt meritorum nostrorum in tantis tenebris lumen eluceat: Istas lucernas lex significauit semper lucere debere in tabernaculo testimonij,non illas,quas Iudæi accendunt quotidie. Illæ sub vmbra lucent, & extinguuntur quotidie,quia quod faciunt non vident,quod legunt nesciunt,accipientes secundum literam, quod præcipitur secundum spiritum. Tabernaculum enim testimonij corpus hoc nostrum est,in quo CHRISTVS aduenit per amplius,& perfectius tabernaculum, sicut scriptum est,vt per sanguinem suum intraret in sancta,& conscientiam nostram ab omni opere mortuorum & labe mundaret,quo in corporibus nostris,quæ suorum testimonio, & qualitatem factorum,cogitationum nostrarum abscondita,& occulta testantur, lucernarum modo lucerat,nostrarum lux clara virtutum. Istæ sunt lucernæ ardentes, quæ die, ac nocte in templo Dei lucent.Si templum Dei in corpore tuo seruas,si membra tua,mēbra sunt Christi,lucēt virtutes tuæ,quas nullus extinguit,nisi eas tuum crimē extinxerit.Hoc lumine castę mētes,& piæ

Mat.5.b.

Mat.6.c

Ibidem.

Mat.11.a

1.Cor.6.a.

Mat.16.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deuotionis solemnitates nostræ festa resplendeant. Luceat ergo semper lucerna tua. Arguit Christus etiam eos, qui vruntur lucerna si nõ semper vrantur, dicens: Sint lumbi vestri &c. Non ad horam exultemus in lumine. Ad horã exultat, qui audiꝫ verbum in Ecclesia & gaudet, egressus autem obliuiscitur quod audiuit, & negligit. Iste est q sine lucerna in domo sua ambulat, ideoq; in tenebris ambulat, quia opera tenebrarum facit, in commessationibus & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitijs, in contentionibus, & æmulationibus, indutus vestimenta diaboli, non Christum. Hæc fiũt, quando verbi lucerna nõ lucet. Nũquam ergo negligamus verbum domini, ex quo nobis omnium origo virtutum est, vniuersorumq; operum quidam processus. Si membra corporis nostri sine luce operari recte non queunt (nam pedes vacillant sine lumine, & manus errant) quantomagis ad verbi lumen dirigenda sunt animæ nostræ vestigia, atq; mentis incessus? Sunt & manus animæ, quæ bene tangunt, vt tetigit Thomas dominicæ resurrectionis indicia, si verbi præsentis nobis lumen luceat. Hęc lucerna accensa sit in omni vero, in omni opere. Ad hanc lucernam gressus noster forensis, interneq; moueatur, Sed iam progrediamur ad cætera. Et fiat pedibus meis lucerna verbum Dei, & semitis meis lux. Pedibus lucerna satis ad ambulandum, semitis non est satis ad illuminandum, idem verbum tamẽ & lucerna pedibus est, & semitis lux est, quia idem vnigenitus Dei filius & delinquentibus ad uocatus & remunerator est fortibus, peccatorum remissor, præmiorum largitor. Itaq; cui lucerna fuerit verbum Dei, huic quocunq; pergit, lucent semitæ, sicut luce bant sancto Dauid, & ideo quasi in lumine ambulans dicit, Iuraui, & statui custodire &c.

Quid lucifer mystice significet. Cap. LVIII.

QVid lucifer mystice significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Nunquid producis luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terræ consurgere facis? Pater (inquit) in tempore suo luciferum produxit, quia scriptum est: Quum venit plenitudo temporis, misit Deus suum natum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erãt, redimeret. Qui natus ex virgine, velut lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati æternum nobis mane nunciauit. Luciferũ vero se innotuit, quia diluculo ex mortuis resurrexit, & fulgore sui luminis mortalitatis nostræ tetram caliginem pressit. Cui bene per Iohannem dicitur: Stella splendida, & matutina. Viuus quippe apparẽs post mortem matutina nobis stella factus est, qui dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis præbuit, quæ lux sequatur, indicauit. Vesperum vero super terræ filius dominus cõsugerer facit, quia infidelibus Iudæorum cordibus dominari antichristum, eorum merito exigente, permittit. Qui idcirco à domino huic vesperi iuste subduntur, quia ipsi sponte sua, filij terræ esse voluerunt. Terrena quippe, & non cœlestia requirentes, à perspicienda luciferi nostri claritate excęcati sunt, & dum præesse sibi vesperum expetunt, subsequentis damnationis ęterna morte mergũtur. Hinc enim in Euangelio dominus dicit: Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, alius veniet in nomine suo & ipsum recipietis. Hinc Paulus ait: Eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicẽtur omnes qui non crediderunt veritati sed consenserunt iniquitati. Nequaquam ergo super eos vesper consurgeret, si cœli filij esse voluissent. Sed dum visibilia appetunt, amisso cordis lumine, sub noctis duce tenebrescunt. Quod tamen, si moraliter discutimus, quomodo quotidie agatur, inuenimus, quia nimirum & electis lucifer oritur, & reprobis Deo permittente, vesper domi natur. Vnus enim atque idem sermo Dei est in ore prædicantis. Quem, dum iusti audiendo, illi vero inuidendo audiunt, claritatem sibi luciferi in vesperi tenebras vertunt. Dum isti humiliter vocem sanctæ prædicationis accipiunt, quasi ad stellæ lucem oculos cordis aperiunt, dum vero illi benedicenti inuident, & non salutis causam, sed elationis gloriam quærunt, prorumpente iniquitatis suæ vespere, in somnum mortis oculos claudunt. Per occultum ergo iudicium is qui electis est lucifer, reprobis auditoribus fit vesper, quia exhortatione sancta, qua boni ad vitam redeunt, praui deterius in culpa moriuntur. Vnde bene per Paulum dicitur: Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam. Verbum itaq; suum auditoribus esse lucifer rum simul & vesperum vidit, per quod & alios ab iniquitate suscitari, & contra alios sopiri in iniquitate conspexit. Quod quia occultis Dei iudicijs agitur, quæ in hac vita ab hominibus cõprehendi non possunt, recte illic subdidit, Et ad hæc quis tam idoneus? Ac si diceret: Idonei quidem sumus ad hæc considerandaq, quæ fiunt, sed idonei non sumus ad hæc inuestiganda, quæ fiant. Et libro Moraliũ x. capite xxi. exponens illud Iob. Et quũ te cõsumptũ putaueris, orieris vt lucifer: Recte (inquit) lucifero iusti vita comparatur. Solem quippe præcurrẽs lucifer nũciat. Et quid

Et quid nobis sanctorum innocentia, nisi equentis iudicis claritatem clamat? In eorum namq; admiratione conspicimus, quid de maiestate veri luminis æstimemus. Necdũ redemptoris nostri potentiam videmus, sed tamen virtutem in electorum suorũ moribus admiramur. Quia igitur bonorum vita in consyderatione sua oculis nostris vim veritatis obijcit, clarus ad nos lucifer ante solem venit. Iustus ergo quũ se consumptum putauerit, vt lucifer oritur, quia mox vt tenebrescere tentationum caligine cœperit, ad lucem gratiæ reformatur, & in seipso monstrat diem iustitiæ, qui casurus paulo ante timuit noctem culpæ. Vt lucifer oritur, quia foris, cadens, intus innouatur, & quo magis exterius aduersa tolerat, eo verius virtutum lumine intimus corusçat. Paulo attestante, qui ait: Sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamẽ is, qui intus est, renouatur de die in diem. Et notandum est, quod nequaquam, quum consumptus fueris, sed quum te consumptum putaris dicit, quia & quod videmus, in dubitate est, & ꝙ speramus, in certitudine. Vnde & idem Paulus non se consumptum nouerat, sed putabat. Qui & in aduersa tribulationũ corruẽs, vt lucifer resplẽdebat, dicens: Quasi morientes, & ecce viuimus, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes. Et Cyrillus libro secundo dialogorum de trinitate: Diuinæ (inquit) generationis modus omni mente superior existimatur. Porro audiendus est manifeste clamans Deus, ac pater ad verbum, ꝙ ex ipso secundũ naturã natũ est. Ex vtero ante luciferum genui te. Etenim quod quasi germana natiuitate nobis ex ipsa substantia patris ęnatum esse filium bene ostenderet recte hoc dixit: Ex vtero, quasi ab exemplo, sicut nos habemus, vtilissime assumptum est. Porro ante luciferi natiuitatem dixisse, significat forsitan, quod in obscuritate, & incomprehensibilitate, & quasi in tenebris profundis generationis modus vocatus sit. Nam lucifero quidem ex oriẽtalibus iam finibus oriente, & ad superna transcendente, tenues radij disperguntur in aere & lux dubia, ac impotens cum prænuncian te solis splendore simul ascendit, & noctis tenebræ abeunt, nondum autem illa abeunte, nocturna præualent, quando & crassæ tenebræ offunduntur oculis æqualiter cæcis, ac videntibus. Alioqui diceres ipse nobis, quid miraculum Deo dignum in eo quod natus est filius, etiam si intelligatur ante luciferum? Sed cur nõ potius dicitur esse natum esse ante solem, & lunam, imo cœlum, ac terrã? Antiquiora enim hęc sunt astris, ac lucifero, atq; adeo ante cœlum, ac terram & simpliciter ante omnem creaturam esse dicit filium, existimarim ego paruum, & vile. Natus enim est ex patre, qui principio caret, modo generationis ineffabili, & inexcogitabili omnibus modis. Eapropter & ipse noster celebris Esaias inquit: generationem eius quis enarrabit? Vitam autem, existentiam bene vocans, quam ab omni terra sublatam esse, hoc est, alleuari, & excedere omnem terrenum sensum, inaccessamq;, & inuestigabilem humanitatis mensuris. Et diuus Augustinus in enarratione Psalmi cij. citans illud Psalmi, Iu splendore sanctorum ex vtero: Iu splendore (inquit) sanctorum id est, vt illuminentur sancti, vt videant Deum in carne & purgetur cor, vnde videatur in diuinitate, & ne forte ex vtero inde incipere putares esse Christum, Ante luciferum (inquit) genui te, ne putares CHRISTVM à tempore esse cœpisse, ex quo natus est, sicut cœpit Adam, sicut Abrahama, sicut Dauid. Ante luciferum (inquit) genui te, ante omne quod illuminatur. Per lucifero enim, aut stellas omnes significat, & per stellas tempora, quia fecit Deus stellas in signo temporum, vt ante tempora inuenias natum esse Christum, & vtiq; qui natus est ante tempora, non potest videri natus ex tempore, quia & tempora creatura Dei sunt, & vtiq; si omnia per ipsum facta sunt, & tempora per ipsum facta sunt, aut certe ante omnes spiritus, qui illuminantur de sapientia dixit. Ante luciferum genui te. Quomodo ergo quum dixisset, Ex vtero, veluti præcauit fidei nostræ, ne inde putaremus cœpisse Christum, ex quo ex vtero virginis natus est subiecit statim: Ante luciferum genui te: Sic & hic, quum dixisset: Parata est sedes tua Deus ex illo, id est, ex quodam tempore, ex die ante sabbatum, ex illa sexta ætate mundi, quando venit dominus CHISTVS, & in carne natus est. Et in enarratione Psalmi eix. Ex vtero (inquit) ante luciferum genui te: Si Deus (inquit) filium habet, nunquid & vterum? Sed sicut carnis corpora non habet, quia nec sinum, dictum est tamen: Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Qui est autem sinus, ipse est vterus, & sinus & vterus, pro secreto positus, est. Ex vtero, id est, ex secreto, ex occulto, de meipso, de substantia mea. Accipiamus ergo patrem dicentem ad filium: Ex vtero ante luciferum genui te. Lucifer pro syderibus positus est, tanquam à parte totum significante scriptura, & ex eminenti stella, omnes syderа. Sed ista sydera facta sunt, vt sint in signis, & temporibus, & diebus, & annis. Ante luciferum ergo, est ante sydera, & ꝺd est ante sydera est ante tempora. Si ergo ante tẽpora, ab æternitate, noli quærere quando; æternitas nõ habet qñ. Quando, & aliquando aduerbia sunt temporum,

Augustinus

1. Cor. 4. a.
2. Cor. 6. b

Psal. 109. b

Iohan. 1. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporum. De patre non est natus in tempore, per quem facta sunt tempora. Et diuus Ambrosius libro de fide iiij. cap. iiij. Didicimus (inquit) potestatis esse, quod nos filios Dei fecit, Proprietatis autem generationes esse oracula diuina declarant. Dicit enim sapientia Dei: Ego ex ore altissimi prodiui, hoc est, non coacta, sed libera, non potestati obnoxia, sed nata generatio nis arcano priuilegio dominationis, & iure potestatis. Deniq; de eadē sapientia, hoc est, de domino Iesu, alibi pater dicit: Ex vtero ante luciferum genui te. Quod vtiq; ideo dixit, nō vt coporalem aluum declararet, sed vt proprietatem veræ generationis ostenderet. Est quidam vterus paternæ arcanum substantiæ, interiusq; secretum, quod non Angeli, nō archangeli, nō potestates, non dominationes, non aliqua creaturarum potuit penetrare natura. Cū patre eñ semper, & in patre semper est filius. Cum patre per distinctionem indissociabilem trinitatis æternæ, in patre per diuinam vnitatem naturæ.

Quid lumbi & lumbare, mystice significent. Cap. LIX.

Gregorius

QVid lumbi mystice significent, dictum est in dictione Lācea, & in dictione Lucerna. Et diuus Gregorius libro Moralium vigesimooctauo capite septimo, exponens illud Iob, Accinge sicut vir lumbos tuos, hoc modo scribit: Scriptura sacra viros vocare consuevit, qui nimirum vias domini fortibus & nondissolutis gressibus sequuntur. Vnde per Psalmist. dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Vnde Paulus ait: Remissas manus, & genua dissoluta erigite. Vnde & sapientia in prouerbijs dicit: O viri ad vos clamito. Ac si aperte diceret: Ego nō fœminis, sed viris loquor, quia hi, qui fluxa mente sunt, mea verba percipere ne quaquam possunt. Lumbos vero accingere, est, vel in opere luxuriam, vel in cogitatiōe laudis appetitum refrænare. Delectatio nanq; carnis, in lumbis est. Vnde & sanctis prædicatoribus dicitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Per lumbos enim luxuria, per lucernas autem bonorum operum claritas designatur. Iubentur ergo lumbos accingere, & lucernas tenere. Ac si aperte audiant: Prius in vobismetipsis luxuriam restringite, & tunc de vobis alijs bonorum operum exempla monstrate. Sed quum beatum Iob tanta præditum castitate nouerimus, cur ei post tot flagella dicitur: Accinge sicut vir lūbos tuos, vt qui prius luxuriam corruptiōis vicerat, nunc luxuriā restringat elationis, ne de patientia, vel castitate superbiens, tanto peius intus ante Dei oculos luxuriosus existeret, quanto magis ante oculos hominum & patiens, & castus appareret. Vnde bene per Moysen dicitur: Circumcidite præputia cordis vestri, id est, postquam luxuriam à carne extinguitis, etiam superflua cogitationum resecate. Et libro Moralium vigesimoprimo, capite secundo, exponens illud Apostolorum principis, propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis gratāi: Lumbos enim carnis succingere, est luxuriam ab effectu refrænare: Lumbos autē mentis succingere, est hanc etiam à cogitatione restringere. Hinc est quod Angelus, qui Iohannem alloquitur, zona aurea supermammillas cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui mundicia etiam cordis luxuriam frænat, angelus qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Quem bene zona aurea stringit, quia quisquis supernæ patriæ ciuis est, non iam rimo re supplicij, sed amore charitatis immundiciam deserit. Et in explanatione Psalmorum pœnitentialium exponens illud Psalmistę, Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, hoc pacto scribit: In lumbis carnalis delectatio continetur, & inde nimirū humana generatio propagatur. Possumus ergo per lumbos animam accipere, quia sicut ex lumbis carnales delectationes ꝓdeunt, ita ex anima omnes cogitationes procedunt. Deinde quum illiciti operis tentatio subrepit, per vanarum cogitationum phantasmata spiritus malignus illudit. Sæpe nanq; sanctorum etiam virorum mentes cogitationes illicitæ polluunt, & eas iam ad summa tendētes, terrenarum rerum delectationibus tangunt. Sæpe etiam in ipso orationis tempore importune se illis ingerūt, vt hoc ipsum sacrificium aliquo modo cōmaculare valeant, ꝙ in odore suauitatis Deo acceptū, cōtrito corde, & cōtribulato spiritu mactat. Quod nobis aperte illud, ꝙ de Abraham scriptū est, innuit, quia circa solis occasum sacrificium offerens, insistentes aues pertulit, quas ne oblatum raperent sacrificiū, solicite abigere curauit. Nos ergo si quando in ara cordis sacrificiū Deo offerimus, à malignis hoc spiritibus solicite custodiamus, ne tenebrosarū importunitates cogitationū, hoc aliquādo valeant diripere, quod de eo speramus vtiliter offerre. Et diuus Hiero. exponens illud Salomonis, Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum: Accinxit (inquit) Ecclesia lumbos suos fortitudine, quum supernorum desideriis intenta, carnalibus illecebris succumbere despexit. Roborauit brachium suum, quum se adagēda virtutum opera præparauit. Et bene primo lumbos fortitudine accingere, ac postmodum roborare brachium dicitur, quia nimirum actio boni operis acceptabilis esse domino minime valet, si non fluxa luxuriæ quis prius à carne simul & mente restringat. Vnde propheta: Quiescite (inquit) agere peruerse, discite bene facere. Et dominus ipse: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Lumbi videlicet præcincti, ne luxuriæ subdamini, lucernę vero ardentes, vt bonis fulgeatis operibus. Et diuus Hieron. exponēs illud Ezechielis, Cinxi te byssо, hoc pacto scribit: Byssо accinguntur renes, ꝙties pinguia libidinis incentiua tenuanda sunt, nihilq; in eis crassi humoris relinquitur, & implemus ꝙceptum Apostoli, dicentis: State ergo succincti lumbos vestros in veritate, quasi alijs verbis diceret, byssо. Et dās ad Apostolos loquitur: Sint lumbi vestri ꝑcincti &c. Et exponens illud Naum, Conforta lumbos, robora virtutē valde. Dicitur ei (inquit) conforta lumbū, vt post electionem viæ mortificet corpus suum, & seruituti subijciat, ne quasi rex, & magister alijs prædicans, ipse reprobus inueniatur. Et Apostol. ad Ephesios: State ergo accincti lumbos vestros in veritate. Licet enim alchefis (id est, exercitium) plurimum præstet, & vitæ continentia super mortificatione lumborum: tamē nihil eos ita mortificat, vt cognitio veritatis. Vnde dicitur: In veritate. Si enim veritas est Christus, qui tota in Christo mente credidit, lumbos suos mortificauit in veritate.

Gen. 10. d.

Gen. 15. c

Lumbare aūt qd mystice significet, diuus Hieronymus insinuat, exponens illud Hieremiæ, Hæc dixit dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos &c. Lumbare (inquit) siue cinctorium, quod dei renibus iūgitur, populus Israel est, qui in lini similitudinem assumptus de terra, & illotus, nec mollitudinem habuit, nec candorem, & tamen per illius misericordiam adhæsit Deo. Quumq; peccasset (rationale quippe est huiusmodi linum atq; lumbare) ductus est trans Euphratem, id est, in Assyrios & ibi absconditur, hoc est, magnitudine magnarum, & innumerabilium gentium quodammodo absorptus, & nihili reputatus. Post multum autem tempus, ipse prophera in typum Dei liberat populum de captiuitate, qui nihilominus & post reditum Dei præcepta non fecit, sed secutus Deos alienos, ad extremum etiam in Dei filium misit manus, & æterna perditione contabuit. Omnis quoq; vir sanctus lumbare Dei est, qui assumptus de terra, & de terræ limo, Dei consortio copulatur, & ne gentilium, & hęreticorum morsibus pateāt. Quod lumbare si aquam tetigerit, & Euphratis fluenta tranſierit, ita vt Assyrię regionis humoribus imbuatur, perdit pristinam pulchritudinem, & computrescit atq; dissoluitur. Et quamuis in vsum dei redeat, tamē pristinā pulchritudinē habere non potest, non duritia Dei, sed suo vitio, quia nolunt audire verba eius, & ambulant in prauitate cordis sui, siue quod sibi rectum esse videtur, hoc faciunt. Sed & ipse sermo dominus cur hanc posuerit similitudinem, exponit, dicens: Sicut enim adhęret lumbare ad lumbos hominis, sic agglutinaui, & adhærere mihi feci omnem domum Israel, & omnem domum Iuda &c. Caueat ergo qui potest dicere: Mihi autem adhærere deo bonum est, ne forte per negligentiam ab illius renibus seperatur, & transeat Euphratem, & detur in potestatem regis Assyrij, & nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petræ corruptæ, atque vitiatæ, hoc est, hæreticorum sordibus, & vitijs occupetur, & in tantam veniat putredinem, vt in vsum, & in cinctorium domini vltra redire non possit.

Deu. 32. d.

Psal. 91. d

Quid lux, & lumen, mystice significent. Cap. LX.

QVid lux mystice significet, diuus insinuat Greg. lib. Moralium quinto, capite primo, exponens illud Iob, Quare data est misero lux: In scriptura (inquit) sacra nonnunquam lucis appellatione prosperitas, noctis autem nomine, huius mundi aduersitas designatur. Vnde bene per Psalmistā dicitur: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia eñ sancti viri ita prosperitatem seculi despicientes calcant, sicut aduersitatem eius calcantes tolerant, per magnam mentis celsitudinē mundi sibi & aduersa, & prospera substernentes, dicunt: Sicut tenebræ eius &c. Ac si aperte dicant: Sicut intentionis nostræ fortitudinem eius tristia non premunt, ita hāc nec blanda corrumpunt. Sed quia hæc (vt diximus) bonorum mentem etiam quum non subeunt, perturbant, sancti viri, qui se in huius exilij ærumna miseros cognoscunt, claresce in eis prosperitate refugiunt. Vnde bene nunc dicitur: Quare data est misero lux? Lux eñ misericordiæ datur, quando hi, qui sublimia contemplantes, esse se in hac peregrinatione miseros, agnoscunt, claritatem tranſitoriæ prosperitatis accipiunt. Et quum valde defleant, quia tarde ad patriam

Gregor. Iob. 5. b.

Iob. 3. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patriam redeunt,tolerare insuper honoris onera compelluntur. Amor eos æternorum conte
rit,& gloria de temporalibus arridet. Et libro decimotertio,capite vigesimo, exponens illud
Iob,Et rursum post tenebras spero lucem: Lux(inquit)post tenebras speratur, quia vel post
Iob.17.c. noctem vitæ præsentis æternum lumen percipitur, vel ita hic aduersitas,atq; prosperitas al-
ternant,vt sibi succedere vicissim non desinant. Vnde fit vt in luce nox in suspitione sit, & in
nocte lux in præsumptione,sicut scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum, &
in die malorum,ne immemor sis bonorum. Et libro decimosexto,capite vigesimonono,expo
nens illud Iob,Et sic in tenebris,quasi in luce ambulant. Peruersa(inquit)mente gaudent in si
Iobu.4.c. cinoribus,per culpam suam quotidie ad supplicium trahuntur,& securi sunt. Vnde & per Salo-
monem dicitur: Sunt impij,qui ita securi sunt,quasi iustorum facta habeant. De quibus rursum
Pro.2.c scriptum est: Qui lætantur quum male fecerint,& exultant in rebus pessimis. Sic itaq; in tene-
bris,quasi in luce ambulant,quia ita gaudent in nocte peccati, ac si eos lux iustitiæ circumsu-
dat. Vel certe quia tenebræ vitam præsentem non inconuenienter exprimunt,in qua alienæ
consentiæ non videntur: lux vero nostra,patria æterna est,in qua dum vultus aspicimus,cor-
da in nobis nostra vicissim videmus: Iniquis autem, quia vitã præsentem ita diligunt,atq; hæc
exilij tẽpora cõplectuntur ac si iam in patria regnent recte dicitur: Sic in tenebris &c. quia sic
Iob.39.41 in præsenti cæcitate lætisunt ac si iam æternæ patriæ luce perfruantur. Et exponẽs illud Iob,
Vt reuocet animas eorum à corruptione,& illuminet luce viuentium: Lux(inquit)morientiũ
est,quam corporeis oculis cernimus. Qui autem adhuc huic mundo viuunt,luce morientium
tenebrescunt. Illuminantur autem luce viuentium, qui despecto temporali lumine, ad splẽdo-
rem internæ claritatis recurrunt, vt ibi viuant,vbi verum lumen sentiendo videant, vbi non
aliud lumen,atq; aliud vita,sed vbi ipsa lux vita sit,vbi sic nos lux exterius circumscribat,vt inte
rius impleat,sic interius impleat,vt in circumscripta exterius circumscribat. Illuminantur ergo
Iob.35.d. hac luce viuentium,quã tanto tunc subtilius conspiciunt,quanto nunc ad illam purius viuunt.
Et libro vigesimoseptimo,capite vndecimo,exponens illud Iob. Immanibus absconditur lucẽ,
& præcipit ei,vt rursus adueniat: Quia(inquit)æternæ lucis quanta sit claritas nesciunt,qui trã
sitorijs occupationibus obcæcantur,& dum de terrenis rebus superbiunt, cœlestis sibi lumi-
nis aditum claudunt. Vnde recte dicitur: Immanibus absconditur lucem. Sed tamen aliquando
hos immanes superna gratia respicit,atq; ipsis rerum abundantium occupationibus affligit,ro
rumq; prosperitatibus,aduersas quidem,sed vtiles tribulationes interserit,vt cõtristati ad cor
redeant,atque in perituris rebus,quam inaniter occupentur,agnoscant. Vnde apte subiungitur
Et præcipit &c. quia veritatis lumen,quod elatis,occupatisq; mentibus absconditur, afflictis,
humiliatisq; reuelatur. Lux quippe aduenit,quum afflicta mens ipsas quas de perituris rebus
tribulationum tenebras tolerat,agnoscit,quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet, nec
hoc ipsum quia lumen perdiderat videret. Quod intelligi specialiter etiam de Iudæis potest,
qui idcirco redemptori nostro in carne venienti contradicere ausi sunt,quia apud semetipsos
immanes extiterunt. Sed his immanibus lux absconsa est,quia superbi lumen veritatis,dum g-
sequuntur,amiserunt. Sed quia in fine mundi ad finem recipiendi sunt,recte subiungitur: Et
Esai.22.9. præcipit &c. Vnde etiam per Esaiam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena ma
ris,reliquiæ saluæ fient. Tunc quippe ad eos lux reuertitur,quum ipsi ad confitendam redem-
ptoris nostri potentiam reuertuntur. Si autem in manibus,nequaquam per datiuũ casum vnũ
nomen,sed duas partes orationis accipimus,potest intelligi,quia in manibus lux absconditur,
quum apud rectum iudicem iniqui quique in suis operibus cecantur. Cui tamen præcipitur,
rursus aduenire,quia dum peccatores se suis viribus saluari non posse cognouerint, gratiæ lu-
men accipiunt, & protectionis in timæ radijs illustrantur, vt maiore ardore postmodũ cœ-
lestem patriam diligant,quam prius in terrena delectatione flagrabant. Sequitur: Annunciat
Psal.17.d. de ea amico suo,quod possessio eius sit,& ad eam possit ascendere: Amicus veritatis est rectæ
amator actionis. Vnde & ipsa veritas discipulis dicit: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego
præcipio vobis. Amicus quippe animę custos dicitur. Vnde non immerito qui custodire volun
tatem Dei in præceptis illius nititur,eius amicus vocatur. Hinc est quod rursus eisdem discipu-
lis veritas dicit: Vos autem dixi amicos,quia omnia quęcunq; audiui à patre meo,nota feci vo
Ibidem. bis. De hac igitur luce ęternę patrię amico suo deus annunciat,quod possessio eius sit, vt neq;
quam infirmitatis suę fragilitate desperet,nequaquã hoc, quod creatus, sed quod recreatus est
penset,sed tanto certius sciat,quia illius lucis claritatẽ possideat,quanto nunc vitiorũ pulsatũ
tenebras verius calcat. Bene autem in promissione subiungitur: Et ad eam possit ascende-
re. Quid enim difficilius quam homini in terra ædito,terrena,& fragilia membra gestanti cœ-

lorum alta conscendere, supernorum spirituum arcana penetrare? Sed eorundem spirituũ ad
nos cõditor venit,secq; hominem etiam sub ipsis exhibuit, sicut de illo patri per prophetam di
citur: Minuisti eum paulominus ab angelis. Et libro vigesimonono,capite quinto,exponens
illud Iob,Auferetur ab impijs lux sua,& brachium excelsum confringetur: Mors (inquit)car
nis,quæ electos luci suæ restituit,lucem suam reprobis tollit. Lux nanq; superbientis,est gloria
vitæ præsentis. Quæ ei lux tunc subtrahitur, quum per carnis interitum ad retributionũ sua-
rum tenebras vocatur. Ibi tunc excelsum brachium cõfringitur,quia celsitudo cordis vltra na
turæ ordinem violenter arrepta,opprimentis se diuinę iustitiæ mole dissipatur,vt quia se per-
uerse in breui erexerat,per pondus iudicij in æternum fracta cognoscat. Et diuus Gregorius
in explanatione Psalmorum pœnitẽtialium, exponens illũ versum, A custodia matutina vsq;
ad noctem,speret Israel in domino, hoc pacto scribit: Quasi(inquit)matutinam lucẽ recipit
anima,quum tenebris infidelitatis expulsis,& vitiorum detersa caligine,& emundatis peccato
rum maculis per lauacrum regenerationis, paulatim incipit deum agnoscere,& in lumine io-
cundari cognitionis diuinæ. Est enim lumen cognitio dei, de qua scriptum est: Illuminate vo
bis lumen cognitionis. Magnum lumen,quod tenebras cordis euacuat, mẽtis oculos purgat,
animas erigit,corda accendit,edocet semitas iustitiæ,desiderium virtutis adauget. Magnum lu
men,per quod vitamus offendicula, præcipitia præcauemus,euadimus pericula, pertranſimus
laqueos,non timemus prospera,sustinemus aduersa,respuimus errorem,sequimur veritatem.
Quis non desideret hoc illuminari lumine? Quis non hoc fulgore illustrati exoptet? Hinc est
quod propheta nos admonet,dicens: Accedite ad eum, & illuminamini. Qui accedit per fidẽ,
illuminatur per cognitionem. Et libro Moralium xvi. cãpite xi. exponens illud Iob,Et in vijs
tuis splendebit lumen: In vijs(inquit)iustorum lumen splendere, est per mira opera virtutũ,
signa suæ claritatis aspergere,vt quocunq; per intentionem pergunt,ab intuentium cordibus
peccati noctem excutiant,& exemplo sui operis in eis iustitiæ lumen fundant. Et libro deci-
moseptimo,capite octauo,exponens illud Iob, Et super quem non surget lumen illius? Lumẽ,
inquit dei, est gratia præueniens. Quæ si in nostro corde nequaquam gratuita consurgeret,
profecto mens nostra in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret. Et libro vigesimo
septimo,capite vigesimosecundo,exponens illud Iob,Et nubes spargunt lumen suum: Nubes
(inquit)lumen spargere,est prædicatores sanctos exempla vitæ & loquendo,& agendo dila-
tare. Sed quamuis annunciationis intimę lumen spargant,non tamen ad conuertenda omni-
um,quæ appetunt corda,perueniunt. Nam sequitur: Quæ lustrant cuncta per circuitum, quo
cunq; eas voluntas gubernantis duxerit. Sæpe enim prædicatores sancti exhortari quosdam
volunt,sed nequeunt. Sæpe quosdam declinare appetunt,sed tamen internæ instigationis im-
pulsu exhortari eos instantissime compelluntur. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmi
sti,Accedite ad eum,& illuminamini: Dicit enim(inquit)quod ipse probauit. Spiritalis enim
quidam in corpore Christi, vel etiam ipse dominus noster Iesus Christus secundum carnem
caput,exhortans membra cœtera,dicit: Accedite ad eum &cę. aut potius Christianus aliquis
spiritalis ad ipsum dominum nostrum Iesum Christum inuitat,vt accedamus ad eum,vt illumi
nemur,non quomodo ad eum accesserunt Iudæi,vt tenebrarentur. Accesserũt enim illi,vt cru
cifigerent,nos ad eum accedamus,vt corpus,& sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo
tenebrati sunt, nos manducãdo crucifixum,& bibendo illuminamur. Accedite &c. Ecce ad
gentes dicitur crucifixus Christus inter Iudæos erat,sæuiẽtes, & videntes,gẽtes absentes erãt.
Ecce illi accesserunt,qui in tenebris erant,illuminati sunt. Vnde accedũt gentes: Fidem sectan
do,corde inhiando,charitate currendo.

De eadem luce,& eodem lumine. Caput LXI.

ORigenes autem exponens illud Euangelicum, Vita erat lux hominum, homilia secun-
da in diuersos: Dei filium(inquit)quem ó beate theologe prius vocasti verbum, nunc
vitam nominas, & lucem,nec immerito mutasti appellationes, vt distantes nobis insinuares
significationes. Verbum siquidem Dei filium nominasti,quia per ipsum locutus est pater om-
nia,quoniam ipse dixit,& facta sunt,lucem vero,& vitam, quoniam idem filius lux est,& vita
omnium,quæ per ipsum facta sunt. Et quid illuminat? Non aliud,nisi seipsum,& patrem su-
um. Lux itaque est,& seipsum illuminat, seipsum mundo declarat,seipsum se, ignorantibus ma
nifestat. Lux diuinæ cognitionis de mundo recessit,quum homo deum deseruit. Dupliciter er
go lux æterna seipsam mundo declarat,per scripturam videlicet,& creaturam. Non enim ali-
ter in nobis diuina cognitio renouatur, nisi per diuinæ scripturæ apices,& creaturæ species.
Eloquia discee diuina,& in animo tuo eorum concipe intellectum, in quo cognosces verbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu corporeo. Formas,ac pulchritudines perspice sensibilum,& in eis intelliges Dei verbum. Et in his omnibus nil aliud tibi veritas declarabit,præter ipsum,qui cuncta fecit,extra quem nihil contemplaturus es,quia ipse est omnia in omnibus quæ sunt,ipse est quicquid est. Vt etenim nullum bonum substantiale,ita nulla essentia præter ipsum est, vel substantia. Et vita erat lux hominum. Quasi specialiter,ac proprie lux hominum dicitur, quia in homine non solum hominibus,verumetiam Angelis,omnique creaturæ diuinę cognitioni participē fieri valenti seipsum declarauit.Non enim per Angelū Angelis, neq; per Angelū hominibus,sed per hominē hominibus,& Angelis,non in phantasia,sed in ipsa vera humanitate q̄ totā sibi in vnitatem substantiæ suscepit,aparuit,suamq; cognitionem omnibus cognoscentibus se prębtit.Lux itaque hominum est dominus noster Iesus Christus, qui in humana natura omni ra-
Ephe.5.b & Isai.9.a. tionali,& intellectuali creaturæ seipsum manifestauit,suæq; diuinitatis, qua patri est æqualis, abdita reserauit mysteria.Et lux in tenebris lucet.Audi Apostolū:Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, Audi Esaiam: Sedentibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis.Lux in tenebris lucet. Totum genus humanum merito originalis peccati,in tenebris erat, non exteriorum oculorum,quibus sensibilium formæ,coloresq; sciuntur,sed interiorū quibus intelligibilium species,& pulchritudines discernūtur,nō in tenebris huius caliginosi aeris sed in tenebris ignorantiæ veritatis, non in absentia lucis,quæ mundum corporeū illuminat. Post cuius ortum ex virgine,lux in tenebris lucet,in cordibus scilicet se cognoscentiū. Quoniam vero totum genus humanum in duas veluti partes diuiditur, in eos videlicet,quorum corda cognitione veritatis illuminata sunt,& in eos,qui ad huc in obscurissimis impietatis aeque perfidiæ tenebris permanent, Euangelista subiunxit: Et tenebræ eam nō comprehenderunt. Ac si euidenter diceret:Lux in tenebris fidelium animarum lucet,& magis, ac magis lucet,à fide inchoans,à spe trahens. Imperitorum vero cordium perfidia, & ignorantia lucem
Rom.1.c. verbi Dei in carne fulgentis non comprehenderunt.Obscuratum est enim(vt ait Apostolus) insipiens cor eorum, & sapientes se esse dicētes,stulti facti sunt.Sed iste sensus moralis est.Physica vero horum verborum theoria,talis est.Lux humana & si non peccaret,suis propriis viribus lucere non posset.Non enim naturaliter lux est,sed particeps lucis. Capax siquidem sapientiæ est,non ipsa sapientia,cuius participatione sapiens fieri potest.Sicut ergo aer iste per semetipsum non lucet,sed tenebrarum vocabulo nuncupatur, capax tamen solaris luminis est, ita nostra natura,dum per seipsam consyderatur,quædam vero tenebrosa substantia est,capax, ac particeps lucis sapientiæ. Et quemadmodū præfatus aer, dum solares radios participat,nō dicitur per se lucere,sed solis splendor dicitur in eo apparere,ita vt naturalem suam obscuritatem non perdat, & lucem superuenientē in se recipiat, ita rationabilis nostræ naturæ pars, dū
Mat.10.c. præsentiam Dei verbi possidet,non per se res intelligibiles,& Deum suum,sed per insitum sibi diuinum lumen cognoscit. Non vos (inquit) estis qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hac vna sentētia voluit nos docere id ipsum in cęteris intelligere,ac semp in aure cordis nostri ineffabili modo sonare: Nō vos estis, qui lucetis, sed spiritus patris vestri qui lucet in vobis.Hoc enim meum in vobis lucere,vobis manifestat quod ego sum lux intelligibilis mundi,hoc est, rationalis,& intellectualis naturæ. Non vos estis, qui intelligitis me, sed ego ipse in vobis per spiritum meum meipsum intelligo,quia vos nō estis substantialis lux, sed participatio per se subsistentis luminis.Lux itaq; in tenebris lucet,quia Dei verbum vita & lux hominum in nostra natura,quæ per se inuestigata,& consyderata, in formis quædam tenebrositas reperitur,lucere non definit,nec eam,quamuis delinquentem,deserere voluit nec vnquam deseruit,formans eam per naturam continendo,reformansq; per gratiam deificando. Et quoniam ipsa lux est omni creaturæ incomprehensibilis,tenebre eam non comprehendeI.Tim.6.c runt.Superat itaq; Deus omnem sensum,& intellectum,& solus habet immortalitatem,cuius lux per excellentiam tenebræ nominatur,quoniam à nulla creatura quid,vel quale sit, comprehenditur.Fuit homo missus à Deo &c.Ecce aquilam de sublimissimo vertice montis theologię leui volatu descendentem in profundissimam vallem historiæ.Fuit(inquit)homo &cætera non dicit simpliciter,Fuit missus à Deo.sed,Fuit homo,vt discerneret hominem solius humanitatis participem,qui præcucurrit,ab homine diuinitate,& humanitate coadunato, & com-
Apoc.22.c pacto,vt segregaret vocem transeuntem à verbo semper,& incommutabiliter manente,vt inuaret matutinam stellam in ortu regis cœlorum apparentem, & declararet solem iustitiæ permanentem. Testem ab eo discernit,de quo testimonium perhibet,missum,ab eo qui mittit,lucernam lucubrantem,à luce clarissima mundū implente,totius generis humani tenebras mortis,& delictorum demoliente,Præcursor itaq; domini fuit homo,nō Deus. Dominus aūt cuius prę

cursor erat,similiter & deus fuit.Præcursor homo fuit transiturus in deum per gratiam,quam præcucurrit,Deus erat per naturam,accepturus hominem per humilitatem,& no
Ioha.1.c ibidem. strę salutis,& redemptionis voluntatem.Hic venit,vt testimonium perhiberet de lumine,id ē, Christo. Audi testimonium:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mūdi.Et iterum: Qui post me venit, ante me factus est. Quod euidentius in Græco legitur emprosten mu gegonen, hoc est coram me,ante conspectum meum factus est. Ac si aperte diceret:Qui in ordine temporum post natiuitatem meam natus est in carne,ante conspectum meum,dum adhuc essem in visceribus meæ matris sterilis,prophetico visu vidi illum coram me conceptum,& hominē factum in vtero virginis.Non erat ille lux &c.id est præcursor luminis,non erat ille lux. Qua
Ioha.5.f re ergo lucerna ardens,astrumq; vocatur matutinum?lucerna ardens erat, sed non proprio igne ardebat succensus,non propria luce lucebat.Stella erat matutina,sed non à seipso proprium lumen accepit,gratia ipsius,quem præcurrebat in eo ardebat,& splendebat.Non erat ille lux,sed vt particeps luminis,suum non erat,quod in se,& per se fulgebat. Vt enim superius dixímus,nulla rationalis,& iutellectualis creatura per seipsam substantialiter lux est,sed participatio vnius,ac veri luminis substantialis,quod vbicunq;,in omnibus q; intelligibiliter lucet.Proinde subditur:Erat autem lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientē in hunc mū-
Ioha.3.d dum.Veram lucem dicit Dei filium per se subsistentem ante omnia secula genitum. Veram lucem dicit eundem filium hominem ex hominibus propter homines factum.Ipse est lux vera,qui de seipso ait:Ego sum lux mundi,qui sequitur me,nō ambulat in tenebris,sed habebit lumen vitæ æternæ.Erat lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.Et quid est venientem in hunc mundum?Et quis est omnis homo veniens in hunc mundum,& in quem mundum venit?Si de his,quæ de occultis naturæ finibus in hunc mundum per generationem locis,tēporibusq; veniunt,acceperis qualis illuminatio est,in hac vita nascē tibus,vt moriantur,crescentibus,vt corrumpantur,compositis,vt soluantur,de quietudine fi-
lentis naturæ,in inquietudinem tumultuantis miseriæ cadētibus,dic(quæso)qualis lux est spiritualis,& vera procreatis in vita transitoria,& falsa?Nunquid mundus iste alienatus à vero lumine conueniens habitationi?Nunquid nō regio vmbrę mortis,& lachrymarum vallis,& ignorantiæ profundum,& terrena habitatio humanum animum grauans,& ex veri luminis cōtactu,interiores oculos eliminans non immerito dicitur?Non ergo de his, qui de occultis seminum causis in species corporeas procedunt,debemus intelligere:Qui illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum,sed de his,qui spiritualiter per generationem gratię,quę datur in baptismate,in mundum veniunt inuisibilem qui natiuitatem, quæ secundum corruptibile corpus est,spernentes natiuitatē,quæ ē secundum spiritum,eligunt mundum,qui deorsum est,calcantes vmbras ignorantiæ,& mortis,deserentes lucem sapientiæ,& vitæ appetentes,filij hominum esse definentes,filij Dei fieri inchoantes,mundum vitiorum postponentes, & in semetipsis destruentes,mundum virtutum ante oculos mentis constituentes, & in eum totis viribus ascendere inhiantes. Eos itaq; vera lux illuminat,qui in mundum virtutum veniunt,non eos qui in mundum vitiorum ruunt,De luce,& eius triplici genere,dictum est quum exponeremus illud Geneseos,Fiat lux, Et facta est lux.

Quid luminaria mystice significent. Cap.LXII.

QVid luminatia mystice significent,diuus insinuat Aug. in enarratione psalmi lxxxxiij Augustꝰ exponens eiusdem psalmi titulum,qui sic habet,Psal.ipsi Dauid quarta sabbati:Recolamus(inquit)scripturam sanctam in Genesi,primo die quid sit factū,inuenimus lucem, secdo die Psal.135.bd firmamentū,tertio die speciē terræ,& maris,& segregationem,quarto die,luminaria fecit Deus in cœlo,solem in potestatem diei,lunam,& stellas,in potestatem noctis. In hoc Psalmo de quarto die accepit titulum,in quo docetur patientia aduersus aduersitates malorū, & labores Phili 2.b bonorum.Habes Paulū Apostolum dicentē sanctis fidelibus roboratis in Christo:Omnia facite sine murmuratione,& disceptatione,vt sitis irreprehensibiles, & synceri immaculati filij Dei in medio nationis tortuosæ, & peruersæ, in qbus apparetis sicut luminaria in mūdo verbum vitæ habentes.Similitudo de luminaribus data est ad sanctos,vt sine murmuratione sint in natione tortuosa,& peruersa.i.inter iniquos,in quibus apparetis, sicut luminaria in mundo verbū vitæ habentes. Tales ēm sancti,in quibus est verbū vitæ de conuersatione,quam habēt in cœlo.despiciūt oia iniqua,quæ fiunt in terra.Et qūo luminaria in cœlo per diē,& noctē pro cedūt,sua pagunt itinera,cursus habent certos,& tanta committuntur mala,nec deuiant desuper stellæ fixæ in cœlo,agentes p tractus cœlestes,quæ illis præstituit,& constituit,creator ipsorūt sic deb ent sancti,sed si in cœlo figant corda corū,si non frustra audiant,&respodeant sursum se

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere cor,si imitentᵉ eũ,q ait:Noſtra aũt conuerſatio in cœlis eſt.Qui ergo ſunt in ſupernis,& de ſupernis cogitant(ſicut dictum eſt):Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt & cor tuum,de ipſis cogi
Mat.6.c tationibus ſupernorum patientes fiunt,& quicquid in terra commi ttitur,ſic non curant, do-
nec peragant itinera ſua,quemadmodum non curant luminaria cœli, niſi quomodo exerce-
ant dies,& noctes,quamuis tanta mala videant fieri ſuper terram ſed facile eſt forte,vt ferant
iuſti iniquitates malorum,quæ non in ipſos fiunt.Sed ſicut ferunt quæ in alios fiunt,ſic ferant
& quæ in ipſos fiunt.Non enim propterea debent ferre,& tolerare,quia in alios fiunt.Et ſi in
ſe fiant,non debent perdere tolerantiam.Nam qui perdiderit tolerantiam, cecidit de cœlo,
qui autem fixum habet cor in cœlo,terra ipſius laborat in terra.Quanta & de ipſis luminari-
bus fingunt homines,& patienter ferunt,quomodo iuſti patienter debent ferre omnes etiam
de ſe falſas criminationes?Hoc ipſum quod iamdudum dixi,quia illa ſtella Mercurij eſt, & illa
ſtella Saturni eſt,& illa ſtella Iouis eſt,conuitia fiunt ſtellis.Quid illæ,quum audiunt tanta con-
uitia? Nunquid mouentur,aut non exercent curſus ſuos?Sic & homo,qui in natione peruer-
ſa,& tortuoſa habens verbum dei,ſicut luminare eſt fulgens in ſeculo.Quanta falſa de ipſis lu
minaribus quidam dicunt,& ferunt &tolerant,& non mouentur.Quare?Quia in cœlo ſunt,
in firmamento cœli ſunt.Cuius ergo cor in firmamento libri dei eſt, illa non curat.Nã cœlũ
.i.firmamentũ,intelligitur per figuram liber legis.Ideo quodam loco dicitur: Extendens cœ
lum ſicut pellem.Si extenditur ſicut pellis,tanquam liber eſt extentus,vt legatur. Modo lectio
1.Cor.13.c neceſſaria eſt,quandiu ex parte cognoſcimus,& ex parte prophetamus (ſicut dicit Apoſtol.)
quum autem uenerit quod perfectum eſt,auferetur quod ex parte eſt.Non enim liber neceſſa-
rius erit,neq; legemus in illa ciuitate Hieruſalem,vbi Angeli viuunt,& verbo Dei paſcuntur.
Qui ergo ſurſum habet cor,ipſum cor ipſius,luminare eſt,in cœlo fulget,nec vincitur tẽbris.
Origenes Infra enim ſunt tenebræ,id eſt iniquitates. Et Origenes exponẽs illud Geneſeos, Et fecit duo
luminaria magna &c. Sicut,inquit,in firmamento cœli, iubet Deus fieri luminaria, ita & in
nobis fieri poteſt ſi tamẽ ſtudeamus & nos vocari, & effici cœlũ, luminaria habẽtibus in no
bis,quæ illuminent nos,Chriſtum,& Eccleſiam eius.Ipſe enim eſt lux mundi ,qui & Eccleſi-
am illuminat ſua luce.Sicut enim luna de ſole dicitur percipere lumen,vt per ipſam etiam nox
poſſit illuminari,ita & Eccleſia,ſuſceptũ lumine Chriſti,illuminat omnes,qui ignorantiæ no-
cte verſant.Si vero qs in hoc proficiat,vt iam filius Dei efficiatur , ſic vt in die honeſte ambu-
let,quaſi filius dei,&filius lucis,ita ab ipſo Chriſto illuminat,ſicut dies à ſole.Et ſicut luminaria
iſta cœli,q̃ videmus,poſita ſunt in ſigna &c.hoc modo etiã Chriſtus illuminans Eccleſiã ſuã,
ſigna dat p̃ p̃cepta ſuz,vt ſciat q̃modo quis accepto ſigno,fugiat ab ira ſuperuẽturã,ne dies illa
ſicut fur eũ cõprehẽdat,ſed vt magis peruenire poſſit in annũ dñi acceptabilẽ.Chriſtus ergo
eſt lux vera,quę illuminat omnẽ hominẽ veniẽtẽ in hunc mundũ.ex cuius lumine illuminata
Eccleſia,etiam ipſa lux mundi efficitur,illuminans eos,qui in tenebris ſunt ſicut &ipſe Chri-
Math 5.b ſtus conteſtatur diſcipulis ſuis,dicens:Vos eſtis lux mundi.

Quid luna myſtice ſignificet. Cap. LXIII.

Gregor. Iob.15.b. QVid luna myſtice ſignificet diuus infinuat Gregorius libro Moralium decimoſeptimo, capite octauo, & nono, exponens illud Iob, Ecce etiam luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius:Quid (inquit) per lunam, niſi cuncta ſimul Eccleſia, quid per ſtellas,niſi ſingulorum bene viuentium animæ deſignantur,qui inter prauorum ho-
minum conuerſationes, dum magnis virtutibus eminent, quaſi in tenebris noctis lucent:
Vnde per Paulum quoq; diſcipulis dicitur:Inter quos lucetis,ſicut luminaria in mũdo.Quia
enim ſancta Eccleſia lunæ appellatione exprimitur,propheta teſtatur,dicens:Eleuatus eſt ſol,
& luna ſterit in ordine ſuo.Eleuato enim ſole in ſuo ordine,luna ſtatuitur.qa aſcendente ad cœ
los dño,ſancta protinus Eccleſia in prædicationis autoritate roboratur.Et quia ſtellarum no-
mine electi ſignantur,rurſum Paulus infinuat,dicens:Stella enim à ſtella differt in claritate.
1.Cor.15.c Luna ergo non ſplendet,& ſtellæ non ſunt mundę in conſpectu eius,quia nec ſancta Eccleſia
virtute propria tot miraculis emicat,niſi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant, nec ſin
gulorum bene viuentium mentes à peccatorum maculis mundæ ſunt, ſi remota pietate iudi-
centur,quia apud dictricti iudicis oculos,ſua vnumquenq; corruptibilitas ingnat, niſi hunc q̃
tidie gratia parcentis tergat.Electorum quippe animus prodire ad libertatem iuſtitiæ nitit
tur, ſed adhuc compede infirmitatis tenetur, & culpas quidem ſubigere perfecte deſide-
rat ,ſed quouſque corruptione carnis aſtringitur ,eius vinculis ,etiam quum non vult,ligatur.
Et homilia decimatertia ſuper Ezechielem ,citans illud Dauidicum. Quoniam videbo cœlos
tuos opera digitorum tuorũ,lunam,& ſtellas,quę tu fundaſti,hoc pacto ſcribit:Ecce exterio
ri deſcriptione

ri deſcriptione ſtat ſermo rationis,quia &cœli opera dei ſunt,&luna&ſtellæ ab eo creatę,atq; fundatę ſunt.Sed ſi hoc pſalmiſta iuxta ſola exteriora opera,&non etiã ſecundum intellectum myſticum aſſerit,quia cœlos opera Dei eſſe profeſſus eſt, dicturus lunam ,& ſtellas cur nõ etiã ſolem,quẽ ſcimus,quia eius opus eſt,pariter enumerauit?Si enĩ ſolum iuxta literam loquebatur dicturus luminare minus,prius luminare maius dicere debuit,vt ante ſolẽ,& poſt lunam, atq; ſtellas fundatas eſſe perhiberet. Sed qa iuxta intellectũ myſticũ loquebatur,vt lunã ſanctã Eccleſiam,& ſtellas homines ſanctos accipere deberemus,ſolem nominare noluit,quia videlicet ipſi ęterno ſoli loquebatur,de quo ſcriptum eſt: Vobis autẽ qui timetis dñm,orietur ſol iuſtitiæ,de quo reprobi in fine dicturi ſunt:Sol iuſtitiæ non ortus eſt nobis.Dicendo ergo,lunã, & ſtellas,quas tu fundaſti,& tñ tacendo ſolem,qui factus eſt indicauit,quia illi ſoli locutus eſt,q non ſolum ſolem , & lunam,atq; ſtellas corporaliter,ſed etiam lunam Eccleſiam,atque ſtellas homines ſanctos ſpiritaliter fecit.Et lib.vigeſimo ſecundo, cap.ſeptimo exponens illud Iob, Et lunam incedentem clare. Poſt præmiſſum(inquit)ſolem,apte q̃q̃incedentem clare lunam ſubdidit,quia videlicet poſt opus bonum fama laudabilis ſequitur per quã celebre nomen in hac præſentis vitæ nocte poſſidetur.Si enim verum eſt, quod quidam putant ,illuſtrationem lunam per occultum circulum à radio ſolis accipere, vt poſſit lucẽ nocturnis curſibus exhibere,ab huius ſignificationis ordine hæc quoque ſuſpicio non abhorret . Fama quippe à bono opere vires accipit,&fauoris(alias ſplendoris)gratiam,quaſi claritatem luminis aſpergit.Eſt& aliud in luna, quod p ſimilitudinẽ bonam ſpargenti famæ conueniat . Lux nanq; eius etiam in tenebrarum tempore iter ambulantibus oſtendit , quia & dum de aliena vita lux laudis emicat,alios ad exercenda bona opera illuſtrat.Cumq; illius opinio clara cognoſcitur,huic quaſi pergenti in itinere, exempli lumen præbetur.Sed nõ nunquam opus quod ad aliena opinione ſumitur,minus mundo deſiderio in animo formatur.Nam infirmæ mentes,quum bona de alijs audiunt,aliquando ſe ad operationem rectam non amore virtutis, ſed delectatione laudis accendunt.Et profecto liquet quia ſicut naturæ ſolis eſt, vt quæque attigerit accendat , & ſiccet,ita lunaris ignis eſt proprium,vt quicquid contigerit,exurat quidem, ſed exurendo humidũ reddat.Ad vitam igitur bonã alios pro amore dei affectus recti operis,alios vero amor laudis inflammat.Sed quũ recti operis affectu accendimur,quaſi per ignẽ ſolis,à vitiorũ humore ſiccamur.Eũ vero quẽ ad opus bonũ laudis amor ,vocat,cõcupita fama,quaſi luna , attingit,quia videlicet eius animum & accendit,& reſoluit.Accendit,ſcilicet ad exercitium operis, reſoluit vero ad concupiſcentiam fauoris. Plerunq; tamen ad exercenda bona opera, aliena non vtiliter exempla perſuadent. Et quum mente humili opinionis alienæ bona ſuſcipimus, noſtra vel ad melius bona producimus,vel ad bonum mala permutamus.Quumq; nos de vita proximi,famæ ſplendor irradiat,mens noſtra,quę ad obtinendum virtutis iter,ſe dirigit,qua ſi in lunæ lumine,greſſus ponit.Sed ſicut ex aliena opinione proficimus, ſic plerunq; ſi famæ noſtræ laudibus inhiamus,à virtute vacuamur,quia quum delectatur animus in hoc quod de ſe extrinſecus haberi conſiderat,illud obliuiſcitur ad quod introrſus anhelabat. Et homilia ſecunda in Euangelia exponens illud euangelicum, Factum eſt autem cũ appropinquaret Hiericho,cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans:Notandum(inquit)eſt,quod quum Ieſus Luc.18 Hierico appropinquare dicitur,cæcus illuminatur.Hiericho quippe luna interpretatur, luna autem in ſacro eloquio pro defectu carnis ponitur,quia dum menſtruis momentis decreſcit, defectum noſtræ mortalitatis deſignat. Dum igitur conditor noſter appropinquat Hierichõ,cæcus ad lumen redit,quia dum diuinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit,humanum genus lumen quod amiſerat,recepit. Vnde enim Deus humana patitur, inde homo ad diuina ſubleuatur.Qui videlicet cæcus recte & iuxta viam ſedere, & mendicans eſſe deſcribitur. Ipſa enim veritas dicit:Ego ſum via. Qui ergo æternæ lucis claritatem neſcit,cæcus eſt,ſed ſi iam in redemptorem credit,iuxta viam ſedet:ſi autem iam credit, ſed vt æternam lucem recipiat, rogare diſſimulat atq; à precibus ceſſat,cæcus quidẽ iuxta viam ſedet ſed minime mendicat. Si vero & crediderit,& cæcitatẽ cordis ſui cognouerit,ſed vt lumen veritatis recipiat,poſtulat, iuxta viam cæcus ſedet & mendicat. Et Origenes homil.quarta in Mattheum,exponens illud Mat.17.c Euangelicum,Miſerere filio meo,quia lunaticus eſt,&male patitur&c. Videamus(inquit)moraliter quem eſſe lunaticum hunc dicere poſſimus.deinde quem eſtimemus patrem eius orãtem pro eo,tertio quid eſt cadere patientem,non ſemper,ſed frequenter, aliquotiens quidẽ in ignem,aliquotiens autem in aq̃,&quid eſt ſ̃d minime potuit à diſcipulis Chriſti ſanari,ſed ab ipſo domino Ieſu.Nam & iſta eſt ratio.Siquidem omnis languor, & omnis infirmitas , quam ſanauit ſaluator tunc in populo,referuntur ad infirmitates ſpirituales animarũ ſecũdũ differẽtias paſ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tias passionum, vt solutus quidem animo, & iacentem habentes animā sup corpus, paralyticos animo æstimemus, cæcos autem animo esse, qui mente sua non considerant quod iustum est, vel iniustum, surdos autem animo, qui non sunt ad susceptionem salutariuum verborum parati. Secundum ea conueniens est, vt de lunatico requiramus. Est ergo passio hæc mutatio à melioribus ad deteriora, quia nihil differt à sanis qui patitur hoc in tempore, quando non operatur in illo ipsa mutatio. Habet autem iuuenis infirmitas animæ in quibusdam hominibus, qui frequenter æstimantur sani esse in castitate, vel misericordia, & viuere secundum iustitiæ voluntatem. Aliquando autem quasi quadam correptione spiritus a passionibus comprehēdun-
tur, & cadunt ab eo statu boni, in quo stare putabantur, & transfuertuntur ad seductionem secu-
li huius, & ad cœteras concupiscentias carnales. Forsitan non peccabis, si huiusmodi homines
dixeris (vt ita dicam) spiritaliter lunaticos esse, qui deficiuntur a spiritalibus nequitijs in cœle-
stibus, & male habent frequenter in tempore quo comprehensi fuerint a passionibus animæ
Osee.7.a corum, & cadunt in ignem incendij, quando adulterantes (sicut ait Osee) fiūt sicut clibanus ig
nis ardens. Huiusmodi autem homines interdum cadunt in aquam, quando rex omnium, qui
sunt in aquis draco, deijcit eos a veritate animæ in profundum fluctuum maris, id est, in mala
pessima vitæ istius humanæ, quæ mari assimilatur. Commendat autem hanc nostram de lunati
co interpretationem, quod dicit sapientia de constantia quidem iusti, Sapiens sicut sol perma
net, de inconstantia autem peccatoris ita, Insipiens autem, sicut luna mutatur. Et est videre in ra
tionibus impetus quosdam quasi operum bonorum subripere, ita vt subripere possint ab homini
bus laudes, ab eis tamen hominibus, qui nesciunt occultam inconstantiam cordis eorum. Vi-
des autem eos minui iterum, & quod videbatur in eis lumen, inuenitur non esse lumen diur-
num, sed nocturnum, & lunare, & tam diu minui, vt nec videatur lumen omnino, quod æstima
batur lumen. Forsitan ergo Angelus, qui sortitus est lunaticum illum talem (si tamen dicendū
est omnem animam hominis sub aliquo Angelo constitutam, quasi sub aliquo patre) pater hu
iusmodi lunatici appellatur, deprecans quasi pro filio medicum animarum, vt liberet eum, qui
non potest sanari a passione per verbum humile discipulorum Christi. Sed quoniam oportet
& ipsa verba interpretari, primum quæramus quare lunaticus appellatur, qui a spiritu immūdo vexatur, & quare passio ipsa lumen accepit a luna, quæ post solem magnum luminare vo-
catur. Medici ergo loquantur sibi quæ volunt, qui nec immundum spiritum arbitrantur, sed
corporalem aliquam passionem, & dicunt humida moueri in capite secundum aliquam com-
parationem ad lumen lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui Euangelio cre-
dimus, dicimus hanc passionem immundum spiritum in hominibus operari. Obseruat enim
quædam schismata lunæ, & sic operatur, vt ab obseruatione quorundam schismatum lunæ pa
ti hominem mentiatur, & per hoc culpabilem Dei creaturam ostendat, vt omnes iniquitatem
in excelsum loquantur, qui æstimant ex efficientia stellarum consistere causam omnium infir-
mitatum, siue generalium, siue specialium criminantes opera Dei, & quasdam quidem stellas di
Thren.3.c. centes maleficas, quasdam autem beneficas, quum nulla stella a Deo sit facta, vt male faciat. Se
cundum Hieremiam enim in lamentationibus: De ore domini non procedent mala, & bona.
Forsitan autem sicut iste immundus spiritus obseruat quædam lunæ schismata, vt operetur in
eo, qui propter aliquas causas traditus est sic & alij dæmones secundum aliqua stellarum schisma
ta insidiantur eis, qui non præbuerunt se dignos custodia Angelorum sanctorum, vt non sol,
ac luna, sed etiam stellæ cœteræ blasphementur ab hominibus, qui in excelsum iniquitatē lo-
qui non dubitant, & ponere in cœlo os suum. Post hęc videamus quod loquens ad patrem lu-
natici, dominus dixit: O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? Vsquequo
Psal.72.b. patiar vos? Nam quoniam non potuerunt eum sanare, neque ipsi discipuli Iesu, quasi adhuc mo
dicæ fidei constituti, propterea dixit, O generatio incredula. Et si illis dixit: O generatio incre
dula, nobis quid dicet? Et quod ait, Peruersa, ostendit, quoniam ex peruersitate materię est in
troducta, extra naturam facta. Puto autem propter peruersitatē totius humani generis, quasi
grauatus malitia eorum, & conuersatione cum eis, dixit: Vsquequo &c. Videamus etiam illud
quod dicit: Hoc genus &c. & si aliquando oportuerit nos circa curationem tale aliquid patien
tium permanere, non abiuremus, nec gemamus interro, nec loquamur quasi audienti spiritui im
mundo, sed permanentes in orationibus, & ieiunijs, impetremus patienti salutem a Deo, & abi
gamus ieiunijs, & orationibus nostris spiritus malignos.

De eadem luna. Cap. LXIIII.

Hieronym. Amos.4.b ET D. Hiero. exponēs illud Amos, Ego quoq; prohibui a vobis imbrem quum adhuc tres menses supererent, vsq; ad messem: Prohibet (inquit) siue reprimit ab hæreticis domi-
nus plu-

nus pluuias spirituales, & oēm rorem diuinæ sapientiæ, & mandat nubibus suis, ne pluant sup
eos imbrem ante tres mēses messis (siue vindemiæ, vt lxx.) vt ad fructus mysterij trinitatis p-
uenire non possint. Et quō sol iste, quem cernimus annuum cursum, donec ad pristinam me-
tam redeat, duodecim explet mensibus, qui singuli tricenis voluuntur diebus, & luna, q̄ He-
braice dicitur Iareach, Græce mene dicitur, iuxta vtranq; linguā ex suo nōie mensibus nomen
dedit, & solis illustratur radijs ab ea parte, qua ei vicina est, vel plus, vel minus pro varietate tē-
porum lumen accipiens: sic & ecclesia veri solis splendore decorata, duodecim implet aposto
lorum numerum. Et exponēs illud Abacuc, Sol, & luna stetерunt in habitaculo suo, pro quo Abac.3.a
lxx. habent: Eleuatus est sol, & luna steterit in ordine suo, hoc pacto scribit. Si simplicē inter pre-
tationem sequimur, ex p̄sentibus verbis profectus solis demonstratur, & lunæ, q̄d iuxta Esaiā Esai.30.c
in futuro seculo septuplum sol luceat, & luna solis fulgeat claritate. Quia enim creatura libera Rom.8.d.
bitur à seruitute cotruptionis in libertatem, gloriæ filiorū dei, quæ nunc vanitati subiecta est,
propter eum qui subiecit eam in spem libertatis. Quum in consummatione mundi ois crea-
tura fuerit liberata, liberabit & sol, & luna, & in suo stabunt ordine. Quod si voluerimus, solē Malac.4.a
iustitiæ Christum accipere, in cuius pennis sanitas est, & lunā, quæ huius solis splendore illu-
minatur, ecclesiam, non difficile est dicere, quod lux vera, & lux hominum, & splendor gloriæ
dei, & splendor lucis æternæ eā illuminet, quæ nunc in isto seculo iuxta prospera, atq; pros-
peras crescat, atq; decrescat. Quum autem sol fuerit eleuatus, & iuxta apostolum exaltauerit
eum deus, & donauerit ei nomen super omne nomen, tunc etiam ecclesia, quæ in p̄senti secu-
lo tenere suum ordinem non potest, ad ordinem debitum reuertetur, & nequaquam murabi
tur, sed fixo stabit gradu, & audiet cum Moyse: Tu autem hic sta mecum. Et exponens illud
Ioelis, Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequam veniat dies dñi magnus, Ioel.2.d
& horribilis: Sol (inquit) est versus in tenebras, quando pendentem dominum suū videre nō
aulus est, & luna in sanguinem. Quod aut iuxta historiam factum esse credamus, & ab Euan-
gelistis silentio prætermissum. Neq; enim omnia quæ fecit Iesus scripta referuntur, q̄ si scri- Iohā.21.g
berentur per singula, ne ipsum quidem arbitror mundū capere eos, qui scribendi sunt libros.
Aut certe quō sol versus in tenebras est, non quod ipse sit mutatus in tenebras, sed tenebras
mundo induxerit: Sic & luna non est versa in sanguinem, sed Iudæos blasphemiarum, & nega
tionum in Christum horrore coopertos, eterno testimonij sui sanguine condemnauit, dicen-
tes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Hæc omnia priusquam dies dñi veniat ma-
gnus, & horribilis futura describit. Dies autem domini magnus & horribilis, aut resurrectio- Mat.27.d
nis esse credendus est, aut certe multa post tempora dies iudicij, qui vere magnus est, & horri-
bilis. Sed quia sequitur: Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit, & hoc Apo-
stolus Paulus refert, ad tempus dominicæ passionis, magis de resurrectionis die intelligendū.
Ait enim scribens ad Romanos: Non est distinctio Iudæi, & Græci. Idem enim ipse dominus Roma. 10.c
omnium, diues in oēs qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen dñi sal-
uus erit. Quō enim inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem
non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quō autem prædicabūt, nisi mit Mat.16.d
tantur? Et exponens illud Euangelicum, Dñe miserere filio meo, quia lunaticus est &c̄, Mihi
(inquit) videtur iuxta tropologiam lunaticus esse, qui per horarū momenta mutatur ad vitia, Osee.7.a
nec persistit in incœpto, sed crescit, atq; decrescit, & nūc in ignē fertur, quo adulterantiū cor- Cant.2.c
da succensa sunt, nūc in aquas, quæ nō valent extinguere charitatē &c. Et D. Aug. exponens Psal.88.f.
illud Dauidici, Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū: Sedes, Mat.13.f.
inquit, eius, id est, oēs in quibus regnat deus. Sicut sol, quia iusti fulgebunt (inquit) in regno pa-
tris mei sicut sol. In conspectu meo, non in conspectu hoim, non in conspectu carnis. Et sicut
luna perfecta. Per lunam solent significare scripturæ mortalitatem carnis huius propter au-
gmenta, & detrimenta, propter trāsitoriam speciem. Deniq; & Hiericho luna interpretatur.
Et vtiq; quidā qui descendebat ab Hierusalē in Hiericho, incidit in latrones. Descendebat em̄
ab immortalitate ad mortalitatē. Similis est ergo caro ista lunæ, q̄ omni tēpore, & omni mēn
se patit augmēta, & detrimenta, sed erit caro ista nostra in resurrectiōe pfecta. Itaq; si in solo
isto perficeremur, tantūmodo soli nos compararet. Rursus si in solo corpore pficeremur, tan-
tummodo lunæ nos cōpararet. Sed quia perficiet nos deus & in aio & in corpore, secundum
animum dictum est: Sicut sol in conspectu meo, quia animū non videt nisi deus & sicut luna il
lius carnis perfecta in æternum, in resurrectione mortuorū. In nulla re sic cōtradicitur fidei Chri
stianæ, q̄ in resurrectione carnis. Deniq; ille qui natus est in signum, cui contradicitur, & ipse
carnem suam resuscitauit, vt obuiam iret cōtradictori, & qui posset mēbra sua sic sanare, vt eā

Universidad de Deusto
Biblioteca

vulnerata fuisse nõ appareret, cicatrices seruauit in corpore, vt vulnus dubitationis sanaret in corde. In nulla ergo re tam vehementer, tã pertinaciter, tam obnoxie, & cõtentiose cõtradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectiõe. Nã de animi immortalitate multi etiã philosophi gentiũ multa disputauerunt, & immortalem esse animũ humanũ pluribus & multiplicibus libris conscriptum memorię reliquerunt. Quũ ventum fuerit ad resurrectiõem carnis, non tutabunt, sed apertissime contradicunt, & contradictio eorũ talis est, vt dicant fieri non posse, vt caro ista terrena possit in cælum ascendere. Ideo luna ista pfecta in æternum, & aduersus oẽs contradictores: Testis in cælo fidelis. Hæc de Christo promissa sunt, q̃ certa, q̃ firma, q̃ aperta, q̃ indubitata. Nam & si quædam sunt tecta mysterijs, quædam tñ sic manifesta, Cassiodor. vt ex ipsis facilime aperiãtur obscura. Et Cassiodorus: Et thronus eius sicut sol &c. Thronus dei hic intelligendus est anima fidelis, in qua re vera insidet, quando eam maiestatis suæ illuminatione compleuerit. Sic enim scriptum est: Sedes sapientiæ anima iusti. Sicut sol &c. Comparationem rerum visibilium facit. Nam si magnum est de creatura claresce re, multo melius de creatore lucere. Et sicut luna &c. Luna, humano corpori conuenienter aptatur, qã per varias ætates attenuatur, & proficit. Sed ideo addidit, Perfecta, vt in illo spirituali corpore iam non temporale aliquid intelligeres, sed de sola plenissima æternitate sentires. Nã & ipsum corpus nostrum in æternum sic claritate complebitur, vt luna pfecta. Quæ luna perfecta, testis erit fidelis, vtiq; in qua cõmissa complentur. Sed vide quid posuit: In cælo. i. in sctõ viro. Ipsorũ enim
Sapi 7 d Psal. 10 a corpora sic lucebunt, quorum & animæ diuina illuminatione resplendent, sicut Salomon ait: Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Frequenter enim luna ecclesiæ comparatur. Et diuus Aug. exponens illud Psalmistę, Quñ ecce peccatores tetenderunt arcũ, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde, hoc pacto scribit: Ecce (inquiunt) peccatores intenderunt arcum, credo scripturas, quas illi carnaliter interpretando, venenatas inde sententias emittunt. Parauerunt &c. eadem verba scilicet, quæ scripturarum autoritate iaculaturi sunt, in cordis occulto parauerunt. Vt sagittent in obscura luna rectos corde, vt quum senserint Ecclesiæ lumine propter multitudinem imperitorum & carPsal. 10 a nalium obscurato, non se posse conuinci, corrumpant bonos mores colloquijs malis. Sed contra omnes istos terrores dicendum est. In domino confido. Luna vero q̃ congruenter significet ecclesiam, memini me promisisse in hoc psalmo consideraturum. Duæ sunt de luna opiniones probabiles. Harum autem quę vera sit, aut non omnino, aut difficillime arbitror posse hominem scire. Quum ergo q̃ritur, vnde lumen habeat, alij dicunt suũ habere, sed globũ eius dimidium lucere, dimidium autem obscurum esse. Dũ autem moueretur in circulo suo, eãdem partem, qua lucet, paulatim ad terras cõuerti, vt videri à nobis possit, & ideo prius quasi cornutam apparere. Nam & si facias pilam ex dimidia parte candidam, & ex dimidia obscuram, si eam partem, q̃ obscura est, ante oculos habeas, nihil candoris vides. Et quasi cœperis illam candidam partem ante oculos conuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris videbis, deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, & nihil obscuræ alterius partis videatur. Quod si perseueres adhuc paulatim cõuertere, incipit obscuritas apparere, & candor minuitur, donec iterum ad cornua redeat, & postremo totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit videri. Quod fieri dicunt, quum lumen lunæ videtur crescere vsq; ad quintamdecimam lunam. Et rursus vsq; ad tricesimam minui, & redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. Secundum hanc opinionem luna in allegoria significat Ecclesiam, quod ex parte spirituali lucet Ecclesia, ex parte autem carnali obscura est. Et aliquando spiritualis pars in bonis operibus apparet hominibus, aliquando autem in conscientia latet, ac deo tantummodo nota est, quum solo corpore apparet hominibus, sicut contingit quum oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, dum non ad terrã, sed sursum cor habere iubemur ad dominum. Alij autem dicunt non habere lunam lumen proprium, sed à sole illustrari. Sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere, qua non illustratur, & ideo nihil in ea lucis videri. Quum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte, quam habet ad terram, & necessario incipere à cornibus, donec fiat quintadecima contra solem. Tunc enim sole occidente oritur, vt quisquis occidentem solem obseruauerit, quũ eum cœperit non videre, conuersus ad oriẽtem lunã surgere videat. Atq; inde ex alia parte, quum ei cœperit nouã videre, illam partem ad nos cõuertere, qua non illustratur, donec ad cornua redeat, atq; inde omnino nõ appareat, quia tunc pars illa, qua illustratur, sursum est ad cælũ, ad terram autẽ illa quam radiare sol non potest. Ergo & scdm hanc opinionẽ luna intelligitur Ecclesia, q̃ suum lumẽ, nõ habeat, sed ab vnigenito dei filio, qui multis locis in sanctis scripturis allegorice sol appellatus est,

tus est, illustratur. Quem nescientes, & cernere non valentes hæretici quidam, ad istum solem corporeum, & visibilem, quod commune lumen est carnis hominũ, atq; muscarum, sensus simplicium conantur auertere, & nonnullorum auertunt. Qui quandiu non possunt interiorem lucem veritatis mente contueri, simplici fide catholica contenti esse nolunt, quæ vna paruulis salus est, quo vno lacte ad firmitatem solidioris cibi certo robore peruenitur. Quælibet ergo duarum istarum opinionũ vera sit, congruẽter accipitur allegorice luna, ecclesia. Aut si in istis obscuritatibus magis negocijs, quam fructuosis, exercere animum, aut non libet aut non vacat, aut animus ipse non valet, satis est lunam popularibus oculis intueri, & non quærere obscuras causas, sed cum omnibus & incrementa eius, & complementa, & detrimenta sentire. Quæ si propterea deficit, vt renouetur, etiam ipsi imperitæ multitudini demonstrat Ecclesiæ figuram in qua creditur resurrectio mortuorum. Deinde quærẽdum est, quid in hoc psalmo accipiantur obscura luna, in qua peccatores parauerunt sagittare rectos corde. Non enim vno modo dici obscura luna potest. Nam & quum finitur menstruis curribus, & quum eius fulgor nubilo interpollatur, & quum plena deficit, dici potest obscura luna. Potest ergo & de persecutoribus martyrũ intelligi, quod sagittare voluerint in obscura luna rectos corde. Siue adhuc in ecclesiæ nouitate, quia nondum terris maior effulserat. & gentiliũ superstitionum tenebras vicerat siue linguis blasphemorum, & Christianorum nomen male diffamantium, quasi nebulis cum terra obtegeretur, videri perspicua luna non poterat, id est, ecclesia. Siue ipsorum martyrum cædibus, & tanta effusione sanguinis, tanquam illo defectu, & obscuratione, qua cruentã faciem luna videtur ostendere, à nomine Christiano deterrebant infirmi. In quo terrore vera ba dolosa, & sacrilega iaculabantur peccatores, vt etiam rectos corde peruerterent. Potest & de his peccatoribus intelligi, quos ecclesia continet, quod tunc inuenta occasione huius lunæ obscuræ, multa commiserint, quæ nobis opprobria nunc obijciuntur ab hæreticis, quum eorum autores ea fecisse dicãtur. Sed quoquomodo se habeat quod in obscura luna factum est, nunc catholico nomine toto orbe diffuso, atq; celebrato, quid mihi est incognitis perturbari? In domino enim confido, nec audio dicentes animę meæ, transmigra in montem sicut passer. Psal. 10. a Quoniam ecce peccatores intẽderunt arcum, vt sagittent in obscura luna rectos corde. Aut si & illis nunc luna videtur obscura, quia incertũ volunt efficere quæ sit catholica, & eam pecoris carnalium hominum, quos multos continet, conantur arguere, quid ad eum pertinet, qui vere dicit: In domino confido?

De eadem luna. Caput LXV.

Diuus quoq; Augustinus in epist. ad Ianuarium de ritibus ecclesiæ, cap. iiij. hoc pacto scribit: Augustin. Est illic & aliud sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris. Nec ideo me putes meliorem, quia hæc in studijs puerit. 9. tilibus didici. Qui enim gloriatur, in eo glorietur (inquit) scire & intelligere, q̃m ego sum doctum. Et qui subtilius ista scrutati sunt incrementa, & decrementa lunaria, ex conuersione globi eius coniecerunt, non q̃ aliquid substantiæ, vel accedat ei, quum augetur, vel decedat, quum minuitur, quod deliramentum imperite Manichæi opinantes, repleti eam dixerunt, sicut repletur nauis, ex fugitiua diei parte, quam commixtã principibus tenebrarum, & eorum sordibus inquinatam, corde ac ore sacrilego, & credere, & loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicunt, quum magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata de toto mundo, atq; omnibus cloacis fugiens redditur deo lugenti, dum redeat. Repleri vero per mẽsem dimidium, & alio dimidio in solem refundi, velut in aliam nauem. Nec tamen inter istas anathema essandas blasphemias aliquid vnquam fingere potuerunt, cur vel incipiẽs lucere, vel desinẽs cornículato lumine fulgeat, aut cur à dimidio mense incipiat minui, & non ad refundendum plena perueniat. Illi autem qui hoc certis numeris indagarunt, ita vt defectus solis, & lunæ nõ solum cur fierent, sed etiam quando futuri erant longe ante prædicerent, & eos determinatis interuallis temporum canonica supputatione præfigerent, literisque mandarent, quas modo q̃ legunt, atq; intelligũt, nihilominus eos p̃dicunt, nec aliter, aut alius accidunt, q̃ p̃dicunt. Tales ergo, qbus nõ est ignoscendũ, sicut fctã scriptura dicit, quia quũ tm̃ valerẽt, vt possent estimare seculũ, qũo dñm eius supplici pietate non facilius inuenerũt, ex ipsis cornibus lunæ, q̃ à sole auersa sunt, siue crescẽtis siue decrescẽtis, cõiecerunt eã vel a sole illustrari, & q̃to magis ab eo recederet, tãto magis ab ea parte, q̃ terris apparet radios eius excipere, q̃to autẽ ad eũ magis post dimidiũ mẽsem ex alio semicirculo propinquaret, tãto magis à superiori parte illustrata ab ea parte, q̃ terris aduerteret, nõ posse excipere radios, & ꝓpterea videri decrescere, vel si

Universidad de Deusto
Biblioteca

haberet ſuũ lumen,illud haberet ex vna parte in hemiſphærio,quam partẽ,quũ recedens à ſo
le paulatim terris oſtenderet,donec corã oſtenderet quaſi augmenta monſtraret,dũ non adda-
tur,quod deerat,ſed pdatur,q̃d inerat,ac rurſus paulatim abſcondere,quod patebat, & ideo vi
deri decreſcere. Sed quodlibet horum fit duorũ,illud certum,atq; manifeſtum eſt,& cuiuis ad-
uertenti facile cognitu,q̃ luna non augeatur ad oculos noſtros,niſi à ſole recedendo,neq; mi-
nuatur,niſi ad ſolẽ ex parte alia propinquando. Attende nunc quod in Prouerbijs legitur: Sa
piens ſicut ſol permanet,ſtultus aũt ſicut luna mutatur. Et quis eſt ſapiens, qui pmanet,niſi ſol
ille iuſtitiæ,de quo dicitur: Ortus eſt mihi ſol iuſtitiæ, & quem ſibi non fuiſſe ortum in die no
uiſſima plãgentes impĩ dicturi ſunt: Et iuſtitiæ lumen non luxit nobis,& ſol non ortus eſt no
bis? Nam iſtũ carnis oculus viſibilem ſolem oriri facit ſuper bonos,& malos deus,qui etiam
pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos. Ducuntur aũt ſemp ex rebus viſibilibus,inuiſibiliũ congruę ſimi
litudines. Quis eſt ergo ille ſtultus, qui tanq̃ luna mutatur,niſi Adã,in quo oẽs peccãuerunt?
Anima quippe humana recedens à ſole iuſtitiæ,ab illa ſcil. interna contemplatione incõmuta
bilis veritatis,oẽs vires ſuas in terrena conuertit,& eo magis,magisq; obſcuratur in interiori
bus,ac ſuperioribus ſuis,ſed quũ redire cœperit ad illam incõmutabilem ſapientiam, quanto-
magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrũpitur,ſed interior
renouatur de die in diem,omnisq; lux illa ingenĩ,q̃d inferiora vergebat,ad ſuperiora cõuer
titur,& a terrenis quodammodo auſertur,vt magis,magisq; huic ſeculo moriatur,& vita eius
abſcondatur cum Chriſto in deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediẽs,& in vi
ta ſua proficiens intima ſua,& hoc terræ.i.eis,qui terrena ſapiunt melius videtur,quum lauda
tur peccator in deſideriis animæ ſuæ & qui inique gerit,benedicitur. Mutatur autem in meli
us,quũ intentionem ſuam,& gloriam a terrenis,quæ in hoc ſeculo apparent,paulatim auerit,
& ad ſuperiora ab inferioribus conuertit, & hoc terræ,id eſt,eis,qui terrena ſapiunt,deterius
videtur. Vnde illi impĩ poſtremam infructuoſam agentes pœnitẽtiam,etiam hoc inter mul-
ta dicturi ſunt: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij.
Nos inſenſati,vitam illorum æſtimabamus inſaniam. Ac per hoc ſpiritusſanctus de viſibilibus
ad inuiſibilia, & de corporalibus ad ſpiritualia ſacramenta ſimilitudinem ducens,tranſitum il
lum de alia vita in aliam vitam, quod paſcha nominatur, a quartadecima luna voluit obſer-
uari, vt non ſolum propter tempus tertium, quod ſupra cõmemoraui,quia inde incipit heb-
domada tertia, ſed etiam propter ipſam tertiam cõuerſionem ab exterioribus ad interiora de
luna ſimilitudo aſſumeretur,vſq; ad vicefimam vero,& primam, propter ipſum numerum ſe
ptenarium,quo vniuerſitatis ſignatio ſæpe figuratur,qui etiam ipſi Eccleſię tribuitur propter
inſtar vniuerſitatis. Ideo Ioãnes Apoſtolus in Apocalypſi,ad ſeptem ſcribit eccleſias. Eccleſia
vero adhuc in iſta mortalitate carnis conſtituta,propter ipſam mutabilitatem lunę nomine in
ſcripturis ſignatur. Vnde eſt illud: Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra,vt ſagittent in obſcura
luna rectos corde. Prius eñ q̃ fiat illud q̃ dicit Apoſt. Quũ Chriſtus apparuerit vita veſtra,
tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria, obſcura videtur Eccleſia in tempore peregrinatio
nis ſuæ inter multas iniquitates gemens. & tunc ſunt timendæ fallaciæ ſeductorum, quas nõie
ſagittarum intelligi voluit. Vnde alio loco propter nuncios fideliſſimos veritatis, quos vbiq;
parit Eccleſia, dicitur: Luna teſtis in cęlo fidelis. Et quum de regno domini pſalmus cantaret:
Orietur (inquit) in diebus eius iuſtitia,& abundantia pacis, donec interficiatur luna, id eſt abun
dantia pacis in tantum creſcet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis abſumat. Tunc no-
uiſſima inimica deſtruetur mors, & quicquid nobis reſiſtit ex infirmitate carnis, vnde nobis
perfecta pax nondum eſt, conſumetur omnino, quũ corruptibile hoc induet incorruptionem,
& mortale hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri, quæ Hiericho appellat,
quod in Hebræo eloquio luna interpretari dicitur, ſeptimo circuitu teſtamenti arce corruent.
Quid enim nunc aliud agit annunciatio regni cælorum, quam circuitio arcæ ſignificauit, niſi
vt omnia munimenta mortalis vitæ, id eſt, omnis ſpes huius ſeculi, quæ reſiſtit ſpei futuri ſecu-
li, in dono ſeptenario ſpiritus ſancti per liberum arbitrium deſtruatur? Ob hoc enim circum-
eunte arca, nõ impulſu violento illi muri ceciderunt, ſed ſponte. Sunt & alia teſtimonia ſcriptu
rarum, q̃ nobis ingerunt per cõmemorationem lunæ eccleſiæ ſignificatiõem, q̃ in iſta mortali
tate ab illa Hieruſalem, cuius ciues angeli ſunt, in erumnis, & laboribus peregrinatur. Nõ ideo
tñ putare debent ſtulti, qui nolunt in melius cõmutari, adoranda eſſe illa luminaria, quia ducit
ex eis aliq̃ ſimilitudo ad diuina myſteria figurãda, Ex omni enim creatura ducitur. Nec id-
eo debemus in ſententiam damnationis irruere, quæ ore Apoſtolico de quibuſdam profertur,
qui coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius, quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Sicut
enim

Col. 1. b. Pſal. 9. d

Exod. 12. a

Apoc. 1. a

Pſal. 10. a.

Coloſ. 3. a

Pſal. 88. f
Pſal. 71. a

1. Cor. 15. c

Ioſue. 6. b.

enim non adoramus pecora, quamuis dictus ſit Chriſtus & agnus, & vitulus, nec feram, quia dictus eſt leo de tribu Iuda, nec lapidem, quia petra erat Chriſtus, nec montẽ Sion, quia in ipſo figuratur Eccleſia: ſic nec ſolem, nec lunam, quamuis ex ea cæleſti creatura, ſicut ex multis ter reſtribus ſacramentorum figurę ad informationes myſticas aſſumantur.

1. Cor. 10. b

Quid lupus myſtice ſignificet. Caput LXVI.

QVid lupus myſtice ſignificet, D. inſinuat Greg. homil. xiiij. in Euangelia, exponẽs illud Euangelicum, Mercenarius aũt, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, vi-
det lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues: Tranquillita-
tis (inquit) tempore plerunq; ad gregis cuſtodiã, ſicut verus paſtor, ſic etiam mercenarius ſtat,
ſed lupus veniens indicat, quo quiſq; animo ſuper gregis cuſtodiam ſtabat. Lupus etenim ſup
oues venit, quum quilibet iniuſtus, & raptor, fideles quoſq;, atq; humiles opprimit. Sed is qui
paſtor eſſe videbatur, & nõ erat, reliquit oues, & fugit, quia dũ ſibi ab eo periculũ ingeri me-
tuit, reſiſtere eius iniuſtitiæ non pſumit. Fugit autẽ non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſola
tium. Fugit, quia iniuſtitiam vidit, & tacuit. Fugit, quia ſe ſub ſilentio abſcondit. Quibus bene
per prophetã dicitur: Non aſcẽdiſtis ex aduerſo, neq; oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt
ſtaretis in pſlio in die domini. Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt quibuſlibet poteſtatibus praue
agentibus, rationis libera voce contraire. Et in die domini pro domo Iſrael in pręlio ſtamus,
ac murum opponimus, ſi fideles innocentes contra peruerſorum iniuſtitiam ex iuſtitiæ auto
ritate vindicamus. Quod quia mercenarius nõ facit, quum venientem lupum viderit, fugit.
Sed eſt alius lupus, qui ſine ceſſatione quotidie non corpora, ſed mentes dilaniat, malignus vi-
delicet ſpiritus, qui caulas fidelium inſidians circuit, & mortes animarum quærit. De quo lu-
po mox ſubditur: Et lupus rapit, & diſpergit oues. Lupus venit & mercenarius fugit, qa ma-
lignus ſpiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, & is qui locum paſtoris tenet, curã ſoli
citudinis non habet. Animæ pereunt, & ipſe de terrenis commodis lætatur. Lupus rapit, &
diſpergit oues, quum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad auaritiam accendit, alium in ſu-
perbiam erigit, alium per iracundiam diuidit, hunc inuidia ſtimulat, illum fallacia ſupplantat.
Quaſi ergo lupus gregem diſſipat, quum fidelium populum diabolus per tentationem necat.
Sed cõtra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur, quia dũ
ſola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Et diuus Hie
ronymus exponens illud Eſaiæ, Lupus, & agnus paſcentur ſimul: Loquentibus (inquit) & cla-
mantibus Apoſtolis & apoſtolicis viris, dñs ſignorum magnitudine reſpondebat, vt Dorcas
ad preces Petri ſurgeret, vt Publij pater in inſula Meleta febribus, & dyſenteria, qui morbi
inter ſe contrarij ſunt, Pauli precibus ſanaretur, & vt eos totus orbis deos inter homines dice
ret ambulare, tunc lupus, & agnus paſcebãtur ſimul, perſecutor Paulus, & Ananias diſcipulus.
Ille lupus, de quo ſcriptum eſt: Beniamin lupus rapax, mane comedit prædam, & ad veſperã
dabit eſcas, ſiue (vt in Hebraico dicitur) diuidet ſpolia. Cuius doctrina cibus fuit credentium,
& qui in toto orbe de ſuperatis aduerſarijs triumphauit. Agni autem credendi ſunt omnes, q
in veſtibus candidis ſequuntur agnum quocunq; vadit, quos dominus Petro tradidit ad paſ-
cendum, dicens: Paſce agnos meos. Et diuus Auguſtinus tractatu xlvi. in Ioannem, enarrans il
lud Euangelicum, Mercenarius, & qui non eſt paſtor &c. Non hic (inquit) bonam perſonam
mercenarius gerit, & tamẽ in aliquo vtilis eſt, nec mercenarius diceretur, niſi acciperet à con
ducente mercedem. Quis eſt ergo iſte mercenarius, & culpabilis, & neceſſarius? Sunt quidã
Eccleſiæ præpoſiti, quibus Paulus Apoſtolus dicit: Sua quærentes, non quę Ieſu Chriſti, id eſt,
non Chriſtum gratis diligentes, non deum propter deum quærentes, temporalia commoda
eſtimantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præ-
poſito, & propter hoc ſeruitur deo, quiſquis eſt talis, mercenarius eſt, inter filios ſe non com-
puret. De talibus enim & dominus dicit: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Vi-
dimus quid ſit mercenarius. Quis eſt lupus, niſi diabolus? Et quid dictum eſt de mercenario?
Quum viderit lupum venientem, fugit. Si apoſtoli erant paſtores, non mercenarij, quare fu-
gerunt, quando perſecutionem patiebantur? Expone nobis ó domine. Vidi in epiſtola fugi-
entem Paulum, per murum in ſporta ſubmiſſus eſt, vt manus perſequentis euaderet. Nõ ergo
illicita fuit de ouibus, quas lupo veniente deſerebat? Fugit plane, ſed eas paſtori in cælo ſedẽti
orationibus commendabat, ſe autem, vtilitati earum fugiendo ſeruabat, ſicut quodam loco ait:
Manere in carne neceſſarium duxi propter vos. Ab ipſo nanque paſtore omnes audierant:
Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Hanc nobis quæſtionem dominus di-
gnetur exponere, Quis eſt mercenarius? Qui vidit lupum, & fugit, qui ſua quærit, non quæ
Ieſu Chri-

Hieronymus Eſai. 65. d Act. 9. c Act. 28. b Gen. 49. d.

Apoc. 14. a Ioha. 21. d Ioha. 10. a

Phill 2. c

Math. 6. a

1. Cor. 11. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesu Christi,peccantem non libere audet redarguere.Ecce nescio quis peccauit,grauiter pecca uit,increpandus est,excommunicandus est,sed excommunicatus inimicus erit,insidiabitur,no cebit,quum potuerit,iam ille qui sua quærit, non quæ Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanę amicitiæ commoditatem, & inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit, ecce lupus oui guttur apprehendit,diabolus fideli adulterium persuasit, tu taces, non increpas? O mercenarie lupum venientem vidisti,& fugisti. Respondebit forte, & dicet: Ecce hic sum,non fugi. Fugisti,quia tacuisti,tacuisti,quia timuisti.Fuga animi,timor est.Corpo re stetisti,spiritu fugisti,quod ille non faciebat,qui dicebat:Si corpore absens sum, spiritu vo biscum sum. Quomodo enim spiritu fugiebat,qui etiam corpore absens,fornicatores literis ar guebat? Affectiones nostræ,motus animorũ sunt,lætitia,animi diffusio,tristitia animi contra ctio,cupiditas,animi progressio,timor,animi fuga est. Diffunderis enim animo, quũ delecta ris,contraheris animo,quum molestaris,progrederis animo,quum appetis, fugis animo, quũ metuis.Et Rupertus in commentarijs:Videt(inquit)lupum venientem,& dimittit oues,& fu git.Non arguitur mercenarius quod furatus sit,mactauerit,aut perdiderit, quia videlicet, quũ non educat oues in saltus alios,quam quos probauerunt pastores magni,& probati,neq; per dat oues venenatis falsæ doctrinæ pascuis,non satis legitime fur dici potest,& proinde nec oc casio est cur mactet.Nam interim oues non fugiunt ab eo,quippe qa nõ habent causam legi timã,cur non audiant vocẽ,vel cur necessario deuitent eius communionem,cur illi lac suum ad edendum,suamq; lanã denegent ad operiendũ.Sed vnde arguitur? Videt(inquit)lupũ venien tẽ,i.diabolum animabus insidiantẽ,easq; ad mortem æternã per diuersa scelera protrahentẽ, Videt(inquit)& fugit,id est,sub silentio se abscondit.Fugit,id est,verbum exhortationis sub trahit,ne si lupo resistat,temporale commodum(quod amat)amittat. Amant plerũq; oues su am pniciem,amant(inquã)& suis exitijs delectantur,suis periculis male blandis in flenti de mulcentur,nec recogitant,dulcedine vitiorum fallente,quantus eas interitus cõsequatur.Et ni si perire pmittantur,eiusmodi oues sunt,vt neq; ad mulctram pastoris venire, neq; tonsorem eundem iam velint subire,insuper & ipsum pastorem tumultuando,quantum possunt,corni bus,&lateribus audẽt impingere.Fugit ergo mercenarius taciturnus,ne pugnãdo pro ouib⁹, tẽporalis lucri detrimẽtũ patiatur.Et lupus rapit,& dispergit oues.Mercenarius aũt fugit,qa mercenarius est,& nõ pertinet ad eum de ouibus.Sola ergo causa fugiendi est,quia mercenari us est,quia mercedibus transitorijs inhiat,& dum illis contẽtus est,lupus rapit,& dispgit oues. Nec solummodo lupo veniẽte fugit,sed & quando,iuxta Ezechielẽ, collidũtur arietes,& hirci, dum lateribus,& humeris impingunt,& cornibus suis ventilãt omnia infirma pecora, donec dispergantur foras,fugit idem mercenarius abscondendo se,non iudicãs inter pecus,& pecus, aut certe nequius quod crassum est assumit,& quod debile est,proijcit,videlicet iustificãs impiũ pro muneribus,& iustitiã iusti auferens ab eo.Sane quum alibi dicat:Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam,tunc irreprehensibiliter pastor fugit, quando aperta persecutio ne furis hæretici,siue lupi diaboli, per gentilẽ potestatẽ malitiam suam exercentis, pastor ipse quæritur, vt oues eius præsidio destituatur.Quod Paul. Apost. non solum irreprehensibiliter, verumetiã laudabiliter fecisse legitur,quãdo Damasci præposito gentis Arethæ regis custodi ente ciuitatẽ,vt eum comprehenderent, a fratribus per murum summissus est in sporta,& sic effugit manus eius.Nõ enim fugit vt oues destitueret,sed vt ouiũ saluti seipsum reseruaret.Cæ terũ omnes q absq; eiusmodi causa fugiũt,q oues dimittũt,hic pastor,& episcopus animarũ no strarũ merito excludit a numero pastorũ.Quibus explosis iterũ dicit,Ego sũ pastor bon⁹&c.

Quid lutum mystice significet. Cap. LXVII.

QVid lutum mystice significet,diuus oftendit Greg.lib.Moral.xxix capite secundo expo nens illud Iob,Restituetur vt lutum signaculum:Quid aliud(inquit dominus) plebem Israeliticam,nisi lutum reperit,quam obsequijs gentilium deditam,in Aegypto semientem la teribus inuenit? Quam dum tot miraculis ad terram repromissionis duxit, dum perductam cognitionis suæ scientia impleuit, dum tot arcana secretorum ei per prophetiam contulit, qu id eam aliud quam seruandi mysterij signaculum fecit? Ipsa quippe diu in prophetia clausum continuit,quicquid de se veritas in fine reuelauit.Sed dum post tot diuina secreta, post tot per cepta miracula in redemptoris sui aduentu,plus terram, quam veritatem dilexit, per sacerdo tes dicens:Si dimittimus eum sic,omnes credent in eum,& venient Romani,& tollent nostrũ um locum,& gentem,quasi ad eos,quos in ægypto reliquerat,lateres redit,& quę facta iam dei signaculum fuerat, ad hoc se iterum quod deseruerat, inflexit, lutumque se post signaculum in oculis veritatis exhibuit, quum per impietatis malitiam accepti verbi mysteria perdidit,

& sola terrena sapere,quæ inquinant,elegit.Et infrà:Hi qui nunc uidentur in Ecclesię si nu signaculum,tunc ante oculos omnium restituentur, ut lutum,id est nequaquam iudi cia hominum de professione religionis fallunt,sed qp terrena sapiant,demonstrãtur.So let enim scriptura sacra pro fide appellare signaculum,pro iniquitate lutum. Nam filius iunior,qui consumpta substantia ad patrem redijt, in munere anulum accepit. Gentilis Luc. 15 c enim populus,qui immortalitate perdita, ad deum pœnitendo reuertitur,per fidei signa Cant. 8 b culum munitur. Vnde & à sponso suo Ecclesię dicitur:Pone me ut signaculum super cor tuum. Idcirco nanq; signaculum rebus ponitur,ne qua diripientium pręsumptione tene rentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in cu stodiam nostræ cogitationis imprimitur,ut ille infidelis seruus, nimirum noster aduer sarius,quum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non pręsumat.Per lu tum uero,quia terrena contagia demõstrantur,attestatur Psalmista,qui ait:Eduxisti me Psalm. 39 a de lacu miserię,& de luto fæcis. Quia igitur multi in terrenis contagijs inuenti,perducti ad Ecclesiam,cœlestis fidei sacramento signantur,& tamen ab iniquis operibus non re cedunt,seq; nunc fidei uelamine contegunt,sed quum tempus inuenerint,quid sint,uera citer ostendunt,recte dicitur: Restituetur ut lutum signaculum. Quos enim nunc fideles credimus,ipsos tunc fidei hostes inueniemus,& quamuis appareant non tentati signacu lum,erunt proculdubio tentati lutum. Vnde & recte dicitur:Restituetur,quia qualis eo rum conscientia esse ante fidem potuit,tales eos postmodum reproba uita conuincit. Et capite 5.Restituetur ut lutum signaculum &c. Hominẽ quippe dominus,quem ad suam similitudinem condidit,quasi quoddam suæ potentiæ signaculum fecit,quod tamẽ,ut lu tum restituetur,quia licet æterna supplicia per cõuersionem fugiat, in ultione tamẽ per petratæ superbiæ carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, & mẽtis acce pta ratione,similitudine diuinæ imaginis decoratus, elatione cordis intumescẽs,q de in simis formatus esset,oblitus est. Vnde mira conditoris iustitia actum est,ut quia per sen sum intumuit,quem rationabilẽ accepit,rursus terra per mortem fieret, quam esse se cõ fiderare humiliter noluit,& quia peccando dei similitudinem perdidit, moriẽdo uero ad limi sui materiam redijt,recte dicitur:Restituetur ut lutum signaculũ. Et quia de corpo re,dum spiritus uocatur,quodam quasi inuolucro suę carnis exuitur,apte de eodem luto subiungitur:Et stabit sicut uestimentũ. Et libro 34.Moralium,capite 8.Luti quoq; no mine in sacro eloquio aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando sordidum sapiens iniqua doctrina, aliquando desiderij carnalis illecebræ designantur. Per lutum quippe terrenarum rerum multiplicitas figuratur, sicut per Abacuc prophetam dicitur: Abac. 2 b Væ ei qui multiplicat non sua. Vsquequo aggrauat contra se densum lutũ? Denso enim se luto aggrauat,qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui se oppressione coan gustat.Rursum luti nomine, doctrina sordidũ sapiens designatur,sicut per eundem pro phetam domino dicitur: Viam fecisti in mari equis tuis,in luto aquarum multarum.Ac si diceret:Aperuisti iter prædicatoribus tuis, inter doctrinas huius seculi sordida,& terre na sapientes. Per lutum quoque desiderium sordidæ uoluptatis exprimitur,sicut Psalmi sta deprecans,ait:Eripe me de luto,ut non inhæream. Luto quippe inhęrere,est sordidis desiderijs concupiscẽtiæ carnalis inquinari.Hoc ergo loco aurum claritas sanctitatis ac cipitur,lutum uero uel terrenarũ rerum auaritiam,uel prauarum contagia doctrinarum uel sordes carnalium uoluptatum nil obstat intelligi. Quia enim multos Leuiathã iste, Abac. 3 c qui intra sanctã Ecclesiam fulgore iustitiæ resplendere uidebãtur,tunc uel terrenarũ re rum cõcupiscentia,uel errantis doctrinę contagio, uel carnalibus sibi uoluptatibus sub icit,aurum sibi proculdubio, quasi lutum sternit. Aurum enim quasi lutum sternere,est Psalm. 68 d in quibusdam uitę munditiam per illicita desideria conculcare, ut hi etiam sordidis eius uestigijs seruiant,qui cõtra illum prius uirtutũ splẽdore rutilabãt. Antiquus itaq; hostis alios tunc sub specie sanctitatis illudit, alios autẽ per fœda uitia uitæ carnalis intercipit. Sed tunc per hæc aperte grassabitur,nunc autem multorũ cordibus occulte dominatur, sicut Paulus Apostolus dicit, Vt reueletur suo tẽpore,nam mysteriũ iam operatur iniqui 2. Thes. 2 b tatis. Toties igitur etiam nunc aurum sibi quasi lutum subijcit,quoties castitatẽ fidelium

Universidad de Deusto
Biblioteca

per carnis uitia sternit. Toties aurum uelut lutum calcat,quoties sensum continentium per immunda desideria dissipat. Quod tunc tanto uehementius peragit, quanto suæ pernes callidas,siue tunc per damnatum illum,quem replet hominẽ, uel solis sibi radios, id rum,quod prauis eius persuasionib⁹,quasi lutum sterni potuerit, aurum ante dei oculos tatem ante oculos hominum uidentur amittere,sed eam ante oculos dei nũquam habuerunt. Sæpe nanq; homo multis occulte peccatis inuoluitur,& in una aliqua uirtute magnus uidetur. Quæ ipsa quoq; uirtus inanescens deficit,quia dum innotescit hominibus proculdubio laudatur,eiusq; laus inhianter appetitur. Vnde fit, ut & ipsa uirtus ante dei oculos uirtus non sit,dum abscõdit,quod displicet,prodit,quod placet. Quæ itaque esse merita apud deum possunt,quando & mala occulta sunt,& bona publica? Plerunq; eñ, sicut diximus,latet superbia,& castitas innotescit,atq; ideo ostensa diu castitas circa uitę finem perditur,quia cooperta superbia,usq; ad finẽ incorrecta retinetur. Alius eleemosynis uacat,propria distribuit,sed tamen multis iniustitijs seruit,uel fortasse linguam in detractionibus exercet. Et fit plerũq;,ut is,qui misericors fuerat,iuxta uitæ suæ terminũ, rapacitatis,& crudelitatis stimulis inardescat. Quod ualde iusto iudicio agitur,ut & perdat ante homines,unde hominibus placuit,qui hoc unde deo displicuit, corrigere nunq; curauit. Alius patientiæ studet,sed dum inuidere alijs,&seruare in corde malitiam nõ cauet,fit quandoq; impatiens,qui diu latuit dolens. Qui itaq; & per aliquid aurum sunt,& per aliquid lutum sunt. Atq; hoc aurum quasi lutum sternitur,quando occultis peccatis exigentibus,etiam uirtus,quæ publice claruerat,dissipatur.

INCIPIT LIBER DECIMVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid maceria mystice significet. Cap. I.

Cant.2 d



Vid maceria mystice significet,diuus Gregorius, exponẽs illud Canticoꝝ,Surge amica mea,soror mea,& uenit colũba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ: Surgit (inquit) anima, quum à peccati perpetratione se erigit. Venit,quum per bona opera desiderij sancti passibus ad cœlestia tendit. Sancta etenim mens quum præteritæ uitæ turpitudines conspicit,quũ peccata sua enumerat,quæ fecit,mox secum in conscientia erubescit,& quæcũq; in mundo dilexerat,ad odium sibi transferens,fletibus se punit,& ipsa pœnitentia facta robustior,ab omni inquinatione etiam cogitationis exilit,& ab omni torpore negligentię se excutit,ut iam in infimis cogitationibus non iaceat,sed ad appetẽda inuisibilia per sancta desideria se extendat. Hęc itaq; mens surgit,&uenit,quia & à torporis infirmitate per compunctionem se erigit,& in sanctis studijs se exercens,ad æterna pedibus amoris currit. Per foramina autem petræ,uulnera manuum, & pedum Christi in cruce pendentis libenter intellexerim. Cauernam uero maceriæ,uulnus lateris, quod lancea factum est, eodem sensu dixerim. Et bene columba in foraminibus petræ,& in cauerna maceriæ esse dicitur,quia dum in crucis recordatione patientiam Christi imitatur,dum ipsa uulnera propter exemplũ ad memoriam reducit, quasi colũba in foraminibus,sic simplex anima in uulneribus nutrimentum,quo cõualescat,inuenit. Possunt tamẽ per foramina petræ,incarnatiõis Christi sacramẽta signari,& per cauernam maceriæ ipsa protectio Angelicæ custodię figurari. In qua custodia,quum anima ponitur, bene ei à sponso dicitur:

Psalm.79 b Ostende mihi faciẽ tuam &c̃. Et diuus August. enarrans Psalmũ 79.& exponens illum uersiculum,Vt quid destruxisti maceriam eius? Maceria (inquit) eius, est munitio eius. Extitit

Extitit enim superba aduersus plantatorem suum,sed seruos ad se missos, & petẽtes mercedem coloni flagellauerunt,ceciderunt,& occiderunt. Venit & unicus filius,& dixerũt: Hic est hæres,uenite occidamus eum,& nostra erit hæreditas. Occiderunt, & extra uineam proiecerũt. Proiectus magis possidet,unde proiectus est. Sic enim ꝙ minatur per Esaiam:Destruam maceriam eius. Expectaui enim, ut faceret uuam, fecit autem spinas. Matt.21 d Esa.5 d Expectaui inde fructum,& inueni peccatum. Expectaui,ut faceret iudicium, & fecit iniquitatem. Non erat destruenda maceria eius? Et uenerunt gentes, destructa maceria, inuasa est uinea,ac deletum regnum Iudæorum. Et Cassiodorus:Istius uineæ, quæ à Iudaico populo ducit originem,miratur cur fuerit euersa munitio, hoc est, domini subtracta defensio. Maceria est enim de solis lapidibus cõstructa custodia,quæ solet uineas desensabiliter circuire. Et merito tali uerbo in superiore translatione permansit. Et uindemiant eam &c̃. Vindemiant dicit,diripiunt,atque conculcant quod à transeuntibus fieri solet,qui prædicandi studio labores auferre nitũtur alienos. Vnde & per Esaiam dicitur: Destruam maceriam eius,& erit in direptionem,& destruam parietem eius,& erit in cõculcationem. Scriptum quoq; est in libro Geneseos,Dixitq; mulier: Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam uocauit nomen eius Phares & cæ. Tempus,uel dies partus,hoc tempꝰ acceptabile,& hic dies salutis est,ab hora passionis Christi,cuius amaritudo,id est,mors,omnem hominem,tam Iudæum, quàm Græcum ad æternam uitam parturiuit. Nam isti sunt duo gemini,qui in utero Thamar repetti sunt discordantes, & quasi de priuilegio nascendi contendentes, quos Apostolus exæquare, & ad pacis concordiam formare cupiens exterret minis, mulcet promissis:Ira(inquit)& indignatio,tribulatio,& angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci.Gloria autem, & honor. Et post:Omni operanti bonum,Iudæo primum,& Græco.Non est enim personarum acceptio apud deum &c.In ipsa(inquit)effusione infantis unum,unus protulit manum. Vnus ille,qui primo manum protulit,Iudæus est,q primus legem accepit,& cui primum oportebat loqui uerbũ dei. At ille repulit illud, & indignum se iudicauit æternæ uitę. Manum ergo coccino ligatam cito retraxit,id est conscientiam Christi sanguine pollutam auertit:Alter protinus egressus est,Græcus,id est,gentilis populus ad lucem uenit,& Deo natus est. Quare (inquit)diuisa est ,ppter te maceria? Hoc profecto à semetipso non dixit,sed uerũ prophetauit,quod nũc palàm factũ est,quia uidelicet cæcitas ex parte contigit in Israel,donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Hæc interruptio Israel,diuisio maceriæ est,quam & significat nomen Phares,interpretatur enim diuisio. Alterum appellauit Zara. Quo nomine pellenda de signatur cæcitas,quæ contigit in Israel,ut post præsentem infidelitatis noctem,ueram uideat lucem, respiciens ad orientem. Zara nanq; interpretatur oriens.

Rom.2 d Act.13 g Rom.11 c

Quid malleus,malusq; arbor,mystice significent. Cap. II.

QVid malleus mystice significet,diuus ostendit Gregorius lib. Moral. 34. cap. 6. exponens illud Iob,Quasi stipulam æstimabit malleũ:In scriptura sacra mallei nomine aliquando diabolus designatur,per quem nunc delinquentiũ culpæ feriuntur. Alias uero percussio cœlestis accipitur,qua uel electi supernos ictus sentiunt, ut à prauis itineribus corrigantur,uel iusta ira reprobos percutit,ut iam supplicia æterna præueniens,quid etiam in posterum mereantur,ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur,testatur propheta,quum super eum uim extremi iudicij contemplatur,dicens:Quomodo confractus est,& contritus malleus uniuersæ terræ? Ac si dicer: Eum per quem uascula sua dominus in ministerij usum formando percutit,quis perpetidat quo turbine ueniente extremo iudicio in ęterna damnatione confringit? Rursus per malleum percussio cœlestis exprimitur,quod Salomone templum ædificante signatur,quum dicitur:Domus autem,quum ædificaretur,lapidibus dolatis,atq; perfectis ædificata est,& malleus,& securis,& omne ferramentum non sunt audita in domo, quum ædificaretur. Quid enim domus illa,nisi sanctam Ecclesiam,quam in cœlestibus domus inhabitat,figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ,quasi quidam expoliti lapides,deferuntur. Qui quum ædificantur in cœlis,nullus illic iam disciplinæ mali-

Iob 41 d Hier.50 d 3.Reg.6 g

Universidad de Deusto
Biblioteca

leus resonat,quia dolati,atq; perfecti,illuc lapides ducimur, ut locis iuxta meritum con-
gruis disponamur.Hic enim foris tundimur,ut illuc sine reprehensione ueniamus. Hic
malleus,hic securis,hic omnia tunsionum resonant ferramenta.In domo autem dei nul
li ictus audiuntur,quia in æterna patria omnis iam percussionum strepitus conticescit.
Nequaquam ibi malleus percutit,quia nulla animaduersio affligit.Nequaquam securis
incidit,quia receptos interius nulla foras seueritatis sententia projcit.Nequaquam fer-
ramenta perstrepunt,quia nec quælibet minima ultra iam flagella sentiuntur. Quia er-
go per malleum desuper uenientem cœlestis pondus percussionis exprimitur,quid est q
Leuiathan iste malleum despicit,nisi quod supernæ animaduersionis ictus formidare cõ
temnit?Et quasi stipulam malleum deputat,quia ad iustæ iræ se pondera uelut cõtra ter
Hiere.23 f rores leuissimos parat.Et Diuus Hieronymus exponens illud Hieremiæ, Nunquid non
uerba mea sunt quasi ignis,dicit dominus,& quasi malleus conterens petram?Meus (in
quit) sermo nunciat futura supplicia,ut deterreat homines à peccando,& paleis peccato-
rum comminatur incendium,ut hæreticorum corda dura,instar silicis indomabilia, fer-
monis sui malleo conterantur,auferẽs cor lapideum,ut ponat pro eo cor carneum,mol-
Ezec.11 d le uidelicet,& quod possit dei susci pere & sentire præcepta.Pro malleo Ixx. securim inter
Matt.3 c pretati sunt,illam uidelicet,de qua Baptista Ioannes loquitur:Iam securis ad radices ar-
borum posita est.Hæc securis infructuosas succidit arbores,& hic malleus conteritdurif
Nahum 1 b simos lapides.Vnde & Nahum Propheta loquitur: Furor eius consumet principatus,&
petræ conterentur ab eo.Hoc contra hæreticos.Cæterum de Ecclesiafiticis uiris scriptum
3.Reg.6 a est,quod malleus & securis non sint audita in domo domini.Et diuus Gregorius expos
Iob 41 c nẽs illud Iob,Cor eius indurabitur quasi lapis,& stringetur quasi malleatoris incus: Cor
(inquit) antiqui hostis,ut lapis indurabitur,quia nulla unquam conuersionis pœnitẽtia
mollietur.Qui,quia solis ictibus æternę ultiõis aptabitur,recte protinus subinfertur,Et
stringetur &c.Incudẽ quippe malleator solis aptam pcussionibus figit. Ad hoc nãq; ins
cus statuitur,ut crebris ictibus feriatur.Leuiathan ergo ut malleatoris incus stringitur,
quia inferni uinculis coartabitur,ut æterni supplicij continua percussione tundatur.Qui
modo quoq; percutitur,dum iusti quicq; illo in insidijs uigilante,sed doloribus tabescens
te saluantur.In incude autem alia uasa formantur,ipsa uero tot percussionibus in uas as
liud non transfertur.Recte ergo Leuiathan iste incudi comparatus est,qa nos illo perse-
quente componimur,ipse autem,& semper percutitur, & in uas utile nunquã mutatur.

Quid autem malus arbor,significet,require in dictione, Lignum,cap.42. & 43. Ille
Cant.2 b lud autem Canticorum,Fulcite me floribus,stipate me malis, expositum est in dictione,
Cant.7 c Flos.Et diuus Gregorius exponens illud Canticorum, Et odor oris tui sicut malorum,
Mala(inquit)punica de quibus superius dictum est,hic rememorantur, quorum odori
odor oris sponsæ bene satis assimilatur.Per mala autem punica,martyres designari supe
rius diximus.Per os autem sponsæ hic debere intelligi eius prædicationẽ putamus. Quę
dum uirtutes martyrum prædicat,dum ad eorum similitudinem animos audientium in-
stigat,dum in unius prędicatione fidei,multas uirtutes esse manifestat,quid aliud,quàm
malorum odorem in ore portat? Quia & ruborem corticis in martyrio ostendit, quod
prædicat,& in uirtutibus multitudinem granorum sub eadem fide,quasi sub eodem cor-
Cant.8 b tice,demonstrat.Et infrà capite octauo,Sub arbore malo suscitauit te: Quid per arborẽ
malum,nisi sancta crux designatur?Quæ malum illud sustinuit,de quo eadem sponsa in
superioribus dicit:Sicut malum inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sed
sponsam suam Christus sub arbore malo suscitauit, quia in cruce positus, subditam sibi
Cant.2 a Ecclesiam ad uitam uocauit,ut à somno mortis resurgeret,& cum illo se crucifigens, ad
nouam resurrectionem properaret.Vnde & Apostolus cuiuis animæ mortuæ dicit:Sur-
Ephes.5 d ge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Christ⁹.Et quibusdam,qui iam sur-
Col.3 a rexerant alibi dicit:Si consurrexistis cum Christo,quæ sursum sunt,quærite. Sed quia in
fidelitas Synagogæ Christum crucifixit,ideo sequitur:Ibi corrupta est mater tua.

Quid malumpunicum,& malumgranatum mystice significent, Caput III.

QVid malumpunicum mystice significet,dictum est in dictione,Fragmen.Illud autẽ
Canticorum,Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorũ fru Cant.4 d
ctibus,diuus Gregorius hoc modo exponit: Quid emittit sancta Ecclesia,nisi cum san-
ctis operibus sancta uerba,quibus filios gignit,& nutrit? Quorũ dum alios usq; ad mar
tyrium perducit,alios in sancta conuersatione erudit,hos sanguine martyrũ rubentes ad
æternam patriam transmittit,illos uero in sanctis operibus uiuentes,proximis in exem-
plum sanctitatis tradit,quid aliud,quàm malapunica,& pomorum fructus emittit? Ma
lapunica enim sub rubeo cortice multitudinem granoꝝ continent. Fructus uero pomo-
rum in se refectionis dulcedinem habent.Sic sic martyres dum sub igne tribulationis la-
borant,dum pro Christo exterius sanguinem fundere non dubitant,multitudinem uir-
tutum interius sibi congregant in mente.Sancti etiam quicq;,qui in pace Ecclesiæ uiuũt,
fructus pomorum gerunt,quia dum sancta opera faciunt,proximis exempla tribuunt,
quorum exhibitione se qui uolunt,reficiunt. Quotquot enim sunt in Ecclesia sancti, siue
igne passionis ardeant,siue in pace Ecclesiæ quiescentes,succrescãt, sanctarum uirtutum
odorem,tanquam paradisum suauitatis,& delitiarũ construere in se,dum uiuũt,non ces- Cant.6 b
sant.Illud autem Canticorũ,Sicut cortex malipunici &c. require in dictione,Cortex. Et
rursum scriptum est:Et inspicerem,si floruissent uineæ,& germinassent malapunicæ: Vi-
neæ (inquit) florent,quando in Ecclesia filij recenter in fide generantur,& ad sanctã con
uersationem,quasi ad fructus soliditatem præparantur. Malapunica germinant,quãdo
perfecti quiq; per exempla sua proximos ædificant,& in nouitatem sanctæ conuersatio
nis per prædicationem, & bonorum operum ostensionem inuitant. Illud quippe ma-
lumpunicum,uidelicet Apostolus Paulus,germinauerat,qui dicebat:Filioli mei quos i-
terum parturio,donec formetur Christus in uobis.Sic etenim in sancta Ecclesia agitur, Galat.4 c
ut per bonos mali conuertantur,per perfectos imperfecti nutriãtur,donec & ipsi ad per-
fectionem ueniant,& infirmos quosq;,sicut ipsi perducti sunt,ad meliora perducãt. Hoc
Christus Ecclesiæ sponsus uisitando perficit,respiciendo corpus sanctum coniungit, qa
ideo corpus infirmitatis assumpsisse cognoscitur, ut in corpus suæ claritatis, tota simul
Ecclesia transformetur.Vnde beatus Paulus ait:Qui reformabit corpus humilitatis no Philip.3 d
stræ configuratum corpori claritatis suæ.Hæc omnia in fine mundi synagoga tandem
excitata percipiet,& se tandiu hæc ignorasse reprehendet.Illud autem Canticorũ,Si flo- Cant.7 d.
ruerunt malapunica,require in dictione,Flos.Et rursum scriptum est:Apprehendam te Cant.8 a
& ducã in domũ matris meæ,& in cubiculũ genitricis meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi
poculũ ex uino conditũ,& mustũ malogranatorũ meorũ: Apprehensum in domũ ma
tris suæ ducit,quia Synagogæ in fine mundi Christũ in quem credit,prædicabit,dumq;
per prædicationem Ecclesiæ susceptus fuerit,ibi Ecclesiã docebit, quia se doceri gaudebit,
quando synagogam iam idem corpus factam erudiri secum uidebit. Poculum ex uino
conditum Ecclesia dabit,quia ipsi Synagogę nouum testamentum cum ueteri prædica-
bit,& quasi uino poculum condiet,quia dulcedinem Euangelij testimonijs legis,quæ a-
spera est,ut robustius teneatur,cinget.Mustum uero malogranatorum suorum tribuet,
quia fortium uirorum,qui unitatem Ecclesiæ etiam in martyrio tenuerunt,exempla ap-
ponet,ut ad eorum similitudinẽ synagoga inardescat & Antichristi persecutionibus,mar
tyrum præcedentium exemplis roborata,non succumbat. Quum enim fortium pugna-
rum uictorias audierit,ad eorum imitationem pugnam subire non dubitabit. Et Am-
bro.lib.3.Hexameron,cap.13.Plerunq;(inquit)cito florent malagranata, & fructum
afferre non possunt,nisi congruis peritorum remedijs excolantur,plerunq; succus uane-
scit interior,& foris species eius pulchra prętenditur. Quę non immerito cõparatur Ec-
clesię,ut habes in Canticis ad Ecclesiam dictum:Vt cortex malipunici genę tuę.Et infrà: Cãt.4 a e b
Si floret uitis,floruerunt malagranata. Ecclesia enim bonum fidei fulgorẽ confessionis, Cant.7 d
quæ prętendit,tot martyrum sanguine speciosa,&(quod est amplius) Christi cruore do-
cta,simul plurimos intra se fructus usus istius pomi sub una munitiõe conseruãs,& uir-
tutum negotia multa cõplectens.Sapiẽs enim spiritu,celat negotia.Et in oratione fune-
bri de obitu Valentiniani imperatoris,exponens illud Canticorũ,Vt corium malorum- Cãt.6 b 4 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

granatorum genæ tuæ: Istę sunt (inquit) genæ, in quibus solet nitere uerecundia, pulchri
tudo fulgere, in qbus aut flos iuuentæ, aut perfectę ætatis insigne est. In obitu igitur fide-
lium imperatoꝝ quidam fidei pudor, quędam Ecclesię uerecũdia est, & in tam immatu-
ra morte piorum principũ, omnis Ecclesię mœstior pulchritudo est. Plorat Ecclesia in sa-
pientibus suis, q uelut caput Ecclesiæ sunt. Oculi enim sapientis in capite eius. Plorat in
Eccls.2 b oculis, hoc est, in suis fidelibus, quia scriptũ est: Oculi tui sicut columbæ extra taciturnita-
Cant.4 a tem tuam, eo ꝙ & uideant spiritualiter, & nouerint ea quæ uiderint tacere mysteria. Plo
Psal.132 a rat in sacerdotibus suis, qui sunt sicut genæ Ecclesiæ, in qbus est barba Aarõ, hoc est, bata-
ba sacerdotalis, in quam de capite descendit unguentũ. Isti sunt in quibus est pulchritu-
do Ecclesiæ, in quibus flos eius gratior, in quibus ætas perfectior, qui uelut cortices malo
rumpunicorum decorem floris præferant, abstinentia corporali, intus autem cõmissam
sibi plebem diuersæ ætatis, & sexus, foueant sapientia spirituali. Obiecti quidem seculo
ad iniurias, sed interna mysteria diuidentes. Plorat in uirginibus suis, quę sunt sicut liliũ
myrrha plena, candorẽ integritatis, & mortificatæ corporalis illecebrę gloriam præferẽ
Thren.1 b tes. In his ergo flet sicut scriptũ est: Viæ Sion lugent, sacerdotes eius ingemiscũt, uirgines
eius abductæ, & ipsa indignatur intra se. Et intra se quidẽ indignatur. Ad Valentinianũ
Cant.3 a autem dicit: Assumam te, & ducam te in domum matris meæ, & in secretum eius, quę cõ
cepit me. Potum tibi dabo à uino operosi unguẽti, hoc est multi operis, multi odoris un-
guenti, à fluxu malorum granatorum meorum, ut bibat unum, quod lætificat cor homi
nis, & defluat in eum malorum granatorum fluxus, in quibus multus, & diuersus est fru
ctus. Sermo enim multorum sensuum, & de diuersis scripturis abundans, sermo Angelo-
rum, sermo Apostolorum, ac prophetarum, quos uno uelut corio Ecclesia sancta cõples
ditur, malorum fluxus est granatorum. De malo granato quid Aggeus ꝓpheta scribat,
require in dictione, Ficus. Diuus autem Gregorius in secunda parte Pastoralis, capite 4.
hoc pacto scribit: Quum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelę studio es
loquatur, attendat, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris uulnere audientium
corda feriantur. Et quum fortasse sapiens uideri desiderat, unitatis compagem infipiẽter
absindat. Hinc nãq; ueritas dicit: Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos. Per sal
Marc.9 g quippe uerbi sapientia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur, magnopere metue
at, ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere, q
oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis ueste iuxta diuinam uocem
tintinabulis malapunica coniunguntur. Quid enim per malapunica, nisi fidei unitas de-
Rom.12 a signatur? Nam sicut in malopunico uno exterius cortice multa intecius grana muniun-
Exod.39 c tur, sic innumeros sanctæ Ecclesiæ populos unitas fidei cõtegit, quos intus diuersitas me
ritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc quod iam præmisi
mus per semetipsam ueritas discipulis clamat: Habete sal in uobis, & pacem habete inter
uos. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Malapunica tintinabulis iungite, ut per
omne quod dicitis, unitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Et diuus Hieronymus in
Zach.12 d Zachariam, exponens illud Zachariæ, In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sic
cut planctus Adadrimon in campo Mageddon &c. pro quo lxx. habent. In die &c. sicut
planctus maligranati, quod in campo succiditur, hoc pacto scribit: Iuxta lxx. ἐπὶ appel-
latur, non una arbor malorum granatorum, id est malipunici, sed locus his arboribus cõ
situs, de quo iuxta intelligentiam spiritualem sponsus dicit in Cantico Canticorum: De
Cant.6 d scendi ut uiderem in genimine torrentis, si floruisset uinea, si floruissent malipunici. De-
scendit enim saluator ad torrentem huius seculi, & turbidas aquas, de quibus & in typo
eius Helias bibisse describitur, ut post flores uineæ, & malipunici fructum utrunq; sulci
peret, & inebrians Ecclesiam suam, audiret ab ea: Potabis me de uino unguentarn, de ui-
no malorum granatorum meorum. Huiuscemodi potio non solum æstus stomachi fu-
gat, sed & corruptum uẽt em sanare dicitur, & reliquis prodesse uisceribus. Nihil hoc po
mo pulchrius, in rubore Ecclesiæ significat uerecundiam, in granorum ordine gradus, &
membra totius corporis per singula officia distributa.

Quid mamma, siue mamilla mystice significet. Cap. IIII. Quid

QVid mamma, siue mamilla mystice significet, diuus insinuat Gregorius, exponens
illud Canticoꝝ, Quàm pulchræ sunt mãmæ tuę soror mea sponsa: Quid per mã-
mas conueniẽtius in hoc loco, quàm ipsa dilectio dei, & proximi (de qua & superius dixi
mus) intelligitur? Per quas mẽs sancta omnes sensus suos suaui dilectione nutrit, dũ deo
suo charitatis tenacitate cõglutinatur, & proximis si quid utilitatis habet, quomodolibet
libẽter (alias quãdo licet) impẽdit. & Gillebert⁹ sermone 31. super Cãtica hoc pacto scri
bit: Quàm pulchrę sunt (inquit) mãmæ tuę soror mea sponsa: Non est simpliciter, & sine
expressione laus tanta profusa, sed ipse pronunciationis modus admirationẽ, & oblecta-
tionem proferentis demonstrat. Quæ tamẽ est huius ordinis ratio? Cur post oculum, &
crinem statim ad mãmas sermonẽ deflectit? Aut cur in illis unitas cõmendatur, in his cõ
mendatur pluralitas? Mihi quidẽ in capitulo superiori, mẽtis quidẽ, & cogitationũ excef
sus ad deum uidetur innui, sobrietas uero, & temperãtia ad paruulos in isto. Ibi unum ne
cessarium est, hic solicitudo, & sermo doctrinæ partiendus in plura. Ibi intemperãtia fer
uidi amoris collecta in unum, & constricta, & penetrans ipsum dilecti pectus fauciat, hic
temperata doctrina, & fermo sobrius, lacteo quodã poru paruulos satiat. Vides quomo
do nihil medium relinquit in laude sponsæ, sed cum Paulo, aut mẽte excedit deo, aut con
descendit nobis. Charitas enim (inquit) urget nos. Ad quid urget nos? Nunquid ad excef 2. Cor.5 e
sum? Non utiq; ad excessum, sed utiq; ad condescensum, Res illa est uoti, hæc obsequij. Ibidem.
Illic intemperantis affectus sumus, hic contemperantis. Bonus ordo plane haurire ibi, &
hic exhauriri. Primo ibi infundi, postea hic infundere, inebriari ibi, & hic inebriare. Bos
na uicissitudo talis, si tamen modo talis. Ordinatione tua dñe hæc uicissitudo perseue-
rat, uicissitudo contemplationis, & consolationis. An non beatus cui omnia uitæ momẽ
ta in hoc decurrunt, ut uel Christo uulnera charitatis infigat, uel pietatis ubera porrigat
subditis? Ego si quando, si tamen aliquando inebriatus ab ubertate domus tuæ domine
diuina ubera inde reportare uideor, tot uarijs, & tam molestijs exiccãtur negocijs incur-
rentibus, ut mox arentia reddantur, quę prius eruditionis, & gratiarum ubertim lacte ro
rabant. Felix quidem qui sancti interpellatione aliqua talia in se continuat studia, ut uel
ipsum (ac si ita dicam) sapientiæ cor, & secretarium penetret, aut ubera inde referat uolu
ptatis illius ubertate referta. Spõsa plane est, quæ nouit huiusmodi uariare uices. Ideo in
laude ipsius post contemplationis excessum, de cõsolationis, & doctrinæ uberibus sermo
fluatim contexitur. Quàm pulchræ sunt mãmæ tuę, purus oculus, & pulchræ mãmæ. Ille
sponso, & filijs sponsi. Ille ideo unus dicitur, hic plures, quia uaria debet esse uberum tem
peratura, pro fugentium qualitate diuersa. Vide quomodo Paulus ludæis factus est ludę
us, & his qui sine lege erant, quasi & ipse sine lege esset, infirmus infirmis. Nõne uelut tot 1. Cor. 9 d
applicat discipulis ubera, qui in se tot transformat genera? Quid aliud molitus est tem-
peratura tam multiplici, nisi ut leniter, & lactis more teneris auditorũ eius doctrina in-
flueret animis? Tot uidetur abũdare mãmis, quot modis arte ingeniosa capacitati se in-
firmorum coaptabat. Factus sum (inquit) in medio uestri tanquam paruulus in medio 1. Thes. 2 b
paruulorum, quomodo si nutrix foueat filios. Et si uultis duas uobis mammas materne
pietatis assigno, imo idem ipse Paulus assignat, quũ dicit, quia pietas ad omnia utilis est, 1. Tim. 4 c
promissionem habens uitæ, quę nunc est, & futuræ. His uberibus geminis erga subditos
abundare debet, qui doctoris, & patris in ecclesia locum occupat, his muniri mammis à
dextris, & à sinistris, ut qui ei commissi sunt, potentur à lacte, & satientur ab uberibus cõ-
solationis eius. Harum alteram reputat sinistram, alteram dexteram. Sinistrã in tẽpora-
libus subsidijs, dexterã in spirituali consolatione. Qui miseretur, in hilaritate, qui tribuit Rom. 12 b
in simplicitate, qui iuxta Apostolorum principem gregi commisso prouidet, nõ coacte, 1. Pet. 5. a
sed spontanee, mammam hic sinistram exhibet, & Ecclesiæ promittitur in prophetia Esa Esaiæ 66 c
iæ, quod regum mamilla lactabitur. Mamilla (inquit) & non mamillis, eo quod re- Prou. 3 a
gũ est temporalibus præcipue bonis Ecclesiam fouere, hæc enim sinistra eius est, in qua 1. Thes. 5 e
sunt diuitiæ, & gloria. Quadextera quidẽ mamilla sic nos Paulus informat: Cõsolamini 2. Cor. 2 b
(inquit) pusillanimes, & consolamini eum, qui huiusmodi est, ne abundãtiore tristitia ab
sorbeatur. Itẽ: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et (ut ita Galat. 6 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicam) sunt qui finistram tantum mammam ex officio habent, sicut hi, (quos supra dixi-
mus) reges, & principes. Et sunt quibus ex officij sui iure pendet dexteram maxime præ-
bere mamillam, sicut sacerdotes domini, & doctores, quorum labia custodiunt scientiam,
Mala.1 b & lex domini requirenda est ab eis. Hi enim magis à subditis plebibus carnalia metunt,
quibus spiritualia seminant. Qui uero possessionibus cunctis renunciant, qui rebus tem-
poralibus uale dicunt, se, suaq; omnia monasterio tradentes, & ex toto in ius abbatis trã
seunt, nullam sibi sui curam relinquentes, de cætero tales utiq; gemino consolationis la-
ctandi sunt ubere. Ideo neutro hoc carere debent qui talibus præsunt, ne mutilum, & uc
lut detruncatum uideantur pectus gestare, una deformiter mamilla contentum. Qui ue
ro utroque destituuntur, locum hunc in Ecclesia, & sibi damnosi tenent, & quantum ad
Thren.4 a. alios periculose, ne forte lingua lactentis adhæreat palato, dum arentia sunt ubera ma-
tris. Peregrina est plane hęc laus ab illis, in præsentia facta ad spõsam. Et Rupertus in cõ
mentarijs: Quàm pulchræ sunt mammę tuę soror mea sponsa: Amici auscultant hæc, &
intelligunt me hoc dicere, hoc admirari, quia mater, & uirgo es, & hunc esse fructum u-
nius oculorum tuorum, & unius crinis colli tui, quod quum te reputares indignam uiro,
facta es digna deo, quum te indignam iudicares facere semen in Israel, facta es digna ha-
cere salutem in Israel, quum indignam te reputares lactare filium hominem, digna ha-
bita es mammis pulchris, uberibus pulcherrimis, mammis uirgineis, uberibus intactis,
lactare filium deum, & hominem. Hęc auscultãtes, toties de mammis, & uberibus tuis, &
de cæteris instrumentis tuę pulchritudinis, de oculis, de capillis, de dentibus, & labijs, tot
uoces dilecti gratulantis non fastidiunt, quoniam amici sunt, imo gaudio gaudent pro-
Psal.103 d pter uocem sponsi lætantis, iuxta illud: Lætabitur dominus in operibus suis. Voces istę,
uoces lætitię nostrę sunt, lætitię patris, & filij, & spiritus sancti in istis operibus nostris, in
Cant.4 b mammis, siue uberibus tuis, semel duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, quod
Cant.4 c iam supradictum est, & nunc iterum: Quàm pulchræ sunt mammę tuę soror mea spon-
Gene.1 d. sa, ac tertio, Pulchriora sunt ubera tua uino. Hæc enim egregia sunt opera trinitatis, hęc
gratiora, ualdeq; pulchriora primis operibus illius dicentis: Faciamus hominem ad ima-
ginem, & similitudinem nostram, plasmantis de terra Adam, & fabricantis de costa eius
Euam. Nunquid enim non ualde pulchrius est, sicut nunc, de utero mulieris absque uiro
uirum facere, quàm tunc de costa uiri mulierem fecisse? Illic nanq; de uiro mulier facta
est, quę perdat, hic de muliere uir factus est, qui perdita saluet, propter quod & factus est.
Pulchritudo eius operis iucundius spectatur in mammis, siue uberibus tuis, quando iam
peracta est species tantæ pulchritudinis, quando iam natus lactor mammis tuis, mam-
mis fœmineis, uberibus uirgineis.

Cap. V

Quid manna mystice significet.

Exod.16 a QVid mãna mystice significet, insinuat Origenes homilia septima super Exodũ, Di-
xit dñs ad Moysen: Ecce ego pluam uobis panes de cœlo, & exibit populus, & colli
get unius diei in diem, ut tentem illos, si ambulent in lege, an nõ. Et erit, In die sexto para
bunt quicunq; intulerint, & erit duplum quodcunq; intulerint quotidiauum in die: Ego
quidem super hac scriptura uelim prius, cum ludæis habere sermonẽ, quibus credita dis-
cuntur eloquia dei, quid illis uideatur de eo quod dixit: Sex diebus cõtinuis colligetis, die
autem sexto duplum colligetis. Apparet autem sextam diem nominari illam, quæ ante
sabbatũ ponitur, quę apud nos parasceue appellatur. Sabbatum autem, septima dies est.
Quæro ergo qua die cœperit mãna cœlitus dari, & uolo cõparare dominicam nostram
cum sabbato ludæorũ. Ex diuinis nanq; scripturis apparet, q̃ in die dominica primo in
terris datum est manna. Si enim (ut scriptura dicit) sex diebus continuis collectum est, se
ptima autem die, quæ est sabbati, cessatum est, sine dubio initium eius à die prima, quę est
dies dominica, fuit. Quod si ex diuinis scripturis hoc constat, q̃ die dominica deus pluit
manna de cœlo, & in sabbato non pluit, intelligant ludæi iam tunc prælatam esse domi
nicam nostram ludaico sabbato, iam tunc indicatũ, q̃ in sabbato ipsorum gratia dei ad
eos de cœlo nullo descenderit, panis cœlestis, qui est sermo dei, ad eos nullus uenerit. Di-
cit enim & alibi propheta: Diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe,
sine

sine propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote. In nostra enim dominica die sem Osee.3 b
per dñs pluit mãna de cœlo. Sed & hodie ego dico, quia pluit dñs manna de cœlo. Cœle
stia nãq; sunt eloquia ista, quæ nobis lecta sunt, & à deo descẽderunt uerba, quę nobis re
citata sunt, & ideo nos felices, qui tale mãna suscepimus. Sẽper manna nobis datur de cœ
lo. illi infelices dolẽt, & suspirãt, & se miseros dicũt, qa mãna, sicut acceperũt patres ipso-
rum ipsi nõ merẽtur accipere. Illi nunquã mãna manducãt, Non enim possunt illud mã- Exod.16 c
ducare, quod est minutũ sicut semẽ coriãdri, & candidum sicut pruina. Nihil enim in uer
bo dei minutum, nihil subtile, nihil sentiũt spirituale, sed torum pingue, totum crassum.
Incrassatũ est enim cor populi illius. Sed & interpretatio nominis hoc idem sonat. Man Esaiæ.9 c
na enim interpretatur. Quid est hoc? Vide si nõ ipsa nominis uirtus ad discendũ reprouo Exod.16 d.
cat, & quũ audis legem dei recitari, inquiras semper, & interroges, & dicas doctoribus.
Quid est hoc? Hoc eñ est quod indicat mãna. Tu ergo si uis mãducare mãna, id est, si cu-
pis suscipere uerbum dei, scito illud minutũ esse, & ualde subtile, sicut semẽ coriandri. Ha
bet enim aliquid in se holeris, quo nutrire, & recreare possit infirmos, quia qui infirmus Roma.14 a
est holera manducat, habet aliquid rigoris, & ideo ut pruina est. Candoris autem, & dul
cedinis habet plurimũ. Quid enim candidius? Quid splẽdidius eruditione diuina? Quid
dulcius, quidue suauius eloquijs domini, quæ sunt super mel, & fauũ? Sed quid est quod Psal.118 e
dicit, ut in die sexto duplum colligatur in repromissione, quantum sufficiat etiam sabba
to? Hoc secundum nostram intelligentiã non ociosi, nec securi præterire, uel trãsire debe
mus. Sextus dies, est hæc in qua nũc sumus uita. In sex enim diebus dñs fecit hunc mun- Exod.20 b
dum. Hac ergo die tantum reponere, & recondere debemus, quantum sufficiat & in futu
ro die. Si quid enim hic boni operis acquiras, si quid iustitiæ, misericordiæ, & pietatis re- † Alijs,
condas, hoc tibi in futuro seculo erit cibus. Nunquid nõ ita in Euangelio legimus, quia mnas.
qui acquisiuit hic decem talenta, ibi accepit decem ciuitates, & qui acquisiuit quatuor, ac Luce.19 c
cepit quatuor ciuitates? Hoc est & quod per aliam figuram Apostolus dicit: Quod enim Gal.6 b
seminauerit homo, hoc & metet. Quid ergo agim⁹ nos, q amamus illud recõdere, quod
corrumpatur, non quod permaneat, & perduret in crastinum? Diuites huius seculi, ea re
condunt, quæ in hoc seculo, imo cum seculo corrumpuntur. Si qua autem bona opera
recondunt, illa permanent usq; in crastinum. Denique sic scriptum est, quod qui infideles Exodi.16 c
fuerunt, seruauerunt (inquit) de manna, & ebullierunt ex eo uermes, & computruit. Illud
autem quod pro die sabbati reponebatur, non est corruptum, neque uermes ebullierunt
in eo, sed permanet integrum. Et tu ergo si propter præsentem uitam tantũmodo, & pro
pter amorẽ seculi thesaurizes, continuo uermes ebulliunt. Quomodo uermes ebulliunt?
Audi de peccatoribus, & ijs qui præsens seculum diligunt, quæ sit prophetæ sententia: Esa.65 c
Vermis enim (inquit) eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Isti sunt uer
mes, quos generat auaritia, isti sunt uermes, quos generat diuitiarum cæca cupiditas his,
qui habent pecunias, & uidentes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis uiscera sua.
Propterea & Apostolus dicit: Diuitibus autem huius seculi præcipe non superbe sapere, 1. Tim.6 d
neq; sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, com
municent, & thesaurizent sibi ueram uitam. Sed dicit aliquis: Si manna uerbum dei esse
dicis, quomodo uermes facit? Nec aliunde fiunt uermes in nobis, nisi ex uerbo dei. Sic e- Ioan.15 d
nim dicit ipse: Nisi uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Post susce-
ptum ergo uerbum dei si quis peccet, efficitur ei ipsum uerbũ uermis, qui eius semper cõ-
sentiam fodiat, & arcana pectoris eius rodat. Et diuus Gregorius lib. Moral. 6. cap. 7.
Per doctrinam (inquit) sacri eloquij, dum superbo humilitas tribuitur, timido confidẽtia
præbetur, luxuriosus per castitatis studia ab immũditia tergitur, auarus per cõtinentiam
ab ambitionis æstu temperatur, remissus zeli rectitudine erigitur, iracundus à præcipita
tionis suæ excitatione refrænatur, uniuersa deus aquis irrigat, quia uim sui sermonis in
singulis iuxta morum diuersitatem format, ut hoc in eius eloquio quisque inueniat,
per quod uirtutis necessariæ germen ferat. Vnde per quendam sapientem de mannæ Sapie. 16
dulcedine dicitur: Paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamen
tum in se habẽtem, atq; omnis saporis suauitatem. Manna quippe omne delectamentũ,
atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; omnis saporis suauitatem in se habuit,quod uidelicet in ore spiritalium iuxta uolũ
tatẽ edentium saporẽ dedit, quia diuinus sermo, & omnibus cõgruens,& à semetipso nõ
discrepans,qualitati audientium condescendit,quẽ dum electus quisq; utiliter,iuxta mo
dum suum intelligit,quasi acceptũ manna in uoluntarium saporem uertit. Et libro 20.
cap. 16. Cessationem(inquit)dñs à mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinẽ
persuadet,& tamẽ uæsana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter, quàm tene
re blanda spiritaliter gaudet,plus acerbitate fatigationis, quàm quietis dulcedine pasci
Exod. 16 a tur. Quod aperte in semetipso nobis Israeliticus populus ostendit,qui dum refectionem
Num. 11 a mannæ desuper perciperet,ab Aegypto ollas carnium,pepones,porros,cæpasq; concu
piuit. Quid enim signatur in manna,nisi esca gratiç suaue sapiens, ad refectionem interi
oris uitę.bene uacantibus desuper data?Et quid per ollas carnium,nisi carnalia opera ui
tæ,in tribulationem laboribus, quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones,nisi terres
næ dulcedines? Quid per porros,ac cæpas exprimitur, quæ plerunque qui comedunt la
chrymas emittunt,nisi difficultas uitæ præsentis,quę à dilectoribus suis,& non sine luctu
agitur, & tamen cum lachrymis amatur? Manna igitur deserentes, cum peponibus, ac
carnibus,porros,cæpasq; quęfierunt,quia uidelicet peruersæ mentes dulcia per gratiam
quietis dona despiciunt,& pro carnalibus uoluptatibus laboriosa huius uitæ itinera etiã
am lachrymis plena concupiscunt, contemnunt habere ubi spiritaliter gaudeant, desides
ranter appetunt, ubi & carnaliter gemant. Et lib.27. cap. 17. Dulcis(inquit)cibus,qui
de supernis accipitur, Mãhu uocatur. Manhu enim dicitur,quid est hoc? Et quid est hoc
dicimus, quando hoc, quod cernimus, nescientes admiramur. Supernum igitur manna
anima percipit, quum per uocem compunctionis eleuata, nouam speciem internæ refec
tionis obstupescit, ut diuina dulcedine repleta,iure respondeat, quid hoc est?quia dum
ab infima cogitatione suspenditur,ea quæ de supernis conspicit,insolite miratur.

De eodem manna,ex Ambrosio. Cap. VI.

Diuus autem Ambrosius in epistola ad Irenæum: Quæris(inquit)à me cur dñs deus
manna pluerit populo patrũ,&nunc nõ pluat. Si cognoscis,pluit,& quotidie pluit
de cœlo manna seruientibus sibi. Et corporeum quidẽ illud mãna hodie plerisq; in locis
inuenitur,sed nunc nõ est tãti res miraculi,quia uenit quod perfectum est. Perfectũ autẽ
Ioan.6 e panis de cœlo,corpus ex uirgine,de quo satis Euãgeliũ te docet. Quanto præstãtiora hęc
superioribus?Illud enim mãna,hoc est panẽ illum qui mãducauerunt,mortui sunt:hunc
autem panem,qui manducauerit, uiuet in æternũ. Sed est spirituale mãna,hoc est pluuia
spiritualis sapientiæ,quæ ingeniosis,& quærentibus de cœlo infunditur,& irrorat men
tes priorum,& obdulcat fauces eorum. Qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapiẽ
tię,delectatur,nec alium cibum requirit,nec in solo pane uiuit,sed in oñi uerbo dei. Qui
curiosior fuerit, quærit quid sit istud, quod melle dulcius fit. Respondet illi minister dei:
Matt.4 a Hic est panis,quem dedit tibi deus mãducare. Qui sit iste panis,audi:Sermo(inquit)quẽ
Deut.8 a ordinauit deus. Hæc ergo ordinatio dei,hæc alimonia alit animã sapientis,& illuminat,
atq; obdulcat,resplendens ueritatis coruisco,& mulcens,tanquam fauo quodam,diuersa
rum uirtutum suauitate,& sermone sapientiæ. Faui enim mellis, fermones sunt boni,fa
Prou.16 d cut scriptum est in Prouerbijs.Cur autem minutum fit,causam accipe. Quia &granum
Lucæ 13 d sinapis minutum est,quod comparatur regno cœlorum, & fides quæ sicut granum est su
napis,potest montes tollere,&iactare in mare.Et fermento simile est regnum cœlorum,
Exod.32 e quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus, donec fermentetur totum. Et Moyses
caput uituli aurei cõminuit sicut puluerẽ,& misit in aquã,&dedit populo bibere.Incrassa
Matt.24 d tum enim erat cor eorũ perfidię immanitate,ut emolliretur,& fidei sumeret subtilitatem.
Denicq illa mulier,quæ bene emoluerit, assumetur, ea autem,quæ male emoluerit,dere
linquetur. Emole ergo & tu fidem tuam,ut fis sicut illa anima,quæ Christi in se charitas
tem excitat, quam mirantur ascendentem uirtutes cœlorum, quod sine offensione ascen
dat, & ex hoc mundo ascendat cum lætitia, & iocunditate, sicut uitis propago, & sicut
fumus se ad superna subrigat fragrans odorem resurrectionis piæ,& suauitatem fidei,
Cant.4 c sicut habes scriptum: Quæ est hæc, qua ascendit à deserto, sicut uitis propago, fumo in
censa

censa,odorificata myrrha,& thure ab omnibus pulueribus unguenti?Pulchre subtilita
tem eius expressit pulueris comparatione,& unguẽti commemoratione,quia in Exodo Exod. 30 d
subtile legimus,& ex multis compositum thymiama, aliud esse incensum propheticum,
quod est sanctorum oratio,ut dirigatur in cõspectu domini,sicut & Dauid dicit:Dirigã Psal.140 a
tur oratio mea,sicut incensum in conspectu tuo. Deniq; Græcus κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς
θυμίαμα ἐνώπιόν σου, dixit. Et in Apocalypsi Ioannis legimus: Quia stetit Angelus ante alta Apoca.8 g
re,habẽs thuribulum aureũ, & data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorũ
omnium.Et ascendit(inquit)fumus thymiamatum orationum sanctorum de manu An
geli in cõspectu dei.Et umbilicus animæ,ac uẽter subtilis est illius,quæ ascendit ad Chri
stũ.Ideoq; laudatur uoce sponsæ dicentis:Vmbilicus tuus crater tornatilis,non deficiens Cant.7 d
musto,uenter tuus aceruus tritici minuti inter lilia. Est enim in omni doctrina tornatus,
& potus spiritalis non deficiens plenitudine, & cœlestium secretorum cognitione. Ven
ter quoq; animæ mysticus, sicut umbilicus, quo uentre non solum fortẽ cibũ sumit, quo
corda firmantur,sed etiã suauem,ac florulentum,quo delectantur.Et fortasse hoc docu Exod.32 g.
it Moyses multis orationibus,& pijs illud mitigandum sacrilegium.In libro quoque Re
gnorum,quum se dominus sancto reuelaret Helię,uox auræ tenuis præcessit,& statim se 3.Reg.19 b
ei dominus reuelauit,ut cognoscamus ea,quę corporea sunt,crassa esse,&pinguia,& quę
spiritalia,mollia,& subtilia, ut non possint comprehendi oculis. Deniq; & spiritus sapi Sap.7 c
entiæ subtilis, & mobilis legitur in libro sapientiæ. Quia est illa spiritus intelligentiæ,
sanctus,unicus,multiplex,subtilis,& mobilis, qui sermones suos molat prius,ne quid of
fendat uel in sensu, uel in eloquio. Deniq; illi Babyloni, quum destrueretur, dicitur, Et Hiere. 25 b
uox molæ non audietur in te amplius. Hoc igitur manna subtile erat,& ad diem collige Exod.16 c
batur, in diem alterum non seruabatur, eo quod inuenta sapientiæ in tempore sint gra
tiosa, nec tam miranda, quæ spacio temporis reperiuntur, quàm illa, quæ præsentis
sunduntur ingenij uiuacitate,siue quia futura reuelantur mysteria,eo q; seruatum man
na usq; ad solis exortum,esui iam esse non posset,id est, usq; ad Christi aduentum habe
re gratiam.Oriente autem iustitiæ sole,& splendidioribus Christi corporis,& sanguinis
sacramentis refulgentibus, cessarent inferiora,perfecta illa sumenda populo forent.

De eodẽ mãna,quod figura est Christi,& spiritalium eius gratiarũ. Cap. VII.

Diuus autem Cyrillus libro tertio in Ioannem,cap. 34. exponens illud Euangelicũ, Ioan.6 d
Amen,amẽ dico uobis, nõ Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat
uobis panem de cœlo uerum. Panis enim uerus,est qui de cœlo descẽdit,& dat uitam mũ
do. Non solum à falsa opinione,qua non ministrũ, sed autorem miraculorũ Mosen fu
isse putabant,illos remouet:uerumetiam miraculum illud Mosaicũ paruum,ac uere nul
lum cõparatione fuisse affirmat,uoceq; ita quasi clamitat magna. In paruis illis,ac tenu
issimis, o uos maiora latere non cogitates, liberalitatẽ, largitatemq; dñi parua nimium
mensura definitis.Panem enim cœlestem, manna ex imperitia nuncupatis,quo(quam
uis innumeræ pene gentes in orbe sint)solum tamen ludæorum genus, & breui tempo
re fuit enutritum,sic contractam misericordiam dei,ac exilem esse putatis,ut uni solum
modo ludæorum populo cœlestem panem largitus sit. Mãna uero figura quædam erat
uniuersalis dei liberalitatis,loco aræ hominibus concessa. Nunc uero quum figurarum
tam exactum sit tempus,& ueritas ianuis adsit,pater meus cœlestem uobis panẽ largitur,
qui per manna priscis temporibus obumbratur. Neminem enim uirum(alias uestrum)
errare uolo,non erat panis ille cœlestis,sed hic est, qui uniuersum terrarũ orbẽ potest nu
trire,& toti mundo uitam dono præbere. Accusat ergo ualde ludæos,quia ueritatẽ sper
nentes, figuris affixi sunt. Non enim illud uerum manna, & uerus cœlestis panis fuit,sed
ipse unigenitus filius, uerus panis est, qui quum sit ex substantia patris, naturaliter uita
est cuncta uiuificans. Vt enim panis hic terrestris facit, imbecillitatem carnis nostræ su
stinens,atq; conseruans, ita & ipse per spiritum sanctum, spiritum nostrum uiuificat, &
corpus ipsum à corruptione liberat. Verum quoniam mentionẽ de manna fecimus,non
est ab re,si locum de ipso scripturæ hic transcribamus,ac pauca &breuiter ad perfectam
huius loci expositionem altius explicemus. Sic enim plane uidebitur, quod uerum man
na Chri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.16 a na Christus est,qui per figuram mannæ priscis illis à deo patre dabatur. Quintodecimo
(inquit)die mensis secundi,postquã egressi sunt de terra Aegypti,murmurauit omnis cõ
gregatio filiorũ Israel contra Mosen,& Aarõ in solitudine, dixeruntq; ad eos filij Israel:
Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti,quando sedebamus super
ollas carnium,& comedebamꝰ panem in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud,
ut occideretis omnem multitudinẽ fame? Hæc historice ita patent,ut nulla explicatione
indigeant,quare spiritalẽ sensum rimemur. Quũ in Aegypto Hebræi habitarẽt,iussu dei
Exod. 12 solennitatẽ Christi celebrarunt. Cibo eñ agni,duram tyrãnidem,intolerabileq; seruitu
tis illius iugum excusserant. Rubrum deinde mare miraculose transierunt, fameq; in de
serto oppressi querebantur de Mose,& dei munerũ obliti,carnes Aegyptias, aliosq; ci
bos miro modo cupiebãt. Aegyptus igitur,tenebrosa quædam regio interpretatur, & p
conditione præsentis seculi,atq; statu(in quo magna profecto premimur seruitute)spiri
taliter capitur. Non eñ deo dediti sumus,sed immani tyranno, principi huius seculi ser
uimus,& quasi fœtulentum lutũ uoluptates carnis peruoluimus. Vnde nulla merces la
bori,sed supplicia,& labores retribuuntur. Sed si quãdo dei præceptorum nobis in men
tem recordatio uenerit,& huius seruitutis amaritudinẽ intellexerimus,tunc exitus cupi
ditate capti,ad Christũ libertatis initiũ,atq; ianuam uenimus. Huius sanguine atq; gra
tia tuti,turbationes huius seculi,quasi fluctus maris,effugimus,& integrã uiuendi ample
xi disciplinam,in deserto inanium cogitationum summa tranquillitate quiescimus,quã
tamen nonnunquam tentationes perturbant,& memoria uoluptatis exagitat, & sic cu
piditate uicti,non iure conquerimur,nec parta libertate contenti sumus. Nam quum in
fame quadã primarum delitiarum,& uoluptatum uersemur,& labores continentiæ hor
rescamus,priorem uitam rursus cõcupiscimus. Magnas enim profecto uires huius carnis
uoluptas possidet,quibus facile ab omni probitate mentes hominũ deijcit. Dixit autem
Psal.77 c dñs ad Mosen:Ecce ego pluam uobis panem de cœlo. Hoc est etiam quod in Psalmista ca
nitur:Panem de cœlo dedit eis,panem Angelorũ manducauit homo. Sed perspicuũ est
se arbitror,non alium panem,neq; aliud alimentũ,præter filium dei, rationalibus,intel
lectualibusq; substantijs propositum esse. Ipse igitur est manna uerum,ipse(inquam)est
panis de cœlo,q omni rationali creaturæ à deo patre præbetur. Ita gratia, & misericordia
dei,uel à cupiditate caducarũ rerum,uarijs,multisq; modis humanam solet reuocare na
turam. Nam quum ut magni ponderis lapis ad hæc instabilia carnis premat appetitus,
& tyrannice ad imperiũ suũ redigat,quasi fræno ad desideriũ rerũ meliorũ Christus nos
circunducit,& sanitate mentis donatos,in habitu uirtutis cõfirmat. Vides eñ etiam illos
nunc corporali cibo, & ociosa captos uita,ad desideriũ cœlestis panis, ad spiritale mãna,
ad spũs sancti consolationẽ,Christi doctrina reuocari. Propterea omni nos patientia mu
niamur,ne imbecillitate animi,quæ non licent appetamus,ut intellectuale manna Chri
stus dominus noster in sua nos pietate confirmet. Verum quoniam nõ ab re aliquantulũ
à proposito exisse uidemur,totum hunc locum(perutilis enim est)non grauabimur la
tius tractare. Quæret igitur quispiam,cuius rei gratia misericors deus non priusquã po
terent,illis prouidit,sed quum famescentes uideret,tardus ad patrocinium fuit? Aut qua
re sic conquestos non puniuit,quos tamen postea,quãdo similiter ægrotantes,panes,car
Num.11 g nes,aliosq; cibos desiderabant,Aegyptios supplicio persecutus est? Vnde,ut in Numeris
scribitur:Monumentũ cupiditatis,locus ille fuit appellatus ubi hac cupiditate superatos
sepelierunt. Ad primum igitur dicimus,cõuenienter petitionem,clamoremq; illorum ex
pectatum fuisse. Tunc enim gratissimum solet uideri beneficium,quãdo magno ardore
petitur,& imminẽte periculo,necessario expectatur,aliter animus hominis beneficij ma
gnitudinem nõ cognoscit. Sed nõ petitionem illam,clamorem potius, murmurationẽq;
ac iurgia fuisse contẽdes. Verum modesta per orationem petitio,perfectorum est, cui esc
quatur imbecilliũ,ac infirmorũ obiurgatio,& murmuratio. Nec molestie ullo modo fal
uator tulit. Nam quemadmodũ ploratu necessaria sibi alimẽta infantes flagitant,& hoc
modo mater ad fouendos filios suos prouocatur:sic cõquestuosus, obiurgationisq; ple
nus clamor ad deum,petitionis(si ab infirmis adhuc,& infantibus in habitu uirtutis sit)

locum

locum retinet. Quod autem,quamuis terrenis uiderit cupiditatibus superatos,non puni
uit tamen statim in initio,hæc(ut mihi quidem uidetur)causa est. Nam quoniam nuper
ab Aegypto effugerint,panemq; cœlestem,qui cor hominis corroborat,adhuc non rece- Psal. 103 b
perint,facilius poterant in cupiditates carnis incidere, propterea & uenia digni uisi sunt.
Postea uero quàm domino fruebantur,ut scribitur,tunc iure, quoniam corporalia spiri
tualibus præposuerunt, acerba dederunt supplicia, & ad supplicia insignem calamitatis
memoriam reliquerunt. Egrediatur populus,& colligat quæ sufficiunt per singulos di- Exod.16 a
es. Sensibile illud manna,intelligibile hoc figurabat. Est autem intelligibile mãna ipse
Christus,sensibile uero,rudior legis disciplina. Ad dies autem singulos colligebant,& in
crastinum reseruare uetabantur,quia saluatoris aduentu,figuræ legis cessarunt,& colli
gere inde alimenta non possumus, ipsa ueritate nobis,& pane cœlesti ad fruitionem pro
posito. Die autem sexto parent quod inferant,& sit duplum,quàm colligere solebãt per
singulos dies. Considera diligẽter,quia septima die sensibile mãna colligi noluit,sed pri
die collecto uti iussit. Septima enim dies,saluatoris tempora significat,in quibus sancti
ficati,sabbatismum peccatorum agere debemus,alimenta fidei ab ante collecta quoque
legis cognitione accipientes, non tamen necessario modo colligimus, qui uerum cibum
habemus:& panem de cœlo retinemus, duplici autem mensura ante septimã manna col
ligitur,quia tẽpore legis exacto,& septima,id est Christi aduentu incipiente,duplici qua
dam gratia,legali scilicet,& Euangelica,in fide homines roborantur, quod per parabo
lam dominus docuit: Omnis scriba(inquit)in regno cœlorum discipulus effectus, diuiti Matt.13 c
homini similis est,q ex thesauro suo noua,& uetera producit. Vetera eñ legalia sunt,no
ua uero Christi. Dixeruntq; Moses,& Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis,q̃ do Exod.16 b.
minus eduxit uos de terra Aegypti,& mane uidebitis gloriam domini,Dabit enim domi
nus uespere carnes edere,& mane panes in saturitate. Attende,distingueq; diligẽtius sin
gula. Nam coturnix legem quodãmodo denotabat, nunquam enim effertur uolatu,sed
prope terram semper hæc auis uolat. Nam & disciplina legis,terrestris quodãmodo est,
animalium oblationes,& purificationes Iudaicas continens, quibus illi nõ multum e ter
ra leuabãtur. Vespere autem traditur,uel quia magna obscuritate figuræ legis inuoluũ
tur,uel quia mundus tenebrarum effusione tenebatur,luce uera carens,quæ est Christus.
Ego(inquit)lux in hunc mũdum ueni. Cognituros autem ait,q̃ dominus eduxit eos ab Ioan.12 g
Aegypto,quia uniuersalis quædam,atq; confusior in Mosaicis libris salutis cognitio fo
lummodo est. Nondum enim aderat gratia,quod ipse significauit,dicẽs: Mane uidebitis
gloriam domini,dum det uobis panes in saturitate. Solutis enim nocturnis legis iam te
nebris,& sole nobis intelligibili orto,præsentis domini gloriã intuentes,copiosissime pa
nem cœlestẽ ipsum rursus Christũ assequimur. Factum est ergo uespere,& ascendens co
turnix,operuit castra,mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorũ,quumq; operuisset su Exod.16 c.
perficiem terræ, apparuit in solitudine album,ac minutum quasi coriandrũ. Considera
rursus spiritalium ordinẽ sensuũ. Nam de coturnice quidẽ dicitur, q̃ castra operuerit,de
mãna uero,quia cessante rore,mane de cœlo descendit per circuitũ castrorũ in facie de
si. Legalis enim disciplina, quã per coturnicẽ intelleximus,figuris, atq; umbris Iudæorũ
populum cõtegit. Latet enim(ut Paulus ait)uelũ in corde ipsorũ,& cæcitas ex parte,sed 2.Cor.3 d
posteaquã mane factum est,oriẽte iam sole uero, Euãgelica doctrina fulgẽte,quũ etiam
eos,id est rudis,& pruinosa mandatorũ legis obseruatio iaceat,atq; desinat(finis enim le Rom.12 a
gis,& prophetarũ Christus) tunc uerũ de cœlo descẽdit mãna, tunc Euangelica doctrina
ruilauit,nõ in Hebræorũ cõgregatione,atq; synagoga, sed per circuitũ castrorũ in facie
deserti,ac solitudinis,in omnibus uidelicet gentibus, in Ecclesia gẽtium,de qua dictũ est:
Quia multo plures sunt filij desertæ,quàm eius quæ habet uirũ. In omnem enim terram Esa.54 d
intellectualis mannæ gratia fusa est, quæ coriandro cõparatur, & minuta dicitur, quia
tenuis profecto est,& frigidior diuini sermonis uirtus,passionum ardores frigiditate sua
extinguẽs, frigidissima enim dicitur esse uis coriandri. Quod quum uidissent filij Israel, Exod.16 d
dixerunt ad inuicem: Quid est hoc? quum huius rei nullum haberẽt periculum,nouitate
rei perculsi,alter ab altero quid illud esset,petebat,& hinc nomen rei factum est. Manna

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim Syrorũ lingua, quid est hoc, significat. Vnde iudicio meo denotabat, ut re ipsa mo-
Exod.16 e do uidemus, non cognituros Christũ Iudæos. Dixitq; Moses ad eos: Nullus relinquat ex
eo in mane. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis usq; mane, & scatere
cœpit uermibus, & computruit, & iratus est contra eos Moses. Mane rursus in his splen-
didissima saluatoris aduentus tempora significat, quando umbra legis depulsa, & tene-
bris gentium illuminatis, unigenita lux spirituale nobis diluculum eluxit. Iussit autem
Moses manna illud nullo modo ad mane usq; relinquere, quia orto sole, umbracula le-
gis euanesc ũt, & ueritatis præsentia, figuræ omnino desinunt. Quare Paulus quoq; iusti
tiam legis, rutilante Christo, inutilẽ oſtẽdit, dicens de seipso: Per quem omniũ iacturam
Philip.3 b feci, omnium (inquit) quibus lex plurimũ iactabat. Duco enim (ait) omnia esse sterco ra,
dummodo Christum lucrer, & inueniar in eo non habẽs iustitiam legis, sed eam, quæ est
per fidem Iesu Christi. Nihil igitur Paulus ut sapiens, ad mane usq; conseruauit, qui au-
tem tunc sensibile illud manna conseruauerunt, hi Iudæorum incredulitatem figurabãt,
quibus non opportuna legis cõseruatio putredinem sane, ac uermes pariet, unde mœro-
Exod. 16 g re quoq; affectum, & ira cõcitatum Mosen legimus. Dixitq; Moses ad Aaron: Sume au-
reum uas unum, mitte ibi manna, quãtum potest capere gomor, & repone coram domi-
no ad seruandum illud. Ex admiratione iam exclamauerim: O profunditatem diuitia-
rum sapientiæ, ac cognitionis dei. Incomprehẽsibilis nempe in scripturis sapientia latet,
& magna profunditatis altitudo inuenitur. Consydera (oro) diligentius, quid in hac ulti
ma particula reconditum est. Nam quoniam uerum manna illo sensibili figuratus est
Christus, necessario nunc docet, qua gloria, & uirtute plenus est, qui Christum in seipso
recondit, qui Iesum in corde per ueritatem, ac fidem rectam fixum firmiter gerit. Audis e-
nim quomodo uas aureum per Aaron impletur manna, & coram deo ad perpetuam cõ
seruationem reponitur, Pia enim, sanctaq; anima, quæ Christi fidem concepit, quæ totũ
in seipsa cœlestem thesaurum condidit, preciosum, atq; aureum uas est, & à pontifice o-
mnium deo patri offeretur, seruabiturq; in conspectu eius in æternum. Merito igitur ina-
flatos Mosis doctrina Iudæos, putantesq; ab eo manna datum priscis fuisse, nec aliquid
ultra figuram intelligentes, Christus redarguit, dicens: Amen dico uobis, non Moses de-
dit uobis manna. Oportebat enim omnino illos ministrum solummodo fuisse Mosen
non ignorare, Res enim ipsa non potuit hominis opus esse. Dei ergo fuerat munus, quo
cœlestis panis non unius gentis, sed totius mundi uita significabatur.

De eodem manna, siue pane cœlesti. Cap. VIII.

Ioan.6 d Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Denudatur (inquit
idem Cyrillus) iam penitus (quãuis latere studuisset) animus Iudæorũ, patet etiam
non posse Christũ mentiri, Non enim quia signa uiderunt, sequuntur, sed quia usq; ad Sa-
Hiere. 5 e turitatem comederũt, de quorũ ignorãtia opportune dixerim: Ecce populus fatuus, atq;
uecors, oculi sunt ipsis, & non uident, aures sunt ipsis, & non audiũt. Nam & si multis ue-
bis à carnali sensu eos saluator remoueret, & si ad spiritalẽ mirabili sua doctrina cõtẽ-
plationem illos reuocaret, nihil tamẽ proficiunt, neq; à carnalibus ullo modo recedunt,
Philip.3 d quippe panem audientes, quo uita mundo datur, terrestrem intelligebant. Ventri ergo
Ioan.4 b quasi deo seruientes, merito audient, Quorum gloria in confusione ipsoꝝ. Similes enim
sunt Samaritanæ illi mulieri, quæ quum longam de intelligibili aqua Christi orationẽ
audisset, aperte dicentis: Qui bibit ex aqua hac iterum sitiet: quicunq; autem biberit ex hac
aqua, quã ego dabo, fiet in ipso fons salientis in uitam æternã, nihil tamẽ intelligens, ad
sensibilium memoriam aquarũ labebatur, dicens: Da mihi dñe hanc aquam, ne sitiam, &
Ibidem ne ueniã huc haurire. Sed illa & Samaritana, & mulier, quare nõ mirũ si tardior fuit ad isti
uero, & Iudæi, & uiri, nihil uirilis prudẽtiæ habẽt, sed uentris effœminãtur cupiditate, ue-
re de se dictũ esse oſtẽdentes: Stultus stulte loquetur, & cor eius uana intelliget. Dixit au-
Esa. 32 b tem eis Iesus: Ego sum panis uitæ. Quanquam solitus fuerit Christus ænigmatice quo-
dãmodo, nec aperte nimiũ mysteria exponere, ne res diuinę scelestis etiam hominibus in
derisionẽ paterẽt, nõnunquam tamẽ propter audientiũ imperitiam quũ nihil eos intelli-
gere uideat, omni ambiguitate sermonis remota, dilucide, ac breuiter totam mysterij uim
explicat

explicat, ut nulla excusatio non credentibus relinquatur. Quod autem obumbrato quo
dam, ac subobscuro plerunq; sermone uteretur, ipse docet in Psalmis, dicens: Aperiam in Psalm.77 a
parabolis os meum. Esaias quoq; hoc ipsum demonstrat, clamans: Ecce rex tuus iustus Esa.32 a
regnabit, & principes cum iudicio principabuntur, & erit homo occultans sermones su-
os. Illum enim regnaturum prænunciabat, qui dicit: Ego autẽ constitutus sum rex ab eo Psalm.2 b
super Sion montẽ sanctũ eius, prædicans præceptum dñi. Iudicio autem, id est rectitudi-
ne, principes, id est sancti discipuli omnia gubernaturi fuisse scribuntur, qui ad saluatorẽ
sermones suos celantem, accedebant sæpius, atq; dicebant: Expone nobis parabolã hanc Lucæ 8 b
Ipse quoq; causam adiecisse inuenitur, Vt uidentes non uideãt, & audientes non audiant, Mat. 13 e
neq; intelligant. Non enim erant digni, ac ideo iusta dei sententia electi sunt. Multis igi-
tur uerbis ultro, citroq; habitis, positq; illos nihil intelligere uidebat, apertissime iam, Ego Marc. 4 b
go (inquit) sum panis uitæ. O sola imperitia excellentes homines, quum de cœlo daturũ
se deus panẽ uobis dixerit, & tantã hãc rem pollicitus sit, non erubescitis de sensibili man
na ita hoc intelligere, ut ulterius progredi nolitis? Non sentitis, quia breue illud, & paruũ
tam uobis erat qui accepistis, quàm deo qui largitus est? Nolite igitur credere illum fuis-
se panem de cœlo: Ego enim sum panis uitæ, qui olim uobis figura solummodo datus,
nunc adsum omnem adimplens figuram. Sum autem panis uitæ, non corporalis, qui fa-
mi solum corporeæ remedium præstat, sed qui totum animal ad uitam æternam refor-
mem, & morte superius efficiam. His autem uerbis subostendit sanctissimi sui corporis ui
tam & gratiam, qua in nobis unigeniti proprietas, id est uita, & ingreditur, & permanet.
Illud etiam scire oportet, ꝙ quadraginta integris annis (Mose adhuc uiuente) manna ila Exodi. 16 g
lud sensibile Iudæis largiebatur à deo. Sed postquam Moses diem suum obijt, & ductor
populi Iosue factus est, Iordaneq; traiecto, lapideis circuncisi gladijs, pane nutriti sunt, nõ Iosue 5
amplius manna pluente deo. Hinc significatur, quia quum Moses naturæ concesserit, id
est, quando legalis cultus figurę ad exitũ uenerint, Christus uerus Iesus, atq; saluator, no Matt. 1 d
bis apparuit, qui saluũ fecit populum suũ de peccatis eorum. Et tunc nos Iordanem trã-
gressi, spiritalem circunciſionem doctrina duodecim lapidum, id est discipulorum Chri-
sti, accepimus. De quibus scriptum est, ꝙ lapides sancti uoluũtur in terra. Omnem enim Zach. 9 d
orbem terrarum peragrarũt illi, qui nos circuncisione, nõ manufacta, sed spiritali per spi Col. 2 b
ritum sanctũ circunciderunt. Quando igitur ad regnum cœlorum per Christum uocati su-
mus (non enim aliud significat Iudæorum in repromissionis terram ingressus) tunc & man
na sensibile desijt. Non eñ literali amplius legis sensu, sed cœlesti pane, id est, Christo, ad
uitam æternã nutritur, & morte destructa, dei participes, gratia sancti spũs, & communi
catione corporis dñi efficimur. Et infrà: Murmurabant ergo Iudæi de illo, qa dixisset: Ego
go sum panis, qui de cœlo descendi, & dicebant &c. Molestę ferunt rursus nihil intelligẽ Ioan. 6 e
tes. Solet enim quodammodo animus imperitorum in istis certi⁹ cognosci. Quũ enim rem
nõ intelligat, qua posset ad melius conuerti, ex impotẽtia in molestiã deducitur, quod il-
lis accidisse uidemus. Qua enim alia ratione ad murmuratiões depulsi sunt? Oportebat
certe magis, si quicquã intellexissent, ab ipsis rebus, & à signis ab eo patratis rimari, utrũ
mẽtiretur Christus, quũ se panem appellet, q de cœlo descẽdit, an uere id diceret, sic enim
recto iudicio ad inuentionẽ ueritatis deduci potuissent. Nunc uero nihil quærentes, fru-
stra solũmodo murmurãt, præsertim quum panem se uitæ, & quidẽ uerum Christus mo
do demonstrauerit. Qui eñ uenit ad me (inquit) non esuriet unquam. Nam q fide ad il-
lum ueniunt, nõ similiter ut illi, q sensibile manna comederunt, breuẽ, corporalemq; habe
bunt refectionem, sed perpetuos uitæ fructus adipiscẽtur. Falluntur ergo ualde Iudæi, ter
rena tantummodo respicientes, & hoc erat quod de ipsis canebatur, & canitur: Obscuren Psalm. 68
tur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semp incurua, ut propter arrogantiam, ac
inobedientiam suã, nullo modo ad cognitionem mysteriorum dei animũ erigentes, mali
male perdantur. Ego uero quæ apud Mosen scripta sunt, mente sæpe reuoluẽs, quasi pa-
ternam hæreditatẽ, murmurationẽ de rebus bonis ad Iudæos descendisse comperio, quã
semper in pernicioſum exitum deuenisse re ipsa cognoscere licet. Murmurabant illi ad-
uersus deum ex ingratitudine in deserto, murmurant & isti de Christo, & saluatorẽ suũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

inobedientia sua uituperant,sed draco uenenosus eos mordebit, semper enim in pernici
Ioan.6 e em inobediẽtia solet exire. Et infrà ait dñs:Ego sum panis uitæ. Patres uestri mãducaue
runt manna in deserto,&mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens,ut si quis ex ipso
Esa.65 a manducauerit,non moriatur. Liquido in istis uidere licet,quod ab Esaia prædictum est:
Apparui non quærentibus me, inuentus sum à non inuestigantibus me. Dixi: Ecce ecce
ego ad gentem,quæ non inuocabat nomen meum,expandi manus meas tota die ad po-
pulum incredulũ,& contradicentẽ. Omnibus enim orationis uelaminibus remotis,aper
te seipsum ostendit,dicens: Ego sum panis uitæ,ut discerent,si mortem effugere uellent,
necesse est in illo pane participare,qui mortem solus & interitũ potest destruere. Id enim
opus proprium uitæ est. Verum quoniã mãna de cœlo patribus suis pluisse contendẽtes,
panem uerũ qui de cœlo descendit,id est filium dei nõ susciebant, necessario figuræ ad
ueritatem collationẽ subiecit,ut hinc discant non illum,sed eum esse panem de cœlo,quẽ
periculo rerum ita iure & esse, & appellari percepimus. Nam uestri maiores (ait)quãuis
manna comedissent,naturæ tamen concesserunt,breue, corporaleq; alimentum inde cõ-
sequentes, quo nil aliud fiebat, nisi ne fame morerentur, quod certũ argumentũ est,nec
quaquam in immortalitatẽ transformatos fuisse, qui manna comederunt: contra uero
idipsum uestigium est, quod panis uitæ uere filius est, quia qui eo participant, à uinculis
mortis omnino liberantur. Imaginem autem, atque umbram panis ueri manna fuisse,
Psalm. 77 c & nobis in superioribus dictum est latius. Et Psalmista in spiritu clamat:Panem de cœ-
lo dedit eis,panem Angelorum manducauit homo. Videtur enim hæc de maioribus sus
is dixisse, uere autem non de illis, sed de nobis potius dicit:furoris enim penitus plenum
est,Angelos(qui natura incorporei sunt)rudiore uti alimento putare,patrocinioq; indi-
gere cibi, quemadmodum animata hæc & terrestria corpora. Patet enim, quia spiritus
sunt,naturaq; intellectus,spiritali quoq; illos,ac intellectuali frui alimento. Quomodo
igitur maiores ludæorum panem hunc Angelorum spiritualem comederunt? Conspi-
cuum igitur est,quoniam Christi,qui uniuersa continet, atq; nutrit,figura quædam erat
manna sensibile. Idcirco quod umbra ueritatis erat,ueritatis nomine in spiritu apellauit
& eo quod Angeli terrestri participare cibo nequeunt, uel noleutes ad ueritatem à figu-
ra impellit auditores,& ad Christum,qui etiam ipsorum Angelorum panis est,ænigma
tica oratione reducit. Mortui ergo sunt(inquit)qui mãna manducauerunt,quia nullam
inde uitæ perpetuæ uirtutem acceperunt. Non enim uiuificabat, sed famem solummo-
do corporalem remouebat, & figura erat ueritatis: qui uero panem uitæ suscipiunt im-
mortalitatem consequentur,& omnia interitus mala effugient,cum Christo æternaliter
uiuentes. Nihil autem uerbis nostris officit,nec idcirco mentiri uidebimur, quia fideles,
qui Christo participarunt, corpore moriuntur. Nam & si hac communi omnium mor-
Rom.8 c te cadere uideantur, uiuunt tamen deo, ut Paulus ait: Ego sum(inquit)panis uiuus, qui
de cœlo descendi,si quis manducauerit ex hoc pane,uiuet in æternum. Eadem ad uos dis-
Philip.3 a cere,Paulus ait,& uobis tutum,&mihi non molestum,ab ipsis,ut puto, Christi uerbis ita
perdoctus. Nam quemadmodum cruditati uulnerũ,non unum,sed uaria uicissim reme-
dia conferuntur, neq; semel,sed frequẽter appositis remedijs molliuntur:sic duro animo
uaria quædã,& frequens accõmodanda doctrina est,ut si prima parum profecerit,secun
da saltẽ,aut tertia, uel eisdẽ uerbis allata,permulcere, atq; attrahere possit. Quapropter
saluator uaria oratione,modo ænigmatice,atq; obscure,modo dilucide,atq; aperte eam
Mat.21 e dem rem ludæis proposuit, ut excusari nequeant, si refilierint, sed mali maleperdentur,
tanquam manu propria in animam suam gladium immittentes. Iterum igitur plane cla
mat:Ego sum panis,qui de cœlo descẽdi. Ille figura, imago,umbraq; solũmodo fuit. Au
diatis hoc dilucide dictum:Ego sum panis uiuus,si quis manducauerit ex hoc pane,uiuet
in æternũ. Non obdurescamus igitur,totiens à Christo ueritatem audientes. Non est enim
ambigendũ,quin summa supplicia subituri sint,qui sæpius hæc à Christo iterata non ca
piunt, propterea etiam de ludæis dicit: Si non uenissem, locutusq; ipsis essem, peccatum
non haberent, nunc autem non habent excusationem de peccato eorum. Nam qui nihil
Ioan.15 d audierũt, mitiorẽ forsan inueniẽt iudicẽ nihil se audisse cõtendentes, quãuis quoniã non

quæsiuerunt, relaturi rationẽ sint,qui autẽ sæpius eadem doctrina monẽtur, qui seipsos
sponte obdurant,maiore cruciatu uexabuntur, nihil habentes quo iudex placari possit.

De eodem manna,siue pane. Cap. IX.

ET panis quem ego dabo,caro mea est,quam ego dabo pro mundi uita. Morior(in-
quit)pro omnib⁹,ut per meipsum omnes uiuificẽ,& caro mea omniũ redẽptio fiat, Ioan.6 e
Morietur enim mors morte mea,& simul mecum natura hominũ resurget. Factus enim
homo sum ex semine Abrahã,ut in omnibus fratribus similis fim. Quod quũ recte intel
lexerit beatus ille Paulus,ait:Quia ergo pueri cõmunicauerunt carni,& sanguini,&simi Hebr.2 d
liter ille participauit eisdẽ,ut per mortẽ destrueret eum,qui habebat mortis imperium,id
est,diabolum. Nõ enim poterat mors aliter destrui,& mortis princeps deponi,nisi Chri-
stus se ipsum in redemptionẽ pro nobis tradidisset. Propterea in psalmis,immaculatam
quasi hostiã patri se offerens,ait:Sacrificiũ,& oblationẽ noluisti,aures autẽ perfecisti mi Psalm.39 b
hi,holocausta & pro peccato tibi non placuerũt,tunc dixi:Ecce uenio. In capite libri scri
ptum est de me,ut facerẽ uoluntatẽ tuam deus meus,uolui. Nam quoniã taurorũ,hirco-
rumq; sanguis, & iuuencarũ cinis ad peccatorũ ablutionẽ nõ sufficiebat,nec brutorũ un- Esa.53 b
quã animaliũ cædes potuit mortẽ deiicere,ipse Christus ipse (inquã)unus pœnas pro o- 1.Petr.2 d
mnibus luit. Liuore nãq; ipsi⁹ sanati sum⁹,& delicta nostra ipse corpe suo in lignũ tulit,
crucifixus autẽ pro omnibus,ut morte unius in ipso omnes uiuamus,Non enim fuit am
plius possibile à morte,atq; interitu uitã nostrã detineri. Quod autẽ pro uita mundi car- Ioan.17 b
nẽ suã obtulit,uerbis suis cognoscemus. Pater(inquit)sancte cõserua eos. Et rursus:Pro Ioan.17 e
eis ego sanctifico meipsum. Sanctificare autẽ seipsum dicit,nõ quia mundior ipse animo
fieret,ut nos,nec quia spiritu sancto participaret,qppe in quo spiritus naturaliter est,atq;
ideo sanctus semper est,sed quia se offert quasi hostiam immaculatã in odorẽ suauitatis,
sanctificare seipsum dicit. Sanctificabatur enim,id est, sanctũ secundũ legem appellaba-
tur,quod ad altare adducebatur. Dedit igitur pro uita omnium corpus suũ dñs,& per il-
lud rursus uitã in nobis immittit,& quomodo, dicã breuiter pro uiribus meis. Nam quũ
uiuificans dei filius in carne habitauerit,ad suũ bonũ eam,id est,ad uitã reformauit,& to-
tus(ut ita dicã)toti,ineffabili modo unionis cõiunctus, uiuificantẽ ipsam effecit,quia na-
tura uiuificans est,propterea participãtes hæc caro uiuificat, ejcit eñ mortẽ ab eis,& in-
ueritũ penitus expellit. Sed obijciet fortasse quispiã, ad dormientiũ excitationẽ mẽtis ocu-
lũ dirigẽs: Nõne q Christi etiã fidẽ nõ susceperũt,ac ipsius copris participes facti nõ sunt,
resurrectionis tẽpore reuiuiscẽt? Nõne uniuersum humanũ gen⁹, quod in mortẽ cecidit, Esaiæ 26 d
ad uitã recurret? Omnino futurũ respõdebimus: Resurgẽt enim mortui, propheta dixit,
& ad omnẽ naturã humanam resurrectionis Christi mysteriũ peruenire credimus, & in
ipso primo totũ humanũ genus ab interitu liberatũ dicimus. Omnes eñ resurgent pro- 1.Cor.15 e
pter eum,qui primus resurrexit,& omnes, ut homo,in seipso cõtinebat,& sicut in primo
homine omnes mortui sum⁹,sic rursus in eo, qui primogenitus propter nos,& mortuus
est,omnes reuiuiscẽt. Sed qui bona fecerũt,in resurrectionẽ uitę,ut scribitur:qui uero ma Ioan.5 e
la egerũt,in resurrectionẽ iudicij, morte autẽ ipsa ego puto acerbius,ad cruciat⁹ æternos
resurgere. Vitã igitnr proprie illã,quæ in Christo est,intelligere debemus,quæ beatitudi
ne cõtinetur ęterna,quã Euãgelista recte cognouit dicẽs: Qui credit in filiũ,habet uitam Ioan.3 d
eternã,qui autẽ incredulus est filio,nõ uidebit uitã, sed ira dei manebit super ipsum. Ec-
ce enim,ecce(inquam)nõ uisuros uitam incredulos affirmat, quãuis per resurrectionem
omnes reuiuemus,quare patet sanctis preparatam gloriosissimam uitam,sic à saluatore
appellatam fuisse, ad quam per participationẽ uiuificãtis carnis certe perueniemus. Ve-
rum quoniam sæpius se Christus panẽ appellauit, cõsideremus si hoc uocabulo uspiam
à scriptura nominetur. Scriptum est ergo in Numeris: Locutus est dominus ad Mosen, Num.15 c
dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quum ueneritis in terram, quam ego dabo
uobis,& comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias domino de pinsen
dis panibus uestris,sicut de area primitias sep arabitis, ita & de pulmentis dabitis primiti
as domino. Aenigmatice,atq; obscure nimium per figuram ista fiebant,quibus uelut de Colos.2 c
uero panis, id est, Christus obumbrabatur. Recordari eñ oportet,quod homo propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos factus,& ad similitudinẽ nostram,quasi primitiæ quædam, ac separatio nostræ mas
1.Cor.15 c sæ(ut scribitur)deo patri oblatus est, primogenitus ex mortuis factus,& primitiæ resurrectionis hominum,ad cœlum usque ascendentes. Cepit enim à nobis hominem,ut scribitur,quia semen Abrahæ apprehendit, oblatusq; est unus ex omnibus, ut omnes uiuifi
Matt.5 b caret,sicut ex area primus manipulus deo patri offerri solebat,& quemadmodum,quum ipse sit uera lux, hanc rem discipulis quoque gratia attribuit: Vos enim (inquit) estis lux mundi:sic quum ipse sit panis uiuus, qui omnia uiuificat, continetq; ut sint, similitudine,
Leui.24 a atq; umbra legali per duodecim panes sacrum Apostolorum præfigurauit consortium. Legitur enim in Leuitico:Et locutus est dominus ad Mosen,dicens:Præcipe filijs Israel, ut offerant tibi oleum de oliuis,purum,ac lucidum, ad concinnendas lucernas iugiter extra uelum testimonij in tabernaculo fœderis. Accipietis etiam similam,& coquetis ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram deo statuetis, & ponetis super eos thus lucidissimum,& fa
Iem, ut sint panes in monumentum oblationis domini. Lucernam igitur, quæ in sancto tabernaculo,& extra uelum posita,locum illuminabat,beatum esse Baptistam in superi
oribus diximus. Oleo autem purissimo ardere dicitur,illuminatione scilicet spiritus sancti. Extra uelum autem lucebat, quoniam doctrina eius, præparabat, non perficiebat,
Esa.40 a Præparate(inquit)uiam domini,& rectas facite semitas dei nostri. Non enim quæ intra uelum erant,id est reconditum Christi mysterium,aperte denudauit. Ego(inquit)bapti
Mat.3 c zo uos ad pœnitentiam in aqua,qui uero post me uenit, fortior quàm ego est,cuius ego calceamenta nequeo portare, ipse uos baptizabit in spiritu,& igne. Vides quomodo sim pliciore doctrina lucet, ad pœnitentiam uocans, & interiora uelaminis denudanda illi relinquens,qui spiritu,& igne baptizat. Sed hæc latius tunc diximus,quando ille præpos
Ioan.3 f situs locus erat:Ille erat lucerna ardens,& lucens. Nunc uero tetigimus,ut ordine à Ioanne,ad Apostolos descenderemus. Hac enim(ut ego arbitror)de causa, quum de lucerna scriptura dixerit,duodecim nobis contemplationes panum tradidit: Facietis(inquit)pa
nes duodecim, qui singuli habebunt duas decimas. Solet scriptura denarium numerum quasi plenum semper accipere. Numerorum enim omnium deinceps ordo, anfractum quendam,& reuolutionẽ denarij numeri continet. Duabus igitur decimis unumquemq; panum constare iubet, ut perfectionem duabus rebus eorum cõsideres, in actiua scilicet uirtute, atq; contemplatiua. Altrinsecus autem ponerẽ bipartitos iussit, ut stationem ipsam ostenderet, consueuisse nanq; discipulos credendum est in medio sui semper Christum habere,& quasi ad doctorem semper circunfundi. Vt autẽ discamus Christi eos o
2.Cor.2 d dorem factos,ac deo patri oblatos, ut Paulus ait,thus imponi super panes imperauit,sale autem spargi,quia ipsi sunt sal terræ. Die quoq; sabbati hæc offerri lex uoluit,quia ultimis seculis apparuerunt. Vltimus enim dies hebdomadę,sabbatum est. Nec̨ id solum, uerumetiam quia saluatoris aduentu spiritaliter sabbatizamus, ocium peccandi agentes,quo tempore sancti ad nos Apostoli missi sunt, quorum diuina scriptura ad uitam,& sanctificationem nos aluntidcirco die sabbati duodecim illos panes in altari, id est, in Ecclesia Christi ponere lex iubebat. Significatur enim sæpe à parte totum:ut panis igitur in lege saluator figurabatur, panes autem rursus etiam discipuli similitudine ipsius dicuntur. Panis enim uerus Christus est,similitudine autem ipsius, per gratiam etiam in discipulos, ac in discipulorum successores appellatio ista transit.

De eodem manna,siue pane. Cap. X.

LItigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem su
Ioan.6 f am dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus &c. Omnia plana,& recta illis sunt
Prouer.3 a qui cognitione(ut scribitur)inuenerunt:fatuis uero etiam facilima obscura uidẽtur. Prorsus enim auditor,ac sapiens,quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus,mentis ea thesauro statim commẽdauit:si qua uero ardua uidẽtur, sæpe,ac multum inuestigans, atq; interrogans,tandẽ assequitur,uenatrices apprime canes imitatus, quæ huc,atq; illuc per
Esa.21 c currunt feras quærentes. Sic affectum esse sapientem, propheticus quoque sermo denotat, dicens: Conquirens quære, & apud me habita. Quærendum enim ita semper est, ut

apud eum habitemus,& ad alienas sententias non deferamur. Sed non ita facit animus
malignus. Nam quæcunque non intelligit,statim tanquam friuola,falsaq; per arrogãtiam deijcit,nulli cedens,nec aliquid supra ipsum esse existimans,quales Iudæos fuisse cõperimus. Nam quum oporteret eos,qui diuinam uirtutem saluatoris,ac potestatem, signorum miraculo perceperunt,sermonem eius libenter susciperet: & si qua difficilia uidebantur,eorum solutionem quæreret: contrà omnino faciunt: Et quomodo potest hic carnem suam dare? De deo non sine magna impietate conclamant,nec in mentem uenit Lucæ 1 d
nihil esse impossibile apud Deum. Nam quum animales essent (ut ait Paulus) spiritalia 1.Cor.2 d
intelligere non poterãt. Sed fatuitas quædam tam magnum sibi uidetur mysterium: sed nos magnum(quæso)à peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem mysteriis adhibẽtes,nunquã in tam sublimibus rebus, illud quomodo, aut cogitemus, aut proferamus. Iudaicum enim hoc uerbũ est, & extremi supplicij causa. Ideo Nicodemus etiã
quum diceret: Quomodo hæc fieri possunt? merito audiuit: Tu es magister in Israel, & Ioan.3 c
hęc ignoras? Aliorum igitur(ut diximus)culpa perdocti,quum Deus operetur,non quę
ramus quomodo,sed operis sui uiam,atq; scientiam illi soli cõcedamus. Nam quemadmodum, quãuis nullus nouit quidnam secundum naturã deus sit,iustificatur tamen per
fidem,quum credat præmia illum redditurum quærentibus eum: sic &si operum eius rationem ignorat,quum tamen fide omnia illum posse non dubitet, non contẽnenda probitatis huius præmia consequetur. Ita profecto nos affici per prophetam Esaiam dominus ipse hortatur: Non enim sunt consilia mea(inquit)ut consilia uestra,nec sicut uiæ uestræ,uiæ meæ sunt,dicit dominus: sed sicut exaltatur cœlum à terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Qui autem sapientia à Esaiæ 55 d
uirtute & Deo excellit, quomodo nõ operabitur ita miraculose, ut operum suorũ ratio
mentem nostrã effugiat? Nonne uides quid sæpenumero mechanici faciũt? Incredibilia uidentur nobis nonnunquam enarrata:sed tamen quia similia ipsos feciss uidemus,posse peragi ab ipsis facile credimus. Quomodo igitur summis cruciatibus digni nõ erunt, qui rerum omniũ opificem Deũ ita contemnunt, ut quomodo in operibus suis dicere audeant,quem totius sapiẽtiæ largitorẽ esse non ignorãt: quem omnia posse scriptura nos docuit? Si uero tu o Iudæe, quomodo etiam nunc clamas: hanc tuam imperitiam ego
quoque secutus, libenter quomodo ex Aegypto exiuisti rogabo, quomodo in serpẽtem Mosaica fuit uirga conuersa,quomodo lepra manus affecta,uno momẽto temporis in pristinum statum restituta iterum fuit,quomodo in naturam sanguinis aquę transierũt, quomodo patres tui per media maria,ut per aridam effugerũt,quomodo per lignum amaritudo aquarũ in dulcedinem recidit,quomodo e lapide fontes aquæ fluebant, quomodo stetit Iordanis,quomodo solo clamore inexpugnabilis Hiericho cecidit. Innumerabilia sunt, in quibus si quomodo quæris,uniuersam euertere tibi scripturam necesse est,prophetarũ doctrinam,& ipsius Mosis scripta cõtemnere. Quare credidisse Christo potius uos oportuit,& si quid arduum uidebatur,ab eo humiliter petere, q̃ ueluti temulentos exclamare: Quomodo potest hic nobis suam carnem dare? Nonne uidetis, quia
quum hæc dicatis,statim cum ista uoce arrogantia magna significatur? Amen,amen,dico uobis,nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinẽ,non habebitis uitam in uobis. Misericors certe,ac mitis Christus est,ut à rebus ipsis uidere licet. Nõ enim aspere ad crudelitatẽ eorũ respondit,nec ullo modo cõtendit: sed uiuificantẽ huius mysterij cognitionẽ iterum,atq; iterũ in mentibus eorũ imprimere studet: & quomodo quidem carnẽ suam dabit ad manducandũ,nõ docet: quia intelligere illi non potuerũt: si magna uero bona,si cum fide mãducabunt,adipiscentur:id iterum atq; iterũ aperit, ut æternæ desiderio uitæ ad fidẽ compellãtur,per quã etiam doceri facilius poterunt. Sic etiam Esaias dixit:Si eñ(inqt)nõ credideritis,nec intelligetis. Oportebat igit fidei primo Esaiæ.7 b
radices in animo iacere,deinde illa quærere quæ hoi quærenda sunt. Illi uero,anteq̃ crederẽt,importune quærebãt. Hac igitur de causa dñs,quomodo id fieri possit non enodauit,sed fide id quærendum hortatur:sic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicens:Accipite,& manducate,hoc est corpus meum. Calicem etiam similiter circũtulit,di- Matt.26 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

cens:Bibite ex hoc omnes,hic est calix sanguinis mei,qui pro multis effundetur in remis
sionem peccatorum.Perspicis,quia fine fide quærentibus,mysterij modum nequaquam
explanauit,credentibus autem,etiam non quærentibus exposuit.Audiant hæc,qui ex ar
rogantia nondum Christi fidem susciperе uolunt:Nisi manducaueritis (inquit) carnem
filij hominis,& biberitis eius sanguinem,non habebitis uitam in uobis. Non enim pos-
Ioan. 6 f sunt cum sanctificatione beatæ uitæ fidei participes esse,qui per mysticam benedictionē
Iesum non susceperunt.Vita enim secundum naturam ille est, qui ex uiuo patre genitus
est,sed non minus corpus quoq; suum uiuificat.Coniunctum enim ineffabiliter est filio
dei,à quo uniuersa uiuificantur.Idcirco corpus suum dicitur,& unus cum eo est, Nempe
post incarnationem unus est,& unus manet atq; diuisione ulla, præterquam q; dei pa-
tris uerbum,& templum à uirgine sumptum,idem natura non sunt.Non enim est eiusdē
substantiæ uerbo dei homo assumptus,unus tamen cum illo est,coniunctione ineffabili.
Quoniam igitur saluatoris caro uerbo Dei,quod naturaliter uita est,coniuncta,uiuifica
effecta est:quando eam comedimus,tunc uitam habemus in nobis,illi coniuncti,quæ ui
ta effecta est. Hac de causa in exuscitādis mortuis non solummodo uerbo,atq; imperio,
ut Deus utebatur uerum etiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquam adhi-
bebat,ut re ipsa ostēderet,carnem quoq; suam, quoniam sibi cōiuncta est, uiuificam esse,
atq; fideles doceret suum,non alterius corpus esse. Nam quando synagogæ principis fi-
Iiolam suscitabat,manum eius apprehendit,ut scribitur,& erexit,dicēs:Puella, surge: ita
Matt.9 c ut Deus,& uerbo,& carnis suæ tactu eam excitauit,unam ab uno se Christo,Deo uidelic
cet,atq; homine operationem producens.Quando etiam in ciuitatem Nain uocatam,in
Lucæ.7 c grediebatur, & efferebatur unigenitus matris filius iam mortuus, tetigit corpus eius, di-
cens:Adolescens,tibi dico,surge.Non ergo uerbo solum semper(ut diximus) uerumetiā
am tactu mortuos excitabat,ut ostenderet corpus quoq; suum uiuificare posse. Quod si
solo tactu suo,corrupta redintegrantur:quomodo non uiuemus, qui carnē illā & gusta
mus,& manducamus? Reformabit enim omnino ad immotalitatem suam participes
sui.Nec uelis ludaice quomodo quærere,sed recordare, quamuis naturaliter aqua frigi-
dior fit, aduentu tamen ignis, frigiditatis suæ oblita æstuat.Hoc sane modo etiam nos,
quamuis propter naturam carnis corruptibiles simus, participatione tamen uitæ ab
imbecillitate nostra reuocati, ad proprietatem illius ad uitam reformamur. Oportuit
enim certe,ut non solum anima per spiritum sanctum in beatam uitam ascenderet:ues
rumetiam ut rude, atque terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu, & cibo ad imā
mortalitatem reduceretur. Nec putet ex tarditate mentis suæ ludæus inaudita nobis ex-
cogitata esse mysteria:Videbit enim,si attentius quærit, hoc ipsum à Mosi temporibus
per figuram semper factitatum fuisse. Quid enim maiores eorum ab ira Aegyptiorum
Exod. 12 d liberauit,quando mors in primogenita Aegypti sæuiebat? Nonne omnibus palam est,
quia diuina institutione perdocti, agni carnes manducarunt,& postes,atque superlimi-
naria sanguine perunxerunt, propterea ab eis mortem diuertisse? Pernicies nanque,id
est, carnis usus mors, aduersus genus humanum propter primi hominis transgressio-
Gene.3 d. nem furebat. Terra enim es, & in terram reuerteris, propter peccatum audiuimus. Ve-
rum quoniam per carnem suam Christus atrocē hunc euersurus erat tyrannū,propterea
id mysterium apud priscos obumbrabatur,& ouinis carnibus, atque sanguine sanctifi-
cati (deo ita uolente)perniciem effugiebant.cur igitur o ludæe turbaris, præfiguratā ue
ritatem iam uidens?Cur (inquam) turbaris,si Christus dicit:Nisi manducaueritis carnē
filij hominis,& biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis, quum oporte-
ret te Mosaicis legibus institutum,& priscis umbris ad credendum perdoctum,ad intelli
genda hæc mysteria paratissimum esse?

Cap. XI.

De eodem manna,siue pane,seu carne.

QVi manducat carnem meam,& bibit sanguinem meum,habet uitam æternam,&
Ioan.1 b ego resuscitabo eum in nouissimo die.Mire statim incipiens Euangelista clama
bit:Et uerbum caro factum est.Nō enim in ipsum uenisse,sed ut mirabilē unionem ostē
deret,carnem factum esse dicere non dubitauit. Nec tamen quoniam ita dictum est, aut

uerbum dei in naturam carnis mutatum,aut hominem in naturam uerbi transformatū
esse credimus.Manet enim inuiolata utraq; natura,& unus ex utrisq; Christus est. Sed
ineffabiliter,& ultra quàm possit mens humana intelligere,uerbum humanitati coniun
ctum,totam in seipsum,ita reduxit,ut indigentia uitæ possit uiuificare:sic interitū ab hu-
mana natura expulit,&mortē quę peccato plurimū poterat,destruxit. Quare qui carnē
Christi manducat,uitam habet æternam.Habet enim hæc caro dei uerbum,quod natu-
raliter uita est, propterea dicit: Quia ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ego enim Ioan. 6 b
(dixit,id est corpus meū quod comedetur)resuscitabo eum.Nō enim alius ipse erit,quàm
caro sua,non id dico,quia natura non sit alius,sed quia post incarnationē in duos se diui
di filios minime patitur.Ego igitur(inquit)qui homo factus sum,per meam carnem,in
nouissimo die comedentes resuscitabo. Nempe impossibile omnino est, ne interitus,&
mors ab eo qui naturaliter uita est,superetur,propterea quamuis mors,quę propter pec
catum nostrum naturam nostram infilijt, corpus humanum ad corruptionē impellat:
tamen quia filius dei homo factus est,omnes profecto resurgemus.Non enim potest na
tura nostra uitæ coniuncta non uiuificari.Et quēadmodum si quis scintillā ignis in fœ
no,aut palea occultauerit,totum inde ignitum necessario fiet:sic uerbū dei tanquā scin- Ibidem.
tilla in naturam nostram immissum,totam inde inflammauit,atq; ad uitam,interitu pe
nitus destructo,reduxit. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus.
Distinguit rursus inter mysticam benedictionem,& manna,& aquarum fluenta ex lapi-
de,& calicis sancti communicationem.Ita iterum eadem repetit,ne magis mannæ mira-
culum admirentur,sed ipsum potius suscipiant qui cœlestis panis est,& æternæ uitæ lar
gitor.Patres enim(inquit) uestri manducauerunt manna in deserto,& mortui sunt.Hic Ibidem
est panis qui de cœlo descendit, ut aliquis ex ipso comedat, & non moriatur. Mannæ
nanque alimentum non æternam uitam, sed breue famis remedium afferebat. Non er-
go erat cibus uerus,id est, panis de cœlo.Sanctum uero Christi corpus ad immortalita-
tem & uitam æternam nutriens cibus est.Ita inquit, Sed aquā ex petra biberunt.Quid i-
gitur inde lucrati sunt, qui mortui fuerunt? Non erat igitur potus ille uerus, sed uerus
potus est sanguis Christi, quo radicitus mors euertitur, atque destruitur. Non enim
hominis simpliciter sanguis est, sed eius qui naturali uitæ coniunctus, uita effectus est.
Propterea corpus,& membra Christi sumus,quia per hanc benedictionēmysterij,ipsum
filium dei suscipimus.Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinē, in me ma
net,& ego in illo. Quoniam res ardua est,& fide magis,quàm alio modo recipitur, i-
deo multis,atq; uarijs modis mirabilem eius utilitatem exponit,fundamētum,& basim
fidem esse confirmans. Qui manducat(inquit)carnem meam,& bibit sanguinem meū,
in me manet,& ego in illo. Sicuti enim, si quis liquefactæ cæræ aliam cæram infuderit,
alteram cum altera per totum commiscear,necesse est,si quis carnem, & sanguinem do-
mini recipit,cum ipso ita coniungatur,ut Christus in ipso,& ipse in Christo inueniatur.
Simile quodammodo apud Matthæum cōperies:Simile est(inquit)regnū cœlorū fermē Matt.13 c
to,quod acceptū abscondit mulier in farinæ satis tribus. Quid igitur fœmina sit,& quæ
sator trinitas, aut omnino fatum quid sit,loco suo dicetur,nunc autē de fermento solū 1.Cor.5 b
dicamus.Sicut parum(ut Paulus ait)fermenti totam massam fermentat,sic paruula be-
nedictio totum hominem in seipsum attrahit,& sua gratia replet,& hoc modo in nobis
Christus manet,& nos in Christo.Vere enim totum fermentum in totā massam pertrā-
sit.Sed sensus quidem loci huius hic est:Nos uero,si uitam æternam consequi uolumus,
si largitorem immortalitatis in nobis habere desideramus,ad recipiendam benedictionē
libenter concurramus,caueamusq;,ne loco laquei,damnosam religionem diabolus no-
bis prætendat.Recte (inquit) dicis,scriptum tamen esse nō ignoramus,iudicium sibi co- 1.Cor.11 g
medere,atq; bibere illum,qui de pane comedit,& de calice bibit indigne. Ego igitur pro
bo meipsum,& indignum inuenio,quando igitur,quicunq; tu es,qui ista dicis,dignus e-
ris?quando Christo teipsum offeres?Nam si peccando indignus es, & peccare non desi-
nis,(Quis enim delicta intelligit secundum Psalmistam)expers oīno eris uiuificæ hu- Psal. 18 d
ius sanctificationis. Quare pias quæso cogitationes suscipias, studiose, sancteq; uiuas,
& benedictio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& benedictione participes,quæ(mihi crede)nõ mortem solum, uerumetiam morbos o
mnes depellit. Sed at enim,quum in nobis maneat Christus,fæuiẽtem membroꝝ nostro
rum legem,pietatẽ corroborat,perturbationes animi extinguit:nec in quibus sumus pec
catis considerat:sed ægrotos curat,collisos redintegrat:& sicut pastor bonus,q animam
Ioãn.10 b suam pro ouibus posuit,ab omni nos erigit casu. Sicut misit me uiuẽs pater,& ego uiuo
Ioan.6 f propter patrẽ,& qui manducat me,& ipse uiuet propter me. Latet sensus horũ uerborũ,
nec ita facile quærentibus apparet:qui tamen cum fide quærunt,facile ipsum inuenient.
Quum igitur missum se esse filius dicit,tunc incarnatũ se esse,& nihil aliud prꝛter hoc de
notat. Incarnatum autem uerbum dei,quum dicimus,totum se hominẽ assumpsisse intel
ligimus. Quemadmodũ igitur(inquit)homo factus sum uolũtate patris, qui e naturali
uita emanaui,& homo factus uiuo,corpusq; meum uita repleui,non aliter qui carnẽ me
am manducat,propter me uiuet. Mortalem enim carnem assumpsi,sed quia naturaliter
uita existens,habito in ipsa,totam ad uitam meam reformaui: Non enim sum uictus in
teritu carnis,sed ut deus,omnẽ interitũ,& mortem ipse superaui. Vt igitur(nõ enim gra
uabor iterum dicere)quamuis me pater misit,id est,homo factus sum,uiuo tamen ,ppter
patrẽ,id est,genitoris naturã ad unguẽ conseruo:sic q manducatione carnis meæ me reci
piet,uiuet ,pfecto totus ad me reso mat",q uiuificare possum, quoniã ex uiuo patre sum,
Lucæ 2 d à patre autẽ se carnem factũ esse affirmat, quũ scriptũ sit : Spũs sanctus superueniet in te,
& uirtus altissimi obumbrabit tibi. Vt rursus intelligas,qa una patris,& filij, & spũs san
cti natura sit,ideo non esse diuisas operationes,sed quod ab una persona factum dicitur,
id opus trinitatis totius est. Quum enim consubstantialitate unum sit trinitas,una profec
to est uirtus eius,atq; potentia:Omnia enim ex patre per filium in spiritu sunt. Sed dica
mus rursum,quod sæpius diximus(Nam & si aures auditorum eadem dicentes obtundi
mus,tutius tamen esse non sumus nescij)consueuit Christus,quæ uim humanã excedũt,
Philip. 2 a ea patri attribuere. Humiliauit enim seipsum factus homo,& ideo conuenientem homi
Ioan. 14 b ni mensuram nõ recusat:Pater(inquit)qui in me manet,ipse facit opera. Patri ergo etiã
incarnationis operationẽ,quoniã uirtutem excedit humanã,ut solet,accõmodat. Sed cla
mabunt rursus aduersarij Christi,ac dicẽt:Et quomodo aliter naturam suam filius, aut
quomodo magis aperte maiorem esse patrem posset ostẽdere,q̃ si diceret ,ppter patrem
se uiuere? Nam si pater filio uitam largitur:qs adeo mente captus est,ut non uideat nõ eis
se idem natura uitã,& quod uita participat? Hęc illi. Nos autẽ stulta dici à stultis dicimus
Esaiæ 32 b & cor eorũ inania intelligere,& seductionẽ,ac errorem in uerbis suis habitare,non ambi
gimus. Quomodo enim hæc ultima seductio non est,qua à uiuificante Christo alienare
multos non erubescunt,uitæ participes ipsum prædicantes,sicut & creaturas? An etiã ani
mal dicent esse filium,quoniã omne animal nõ ipsum uita,sed uitæ particeps est ? Aliud
enim animal est,aliud uita,quæ in ipso est. Nam si idẽ esset animal,& uita: omne animal
profecto uita diceretur,quod nemo mẽtis cõpos unquã cogitauit . Vnigenitus ergo ani
Ioan. 11 c mal nõ est,sed uita secundũ naturã:aliter uerum illud nõ esset:Ego sum resurrectio,& ui
ta. Vita porro illud est,quod uiuificat,nõ quod ab alio uiuificatur,sicut & sapiẽtia, quod
Ioan. 14 a sapientem facit,nõ quod sapiens fit:uita autẽ Christus est. Ego(inquit)sum uita. Et Psal
Psal. 35 c mista de ipso ad patrẽ dicit:Quia fons uitæ apud te. Et Ioannes in epistolis : Quod erat
1. Ioan. 1 a ab initio,quod audiuimus,quod uidimus oculis nostris,& manus nostræ palpauerũt de
uerbo uitæ,& uita manifestata est,& uidimus,& testimoniũ perhibemus,& annũcio uos
bis uitã æternã,quæ apud patrẽ erat,& manifestata est. Vides latius hic illud Psalmistæ
exponi,Quoniã apud te fons uitæ. Erat enim,& est fons uitæ filius apud patrẽ. Sed ipm
1. Ioan. 5 d Ioannẽ rursus audiamus:Et scimus,ait,quia filius dei uenit,& dedit nobis mentem,ut co
gnoscamus uerum,& simus in uero filio eius Iesu Christo:hic est uerus deus,& uita æter
na. Quis igitur patiet has nugas? Quis merito istos impios nõ appellabit, q quũ scriptu
ra clamet,uerum deũ,& fontẽ uitæ,& uitã æternã filiũ esse,uitæ Christum participem au
deant dicere? Quomodo autẽ erit uerus deus,aut fons uitæ,q uita indigẽs ab alio eam eõ
sequitur? Sed uitã(inquiunt)dicimus filium,qa quum patrem,q uita est,in se habeat,ipse
quoq; uiuificare potest. Maligni animi hæc oratio est:Quũ enim idcirco uitam appellari filium

filium dicitis,quoniã quum in se patrem habeat,potest indigẽtia uitæ uiuificare,quomo
do non immẽsam hic sermo parturit malitiã? An ignoratis qd secundũ naturam sit,quid
ex eo quod sit secundũ naturam,& quasi cõpositum? Veluti calidũ natura ignẽ putamus,
calida uero etiã alia sunt, ex igne ita facta,utputa ferrũ,aut lignum,nõ tamen qa ignita
sunt,,ppterea ignis erũt: Alienã enim nõ naturalẽ caliditatẽ retinẽt. Et Grammatica,uel
Geometria scientia quædã est,qui uero scit,non est grãmatica,sed ab ea Grãmaticus,uel
Geometricus denominatur. Eodẽ modo & uita secundũ naturã aliud profecto est,quàm
ea,quæ ad ipsam transformãtur. Quum igitur in filio patrẽ, qui naturaliter uita est,esse
asseratis,atq; ideo uiuificare filium posse cõtendatis:non recte affirmatis, filium esse ui
tam,quũ uitæ magis particeps sit: siquidẽ in eo uita,ut in materia,secundũ uos est , & sic
habitudine quadã,non substantialiter ad dignitatẽ uiuificantis patris ascendit,& quẽad
modum nullo recte,quãuis ab ignito ferro calescat,ab igne se calescere dicet:nemoq; nõ
insanus,qa geometras docendo quispiam facit,geometriã eum appellabit. Eodem certe
pacto,si filius naturaliter uita nõ fit,sed propter inhabitantẽ patrẽ,non recte,quoniã alis
os uiuificat,uita poterit appellari. Propterea qd prohibebit unũ de hominum numero,
corruptibilisq; filium naturæ opinari,si ,ppter patrẽ uiuit,id est ab eo uita donatur, ut is
ti sentiunt? Corrũperetur enim,nisi uiuentẽ patrẽ in ipso haberet. Et si uerax ipse est,sicu
ti certe est,sicut ipse in se patrẽ habet,qui naturaliter uita est:sic ipse quoq; in patre est, q
subsstantialiter secundũ uos uita nõ est:Ego enim(inquit)in patre,& pater in me est,& ta Ioan. 14 b
cebo impietatẽ quæ sequitur,imo dicam in redargutionẽ ipsius impietatis. Erit emm pater
uita priuatus,quũ in se habeat naturam corruptibilem. Hæc nos & cogitare , & scribere
peruicacia uestra cogimur,Impellimur enim exquisitius ad utilitatẽ legẽtium ista scribe
re. Nam si uitam secundũ naturam patrẽ esse cõceditis, probe id quidem:sed uita etiã se
cundum naturam filius est,Id enim uerbis etiam uestris sequitur. Quid emm in filio , quũ
in ipso sit,pater operabitur? An suam uitã tanq; indigenzi,nec à se habenti ei donabit? Et
quomodo nõ erit absq; uita naturaliter filius? Quod autẽ à seipso uitam non habet,quo
modo corruptibile non erit? Sed nõ largitur uitam filio pater: Vitam enim genuit,atque
ideo ipse filius uita per seipsum est. Quomodo igitur ideo uita erit , quia patrem in sei
pso habet? Nam si absq; patre uiuere intelligitur,non uiuit propter patrem,id est, nõ ha
bet uitã participatione. Quod si propter patrẽ ita uiuit,ut ipsi intelligunt: nõ habebit ipse
proprią uitã,sed mutuo ab alio accipit,& ut dicebamus,corruptibilis potius est naturæ,
& animal magis q̃ uita. Quomodo igitur seipsum uitam appellat? An tibi quoq; licebit
dicere:Ego sum uita? Quod si nõ licebit,sicuti certe creaturæ nõ licet, filius certe,qui hoc
de se uere dicit,nouit se uitã naturaliter esse,aliter quomodo erit character hypostaseos
genitoris? Quomodo imago,figura,& similitudo exquisita? Quomodo nõ recte dicebat
Philippus:Ostẽde nobis patrẽ,& sufficit nobis? Sicuti enim uos dicitis,poterit aliquis uis
se filium,q patrem non uidit. Siquidẽ pater secundũ uos substantialiter uita est, filius
autem uitæ particeps. Nemo emm unquã in uiuificato uiuificantẽ conspiciet, nec per indi
genti,nõ indigentẽ recte intelligit:ita falso illud dixerit,necesse est: Qui me uidet , uidet
& patrem. Qui ergo immaculata Ecclesiæ dogmata sequitur,fugiat ab istis , & ad sim
plicem ueritatis pulchritudinem uias dirigat suas,& sicuti patrem uitam esse naturaliter
credit,sic filium quoq; uitam esse substantialiter non dubitet. Vt enim lumen de lumine
est,sic & uita de uita. Et quẽadmodum quæ luce indigent,per filium pater illuminat,&
sapientes per eum facit,sic qui uita egent,per filium ut per uitã suam , quæ ex ipso ema
nat,uiuificat. Quando igitur ipse dicit:Viuo ,ppter patrem,noli cogitare ideo ipsum uis
uere,quoniã à patre uitã recipiat,sed quoniam ex uiuo naturaliter patre natus est . Pro
pterea se quoq; uiuere,naturaliter uidelicet cõfirmat. Non emm potest nõ uiuere,qui ex ui
uo uere natus est patre,ut si quidã diceret,rationalem se hoiem esse, qa ex rationali na
tus est. Sic & unigenitus dei filius:Viuo(inquit)propter patrẽ,Nam quoniam uita secun
dum naturam genitor meus est, & quia ego naturaliter eius filius sum , hãc naturæ suæ
proprietatem,id est,uitam naturaliter mecum habeo . Quum igitur unusex uno intelli
gatur(ex patre enim filius est)uere,ac proprie perfectionibus patris glorificatur.

De eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eodem manna, siue pane. Cap. XII.

Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Magna certe sunt, quæ à magnis aguntur, ideo quæ à deo nobis præbentur, digna profecto diuina magnificentia sunt. Si enim credis de cœlo panem descendisse, quod quidem quàm maximum est: quur non credis æternam ab eo uitam credentibus immitti? Hic enim effectus profecto demonstrabit, de cœlo, id est ex deo esse hunc panem, Decet enim æterna esse, quæ æterno donantur. Non em̃ prudenter, quæ ad breue tempus sufficiũt, hoc nomine appellabuntur. Nec panis erat ex deo, quem maiores Iudæorum comederunt & mortui sunt. Nam si de cœlo, & ex deo fuisset, liberasset à morte participantes. Contrà uero corpus Christi, panis de cœlo est, quia æternam comedentibus uitam largitur. Magnum certe signum deitatis in corpore naturam habitare, quoniam illa hinc donantur, quæ certam omnem naturam excedunt, atq; ideo à rudioribus minus creduntur, sed ditissima illa natura, summas largitur diuitias, quas Paulus quoq; admiratus clamat: Non uidit oculus, 1.Cor.2 c
non audiuit auris, nõ ascenderunt in cor hoïs, quæ deus diligentibus se præparauit. Sed Hebr.10 a
lex ista ut magna in paruis figurabat, Vmbram enim, atq; imaginem futurorum bonorum, non ipsam rerum ueritatẽ habebat, ita in alimento mannæ benedictio hæc Christi Ioan.6 f
figurabatur, & futura denotabatur. Et infrà: Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Fatuis sane consuetudo hæc est, Semper enim sublimiori doctrinæ, quam ipsi non intelligunt, detrahere solent. Quumq; attẽdere magis deberent, & subtilitate rerum eleuari, contra deiciuntur, & durum appellant sermonem, quem admirari debebant. Non aliter igitur faciunt, quàm edentuli soleant. Molliora enim eligunt alimenta, etiam si peiora sint, solidiora uero ac meliora edulia magnopere uituperant, ægrotationem celare studentes. Mentis quoq; acumine priuati scientiam abhorrere solent, quæ magno studio, multaq; opera esset conquirẽda. Sed spi- Psal. 118 n
ritualis quidem uir, ut in delitijs, in doctrina domini uersatus, iugiter canit: Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, super mel ori meo. Animalis uero ludæus, spiritale hoc my- Esaiæ 5 f
steriũ fatuitatis plenũ arbitratus, quumq; dñi uerbis ad sublimiorẽ intelligentiã regi concitetur, tamẽ ad insitã sibi dementiã oñino delabit, & quod prauũ est, bonũ appellat, pha- Nume. 11 a
ro uero improba ducit, ut scribit. Ita maiores suos penitus imitatur, q manna cũ bñdictione recipiẽtes, diuinũ dei donũ aspernati, Aegypti carnes desiderabant: hi uero quũ uiuificãtis spiritus gratiam, & panẽ uerum, qui ex patre ad homines uenit, accipere rogentur, no- Num. 21. b
luptatis se potius, quàm dei amicos ostendentes, in errorem deferuntur consuetum, & 21 b
quemadmodum illi ipsum manna etiam aspernabantur, dicentes: Exaruit anima nostra in hoc manna: sic isti uerum panem non erubescunt abijcere, dicentes: Durus est hic sermo: Demus igitur operam, qui dei mysteria discere gliscimus, ut quasi optimi nummularij nummum cognoscamus, aut in fide accipienda ratione doceri uelimus, aut quæ ratione probari possunt, temeraria credulitate approbemus: sed alterutris, ut decet, attendẽtes, ac per iter regium, in neutram partem declinantes, ambulemus. Regia certe uia oñibus facienda est, qui rectitudinem fidei Christi sequi desiderant. Sciens autem Iesus apud Ioan.6 g
semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Et imperitia multi qui Christum sequebantur, uerba ipsius nõ capientes, pturbabantur. Nam quũ audissent: Amen, amen dico uobis: Nisi comederitis carnẽ filij hoïs, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis uitã in uobis, ad immanes ferarum mores uocari se à Christo arbitrabãtur, incitariq; ut uellent crudas hoïs carnes mãducare, & sanguinem bibere, quæ uel auditu horribilia sunt. Nondũ enim mysterij huius formam, & dispensationẽ pulcherrimam cognouerãt. Illud etiam ad hæc cogitabãt, quomodo caro huius hominis æternã nobis uitam largiatur? Aut quomodo ad immortalitatem adducere poterit? Quæ quũ intelligeret is, cuius Hebr.4 d
oculis oñia nuda sunt, atq; aperta, alia eos re mirabili ad fidem impellit. Frustra (inq;) o uos propter uerba mea cõturbamini. Quod si credere non uultis, uitã uobis à meo corpore dari, qd facietis, quando in cœlũ uolare me conspicietis? Non enim ascensurum me

solũmodo in cœlũ profiteor, ne rursus quomodo id fieri possit, quęratis: sed oculis etiã id fieri uestris cernetis. Quid igitur hoc uidentes, dicetis? An nõ erit hoc magnum demẽtiæ uestræ argumentũ? Si enim putatis carnem meã uitam uobis afferre non posse, quomodo tanquã uolucris in cœlum ascẽdet? Quomodo per aera uolabit? Hoc enim simili- ter generi humano impossibile est. Quod si præter naturã caro mea in cœlum conscendet: quid prohibet, ne similiter præter naturam uiuificet? Nã qui terrestre hoc corpus, cœleste cõfecit, is etiam uiuificũ reddidit, quamuis natura sui corruptibile fuerit. Sed animaduerte rursus unum esse Christum, non duos, ut nonnulli temere asserũt. Animaduerte, inquã, quia ubiq; post incarnationem, indiuisibilem se esse ostendit. Filium enim hominis (inquit) ascendere illo uidebitis, ubi prius erat. Et certe corpus Christi in cœlo prius non fuit, quod nec fuit quidem ante incarnationem. Verbum autẽ Dei æternaliter cũ patre est. Probe igitur Paulus: Vnus (inquit) dominus Iesus Christus: Vnus enim & ante in 1.Cor.8 b
carnationem, & post incarnationẽ, filius est, Nõ est ergo alienum à uerbo corpus suum: idcirco filium hominis appellat uerbum Dei, quod de cœlo descendit, quodq; secundum Euangelistam caro factum est, nõ in carnem mutatũ, Immutabilis enim natura est. Sed Ioan.1. b
quia re uera homo factus, in templo, quod à uirgine assumpsit, habitare uoluit. Dicit autem se ascensurum illo, ubi prius erat: ut audientes intelligant, de cœlo quoq; ipsum descendisse, & sic non ut homini, sed ut Deo attendẽtes, uiuificam carnem suam esse, facilius credatur. Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Nõ imperite (inquit) om- Ioan.6. g
nino uiuificã carnẽ esse negatis. Nam si sola intelligitur, nihil prorsus uiuificare potest (quippe quæ uiuificante indigeat) quũ uero incarnationis mysteriũ laudabili cura scrutati fueritis, & habitãtem in carne cognoueritis: quamuis nihil penitus caro per seipsam possit, uiuificam tamen esse factam credetis, nisi etiam spiritum sanctum non posse uiuificare contendatis. Nam quoniam cum uiuificante uerbo caro cõiuncta est, tota est effecta uiuifica. Non enim ad corruptibilem suam naturam iunctum Dei uerbũ detraxit, sed ipsa ad melioris uirtutem eleuata est: Quamuis ergo natura carnis, ut caro est, uiuificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam uerbi operationem suscepit. Corpus enim est, nõ cuiusuis hominis, cuius caro prodesse quicquam potest (non enim Pauli, aut Petri, aut cæterorum) sed ipsius uitę, & saluatoris nostri Iesu Christi corpus, in quo deitatis plenitudo Col.2 b
corporaliter habitat, facere non potest. Nam si mel, quũ naturaliter dulce sit, ea dulcia facit, quibus immiscetur, nonne stultum erit uiuificam uerbi naturam putare non dedisse homini, in quo habitat, uiuificãdi uirtutem? Quas ob res caro quidem cæterorũ omniũ quicquam uere non prodest, caro autem Christi, quia in ipsa unigenitus Dei filius habitat, sola uiuificare potest. Spiritum uero seipsum appellat, quoniam Deus spiritus est, & Ioan.4. d
(ut ait Paulus) Dominus spiritus est. Nec ista dicimus, quia spiritum sanctum in propria persona subsistere non putemus, sed quia sicut factus homo filium se hominis appellat, sic se à proprio spiritu spiritum nominat. Non est enim alienus ab eo spiritus suus.

De manna, siue pane cœlesti ex Chrysostomo, antedicta saluatoris uerba exponente. Cap. XIII.

Chrysostomus autem antedicta saluatoris uerba exponẽs, hoc pacto scribit, Patres Ioan.6.d
nostri manducauerunt manna in deserto: Nihil his stultius, nihil insipientius, quũ signum in manibus haberent, tanquam nullum fecerit, rogant: Quod signũ facis? Neq; in eius potestate signum relinquũt, sed necessario ei præscribunt, ut nullum aliud faciat, quàm quod maiorum suorum temporibus factum est. Patres nostri manducauerũt mãna in deserto. Hoc exemplo moueri Christũ arbitrati, ut idem faceret, quo carnaliter patrum temporis in Aegypto, ut mari, in deserto facta essent, sed hoc duntaxat? Quia hoc maxime impulsu uentris desiderabãt. Quid autem qui prophetã eum appellastis, & regem facere uoluistis, post uisum signum, ac si nil fecerit, ingrati, & perfidi facti estis, & signum quæritis, parasitorum, & famelicorum more loquentes? Nunc uobis manna admiratio ni est, non adhuc anima uestra debilitata est? Et aduerte irrisionem. Non dixerunt: Moses signum fecit, tu quid facis? Perturbare eum arbitrabãtur, sed adhuc honorifice loquũ

tur,cibi expectatione, neq; dixerũt, Deus hoc fecit,ne huic ęqualem,illo humiliorem fa
cere uiderentur,sed medium quoddam tenuerũt: Patres nostri manducauerunt manna
in deserto. Et profecto ad hæc Christus dicere potuisset, se maius fecisse miraculum,
non uirga,nõ precibus eguisse,sed propria omnia fecisse uirtute, quod si mãna meminis
stis,ecce panem uobis præbui. Verum nõ erat nunc his uerbis locus, sed unũ curabat,ut
ad spiritalem cibũ eos adduceret. Et considera Christi immensam prudentiã, quo pacto
respõdeat: Non Moses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœ
lo uerum. Sed quid non dixit, non Moses dedit,sed,ego: sed pro Mose deum,pro manna
seipsum posuit? Quàm magna erat auditorum imbecillitas, ut ex sequentibus constat.
Et enim ita dicendo,non tamẽ cohibuit. Atqui primum dixit: Quæritis me, non quia uis
Ioan. 6 c distis signa,sed quia manducastis ex panibus,& saturati estis,non tamen illi reprehẽsi de-
stiterunt. Verum quum Samaritanæ se aquam daturum pollicitus est,patris non memi
nit,sed: Si scires(inquit)donum dei,& quis est,qui dicit tibi: Da mihi bibere,tu forsitã pe-
Ioan.4 b tisses ab eo,& dedisset tibi aquam uiuam. Et iterum: Aquam quã ego dabo,&non refert
ad patrem,hoc autẽ in loco patris meminit,ut quanta fuerit Samaritanæ fides,quãta lu
Psalm.8 b dæorum imbecillitas,intelligeres. Non de cœlo erat manna,quomodo ergo de cœlo di-
Psalm.17 b citur? Quemadmodũ: Volucres cœli,&: Tonuit de cœlo deus. Panem autem simpliciter,
& non uerum illum appellat,non quod falsum esset in manna miraculum, sed quod fi
gura esset,non ueritas. Et quum Mosi meminisset,se illi non contulit, neq; se adhuc illi
Ioan. 6 d præponit,quũ maiorem adhuc de illo haberent opinionẽ. Ideo inquiens: Non Moses de
Ibidem dit,non se,sed patrem dedisse testatus est. Tum illi: Da nobis panem hunc. Adhuc enim
sensibile quiddam suspicabantur, adhuc uẽtrem implere expectabant, ideo quãprimum
obuiam facti sunt. Quid Christus? Alliciens eos paulatim,inquit: Panis dei est, qui deste
dit de cœlo,& dat uitam mundo,non Iudęis tantum,sed uniuerso orbi,neq; simpliciter ci
bum,sed alteram quandã uitam,& legẽ diuersam. Vitam autẽ dicit,quoniam omnes mor
tui erant,illi humi incumbentes. Da nobis(inquiũt) hunc panẽ. Quum autẽ intelligeret
Christus,q̃ donec sensu perceptibilem mensam arbitrarentur,cõcurrerent,quum spirita
Ibidem lem,descenderent: Ego(inquit)sum panis uitæ: qui uenit ad me,non esuriet: & qui credit
Ioan.3. b in me,non sitiet unq̃. Sed dixi uobis,quia & uidistis me,& nõ credidistis. Hoc & Ioãnes su
Ibidem. perius prædixit: Quod nouit loquitur,& quod uidit testatur,& testimonium eius nemo
accipit. Et ipse iterum: Quod scimus loquimur,& quod uidimus testamur, & nõ creditis
mihi. Quod facit,præoccupans eos,& ostendens nõ proptẽrea perturbari,neq; gloriam
desiderare,neq; cordis arcana ignorare,neq; præsentia,neq; futura. Ego sum panis uitę.
Iam in mysteriorum traditionẽ deuẽturus est,& primũ de diuinitate sua sic disputat: Ego
sum panis uitæ. Neq; enim de corpore hoc dictum est,de quo circa finẽ inquit: Panis quẽ
ego dabo,caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter deũ uerbum panis est,
quẽadmodum hic panis propter aduenientem ei spiritũ,panis cœlestis efficitur: hic autem
non utitur testibus,quẽadmodum in priori disputatione, Habebat enim ipsum panũ o-
pus in testimonium,quãuis credere dissimularent,illi cõtradicebant,& arguebant, ideo
hoc in loco suã decernit sententiã: illi uero quum corporis cibum sperarent,nõ sunt per-
turbati,quoad spe deciderunt,neq; tamen tacuit,sed arguit uehemẽter. Qui enim quum pa
Ioan.6. e nem comederent,ꝓphetam appellabant,& regem facere uolebãt,hoc loco indignati,fa
bri filiũ dicunt:& quidẽ uidebãtur indignari,q̃ de cœlis descẽdisse diceret,non tamẽ hæc
erat causa,sed quod corpus non pasceret: q̃ si uere indignabantur,rogare eos oportebat
quomodo panis uitæ esset,quomodo de cœlo descendisset. Nunc autem minime hoc ro-
gant,sed murmurant,& q̃ hoc eos non perturbasset,inde perspicuum est. Dicente enim
Iesu: Pater meus dat uobis panem: non dixerũt, roga ut det,sed: Da nobis panem. Atqui
non dixerat,Ego do: sed,Pater meus dat. Ea enim erat cupiditas cibi, ut inde se saturari
posse arbitrarẽtur. Quo dato,quomodo postmodum scandalizari debebant,& maxime
quum patrẽ dare intelligerent? Quænam ergo causa? Quum audirent non amplius edẽ-
dum,incredulitatis prætextum inuenerunt,q̃ altius loqueretur. Propterea dixit: Et uidi-
stis me,& non creditis. Quum signa,tum scripturas testimonia significant: Illæ enim sunt
(inquit)

(inquit)quæ testimonium perhibent de me,& q̃ ueni in nomine patris mei,& non acci- Ibidem.g
pitis me,& quomodo potestis credere,qui ab hominibus gloriã accipitis? Oñe quod dat
mihi pater,ad me ueniet,& eum qui uenit ad me,nõ eiciam foras. Vide quomodo oñia
ad hominum salutem conatur? Propterea enim hoc addidit, ne curiosus esse, & frustra
hæc dicere uideretur. Sed quid hoc significat,Oñe quod dat mihi pater,ad me ueniet,&
Resuscitem illud in nouissimo die? Qua gratia communis resurrectionis, cuius & impij
participes sunt,ut præcipui credentium in se muneris meminit? Quoniam nõ simpliciter
resurrectionis,sed talis meminit. Nam quum dixisset: Non eiciam,&non perdam ex eo,
mox subdidit resurrectionẽ. In resurrectiõe enim alij eiciũtur,ut inquit: Tollite eum, & Mat.22 b
mittite in tenebras exteriores. Alij perdũtur: Timete(inquit) magis eum,qui potest ani- Matt.10 c
mam,& corpus in gehennam perdere. Et illud: Vitam æternam do,hoc significat. Ibunt Ioan.10 b
enim qui mala egerunt in resurrectionem iudicij: qui uero bona,in resurrectionem uitę. Ioan. 5 e
Hanc hoc in loco resurrectionem ostendit,quæ est bonorum. Sed quid sibi uult ea parti- Ioan.6. d
cula: Omne quod dat mihi pater,ad me ueniet? Eorum tangit incredulitatem, ostẽdens
quod qui nõ credunt,nõ se tantum,sed & patrẽ offendunt,& eius transgrediuntur uolun
tatẽ,non tamen tam aperte id dicit,ut semper facit,quod si hæc eius uolũtas est,& ꝓpter-
ea uenit,ut saluum hominẽ faceret,qui non credũt,eum oppugnãt. Quum enim pater(in-
quit)aliquẽ dirigit, nihil prohibet eum ad me uenire. Et infrà: Murmurabant ergo Iu- Ioan.6 e
dæi de illo,qa dixisset: Ego sum panis uiuus,qui de cœlo descendi,& dicebãt: Nonne hic
est Iesus filius Ioseph? &c. Quorum deus uenter,& gloria in ignominia eorũ(inquit Pau Philip.3 d
lus de Iudæis): quod ex prædictis constat,& ex sermone quem ad Christum accedẽtes ha
buerunt. Nam quum pane saturati sunt,ꝓpheram appellabãt,& regẽ facere cogitabant:
quum uero spiritalẽ cibum,& uitã æternam edocti,& à sensu abducti resurrectionẽ,& al
tiora acceperunt,quumq̃ maxime eos admirari oportuerat,tunc murmurabãt,& refilie- Deut.18 c
bant. Atqui,si hic est ꝓpheta,ut dicebatis: Hic est,de quo inqt Moses: Prophetã uobis su-
scitabit dñs deus de fratribus uestris,tanq̃ meipsum audite. Oportuit ipsum audire dicen
tem: De cœlo descendi,nõ tamẽ audiebant,sed murmurabãt, Adhuc enim eum uerebantur,
ꝓpter nouum panis signum,ideo non manifeste cõtradixerũt,sed murmurãdo indigna-
tionem præ se tulerunt,q̃ cibum nõ accepissent,quem cupiebãt. Murmurabant ergo,& Ioan.6.e
dicebant: Nõne hic est filius Ioseph? Ex quo perspicuum est,q̃ nondum admirabilem ei-
us norant generationem,idcirco adhuc Ioseph eum filium dicunt. Neq; negat Christus,
q̃ esset,sed nondum illi tantam rem audire poterant,neq; secundum carnẽ quidẽ. Quod
si non hanc,longe minus supernã illam,& ineffabilẽ generationem. Si rem humiliorem
non aperuit,multo minus illam. Atqui hoc eos maxime perturbabat,quod uili patre,& Ibidem
fabro natus esset. Non tamen Christus rem ipsam subtricuit,ne alio sublato,aliud ĩcãda-
tum excitasset. Sed qd murmurãtibus illis Christus? Nemo potest uenire ad me, nisi pa-
ter,q̃ misit me,traxerit eum. Hic insurgunt Manichæi nihil nos ex nobisipsis posse, huius
particulæ testimonio contendentes. Sed plane nos posse quę uolumus per hoc ostẽditur.
Inquiũt enim: Si qs uenit ad eum,quid opus est ut trahatur? Verum hoc nostrũ nõ tollit ar-
bitrium,sed diuino egere auxilio ostendit,& nõ inuitum,sed omni conatu contendẽtem
uenire. Inde quo pacto trahat,ne quid sensibile de eo suspicarentur,his uerbis prosequtur:
Non quia patrem uidit quisquam,nisi is,qui est à deo,hic uidit patrem.

De eodem pane. Cap. XIIII.

PAnem autem uitæ seipsum appellat,quoniam uitam nostram,& hanc,& futurã cor
roborat. Et inquit: Si quis mãducauerit ex hoc pane,uiuet in æternum. Panem uero
siue doctrinam hoc in loco,& salutem,& fidem in se,siue corpus suum dicit. Vtrunq; enim
animam fortiorem reddit. Atqui alibi dixit: Si quis sermonem meum audierit, mortem
non gustabit,& perturbati sunt,hic non itidem,quia iam ob panis miraculum eum reue
rebantur. Animaduerte autem quam faciat huius panis,& mãnæ differentiã, ab utriusq; Ioan.8 f
scilicet fine. Quod enim mãna nihil magnum prẽberet,addidit: Patres uestri manduca-
uerunt manna in deserto,& mortui sunt. Inde subdit maximã persuasionẽ, q̃ longe plu-
ribus illis patribus Mose, & claris illorũ temporum uiris ipsi habiti sunt. Quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim dixisset mortuos qui manna comedissent,prosecutus est: Hic est panis de cœlo descendens,ut si quis ex ipso manducauerit,non moriatur. Ego sum panis uiuus,qui de cœlo descendi:qui manducat ex hoc pane,uiuet in æternum. Illa præterea particula: In deserto,manna non diu durasse,neq; in terram promissionis uenisse significat. Hic autẽ panis non est eiusmodi:Et panis quem ego dabo,caro mea est,pro mũdi uita. Merito hoc in loco dubitare quispiam posset,cur hæc nunc Christus loqueretur,quum nihil proficeret,nihil ædificaret,imo esset ædificatis nocumento? Ex hoc enim(inquit) multi ex discipulis suis retro abierunt,&: Durus est hic sermo,quis potest eum audire? Erãt igitur hæc solis discipulis cõmunicanda,ut Matthæus priuatim cum ipsis loqui testatur. Quid ad hoc dicemus? Quænam horum uerborum utilitas? Magna quidem,& necessaria. Quũ enim in petendo cibo instarent,& patribus suis datum memorarent,& manna tanquam magnum quiddam laudarent,omnia illa figuram,& umbrã fuisse,rerum autem ueritatem præsentem ostendit. Ideo spiritalis cibi meminit. Sed erat(inquit) dicendum: Patres uestri manducauerunt manna in deserto,ego autem uobis panẽ præbui. Sed magna certe differentia,Minus enim hoc,quàm illud uisum esset. Mannæ miraculum extulisset,sum de panibus depressisset. Quum ergo de cœlo cibum quærerent,ideo frequẽter de cœlo se descendisse testatur. Quod si quis percontaretur,cur mysteriorum sermonem adduxerit,respondebimus,ꝙ horum nunc maxime tempus erat. Obscurius enim dictum sermo per auditorem erigit,& attentiorem reddit. Non ergo perturbari debebant, sed interrogare,& quærere. Sed abierunt. Quod si prophetã eum arbitrabantur,credere eius uerbis oportebat. Itaq; stultitia sua,non sermonis Christi perturbabantur,tu autem considera, quomodo eos ad se paulatim trahit. Nam se,nõ patrem dicit,&: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Sed aliena quædam doctrina erat(inquies) & diuersa. Atq; Ioannes superius hoc significauit,agnum ipsum appellans,sed non intellexerunt. Nõ me latet,non tamen discipuli diffidebant. Nam si de resurrectione nõdum quicquam norãt, & propterea ignorabant quid sibi uellet: Soluite templum hoc,& in tribus diebus suscitabo illud: multomagis quæ hic dicuntur,quæ obscuriora sunt. Quod enim propheticis scitassent,norant,quamuis non tam manifeste locutæ sint scripturæ: quod autem carnẽ quis comederit,nunquam quisquam illorum dixerat. Veruntamẽ persuasi sunt, & sequebantur,& habere eum uerba uitæ confitebantur. Hoc discipuli est, quæ magister afferit, non curiosius inuestigare,sed audire, & credere, & idoneum solutionis tempus expectare. Quid igitur aiunt contrarium accidisse? Abierunt retro,hoc propter eorum stultitiã. Quando enim subit quæstio quomodo aliquid fiat,simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est,inquiens: Quomodo potest homo in uentrem matris suæ iterato introire? Itidem & hi nunc: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Nam si hoc inquiris,cur non idem in quinq; panum miraculo dixisti? Quomodo eos in tantum auxit? Quia tunc tantum saturari curabant,non considerare miraculo sum. Sed res ipsa tũc docuit(inquies). Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu esse. Propterea id prius fecit miraculum,ut per illud nõ essent amplius increduli his,quæ postmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis,nos ipsius beneficij utilitatem cepimus. Quare necessario dicendum, quàm admiranda mysteria, & cur data sint,& quænam eorum utilitas. Vnum corpus sumus,& membra ex carne, & ossibus eius. Quare initiati eius præceptis parere debent. Vt autem non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur,per cibum id efficitur,quem nobis largitus est. Quum enim suum in nos amorem indicare uellet, per corpus suum se nobis commiscuit,& in unum nobiscum redegit,ut corpus cum capite uniretur. Hoc enim amantium maxime est. Hoc Iob significabat de seruis, à quib° maxime amabatur,qui suum amorẽ præ se ferentes,dicebãt: Quis daret nobis,ut eius carnibus impleremur? Quod Christus fecit,ut maiori nos charitate adstringeret,& ut suũ in nos ostenderet desideriũ,non se tãtum uideri permittens desiderantibus,sed & tãgi,& manducari, & dentes carni suæ infigi & desiderio sui omnes impleri. Ab illa igitur mensa tanquam leones ignem spirantes, surgamus diabolo formidolosi,& caput nostrum intelligamus, & quã in nos præsentulit charitatem

Ioan.6 g
Ibidem f
Ioan.7. d
Ioan.2 d
Ioan.3. d
Ioan.6 f
Iob.31 d

charitatem. Parentes sæpenumero liberos suos alijs alẽdos dederũt, ego autem meos carne alo,me his exhibeo,omnibus faueo,omnibus optimam de futuris spem præbeo. Qui in hac uita ita se nobis exhibet,multomagis in futura. Vester ergo frater esse uolui,& cõmunicaui carnem propter uos,& sanguinem,& per quæ uobis cõiunctus sum, ea rursus uobis exhibui. Hic sanguis facit,ut imago in nobis regia floreat, hic sanguis pulchritudinem,atq; nobilitatem animæ,quam semper irrigat,& nutrit,langueſcere nõ sinit. Sanguis enim à cibo nõ fit repẽte,sed prius aliud quiddam,hic quamprimum irrigat animã, eamq; ui quadam magna imbuit. Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit. Angelos,& Angelorum dominum ad nos allicit. Dæmones enim quum dominicum sanguinẽ in nobis uident,in fugam uertũtur,Angeli autem procurrunt. Hic sanguis effusus, uniuersum abluit orbem terrarum,de quo multa Paulus ad Hebrẽos prosecutus est. Hic sanguis abdita,& sancta sanctorum purgabat. Quod si eius figura tantam habuit uim in tẽplo Hebræorum,in media Aegypto liminibus aspersus,lõge magis ueritas. Hic sanguis aureum altare significauit. Sine hoc princeps sacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic sanguis sacerdotes faciebat. Hic sanguis in figura peccata purgabat, in qua si tantam habuit uim,si umbram ita mors horruit,quantopere(quæso) ipsam formidabit ueritatem? Hic nostrarum animarum salus est,hoc lauatur anima,hoc ornatur, hoc incenditur,hic igne clariorem nostram mentem reddit,& auro splendidiorem. Huius sanguinis effusio cœlum peruium fecit. Admiranda sane Ecclesiæ mysteria, admirabile sacrariũ. Ex paradiso fons scaturijt,à quo sensibiles fluuij emanarent. A mensa hac prodijt fons,qui fluuios spiritales diffundit. Iuxta hunc fontem nõ steriles salices germinant,sed quercus cœlum ipsum attingentes,quæ fructus tempestiuos,& solidos semper producũt si quis æstuat,ad hunc fontem se conferat,& recreabitur. Mundat squalorem, & sordes, æstus mitigat, non solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimunt. Etenim ortum suum superne habet, inde radicem unde irrigatur. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit,& filius arbiter est neq; bidente,aut ligone uiam facit,sed animos nostros aperit. Hic fons lucis diffundens radios ueritatis,huic supernæ astiterunt uirtutes fluctuum eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestius quàm nos illæ propositorum uirtutem,& fulgorem inaccessibilem intuentur. Quemadmodum enim si quis liquefacto auro manum,uel linguam iniiciat,quamprimum deauratur: ita hæc nobis proposita, animam auream reddunt. Refurgit enim uehementius igne fluuius,neq; incẽdit, sed abluit tantum quicquid cõprehenderit. Hic sanguis præfiguratus est semper in altaribus, in ustoq; cędib°: hic orbis terræ decus est hic est quo Christus emit,quo uniuersam ornauit Ecclesiam. Vt enim homo seruos auro emit,& ornat: ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes,cum Angelis,& Archangelis,& supernis uirtutibus commorantur,ipsam regiam Christi stolam induti, spiritalibus armis muniti. Sed nihil dixi, imo ipsum induti sunt regem. Sed sicut magnum est,& admirabile, ita si pure accesseris, ad salutem accessisti: sin praua conscientia,ad pœnam,& supplicium. Qui enim manducat,& bibit indigne sanguinem domini,iudicium sibi manducat,& bibit. Nam si qui regiam purpuram coinquinant,haud secus quàm qui scindunt,puniuntur, quid mirum si qui immunda conscientia Christi corpus accipiunt,idem supplicium subeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt? Vide quàm formidandam pœnam his minetur Paulus: Irritam quis faciens legem Mosi,sine ulla miseratione duobus, uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia,qui filium dei conculcauerit,& sanguinem testamenti pollutum duxerit,in quo sanctificatus est? Consideremus igitur rem nostram dilectissimi,quum tantis fruamur bonis,& quum turpe aliquod animum subit,cũ ira,uel re,uel uerbis rapimur,quid mereamur,quem spiritum acceperimus nobiscum re putemus,& irrationabiles nostros cohibeamus affectus. Hæc cogitatio nostra sit. Quosq; rebus præsentibus incumbemus? Quousq; non excitabimur? Quousq; nullam salutis nostræ curam adhibebimus? Intelligamus quot in nos beneficia cõtulit Christus.

De eodem pane,siue carne filij hominis. Cap. XV.

Dixit ergo eis Iesus: Amen,amen dico uobis,nisi manducaueritis carnem filij hominis,&

Ioan.6 g
He. 9 b c e f
Exo.12 b.d
1.Cor.11 g
Hebr.10 e
Ioan.6 g

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,& biberitis eius sanguinem,non habebitis uitam in uobis &c. Quum de rebus spiritalibus disputam°, nihil seculare sit in animis nostris,nihil terrenũ,sed oñia eiusmodi abeant,omnia relegentur. Diuinos duntaxat sermones audiamus. Nam si aduenientę rege omnis sedatur tumultus,multo magis spiritu nos alloquente,multo nobis silentio,multa admiratione opus est. Admiratione nanq; digna sunt,quæ hodie exponuntur. Amen (inquit) amẽ dico uobis,nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius sanguinẽ non habebitis uitam in uobis. Etenim quum id fieri posse negarent,non solũ non imposs sibile,sed & necessarium asserit. Qui manducat meã carnem,&bibit sanguinem meũ,habet uitam æternã,& ego resuscitabo eum in nouissimo die. Nam quum dixisset: Si quis mãducauerit ex hoc pane,non morietur in æternum,& credibile esset eos dicturos quẽad modum superius. Abraham mortuus est,& prophetæ mortui sunt,&quomodo tu dicis, non gustabit mortẽ? Resurrectionẽ ponit,per quam soluit quæstionem, q̃ nõ morietur in fine. Frequenter autem in mysterijs uersatur,& omnino id fieri oportere demonstrat. Quid autem signat: Caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus? Aut q̃ is est uerus cibus,qui saluat animam,aut ut eos in prædictis confirmet,ne obscure locutum in parabolis arbitrarentur,inde inquit: Qui manducat carnem meã,& bibit sanguinẽ meum,in me manet,quod dicit,ut cum ipso se admisceri ostẽdat. Quod autem sequitur, nõ bene superioribus iungi uidetur. Quæramus igitur quænam hæc sit consequentia. Quũ dixisset: Qui manducat carnem meam,& bibit sanguinem meum,in me manet,non absurde prosequitur: Sicut misit me uiuens pater,& ego uiuo propter patrem. Hæc comparatio est,& similitudo,hoc est uiuo ego,& pater. Et ne ingenitum arbitrareris,addidit,propter patrem,non q̃ operationis alicuius necessitatem ad uitam habeat. Superius enim eam amouit suspitionem: Sicut pater habet uitam in semetipso,sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Quod si operatione indigeret,inuenietur aut pater non ita dedisse, & falsa esset oratio: aut si ita dedit,nullo alio indigebat auxilio. Quid ergo signat, propter patrem? Causam tantum. Sicut uiuit pater,ita & ego. Et qui manducat me, & ille uiuit propter me. Vitam autem in hoc loco non qualemcunq; sed probatam dicit, quod inde constat,q̃ & infideles omnes,& non initiati,& qui eius carnem nõ manducant,uiuunt tamen. Quare minime dubium est,quin illam intelligat. Dicit ergo: Qui manducat carnẽ meam,in morte non peribit,neq; damnabitur. Sed non de cõmuni dicit resurrectione(si quidem omnes resurgent)sed de clara illa,& gloriosa,quæ prẽmium meretur. Patres uestri manducauerunt manna in deserto,& mortui sunt,q̃ mãducat hunc panem, uiuet in æternum. Frequenter idem repetit,ut auditorum animis imprimatur. Vltima enim hæc erat doctrina,ut resurrectionis,& æternæ uitæ fidem cõfirmaret. Quocirca post uitæ æternæ promissionem,resurrectionem proponit,postquàm illam futuram ostẽdit. Et unde hoc constat? A scripturis ad quas eos semper relegat,ut inde erudiantur. Quum autẽ dare uitam mundo dicit,in æmulationem eos adducit,ut si aliorum bono mouentur,no lint ipsi excludi. Frequenter autem mannæ meminit,& differentiam conferendo,ad fidẽ allicit. Nam si possibile fuit,ut quadraginta annos sine messibus,& frumento,& alijs ad uictum necessarijs,uiuerent,longe magis nunc,quum ad maiora uenerint. Nam si in illis figuris sine labore expositum colligebant,nunc profecto magis,ubi nulla mors,& uræ uitæ fruitio. Vitæ autem ubiq; meminit,nam eius trahimur cupiditate,& nihil suauius quàm non mori. Et enim in ueteri testamento longa uita, & multi dies promittebantur,nunc uero non simpliciter uitæ lõgitudo,sed uita sine fine promittitur. Simul & ostẽdere uult,q̃ ex peccato supplicium,nunc reuocat & sententiam illam mortis soluẽdo,& uitæ sempiternæ inducendo,contra superioꝛ temporum institutionẽ. Hoc dicit in Synagoga docẽs in Capernaum, ubi multa miracula fecerat, quare maxime audiendus erat. Quanam autem gratia in synagoga docuit, & in templo? Quum, ut multitudinem traheret, tum ne patri contrarium se esse ostenderet. Multi ergo ex discipulis eius audientes,dixerunt: Durus est sermo hic,hoc est,asper,difficilis intellectu. Atqui nihil tale dicebat. Neq; enim de uita,sed de doctrina differebat,ut in sui fidem traherer. Quid ergo,durus est sermo? Num quod uitam annuntiat, & resurrectionem? Quod ex cœlo se dixerit descendisse

Ibidem

Ioan.8 f

Ioan.6.f

Ioan.5. d

descendisse,an quod saluus fieri nemo posset, qui eius carnem non manducaret? Num & hæc dura sunt? Et quis dixerit? Quid ergo est,durus? Difficilis intellectu,& quem capere non posset eorum imbecillitas,plenus formidinis. Putabant enim eum supra uires suas loqui,& dicebant: Quis potest eum audire? Pro se respondentes,quũ essent discessuri. Sciens autẽ Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, (Hoc enim erat eius diuinitatis argumentũ,quod cordis secreta reuelaret)dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filiũ hominis ascendentem ubi erat prius. Idem & ad Nathanael: Quia dixi tibi(inquit)uidi te sub ficu,credis? Maius his uidebis. Et ad Nicodemum: Nemo ascendit in cœlum,nisi filius hominis qui est in cœlis. Quid dubitationes dubitationibus annectis? Minime,absit hoc,sed doctrinæ magnitudine,& copia eos allicere conatur. Si enim simpliciter dixisset,De cœlo descendi,neq; aliud addidisset,magis perturbasset auditores,quum autem addidit suum corpus,mundi uitam esse, &: Sicut misit me uiuens pater,& ego uiuo propter patrem,omnem soluit dubitationem. Nam qui magnũ aliquod de se prædicat,& fingendi suspicio subeat,tollitur tamen,si plura ad eius confirmationem colligantur. Omnia autem & facit,& dicit,ne Ioseph filius existimetur, nõ ut scandalum augeat,sed ut tollat. Nam si Ioseph filium putassent, nullam eius uerbis fidẽ adhibuissent. Si de cœlo descendisse,& illuc ascensurum, audissent attentius. Inde aliam adducit solutionem: Spiritus(inquit)est qui uiuificat, caro non prodest quicquam, hoc est,secundum spiritum uerba mea audienda sunt. Qui secundum carnem audit, nihil iuuatur,nihil utilitatis accipit. Carnale est dubitare,quomodo de cœlo descẽdit,& Ioseph filium arbitrari,& quomodo possit nobis dare carnem suam ad manducandum. Hæc(inquam)omnia carnalia,quæ mystice,&spiritaliter intelligenda sunt. Et quomodo potuerunt intelligere,quid esset carnem manducare? Expectare igitur eos oportuit, non discedere,interrogare,non desperare. Verba quę ego locutus sum uobis,spiritus,& uita sunt. Spiritus,hoc est,spiritalia,nihil carnale,nullam naturalem consequentiam habẽtia, sed omni hac terrena necessitate,& huius uitæ legibus libera. Est & alius sensus: Sicut in hoc loco spiritus pro spiritalibus posuit,ita quum carnem dicit,nõ pro carnalibus,sed ꝓ carnaliter audire,eos significans,qui semper carnalia desiderabant,quum spiritalia desidera rioporteat. Nam si carnaliter ea quis acciperet,nihil sane lucraretur. Quid igitur, caro non prodest quicquam? Non de ipsa carne dicit, Abst: sed de his,qui carnaliter accipiũt, quæ dicuntur. Quid autem est,carnaliter intelligere? Simpliciter ut res dicuntur, neq; aliud quippiam excogitare. Non enim ita iudicanda sunt quæ uidentur, sed mysteria omnia interioribus oculis consideranda,hoc est,spiritualiter. Qui non manducat carnem meam,& bibit meum sanguinem,non habet uitam in semetipso. Quomodo nihil prodest caro,sine qua nemo potest uiuere? Vide q̃ ea particula,Caro nõ prodest quicquam, non de ipsa carne,sed de carnali auditione dictum est.

Ibidem g
Ioan.7 g
Ioan.3 b
Ioan.6 f

De eodem manna,ex Augustino. Cap. XVI.

Diuus autẽ Augustinus tractatu 25. in Ioannẽ,hoc pacto scribit: Patres enim nostri (inquiunt) manna mãducauerunt in deserto &c. Sed quid est manna? Forte contemnitis. Sicut scriptum est: Dedit illis manna manducare. Per Moysen patres nostri panẽ de cœlo acceperũt,&nõ dictum est eis à Moyse,operamini cibum,qui non perit. Tu prosternis cibum,qui non perit,sed qui permanet in uitam æternam,& nõ talia operaris qua lia Moyses. Panes hordeaceos ille nõ dedit,sed panes de cœlo. Dixit ergo eis Iesus: Amẽ amen dico uobis,non Moyses dedit uobis panem de cœlo,sed pater meus dedit uobis panem de cœlo. Verus enim panis est,qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Verus ergo ille panis qui dat uitam mundo, & ipse cibus est, de quo paulo ante locutus sum: Operamini cibum qui non perit,sed qui permanet in uitam æternam. Ergo & illud mãna hunc significabat,& illa omnia,signa mea erant. Signa mea dilexistis, qui significabatur contemnitis. Non ergo Moyses dedit panem de cœlo,Deus dat panem. Sed quem panem? Forte manna? Non,sed panem,quem significabat manna,ipsum scilicet dñm Iesum. Pater meus dat uobis panẽ uerũ. Panis enim dei est qui descendit de cœlo,& dat uitam mũdo. Dixerũt ergo ad eũ: Dñe da nobis semper panem hũc. Quomodo mulier illa

Ioan.6 d
Psalm. 77 c
Ibidem.
Exod.16
Deute.8 a
Ioan.6. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.4 d Samaritana,cui dictum eſt:Qui biberit ex hac aqua,non ſitiet unquam,continuo illa ſe cundũ corp⁹ accipiẽs,ſed tamẽ carere indigẽtia uolẽs, da mihi(inqt)dñe de hac aqua.Sic & iſti,dñe,da nobis panẽ hũc,q nos reficiat,nec deficiat. Dixit autẽ eis Ieſus:Ego ſum panis uitæ,q uenit ad me, nõ eſuriet, & qui credit in me,nõ ſitiet unq̃. Qui uenit ad me,hoc eſt quod ait, & qui credit in me,& quod dixit, Nõ eſuriet,hoc intelligendũ eſt,& nõ ſitiet unq̃. Vtroq; illa ſignificatur æterna ſatietas,ubi nulla eſt egeſtas. Panẽ de cœlo deſidera tis,ante uos habetis,& nõ mãducatis,ſed dixi uobis, qa uidiſtis me,& nõ credidiſtis, Sed non ideo ego populũ perdidi. Nunqd eñ infidelitas ueſtra,fidẽ dei euacuauit? Vide enim
Ioan.6 d quod ſequitur:Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet,& eũ qui uenit ad me,nõ ejiciã foras. Quale eſt int⁹ illud,unde nõ exitur foras? Magnũ penetrale,& dulce ſecretũ. O ſe cretũ ſine tædio,ſine amaritudine malax cogitationũ,ſine interpellatione tentationũ,& dolorũ. Nõne illud ſecretũ eſt,quo intrauit ille,cui dict⁹ eſt dñs ſeruo bene merito:Eu
Matt.25 b Ioan.6. e ge ſerue bone,& fidelis,intra in gaudiũ dñi tui? Et: Eum qui uenit ad me nõ ejiciã foras. Et tractatu 26. Ego ſum(inqt)panis uitæ. Et unde illi ſuperbiebãt? Patres ueſtri(inqt) mãducauerũt in deſerto mãna,& mortui ſunt. Quid eſt unde ſuperbitis? Mãducauerũt mãna & mortui ſunt. Quare mãducauerunt,& mortui ſunt? Quia quod uidebant,crede bant,quod non uidebãt, nõ intelligebãt,ideo patres ueſtri,quia ſimiles eſtis illorũ. Nam quãtum pertinet fratres mei ad mortẽ iſtam uiſibilẽ,& corporalem,nunquid nos nõ mo rimur,qui mãducamus panẽ de cœlo deſcẽdentem? Sic ſunt mortui & illi,quẽadmodum & nos ſumus morituri,quãtum attinet(ut dixi)ad mortem huius corporis uiſibilem atq; carnalẽ. Quantũ autẽ pertinet ad illam mortẽ,de qua terret dominus, quia mortui ſunt patres iſtorum. Mãducauit mãna & Moyſes, mãducauit mãna & Aaron, mãducauit mã na & Phinees, mãducauerunt ibi multi, qui dño placuerunt, & mortui non ſunt. Quare? Quia uiſibilẽ cibum ſpiritaliter intellexerunt,ſpiritaliter eſurierunt,ſpiritaliter guſtauc rũt,ut ſpiritaliter ſatiarẽtur. Nam & nos hodie accepimus uiſibilẽ cibum,ſed aliud eſt ſa cramẽtum,& aliud uirtus ſacramenti. Quàm multi de altari accipiunt, & moriuntur,& accipiendo moriuntur. unde dicit Apoſtolus: Iudiciũ ſibi mãducat,& bibit. Nõne buccel
1.Cor.11 g Ioan.13 c la dominica uenenũ fuit Iudæ? Et tamẽ accepit,& quũ accepit, in eũ inimicus intrauit,nõ quia malũ accepit, ſed quia bonũ male malus accepit. Videte ergo fratres, panẽ cœleſtẽ ſpiritaliter manducate,innocentiã ad altare apportate. Peccata & ſi ſunt quotidiana,uel
Matt.6 d nõ ſint mortifera,anteq̃ ad altare accedatis,attendite quod dicatis:Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis,dimittetur tibi,ſecurus ac cede,panis nõ uenenũ eſt. Sed uide ſi dimittis. Nam ſi non dimittis,mẽtiris,& ei mentiris, quẽ nõ fallis,mẽtiri deo potes,deũ fallere non potes. Nouit ille quid agas,intus te uidet, intus te examinat,intus inſpicit,intus iudicat,intus aut damnat,aut coronat. Patres ergo iſtorũ,id eſt mali patres malox,infideles patres infideliũ,murmuratores patres murmu ratox. Nam de nulla re magis dñm offendiſſe ille populus dictus eſt, quàm cõtra deum murmurãdo. Ideo & dñs uolẽs oſtẽdere eos taliũ filios,hinc ad eos cœpit:Quid murmu ratis in inuicẽ murmuratores,filij murmuratorũ? Patres uſi mãna mãducauerũt,& mor tui ſunt,nõ quia malũ erat mãna, ſed quia male mãducauerũt. Hic eſt panis,qui de cœlo deſcendit. Hunc panẽ ſignificauit mãna, hunc panẽ ſignificauit altare dei. Sacramẽta illa
1.Cor.10.a fuerũt,in ſignis diuerſa ſunt,ſed in re, q̃ ſignificatur, paria ſunt. Apoſtolũ audi:Nolo eñ uos(inquit)ignorare fratres,quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt,& omnes mare tranſierunt,& omnes per Moyſen baptizati ſub nube, & in mari, & omnes eandẽ eſcam ſpiritualẽ mãducauerunt. Spiritalẽ utiq; eandẽ,nam corporalẽ alteram,quia illi manna, nos aliud,ſpiritalẽ uero quam nos,ſed patres noſtri,non patres illorum,quibus nos ſimi les ſumus,nõ quibus illi ſimiles fuerunt. Et adiungit:Et omnes eundẽ potũ ſpiritalem bi berunt. Aliud illi, aliud nos,ſed ſpecie uiſibili quidem,tamẽ hoc idem ſignificãte uirtute
Ibidem ſpiritali. Quomodo enim eundem potum? Bibebãt(inquit)de ſpiritali,ſequẽte petra,pe tra autem erat Chriſtus. Inde panis, inde potus. Petra Chriſtus in ſigno, uerus Chriſtus
Num.20 b in uerbo,& in carne. Et quomodo biberunt? Percuſſa eſt petra de uirga bis. Gemina pe cuſſio,duo ligna crucis ſignificat. Hic eſt ergo panis, qui de cœlo deſcendit,ut ſi quis mã ducauerit

ducauerit ex ipſo,non moriatur. Sed qui pertinet ad uirtutẽ ſacramẽti,nõ qui pertinet ad uiſibile ſacramẽtũ. Qui mãducat intus,nõ foris,qui mãducat in corde,nõ qui premit den te. Ego ſum panis uiuus,q̃ de cœlo deſcẽdit. De cœlo deſcẽdit & mãna, ſed mãna umbra erat,iſte ueritas eſt. Si quis mãducauerit ex hoc pane,uiuet in ęternũ. Et panis quẽ ego da bo,caro mea eſt ꝓ mũdi uita. Hoc quãdo caperet caro, quod dixit panẽ,carnẽ? Vocat ca ro,quod non capit caro. Et ideo magis non capit caro,quia uocatur caro. Hoc enim ex horruerunt,hoc ad ſe multum eſſe dixerunt,Hoc enim non poſſe fieri putauerunt. Caro mea eſt(inquit)pro mundi uita. Norunt fideles corpus Chriſti,ſi corpus Chriſti non ne gligãt eſſe. Fiant corpus Chriſti,ſi uolunt uiuere de ſpiritu Chriſti. De ſpiritu Chriſti nõ uiuit,niſi ſit corpus Criſti. Intelligite fratres mei quid dixerim. Homo es,& ſpiritum ha bes,& corpus habes. Spiritũ dico,quæ anima uocatur, qua conſtat ꝙ homo eſt,Conſtat enim ex anima,& corpore. Habes itaq; ſpiritũ inuiſibilem,corpus uiſibile. Dic mihi quid ex quo uiuat? Spiritus tuus uiuit ex corpore tuo,an corpus tuum ex ſpiritu tuo? Reſpon det omnis,qui uiuit,qui autem hoc non poteſt reſpõdere,neſcio ſi uiuit. Quid reſpondet omnis qui uiuit? Corpus utiq; meum uiuit de ſpiritu meo. Vis ergo & tu uiuere de ſpiri tu Chriſti? Eſto & in corpore Chriſti. Nunquid enim corpus meum uiuit de ſpiritu tuo? Meum uiuit de ſpiritu meo,& tuum de ſpiritu tuo. Non poteſt uiuere corpus Chriſti,niſi de ſpiritu Chriſti. Inde eſt ꝙ exponens nobis Apl's Paulus hunc panem: Vnus panis(in 1.Cor.10 d quit)unum corpus multi ſumus. O ſacramẽtum pietatis,o ſignum unitatis, o uinculum charitatis: Qui uult uiuere,habet ubi uiuat,habet unde uiuat,accedat,credat,incorpore tur,ut uiuificetur. Non abhorreat à compage mẽbrorum quod reſecari mereatur,non ſit diſtortũ,de quo erubeſcatur,ſit pulchrum,ſit aptum,ſit ſanum,hæreat corpori,uiuat deo de deo,nunc laboret in terra,ut poſtea regnet in cœlo. Litigabãt ergo ad inuicem Iudæi, dicentes: Quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis dare ad manducandum? Litigabant Ioan.6 f utiq; ad inuicem, quoniam panem concordiæ non intelligebant, nec ſumere uolebant. Nam qui manducant talẽ,non litigant ad inuicem, quoniam unus panis, unum corpus multi ſumus. Et per hunc facit deus unius moris habitare in domo. Quod autem ad in Pſalm.67 uicem litigabant, & quærunt quomodo poſſit dominus carnem ſuam dare ad mandu candum,non ſtatim audiunt,ſed adhuc eis dicitur: Amen,amen dico uobis,niſi mandu caueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius ſanguinẽ,non habebitis uitã in uobis. Quo modo quidẽ detur,& quiſnã modus ſit manducãdi iſtum panẽ,ignoratis. Verũtamen,niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius ſanguinẽ,non habebitis uitã in uobis. Hæc nõ utiq; cadaueribus,ſed uiuentibus loquebatur. Vnde ne ittã uitã intelligẽtes,& de hac re litigarẽt,ſecutus adiunxit: Qui mãducat meam carnẽ,& bibit meum ſanguinẽ,ha bet uitã æternã. Hanc ergo nõ habet,qui iſtũ panẽ nõ manducat,nec iſtũ ſanguinẽ bibit. Nam tẽporalem uitã ſinẽ illo habere homines poſſunt, æternã uero oĩno non poſſunt. Qui ergo nõ mãducat eius carnem, nec bibit eius ſanguinẽ,non habet in ſe uitam: & qui mãducat eius carnem,& bibit eius ſanguinẽ,habet uitam æternam. Ad utrunq; autem re ſpondit ꝙ dixit æternam. Non ita eſt in hac eſca,quam ſuſtẽtandæ huius corporis uitæ cauſa ſumimus, nam qui eam nõ ſumpſerit,nõ uiuet,nec tamẽ qui eam ſumpſerit,uiuet. Fieri enim poteſt,ut ſenio,uel morbo,uel aliquo caſu,plurimi & qui eam ſumpſerint,mo riantur,in hoc uero cibo & potu,id eſt corpore,& ſanguine domini nõ ita eſt,nam & qui eam nõ ſumit,nõ habet uitam,& qui eam ſumit,habet uitam,& hanc utiq; æternã. Hunc ipſe cibum,& potum, ſocietatem uult intelligi corporis, & membrorum ſuorum, quod ſancta eſt Eccleſia in prædeſtinatis, & uocatis, & iuſtificatis, & glorificatis, ſanctis, & fi delibus eius. Quorum primum iam factum eſt,id eſt,prædeſtinatio,ſecundũ,& tertium, & factum eſt,& fit,& fiet,id eſt uocatio, & iuſtificatio: quartum uero nunc in ſpe eſt,in re autem futurum eſt,id eſt,glorificatio. Huius rei ſacramentum,id eſt,unitatis corporis,& ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica menſa præparatur, & de menſa dominica ſumitur, quibuſdam ad uitam, quibuſdam ad exitiũ. Res uero ipſa cuius & ſacramẽtum eſt, omni homini ad uitam, nulli ad exitium, quiſ cunque eius particeps fuerit. Ne autem putarent ſic in iſto cibo, & potu promitti uitam

æternam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternam, ut qui eam sumerent, iam nec corpore morerentur, huic cogitationi dignatus
est occurrere. Nam quum dixisset: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, cõtinuo subiecit, & dixit: Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Vt habeat interim
secundum spiritum uitam æternam in requie, quæ sanctorum spiritus suscipit, quod autem ad corpus attinet, nec caro eius uita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die: Caro enim mea (inquit) uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Quum enim cibo, & potu id appetant homines, ut neq; esuriant, neq; sitiant, hoc ueraciter non præstat, nisi iste cibus, & potus, qui eos, à quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit, id est, societas ipsa sanctorum ubi pax erit, & unitas plena, atq; perfecta. Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei, dominus noster Iesus Christus corpus, & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Nanq; aliud in unum ex multis granis conficitur, & constat, aliud in unum ex multis acinis confluit. Deniq; iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem eius bibere: Qui mãducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo mãducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter, & uisibiliter premat dentibus sacramẽtum corporis, & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentũ ad iudicium sibi manducat, & bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi ac
cedere sacramẽta, quæ aliquis non digne sumit, nisi qui mundus est, de quibus dicitur: Be-
Mat.5 a ati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt: Sicut (inquit) misit me uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrem, & qui mãducat me, & ipse uiuet propter me: Non ait: Sicut mãduco patrem, & ego uiuo propter patrem, & q mãducat me, & ipse uiuet propter me. Non eñ filius participatione patris fit melior, qui est natus æqualis, sicut participatione filij per
unitatem corporis eius, & sanguinis, quod illa manducatio, potatioq; significat, nos effi-
cimur meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes æternã uitam, quã non habebamus ex nobis, uiuit autem ipse propter patrẽ, missus
Ioan.14 d ab eo, quia semetipsum exinaniuit, factus obediens, usq; mortẽ crucis. Si enim secundũ id
Philip.2 a accipimus, uiuo propter patrem, quod alibi ait: Pater maior me est, sicut & nos uiuimus propter ipsum, qui maior est nobis, hoc ex eo q; missus est, factum est. Missio quippe eius exinanitio sui ipsius est, & formæ seruilis acceptio, quod recte intelligitur, seruata etiam filij cum patre æqualitate naturę. Maior est enim pater homine filio, sed æqualem habet deum filium, quum idem sit & deus, & homo, dei filius, & hominis filius unus Christus.
Ioan. 6 f In qua sententia, si recte accipiuntur hæc uerba, ita dixit: Sicut me misit uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Et qui mãducat me, & ipse uiuet propter me. Ac si diceret: Vt ego uiuam propter patrem, id est, ad illum tanquàm ad maiorem referam uitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit. Vt autem quisquam uiuat propter me, participatio facit, qua mãducat me. Ego itaq; humiliatus uiuo propter patrẽ, ille erecto uiuit propter me. Si autem ita dictũ est, Viuo propter patrẽ, quia ipse de illo, nõ ille de ipso est, sine detrimento æqualitatis dictum est. Nec tamen dicẽdo, Et qui mãducat me, ipse uiuet propter me, eandem suam, & nostram æqualitatem significauit, sed gratiam mediatoris ostẽdit. Hic est panis, qui de cœlo descendit, ut illum manducado uiuamus, quia æternam uitam ex nobis habere non possumus. Non sicut (inquit) manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui mãducat hunc panem, uiuet in æternũ. Quod ergo illi mortui sunt, ita uult intelligi, ut nõ uiuant in æternum. Nam temporaliter & hi profecto moriuntur qui Christum manducant, sed uiuunt in æternum, quia Christus est uita æterna.

De eodem manna, siue pane cœlesti, ex Ruperto. Cap. XVII.

Ioan.6. d RVpertus autem abbas in cõmentarijs, hoc pacto scribit: Amen, amen dico uobis, nõ Moyses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Non (inquit) Patres uestri, non Moyses patrum uestrorum illorum omnium, qui mãna manducauerunt maximus, dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus, non dico dedit,
sed præ-

sed præsenti tempore dat uobis panem de cœlo uerum, panem (inquã) uerum, id est, non
pereuntem, sed permanentẽ in uitam æternã, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit illis
Psal.77 c mãducare. Vere dico uobis: non (sicut hæc scriptura prophetica dicit) tunc factũ est, quã-
Exo.16 d.e do mãna manducauerunt patres uestri, sed sicut futurum erat, ut aperirentur ianuę cœli,
Gen.3 quæ propter peccatũ antiquum clausæ fuerãt humano generi, & ut panem Angelorum
mãducaret homo, tunc prefiguratũ est, quãdo illo pane patres uestri alti sunt in deserto.
Gen. 3 d Nam sicut aqua illa, quæ tunc de petra percussa profluxit, ut biberent patres uestri, rom-
1.Cor.10 phæam, quæ ante paradisum posita est, nõ extinxit: sic illud mãna nec cibus Angelorum
extitit, nec uitam Angelicã patribus uestris dedit. Hoc loco silendũ non est, male quosdã
ignotos, & abscõditi nominis homines opinari, suis quoq; defendere dictis, & scriptis, panem uerum, & potũ, quem in sancto altari sumimus, nihilominus patres illos mãducasse tũc temporis, & bibisse, & nihilomagis hoc esse uerũ corpus, & sanguinẽ Christi quàm fuit illud mãna quod ille populus comedit, & illa aqua, quam de petra productam non solus populus, sed iumenta biberunt. Huic errori suo pro maximo argumento adhibent autoritatẽ Apostoli, dicẽtis: Et omnes eandẽ escam spiritualem mãducauerunt, & omnes
1.Cor.10 eundem potũ spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequẽte eos petra,
Petra autem erat Christus. Itaq; cum præsenti ueritatis autoritate dicentis: Amen, amen
Ioan.6 d dico uobis, nõ Moyses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panẽ de cœlo uerum, aduersus hanc detestabilẽ præsumptionẽ, quamlibet paucis respondendũ est. Primo dicendũ, Apostolũ nõ eo sensu dixisse, quo isti accipiunt, & omnes eandem escam spiritualẽ mãducauerunt, & omnes eundẽ potũ spiritualem biberũt, neq; dictiunculam relatiuam, scilicet eandem escam, uel eundẽ potum ita posuisse, ut referri uelit ad illam escã, illumq; potum, de quo ipse dñs: Hoc est (inquit) corpus meum, hic est sanguis meus: Sed
Matt.26 c eandem (inquit) escam mãducauerunt, & eundem potũ biberunt Dathan, & Abiron, quã
Moyses, & Aaron, eandem utiq; Chore, quam Caleph, aut Iosue. Hoc enim intẽdit Apostolus ea lectione, ut solicitum reddat omnẽ hominẽ, ne se arbitretur iam cõprehẽdisse, quia consecutus est sacramenta fidei Christianæ. Nam hæc omnia (inquit) in figura fa-
1.Cor.10 c cta sunt nostri, uidelicet ut antiquis sciamus experimentis, quod licet omnes baptizati
simus in eodem nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & omnes mãducemus idem corpus, & sanguinem Christi, non tamen arbitrandum nobis sit, quod æque omnibus nobis beneplacitum sit deo, quomodocunq; uiuamus, qualiacũq; post baptismum operemur. Quia quemadmodum quum omnes illi eisdem signis, eisdem (inquam) mali quibus & boni fuerint glorificati, in pluribus tamen eorum, non beneplacitum est deo, ut introduceret eos in terram repromissionis, sic nimirum non complacebit ei, ut introducat nos in
1.Cor.10 b regnum dei, si fuerimus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupierunt, si fornicati fuerimus, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, si tẽtauerimus Christũ, sicut quidam eorum tentauerunt, si murmurauerimus, sicut quidam ex ipsis murmurauerunt. Igitur textus Apostolicæ literæ nemini succurrit, uolenti accipere sic eandem escam, uel eundem potum esse dictum, ut referat ad idẽtitatem cibi, & potus uiuifici, quem sumimus in commemorationem domini nostri Iesu Christi. Sed neq; illud, quod escam, & potum spiritualem idem Apostolus dicit. Nam si aliter uelis accipere escam, & potum spiritualem, quàm in figuram spiritualis contingentem, & idcirco non naturali rerum ordine, sed spiritualẽ uirtute prodeuntẽ, ipse Apostolus in eisdem literis te constringit, quantũuis recalcitrantẽ. Dicit enim paulo post: Hæc autem omnia, in figura cõtingebant illis. Si omnia, utiq; & illa esca, & ille potus in figura cõtingebant. Proinde non magis illud manna, panis iste uerus erat, nec magis ille potus idem erat, quod iste uitalis potus, quẽ uere Christi sanguinem credimus, & confitemur, quàm illa petra Christus erat, petra utiq; inanimata, & insensibilis, quam Moyses uirga percussit. Nam uniuersa (ut iam dictum est) cõ-
Num.20 b tingebãt in figura, quæ profecto nũquã ualet idẽ quod ipsa res, quã figurat, sicut umbra nõ est idẽ quod ipsa rei, uel corporis substãtia. Sed dicit aduersarius: Nimirũ & iste panis, quẽ in altari cõsecramus, figura est panis uiui, q de cœlo descẽdit, nõ ipse panis uiuus. Cui uis (quæso) autoritate canonica fret, catholicis hoc infers auribus? Nunqd ubi dixit ipse
panis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.26 c panis uiuus de pane,quem tenebat in manibus:Hoc est corpus meum,dictum est aliquid
1.Cor.10 b tale,quale dixit Paulus,ubi quũ dixisset:Petra autẽ erat Christus,&c. hęc autem(inquit)
1. Cor.10 c omnia in figura cõtingebant illis? Nempe si ipse Christus,aut Euãgelista,uel Apostolus
Ioan.6 f autor esset dictionis huius,non tu esses redarguendus. Etiam si dicat quis figuratam esse
locutionẽ,qua dicetur posterius: Nisi manducaueris carnẽ filij hominis, & biberitis eius
sanguinem,non habebitis uitam in uobis,non nobis aduersatur,quia uidelicet ista figu
Mat.13 a ratio locutionis ueritatem rei non perimit, quemadmodum in parabola seminãtis, uere
ba parabolica rem non perimunt uere seminantis. Quæ enim est diffinitio figuratæ lo
cutiõis? Nempe quum aliud in uoce resonat, aliud intelligendũ est, figurata locutio est.
Plane ergo & si prædicta locutio, figurata locutio est, (Aliter enim Iudæis sonuit, aliter
Christus sensit)res ipsa figuratio non est,sed ipsa potius figuratio,re permanẽte,perimi
tur,quum de pane,& uino signanter dicitur:Hoc est corpus meum,hic est calix meus. Ibi
enim sensus Iudaicus perimitur,quia luce clarius est,ꝙ ficut intelligebant, Christus man
ducandus non est. Putabant enim, ꝙ concidi uellet carnem meam,& manducari,in qua
continebatur quinq; sensibus,quemadmodum cõciditur caro agni,& comeditur. Ibi(in
quam)figuratio hæc perimitur,& permanet sensus uerbi cõsonus,scilicet,ꝙ panis in ue
ram substantiam corporis eius diuina uirtute conuertatur. Quod si cuiquam impossibi
Ioan.15 le apud deũ esse uidetur, scilicet ut panis,qui hoc anno creuit e terra,corpus Christi fiat,
& quod uinum,præsentibus expressum acinis, uertatur in sanguinem domini, consequis
tur,ut aquam,quam paulo ante de Rheno, aut Tyberi,uel quolibet ex fonte hausit,crus
cis,& passionis Christi sacramento signatã,non credat illam esse,quæ de latere eius lan
ceato,cum sanguine fusa cucurrit, ad hoc,ut per baptismum suum lauaret nos à peccatis
Titum 3 c nostris,ut cum hoc quoq; negauerit,fit ex toto ethnicus,& publicanus,fit homo totus hę
reticus,post primam,& secundam ammonitionẽ,à cunctis deuitandus. Sed illud cur non
credat,quum omnis aqua,siue maris,siue fluminum, aut fontium,cisternarum,aut palu
dum, omnis(inquam) aqua undecunq; sumpta, uel producta secundum substantiam sit
una? Quum igitur undecunq; sumpta sit,crucifixi domini sacramento admota fuerit,ra
tioni fidelium nulla dubietas subest,quin ipsa eadem sit,quam (ut supra dictũ est)domi
Ioan. 19 f nus noster de latere suo profudit. Quid autem secundum substantiã, nisi aqua est? Aqua
nanq; à radicibus imbibita,per uites ascendit, & calore solis paulatim uegetata, uinum
fit. Item quum ex quatuor elementis homo compositus sit, sanguis utiq; in illo ex aquæ
substantia est. Itaq; uinum, & sanguis ex eadem substãtia sunt humoris,& neutri horum
ignis quoq; deest elementum. Nam & sanguis calidus,&uinum feruidum est. Solumno
do colore,& sapore differunt,quæ profecto, quum accidentia sint, nullius in diuinis acti
bus momenti sunt. Substantiæ quippe,non accidentia computantur in numero creatura
rum. Quum igitur uino uerbũ crucis,& passionis Christi accedit,quę ratio uetat, ut non
idem sanguis, qui pro multis in remissionem peccatorum fusus est, debeat credi? An
quia non colorẽ,&saporem assumit sanguinis,quemadmodum quando corrumpitur in
testinis corruptibilis hominis, & sanguis horridus uisui quoq; fit? Nempe incorrupti
bile uerbũ, iamq; incorruptibilis,& immortalis Christus, sic uinum suum sanguinẽ effe
cit,ut rei usu, & gustu blande nihil inferat corruptionis. Nihilonimus substantia panis
quatuor elemẽtis confecta,multo magis cognata est uero humano corpori Christi,quã
Exo.16 c.d fuerit manna,quod in aere iussu dei concretũ supra castra Israel pariter cum rore descen
debat. Frumentum de terra natũ est, & blandis fauoribus aeris aspiratum permaturuit,
non sine aqua pluuia,& calore solis, sed,ut hoc taceam, rursus ut fieret panis,aqua com
mixtum, & igne decoctum est, & ita substantia panis peracta est. Quum ergo panis ille
uiuus,qui de cœlo descendit,quẽ(ut supra ipse dixi)pater signauit,quũ(inquã)eodem si
gno,quod ipse est,signat hunc panem, qui(ut omnes nouimus)nuper creuit in terra,& fi
Matt.26 c gnãter dicit:Hoc est corpus meũ, quod pro uobis tradetur, audes dicere aliud esse,quam
Christi corpus? Veritas dicit: Hoc est corpus meum. Et addit: Quod pro uobis tradetur,
& tu dicis,non est idem corpus? Nempe si non est idem corpus, si non est idem,qui de cœ
lo descendit panis uiuus,nõ est hoc corpus, quod pro uobis traditur. Sed iamdudũ liquet
omnibus

omnibus in quo sensus tuus hæreat carnalis, totusq; animalis, ideoq; non percipiens ea 1.Cor.2 d
quę sunt dei,uidelicet quia nec panis, nec uinum aliquid de exteriori specie mutauit,iccir
co sapere nõ potes,nec uis,ꝙ uere factum sit corpus,& sanguis domini. Consequitur er
go,ut quum albus episcopus te forte Maurum hominẽ, baptizauerit, nõ credas teipsum
apud deum factum esse,quod est is, qui te baptizauit, scilicet ꝙ de filio diaboli factus sis Rom. 8 c.d
filius dei, de filio mortis filius uitæ, de filio iræ filius gratiæ sempiternæ, pro eo ꝙ capil- Ephes. 2 a
lus tuus niger non refloruit,faciesq; tua totiusq; corporis cutis æthiopica,secundum co
lorem eius qui te baptizauit,non retinuit. Quod si concedere perhorrescis,ne infideli de
terior sis,& mauis confiteri,ꝙquãuis de exteriori specie nihil mutaueris,uere de alio cor
pore diaboli,quod est omnis massa perditorum, in aliud corpus Christi,quod est Eccle
sia,transieris,crede & hoc, quia panis iste uisibilis,& uinum, quibus ex rebus tempora lis
ter unius quamuis nihil de exteriori specie mutatũ sit,in alium transierint, & in illum ci
bum,potumq; cõuersa sint,qui Angelorum uictus est,quo pascuntur immortaliter,quia
uidelicet tam in hoc, quàm in illo sacramento uerba quæ loquitur nobis dominus,spiri
tus,& uita sunt, id est,nõ carnaliter, sed spiritualiter, non secundũ crassitudinẽ carnis,sed Ioan.6 g
secundum mentis nostræ spiritum,renouationem,& resurrectionem totam perficiunt.

Caput XVIII.

SEd quid dicemus magnis,& magnificis paruulorũ magistris, quibus interdum sua
uius redolet Platonis Academia,quàm hæc uiuifica domini mensa? Quid(inquam)
dicemus eis, ubi totis uiribus intenti ad expugnandam ueritatem dominici corporis,&
sanguinis magnorũ sentẽtias doctorũ coràm attulerint,dicentiũ:Hunc panẽ significauit
mãna, hunc panem significat altare dei,sacramẽta illa fuerunt, sacramenta hæc sunt, in
signis diuersa sunt,in re,quæ significatur,paria sunt,itemq; aliud illi manducauerunt,a
liud nos sub specie uisibili,quod tamẽ idem significaret uirtute spiritali? Hæc enim,&his
similia de nõ contẽnendis sumere uidẽtur autoribus. Secundũ quos & Apostolum audi
(inquiunt):Patres nostri omnes sub nube fuerunt,& omnes mare trãsierunt,& omnes in 1. Cor.10 a
Moyse baptizati sunt,in nube,& in mari,& omnes eandem escã spiritualem mãducaue
runt,& omnes eundẽ potum spiritualem biberũt, Bibebãt autem de spirituali cõsequen
te eos petra, petra autem erat Christus. Quid igitur respondebimus eis? Et quidem iam
superius dictũ est,eandẽ escam,& eundem potum nequaquã Apostolum ad hanc escam,
& ad hunc potum,quẽ de Christi mẽsa sumimus,referre uoluisse,habitatoremq; eius spi
ritum ueritatis, & gratiæ longe alio sensu uerba hæc protulisse,uidelicet ut intelligas,ꝙ
eandem escam manducauerint, & eundem potum biberint Dathã,& Abiron,quẽ Moy
ses,& Aaron,eundemq; Chore,quem Caleph,aut Iosue. Alioquin si dicas,uel Apostolũ
dixisse intelligas,eandẽ escam illos in illis umbris mãducasse, quam & nos mãducamus
hoc tempore reuelatæ gratiæ,& dicas cum supradicta quorundã autoritate,mãna illud,
& hunc panem mensæ Christi, in signis diuersa,in re quæ significatur paria esse, & cæte
ra,quæ supradicta sunt, ac proinde fatearis,hunc panem non magis, quàm illud manna
corpus esse Christi, nec plus spiritalis habere uirtutis,cõsequitur,plane ut dicas sacrificia
agnorũ,& arietum nouo sacrificio panis,& uini fuisse sanctiora,uteresq; panes proposi
tionis digniores hoc pane,qui ponitur:& sacratur in mensa Christi. Prædicta nãq; sacri
ficia longe sanctiora fuerũt,q̃ illud mãna,uel aqua illa,quæ de percussa fluxit petra,qp- Leuit.23
pe quũ de sacrificijs,uel propositionis panibus nõ nisi mũdis,& sacerdotibus,aut Leuiti
ci generis hominibus edere liceret, illud autẽ mãna, indifferẽter cũcti mãducare,& illam
aquã,utpote nulla diuini nominis inuocatione sanctificatã,licet spiritualẽ,id est nõ natu Exod. 16 c
rali ordine,sed spirituali uirtute productã, uel spiritualis potẽ significatiuã,iumẽtis eque
ut hominibus bibere,& canibus quoq; lãbere impune licuerit. Scriptũ est eenim:Egressæ Num.20 b
sunt aquæ largissimæ,ita ut populus biberet:ac iumẽta. Sed per Christi gratiã nõ eo usq; Ioel 1 d
altissime sapiãt isti sapientes,qui tãtis obiectiunculis mensam dñi diuerberãt,ut prędicẽt Prou.24 b
iumentis,non dico & brutis animalibus,quæ aquã illam & ipsa biberẽt,sed iumẽtis,quæ 2. Petr. 2 d
computruerunt in stercore suo,& canibus,qui reuertũtur ad uomitũ suum,suibus quoq;
lotis in uolutabro luti,hunc panem,uel potum dominicum indiscrete tradendũ esse prę

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicent,quomodo(ut prædictum est)illo pane,cui comparatum esse uolunt hunc panem
dominicum,& illa aqua populus,ac iumenta cõmuniter uti potuerũt,neq; hoc modo ir-
1.Cor.11 g ritum faciant eiusdẽ quoq; Apostoli iudicium,dicentis:Qui manducat,& bibit indigne,
iudicium sibi manducat,& bibit.In collatione sentẽtiarum de corpore,& sanguine domi
ni,beati Ambrosij sententiam digne palmam obtinere indicatum est, dicentis inter cæte
ra:Liquet igitur,ꝙ præter naturę ordinem uirgo generauit,& hoc quod conficimus cor
pus ex uirgine est.Quid hic quæris naturæ ordinẽ in Christi corpore,quũ præter naturã
Ioan.1 f fit ipse dominus Iesus Christus partus ex uirgine? Vera utiq; caro Christi est, quæ cruci-
fixa est, quæ sepulta est, uerum ergo carnis illius sacramentum est. Item: Sicut uerus est
dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam,sed
quasi filius ex substantia patris, ita uera caro (sicut ipse dixit) quam accepimus & uerus
1.Cor.10.a potus est. Igitur etiam si Angelus de cœlo nobis Euãgelizet supradicta Apostoli uerba,
quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt,& omnes mare transierunt,& omnes in
Moyse baptizati sunt &c.Sic exponendo,ꝙ hæc ipsa, quæ tunc in illa umbra, uel in illa
nocte facta sunt,eiusdem fuerint uirtutis, cuius ista sunt sacramenta,quæ nunc in die sa-
lutis,fide Christi rutilante,fiunt,uel eo cibo,potuq;, siue baptismo, quo baptizati sunt in
Moyse,in nube,& in mari, magis illos cõsummatos fuisse, quàm posteriores,inter quos
Samuel,& Dauid,qui per mare non transierunt, neq; manna manducauerunt,si(inquã)
Gal.1 a etiam Angelus de cœlo hęc euangelizet,non illum tanquam lucis Angelum,non in hac
2.Cor.1 sententia tanquam Christi audiemus Apostolum. Quod & si quis sanctorum patrum ta
le quid alicubi dixit,quod à præsumptoribus in aduersum prępi potuerit(sicut mos eo-
rum est, qui quum uenando aliquid comprehendere quiuerint, quod uibrare queant ex
aduerso ueritatis aduersarij magis exultant,quàm ficarius quũ ciuem,aut collegam con
ciderit)sunt eiusdem alia pleraq; scripta,quæ fidelis lector diligenter conferens,periclitã
ti fidei citius subuenire ualeat. Verbi gratia: Idem quem tenent aduersæ quasi patronum
3.Re.21 d sententię,dicit in Dauid,quia cõmutans uultum suum,ferebatur in manibus suis,nihil a-
liud fine dubio quàm seipsum tulisse ait uerũ Dauid,id est Christũ in manib⁹ suis,quũ te-
Matt.26 c nens panem, & uinum,diceret:Hoc est corpus meum,hic est sanguis meus, qui & paulo
post dicturus est in hoc eodem Enangelista : Et panis quem ego dabo, caro mea est pro
Ioan.6. c mundi uita.Nonne hic idem Euãgelista Ioannes dicit in Apocalypsi : Si quis apposuerit
Apoca.22 d ad hæc,apponat super illũ deus plagas scriptas in libro isto,& si quis diminuerit de uer-
bis prophetiæ libri huius,auferat deus partem eius de libro uitæ, & de ciuitate sancta,&
de his quæ scripta sunt in libro isto?Nunquid uero minus timẽda est hic illa maledictio,
ut non detrahamus,uel apponamus quicquã uerbis dicentis,hoc est corpus meum,quod
pro uobis tradetur, hic est sanguis meus nouum testamẽtum, qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum? Quum enim illo dicente,hoc est corpus meum,nos subau-
ditionem apposuerimus,dicentes figuratiuum, uel per similitudinem dictum,quum(in-
quam)illo dicente, hoc est corpus,nos dixerimus, hoc significat corpus, nonne multum
est quod apponimus,uel praua demutatione detrahimus,& sensum generamus,quẽ tan
tus autor deus,& homo, nusquam est locutus, nec ascendit unquam in cor eius? Nempe
quum obijcit quis, suisq; scriptitat in schedulis, quod itidem dixerit eadem ueritas, Ego
Ioan.15 a sum uitis, tam audacter, quàm imperite in argumẽtum mendosum illud attrahit, quum
statim subsequentia uerba dicẽtis:Sicut palmes non potest fructum ferre à semetipso, ni-
si manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis, manifeste per similitudinem dictum
compellant intelligi, præsertim quum non signanter dixerit, Ego sum hæc uitis,sicut si-
gnanter dixit,hoc est corpus meum,hic est sanguis meus,apposita protinus descriptione
ueræ proprietatis,de corpore inquiens, quod pro uobis tradetur,de sanguine autem,qui
pro multis effundetur. Igitur ne ueniant super nos plagæ nouissimæ,neque apponimus,
neque diminuimus quicquã diuinæ diffinitioni,uel descriptioni, quam incarnatum uer-
1.Ioan.4 d bum ore proprio deprompsit,imo quia perfecta charitas foras mittit timorem, non tam
plagarum timore,quàm ueritatis amore confitemur,quia panis iste corporeus, postquã
signauerit eum pater, & uinum hoc expressum acinis præsentibus, mox ut eodem signo
signatum

signatum est,per manus Ecclesiæ dicentis:Vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi fi-
lij tui domini nostri &c.usq;,In mei memoriam facietis,corpus,&sanguis eius,qui huius
traditionis autor est, & hoc sacrificium Christus ipse est,cuius passione, ut sacrificiũ fie-
ret,à deo patre in ueritate signatum est.

Cap. XIX.

Dicat nunc aliquis:Quid ergo manducauerunt ueteres sancti,ut uitam æternam ha- Ioan.6 f
berent?Si non præterito tempore dedit,sed præsenti dat pater panem de cœlo ue-
rum,quem nisi manducauerimus,non habebimus uitam in nobis, quomodo nunc uitã
habent beati patriarchæ,uel prophetæ sancti,omnesq; anteriores electi, qui antequam
pater hunc panem daret,defuncti sunt,non accepta promissione, & idcirco non potue- Hebr.11 c
runt manducare?Quid enim ? Nónne per unum,idemq; peccatum,mors in omnes ho- Rom.5 b
mines pertransijt, & tam illi, qui præcesserunt, quàm hi,qui subsequuntur CHRISTI Ioel.8
aduentum in uno omnes peccauerunt ? Num ergo peccatum emundari,mortemq; ab- Iob.8 a
oleri oportuit aliter illis, quàm nobis,aliter nobis, quàm illis ? Aut nunquid dominus
supplantat iudicium,uel omnipotens subuertit quod iustum est, ut non secundum mo-
dum communis culpæ adhibeat communem omnibus medicinam iustitiæ, sed secun-
dum mutabilitatem uoluntatis suæ uariet ordinem,uel effectum uitæ æternę? Verbi gra-
tia,ut dicat:Vos primi sola fide perficimini,uos alij per circuncisionem consummamini,
uos tertij,nisi baptizemini,& nisi carnem meam manducetis,& sanguinem meum biba-
tis,non habebitis uitam in uobis.Huic obiectioni oportune respondendũ est:Quum pri-
mum nemo sit qui dubitet,sanctos omnes ab origine mundi expectasse hunc redempto
rem generis humani,nec aliter eos potuisse paradiso restitui,nisi uenisset prius hic agnus
tollere peccata mundi,illud quoq; scire oportet,quod ob causas antiquas certas,&notas
cum his duobus salutis nostræ sacramentis necessarijs, scilicet baptismo, corporisq;, &
sanguinis sui cibo,potuq; illum uenire oportuerit. Nec enim aliud tunc intendit, quum
secundum iustitiæ,simul & misericordiæ suæ consilium immutabile, primum hominem
lapsum per cibum uetitum requisiuit,dicẽs:Quare hoc fecisti?uidelicet stirpem eius tam Gene.3
diu persequuturus,donec culpam eandem humiliter recognitam,& pia confessione da-
minatam ipse gratiæ suæ flumen aboleret,& sic demum uerum uitę lignum,quod ipse est
aduersus cibum illum,quem presumpsit,comedendum apponeret. Aliter quippe destrui
non poterat peccatum illud,ꝙ homo credens diabolo plusquam deo,cibum uetitum su
perba intentione comedit,nisi ut iterum plus credens deo,quàm diabolo, econtra cibum
imperatum humili subiectione comederet idem homo. Vt ergo iusta ratione peccatũ de-
strueret iustitia sempiterna,peccatorem eiectum e uestigio subsecuta est inexhausta mi-
sericordia,nec ante reuocare destitit,donec in filijs hominũ fidem inueniret,& humilita-
tis uoces sibimet respondentes audiret. Cœperunt enim homines miserijs eruditi, mali-
tiam serpentis deceptoris agnoscere,& cum excæcatione refugere,& in condẽnationem
cibi illius,quam ab illo persuasus homo contra deum comederat,sacrificia,decimasq;,& Gesi.4
hostias pacificas deo creatori offerre,cupientes cibi illius maledictionem talium come-
stione sacrificiorum,cum inuocatione diuini nominis expurgare.Sed non poterat brutũ
pecus,uerbi gratia,simplex,& innocens agnus, quem in condemnationem malitiosi,&
noxij serpentis obtulit Abel,non poterat(inquam)pro offerente se homine brutum pe-
cus loqui,iustitiam non poterat offerenti se,conferre,quam non habebat uitam æternã.
Hac ergo præparatis esurientibus,quum sinus Abrahæ iam ex ipsis esset impletus,patefa
ctis in plenitudine temporis cœli ianuis dedit pater hunc panẽ uiuum,& uerum , panẽ si-
gnatum,panẽ Angelorũ. Qui causam habẽs eandẽ cur ueniret,quam habuit in paradiso,
quum primum hoẽm requireret,scilicet ut cibo,per quẽ homo perijt,oppositũ cibum da-
ret,præcedẽte merito humilitatis,& fidei,præcepto patris aduersus lignum sciẽtiæ boni,
& mali,ipse fructus uitæ æternæ in ligno crucis pẽdere uoluit,& per passionem mortis,
mortuorũ simul,&uiuorum cibus fieri,ut suo quiq; modo comederẽt eum,tam mortui,q̃ Lucæ 23 f
uiui. Decerptum quippe illum de arbore crucis manu patris,ipso dicẽte: Pater in manus
tuas commẽdo spiritũ meũ, comederẽt illum animę sanctorũ,eo uidelicet modo,quo & Ionæ.2 c
Angeli eundem comedunt:comederunt(inquam)ueram diuinitatem,&uere aperti sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculi eorum,& exinde uiderũt deum, quem antehac nemo uidit unquã. Corpora quoq; illorum in monumẽtis iacẽtia,uirtute cibi huius nõ caruerũt,mox ut eodẽ uenere,quo te
Ionæ 2 nebantur & ipſa,receptũ eſt corpus eius, ſicut Ionas in uentre ceti tribus diebus,& tribus
Matt.12 c noctibus. Nam uirtute huius cibi factũ eſt,ut multa ex ipſis reſurgerẽt,in teſtimoniũ fu-
turæ uniuerſalis reſurrectionis,qui utiq;,nõ ut quidã exiſtimauerũt,iterũ morituri reſur-
Matt.27 f rexerũt,de quibus ait Euãgeliſta,Quia ueniẽtes in ciuitatẽ ſanctã poſt reſurrectionẽ eius
apparuerunt multis,quod uidelicet abſurde diceretur de iterũ morituris:uerbi gratia de
Lazaro,uel de filio uiduæ qui nõ apparuerũt multis, ſed omnibus uiſibiles,& cõtrectabi-
les,atq; omnino cõſimiles,ſiue cõpaſſibiles fuerũt ſub cõditione mortali, comedẽtes,atq;
bibẽtes, & habitãtes in domibus ſuis. Viui autẽ comedũt modo(ut prædictũ eſt)ſibi con-
gruo, comedũt eiuſdẽ paſſionis ſalutẽ ſecundum traditionẽ ipſius dñi ſignãtis panẽ, & ui-
num,ut edant pauperes,& ſaturẽtur,&laudent dñm,qui requirunt eum,edant(inquam)
pauperes grandẽ eleemoſynã regis regũ,quam dat ipſe, nõ aliam quàm ſeipſum,nondũ
2. Cor.5 b in ſua ſpecie. Per fidem enim nunc ambulamus,& non per ſpeciẽ, ut uera fide manducan-
tes cibum uitæ æternę,culpã euadamus parentũ noſtrorũ, qui mãducauerunt decepti ua-
na ſpe,& nimia credulitate diuinitatis præripiendæ. Igitur non alio remedio ueteres con-
ſummati ſunt ſancti,& alio ſubuenitur nobis,ſed quo ſanguine cum aqua profluente de
latere Chriſti emũdata eſt uniuerſitas illorũ in ipſa hora dñicæ mortis,eodẽ nos emũda-
Apoca.1 a mur ſinguli, & eodem aquæ elemẽto undecunq; ſumpto cum uerbo eiuſdẽ crucis,& ſan-
Exod.12 guinis, in quo nos(inquit Ioãnes) lauit ille à peccatis noſtris. Et quem illi agnum in ara
crucis torridum illa ſacratiſſima ueſpera ſimul omnes in inferno poſiti uelociter come-
Oſeæ 13 d derunt,impleta prophetia,quæ dicit. O mors,ero mors tua,morſus tuus ero inferne. Et
enim non actiue dictum eſt,mordebo te uel ero mordens te,ſed paſſiue,morſus tuus(in-
quit)ero inferne,quem(inquam) agnum in inferno mortui comederunt,nos eundem ſu-
um quiq; temporibus,& locis manducamus, ut cum illo in æternum uiuamus. Quod ſi
quis à nobis quęrat,quomodo panis,qui hoc anno de terra creatur corpus Chriſti ſit,&d
in cruce pependit,& uinum quod præſentibus expreſſum eſt acinis, ille ſanguis eius ſit,
quẽ de latere ſuo fudit. Interrogemus eum,quõ filius hoĩs, qui utiq; de fœmina cõceptus
eſt,& de terra natus eſt,de cœlo deſcenderit, uel quõ antequam in cœlum aſcenderet,iam
in cœlo eſſe potuerit,iuxta ueritatem ipſius dicentis: Et nemo aſcendit in cœlum,niſi qui
deſcendit de cœlo,filius hominis,qui eſt in cœlo. Hoc profecto ſi quid ſapit,reſpõdere po-
Ioan.3. b terit,q; propter unitatem perſonę dei,&hominis Chriſti illud rectiſſime dictum ſit,quia
uidelicet unus eſt Chriſtus,filius hominis cum filio dei,qui de cœlo deſcẽdit,quiq; quum
eſſet in terra,nihilominus & in cœlo, & ubiq; erat,quippe quem locus nullus concludit,
qa incircũſcripta eſt natura diuinitatis. Ergo uerbis paululum demutatis,dicam⁹ ei:Ne-
mo te ſubleuat in cœlum,niſi hic panis,qui deſcẽdit de cœlo,hoc corpus dñi,quod pepen-
dit in ligno,& hic ſanguis eius,qui effuſus eſt pro toto mundo. Nempe ſuperiorem ſenſẽ
tiam uidet,de iſta nõ uideo quid dubitet. Vnitas enim uerbi,unum efficit corpus Chriſti,
ut illud quod tunc in cruce pependit,&iſtud,quod nunc Eccleſiæ fides ore ſacro conficit,
unum corpus fit,una(inquã)caro,& unus ſanguis fit. Proinde non ita ſimus incauti adu-
latores beati Auguſtini,ut quum dicat ille ſacramentũ,& rem ſacramenti unitatẽ corpo-
ris Chriſti, quod eſt Eccleſia,rem dicens eſſe ſacramẽti,panem autem dominicum huius
rei ſacramẽtum,ſtatimq; acquieſcamus eis, qui hanc diuiſionẽ in patrocinium ſui ſenſus
arripiunt,dicentes ſacramentum id eſſe ſacræ rei monimentũ,& hoc modo nullum faci-
Matt.26 c amus locum dominicæ diffinitioni,quã ita eſt locutus:Hoc eſt corpus meũ,quod pro uo-
bis tradetur,hic eſt ſanguis meus,qui pro uobis effundetur. Etenim Eccleſia quidem cor-
pus Chriſti eſt,ſed non illud corpus, quod pro nobis traditũ eſt. Itaq; quãtaſcunq; uolũt
ſimilitudines hinc accipiãt dicẽtes:Quia ſicut multis ex granis cõficitur unus panis mẽ-
ſit,& tamẽ una eſt Eccleſia dei,uel quæcunq; talia,& apte inueniant,& utiliter proferãt,
dũmodo fundamẽtũ permaneat quod poſitũ eſt, prẽter quod ponere aliud nemo poteſt,
1. Cor.11 f ab ipſo dicente de pane,& calice uini:Hoc eſt corpus meum,quod pro uobis tradetur,hic eſt calix

eſt calix ſanguinis mei,qui pro uobis effundetur. Hoc fundamento fidei non bene cuſto-
Mat.26 c dito,illam prædicationẽ dñi,dicẽtis: Qui mãducat carnẽ meam,& bibit ſanguinẽ meũ,in
Ioan.6 e me manet,& ego in eo,quidã ita reciprocant: Qui mãducat carnẽ meam,& bibit ſanguinẽ meũ,in
carnem meã,& bibit ſanguinẽ meum,illo ſenſu præoccupati,q; manere in unitate fidei,
hoc ſit mãducare carnẽ,& bibere ſanguinẽ Chriſti,& adeo nõ neceſſariam ſibi arbitran-
tur eſſe ad ſalutẽ corporalem dominicæ menſæ cõmunicationem. Sed quid ſi omnes hoc
idem dicãt,& omnes hoc idem ſapiãt? Nõne ociоſa reputabitur,illa traditio dñi,& ad ni-
hilum redigetur,ut nuſquã obſeruetur modus ille mãducandi,& bibẽdi,quẽ ipſe ore ſuo
prædocuit ſub ipſo articulo ſacroſanctæ paſſionis? Pereat igitur à corde Chriſtiano hic
Epheſ.5 f ſenſus,quem importat hæc inutilis reciprocatio. Hoc plane Chriſtus non docuit,ſed qui
1.Cor.11 g manducat(inquit)carnem meam,&ſanguinẽ meum,eo uidelicet modo,quo traditurus,
corde credẽdo ad iuſtitiam,&ore mãducando,ac bibẽdo ad ſalutem,hic in me manet,&
ego in eo,ita ut iam non ſint duo,ſed una caro. Mãducare nanq;,&bibere,cauſa efficiens
eſt,effectum autem ut in me maneat,& ego in eo. At ille qui mãducat,& bibit indigne,iu-
dicium ſibi mãducat,& bibit. Non nemo indigne mãducare poteſt,ſed nemo indigne mã-
ducare debet. Panis nanq; ſemel conſecratus nunquam poſtea uirtutem ſanctificationis
amittit, aut Chriſti caro eſſe definit, ſed non prodeſt quicquam indigno, cuius fides ſine
operibus mortua eſt, & idcirco ſpiritum qui uiuificat nõ habet,quo ore percipiat. Quid
Iaco.2 d enim mirum eſt, ſi terra terram comedat? Quid autem caro Chriſti, remota diuinitate,
Ioan.6 g niſi terra noſtra eſt? Proinde quicunq; carnem Chriſti comedat,non expaueſcimus,cer-
ti quid de noſtro ſumpſerit,quid de ſuo ſit,Dei filius. Quo ergo deuenit, quod indignus
manducat, & bibit? Hoc certe(ſicut ante nos dictum eſt) pium ſit, & ſalutare, credere per
membra diffundi,ita ut nõ ſit obnoxium receſſui. Sed hoc plus habet dignus ab indigno,
quia huic ad ſalutem,illi proficit ad iudicium. Nunc ad ordinem cœptum ſermo reuerta-
tur, & cum ueritate præſentis lectionis Euangelicæ eſcam, potumq; dominici corporis,
& ſanguinis (uti cœptum eſt) pertractando manducemus, manducando pertractemus.

Caput XX.

Amen, amen dico uobis(inquit)Non Moyſes dedit uobis panem de cœlo,ſed pater
Ioan.6. d meus dat uobis panem de cœlo uerum. Siquidẽ illum qualemcunq; panẽ,quem pa-
Exod.16 tres ueſtri in deſerto manducauerunt,panẽ utiq;,uel cibum periturũ, & quotidie pereun-
tem non ipſe Moyſes aliis dedit, ſed cum aliis ab eodem deo accepit,qui dat eſcam omni
Pſal.135 c carni. Quare ergo uerum panem,de quo loquor, Moyſes dare nõ potuit,ſed pater meus
dat uobis? Sequitur: Panis enim dei eſt,qui deſcendit de cœlo,& dat uitam mundo. Vera,
& firma ratio plane comprobans,q; uere panis hic Moyſe maior ſit,nec ab illo dari po-
tuerit, ſufficiensq; ad demonſtrandum panis eiuſdem ſubſtantiam, diffinitio tribus per-
fecta incrementis,uidelicet quod dei ſit,q; de cœlo deſcẽderit,q; uitam det mundo. Si di-
xiſſet: Panis enim dei eſt,nec plus addidiſſet, non illum à cõmuni pane diſcreuiſſet, Nam
Pſalm. 23 a & omnis panis quẽ terra profert, dei donũ eſt,dei creatura eſt. Etenim domini eſt terra,
& plenitudo eius. Addidit ergo, Qui deſcendit de cœlo. Sed & ſi non plus adieciſſet,nec-
dum ſatis iſtum panem diffiniſſet,Nam & Iudæi,quum dixiſſent,Patres noſtri in deſerto
manducauerunt manna,protinus adiecerunt:Sicut ſcriptũ eſt: Panem de cœlo dedit illis
Pſal.77 c manducare. Et quidem illum panem pluit dñs de cœlo,non tamen æthereo,ſed de cœlo
Pſalm.8 b aerio, per quod uolantes aues, uolucres cœli dicere ſolemus. Et uerbo quoq; deſcendit,
Num.11 b quod hic poſitum eſt,de illo pane dictũ eſt,quia quum deſcenderet ros mane ſuper caſtra
deſcendebat pariter & man. Adiecit ergo & tertiam huius panis differentiam, quæ non
ſinat illum cõmunem intelligi cum pane aliquo,dicens: Et dat uitam mundo. Quod ui-
tam dat,& non uni genti,ſed uniuerſo mundo uitam dat, hoc maxime põdus,preciumq;
panis huius cõmendat,& ſingularitatem demonſtrat. Quid enim eſt,uitam dat mundo,
niſi mortuos uiuificat? Hoc certe manna non magis facere potuit,quàm panis ille,quem
ſingulis annis terra profert ſeminanti. Nec enim pani illi uel aquæ, quam petra produ-
xit,ulla uita inerat,quamuis fabuloſe quidam dixerũt,q; petra ſequeretur de loco ad lo-
cum caſtra filiorum Iſrael,ex occaſione dictionis Apoſtolicæ,qua dixit: Bibebant autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.10.b de spirituali consequente eos petra. Etenim non lapis inanimatus post castra uoluebat,
Num.21 sed torrentis alueus de petra productus, populum secundum uiam, qua ituri erant, nutu
dei deriuatus, consequebatur. Igitur panis huius ueri, quem pater dat, plena diffinitio est,
& nec plus, nec minus dictū est, q̄ oportet. Panis dei est, id est nō ex hoibus, sed ex deo est,
imo, & angelorum quidē, & hoim cibus est, sed nec Angelor̄, nec hominum donum est,
& non ex ipsis, non pro ipsor̄ meritis, sed pro gratia dei. Et hic sponte sua descēdit de cœ
lo, quo ascendere non poterat Moyses, ut inde illum deferret huc, datq; uitam mundo, id
est Angelis & hominibus, ut uiuentes Angeli comedant, & nunq̄ moriantur morte, qua
mortuus est diabolus, comedant homines mortui, & à duplici morte corporis, & animæ
resuscitentur. Multo ergo maior Moyse panis hic, satisq; constat, quia talis ab illo dari
non potuit. Sed isti conuiuæ terreni à uentre, & cibo, qui parit oculos non subleuātes pa
nem hunc, panem dei, qui de cœlo descendit, & uitam dare mundo iam uenit, non attene-
Deute.32.a debant, utpote surdi, & indociles auditores legis, dicentis: Non in solo pane uiuit homo,
sed in omni uerbo, quod procedit ex ore dei. Vnde hæc reputabant, q̄ spirituale quid lo-
Ioan.6.d queretur eis. Dixerunt ergo Iudæi: Dñe, semper da nobis panem hunc. Hunc (inquiunt)
uidelicet qualem te intelligimus habere, panem semper da nobis, ut non necesse habea-
mus in sudore uultus aratro terram uertere, semina sulcis credere, & in saturitate panis,
& ocij securitate nō sit opus penuriam ullius rei præcauere. Attamen talis ppositio qua-
licunq; spe attētos illos fecerat. Nec enim solūmodo concesserant uerum esse panē, quē
à patre dari dñs dixerat, sed & nimis auide audiētes, acceperūt, uenisse pfem dei de cœlo, q̄
daret uitam mundo. Iam ipse doctrinæ ordo postulabat, ut panem ipsum clara, & euidē-
ti assumptione demonstraret, ut uel murmurātes illi, & non credentes, in æterna semeti-
psos fame cōcluderent, ut credentes & ad ipsum uenientes, uitā æternā manducarent. Di
cit autē eis: Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, nō esuriet, & qui credit in me, non sitiet
unq̄. Ac si dicat: Ecce quia de uero pane audistis inhianti desiderio, finus uestros laxastis,
dicētes: Dñe da nobis semper panem hunc, nolite rursus claudere, uel constringere, dum
dico uobis, quis panis ille sit, & longe aliud ostendo, q̄ uos sperauerit̄is. Ego sum panis
uitæ. Iam in uestro arbitrio est, accipere, & habere panem hunc. Nolite obdurare corda
Psalm.94.b uestra, sicut in irritatione secundū diem tentationis in deserto, ubi tētauerunt me patres
Psal.22.b uestri, sed uenite ad me, & non esurietis, credite in me &, non sitietis. Parauit pater in cons-
pectu uestro mēsam, si uos uerum panem esuritis, si ueram refectionis aquam sititis. Sed
Ioan.6.c dixi uobis, quia uidistis me, & non creditis. Et infrà: Patres uestri manducauerunt man-
na in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manduca
uerit, non moriatur. Conferte effectus, uidete panis utriusq; distantias. Patres uestri mā-
ducauerunt manna, & mortui sunt. Patres uestri (inquam) mali, patres malorū, murmu-
1.Cor.10.a ratores, patres murmurator̄, infideles, patres infidelium, quamuis omnes eādem escam
spiritalē māducauerunt, & eundē potum spūalem biberunt quē & boni, patres bonorū
(quales fuerunt Moyses, & Aaron) manducauerunt manna, & mortui sunt, imo quū es-
sent mortui mala morte peccati māducauerūt, & māducando nō reuixerūt, sed illo cibo
Num.16.d saturati, ad inferos descenderunt, intantum mortui secundū interiorem hoēm, ut quidā
Deute.32.a eorum uitā trahētes adhuc exteriorem, absorpti à terra, & operti humo, de medio multi-
tudinis perierint. Quid ergo (inquis) illi q manducant hunc panē non moriūtur? Dixisti
Matt.26.c enim: Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso māducauerit, nō moriatur. Nō-
ne & omnes q manducant hunc panē, de quo dicis: Hoc est corpus meū, quod pro uobis
tradetur, & qui bibunt calicē tuum, de quo dicis: Hic est sanguis meus, nōne (inquam) isti
manducantes, & bibentes omnes quidē secūdū carnē, multi uero etiam secundū animā
moriuntur? In quo ergo panē hunc præfers illi, quē patres manducauerunt, pro eo q̄ mā-
ducantes manna, & bibentes aquam de petra, mortui sunt omnes quidē secundum car-
nem, aliqui uero etiā secundū animam? Cōcedimus enim multos ex eis mortuos esse se-
cundū animam, sicut ait spiritus sanctus in Dauid: Ipsi uero nō cognouerunt uias meas,
quibus iurauī in ira mea, si introibunt in requiē meam. Quamuis etenim dixerint aliqui,
illa morte, qua prostrata sunt cadauera illorum in deserto consumptum fuisse peccatum
eorum

eorum, sic intelligentes, quod scriptum est: Non uindicabit deus bis in idipsum, q̄ tempo- Nume.26
rali morte puniti omnes, euadunt mortem æternam, aliorum tamen meliorem tenemus
sententiam dicentium, quia quosdā flagella damnāt, & non liberāt, uidelicet eos, de quis
bus per prophetam dicitur: Percussisti eos, nec doluerunt, attriuisti eos, & renunciauerunt Hiere. 5.a
accipere disciplinam. His (inquiunt) ab hac uita inchoant, & in æterna percussione per- Deut.32.c
durant. Vnde per Moysem dñs dicit: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad
inferni nouissima. Itaq; & iuxta eundē prophetam dicētem: Et duplici cōtritione contere Hiere. 17.d
eos. Pterosq; illorum in corpore simul, & in anima perisse concedimus, præsertim quum
illis exacerbātibus deum exacerbatione tentationis in deserto, & cognoscere nolentibus Psalm.94.b
uias eius, iurauerit ipse (ut prædictum est) in ira sua, q̄ non introibēt in requiem suam. In
quo igitur hunc panem, quem qui māducant, nihilominus moriūtur, præfers illi, quem
manducauerūt patres illorum, & mortui sunt? Ad hæc (inquā) Attende diligentius. Nun
quid ullam fecit exceptionem patrum malorū, siue bonorum? Nonne uniuersali enunci- Ioan.6.e
atione dixit: Patres uestri māducauerūt māna, & mortui sunt? Patres enim uestri (inquit)
non solum murmuratores, & infideles, mortui sunt, sed etiam iusti, & quamlibet fideles
patres omnes uestri mortui sunt, ea uidelicet ex causa, qua omnes homines moriuntur in
Adam. Et hoc dico, quia quamuis manna māducauerint, nihilominus omnes eadem in 1.Cor.15.c
morte detenti sunt, sicut & antiquiores illorum patres, uel ipsorum iuniores, qui manna
non manducauerunt, quia diebus illis non fuerunt. Dixi ergo quia patres uestri manna
manducauerunt, & nihilominus mortui sunt, quàm illi qui non manducauerunt, nihilo
minus apud inferos, ppter originale peccatū detēti sunt, q̄ illi qui ante, uel post illud mā
na, hinc ad populos suos per uiam uniuersę carnis adducti sunt. Non per illud māna libe
rati sunt, neq; ascēderunt ad conuiuium Angelorum, ut uisione dei perfruerentur, qua be
ati Angeli æternaliter uiuūt, quam in patre suo Adam omnes homines perdiderūt. Sed
hic est panis de cœlo descendens. Et ad quid de cœlo descēdit? Vt si quis māducauerit ex
ipso non moriatur. Nam qui non manducauerit, morietur, imo iamdudum mortuus in
Adam, ab illa eius hæreditaria morte nō liberabitur. Et quidem mortuorum multitudo
plurima est à corporibus separatorū, hunc panem expectantium apud inferos, quo frau
dauit eos peccādo pater ipsorum, magna deinceps uentura est multitudo gentium hunc
panem, dum adhuc in corpore sunt, flagitantium, iamq; dum adhuc in carne uiuunt, mā
ducaturi sunt. Vtrisq; scilicet & illis, qui iamdudū defuncti sunt, & his qui adhuc uiuentes
in carne sunt, uel erunt, ecce parata est à patre meo mensa in conspectu ipsorum. Dico e- Psalm.22.b
nim uobis: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Si quis māducauerit ex hoc pane,
uiuet in æternum. Quoniam conuiuæ patris mei per mortem dissipati sunt, propter ueti
tum cibum, quem manducauit pater ipsorum, & animæ quidem apud inferos, corporā
uero, in sepulchris sunt, dissipabor, & ego panis Angelorum, & secundum illam substan
tiam, qua pascuntur Angeli, pergam ad inferos, ubi animæ esuriunt, & secūdum corpus
eodem terræ uentre reconditus, quo recondita sunt corpora ipsorum, illic ego tribus die- Matt.12.c
bus, & tribus noctibus, sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, uti-
que & animæ uisione dei recreatæ reuiuiscent, corpora uero nunc quidem multa, in futu-
ro autem cuncta resurgent. Deinde resiliuis, id est, quos præsens adhuc seculum in carne
retinet, dabitur hic idem panis in ea specie, quæ uiuentibus congrua est, id est, in uero sa-
crificio panis, & uini secundum ordinem Melchisedech. Et panis quem ego dabo, caro Psal.109.a
mea est pro mundi uita. Summa hæc sit consolatio pauperibus, quibus spiritus domini Gene.14.d
ueniens super me, Euangelizare misit me, summa (inquam) & incomparabilis congratu
latio sit hæc gentibus, terminisq; terræ, quos in hæreditatem, uel possessionem postulans Esaiæ.61.a
accipiam à patre. Quia nihil minus habebunt de hoc pane uitæ, quàm antiqui patres, Psalm.2.b
quibus hunc panem signauit, & dedit pater, qui misit me. Nam descendens ad illos, ut re-
ficiantur ex me, quum infernus me momorderit, & ego morsus eius factus fuero, mors Osee.13.d
mortis in uisceribus eius conclusus, additus esurientibus sanctis, uel iustis, ut uiuificentur
uniuersi, tunc ego dabo panem iustis residuis, in quo nō deest ueritas eiusdem carnis meæ,
uel corporis, quod eductum de uentre ceti, saluum, & integrum resedebit æternaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad dexteram patris. Panem eundem angelorum, me tribuente, manducabit uiuens hodie, modo sibi congruo, quem dat pater his, qui recesserunt, ut manducent, & resurgant, nunc quidem animæ, corpora quidem in die nouissimo. Animaduertendum est hoc loco quum utrobiq; ualeat, & nunc uertibilis sit hæc propositio, & panis quem ego dabo, caro mea est. Etenim siue carnem de pane prædices hoc modo: Et panis (quem ego dabo dicens, accipite & comedite) caro mea est, uel corpus meum est, siue carnem de pane prædices, ita, & caro mea, quæ mortua uentre terræ glutienda est, panis est, quia refectis mortuis uitam, & resurrectionem datura est, quum (inquã) quocunq; uertas, sententia uera sit, ordo tamen literæ, personarumq;, uel temporum mutatio exigit, ut panis subiectum, & caro prædicatum debeat accipi. Nam hactenus de persona patris dixerat, ꝙ ille panem uerum daret, & ipse filius panis esset: Nunc ipse panis uiuus, & uerus ad suam personam
Ioan. 6 e per futurum tempus uerbi eiusdem transitione facta: Et panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et reuera quem pater dedit panem Angelorum, ut carnem assumeret, & moreretur quatenus mortuos uiuificaret, ipse panis cœlestis panem terres-
Ioan. 1 b num nobis dat, quem uiuentibus, & quibus manducari potest, ut uitam det æternam, carnem suam transmutat. Et sicut uerbum quod est panis Angelorum, caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumẽdo carnem, sic idipsum uerbum iamdudum caro factum, panis uisibilis fit, nõ mutatum in panem, sed assumendo, & in unitatem personæ suæ trãferendo panem. Proinde sicut de carne nostra, quam uirgo Maria peperit uere fatemur propter unitatem personæ quæ (alias quia) deus est, sic nihilominus de pane illo uisibili, quem eiusdem uerbi inuisibilis diuinitas assumens, in carnem suam transfert, uereq; & catholice confitemur, quia corpus Christi est. Ait ergo: Et panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi uita, uidelicet ut mundus redemptus manducet, & uiuat, emundata prius per baptismum, ueteris, quam serpens dedit, & persuasit, cibi macula. Igitur ab effectis liquet, quanto melior, hic panis sit illo, de quo dixerant: Patres uestri manducauerunt mãna, & mortui sunt. Hic autem est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, nõ moriatur. Sane quum dicit: Qui manducat hunc panem, uel qui manducat meam carnem, semper digne, subaudiendum est. Quemadmodum quoties dicitur in scripturis, Angelus domini, uel spiritus domini, nec additur malus, sine dubio bonus Angelus, uel bonus spiritus intelligitur. Ita nimirum quoties dicitur, Qui manducat, & bibit, & nõ in digne, proculdubio digne subaudiendum est. Proinde & quod dixit: Patres uestri manducauerunt manna, & mortui sunt, quoniam absq; bonorum, uel malorum patrum distinctione dixit, sciendum est, quia quantumcunq; bene manducauerint aliqui ex illis, ramen omnes mortui sunt, id est, ab hæreditaria morte, qua in Adam omnes moriũtur, per illud manna liberati non sunt, sed per hunc panem omnes uiuificantur electi, qui uel antequam hic panis de cœlo descẽderet, fuerunt mortui, uel postquam descendit, nati sunt eidem morti obnoxij.

Caput XXI.

Ioan. 6 f Litigabant ergo Iudæi ad inuicẽ, dicẽtes: Quomodo potest hic nobis dare carnẽ suam ad manducandũ? Vt supra quando dixit: Ego sum panis uitæ, murmurabãt, & nunc quando dicit: Et panis quem ego dabo, caro mea est, rebelles, & increduli Iudæi ad inuicem litigãt, nusquã durã eruditi sunt flectere ceruicẽ, ad interrogandũ ueritatis minist rũ, uidelicet eo modo, quo percunctari solent hi, qui scientiã ueritatis esuriunt, ac sitiunt, sed murmurant, sed litigant, sed uerba æternæ uitæ blasphemantes, insaniæ deputant. Num ergo istis diceret quomodo posset carnem suam dare ad manducandũ? Litigabãt ad inuicem, murmurabãt ad inuicem, & consiliũ sapientiæ dei, nõ ab ipsa sapiẽtia dei, sed murmurando, & litigãdo, quærebant ad inuicẽ. Quid nisi malum discerẽt ab inuicem? O homo (inquit Apostolus) tu quis es, qui respondeas deo? Talibus enim qui non amore discendi interrogant, sed intentione aduersandi disputant, nihil aliud dicendum est, nisi ut tanquã indigni, sapientiq; responso procul abstrãt. Dicit ergo eis Iesus: Amen, amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. Ergo (inquit) quoniam uos nequaquã esuritis, animas surſum in cœlum
Rom. 9 c
suſpẽditis,

suſpenditis, unde panis iste descendit, ut reuelet uobis pater, qui est in cœlis, quod reuelare non potest caro, & sanguis, sed litigatis ad inuicem, cordibus impacatis. Hoc tantũ uobis dixerim, ꝙ nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. Quis autem est modus mãducationis, nõ meum est aperire uobis. Sanctum enim hoc est, quod litigiosis canibus dandum non sit, margaritæ sunt, quæ Mat. 7 a uidelicet, ne cõculcentur, ante porcos mittendæ nõ sint. Nondum saltem serui estis, qui reuerentem aurem dño præbeatis, nedum amici, quibus solis notũ facere habeo ritum, uel ordinem, causasq; diuinas huius epulationis. Hoc ergo tantillum scitote, quia nisi mãducaueritis non habebitis uitam in uobis. De hoc cibo corporis, & potu sanguinis domini, hæc à sanctis doctoribus data est sententia, quam & uelut pro maxima, uel prima diffinitione aduersus idem corpus, & sanguinem domini, nimium festiui lectores, & immaturati præripuere doctores: Hunc (inquiunt) cibum & potum, societatem uult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in prædestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius. Quid enim? Nunquid ab eisdem patribus ibidem tacitum est, huius rei unitatis corporis Christi, quod est Ecclesia, sacramẽtum esse panem, & uinum, quod in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur? Quid autem est, uel unde dicitur sacramẽtum, nisi à sacrando, eo ꝙ rem istam, id est, corpus Christi, quod est Ecclesia, consecret, & consecrando efficiat unitatem? Nam sicut dicimus ornamentum hoc, uel illud, eo ꝙ ornet, & uestimentum, eo ꝙ uestiat, & cætera similia, sic domini corpus, quod in altari sumimus, & sanguis eius prædictę unitatis recte sacramæntum dicitur, eo ꝙ illo cibo, potuq; uisibili in unam Christi Ecclesiam, quæ sit corpus eius, plenitudo eius, inuisibiliter consecremur. Igitur prædictam sententiam nullatenus pro maxima diffinitione, uel descriptione manducandi, & bibendi sanguinem domini accipimus, præsertim quum ipse ore proprio, quando uoluit, quibus uoluit, quosq; dignos iudicauit, tam diligentem diffinitionẽ, uel descriptionem dederit, ut nemo dialeticoꝝ, uel philosophorum unq; diligentius diffinire substantiam, uel quodlibet individuum quiuerit. Nam quod solent facere illi, quũ primarũ quãlibet substantiarꝝ defignationis importunitates dicunt, Alexander rapuit Helenã (cogimur eñ nũc taliũ in tanto negocio meminisse nugarꝝ, & sagittantes paruulos repercutere sagittis paruulorum) quã (inquam) dicũt: Alexander rapuit Helenã, quoniam potest opponi: Alexãder nõ rapuit Helenã (etenim Alexãder Philippi, rex Macedo, nõ rapuit Helenã) determinantes dicũt: Alexãder, is de quo nũc agitur, Troianus, Priami filius rapuit Helenã. Hoc idem summa sapientia fecit, ubi ostendere uoluit, quomodo carnẽ nobis ad manducandũ dare possit: Hoc est (inquit) corpus meũ. Et addidit: Quod pro uobis tradetur. Item: Hic est sanguis Matt. 26 c meus. Et adiecit: Qui pro uobis, & ꝙ multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Totũq; modũ manducãdi carnẽ suam, & bibẽdi sanguinẽ suũ perscribẽs: Hoc (inqt) facite in meã cõmemorationẽ. Proinde cunctis figurarꝝ, uel similitudinum nebulis amotis, nõ corpus quodlibet, nõ corpus Christi, quod est Ecclesia, sed illud corpus dñi, quod ꝙ nobis traditum est, nos manducare, & illum sanguinem, q pro nobis fusus est in remissionem peccatorum, nos bibere indubitanter credimus, & quod fecit ipse, hoc idem in commemorationem ipsius scimus, & bene scimus nos facere, id est carnem ipsius manducare, & sanguinem bibere. Et quãuis sancta Ecclesia corpus Christi sit, & sic ex multis hominibus consistat, quemadmodum panis ille, quẽ uere dicimus corpus Christi, multis cõstat ex granis, & uinum illud, quod uere dicimus sanguinẽ Christi, ex multis cõfluxit acinis, nõ tamẽ id ipsum corpus Christi est Ecclesia, quod ꝙ nobis traditũ est, quã propriam differẽtiam sæ Ioan. 6 f pe dictũ corpꝰ, quod est panis uitæ æternæ, semper autore Christo retinet. Igitur nisi mãducaueritis (inquit) carnẽ meã, & biberitis sanguinẽ meũ, hoc uidelicet quod dicturꝰ sum faciẽtes in meam cõmemorationem, nõ habebitis uitã in uobis. Sane qui uel tenerrima cohibẽtur infantia, priusq; ex hac luce migrant, q; manducare, aut bibere possint, uel q aetatulo temporis cõstringuntur, sicut nõnulli confessores, quos nec baptizari aqua, persecutionis, & mortis instantia permisit, non præiudicantur hac sententia ueri. Nec enim

iudicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicatur apud deum non manducasse,nisi qui māducare noluit,qui non curauit,qui neglexit.De sensibus enim,& de uoluptatibus iudicat deus,quæ in infantibus edẽtulis male esse nõ possunt,& in eiusmodi cõfessoribus,quum bonæ sint uoluntatis,nõ fraudãtur effectu,quia manifeste Christi cõmunicant passionibus.Proinde nec paruulos,quos ætatis impotentia māducare uetat,qui mox ut baptizati fuerint,ab hac luce migrant,æternæ uitæ exortes arbitramur,nec præuẽtos à persecutore cõfessores pios,in sanguine suo baptizatos,corporis Christi cõmunicasse, uel calicem domini bibisse, quod ad uitam æ-
Ioan.6 f ternã proficiat,dubitamus.Sequitur:Qui manducat meam carnẽ,& bibit meum sanguinem,habet uitam æternã.Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.Non(inquit)uos,uestriq; similes, quiq; murmuratores,& litigiosi,uitam habebitis in uobis,sed ille unus populus meus,qui mihi unitur unitate spiritus,una ecclesia mea,quę māducat carnẽ meam, & bibit meum sanguinẽ,habet uitam æternam.Hæc enim summa est causa æternæ uitę effectiua, māducare carnem meam, & bibere sanguinem meum, non manducare autem carnem meam,& bibere sanguinẽ meum,antiquæ perfidiæ est argumentũ,quæ primi parentes hominũ serpenti,quàm deo credere maluerunt.Nec enim differt in culpa non credidisse,q; manducantes de ligno uetito morerentur,& non credere,q; manducantes carnem meam,& bibentes sanguinẽ meum, ordine præscripto, ab eadem morte liberentur.
Qui ergo manducat,& bibit, recte antiquæ mortis pœna se exuit,& qui non manducat,
Ioan.6. d aut non bibit,nihilominus iuste relinquitur in antiquo iudicio paternę pręuaricationis. Notandum uero q; quum superius dixerit: Hæc est uoluntas patris mei, qui misit me, ut
Ibidem f omnis qui uidet filium,& credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die,hic itidem sub eadem distinctione,prius, inquit,habet uitam æternã,& deinde subiungit,& ego resuscitabo eum in nouissimo die. Videlicet ne quis existimet se absq; corporis,& sanguinis eius cibo,potúq; uisibili,uitam utranq; corporis,& animę sortiri,q; non uere credat,quisquis manducare,& bibere contemnit. Nam quantumuis fidelis,& catholicæ professionis homo sis,si manducare, & bibere recuses,de hoc cibo,potúq; uisibili,eo ipso q; tibi hunc necessarium non esse præsumis,à societate membrorum Christi,quod est Ecclesia, te præcidis, neq; recte credis in eum, cuius in hoc cibo, potúq;
Rom.10 b ab ipso tam diligenter cõmendato,derogas autoritati. Nõne primi parentes nostri,& prius intrinsecus inuisibiliter corrupti spiritu diaboli, contra creatorem suum intumuerũt, & deinde per serpentem suasi,uisibili quoq; cibo perierunt? Ita plane oportet pœnitẽtem animam,prius inuisibili fide subiici creatori,corde credẽdo ad iustitiam,& ore cõfitendo ad salutem,& deinde uisibili quoque cibo, & potu uitæ æternæ necessariam perficere iu-
Gen.2 c stificationẽ.Nec illud quoq; uacat ab ordine iustitiæ,q; prius dum manducat,iam habet uitam æternã scilicet in anima,deo uiuẽs per iustitiã. Et deinde:Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.Nã & sępe dicti,primi parẽtes nostri,& prius æterna morte animæ intrinsecus, & deinde morte quoq; corporis extrinsecus mortui sunt.Et enim quacunq; die eos
Gen.3 d mederitis ex eo, Morte(inquit)moriemini,sine dubio morte animæ,ac deinde sententiam quoq; corporeæ mortis acceperunt,ab ipso deo dicente:In sudore uultus tui,uescēris pane tuo,donec reuertaris in terram, de qua sumptus es,quia terra es, & in terrã ibis.Recte ergo & seruato ordine iustitiæ,qui māducat(inquit)carnẽ meam,& bibit sanguinem meum,iam habet uitam æternã,quia iam uiuit secundũ animã,secũdum uero carnẽ morietur quidẽ, sed ego resuscitabo eum in nouissimmo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potº.Verus(inquã)cibus,& uerus est potus, quia uerũ est cibus, pollicetur,quia uera spes est,qua māducatur,& bibitur. Vnde & cõstat cibum hunc cibo illi contrario modo esse oppositum, quem homini primo serpens obtulit, quia uidelicet cibus ille,cibus fuit mẽdacij,quia falsum fuit,& falsum est,quod ille cibus pollicitus est, quia cum uana promissione datus, & uana spe diuinæ similitudinis consequendæ mãducatus est.Sed nondum māducatoribus carnis suæ,& bibitoribus sanguinis tantum pro-
Gene.3 a misit ista ueritas,quantũ in persuasione cibi uetiti pollicita est ista fallitas.Nam diuinitatem promisit:Aperiẽtur(inquiens)oculi uestri, & eritis sicut dij scientes bonũ & malum.

Sequitur

Sequitur ergo:Qui māducat meam carnem,& bibit meum sanguinem,in me manet, & ego in eo.Hic perspicue diuinitatem pollicetur carnem suam māducantibus, & sanguinem suum bibentibus,& illusionem nequissimi nebulonis(qui dixit,comedite,& eritis sicut dij)non sine magno cruciatu eiusdẽ illusoris,serio loquẽs,in uerũ effectum cõuertit. Gene.3 a
Quid enim uobis hoc dicto hic dei filius unicus pollicitus est,nisi ac si aperte dixisset: Dij eritis,& filij excelsi omnes. Et notandum q; non eisdem uerbis deceptoris usus est,dicens: Pſalm. 81 a
Eritis sicut dij,nec omnino sic dicere debuit:Qui manducat carnem meã,& bibit sanguinem meũ,erit sicut deº,uel erit similis altissimo,sed in me manet(inquit) & ego in eo. Quis enim est,uel esse potest sicut deus?Ille nanq; nullius indiget,nullius ope, uel gratia deus est. Sed quis ita præter illum naturæ suæ sufficientia deus esse potest? Sic Angelus uoluit esse deus,& factus est diabolus.Sic deitatem appetere suasit homini,& hominem hominis honore spoliauit. Tam hic,quàm ille,quũ uoluit esse sicut deus,uoluit sine gratia,uel adiutorio melioris esse deus,& hac uoluntate uterq; à deo diuisit se.Quid ergo est, nisi dei aduersarius? Ecõtra cõfortium,uel gratia dei deos efficit,& filios excelsi.Gratiam ergo,& communicationem dei commendans ei,sic ait:

De eodem manna,siue pane. Cap. XXII.

QVi manducat carnem meã, & bibit sanguinem meum,in me manet(inquit)& ego in illo. Quis autẽ ego,nisi deus,nisi dei sapientia,nisi uera summa, & sempiterna diuinitas?Ergo is,in quo maneo ego,diuinitatem in se transfusam habens, deus factus est,filius excelsi renatus est. Non est sicut deus,qa uidelicet unus,& solus, & deus neminẽ habẽdo in se,unde factus sit deus,sed est deus me habendo in se manentem,unde sit deus. Nam audi qd sequitur:Sicut misit me uiuens pater,& ego uiuo ,ppter patrẽ,& qui manducat me,ipse uiuet ,ppter me.Ecce deorum adoptiuoꝝ,& dei unici dissimilitudo dissimilis: Ioan.6 f
Sicut(inquit)misit me uiuens pater,& ego uiuo ,ppter eiusmodi patrẽ,sic & ille qui manducat me,uiuet propter me.Sed quomodo misit me uiuus pater,uel quomodo ego uiuo propter uiuentem patrẽ?Misit me(dico)uiuens pater,id est genuit me immortalis pater. Nam in eo me misit,q; genuit.Si uestræ paterentur incircũcisæ aures, quum dico, Misit, dicerem apertius, genuit, sicut in Psalmo testatur ipse,dicens ad me:Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dico ergo, quia misit, quod & ipsum uos audire uix patimini, misit Pſalm.2 b
(inquã)uiuens pater me,quod non est aliud,quàm genuit,& incarnari uoluit me.Et ego uiuo propter patrem,id est propter hoc deus uiuens,deus immortalis sum,deus impassibilis,deus incommutabilis sum,quia talem habeo patrem,quia talis pater me misit, qa talis pater me genuit.Et sicut ego uiuo propter huiusmodi patrem,sic & is, qui manducat me,uiuet propter me,id est idcirco sempiterne,& beate uiuet.idcirco deus,& filius excelsi est,quia manducat me,quia maneo ego in eo,& ipse in me.Ecce(inq;)similitudo diuinitatis,similitudo uitæ,& æternitatis,similitudo Deorũ adoptiuorum,& unici dei. Sed hæc(ut pr;dictũ est)similitudo dissimilis est,qa causæ diuersæ sunt. Quare ergo uiuo propter patrem? Quia uiuens ipse pater,misit,id est genuit me. Quare uiuet homo propter me? Quia manducat me. Non ego manducaui patrem, ut uiuerem, sed uiuo propterea, quia pater in seipso uiuens,& nullius indigens,genuit me,nihilominus in meipso uiuentem,& nullius indigentem. Homo autem non propterea uiuit, q; pater illum genuerit, sed idcirco,ut uiuat,manducat me,quem solum pater genuit.Et diuus Ambrosius exponens illud Apostolicum:Ego enim accepi à dño,quod & tradidi uobis &c.Ostendit illis mysterium Eucharistiæ inter cœnandum celebratum non cœnam esse. Medicina enim 1.Cor.11 e
spiritalis est,quæ cum reuerentia degustata,purificat sibi deuotum.Memoria enim redẽptionis nostræ est,ut redemptoris memores,maiora ab eo consequi mereamur,mortem dñi annunciantes,donec ueniat. Quia enim morte dñi liberati sumus, huius rei memores in edendo, & potando carnẽ, & sanguinẽ,quæ pro nobis oblata sunt, significamus, nouum testamentũ in his cõsecuti,quod est noua lex, quæ obediẽtem sibi tradit cœlestibus regnis. Nam & Moyses accepto sanguine uituli in patera,asperfit filios Israel,dicens: Exo.24 b.
Hoc est testamentum, quod disposuit deus ad uos. Hoc figura fuit testamenti,quod dñs nouum appellauit per prophetas,ut illud uetus fit,quod Moyses tradidit, Testamẽtum

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo sanguine constitutum est, quia beneficij diuini sanguis testis est, in cuius typum nos calicē mysticum sanguinis ad tuitionem corporis,& animæ nostræ percipimus,quia sanguis dñi sanguinē nostrum redemit,id est,totum hoīem saluū fecit. Caro enim salua toris pro salute corporis,sanguis uero pro anima nostra effusus est, sicut prius præfigu ratum fuerat à Moyse.Sic eñ ait:Caro(inquit)pro corpore uestro offertur , sanguis ue ro pro anima,ideoq; nō manducādum sanguinem.Si igitur apud ueteres imago fuit ue ritatis,quæ nunc apparuit,& manifestata est in saluatoris aduentu , quomodo hæreticis contrarium uidetur,uetus nouo,quum ipsa sibi inuicem testimonia sint. Itaq; quicunq;
1. Cor. 11 f ederit panem hunc &c. Indignum dicit esse dño,qui aliter mysterium celebrat,q̄ ab eo tra ditum est. Non enim potest deuotus esse,qui aliter præsumit,q̄ datum est ab autore. Ideo præmonet , ut secundum ordinem traditum deuota mens sit accedentis ad eucharistiam domini,quoniam futurum est iudicium , ut quemadmodum accedit unusquisque red dat causas in die dñi Iesu Christi , quia sine disciplina traditionis, & conuersationis qui accedunt,rei sunt corporis,& sanguinis dñi. Quid est autē reos esse,nisi pœnas dare mor tis domini? Occisus est eñ pro his qui beneficium eius in irritum ducunt . Probet autem
Ibidem g se homo &c. Deuoto animo,& cum timore accedendum ad communionē docet, ut sciat mens reuerentiam se debere ei,ad cuius corpus sumendum accedit. Hoc enim apud se de bet iudicare, quia dñs est, cuius in mysterio sanguinem potat,qui testis est beneficij dei. Quem nos,si cum disciplina accipiamus,non erimus indigni corpore , & sanguine dñi.
Ibidem] Gratias enim uidebimur reddere redemptori. Ideo multi in uobis inualidi,& ægroti, & dormiunt multi. Vt uerum probaret,quia examen futurum est accipientium corpus do mini,iam hic imaginem iudicij ostendit in eos,qui inconsiderate corpus domini accepe rant,dum febribus,& infirmitatibus corripiebantur,& multi moriebantur, ut in his cæ teri discerent,& paucorum exemplo territi,emendarentur,non multum scientes corpus dñi negligenter accipere,& eum quem hic pœna distulerit,grauius tractari fore,quia cō tempsit exemplum. Quod si nosmetipsos discerneremus &c. Hoc dicit, quia si nosmetipsi errores nostros corrigeremus,non à domino iudicaremur. Et quia corripimur,tamen p nobis est,ut timore ipso emendemur. In paucis enim omnium est emendatio,ne cum hoc mundo,id est,cum infidelibus damnemur. Nihil enim differt ab infideli, qui incōsiderate ad mensam dñi accedit. Itaq; fratres &c. Ad inuicem expectādum dicit, ut multorum ob latio simul celebretur , ut & omnibus ministretur,& si quis impatiens est , domi terreno pane pascatur. Vt non in iudicium conueniatis,hoc est,ne mysterium reprehensibiliter, & cum offensione agatis. Et Theophylactus:Ego autem accepi à domino &c. Cur Pau
1. Cor. 11 e lus mysteriorum hic meminit,& noctis illius,in qua Christus cœnam cum discipulis suis fecit? Nempe quia admodum erat necessarium ad his persuadendum , uniuersos eadem mensa,uos uero contra unigenitum,& propulsatis,& dedignamini(inquit) Dicet aliqs Quonam pacto hanc à domino accepisse nos mensę dixeris dignitatem,qui tunc procul abesset,& persecutionem pateretur? Vt intelligas uel hodierno die super mystica mensa, dominum hunc ipsum adesse,qui non secus ac tunc mysteria tradat. Quoniam dominus Iesus &c. Reminiscere(inquit)quemadmodum postremum id nobis mysterium dederit, & ea nocte,qua erat paulopost occidendus,& proditorem haberet conuiuam . Tu uero fratrem quibusuis rebus ducis indignum,præsertim quum instructus sis gratias agere, quales & Christus ipse agebat,ut nos ad eam rem,& formaret,& institueret. Facis ergo quod minus est his gratijs dignum,quum Ecclesiam ipsam confundis,& alio fameſcens te,tu debaccharis. Et id quidem cōmuniter cunctis præcepit:Accipite,& manducate,cor pus scilicet suum,quod omnibus æque dispartiens,mori destinasset. Ipse uero in cibo su mendo tempore anticipato,neq; communem hunc,& cibarium panem in medium expo nis,neq; eundem frangis,ut multis detur,sed tibi ipse reseruas. Hoc facite in meam com memorationem. Quid ait? Si defuncto filio,uel patri iam parētares,perculsus sane cōsci entia fores,nisi legitima quæq;,& celebrādis funeribus cōsueta perficeres,& pauperes cō uocares ad cœnam. At quum dñi es facturus memoriam,nec simplicem saltem mēsam,
Ibidem.f uel cibum cuiquam impartiris. Similiter & calicem &c. Erant apud ueteres Iudæos calices,quibus

ces,quibus sacrificio absoluto,brutorū animantium sanguinē effundebant phiala,uel ca lice exceptū. Pro beluarū itaq; sanguine, qui uetus testamentū designat,meū nunc pono (dñs inquit)qui nouum prefert. Nil tamē horrescas uelim,quum sanguinē audis. Nam si beluarū cruorē ueteri testamēto admiseris , quāto magis diuinus erit per te admittēdus? Hoc facite &c. Quinetiā per calicē(inquit)uel mortē cōmemorabis,quā subīt dñs. Quo ergo pacto solus perpotēs debaccharis,præsertim quum tremēdus hic calix,pari cunctis
Ibidem cōditione sit traditus? Quotiēscunq; enim māducabitis &c. Nō secus(inquit)debetis hac uos in re gerere, quàm eo tempore agendū fuisset,quo & dñi uestri cœna conficiebatur, ut humi scilicet cubātes,à Christo exciperetis sui corporis immolationē. Et Christi mor tem annunciabitis,id est,ad usq; eius secundū aduentum hanc præferetis. Itaq; quicunq; māducauerit &c. Corinthios arguit,qa inopes aspernarētur,ueluti indigne mysterij huius participassent, nō secus, qui id indigne sumpserit, sceleri erit obstrictus, q̄ si sanguinē ipsum dñi fuderit. Nam quēadmodum cōstat,qui tunc dñm pupugerūt,nō potādi gratia pupugisse, sed ut eius sanguinem funderent, sic & qui indigne hunc hauserit, nullum ex eo fructum adeptus,frustra, ac temere Christi sanguinē fundit. Atqui Iudæi regis chla mydem discerunt, qui uero immerito sanguinis particeps fuerit, in cœnum suam ani mam mergit. Ita fit,ut non æqua ob id & Iudæis, & indigne Christi sumenti sanguinem obueniat ignominia. Vnde & corporis hic, & sanguinis domini reus efficitur,eritq; tan to obnoxius crimini. Probet autem seipsum homo &c. Consueuit Paulus quum aliqua Ibidem g de re sibi tractanti, alia opportune differenda inciderent,& hanc ipsam transigere,quem admodum in præsentiarū, quum de mensa cœptus sit sermo,de mysticis etiam rebus in tidēte sermone,& mystica disputat, utpote quemadmodum sint necessaria, & bonorum omnium caput in eo consistere patefacit,ut tersa,& nitida cōscientia,ad diuina mysteria concedatur,inquitq;: Neminē tibi iniudicem proposuerim,præter teipsum. Tu itaq; con scientia examinata,discussaq;, adito ea mysteria,non festis modo,profestisq; diebus,sed quouis tempore,quum purum te,& dignum cōpereris. Qui enim māducat &c. Nec sane ob mysteriorū naturā id dixerim(quippe quæ uitam in se & habēt, & largiuntur)sed ob Ibidem mysteria adeuntium indignitatem,quibus haud secus illa officiūt,ac solet oculorum ua ligudine laborantibus,sol ipse obiectus officere. Non dijudicans corpus domini. Hoc est nil prius disquirens,uel internoscens prēsentis mysterij magnitudinem. Nam si certiores essemus,quisnam,& quantus sit ille,qui nobis in conspectu adiacet,nulla ferme rei alte rius ope indigeremus,sed solus ille, & continentiam nobis,& uigilantiam compararet. Ideo inter uos multi infirmi &c. Argumento sint quæ uobis cōtingunt. Eo nanq; & mor tes iam immaturæ,& diuturni morbi oboriuntur, quia haudquaquam merito id myste rium sumunt multi. Quid de his,qui ad usq; senectam ipsam optimam,& inoffensam ua letudinem seruant? Nonne & hi criminibus obstringuntur? At non modo præsentia ista tormenta,quin & grauiora illa,& futura uos manent,qui indigne mysterium illud adie rint. Nos autem haudquaquam pœnis afficeremur,nisi essemus peccatis obnoxij.

Exponuntur à Hieronymo eiusdem Apostoli uerba. Cap. XXIII.

Diuus autem Hieronymus eadē Apostoli uerba hoc pacto exponit,Ego enim accepi à domino &c. Non est meum quod uobis tradidi,sed à dño illud accepi, sicut alibi ipse dicit,nō ab hominibus, sed omnia à deo didicisse. Quoniā dñs Iesus. Iam hinc quasi 1. Cor. 11 e oblitus cōmemorat,quàm magnum sit huius mysterij sacramentū. In qua nocte tradeba Galat. 1 a tur,scilicet à Iuda,accepit panē &c. hoc est,benedicens,etiam passurus,ultimā nobis com memorationem,siue memoriam dereliquit. Quēadmodum si quis peregre proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit,derelinquat, ut quotiēscunq; illud uiderit,possit eius be neficia,& amicitias memorari, quod ille,si perfecte dilexit,sine ingenti desiderio non po Ioan. 6 f test uidere,uel fletu. Hoc est corpus &c. Qui manducat corpus meum,& bibit meum san guinem,in me manet, & ego in eo. Vnde agnoscere se debet quisquis Christi aut corpus edit, aut sanguinem bibit , ne quid indignum ei faciat , cuius corpus effectus est. Hic est calix &c. Quia uetus , hoc per sanguinem animalium portendebat. In meo sanguine. 1. Cor. 11 f Et uetus,& nouum per sanguinem dicatur, quia sine morte firmum esse non potest testa Hebr. 9 d mentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum. Quotiẽſcunq; bibetis &c. Ideo hoc ſaluator tradidit ſacramentum, ut per hoc
ſemper commemoremus, quia pro nobis eſt mortuus. Nam & ideo quum accipimus à ſa
cerdotibus commonemur, quia corpus, & ſanguis eſt Chriſti, ut beneficijs eius non exis
ſtamus ingrati. Quotienſcunq; enim &c. Siue ipſo myſterio nũciatis, ſiue in cordibus ue
ſtris agnoſcitis. Donec ueniat. Tandiu memoria opus eſt, donec ipſe uenire dignetur. Is
Exodi. 30 d taq; quicunq; manducauerit &c. Sicut ſcriptum eſt: Omnis mundus manducabit. Et ite
rum: Anima quæ manducauerit immunda, exterminabitur de populo ſuo. Et ipſe domi
Mat. 5 d nus ait: Si ante altare recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid aduerſum te, relin
que munus tuum ante altare, & uade reconciliari fratri tuo. Prius ergo perſcrutanda eſt
conſcientia, ſi in nullo nos reprehendit, & ſic aut offerre, aut cõmunicare debemus. Quis
dam ſane dicunt, quia non indignum, ſed indigne recipientem reuocet à ſancto. Si ergo
etiam dignus indigne accedens retrahitur, quantomagis indignus, qui non poteſt accipe
re digne? Vnde oportet ocioſum ceſſare à uitijs, ut ſanctũ domini corpus ſancte percipi
at. Reus erit &c. Quia tanti myſterij ſacramentum pro uili deſpexerit. Probet autem &c.
Si in linteum, uel uas ſordidum, non illud mittere audet, quantomagis in corde polluto,
quam immundiciam deus ſuper omnia execratur, & quæ ſola eius iniuria eſt corpori?
Nam & ille iuſtus propterea findone mũda inuolutum in ſepulchro nouo corpus domi
Mar. 15 d ni ſepeliuit, præfigurans corpus domini accepturos, tam mundam mentem debere habe
re, quam nouam. Qui enim manducat &c. Dupliciter reus effectus, præſumptionis ſcili
cet, & peccati. Non diudicans &c. id eſt non diſcernens à cibo cõmuni. Ideo inter uos &c.
Erat præſens correptio, & nunc eſt, ſed quia multi talia patiuntur, putamus cõſuetudinis
eſſe quod culpæ eſt. Tribus ſane cauſis infirmitates adueniunt corporales. Aut ex tenta
tione, ſicut Iob, & Thobiæ, aut ex peccato, ſicut Aſaph regi, & his qui in præſenti ab Apo
ſtolo arguuntur, aut ex aliqua intemperãtia, ut Timotheo, & his qui iubentur medicum
honorare. Huic tãtum cauſæ humana poteſt ſuccurrere medicina. Item ſignificat Corin
thios propter ſupradictum peccatum ægrotatione, & imbecillitate, & morte à domino
eſſe correctos. Dum iudicamur &c. Correptio paterna, eſt pietatis, ut pœniteamus, ne cũ
1. Cor. 11 e infidelibus mundi dãnemur inærernum. Et diuus Anſelmus, Ego enim accepi &c. Iure
uos (inquit) nõ laudo, ſed uitupero, in hoc q̃ ita peruerſe, & irreuerẽter ad dñicam cœnã
conuenitis, qa traditionẽ meã ſuper hac re nõ bene ſeruaſtis, quã tamẽ diligenter ſeruare
debuiſſetis, qa ego nõ à me ipſo inueni eã nec à Petro, uel Andrea didici, ſed accepi à dño
quod & uobis de tanta re tradidi, & ideo reuerẽter, atq; inuiolabiliter debetis retinere qd
mihi dñs tradidit, & ego uobis. Hoc uobis tradidi, q̃ dñs Ieſus &c. Oſtẽdit Apoſtolus my
ſterium Euchariſtiæ infra cœnã celebratũ, non cœnã eſſe. Medicina enim ſpiritualis eſt,
quæ cum reuerẽtia deguſtata, purificát ſibi deuotũ, & memoria redemptionis noſtrę eſt,
ut redemptoris memores, maiora ab eo conſequi mereamur. In nocte autem traditus eſt
ad paſſionẽ, ſed uenit inde ad reſurrectionis lucẽ. Dñs Ieſus, id eſt, credentium ſaluator. In
nocte qua tradebatur, id eſt iam imminẽte ſuæ paſſionis articulo, accepit panem, ut ſigni
ficaret ſe accepiſſe corpus, quo nos paſceret, & gratias egit patri de redemptione homi
num futura per paſſionem ſuam, ac per ſacramentum corporis, & ſanguinis ſui, & fregit
panem, ut oſtenderet corporis ſui fractionem, id eſt, paſſionem non abſq; ſua ſponte, ac
Ioan. 10 d procuratione uẽturam, ſed ſe fracturũ illam, ſicut ait: Quia ego pono animam meam, ut
iterum ſumam eam, & nemo tollet eam à me, ſed ego pono eam à meipſo. Fregit panem
&c. ut omnibus ſuis ex eo daret, & unum oẽs illos faceret. Et dixit eis: Accipite &c. hãc
ſpiritualem eſcam, & manducate hoc ſacramentum, id eſt, & mente accipite, & ore come
dite, ſcilicet ut carnem meam non edatis tantum in ſacramento, ſicut & multi alij mali fa
ciunt, ſed uſq; ad paticipationem ſpiritus manducetis, ut in meo corpore tanquam mem
bra maneatis, & meo ſpiritu uegetemini. Quia qui manducat carnem meam, & bibit ſan
Ioan. 6 f guinem meum, in me manet, & ego in illo &c. Signum enim quia manducauit, & bibit,
hoc eſt ſi manet, &, ut illa dicam, ſi inhabitat, & inhabitetur, ſi hæret, ut non deſeratur.
Sic do uobis ad edendum carnem meam, ſcilicet ut hanc edentes non relinquatis unitã
tem meam. Manducate quod tribuo, quia: Hoc eſt corpus meum, Senſibus quidem ex
terioribus

terioribus uidetur eſſe panis, ſed ſenſibus cognoſcite mentis, quia hoc eſt corpus meum,
non illud, ſed illud idem ſubſtantialiter, quod pro uobis redimendis tradetur ad mortem
& crucifigetur. (Hoc) quod dixi, facite, id eſt, corpus meum accipite, & manducate per ſuc
ceſſionem temporis uſq; in finem ſeculi. In meam commemorationem, id eſt in memo
riam paſſionis meæ, ut pertractetis, & conſideretis quàm dignam, & ſanctam, & humanę
ſalutis efficacem medicinam accipitis, quatenus ex conſideratione tantæ ſanctitatis cum
maiori ueneratione ſacram euchariſtiam percipiatis, & imitari paſſionem meam deſide
retis, ut ſi opus fuerit pro ſalute fratrum mori, parati ſitis. Accipientes enim corpus meũ,
memores mei eſſe debetis, ut diligenter recogitetis quis ego ſim, & quæ inter homines
conuerſans operatus ſim, uel quæ pertulerim, ut ſicut præceſſi, ſequamini. Vel uos ſacer
dotes, hoc facite, id eſt, ex pane corpus meum per myſtica uerba cõſecrate. In memoriam
paſſionis meæ, ut recogitetis eam dum ſacrificium iſtud obtuleritis. Similiter, ut accepe
rat panem, & fecerat ex eo uinum, & uerum corpus ſuum, accepit & calicem, & fecit ex ui Ibidem. f
no ſanguinem ſuum: Poſtquam cœnauit, id eſt, iam & finito ueteri paſcha, quod cum di
ſcipulis tunc manducauerat. Tranſit enim à ueteri ad nouum paſcha, quod tradebat cele
brandum Eccleſiæ, ut pro carne, & ſanguine legalis agni ſacramentũ ſui corporis, & ſan
guinis ſubſtitueret. Ob hoc etiam poſt finem cœnæ, ut illud quod cum ultimum ageret,
arctius eorum mentibus imprimeret. Quoniã illud quod eorum ſaluti magis erat utile,
debuit eis ad ultimum reſeruare, & maxime cordibus eorum commendare. Accepit cali
cem, & dixit: Hic calix, id eſt, hic potus eſt, nouum teſtamentum, id eſt noua promiſſio cœ
leſtis hęreditatis. In ſanguine meo, quo plenus eſt idem calix. Hoc eſt, potus huius calicis
eſt ſanguis meus, qui non uetera, ſed noua, id eſt, non terrena, ſed cœleſtia bona promit
tit. Nam calix Moyſi, uetus teſtamentum fuit, quia terrenam hæreditatẽ promiſit in ſan
guine uitulorum, & hircorum, de quo idem Moyſes ait: Hic ſanguis teſtamẽti, quod mã
dauit ad uos Deus. Per teſtamentum enim, datur hæreditas, & in ſanguine Chriſti acce
pimus nouum teſtamentum, id eſt, nouam legem, quę obedientibus ſibi dat hęreditatem
regni cœlorum. Teſtamentum nouum in Chriſti ſanguine cõſecuti ſumus, per quod ad
nouam hæreditatem perueniamus, quia beneficij diuini ſanguis teſtis eſt. Vnde & ad tui
ipſius corporis, & animæ noſtrę ſacramenta eius percipimus, quia caro eius pro ſalute
noſtri corporis eſt oblata, ſanguis uero pro anima noſtra effuſus eſt, ut utraque noſtri
ſubſtantia hæreditatem uitæ perennis accipere poſſet. Nec mirum, q̃ de pane, & uino car
nem, & ſanguinem ſuum fecit. Nam & in quolibet homine carnem, & ſanguinem de pa
ne, & uino facit, quia panis comeſtus, mutatur in carnem, & uinum potatum, uertitur in
ſanguinem per creatoris operationem. Calix Chriſti quẽ in myſterio bibimus propter
ea etiam dicitur teſtamentum in ſanguine eius, quem ſemel in cruce fudit pro nobis, qa
munit, & defendit nos aduerſus calumnias hoſtis antiqui, ne cœleſtem nobis hæredita
tem poſſit auferre, ſicut literæ illæ, quæ uocantur teſtamentum, hæredem muniũt aduer
ſus calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem. Hoc facite, id eſt calicem hunc bibite in me
am commemorationem, ut ſcilicet nunquam ſine memoria paſſionis meæ bibatis eum,
ſed in mente habeatis, quia ego mortem pertuli pro uobis. Aut certe uos, qui ſacerdotes
eſtis, hoc facite quod ego nunc feci, id eſt calicem uini conſecrate, ut fiat ſanguis meus.
Hoc facite in meam commemorationem, ut in hoc facto ſitis memores mei, & eorũ quæ
pro uobis paſſus ſum. Quotienſcunq; enim mãducabitis &c. Exponit in quam comme
morationem Chriſti debeamus celebrare, uel accipere ſacramentum corporis, & ſangui
nis eius, ſcilicet in commemoratione mortis eius. Ideo (inquit) Quotienſcunq; &c. Mor
tem domini pro nobis factam annunciabitis, id eſt repræſentabitis, donec ipſe ueniat ad
iudicium, quia hoc ſacramentum non mutabitur ſicut ſacramenta Iudæorum. Significat
finem ſeculi, quando erit ſanctorum requies non adhuc in ſacramẽto ſpei, quo in hoc tẽ
pore conſociatur Eccleſia, quandiu bibitur quod de Chriſti latere manauit, ſed iam in ip
ſa perfectione ſalutis æternæ, quum tradetur regnũ deo, & patri, ut in illa perſpicua cõ
templatione incõmutabilis ueritatis nullis myſterijs corporalibus egeamus. Itaq; quicũ
que manducauerit &c. Quandoquidem autoritate domini Ieſu probauimus panem illũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse corpus eius,& uinum sanguinem eius,atq; celebrandũ, uel accipiendum esse mysterium illud in commemorationẽ mortis ipsius. Itaq; quicunq; homo siue diues,siue pauper,siue clericus,siue laicus manducauerit panẽ domini & cæ. Indigne manducat,&bibit,qui hoc mysterium aliter celebrat,uel accipit,quàm à Christo traditum. Ideo fit reus corporis,& sanguinis domini,id est dabit pœnas mortis domini. Indigne manducat,& bibit, q fine debita reuerẽtia sacram eucharistiam percipit,qui non prius p pœnitẽtiam purgat, ad hoc sacramentum accedit. Hoc est enim indigne accipere,si eo tẽpore accipiat,quo debet pœnitẽtiam agere. Fit igitur reus corporis,&sanguinis dñi,id est non purgationẽ,sed maculam culpæ,pro qua pereat,trahit ex eo q̃ male accipit bonum sacramẽtum corporis,& sanguinis domini. Nec sibi,si indignus accesserit,applaudat,quia continuo damnatus non fuerit, quoniam multoties peccatoris supplicium differtur, sed occultum iudicium prẽordinatur. Nemo præsumat accedere indignus,sed homo,id est, rationabiliter agens,probet,id est discutiat,& examinet prius seipsum,qui etiam ex eo q̃ homo est, sine peccato non est. Probet antea seipsum,id est uitam suam inspiciat,& consideret an digne possit accedere, uel non, Raro enim potest inueniri quisquam ita magnus, & iustus,ut in eo per discussionem nõ inueniatur aliquid quod debeat eum à corpore, & sanguine domini retardare,nisi confessus fuerit illud,& per pœnitẽtiam deleuerit. Probet se & sic,id est postquam se probauerit,edat de pane illo,& bibat de calice,quia tunc ei,prodest. Ideo prius se discutiat,& purget,qa:Qui manducat,& bibit indigne,id est,sine sui examinatione,iudicium sibi manducat,& bibit. Indigne manducat, & bibit, qui uel aliquod graue peccatum,uel multa leuia commisit,& non confitetur ea, priusquam ad communionem accedat. Duobus etiam modis manducare,& bibere debemus hoc sacramẽtum, id est,ore cordis,& ore corporis. Nam qui solo ore corporis manducat,indigne manducat. Qui autem & ore corporis,& ore cordis accipit,ille digne comedit. Qui indigne manducat,iudicium sibi manducat,id est damnationẽ æternam,quæ nunc appellatione mãcij figuratur,sicut & quum dominus ait:Qui uero mala egerunt in resurrectionẽ iudicij. Iudicium sibi manducat,non alij,quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum,sed confessione factorũ. Nam si in factis malis non eis quisque cõsentiat,portat malus cãusam suã,& personam suã,& ideo boni debẽt tolerare malos. Iudicium sibi manducat,nõ qa mala res sit quã accipit,sed quia ille malus male accipiẽdo ad iudicium accipit bonum,quod accipit. Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit dñs,non malum accipiendo,sed male accipiendo,locum in se diabolo præbuit, sic indigne quisq; sumẽs dñicum sacramẽtum non efficit,ut quia ipse malus est,malũ sit, aut qa non accipit,nihil acceperit. Corpus enim dñi,& sanguis dñi nihilominus est, sed ille accipit hoc non ad uitã,sed ad iudicium,quia non diudicat corpus dñi,id est non discernit q̃ sit dignius omnibus creaturis hoc corpus,quod uidetur esse panis. Si enim cogitaret hoc corpus esse uerbo dei personaliter unitum,& uitam,ac salutẽ eorum esse, qui hoc digne accipiunt,nõ præsumeret indignus accipere,sed dignum se prepararet. Deuoto enim animo,& cum timore accedẽdum est ad illud,ut sciat se in eis ei reuerẽtiam debere, ad cuius corpus sumẽdum accedit,& diiudicet apud se cuius dignitatis sit illud corpus. Inde enim Apostolus nunc indigne dicit acceptum à Corinthijs,quia hoc nõ discernebant à cæteris cibis ueneratione singulariter debita. Cõtinuo quippe,quum dixisset,Iudicium sibi manducat,& bibit,addidit:Non diudicans corpus domini. Non enim diudicabant illud,sed uelut quemlibet alium cibum indiscrete, negligenterq; sumebant: Ideo inter uos multi infirmi &c. Quia indigne manducatis hoc corpus,& sanguinẽ bibitis,ideo sunt inter uos multi infirmi,qui graui morbo languẽt,& imbecilles,qui diuturna inualetudine torpẽt. Et dormiunt etiam multi,id est somno mortis sunt occupati. Vt uerum probaret,qa exemplis per panis tinctionem illius significans fictionem. Non enim omnia quæ tingũtur, nullis,q incõsiderate corpus illud acceperant,dũ ægrotationibus,& longis inualetudinibus tenerentur,& multi morerentur,ut in his cæteri discerent se non impune corpus domini negligẽter accipere,& paucorum exemplo,cæteri territi emendarentur, scientes graniores pœnas in futuro seculo propter hanc culpam ipsi forent passuri, si non corrigerentur. Nam & adhuc propter huiusmodi causam multi homines post pascha uarijs infirmitatibus corripiuntur,quia corpus redemptoris indigne perceperunt.

1.Cor.11 g

Ioan.13 c

Ioan.13 c

De eodem eucharistiæ sacramento. Cap. XXIIII.

Diluus autem Augustinus tracta. 6. in Ioannem hoc modo scribit:In bonis sancta ad salutem insunt,in malis ad iudicium. Certe enim nouimus quid accipiamus,& utique sanctum est,quod accipimus,&nemo dicit,non est sanctum. Et quid ait Apostolus? Qui autem manducat,& bibit indigne,iudicium sibi manducat,& bibit. Non ait,quia illa res mala est, sed quia ille malus male accipiẽdo,ad iudicium accipit bonum, quod accipit. Non enim mala erat buccella,quæ tradita est Iudæ à dño. Absit. Medicus non dat uenenum. Salutem medicus dedit,sed indigne accipiendo,ad perniciem accepit, quia non pacatus accepit. Et tracta. 62. Scio(inquit) moueri posse nõnullos, siue pios, ut reqrant,siue impios,ut reprehendant,q̃ posteaquam panẽ tinctum traditori suo dñs dedit, intrauit in illum sathanas,sic eñ scriptum:Et quum intinxisset panẽ,dedit Iudæ Simonis Iscariotæ,& post panẽ,tunc introiuit in illum sathanas. Dicunt eñ:Ita ne hoc meruit panis Christi porrectus de mẽsa Christi,ut post illum intraret in eius discipulum sathanas? Quibus respondemus hinc nos potius doceri,q̃ sit cauendũ male accipere bonum, Multum quippe interest,nõ quid accipiat,sed quis accipiat,nec quale sit quod datur, sed quale sit ipse cui datur,nam & bona obsunt,& mala prosunt,sicut fuerint quibus datur: Peccatum(inquit Apostolus)ut appareat peccatum,per bonum mihi operatus est mortem: ecce per bonum factum est malũ,dum male accipitur bonum:Itemq; ipse ait:In magnitudine reuelationum meaꝝ ne extollar,datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus sathanæ,qui me colaphizet,ppter quod ter dñm rogaui,ut auferret eum à me,& dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum factum est bonum,dum bene accipitur malum. Quid ergo miraris,si datus est Iudæ panis Christi,per quẽ manciparetur diabolo,quum uideas e cõtrario datum Paulo angelũ diaboli per quem perficeretur in Christo,ita & malo bonũ obfuit,& malum bono profuit. Recordamini unde sit scriptũ. Quicunq; manducauerit panem,aut biberit calicem dñi indigne,reus erit corporis,& sanguinis dñi. Et de his erat sermo,quũ hoc Apostolus diceret, qui dñi corpus uelut alium cibum quẽlibet indiscrete,negligenterq; sumebant,Hic ergo si corripitur,qui non diiudicat,hoc est non discernit à cęteris cibis dominicũ corpus, quomodo nõ damnatur qui ad eius mẽsam fingens amicum accedit inimicus? Si reprehensione rangitur negligentia conuiuantis,qua pœna percutitur uenditor inuitantis? Quid erat autem panis traditori datus, nisi demonstratio cuius gratiæ fuisset ingratus? Intrauit autem sathanas post hunc panem,in domini traditorem,ut sibi iam traditum plenius possideret,in quem prius intrauerat,ut deciperet,Neq; enim non in illo erat, quando perrexit ad Iudęos,& de precio tradendi dominum pactus est,quum hoc apertissime Lucas Euangelista testetur,& dicat:Intrauit autem sathanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariothes,unum de duodecim,& abijt, & locutus est cum principibus sacerdotum. Ecce ubi ostenditur,quod iam intrauerat sathanas in Iudam. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius cogitationem,qua traderet Christum, Talis enim iam uenerat ad cœnandum,nunc autem post panem intrauit in eum,non ad hoc,ut alienum tẽtaret, sed ut proprium possideret,non autem ut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit,Intelligẽdum est enim,quod iam omnibus eis distribuerat dominus sacramentum corporis,& sanguinis sui,ubi & ipse Iudas erat,sicut sanctus Lucas eui dentissime narrat,ac deinde ad hoc uentum est,ubi secundum narrationem Ioãnis, apertissime dominus per bucellam tinctam,atq; porrectam,suum exprimit traditorem, forsitan abluuntur,sed ut inficiantur nonnulla tinguntur:si autem bonum aliquid hic significat tinctio,idem bonum ingratum nõ immerito est secuta dãnatio. Adhuc tamen Iuda possessio,non à dño,sed à diabolo,quum homini ingrato intrasset panis in uẽtrem, hostis in mentem,adhuc(inquã) tanti mali iam corde concepti,plenus restabat effectus,cuius iam præcesserat dãnandus affectus. Itaq; quũ dominus panis uiuus panẽ mortuo tradidisset,

1.Cor.11 g

Ioan.13 c

Lucæ 22 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

& panem tradendo panis traditorem ostendisset, Quod facis (inquit) fac citius.

De eadem eucharistia. Cap. XXV.

Diluus autem Augustinus in epistola ad Ianuarium, hoc pacto scribit: Dixerit aliquis non quotidie accipiendam eucharistiam, quoniam (inquit) eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusq; uiuit, quo ad tantum sacramẽtum dignus accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudiciũ sibi mãducat, & bibit. Alius cõtrà: Imo (inquit) si tãta est plaga peccati, atq; impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, autoritate antistitis debet quisq; ab altario remoueri ad agendã pœnitentiã, ut nõ arbitrio suo, quũ libet, uel auferat se communioni, uel reddat. Cæterum si peccata tanta non sunt, ut excõmunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet à quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet ut præcipue in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisq; quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus, & sanguinem domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neq; enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zacheus, & ille Cẽturio, quum alter eo
Lucæ.19 a Mar.5 a rum gaudens in domum suam susceperit dominum, alter dixerit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, ambo saluatorem honorificantes diuerso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiã cõsecuti. Valet etiã ad hanc similitudinẽ, q̃ in primo populo manna secundum propriam uoluntatem manna in ore sapiebat, sic in ore cuiusq; Christiani sacramentum illud quomodo sumatur, æstimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere, & ille honorando non audet ullo die prętermittere. Contemptum solum non uult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde eñ & Apostolus indigne dicit acceptum ab eis qui non discernebant à cæteris cibis uenerationẽ singulariter debita. Continuo quippe quum dixisset: Iudicium sibi manducat, & bibit, addidit
1.Cor.11 g ut diceret: Non dijudicãs corpus, quod satis toto ipso loco in epistola ad Corinthios prima, si diligenter attendatur, apparet. Et infrà: Prima ergo inquisitio tua, quam in cõmonitorio posuisti, quærit quid per quintam feriam ultimæ hebdomadis paschę fieri debeat, an offerendum sit mane, & rursus post cœnam, propter illud quod dictum est: Similiter postquam cœnatum est, an ieiunandum, & post cœnam tantummodo offerẽdum an etiam ieiunandum, & post oblationem, sicut facere solemus, cœnandum. Ad hæc itaq; ita respondeo, ut quid horum sit faciendum, si diuinæ scripturæ præscribit autoritas, non sit dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus, ut iam non quomodo faciendum, sed quomodo sacramentum intelligendum sit, disputemus. Similiter etiam si quid horũ tota die per orbem frequentat Ecclesia. Nam hoc quin ita faciendum sit, disputare insolentissimæ insaniæ est. Sed neq; hoc, neque illud est in eo, quod tu quęris. Restat igitur ut de illo tertio genere sit, quod per loca, regionesq; uariatur. Faciat ergo quisque quod in ea Ecclesia, in quam uenit, inuenerit. Non enim quicquam eorum contra fidem sit, aut contra mores hinc, uel inde meliores. His enim causis, aut propter fidem, aut propter mores, uel emendari oportet quod perperam fiebat, uel institui quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio consuetudinis etiam quæ adiuuat utilitate, nouitate perturbat. Quapropter quæ utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptũ est identidem: Et calicem accipiens post cœnam dicens &c. Ipsam enim potuit appellare cœnam, qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus nanq; alibi dicit: Conuenientibus ergo uobis in unum, non est dominicam cœnã manducare, hãc
Mat.26 c 1.Cor.11 d ipsam acceptionem eucharistiæ dominicam cœnam uocans. illud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die illa, uel offerrent, uel sumerent eucharistiã, quod in Euangelio dicitur: Quum autem illi manducarent, accepit Iesus panem, & benedixit, quum
Mart.26 d etiam superius dixisset: Quum sero factum esset, recumbebat cum duodecim, & manducantibus dixit, quoniam unus ex uobis me tradet. Post enim tradidit sacramẽtum. Et li-
Mat.26 b quido apparet, quando primũ acceperunt discipuli corpus, & sanguinem dñi, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ Ecclesiæ, q̃ à ieiunis

iunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramẽti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi, aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum, conuenire debent, aut fieri faciebant, quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Nanque saluator, quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, seruaret hũc honorem. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo uariasset. Quum uero ait Apostolus de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres, quum cõuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexuit: Cætera autem quum uenero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut
1.Cor.11 h in epistola totum illum agendi ordinem infinuaret, quem uniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate uariatur. Et libro de fide ad Petrum unico, capite decimonono: Firmissime (inquit) tene, & nullatenus dubites, ipsum unigenitum deum uerbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium, &
Ephe.5 a hostiam deo in odorẽ suauitatis, cui cum patre, & spiritu sancto à patriarchis, prophetis, & sacerdotibus tempore ueteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est, tempore noui testamenti, cum patre, & spiritu sancto, cum quibus illi est una diuinitas sacrificium panis, & uini in fide, & charitate, sancta Ecclesia catholica per uniuersum orbẽ terræ offerre nõ cessat. In illis eñ carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio, atq; commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem deus effudit. De quo beatus Paulus dicit in actibus Apostolorum: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spũs sanct⁹ posuit episcopos regere Ecclesiam dei,
Act.20 f quã acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs qd uobis esset donandũ figurate significabatur, In hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificijs prænunciabatur filius dei pro impijs occidendus, in hoc autem pro impijs annunciatur occisus, testante Apostolo, quia Christus, quum adhuc infirmi essemus
Roma.5 a secundum tempus, pro impijs mortuus est, & quia quum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Et in enarratione psalmi 98. exponens illum uersum, Et
Psal.98 a adorate scabellum pedum eius: Suscepit (inquit) de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum domini, & nõ solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Nunquid autem caro uiuificat, ipse dominus dixit, quum de ipsa cõmendatione eiusdem terræ loqueretur: Spiritus
Ioan.6 g est qui uiuificat, caro autem nihil prodest. Ideo & ad terram quamlibet, quum te inclinas atq; prosternis, nõ quasi terram intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est, quod adoras, Propter ipsum enim adoras. Ideo & hic subiecit: Adorate scabellum pedũ eius, quoniam sanctũ est. Quis sanctus est? In cuius amore adoras scabellum pedũ eius. Et quum adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, & à spiritu nõ uiuificeris. Spiritus enim (inquit) uiuificat, caro autem nihil prodest. Tunc autem quãdo hoc dominus cõmendauit, de carne sua locutus erat, & dixerat: Nisi quis mãducauerit carnẽ meam, nõ
Ioan.6 f habebit in se uitam ęternã. Scandalizati sunt quidam discipuli eius septuaginta ferme, & dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest hoc intelligere? Et recesserunt ab eo, & ampli-
Ibidem. us cum eo non ambulauerunt. Durum illis uisum est quod ait: Nisi quis manducauerit carnem &c. Acceperunt illud stulte, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt, quod præcisurus esset dominus particulas quasdã de corpore suo, & daturus illis. Et dixerũt: Durus est hic sermo. Ipsi erant duri, nõ sermo. Etenim si duri non essent, sed mites essent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicerent sibi: Non sine causa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquod sacramentum latēs, manerent cum eo lenes, non duri, & discerent ab illo quod illis discedentibus, qui remanserūt, didicerunt. Nam quum remansissent cum illo discipuli duodecim, illis recedentibus, sug-
Ioan. 6 g gesserunt illi tanquam dolentes illorum mortem, ꝙ scandalizati sunt in uerbo eius, & recesserunt. Ille autem instruxit eos, & ait illis: Spiritus est qui uiuificat, caro autē nihil prodest. Verba quę locutus sum uobis, spiritus est, & uita. Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum uobis aliquod commēdaui, spiritualiter intellectum uiuificabit uos. Et si necesse est illud uisibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi. Et libro de trinitate quarto, capite decimoquarto: Quis tam iustꝰ, & sanctus sacerdos, quàm unicus filius dei, qui non opus haberet per sacrificiū sua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana uita, quæ addūtur? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur, quàm humana caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis uitijs mortalium, quàm sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero, & ex utero uirginali? Et quid tam graue offerri, & suscipi posset, quàm caro sacrificij nostri? Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus, uerusq; mediator, per sacrificium pacis recōcilians nos deo, unum cum illo maneret, cui offerebat, unum in se faceret, pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

De uirtute sacramenti corporis, & sanguinis Christi, & cōparatione per excessum ipsius ad manna, & ad aquas petræ, & de probatione per plurima exempla, quod corpus Christi, quod accipimus, non panis sit, sed caro, quæ ex uirgine nata, quæ crucifixa, quæ sepulta fuit. Cap. XXVI.

Diluus autem Ambrosius libro de his, qui initiātur mysterijs, & cap. 9. hoc pacto scribit: Considera nunc, utrū prestantior sit panis Angelorū, an caro Christi, quę utiq; corpus est uitæ. Manna illud e cœlo, hoc supra cœlum, illud cœli, hoc domini cœlorum, illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, ꝙ quicunq; religiose gustauerit, corruptionē sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis e Christo. Illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternū. Iudæus bibit, & sitit, tu quū biberis, sitire nō poteris. Et illud in umbra, hoc in ueritate. Si illud quod miraris umbra est, quantū istud est, cuius & umbrā miraris? Audi qa umbra est, quæ apud patres facta est. Bibebant (inquit) de consequēti petra, petra autē erat Christus. Sed non in pluribus eorum cōplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, Cognouisti præstātiora? Potior etenim lux, quàm umbra, ueritas, quàm figura, corpus autoris, quàm māna de cœlo. Forte dicas: Aliud uideo, quomodo tu mihi asseris, quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest ut
1. Cor. 10 b probemus. Quantis igitur utimur exemplis? Probemus nō hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremq; uim esse benedictionis, quàm naturę, qa benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens. Rursus apprehēdit caudam serpentis, & in uirgæ naturā reuertitur. Vides igitur prophetica gratia, bis mutatā esse naturam, & serpentis, & uirgæ. Currebāt Aegypti flumina puro aquarū meatu, subito de fontiū uenis sanguis cœpit erūpere. Non erat potus in fluuijs. Rursus ad prophetæ preces, cruor cessauit fluminū, aquarū natura remeauit. Circunclusus undiq; erat populus Iudæorū, hinc Aegyptijs uallatus, inde mari clau-
Exod. 7 b sus. Virgam leuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorū speciem congelauit, atq; in-
Ibidem c. d ter undas uia pedestris apparuit. Iordanis retrorsum cōuersus, cōtra naturā in sui fontis
Exod. 14 c reuertitur exordium. Nonne claret naturam, uel maritimorū fluctuum, uel fluuialis cur-
Iosue 3 d sus esse mutatā? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses petram, & aqua de petra fluxit.
Num. 20 b Nunquid non præter naturam operata est gratia, ut aquam uomeret petra, quam nō ha-
Exodi. 15 d bebat natura? Marath fluuius amarissimus erat, ut sitiēs populus bibere nō posset, misit

Moyses

Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit. Sub Helisæo propheta, uni ex filijs prophetarū excussum
4. Reg. 6 a & b est ferrum de securi, & statim mersum est, rogauit Helisæum qui amiserat ferrum, misit etiam Helisæus lignum in aquam, & ferrum natauit, utiq; & hoc præter naturam factū esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quàm aquarū liquor. Aduertimus igitur maioris esse uirtutis gratiam, quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantū ualuit humana benedictio, ut naturam cōuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, ubi uerba ipsa domini saluatoris operā
3. Reg. 18 f tur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum ualuit sermo Heliæ, ut ignem de cœlo deponeret, nō ualebit Christi sermo, ut species mu-
Psal. 148. a. dauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quę sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Sed quoad argumētis utimur? Suis utamur exemplis, incarnatio-
Matt. 1 c nisq; astruamus mysterij ueritatem. Nunquid naturæ usus precessit, quū Iesus dñs ex Maria nasceretur? Si ordinē quærimus, uiro mixta fœmina generare cōsueuerat. Liquet igit, ꝙ præter naturæ ordinem uirgo genērauit, & hoc quod cōficimus corpus, ex uirgine est. Quid hic quæris naturę ordinē in Christi corpore, quum præter naturā sit ipse dñs Iesus
Cant. 4 c partę? ex uirgine? Vera utiq; caro Christi, quæ crucifixa est, quę sepulta est. Vere ergo carnis illius sacramentū est, Ipse clamat dñs Iesus: Hoc est corpus meū. Ante benedictionem uerborū cœlestiū, alia species nominatur, post consecrationē corpus Christi significatur, ipse dicit, sanguinem suum, ante confecrationē aliud dicitur, post cōsecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis Amen, hoc est, uerū est, quod os loquitur, mens interna fateatur, quod sermo sonat, affectus sentiat. His igitur sacramētis pascit Ecclesiam suam Christus, quibus animæ firmatur substantia. Meritoq; uidens profectū suæ gratię continētem, dignatur ad eam: Quàm decora facta sunt ubera tua soror mea sponsa, q̄ decora facta sunt ubera tua, & odor uestimentorū tuorū super oīa aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorū tuorū, sicut odor libani. Hortus cōclusus soror mea, sponsa mea, hortus cōclusus, fons signatus. Quo significat signatū debere apud te manere mysteriū, ne uioletur operibus malę uitæ, atq; adulterio castitatis, ne diuulgetur, quib⁹ nō cōuenit, ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona debet ergo fi-
Cant. 4 d dei tuæ esse custodia, ut intemerata uitæ, ac silentij integritas perseueret. Vnde & Ecclesia altitudinē seruans mysteriorū cœlestium, reijcit à se grauiores uenti procellas, & inuitat
Cant. 5 a uernātis gratiæ suauitatē, & sciens, ꝙ hortus suus Christo displicere non possit, aduocat ipsum spōsum, dicens: Exurge aquilo, & ueni auster, perfla hortū meū, & fluāt unguenta
Ibidem aroma. Descēdat frater meus in hortū suū, & edat fructū pomiferarū suarū. Bonas enim arbores, & fructiferas habēt, quæ radices suas tinxerint in sacri fontis irriguo, & in bonos
Mat. 25 d fructus nouæ fœcunditatis germine pullulauerint, ut non iam prophetica cædātur securi, sed Euāgelica ubertate fœcundētur. Deniq; fertilitate earum dñs delectatus, respōdet: Ingressus sum in hortū meum soror mea sponsa, uindemiaui myrrham cum unguentis meis. Manducaui cibum meum cum melle meo, bibi potū meum cum lacte meo. Quare cibū & potū dixerim, fidelis intellige. Illud autem non dubium, quod in nobis ipse manducat, & bibit, sicut in nobis legisti, quia in carcere se esse dicit. Vnde & Ecclesia uidēs tantam gratiam, hortatur filios suos, hortatur proximos, ut sacramēta concurrant, dicens:
Pſal. 33 b Edite proximi mei, & bibite, & inebriabimini charissimi mei. Quid edamus, quid bibamus, alibi tibi per prophetā spiritus sanctus expressit dicens: Gustate, & uidete, quoniam
1. Cor. 10 a suauis est dñs, beatus uir q̄ sperat in eo. In illo sacramēto Christus est, quia corpꝰ est Christi, nō ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & Apostolus de typo eius ait: Quia patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & potum spiritalem biberunt. Corpus est
Thren. 4 d enim dei, corpus est spiritale. Corpus Christi, corpus est diuini spiritus. Quia spiritus Christi, ut legimus: Spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Et in Petri epistola habemus: Christus pro nobis mortuus est. Deniq; cor nostrum esca ista confirmat, & potus
1. Petr. 2 d iste lætifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.103 b. iste lætificat cor hominis,ut propheta memorauit, unde adepti omnia scimus regenera-
Ioan.3.d tos nos esse. Nec dicamus quomodo regenerati sumus, nunquid in uentrem matris nos-
træ introiuimus,& renati sumus? Non agnosco usum naturæ. Sed nullus hic naturæ or-
do, ubi excellentia gratiæ. Deniq; non semper usus naturæ regenerationem facit. Gene-
ratum ex uirgine Christum dominum confitemur, & naturę ordinem denegamus. Non
Matt.1.c enim ex uiro Maria concepit, sed de spiritu sancto in utero accepit, ut dicit Matthæus:
Lucæ 1.d Quia inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Si ergo superueniens spiritus sanctus
in uirginem, conceptionem operatus est, & generationis munus impleuit, non utiq; du-
bitandum est,q̃ superueniens in fontem, uel super eum, qui baptismum consequitur, ue
ritatem regenerationis cooperetur.

Quod deus amplius præstiterit fidelibus in sacramẽto,quàm Iudæis in mãna,
& de significatione oblationis Melchisedech. Cap. XXVII.

Libro autem de sacramentis 4. cap. 3. hoc pacto scribit: Venisti ad altare,uidisti sacra
mẽta posita super altare,& ipsam quidẽ miratus es creaturã. Tamen creatura solem
nis,& nota. Forte aliquis dixerit: Iudæis deus tantã gratiã præstitit, mãna illis pluit e cœ
Io. Quid plus dedit fidelibus suis? Quid plus tribuit his,quibus plus ꝓmisit? Accipe quæ
dico, anteriora esse mysteria Christianorũ, quàm Iudęorum,& diuiniora esse sacramẽta
Christianorum,quàm Iudęorum. Quomodo? Accipe. Iudæi quando esse cœperunt? Ex
Iuda utiq; pronepote Abrahæ,aut si uis,& sic intellige,ex lege,quam Iudæi accipere me-
ruerunt. Ergo ex pronepote Abrahę Iudæi dicti sunt,tempore sancti Moysi. Et si tũc De
us Iudęis manna murmurãtibus pluit e cœlo,tibi autem sacramentorum horũm figura
Exod.16.a præcessit,quando Abrahã erat,quãdo uernaculos trecentos decem,& octo collegit, & is
Gen.14.c bi persecutus est aduersarios,de captiuitate eruens nepotem suũ. Tũc uictor uenit, occur
Ibidem.d rit illi Melchisedech sacerdos, & obtulit ei panem,& uinum. Quis habuit panem, & uis
num? Abraham non habuit. Sed quis habuit? Melchisedech. Ipse ergo autor sacramen-
torum. Quis est Melchisedech,qui significatur rex iustitiæ,rex pacis? Quis est iste rex iu
1.Cor.1.d stitiæ? Nunquid homo quisquã potest rex esse iustitiæ? Quis ergo rex iustitiæ, nisi iustis
Ioan.14.d tia Dei,qui est Dei pax,Dei sapientia? Qui potuit dicere: pacem meam do uobis, pacem
relinquo uobis. Ergo primo intellige sacramenta hæc,quæ accipis,anteriora esse, quàm
Gen.14.d sint Moysi sacramenta,quæcunq; Iudæi habere se dicunt,& prius cœpisse populum Chri
Heb.7.a. stianum, quàm cœpisse populum Iudæorum, Sed nos in prædestinatione, illum in nos-
mine. Obtulit ergo Melchisedech panem,& uinum. Quis est Melchisedech? Sine patre
(inquit) sine matre,sine generationis ordine. neq; initiũ dierũ,neq; habens finẽ uitę. Hoc
habet apud Hebræos epistola: Sine patre (inquit) est,sine matre,similis autẽ filio Dei. Si-
ne matre natus est Dei filius generatione cœlesti, quia ex solo Deo patre natus est. Et i-
terum sine patre natus est,quando natus ex uirgine est. Non enim ex uirili semine gene-
Psa.109.a ratus est,sed natus de spiritu sancto ex uirgine Maria,utero ꝺitus uirginali. Similis per
Exo 16.a&b omnia filio edi. Sacerdos quoq; erat Melchisedech,quia & Christus sacerdos,cui dicitur:
Tu es sacerdos in æternũ,secundum ordinẽ Melchisedech. Et cap. 4. Ergo autor sacra-
mentorũ quis est, nisi dñs Iesus? De cœlo ista sacramẽta uenerunt. Cõsilium enim omne
de cœlo est. Vere autem magnum est,& diuinũ miraculum, quod populo pluit Deus mã
na de cœlo,& non laborabat populus,& manducabat. Tu forte dicis: Meus panis est usi
tatus,sed panis iste panis est ante uerba sacramentorũ, ubi accesserit consecratio,de pane
fit caro Christi. Hoc igit astruamus. Quõ potest q panis est,corpus esse Christi? Cõsecra-
tione. Cõsecratio igitur qbus uerbis est,& cuius sermonibus? Dñi Iesu. Nã reliqua oñia,
quæ dicitur,laus Deo defert,oratiõe petitur pro populo,pro regibus,pro cæteris. Vbi ue
nitur ut cõficiatur uenerabile sacramentũ iam non suis sermonibus sacerdos,sed utiq; ser
Psal.148.a. monibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentũ. Quis sermo Christi? Nẽ
pe is,quo facta sunt omnia. Iussit dominus,& factum est cœlum. Iussit dominus,& facta
est terra. Iussit dominus,& facta sunt maria. Iussit domin°,omnis creatura generata est.
Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta uis est in sermone domini
Iesu,ut inciperent esse,quæ non erant,quanto magis operatorius est,ut sint quæ erant,&
in aliud

in aliud commutentur? Cœlum non erat,mare non erat, terra non erat. Sed audi dicen-
tem: Ipse dixit,& facta sunt,ipse mandauit,& creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, non Psal. 148 a
erat corpus Christi ante cõsecrationẽ,sed post consecrationẽ dico tibi, ꝙ iam corpus est
Christi. Ipse dixit, & factũ est,ipse mãdauit,& creatũ est. Tu ipse eras,sed eras uetus crea
tura,postea q̃ consecratus es,noua creatura esse cœpisti. Vis scire q̃ noua creatura? Oñis
(inqt) in Christo noua creatura. Accipe ergo quẽadmodum sermo Christi creaturã oẽm 2.Cor.5.d
mutare consueuerit,& mutat,quãdo uult instituta naturæ. Quomodo requiris? Accipe.
Et primo omnium de generatione eius sumamus exẽplum. Consuetudo est,ut non gene
retur homo,nisi ex uiro,& muliere,& consuetudine coniugali. Sed quia uoluit dominus
qui hoc elegit sacramẽtum,de spiritu sancto,& uirgine natus est Christus hoc est media 1.Tim.2.b
tor dei,& hominum,homo Christus Iesus. Vides ergo quia cõtra instituta,& ordinẽ,ho-
mo est natus ex uirgine. Accipe aliud. Vrgebatur populus Iudęorum ab Aegyptijs,inter- Exod.14.e
clusus erat mari. Diuino imperio uirga Moyses tetigit aquas, & se unda diuisit, nõ utiq;
secundum suæ naturæ consuetudinẽ,sed secundum gratiam cœlestis imperij. Accipe a-
liud. Sitiebat populus,ueniebat ad fontem,amarus erat fons,misit lignum sanctus Moy Exod.15.d
ses in fontem,& factus est dulcis fons,qui amarus erat,hoc est mutauit consuetudinẽ na-
turæ suæ,accepit dulcedinẽ gratiæ. Accipe & quartum exẽplum. Ceciderat ferrum secu-
ris in aquas,quasi ferrum sua consuetudine demersum est,misit lignum Heliseus, statim 4.Re.6.a.b
ferrum eleuatum est,& aquis supernatauit,utiq; contra consuetudinẽ ferri. Est enim ma
teries grauior,quàm aquarum est elementum. Ex his igitur omnibus non intelligis quã
tum operetur sermo cœlestis? Si operatus est in fonte terreno,si operatus est sermo cœle
stis in alijs rebus,non operatur in cœlestibus sacramẽtis? Ergo didicisti ꝙ ex pane corpꝰ
fiat Christi. Et ꝙ uinum,& aqua in calicem mittitur,sed fit sanguis consecratione uerbi
cœlestis. Sed forte dicis: Speciem sanguinis non uideo. Sed habet similitudinem. Sicut es Roma.6.a
nim mortis similitudinem sumpsisti,ita etiam similitudinem precioſi sanguinis bibis, ut
nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia
quod accipis corpus est Christi. Et cap. 5. Vis scire quia uerbis cœlestibus consecratur.
Accipe quæ sunt uerba. Dicit sacerdos: Fac nobis (inquit) hanc oblationẽ ascriptam, ra-
tionabilẽ acceptabilẽ: Quod est figura corporis,& sanguinis dñi nostri Iesu Christi, qui
pridie quàm pateretur,in sanctis manibus suis accepit panẽ,respexit ad cœlum, ad te san
cte pater æterne deus gratias agẽs,benedixit,fregit,fractumq; Apostolis suis,& discipu-
lis suis tradidit,dicẽs: Accipite,& edite ex hoc omnes. Hoc enim est corpus meum, quod
pro multis confringetur. Similiter etiam calicẽ,postq̃ cœnatum est,pridie q̃ pateretur ac
cepit,respexit ad cœlum,ad te sancte pater omnipotẽs æterne deus gratias agens,benedi- Mat.26.c
xit,Apostolis,& discipulis suis tradidit,dicens: Accipite,& bibite ex eo omnes, Hic est e-
nim sanguis meus. Vide,omnia illa uerba Euangelistæ sunt usq; ad,Accipite siue corpus
siue sanguinẽ. Inde uerba sunt Christi: Accipite bibite ex eo omnes, Hic est enim sanguis
meus. Vide singula. Qui pridie (inquit) quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit
panem. Anteq̃ consecretur,panis est,ubi autẽ uerba Christi accesserint, corpus est Chri-
sti. Deniq; audi dicentẽ: Accipite,& edite ex eo omnes,hoc est corpus meum. Et ante uer-
ba Christi,calix est uini,& aquæ plenus,ubi uerba Christi operata fuerint,ibi sanguis ef
ficitur,qui plebem redemit. Ergo uidete quantis generibus potens est sermo Christi uni
uersa conuertere. Deinde ipse dñs Iesus testificatur nobis ꝙ corpus suum accipiamus, &
sanguinem. Nũquid debemus de eius fide,& testificatione dubitare? Iam redi mecum ad
propositionẽ meam. Magnum quidẽ,& uenerabile,ꝙ manna Iudęis pluit e cœlo. Sed in-
tellige. Quid est amplius mãna de cœlo, an corpus Christi? Corpus Christi utiq; qui au-
tor est cœli. Deinde manna qui manducauit, mortuus est. Qui mãducauerit hoc corpus,
fiet ei remissio peccatorum,& nõ morietur in æternũ. Ergo non ociose tu dicis: Amẽ, iam
in spiritu confitens,ꝙ accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi,& tu di
cis: Amen, hoc est uerum. Quod confitetur lingua, teneat affectus. Et cap. 6. Vt scias au-
tem hoc esse sacramẽtum, huius figura ante præcessit. Deinde quantũ sit sacramẽtum, co
gnosce. Vide quid dicat: Quotiẽscunq; hoc feceritis, totiẽs commemorationẽ mei facie- Lucæ.22.b
tis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis,donec iterum adueniam. Et sacerdos dicit: Ergo memores eius gloriosissimæ passionis,& ab inferis resurrectionis, & in cœlũ ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiã,rationabilẽ hostiam, incruentam hostiã, hunc panẽ sanctũ, & calicem uitæ æternæ,& petimus,& precamur, ut hãc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus Angelorum tuorũ, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. Ergo quotiẽscunq; accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotienscũq; accipimus, mortẽ dñi annunciamus. Si mortẽ annũciamus, annũciamus remissionem peccatorũ. Si quotiẽscũq; effunditur sanguis,in remissionem peccatoꝝ funditur,debeo illũ semper accipere,ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco,semper debeo habere medicinam.

Heb. 7 a

Qua ratione in calice aqua admisceatur uino,& de mysterio illius. Cap. XXVIII.

LIbro autẽ quinto de sacramẽtis,cap. 1. hoc modo scribit,Audi homo quid dicat Paulus Apostolus ad Hebræos: Vbi sunt qui filium dei dicunt esse de tempore? De Melchisedech dictum est,quia neq; initium, neq; finem dierum habet. Si Melchisedech non habet initium dierum, num Christus habere potuit? Sed non est plus figura, quàm veritas. Vides ergo quia ipse primus,& nouissimus. Primus,quia autor est omnium. Nouissimus,non q̃ finem inueniat, sed quod uniuersa concludat. Diximus ergo, quod in altari constituatur calix,& panis. In calice (inquit) mittitur uinum. Et quid aliud? Aqua, Sed tu mihi dicis: Quomodo ergo Melchisedech panem, & uinum obtulit? Quid sibi uult admixtio aquæ? Rationem accipe. Primo omnium: Figura, quæ ante præcessit tempore Moysi, quid habet? Quia quum sitiret populus Iudæorum, & murmuraret, quod aquam inuenire non posset, iussit deus Moysi, ut tangeret petram de uirga. Tetigit petram,& petra undam maximam fudit,sicut Apostolus ait: Bibebãt autem de consequenti petra, petra autem, erat Christus. Non immobilis petra quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est propheta, uirga, hoc est uerbum dei: Sacerdos uero dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus dei. Tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in uitam æternam & bibit populus dei, qui dei gratiam consecutus est. Accipe & aliud. In tempore dominicæ passionis,quum sabbatum magnum instaret, quia uiuebat dominus noster Iesus Christus, uel latrones, missi sunt, qui percuterent eos, uenientes inuenerunt defunctum dominum Iesum Christum, tunc unus de militibus lancea tetigit latus eius, & de latere eius aqua fluxit, & sanguis. Aqua, ut emundaret, sanguis, ut redimeret, Et de latere eius,quia unde culpa,inde gratia. Culpa per fœminam,gratia per dominum Iesum Christum. Et capite tertio. Ergo uenisti ad altare, accepisti corpus Christi. Audi dicentem sanctum Dauid: Dominus (inquit) pascit me, & nihil mihi deerit &c. usque, Ipsa me consolata sunt. Virga imperium, Baculus passio est, hoc est, æterna diuinitas Christi, sed etiam passio corporalis. Illa creauit, hæc redemit. Parasti in conspectu meo mensam &c. Venisti ergo ad altare,accepisti gratiam Christi, sacramenta es cœlestia consecutus. Et libro. 6. cap. 1. Sicut uerus est dei filius dominus noster Iesus Christus,non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, ita uera caro (sicut ipse dixit) quam accipimus,& uerus est potus,sed forte dicas,quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem: Nisi quis manducauerit carnem meam &c. Forte dicas: Quomodo uera qui similitudinem uideo, non uideo sanguinis ueritatem? Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur,ut possit mutare,& conuertere genera, instituta naturæ, Deinde ubi non tulerũt sermonẽ Christi discipuli eius, sed audientes, quod carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum,recedebant, solus tamen Petrus dixit: Verba uitæ æternæ habes,& ego à te quo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, ueluti quidam esset horror cruoris, sed manet gratia redemptionis, ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed uerę naturæ gratiam,uirtutemq; consequeris. Ego sum (inquit) panis uiuus,qui de cœlo descendi. Sed caro non descendit e cœlo,hoc est,carnem in terris assumpsit ex uirgine. Quomodo ergo

Apoc. 12 a
Esa. 41 b. & 44 a
Num. 20 b
1. Cor. 10 b
Ioan. 19 f
Psalm. 22 c
Ioan. 6 f
Ioan. 6 g
Ioan. 6 e

ergo descendit panis de cœlo,& panis uiuus? Quia idem dominus noster Iesus Christus consors est,& diuinitatis,& corporis. Et tu,quia accipis panẽ,diuinæ eius substantiæ in illo partici paris alimento. Et Rupertus exponens illud Geneseos, At uero Melchisedech rex Salem protulit panem,& uinum, Erat enim sacerdos altissimi &c. nec (inquit) de Melchisedech dubitũ, ferens panem,& uinum, vel incognitum cuiquam est,quin Christum significet,cui (sicut ait spiritus sanctus in Dauid) iurauit dominus,& non pœnitebit eum,tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Christus rex iustitiæ,rex Salem,id est,pacis,rex (inquam) idemq; pontifex magnus illorum talium hominum diebus natus,sacerdotio suo functus est secundum ordinem Melchisedech. Protulit enim panem & uinum,dicens: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Et hic obtulit semetipsum pro fideli Abraham uerũ sacrificium,& benedixit ei. Per suũ enim sanguinem benedictionem,id est,peccatorum remissionem,acquisiuit illi,imo & omnibus electis,qui expectauerunt eum aborigine mundi. Apostolus præsentis loci memor,Hic eñ (inquit) Melchisedech qui obuiauit Abrahæ reuerso à cæde regũ,& benedixit ei,cui decimas omnium diuisit Abrahã. Primũ quidem,quia interpretatẽ rex iustitiæ,deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis,sine patre,sine matre,sine genealogia,neq; initium dierum,neq; finẽ vitę habens,assimilatus filio Dei,manet sacerdos in æternum. Hæc,& cætera,quæ subiungit idem Apostolus,occasionem suspitionis male intelligẽtibus præbuerunt,vt putarent hunc Melchisedech non hoiem fuisse, sed Angelum, aut certe (quod dementius erat) ipsum qui sub hois figura visus sit,esse spiritum sanctum. Verum alij quam multi in hoc vnum consenserunt,vt dicerẽt eũ hoiem fuisse Chananẽũ,regẽ vrbis Hierosolymæ,quę prius Salẽ, postea Iebus, ad extremum Hierusalẽ appellata sit. Nec mirũ (inquiunt) si sacerdos Dei altissimi describatur absq; circuncisione,& legalibus ceremonijs,& genere Aaron,quum Abel quoq; & Enoch, & Noé placuerint Deo,& victimas obtulerint,& in Iob uolumine legerimus,q̃ ipse & oblator mundi fuerit,& sacerdos,& quotidie pro filijs suis hostias immolauerit. Veruntamen aliud Hebræi autumant. Tradunt enim hunc esse primum filium Noe,& eo tempore,q̃ ortus est Abraham, habuisse ætatis annos trecentos nonaginta. Nempe si per ætates singulas, annorum numerum supputes,annos trecentos nonaginta ab ortu Sem,usq; ad generationem Abraham inuenies. Mortuus est autem Abraham centesimo septuagesimo quinto ætatis suæ anno. Ratione igit deducta inuenietur Sem abnepotis suo decimi gradus Abrahæ superuixisse annos triginta quinq;,simulq; & hoc tradunt,quod usq; ad sacerdotiũ Aaron omnes primogeniti ex stirpe Noe,cuius series,& ordo describitur,fuerint sacerdotes, & Deo victimas obtulerint & hæc esse primogenita,quæ Esau fratri suo vendiderit Iacob. Salem autem non (vt Iosephus arbitratur) esse Hierusalem,sed oppidum aiunt esse iuxta Scytopolim,quod usq; hodie appellatur Salem,de quo in Euangelio quoq; legimus. Erat autem Iohãnes baptizans in Ennon iuxta Salim,quia aquę multę erant ibi. Nec differt vtrum Salim an Salem nominetur, quum pro voluntate lectorum, ac varietate regionum, eadem verba diuersis sonis,atq; accentibus proferantur. In isto quoq; libro Geneseos scriptum est: Quia venit Iacob in Soccoth,& ibi fecit sibi domos,atq; tentoria,& transijt in Salem ciuitatẽ regionis Sichem,quæ est in terra Chanaam. Consyderandum quoq; est, quod Abrahæ à cæde hostium reuertenti,quos persecutus est usq; Dan,non de via Hierusalem,sed de oppido metropolis Sichem itinere fuit. Stultum igitur est,id quod in typo dicitur,eo quod sacerdotium Christi finem non habeat,sic quosdam referre ad anagogem, vt historiæ veritatem auferant. Non enim quod ab Apostolo dictum est: Et sine patre,& sine matre,sine genealogia,sic idẽ intelligi voluit,quasi Melchisedech absq; patre & sine matre fuerit, sed sic dixit, eo quod subito introducatur in Genesi, occurrisse Abraham à cæde hostium reuertenti, & nec ante nec postea eius nomen feratur ascriptum. Dicendo autem. Manet sacerdos in perpetuum,affirmat,quod Aaron sacerdotium,id est,populum Iudæorum,& principium habuerit,& finem: Melchisedech autem,id est,Christi,neq; initium dierum,neq; finem habentis, & in præteritum,& in futurum æternum sit.

Rupertus Gen. 14. b.
Pſal. 109 a.
Mat. 26 c
Hebr. 7. a.
Iob. 1. a.
Gen. 25 d
Gen. 15 a
Ioha. 3 c
Gen. 33 d
Heb. 7. a.

De eodem manna,& eius mystica significatione. Cap. XXIX

RVpertus q̃q; sextũ decimũ Exodi caput exponens libro tertio, cap. vi. hoc pacto scribit: Nõ idẽ ordo est in propheta,q̃ hæc sancta,& veridica scriptura historiæ cõtexta est. Hic enim res gestæ,q̃ factæ sunt eodẽ & narrant ordine,id est,prius panis petentibus datus,& post aqua de petra percussa producta esse memoratur. At vero in propheta taliter prępostera est: Interrupit petram in eremo,& adaquauit eos velut in abyssо multa,& eduxit tanquam flumina aquas &c. Hoc primum posito,ita subiunctũ est: Et apposuerunt adhuc peccare ei. In q̃: Dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Q̃n percussit petram & fluxerũt

Pſal. 77. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquæ,&torrentes inundauerũt.Nũquid&panẽ poterit dare, aut parare mensam populo suo?
Ibidem. Hæc ita quũ dicit,manifeste prius esse vult,quod percussa petra fluxerunt aquæ,& torrentes inundauerunt,posterius autem,quod mãdauit nubibus desuper,& ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.Cur hoc? Videlicet quia parabolice loquitur sicut in initio
Psal.77.a Psalmi proposuit,dicens: Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio. Quarum videlicet parabolarum,ne difficilis esset solutio,subsecutus, Apostolus,quũ dixisset:
1.Cor.10.a. Bibebant autẽ de spirituali,cõsequẽte eos petra,continuo subiunxit:Petra autẽ erat Christus. Hoc enim dicto,quasi vno solari radio p̃ fenestram iniecto,totius domus tenebras dispulit, vt clare videremus, q̃ aliã petrã, aliamq; profluentem aq̃ de petra in parabolis prædictis sapere
Ioan.6.d. Ioha.6.d debeamus.Dñs q̃q;,quũ dicentibus sibi Iudæis:Patres nostri manducauerunt manna in deserto,sicut scriptum est:Panem de cœlo dedit eis manducare,cõtinuo contradicit,respondendo: Amen,amen dico vobis,nõ Moyses dedit vobis panem de cœlo,sed pater meus dat vobis panem
de cœlo verum.Profecto ostendit alium esse panem in propheta,cuius testimonio fuerant
1.Cor.10.b abusi,aliumq; in hac historia,quem patres suos manducasse recolebant Iudæi.Igitur cum autoritate multiplici,scilicet cũ testimonio prophetę loquentis hæc in parabolis,cum fide Apostoli dicentis,hęc omnia in figura contigisse illis,cum veritate Christi panem se esse asserentis,& in
percussione petræ,quum ad ipsum locum venerimus, passionem domini, & in largitate panis
Psal.77.b. altari,fideliter intelligamus.Et cap.vi.Sed dicit aliquis:Et si petræ interruptio,Christi passionem,& manna Christi mensam significauit,paratam nobis in terra salutem,nec sic oportuit historica facta præposterari,vt prius diceret propheta,percussam fuisse petram,vt aquæ fluerent,& deinde mandatum esse nubibus desuper, & manna illis deplutum esse, vt ederent.
Mat.26.c. Mat.26.b Mat.26.d Luc.22 Nam antequam molestia crucis percuteretur dominus Iesus Christus, ipse verbo suo ianuas cœli aperuit,& hoc manna pluit.Eadem quippe nocte,qua tradebatur,propriis ipse manibus sanctam eucharistiam,vt hoc faceremus nos,ipse consecrauit.Ad hæc(in q̃):Nõ ante passionẽ suã dñs noster,sed in ipsoſuæ passionis articulo hoc fecit.Iam em̃ venditus erat,iã tradebatur, iam tristis erat anima eius vsq; admortẽ,iam pauebat,& mœstus erat.Iam factus in agonia,& orans,sanguineas guttas desudabat,iã se propter certitudinem mortis instantis,in mũdo non esse dicebat.Vnde & hoc notandum,quia cum alijs locis,panis huius,id est,suimet esum necessarium commendauerit,dicendo: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius
Ioha.6.f Mat.26.b sanguinem,non habebitis vitam in vobis,nusquã tamen nobis ostendit quomodo posset, vel deberet hoc fieri,nisi in hora illa,qua tradebatur,qua(vt iam dictum est) in angustia passionis agonizabatur.Cur hoc? Videlicet quia passionis eius opus res,& virtus est sacramenti,qua sub
1.Cor.11.f stantia panis,& vini in veritatẽ nobis conuertit corporis eius,& sanguinis. Vnde Apost. Quotienscunq; em̃ manducabitis panem hũc,& calicẽ bibetis,mortẽ dñi annunciabitis, donec veniat.Sed & illud nemo qui nesciat prius esse,vt inuitetur quisq; ad fidẽ dominicæ passionis,quã ad participationem huius panis,id est,vt prius baptizetur in morte eius,quam ad sanctũ altare admissus,communicet carni,& sanguini illius.Recte igitur fic propheta historicos actus præposterauit,vt prius diceret interruptã fuisse petrã,vt fluerent aquæ,posterius ianuas cœli aperuisse,vt homo cibaretur Angelorũ pane.Et cap.viij.Itẽ,dicat aliquis: Quum dicat Apost. de patribus:Et omnes eandẽ escã spiritualẽ manducauerũt,&omnes eundẽ potũ spirituale biberũt,
1.Cor. 10.a Ioha.6.d quomodo dicit Christus,vbi Iudæis loquitur:Nõ Moyses dedit vobis panẽ de cœlo,sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum? Dicimus ad hæc: Quum dicit Apostolus, escam eandem,nullatenus litera innuit illam subaudire voluisse eandem quam nos. Equidem ante nos magni patres hanc relationem subintellexerunt,sed sicut à quodam (id est, Hieronymo) pro alia re dictum est: Quamuis grandis sint autoritatis,& sanctitatis,vel sapientiæ ipsorum magnitudo nos opprimat, nos magis Euangelica Christi autoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentiæ argumentis.Nec enim ratio patitur,vt figura,& res idem sint.Dixit autem Apostolus tam de hoc,quam de cæteris,quæ facta sunt,quia in figura contingebant illis. Proinde quum dicit:Et omnes,omniumq; deinde distinctionem facit, dicendo:Sed non in pluribus
1.Cor.10.b eorum beneplacitum fuit Deo.Nam prostrati sunt in deserto,planum intellectui est,idem esse,ac si dicat: Vnam escam omnes manducauerunt,& vnum omnes potum biberunt spiritualem,id est,non naturali ordine,sed spirituali virtute prouenientem,& tamen in illam reprobam missionis terram non omnes introierunt,videlicet in figura nostri, qui omnes eodem sacramento corporis Christi participamus,& tamen in illam terram viuentium non omnes pariter,siue bene,siue male vixerimus,sumus admittendi.Igitur,& quod veritas de præterito tẽpore

pore negans, de præsenti vero confirmans: Non Moyses(inquit)dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panẽ de cœlo verum, & quod veritatis Apostolus dicit: Omnes eã dem escam spiritualem manducauerunt,& omnes eundem potum spiritualem biberunt, non esse repugnantia,siue contraria,ratio manifesta conuincit.Et cap.x.Ecce ego pluam vobis panes de cœlo &c. Pluam vobis(inquit)Huic verbo consonans propheta,dixit:Et mãdauit nu- Psal.77.c
bibus desuper,& ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. Quid autem per manna intelligi velit,innuens continuo subiungit:Panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo.Quisnam hic panis cœli,panis Angelorum? Nunquid Angeli illo pane cibantur in cœlo,quẽ populus ille colligens simile coriandro frangebat mola,siue terebat mortariolo? Ergo panis cœli,panis Angelorum ipse est,qui in Euangelio suo dicit: Ego sum panis viuus,qui de cœlo descendi.Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternũ. Hic enim victus est,& vita Angelicæ substantiæ.Nam in eum desiderant Angeli prospicere.Quod quia facere contempsit Angelus,cecidit,& factus est diabolus. Qui & huius panis sempiternam pã- Apoc. 6.b
tiens inediam,semper est pallidus,& mors illum sequitur.Digna ergo prophetæ exclamatio, digna admiratio,quia ianuis cœli apertis,panem Angelorum manducauit homo. Vnde hoc? Videlicet ex eo,quod mandauit nubibus desuper,& ianuas cœli aperuit,id est,præostendit Apostolis,siue etiam prophetis,de quibus illud est: Tenebrosa aqua in nubibus aeris,id est, occulta scientia in prophetis,& deinde per semetipsum clausas prius hominibus ianuas cœli aperuit,solutis in carne sua veteribus inimicitijs,sicq; terrenis cœlestia coniunxit,id est,homines Angelis sociauit,vt eodem vescantur pane cœli,illi in cœlestibus in manifesto conspectu diuinitatis,isti adhuc in terra positi in sacramento pietatis,de quo dicit Apostolus: Magnum est(inquit)sacramentum pietatis quod manifestatum est in carne,iustificatum est in spiritu,apparuit Angelis,prædicatum est gentibus,creditum est mundo,assumptum est in gloria. Et quidem illic panem cœli,panem Angelorum singulariter,hic autem: Ego pluam vobis panes,pluraliter dictum est: Nullam tamen suspiceris dissonantiam. Nam & illic pluraliter subiunctum est: Cibaria misit eis in abundantiam. Ergo secundum se panis vnus CHRISTVS, vel vnum corpus Christi,veruntamen secundum locales Ecclesias,& secundum offerentium personas, siue accipientium inuumerabiles populos,cibaria,siue panes recte dicas pluraliter. Verbum ipsum pluit,quo vtraq; scriptura vsa est,in ista Deo dicente: Ecce ego pluam,in illa autem: Et pluit illis manna ad manducandum,eandem vbiq; terrarum paratam omnibus pusillis,& magnis significat copiam,vt de seipso magnus propheta dicat: Parasti in cõspectu meo mensam, Psal.22.b
Et de nobis,licet minimis: Edent pauperes,& saturabuntur,& laudabunt dominum qui requi- Psal.21.f.
runt eum,viuent corda eorum in seculum seculi. Et cap.xi.Egrediaẽ(inquit)populus &c. Pro- Exod.16.a
fecto & nobis spiritualiter egrediendum est,vt colligamus quantum sufficere potest. Vnde egrediemur? De pristina conuersatione,de vetustate vitæ. Nondum enim depositio vetere homine,nõ est nobis hoc manna colligere,non est nobis hunc panẽ dominicũ manducare. Præterea si digne manducare cupimus,ab omni curiositate corporei sensus egrediamur, vt videlicet in visu,gustu,odoratu,& tactu dijudicandũ nõ esse arbitremur,an vere sit corpus Christi, Ioham.6.g.
an vera sit caro,id q̃d sumimus.Nã istis p̃ manentibus colore,odore,atq; sapore, est q̃d sufficiat fidei,q̃d satis sit catholicæ pietati: Spũs est(inqt)q viuificat,caro non prodest qcquam. Verba q̃ locutus sum vobis,spũs,& vita sunt. Verba fidei,v̄ba veritatis,sufficit prolata esse sup sub stantiam panis,& vini,vt inspiretur spũs & vita æterna creaturis inanimatis,q̃uis species exterior non mutetur in illis,sufficit(inquam)ad salutem credentis, ad vitam digne percipientis. Tantum ergo vnusquisq; colligat,quia tantum sufficit. Colligat vnusquisque quæ sufficiant, id est,credat verba domini spiritum esse,& vitam,& per ea panem,& vinum exteriori specie non mutata,transferri in veram viuentis corporis,& sanguinis Christi substantiam. Nam mutari visibiliter in speciem nouam, id est, hoc in ouinam carnem,illud in sanguinis horrorem, non prodest quicquam,imo,& infidum est. Et cap.xij. Vt tentem eum &c. Vt de hoc spiritua- Exod.16.e
li cibo,& potu tentemur nos,æquum est,manifesta def endit ratio. Tentatus est enim homo à diabolo & victus est,tentetur à Deo,vt illius tentatoris fraudem vincat,& tali antidoto iuxta naturam morbi competenter vitæ suæ subueniat. Proinde tentetur à Dei filio,dicente de pane &vino: Comedite. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Comedite,& eritis filij dei. Credamus ergo verbo eius plusquam oculis nostris carnalibus,quibus non nisi exteriorem panis & vini speciem intuemur,& ita iniquam credulitatem parentum nostrorum pia credulitate in nobis metipsis euacuemus.

De eodem manna ex eodem Ruperto, Cap. XXX

 Et cap.xiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET cap.xiij.idem Rupertus hoc pacto scribit. Die autem sexta &c. Neq; (inquit) qui nunc baptismū perdit, illic aliud inuenire poterit, neq; is, qui nunc corpus dominicum mandu
care, & sanguinem bibere indigne præsumpserit, vel omnino contempserit, illic inueniet hosti
am, quam pro peccatis suis offerre, vel in remissionem peccatorum sumere possit. Proinde
Ioh.2.b. quod hac sexta ætate paramus, duplum sit, quam dudum colligere solebat populus Dei, nam
ille solam literam legens, Deum coluit, nobis, quia verbum caro factum est, Deus, & ho-
mo Christus colendus, & adorandus est. Et cap.xiiij. Vespere scietis &c. Quid per carnes, nisi
vetera sacrificia, quid per manna, nisi nouum sacrificiū accipimus? Etenim illa dominus sacrifi
cia permisit fieri, non iussit, hoc autem nouum corporis, & sanguinis sui sacrificium per semet-
ipsum tradidit, & hoc facite in memoriam meam, dixit. Recte igitur saturitatem panis prius
ipse dominus, & deinde Moyses pollicitus est. Quid autem per vesperam, nisi vetustam vitam,
quid per mane, nisi nouam nouæ vitæ claritatem intelligimus? Ad vesperam (inquit Psalmi-
sta) demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nam quia circa vesperam primus Adam in
obediens conuictus, & iudicatus, in hanc mortalitatem deuenit, matutino autem nouus Adā,
obedientia peracta, ad immortalitatem, atq; incorruptionem resurrexit, recte hic per vesperā
veterem vitam, in qua carnes taurorum, & sanguinem hircorum sacrificauerunt Iudæi, per ma-
Psal.29.b. ne autem nouam vitam intelligimus, in qua, præcurrente summo sacerdote Christo, sacrificāt,
& pane cœlesti saturantur Christiani. Ad illam vesperam demorabatur fletus, cunctis ad inferos
descendentibus, ab hoc autem matutino lætitia est, quia cœlum patet, paradisus apertus est. Di
cat itaq; Vespere scietis &c. Ac si dicat: Quoniam recordati estis, quia sedebatis super ollas car
nium, tota ista vespera, quæ lucifluum Christi aduentum præcurrit carnalibus sacrificiis, quali
bus auelli non potestis, vobis inseruire licebit, ita tamen, vt per illa sciatis, & memoriæ repræ-
sentetis, quod dominus eduxerit vos de terra Aegypti per vespertinam immolationem agni
Exod.12.a. paschalis, & mane videbitis gloriam eius, id est id est, gloriosissimam resurrectionem domini.
Et cap.xv. Mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorum. Ros spiritum sanctum significat,
de quo in Psalmo habemus: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam
Aaron. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion, sic bonum, & iucundum est, habita
re fratres in vnum, quod fit per vnū, & solum dilectionis spiritum. Aaron quippe, quod inter
pretatur montanus, Christus est, cui sicut barba capiti, sic adhærentes perfecti, & fortes Apo-
stoli, tunc, eiusdem capitis vnguento maduerunt, quādo eius sancto spiritu repleti sunt, & eius-
dem vnguenti ros, id est, gratuitum donum descendit in montes Hermon, atq; Sion, id est, in
Ecclesiam vtriusque populi gentilis, & Iudaici, quorum alter, scilicet gentilis per Hermon,
quod interpretatur anathematizatum, alter, id est, Iudaicus, intelligitur per montem Sion.
Ros ergo qui cum manna descendit, spiritum sanctum significat, per cuius sanctificationem
ad inuocationē cōficitur corpus Christi. Cotur nix castra operuit, ros autem per circuitum ca
strorum iacuit, quia videlicet cum Synagoga carnalibus vacante sacrificijs commune nil est,
hinc vero & viuo pani, qui cum isto rore descendit. De castris illis exeundum tibi est, quicūq;
hoc minutum, quod detulit ros iste, colligere contendis. Castra solummō coturnix, ros autem
superficiē terræ operuit, & in solitudine minutum apparuit, quia videlicet nō vni genti, sicut le
gem de carnalibus sacrificijs, sed vniuersæ terræ, & solitudini cunctarum gentiū gratia spiritus
sancti, & panē de cœlo verū. i. semetipsum Christus dedit. Erat autē quasi pilo tunsum, q; plane
Christum significat in ligno crucis attritum per passionem. Descendit aūt in similitudine pru
inæ, quia videlicet illi genti pro parte reproborum frigidā fecit nebulam infidelitatis, & inui-
Iohan.6.c. diæ. Vnde & dixerunt ad inuicem Mānhu, quod significat: quid est hoc. Hoc enim dicere cœ-
perunt, ex q̄ dicēte illo: Ego sum panis viuus, qui descendi de cœlo & q manducat carnē meā,
habet vitam æternam, & his similia, litigauerunt, & murmurauerūt, dicentes: Quō potest hic,
Exod.16.c nobis carnē suā dare ad manducandū? Tūc (inquam) dicere cœperunt: Manhu, & vsq; hodie,
siue Iudæi, hæretici, sequaces eorum dicere non desinunt, quum dicimus eis: Caro Christi est,
& dicunt semper: Quō est, quō est? Et cap.xvij. Nec qui plus collegerat &c. Hoc pro virtute
cibi, & spiritualis potus, id est, corporis, & sanguinis Christi, sciendum, & firmiter tenendum
est, quia non pro quantitate portionis, quā ore percipit secundum visibilem speciem panis, &
vini, alius plus, alius minus consequitur de gratia spiritus viuificātis, iuxta id quod possunt, ede
re congregant, id est, q̄ possunt credere remissionem peccatorum percipiunt, & vitā æternā.
Sicut enim pater noster, qui primus peccauit, cuius nos iniquitatem portamus, nū pro quā-
tate morsus sui, siue pomi q̄ momordit sententiam vel damnationem iustam accepit, tantūq;
illi valuit pomum vnum momordisse, quātū quicquid pomorum in arbore illa fuit, deuorasset
ad con-

ad consūmationem infidelitatis, & inobedientiæ. sic écontrario quisquis nostrū, nō pro quan
titate portiunculæ viuifici panis, quæ frangitur illi, quam ore sumit, aut dentibus terit, gratiā,
vel vitam accipit, sed tantum illi valet ad consecutionem iustitiæ exiguum quid percepisse, quā
tum valeret, si totum quod oblatum est, proprio solus perciperet ore. Recte ergo sancta Chri
sti Ecclesia panes non valde grandes, sed exiguas ad conficiendum corpus Christi componit
similas, & valde tenues, neq; vini multum sed exiguum quid infundit, quia, sicut iam dictum ē,
nec qui plus collegerat habebat amplius &c. Et cap.xviij. Nullus reliquat ex eo vsq; mane &c.
Spiritualiter scatēs de manna vermiculus ille est, qui loquitur in Psalmo: Ego autem vermis, Esai.41.b
& non homo. sicut enim vermis sine concubitu de manna scaturit, sic solus sine virili semine de
virgineo ventre conceptus, & natus est Christus filius Dei. Sed hoc vbi prædicatur infideli-
bus Iudæis, scandalum est illis, Sordidum enim & indignum Deo reputant de fœmina potuis-
se nasci. Computruit ergo talibus manna verum, quod de cœlo descendit, sed quod hoc pacto Apoc. 2.c
infirmum est eis, fidelibus virtus est, & sapientia. Et exponens illud Apocalypsis, Qui vicerit,
dabo ei manna absconditum. In isto (inquit) gradu vincere, est doctrinam Balaam, id est, forni
cationes primum in semetipso per virtutem continentiæ, deinde in alijs per virtutem scientię
destruere. Porro qui hoc modo vincit, ille sacramentū corporis, & sanguinis domini digne per
cipit, sicut é contrario ille, qui vincere negligit, accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi mā
ducat, & bibit. Recte ergo (inquit) vincenti dabo manna absconditum, id est, mundiciam cor-
dis, & corporis custodiendi dabo panem verum, panem viuum, cuius signum, vel figura fuit
manna, quod filij Israel manducauerunt. Dicitur autem hoc manna absconditum, quia videli-
cet in hoc sacramento aliud oculis cernitur, aliud fide intelligitur. Et quæ vtilitas conseque-
tur accipientem hoc manna absconditum? Ait: Et dabo ei calculum candidum, & in calculo Apoc.2.c.
nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Qui enim digne percipit hoc sacra
mentum, sic resurget in nouissimo die, vt corpore nouo candorem habeat solidum, candorē
sempiternum, sitq; corpus eius quasi calculus, id est, splendida immutatione solidatum, de qua
Apost. Mortui (inquit) resurgent incorrupti & nos immutabimur. Immutari nanq; sanctorū
est tantum, idemq; est, ac si diceret: Vltra non morientur, impassibiles erimus. Hæc ille.

De eodem manna. Cap. XXXI.

SVnt qui hoc pacto exponant: Mane iacuit ros per circuitum castrorum. Per manna quod Esai.45.b
descendit die dominica, intelligitur Christus, qui ea die visitauit nos oriens ex alto. Qui
ros dicitur, propter incarnationis beneficium. Vnde scriptum est: Rorate cœli desuper &c. Pri
mus enim aduentus fuit in rore, sed secundus erit in fulgure. Vnde scriptum est: Ros obuians ar
dori venienti, humilem fecit aquilonem, id est, beneficium incarnationis obuians ardori vitio
rum humilem fecit diabolum. Hic ros iacet per circuitum castrorum, iuxta illud: Et dominus
in circuitu populi sui. Vel manna iacuit quasi ros per circuitum castrorum, quia intellectus sa-
crę scripturæ descendens ex gratia, vndiq; nos defendit. Quumq; (inquit) operuisset superfici
em terrę, apparuit in solitudine minutū, & quasi pilo tunsum in similitudinem pruinę super ter
ram. Manna minutum erat, quia totum quod de Christo creditur, aut prædicatur, propter ej-
us inæstimabilem humilitatem, quasi propter nimiam exiguitatem subtile est, & incom-
prehensibile, & hoc apud fideles, apud infideles autem, contemptibile est, & paruum. Man-
na quasi pilo tunsum erat, non solum quia CHRISTVS tunsionibus persequentium sese expo
suit, sed positus est, in signum, cui contradicitur, & verbum fidei in pilo contradictionis tun-
dit, quia à multis impugnatur, & in ipsa tunsione, literali sensu exuitur, sicut exui solet folliculis,
vel frumentū, vel milium, vel aliqd tale, q̄ in mortario pilo teritur. Christus q̄q; tunsione passionis,
& pilo crucis, mortalitate exutus est. Christus per pruinam varijs ex causis potest significari,
tum quia candorem habet per mundiciā sanctitatis, tum quia terram cordis nostri impinguat,
& fœcundat, tum quia rigore disciplinę fluxa vitiorum restringit, tum quia incentiua carna-
lium desideriorum refrigerio gratiæ extinguit. Quumq; incaluisset sol, liquefiebat. Hoc mul-
tis modis intelligi potest. Christus sol iustitiæ tunc incaluit, quando feruorem suæ charitatis p
nobis hora sexta crucē ascendens, effudit. Qui aūt sol est secūm q̄ lucet, ipse & manna est secūm
q̄ se nobis fruendum & participandum indulget. Q̄m cū desiderio amoris, & affectionibus
compassionis in mortem resolutus est, tunc vere manna liquefactum est. Tunc enim apparere
cessauit, quando ad tempus humanis obtutibus se subtraxit. Vnde & dicit: Modicum & iā nō toha.16.c
videbitis me &c. In nobis vero incalescit sol, quando cor nostrum desiderio diuini amoris fer-
uefecit, tunc & manna liquefit, quando verbum Dei per amorem Christi cor nostrum liquefe
facit. Vnde & sponsa dicit: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Sic autem dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

manna hoc est verbum Dei liquefieri per effectum, quia liquefacit, sicut eloquium ignitum, quia ignit, &: Molliti sunt sermones super oleum, quia cor emolliunt. Vel manna liquefieri di
Eccle.3.b. citur, quia Christus quum in corde suscipitur, quodammodo per compassionem, resolutione patitur. Quomodo enim cor peccatoris à sua duricia resoluitur, si nõ Christus à duricia iudicis relaxatur? Qui quum peccata soluit, sicut glacies in sereno soluitur, ipse tũc à seueritate iudicis resoluitur, vt in verbo eius mens attacta in spe veniæ, & amoris desiderio mollius resoluatur. Incalescit sol iste quãdoq; sup iustos quasi per irã, & manna liquefacit, quasi vt deficiat, efficit dum dulcedinem corporalis, aut spiritualis consolationis ad tempus subtrahit. Hinc & Ionas subtracta sibi consolatione vmbraculi in arefactione Hæderæ, grauiter perdoluit. Miro autem modo sicut ex consequentibus patebit, manna quod ad solem deliquit, ad ignem duruit. In q
Ps.31.c. ostenditur, quod mens ad solem iustitiæ conuersa, quum per desiderium amoris liquefacta resoluitur, tunc ad ignem passionis per virtutem patientiæ durius solidatur. Quod ostendit, qui dicit: Factum est cor meum tanquam cæra liquescens, in medio ventris mei. Aruit tanquam te sta virtus mea. In die sexta colligebãt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines, id est, spem vitæ æterne per iustitiam fidei ab exordio mundi per quinq; ætates vsq; ad Christum omnes iusti habuerunt, & hoc est vnum gomor per singulos dies vsq; ad sextam colligitur. A nobis autem in sexta ætate, quasi sexto die ante sabbatum, hoc est ante requiem animarum duo gomor colliguntur, quia æternæ vitæ spem habemus, & pignus, id est, ipsum autorẽ & consummatorem fidei nostræ Iesum Christum. Sexto autem die vnum gomor colligitur, & consumitur, alterum colligitur, & seruatur: Spes quippe vitæ æternæ, quæ in præsenti habetur, cum hac vita deficit. Quum enim plene videbitur res, tunc omnino euacuabitur spes. Alterum autem gomor colligitur, & seruatur, panis scilicet vitæ æternæ. Nec obstitit huic sententiæ, quod manna seruandum mandatur, quum præsens refectio ad futuram refectionem cõparata, vix quædã prælibatio sit, & magis futuræ refectionis præparatio. Sic enim vt nunc edimus, prægustare per efficientiam huius cibi, hoc est colligere, & seruare. Mannaeñ colligimus, dum per gratiam huius sacramenti quotidianis profectibus id agimus, vt in futuro plenius mã
Exod.16.g ducare valeamus. Mãna seruamus, quando in condigna veneratione huius sacramẽti vsq; in finẽ perseueramus. Erat autẽ manna quasi semen coriandri album, gustus q; eius quasi similæ cũ melle. Recte manna quasi semen coriãdri dicitur, quia verbum Dei aliud corã oculis habet, vnde nutriatur infirmus, aliud intus continet, vnde fortior roboretur: Christus eñ cõdescendit infirmis in leuibus, minimis q; ꝑceptis, vt qui eum nõ potest capere in sublimitate vitæ ꝑfectioris, eum capiat in mediocritate vitæ leuioris: Manna autem album dicitur, quia verbũ Dei
Ps.118.n. ab oi labe mundũ est, & purũ. Quod autẽ verbũ Dei dulce sit sicut mel, ostendit, q dicit: Quã
Ps.80.c dulcia faucibus meis eloquia tua &c.
Exod. 16.e Quod autem gustus eius sit quasi similæ cum melle, ostendit qui dicit: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Nullus (inquit) recipiat ex eo vsq; mane &c. quia in præsenti quisq; debet credere quod prædicatur, & operari quod iubetur, & non vsq; in mane differre. i. ad tempus quo præoccupetur mors, vel iudicio, quando erit mane, hoc est, clara, & manifesta meritorum cognitio. Illi vero q non audierũt Moysen, & dimiserũt manna vsq; mane, q; scatere cœpit vermibus, atq; cõputruit. Iudæos huius temporis significant, quia verbũ Dei per Moysen sibi ministratum in lege male seruant, q
vermes peccatorum eis generat, & eis cõputrescit, & in corruptionem vertitur. Christus aũt vermi dicitur tribus modis. Pro vera humanitate. Vnde in figura Christi de Dauid dicit. Tener rimus ligni vermiculus. Et illud Esaiæ, Noli timere vermis Iacob. Item pro vili abiectione, fi-
Esai.41.d cut in Psal. Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Item, p
mor daci seueritate, sicut dicitur tinea. Hinc apud Osee. Ego quasi tinea Ephraim, & quasi pu-
tredo domui Iacob. Hoc aũt exemplo de manna damnatur malum auaritiæ, qua pecunia male seruata possessori suo, in vermem vertitur, qui non morietur. Sed & gratia fidei in eo, qui non operatur. Gratia quoq; sapientiæ, vel scientiæ sine gratia sermonis, quum fideliter habetur, & in bonũ vsum non assumitur, sicut manna in vermem vertitur, quia bonũ dei donum ei in ma-
Exod.16.e lum cedit, à quo male habetur. Sequitur: Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum. Hi studiosos operarios significant, qui studiosi sunt operarꝝ, operantur cibum qui non perit, incipientes mane, hoc est, mox initio fidei, vel conuersationis.

De eodem manna, id est, pane cœlesti. Cap. XXXII.

COgor ob hæreses, quæ hac tempestate cõtra eucharistiã insurrexerũt, de illius institutione scripsisse. Ne secundum Euangelistarum dicta nõ nihil ex antiquis doctoribus cõscribere. Siquidẽ scriptũ est in Euangelio: Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panẽ, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite. Hoc est corpus meũ. Et accipiens calicem, grã
tias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oẽs. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, q
pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Idem scribitur in euãgelio Marci: In Lu
Mat.26. ca aũt, hoc pacto scribitur: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, q̃d pro vobis datur. Hoc facite in meã cõmemorationem. Similiter & calicem
Mar.14.c. Luc.22.d postquã cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Hæc diuersitas in ordine narrationis, diuersas magnis, atq; catholicis patribus de Iuda traditore sententias peperit, aliis dicentibus de illo, quod interfuerit, aliis astruẽtibus, q; iam exisset, & non interfuerit, vbi dominus iam dictum corporis, & sanguinis sui sacramẽtum discipulis suis tradidit. Præcipuus pater Augustinus attendens Lucæ euangelistæ narrationem, siue literæ eius seriem, hoc sensit, hoc in plerisque locis scripsit, quod ille interfuerit, & cum cæteris Apostolis sacramentum hoc acceperit. Exempli gratia: In euãgelio secundum Ioannem vbi dictum est, & post buccellam tunc introiuit in illum sathanas, non autem (ait) vt putant quidã
Ioha.13.c negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligẽdum est enim, quod iam omnibus eis distribuerat dominus corporis, & sanguinis sui sacramẽtum, vbi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat, ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narratio
Hilarius. nem Ioannis apertissime dominus per buccellam tinctam, atq; porrectam, suũ exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. Porro beatus Hilarius hãc Matthæi narrationem sequens, in hoc ipso euangelio dicit: Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo pascha accepto calice, & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorũ non fuerat communiõe. Nam discessisse statim hic intelligitur, q; cum turbis reuersos ostenditur. Neq; sane cum deo bibere poterat, qui non erat bibiturus in regno, quũ vni-
Mat.26.e fideradum est in isto capitulo, quanta sit faciei vitulinæ mansuetudo, quanta ratio, quanta ve
ritatis, & iustitiæ pulchritudo. Non antehac tradidit, vel condidit hoc sacramentũ corporis, & sanguinis sui, sed tunc primũ, qñ in passione iam agonizabatur, ipsa nocte qua tradebatur, qñ
i.Cor.11.g iam strues lignorum componebatur, super quam secundum spiritualem ritum sacræ, ac mysti
Gen.3.c. cæ legis membra talis vituli cæsa ordinarentur, subiecto in altari igne magnæ charitatis, siue spũsancti, per quẽ desiderabat offerri, tũc adipem suũ pro peccatis ipse obtulit, scil. omnẽ necessariam nobis vtilitatem suæ passionis, sub ipsis speciebus panis & vini, dicẽdo: Hic panis est
Mat.26.e corpus meũ. Hic calix nouum est testamentũ in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Et recte, atq; rationabiliter. Et enim sacramentũ hoc, q̃ mors eius annunciatur, quemadmodũ apostolus dicit: Quotiensc unq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem dñi annunciabitis, donec veniat, qñ debuerat condi, vel dari, nisi sub ipsius articulo passionis? Hoc deniq; ratio, vel nostræ salutis ordo poscebat, vt non nisi iã mundatis per passionẽ eius ab illa veteri macula peccati originalis, daretur iste cibus vitæ cõtra illud eduliũ mortis, quod primus homo maligna intentione comedit, volens esse DEO similis, in quo omnes peccauimus, in quo omnes superbiæ veneno infecti fuimus. Sed dicit aliquis: Nondum erat fusus ille sanguis, sed fusus est die sequenti, quo & ipsos Apostolos oportebat emundari, quibus primis illa
Ioha.13.c nocte hanc escam, & hunc potum dedit. Ad hæc iam venditus erat iste agnus dei, iam tradebatur iste vitulus sacrificij veri, & idcirco iam recte mundi habebantur iamq; veraciter vocabantur amici, ita vt diceret eis: Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Et subinde: Vos amici mei estis. Et notandum quod non dixit propter passionẽ, vel mortem meam iam vos mundi estis, iam vos amici estis, sed propter sermonem (ait) quem locutus
Ioha.15.c illis, creditus, vel admixtus fideiussset. Quod autem istis dixit, omnibus q̃q; sanctis dixit, aut dicere poterit, qui eum expectabãt ab origine mundi. Iam vos mundi estis propter sermonẽ, quẽ locutus sum vobis. Nã re vera propter eũ, quẽ locutus est eis, sermonẽ legis, & prophetarum, propter illud, quod primum ad Abraham locutus est promissionis verbũ de semine eius, quod est ipse Christus, propter illum (inquam) sermonem, quia crediderunt, iam ex eo mundi
Ioha.17.b sunt, & mundauit eos ipsa passio eius, q̃ tunc agebatur, ipse sanguis eius, cuius effusio nocte illa præcabatur. Vnde licet iã dictum corporis, & sanguinis eius sacramentũ humana cõprehendi ratione nõ possit, quõ panis corpus eius, & vinum quomodo sanguis fiat, quomodo dudum de filio loquens mysterio dixerit: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mũdi vita, hoc tñ ra
tionabiliter dixeris, quod vel pro eo panis iste recte dicatur, & vere sit caro Christi, quia nobis
Ioha.17.b fidelis, qui nondum eramus nati, nobis viuentibus, siue venientibus, ab ipsis Apostolis, idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit comesus iste panis, quod illis prioribus sanctis fecit in sua specie crucifixa moriens, & se-
Luc.22.c pulta caro Christi. Remissionem peccatorum contulit prioribus illis caro Christi mortua, & eodem ventre recepta, quo sepulta continebantur eorum corpora, & sanguis ille, quem & viuens illa nocte sudando emanauit, & iam mortuus cum aqua de latere suo fudit, remissionem peccatorum operatur, & nobis sacramentum eiusdem carnis, & sanguinis sub istis speciebus panis, & vini. Igitur (vt dicere cœperam) non ante passionem, sed sub ipso passionis, vel mortis articulo sacramentū hoc fieri, vel dari debuit, quo simul omnes tam mortui, quàm viui credentes, ab illa macula veteris cibi abluerentur, & simul omnes isto noui testamenti sacramēto epularentur, mortui modo sibi congruo, & viui modo sibi congruo. Deniq; mortui, quoniam in vita sua de sacrificijs huius sacramenti significantius initiati fuerant venturum, & moriturū Christum licet intelligerent pauci signis illis annūciantes, idcirco recte refectionis perfectionē illam, quam diximus, assecuti sunt, vt & mortui Christi anima, vel spiritus ad animas illorū descēderet, per quod factum est, vt statim viderent, & scirent, quàm suauis est dominus deus, q
Mat.27. angelorum cibus est, quos pascit immortaliter, & corpus in eiusdē terræ ventrem deueniret, quo condita erant eorum corpora, per quod resurrectio ad vitam daretur eis, sicut ex multis q cum eo iam tunc resurrexerunt, confirmatum est. Porro viuis, id est, nobis, quibus veraciter dicitur, & qui fideliter credimus, quia Christus resurgēs à mortuis iam nō moritur, mors illi vltra non dominabitur, non iam figuræ proponuntur, quæ Christi morte impleantur, sed ipsa rei veritas, verum sacrificium, quo ipsa Christi mors verbis manifestis cū signaculo crucis eius annunciatur, vbi miro modo & viuimus, & mortui sumus: Quicunq; enim (ait Apostolus) ba
Rom.6.a ptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, q̄ videlicet baptismo, nisi mortui fuissemus, non esset nobis in cibo, & potu isto annunciare mortem eius. Libet hic nota vti similitudine. In libro Numeri scriptum est: Misit Moyses exploratores ad considerādam terram, & confortamini (inquit) & afferte nobis de fructibus terræ. Quumq; ascendissent, explorauerunt terram, pergentes vsq; ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. Secundum illius rei gestę similitudinem, nimirum, & illi qui tempore præcesserunt, & nos qui subsequimur Christi aduentum, vtriq; portamus quasi botrum cum palmite suo, magnum promissionis dulce experimentum, scilicet dominicę incarnationis, passionis, resurrectionis, atq; ascensionis mirabile sacramentum. Illi portauerunt in signis, ac mysticis sacrificiorū ceremonijs umbraticis, & significatiuis, nos portamus in isto veris, ac mysticis sacrificiorū ceremonijs umbraticis, & significatiuis, nos portamus in isto vni co sacrificio panis, & vini. Quapropter hic animaduertēdum, quia virorū illorū portantiū botrum illum, alter qui præcedebat, quod portabat ipse non videbat, alter qui sequebatur quod portabat ante se videbat. In hoc deniq; nos, atq; illi nō minime discernimur. quod nos manifestis (vt iam dictum est) verbis cum signaculo viuificæ crucis, verum perficictes sacrificium, mortem domini annunciamus, mortem domini sequimur, & crucem baiulamus. Botrus quippe in vecte Christus est in cruce, & hoc aperta facie contemplamur, illi autem portabant quidem, sed non videbant, legebant, sed non intelligebant. & qui optimi erant, qui intelligere digni erant, qui propheticis oculis videbant, eis dicebatur, ne propalarent. Exempli gratia: Tu autē Daniel, claude sermones, & signa librum, vsq; ad tempus statutū. Pertrāsibunt plurimi,
Ysa.8.a & multiplex erit scientia. Ad Esaiam autem: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis,

De eisdem sacramenti institutione. Cap. XXXIII.

Ropertus RVpertus autē libro de operibus spiritus sancti tertio, capite vigesimoprimo, hoc pacto scribit: Cœnantibus (inquit euāgelista) accepit panem &c. Cœnantibus videlicet cœnā illam typicam, per quam hactenus præfigurata fuerat hæc cœna veritatis, eo ritu, quē lex ita præscribit: Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias, & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, q iunctus est domui eius iuxta numerum animarum, quæ sufficere possint ad esum agni &cæt. Illa figura tunc in præsentiarum erat implēda re veritatis, veritate rei præsentis. Propterea in Luca dicit: Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscum, antequam patiar. Dico enī vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Hæc dicens, & illud vetus pascha sacramento noui paschatis mox impleri dixit, & cogitationi, vel expectationi illorum respondit, quia interrogare soliti erant, dicentes, quando veniet regnū Dei, aliter quàm res foret, vtpote carnales adhuc sentientes de regno Dei. Cœnantibus itaq; id est, sedentibus adhuc in cœna, qua manducauerant carnes agni, carnes paschæ veteris, accepit panem, & benedixit. Panem communem accepit, sed benedicendo longè in aliud quàm fuerat transmutauit, vt veraciter diceret sic: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Itē vini substantiā

accepit, sed itidem gratias agendo, vel benedicendo, sic in aliud vertit, vt diceret veritas, quæ non mentitur: Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Hoc (inquit) id est, hic panis est corpus meum, siue caro mea. Nam & alibi dicit: Et panis quem ergo dabo, caro mea est pro mundi vita. Sed non videtur oculis carnis, non sentitur gustu oris, quod panis ille caro Christi factus sit, quod vinum illud in sanguinem versum sit. Nimirum si videretur color, aut sentiretur sapor carnis, & sanguinis hūani, homini non plus salutis, sed plurimū afferret horroris. Sic ergo est corpus, vel caro, & sanguis Christi, quomodo esse, vel ad vsum nostrum conuenit, & ad salutem nostram sufficit. Quomodo, vel quibus essentiæ modis: Nimirū nomine, re, atq; effectu. Nomine videlicet esse intelligimus in eo quod dicit: Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus. Sic vt nusquam, ita nec in isto, imo maxime nec in isto nomē dñi in vanū accipere debemus. Si enim in cunctis sanctificationibus, quę per ministros domini, ad
1oh.2.c.d. invocationem nominis eius aguntur, nequaquam nomē domini in vanum accipere debemus, quanto magis in ista sanctificatione, in qua nomen corporis, & sanguinis sui ore proprio posuit dominus, nequaquā in vanū id ipsum nomē accipere debemus? Re quoq; corpus Christi, & sanguinem esse intelligemus, in eò quod ait, quod corpus tradetur, qui sanguis effundetur. Effectu esse intelligimus in eo quod quū dixisset, quod tradetur, qui effundetur, addidit: Pro vobis in remissionem peccatorum. Itaq; sicut in illa specie, qua pependit in cruce sanctus sancto rum est, & in illa specie præteritis omnibus electis, remissionem peccatorum operatus est: sic in ista specie panis, & vini nihilominus sanctus sanctorum est, & omnibus electis, qui post eandem passionem ad fidem eius veniunt, idem illum efficere, id est, remissionem peccatorum, & vitam æternam conferre non dubium est. Nam & alibi dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam: Et protinus addit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et capite. xxj. Est igitur (sicut & pater Augustinus ait) in sacramento isto, quod digni, & indigni accipiunt, res sacramenti, quam non nisi digni accipere possunt, sed nō sicut dicta eius, à nonnullis æstimata sunt. Putauerunt enim illum dixisse, quod nō sit corpus aut sanguis Christi quod indignus quisq; percipit, atq; secūm tanti doctoris sensum, nō corpus aut sanguinem Christi, sed tantum figuram, vel signum esse corporis, & sanguinis Christi, id quod visibiliter sumimus de mensa domini. Hoc ille non dixit, imo hoc ille non sensit. Neque enim Christo contrarius esse consuecuit. Loquitur autem Christus, & per semetipsum, dicens: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Et per apostolum suum, cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Christus, dicens: Itaque quicunq; manducauerit panem domini, & Math.26.a
1.Cor.11.f edicem domini biberit indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini. Probet autē seipsum homo. Non dixit: Qui manducat, & bibit indigne panem, manducat simplicem, vel communem, & vinum bibit, quale prius erat nondum celebrata consecratione, sed reus erit corporis, & sanguinis domini. sed iudicium (inquit) sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus dñi. Quapropter non iam de contentiosa cuiusquā dissertatione, sed de apostolica veritate sensum petamus, quo prædictus doctor sacramentum, remq; sacramenti distinxerit. Rem sacramenti Christus ipse mysterium suæ dixit esse passionis (vt ante iā diximus) qui tenens in manibus hoc visibile sacramentum, quum dixisset: Hoc est corpus meum, addidit: Quod tradetur, quū Mat.26.d
1.Cor.11.f dicisset: Hic est sanguis meus, addidit: Qui effundetur. At ille qui indigne accedit, non cōmunicat Christi passionibus, non contingit ore mentis, quod percipit ore corporis, vnde & hoc ipsum est, quod indignus existit. Ergo corpus quidem, & sanguis Christi est hoc visibile sacramentum, quod ore percipit. Neque enim indignitas eius, dignitatem tantæ consecrationis euacuare potuit, sed rem sacramenti non attingit, quia mente, & fide per dilectionem operante, passionem Christi non respicit, idcirco nec effectum cōsequitur euisdem sacramenti, in eo scilicet, vt pro se traditum sit hoc corpus, & fusus iste sanguis, id est, in remissionem peccatorum sibi, vt habeat vitam æternam, & resuscitetur in nouissimo die, in resurrectiōem vitæ, sed consequitur id, quod huic effectui contrarium est, vt videlicet sit reus corporis domini, vt iudicium sibi manducauerit, & biberit. Et capite xxiij. Proinde (vt Apostolus ait) Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, quia videlicet tantæ dignitatis sacramentū indignis, & non probatis dandum non est. Quum autem hæc dicimus, mouentur plerique, nos quoq; molesto experti sumus experimento, qs vel culpa remordet, vel certe humilitas Christiana informat, vt indignos tanto mysterio iudicent semetipsos. Verum si dictionē nō nostrā, sed Apostolicam perpendant diligentius, non est cur moueantur, quasi temeraria, cōtra ipsos iudicia cōstituamus. Differt enī indignitatis huius dictio, vel modus, multumq; interest, quō, vel à quo quisque indignus existimetur. Est enim quum semetipsum quisq; indignū cōfitetur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& quũ ab alio indignus existimetur,aut pronũcietur. Porro semetipsum laudabiliter indignum confitetur,quisquis veraciter,&(vt dignum est)dignitatem perpendit sacramenti huius. Quis enim si recte iudicet,castum cor se habere gloriabitur? De hac parte Apostolus dicit: Quod si nosmetipsos dijudicaremus,non vtiq; iudicaremur. E contra detestabiliter indignus iudicatur,quisquis vel in aliquo scelere notus,aliquantis testibus, siue toti ecclesiæ causam dedit,vt indignus existimetur. Quum igitur nostro iudicio indigni sumus,non tum sancta iure nobis negantur,quum autem ab alijs indigni pronunciamur,maxime vbi non dubia indignitatis causa profertur,iure repellimur,ne iudicium nobis manducemus,& bibamus. Sed iam ad incœpta reuertamur. Accipite(inquit)& comedite. Hoc est corpus meum. Et alibi: Qui manducat carnem meam,& bibit sanguinem meum,in me manet,& ego in eo. Quum hęc dicit agnus dei,opportune nobis ad memoriã recurrit illud,quod dixit serpens, imo per serpentem diabolus hostis humani generis: Accipite, & comedite,& eritis sicut dij. Optimæ & speciabiles propositiões. Ille serpens erat,iste agnus est. Ille vetus peccator,iste antiquus creator. Ille per terram repsit,iste de cælo venit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans,iste spiritu dei verũ euangelizans. Ille peccati portitor,iste iustitiæ doctor. Ille mortis artifex,iste vitæ opifex. Ille de ligno non suo raptor obtulit,iste de corpore,& sanguine suo largitor dedit. Ille quod non habebat mendaciter promisit: Eritis(inquiens) sicut dij,iste quod habebat,quod semper naturaliter habet,fideliter dedit,vt simus dij, dum manet ipse in nobis. Illi tandem nefandissime creditum est plusquam deo,credatur é contrario huic deo,si non plus,saltem quantum creditum est illi diabolo. Creditum est enim,quod illi pomo inesset,quod nõ videbatur.scilicet vis Deos efficiendi,credatur huic sacramento inesse quod non videtur,videlicet veritas carnis,& sanguinis,valens efficere nos concorporales vnigenito filio Dei. Hoc enim ratio,vel ordo iustitiæ expoſcit. Accipite ergo(inquit)& comedite. Prius accipite,& deinde comedite. Accipere enim est fideliter credere,cum gratiarum actione diligere, compatienti affectu corporis huius traditionem,& sanguis huius effusionem respicere. Hoc fieri non potest,nisi prius reiiciatur id quod ab illo male acceptum est. Illud igitur mendacium execrantes hanc veritatem accipite, approbate,amplectimini,& contra cibum mortis,panem comedite vitæ æternæ,& calicem bibite salutis perpetuæ.

Math. 16.c
Ioan.6.f.

Mat.26.d.

De sacramento Eucharistiæ,ex Cypriano. Caput XXXIIII.

Cyprianus

Dnus aũt Cyprianus epistola tertia ad Cęlicium de sacramento dñici corporis,& sanguinis,hoc pacto scribit: Admonitos autem nos scias,vt in calice offerendo dñica traditio seruetur,neq; aliud fiat a nobis,q̃ quod pro nobis dñs prior fecit,Vt calix qui in commemorationem eius offertur,mixtus vino offeratur. Nam quum dicat Christus: Ego sum vitis vera, sanguis Christi non aqua est vtiq; sed vinum. Nec potest videri sanguis eius,quo redẽpti,& viuificati sumus esse in calice,qñ vinum defit calici,quo Christi sanguis ostenditur. qui scripturarum omniũ sacramento,ac testimonio p̃dicatur. Inuenimus enim & in Genesi sacramẽtum circa Noe hoc idem prœcucurisse,& figuram dominicæ passionis illic extitisse,q̃ vinum bibit, inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, quod fuit recubans nudis, & patentibus foribus,q̃ nuditas illa patris à medio filio denodata est,& foras nunciata,à duobus vero maiore,& minore contecta. Et cœtera quæ necesse non est exequi,quum satis sit hoc solum complecti,q̃ Noe typum futuræ veritatis ostendens,non aquam,sed vinum biberit,& sic imaginẽ dominicæ passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentũ præfiguratum videmus, secundum quod scriptura diuina testatur, & dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem,& vinum. Fuit autem sacerdos dei summi,& benedixit Abraham. Quod autẽ Melchisedech typũ Christi portaret, declarat spiritussanctus in Psalmis ex persona patris ad filium,dicens: Ante luciferũ genui te. Iurauit dominus,& non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo vtiq; hic est de sacrificio illo veniens,& inde descendens,quod Melchisedech sacerdos dei summi fuit,quod panem, & vinum obtulit,quod Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi,quam dominus noster Iesus Christus,qui sacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat,id est,panem & vinum,suum scilicet corpus,& sanguinẽ. Et circa Abraham benedictio illa præcedens,ad nostrum populum pertinebat. Nam si Abraham Deo credidit,& deputatum est ei ad iustitiam,vtiq; quisquis Deo credit,& fide viuit,iustus inuenitur, & iam pridem in Abrahã fideli benedictus,& iustificatus ostenditur, sicut beatus Paulus apostolus probat,dicens: Credidit Abraham deo,& deputatum est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prœuidens autem scriptura, quia ex fide iustificat Deus

Deus gentes,p̃nunciauit Abrahæ,quia benedicentur in illo oẽs gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham,vnde in euãgelio inuenimus de lapidibus excitari.i. de gentibus colligi filios Abrahę. Et quũ Zachæũ laudaret dñs,respõdit,& dixit: Salus hodie domui huic facta est,quia & hic filius est Abrahæ. Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotẽ benedictio circa Abraham posset rite celebrari,prœcedit ante imago sacrificij in pane,& vino sicut constituta. Quam rem perficiens,& adimplens dominus, panem & calicem mixtum vino obtulit,& qui est plenitudo,veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem spiritussanctus typum dominici sacrificij præmonstrat immolatæ hostiæ panis,& vini,sed & altaris,& Apostolorum faciens mentionem. Sapientia(inquit)ædificauit sibi domũ, & subdidit columnas septem. Mactauit suas hostias,miscuit in cratere vinum suum,& parauit mensam suam. Et misit seruos suos, conuocans cum excelsa prædicatione ad craterem,dicẽs: Qui est insipiens,declinet ad me,& indigentibus sensu dixit: Venite,& edite de meis panibus, & bibite vinum,quod miscui vobis. Vinum mixtum declarat,id est,calicem domini aqua,& vino mixtum prophetica voce denunciat, vt appareat in passione dominica id esse gestum, q̃d fuerat prædictum. In benedictione quoq; Iudæ hoc idem significatur,vbi & illic Christi figura exprimitur,quod à fratribus suis laudari,& adorari haberet,quod inimicorum dorsa cedentium,atq; fugientium manibus, quibus crucem pertulit,& mortem vicit,cõpressurus fuisset, quodq; ipse sit leo de tribu Iuda,& recubet dormiens in passione,& surgat & sit ipse spes gentium,quibus diuina scriptura ediungit,& dicit: Lauabit in vino stolam suã,& in sanguine vuæ amictum suum. Quãdo autem sanguis vuæ dicitur,quid aliud quàm vinum calicis domini sanguis ostenditur? Necnon & apud Esaiam hoc idem & spiritussanctus de domini passione testatur, dicens: Quare rubicunda sunt vestimenta tua,& indumenta tua, velut à calcatione torcularis pleni,& percalcati? Nunquid rubicunda vestimenta aqua potest facere,aut in torculari aqua est,quæ pedibus calcatur,vel prælo exprimitur? Vini vtique mentio est,& ideo ponitur,vt domini sanguis vino intelligatur. Et quod in calice dominico postea manifestatũ est,prophetis annunciantibus prædicatur. Torcularis quoq; calcatio,& pressura taxatur, qa quomodo ad potandũ vinum veniri non potest,nisi botrus calcetur ante,& prematur,sic nec nos sanguinẽ Christi possemus bibere,nisi Chrũs calcatus prius fuisset,& p̃ssus,& calicẽ prior biberet,quem credentibus propinaret. Et infra: Quum dominus aduenies baptismi,& calicis manifestauerit veritatem,qui aquam illã fidelem aquam vitæ æternæ præceperit in baptismo dari,calicem vero docuerit exemplo magisterij sui vini,& aquæ coniunctione misceri. Calicem etenim sub die passionis accipiens benedixit, & dedit discipulis suis,dicens: Bibite ex hoc omnes. Hoc est enim sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et dico vobis: Non bibam amodo ex ista creatura vitis,vsq; in diem illum,quo vobiscum bibam nouum vinum in regno patris mei. Qua in parte inuenimus calicem mixtum fuisse,quod sanguinem suum dixit. Vnde apparet sanguinem Christi non offerri,si defit vinum calici,nec sacrificium dominicum legittima sanctificatione celebrari,nisi oblatio,& sacrificium nostrum responderit passiõi. Quomodo autem de creatura vitis nouum vinum cum Christo in regno patris bibemus, si in sacrificio dei patris, & Christi vinum non offerimus, nec calicem domini dominica traditiõe miscemus? Beatus quoq; Apostolus Paulus à domino electus & missus,& prædicator euangelicæ veritatis constitutus,hæc eadem in epistola sua ad Corinthios,dicens: Dominus Iesus in qua nocte tradebatur,accepit panem,& gratias egit,& fregit,& dixit: Hoc est corpus meum,quod pro vobis tradetur, hoc facite & eos in meam cõmemorationem. Simili modo & calicem,postquam cœnatum est,accepit,dicens: Hic calix nouum testamentum est,in meo sanguine. Hoc facite quotiescunq; biberitis,in meam cõmemorationem &c. Et infra: Cuius rei sacramentum nec in Psalmis tacet spũssanctus,faciens mentionẽ dominici calicis,& dicens: Calix tuus inebrians,perquam optimus. Calix autem qui inebriat, vtiq; vino mixtus est. Neq; enim aqua inebriare quenquam potest. Sic autem calix dominicus inebriat,vt & Noe in Genesi vinum bibens,inebriatus est. Sed quia ebrietas dominici calicis non est talis, qualis est ebrietas vini secularis, quum diceret spiritussanctus in Psal. Calix tuus inebrians,addidit: Perquam optimus. quod scilicet calix dominicus sic bibentes inebriat,vt sobrios faciat,vt mentes ad spiritualem sapientiam redigat, vt à sopore isto seculari,ad intellectũ dei vnusquisq; resipiscat,& quemadmodum vino isto communi mens soluitur,& anima relaxatur,& tristitia omnis exponitur: ita & potato sanguine domini, & poculo salutari, exponat memoria veteris hominis,& fiat obliuio cõuersationis pristinæ secularis,& mœstũ pectus,ac triste,

Gen.16.a
Mat.3.b
Luc.19.a

Pro.9.a.

Gene.49

Esai.63.a

1.Cor.11.a.

Psal.22.b

Gen.9.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

triſte,q̃d prius peccatis angentibus ſmebantur, diuinæ indulgentiæ lætitia reſoluatur. Quod tunc demum poteſt lætificare in eccleſia dñi bibentẽ, ſi quod bibitur, dñicam teneat veritatẽ. Et infra: Q̃ autem in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunaẽ, & credentiũ plebs ei in quẽ credidit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & cõiũctio aquæ, & vini ſic miſcẽ in calice dñi, vt cõmiſtio illa nõ poſſit ab inuicem ſeparari. Et infra: Sic vero calix domini nõ eſt, aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrunq; ſibi miſceatur, q̃o nec corpus domini poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrũq; adunatum fuerit, & copulatũ, & panis vnius cõpage ſolidatũ. Quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus, vt quẽadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita, & commixta, panem vnũ faciunt: ſic in Chriſto, qui eſt panis cœleſtis vnum ſciamus eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus, & adunatus.

Exod. 12. De eodem Euchariſtiæ ſacramento, ex eodem Cypriano. Cap. XXXV.

IDem quoq; D. Cyprianus in ſermone de cœna dñi hoc pacto ſcribit: Finem legalibus cremoniis impoſiturus dñs, parari ſibi voluit paſcha, & ex cõſuetudine legis ea quæri, q̃ ſolennitas exigebat, agnũ aſſum, panes azymos, & lactucas agreſtes. Nõ oportet eſſe fermentarios noui teſtamenti miniſtros, puras, ſyncerasq; mẽtes ſctũ quærit cõuiuium, in veru crucis boni odoris aſſatio oẽm excoquat carnaliũ ſenſum cruditatẽ, & induret ſolideq; mentis affectus, nec in eccleſiæ ſanctæ ſacrificio vlla ſit macula, ſed pura ſimplicitas, & innocentia vitæ in vna eccleſiæ catholicæ domo à fidelibus de Aegypto egredientibus, tranſito mari rubro, lotis Chriſti ſanguine affectibus, offeratur. Cœna itaq; diſpoſita inter ſacramentales epulas obuiauerunt ſibi inſtituta antiqua, & noua, & conſumpto agno, quẽ antiqua traditio proponebat, inconſumptibilẽ cibũ magiſter apponit diſcipulis, nec iã ad elaborata impẽſis, & arte cõuiuia populi inuitantur, ſed immortalitatis alimonia datur à coibus cibis differens, corporalis ſubſtantiæ retinens ſpeciem, ſed virtutis diuinæ inuiſibili efficientia probans adeſſe præſentiam. Significata olim à tẽpore Melchiſedech prodeunt ſacramenta, & filijs Abrahæ faci- Gen. 14. d. entibus opa eius ſummus ſacerdos panem profert, & vinum. Hoc eſt (inquit) corpus meum Mat. 26. c Manducauerant, & biberant de eodẽ pane ſcdm formã viſibilem ſed antea verba illa cibus ille cõmunis tm̃ nutriendo corpori cõmodus erat, & vitę corporalis ſubſidium miniſtrabat. Sed ex quo à dño dictum eſt: Hoc facite in meã commemorationẽ. Hęc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus, quotienſcunq; his verbis, & hac fide actum eſt, panis iſte ſubſtantialis, & calis bidictione ſolenni ſacratus, ad totius hois vitam ſalutemq; proficit, ſimul & medicamentum, & holocauſtũ ad ſanãdas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens. Manifeſtata eſt etiã ſpiritualis, & corporalis cibi diſtantia, aliud fuiſſe, quod prius eſt appoſitum, & cõſumptum, aliud quod à magiſtro datum eſt, & diſtributum. Quandiu cibi illi, qui ad diem feſtum erant parati à conueſcentibus Apoſtolis ſumebãtur, veteris paſchæ agebatur memoria, necdum ludas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadẽte, & occupante animum eius, egredi cogebatur, ſed vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti ſacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exufflatus eſt, & præceps cu- Mat. 27. a. curtit ad proditionem, & precium, ad deſperationem, & laqueum. Orta fuerat aliquando (ſicut in euangelio Ioannis legitur) de nouitate verbi huius quæſtio, & ad doctrinã myſterij hominis, Ioha. 6. f ius obſtupuerant auditores, quum diceret dominus: Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod quidam, quia non credebãt, nec poterat intelligere, abierunt retro, quia horrendum eis, & nefarium videbatur veſci carne humana, exiſtimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel aſſam, ſectamq; membratim edere docerentur, quum illius perſonæ caro, ſi in fruſtra patiretur, non omni humano generi poſſet ſufficere. qua ſemel conſumpta, videretur interiſſe religio, cui nequaquam vterius victima ſupereſſet. Sed in cogitatiõibus huiuſmodi caro, & ſanguis non prodeſt quicquã, quia (ſicut ipſe magiſter expoſuit) verba hæc ſpiritus, & vita ſunt, nec carnalis ſenſus ad intellectum tantę profunditatis penetrat, niſi fides accedat. Panis eſt eſca, ſanguis vita, caro ſubſtantia, corpus eccleſia, corpus propter membrorum in vnum conuenientiam, panis propter nutrimenti congruentiam, ſanguis propter viuificationis efficientiam, caro propter aſſumptæ humanitatis proprietatem. Hoc ſacramentum aliquando corpus ſuum, aliquando carnem, & ſanguinem, aliquando panem Chriſtus appellat, portionem vitæ æternæ, cuius ſecundum hęc viſibilia corporali communicauit naturæ. Panis iſte communis in carnem & ſanguinem tatus procurat vitam, & incrementum corporibus, ideoque ex conſueto rerum effectu fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt viſibilibus ſacramentis ineſſe vitæ æternæ effectum, & non tam corporali, quàm ſpirituali tranſitione nos Chriſto vniri. Ipſe enim

enim & panis, & caro, & ſanguis idem cibus, & ſubſtantia, & vita factus eſt Eccleſiæ ſuæ, quam corpus ſuum appellat, dans ei participationem. Et nos quidem, quum caro eſſemus, & ſanguis, corrupta, & infirma corporis, animæque natura reformari non poteramus, neque ad ſimilitudinem dei reuerti, niſi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curatione deſperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrarijs, & ſimilia ſimilibus conuenirent, Panis iſte, quem dominus diſcipulis ſuis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro, & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas, ita ſacramẽto viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia, vt eſſet religioni circa ſacramenta deuotio, & ad veritatẽ cuius corpus ſacramenta ſunt, ſyncerior pateret acceſſus, vſq; ad participationẽ ſpiritus, nõ q̃d vſq; ab cõſubſtantialitatẽ Chriſti, ſed vſq; ad ſocietatem germaniſſimã eius hæc vnitas perueniſſet. Solus quippe filius patri cõſubſtantialis eſt, nec diuiſibilis eſt, nec partiabilis ſubſtantia trinitatis: noſtra vero, & ipſius coniũctio nec miſcet plonas, nec vnit ſubſtãtias, ſed affectus cõſociat, & cõfederat volũtates. Ita Eccleſia corpus Chriſti effecta obſequtur capiti ſuo, & ſuperius lumẽ in inferiora diffuſum claritatis ſuę plenitudine a ſine vſq; ad finẽ attringens, totũ apud ſe manẽs, totũ ſe omnibus cõmodat, & caloris illius idẽtitas ita corpori aſſidet, vt a capite nõ recedat. Panis itaq; hic azymus cibus verus, & ſyncerus p ſpeciẽ & ſacramẽtũ nos tactu ſanctificat, fide illuminat, veritate Chriſto cõformat. Et ſicut panis cõmunis, quẽ quotidie edimus vita eſt corporis, ita panis iſte ſuperſubſtãtialis vita eſt animę, & firmitas mentis. Panem Angelorũ ſub ſacramento mãducamus in terris, eundẽ ſine ſacramẽto manifeſtius edemus in cœlis, nõ miniſterio corporali, ſępe repetitis actionibus ad eadẽ reuertẽtes, ſed conſummato ſacerdotio noſtro, erit, & permanebit perpetua, & ſtabilis, implens, & reficiens nos ſufficientia, qua proferet palã abſq; vllius integumẽtis oĩbus, cõſpicabilis ſummi ſacerdotis. Sacramẽta q̃dẽ q̃tũ in ſe eſt, ſine ꝓpria eſſe virtute nõ poſſunt, nec vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſterijs, ſed quãuis ab indignis ſe ſumi, vel contingi ſacramẽta ꝓmittãt, nõ poſſunt thi ſpiritꝰ eſſe participes, quoꝝ infidelitas, vel indignitas tãtę ſanctitudini contradicit. Ideoq; alijs ſunt hæc munera odor vitę in vitam, alijs odor mortis in mortẽ, qa omnino iuſtum eſt vtanto priuentẽ beneficio gratię cõtẽptores, nec in indignis tãtæ gratiæ puritas ſibi faciat manſionẽ. Noua eſt huius ſacramenti doctrina, & ſcholæ euangelicæ hoc primũ magiſterũ, ꝓtulerũt, & doctore Chriſto primũ hæc mũdo innotuit diſciplina, vt bibentę ſanguinẽ Chriſtiani, cuius eſum legis antiquæ autoritas diſtrictiſſime interdicit. Lex qpedum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur, in quibus mandatis hoc maxime diſcernere debet Chriſtiana religio, q̃d ſanguis animalium à ſanguine Chriſti poſa differẽs, temporalis tantum habeat viuificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & fine vlla reuocatione terminum conſtitutum. Ideoq; ad obtinendam eternitatem non poteſt perficere quod ſemel obrutũ nõ ſurgit vlterius, nec aliqua ei ſupereſt virtus, qꝰ ſine vlla ſpe ꝓciſis radicibꝰ omnes penitus exiccauit. Vita vero hominis licet aliquam habeat affinitatem cũ ſanguine, nõ tã ſolo ſanguine regitur, ſed anima ſanguini dat caloris, & nutrumenti effectũ, ſicut & cæteris, quæ in corpore ſunt propria diſtribuit officia, & diuidit motus, & quaſi talenta partit̃. Nec oportuit vt ſanguini humano ſanguis pecudum miſceretur, quia vita rationalis hominis vitæ beſtiali conſociari non habet, ſed omnino a fidelium animis quaſi ſanguis impurus, deterrenda eſt hæc carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo tranſitoria, quo vita pecudũ ignoraſſe, vel q̃d ſanguis conſubſtantialis ſit animę, & neceſſe ſit vtrunque, ſuperueniente ſuffocatione, diſſolui. Carne quidem animalibus ſimiles ſumus, ſed vita diſſimiles, ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter poſſumus, quod vero dignitati noſtræ non conuenit, & ab æternitate alienum videtur a nobis ſubtiliſſimo legis indicio ſeparamus. Bibimus autem de ſanguine Chriſti, ipſo iubente, vitæ æternæ cum ipſo, & per ipſum participes, animalis vitę peccata, quaſi ſanguinẽ impurum horrentes, & fatentes nos per peccati guſtũ a beatitudine priuatos, & damnatos, niſi nos Chriſti clementia ad ſotietatem vitę ꝑter ſuo ſanguine redemiſſet.

De eadem Euchariſtia. Cap. XXXVI.

NObis itaq; pro quibus ſanguis Chriſti oblatus eſt in cruce, & q̃s reconciliauit Deo, oĩa excedẽs victimas hoc ſacrificiũ ſingulare, ipſe Chriſtus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, vt non tantũ exterius hoc ſanguine liniremur, ſed & interius aſperſione oĩpotẽti ſanctificati, & renouaret, ſanaretq; qcquid morbi carni, vel ſpiritui veteris vitæ adlinierat corruptela. Docerat ſane huius traditionis magiſter, quod niſi manducauerimus eius carnem & biberimus eius ſan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius sanguinem,non haberemus vitam in nobis,spirituali nos instruens documento,& aperiens ad rem adeo abditam intellectum, vt sciremus,quod mãsio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quædam incorporatio,subiectis obsequijs,voluntatibus iunctis,affectibus vnitis. Esus igitur carnis huius quædam auiditas est,& quoddam desiderium manendi in ipso, per quã sic imprimimus,& eliquamus in nobis dulcedinẽ charitatis,vt hæreat palato nostro,& visceribus sapor dilectionis infusus,penetrans,& imbuens omnes animæ,corporisq; excessus. Potus,& esus ad eandem pertinent rationem,quibus sicut corporea nutritur substantia,& viuit,& incolumis perseverat:ita vita spiritus hoc proprio alimẽto nutritur,& quod est esca carni, hoc animæ est fides,quod cibus corpori,hoc verbum spiritui,excellentiori virtute peragens ætermonemur,quasi vngulã findens,& ruminans pecus reuocare ad fauces,& minutatim cõmolere dominicæ institutionis exemplum,vt semper passio sit in memoria,nec terreat crucifixi hæredes mortis supplicia,sed pascant,& reficiant maturatæ resurrectionis lætabunda solemnia, Quã præclarus est calix iste,quam religiosa est huius potus ebrietas,per quam excedimus & quæ retro sunt obliti,ad anteriora extendimur,non habentes sensum huius mundi,sed diuitis præparati delicias contemnentes,cruci hæremus,sanguinem fugimus,& intra ipsa redemptoris nostri vulnera figimus linguam,quo interius,exteriusq; rubricati à sapientibus huius seculi iudicamur amentes,qui religionis huius abhorrentes mandatum vsq; hodie retro abeunt, & à secretis diuinis omniũ intra se mysterioꝝ cõtinentibus summã,diffugiunt & recedũt. Qui mãducat ex hoc pane,vltra nõ esurit,q bibit,vltra nõ sitit,quiam mysterij huius sic sufficit gratia,sic reficit intelligentia,vt cuicunq; tantæ rei innotuerit plenitudo,omnis cõsummationis inuento Christi baiulus,ipsum ferat in pectore,ipsum gerat in mente,& omni tẽpore habitatori suo dicta,& facta iubilatione cõsona laudes resonet, & gratiarũ actiones decãtet. Hæc ebrietas nõ accẽdit,sed extinguit peccatũ,in hoc vino nõ est luxuria,nec mouetur ad ludũ postea hunc potũ lasciuia. Quũ sopiuit obliuio cuncta carnis ludibria,mira sunt quæ sentit, magna quæ videt,inaudita quæ loquitur,quin agnus iste paschalis inhabitat,cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat,& delectat. Inter dominicæ mensæ conuiuas animalis homo nõ admittitur,quicquid caro,& sanguis dictat,ab hoc cœtu excluditur,nihil sapit,nihil prodest quicquid humani sensus molitur subtilitas, oñe quicquid à suis rationibus, sapientes huius seculi,deuium videtur,ad dementiam referunt,& à veritate reputant alienum. Sed veritas ab erroneis hominibus cõprehendi nõ potuit,& quũ in sole vellet figere oculos,vim lumenis non ferens,cæcata est,non illuminata humana præsumptio,& aspectui eius lippitudo inhæsit. Vident hæc sacramenta pauperes spiritu,& hoc vno contenti seculo, omnes mundi huius delicias aspernant,& possidentes Christũ,aliquã huius mundi possidere supellectilẽ dedignant, Esurientes,& sitientes iustitiã,quũ saturati fuerint,vide quid agãt,intellige quæ loquãtur, quasancti odoris sit quicquid illa eructuat plenitudo,verbũ bonũ,mores cõpositos,affectus puros,sensus pacificos,illa interior synceritas vbiq; diffundit, ita vt post odoramenta ista gratiæ huius cõparticipes discurrãt,& mutuis se adinuicẽ affectibus cõplectantur,& qbus vnus est panis,vnũ est corpus,& omnium vnũ cor,& anima vna vni Christo adhærens,cætera omnia q̃permanens holocaustũ,nulla panẽ hunc multitudo cõsumit, nulla antiquitate veterascit. Vna est domus Ecclesiæ,in qua agnus editur,nullus ei cõmunicat,quẽ Israelitici nominis generositas non commendat. Huius panis figura fuit manna,quod in deserto pluit, sic vbi ad verũ panẽ in terra promissionis ventũ est,cibus ille defecit. Per singula sabbata propositionis iam fridigidi,& duri mutari consueuerant,& calidi panes eiusdem numeri in mensa proponi. Iã nulla fit panis mutatio,vnus est panis caloris continui,status integri,qui semel oblatus deo in saporе dulcissimo,& candore purissimo perseuerat. Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit,vniuersa Ecclesia ad has epulas inuitatur,æqua oñibus portio datur,integer erogatur,distributus non demẽbratur,incorporatur,non iniuriatur,recipitur,non includitur,cum infirmis habitans,non infirmat,nec pauperum ministerio indignat, fides pura,mens syncera,hunc habitatorem delectat,neq; immensi,& omnipotentis dei magnitudinem pauperculæ domus nostræ angustia offendit,vel arctat. Panis iste Angelorũ omnium desiderium sapit & amplius quam manna illud eremi implet,& satiat edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta,& omnium exuperat dulcedinũ voluptates. Et in fine sermonis:Hæc in Christi cõmemoratione retractant à fidelibus,& detestatis animis carnis eius

nis eius e duliũ non est horrori,sed honori, potuq; sancti & sanctificãtis sanguinis spiritus delectatur. Hęc quoties agimus,non dentes ad mordendum acuimus,sed fidelis syncera panem sanctum frangimus & partimur, dum quod diuinum & quod humanum est distinguimus & seperamus,itemq; simul separata iungentes vnum deum & hominẽ fatemur. Sed & nosiipsi corpus eius effecti sacramento,& re sacramenti capiti nostro connectimur & vnimur,singuli alterius membra, ministerium dilectionis pro inuicem exhibentes, communicamus charitate,participamur solicitudine,eundem cibum manducantes, & eundum potum bibentes, q de petra spirituali profluit & emanat,qui cibus & potus est dominus noster Iesus Christus.

De eodem altaris sacramento,ex Theophilacto & Chrysostomo. Cap. XXXVII.

THeophilactus autem dominica verba enarrans,hoc pacto scribit: Vescentibus autem eis, accepit Iesus panem &c. Apposuit autem vescentibus,vt ostenderet crudelitatem Iudæ, quia in mensa & communione ciborum illius,quando si & fera fuisset, mansuetiorem se exhibuisset,tunc neq; quum argueretur intellexit,sed et corpus illius gustans non pœnituit. Quss dam autem dicunt,quod egresso Iuda,sacramentum tradidit aljs discipulis. Proinde & nos sic facere debemus,& malos à sacramẽtis abigere. Gratias quoq; agit fracturus panem,vt & nos eruditat cum gratiarum actione panem offerendum, & vt ostendat se cum gratitudine fractionem sui corporis,hoc est,occisionem susciperе,neq; ægré ferre,ceu in re quæ displiceat sibi,vt & nos cum gratitudine martyrium aggrediamur. Porro dicens: Hoc est corpus meum,ostendit q̃ ipsum corpus domini est panis,qui sanctificatur in altario,& non respõdens figura. Nõ enim dixit. Hoc est figura,sed,Hoc est corpus meum. Ineffabili enim operationi transformatur,etiam si nobis videatur panis. Quoniam infirmi sumus,& abhorremus crudas carnes comedere,maximé hominis carnem,& ideo panis quidem apparet,sed caro est. Et accepto po calo,gratijs actis,dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus,qui est noui testamenti,qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Sicut vetus testamentum immolationem habebat & sanguinem,ita & nouum testamẽtum sanguinem habet ac immolationem. Pro multis autem dicit effundi,hoc est,pro omnibus. Sunt enim & omnes multi. Quare autem supra quidem non dixit: Accipite,comedite omnes,hoc autem loco: Bibite ex eo omnes? Sunt qui dicant propter Iudam hoc dictum: Iudas enim panẽ accepit, & non comedit,sed occultauit,vt monstraret Iudæis q̃ panem corpus suum vocaret Iesus,poculum aũt cruorus bibit,quum non posset occultare. Propterea hoc loco dicebat: Bibite omnes. Iuxta anagogẽ aũt dicunt q̃ non sit omniũ accedere ad solidũ cibum,sed perfectiorũ: bibere autẽ oñiũ. Idcirco hoc loco dicebat: Bibite omnes. Simpliciora enim dogmata recipere,omniũ est. Et Diuus Chrysostomus homilia xxvij. in Matthæum: Reuerenda (inquit) ac salutaria illa mysteria,quæ omni certé ecclesiæ congregatione celebramus eucharistia,id est,gratiarũ actio nuncupatur. Sunt enim beneficiorũ recordatio plurimorũ,caputq; ipsum diuinæ erga nos charitatis ostendunt,nosq; faciunt debitas deo gratias semper exoluere. Si enim dominum ex virgine esse natum grande miraculũ est,& euangelista cum admiratione dicebat: Hoc autẽ totũ factum est,in quorandẽ beneficiorũ ponemus loco illũ etiã mortuũ esse pro nobis? nam si illius tantũmodo nasci totum vocatur,iam & semetipsum nobis cibũ dare,& spiritales illas præbere epulas,quid vocandũ est? Agnus igitur ei iuges gratias,& non modo verbis hoc nostris,verumetiam operibus,imó ipsis principaliter impleamus. Et homilia quinquagesima prima. Tã gomus (inquit) etiam nos fimbriã vestimenti eius,imó vero totũ. Ipsum enim si volumus,non vestis solũ,sed corpus ipsius nobis propositũ est,non vt tangamus solummodo,sed vt comedamus,& saturemur. Adeamus igitur Christũ finguli egrotantes magna cum fide, nam si qui fimbriam vestimenti eius tunc tetigerunt,rectè omnes conualuerunt; quantomagis corroborabimur,si totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere,non est vt tantũmodo pro positum corpus recipias,verumetiã multomagis,vt mundo corde tangas,vt sic adeas, quèadmodum ad ipsum Christum. Quid enim si vocẽ eius non audis? Nonne vides iacentem, imó vero & loquentẽ per euangelistã ipsum audis? Credite igitur omnes,quia etiam nunc illa cœna celebratur,in qua Christus ipse recumbebat. Nihil quippe interest inter illã & hanc. Non enim hæc ab homine,illa ab ipso conficitur. Quando igitur sacerdotẽ corpus tibi præbere videris,noli sacerdotis,sed Christi manũ ad te porrigi arbitrari. Nam quèadmodũ in baptismo non à sacerdote baptizaris,sed à deo caput tuum in virtute visibili tenetur,non ab angelo (nullum est. Nonne vides eos qui post hanc vitam sibi filios adoptãt,quomodo nullo pacto rem suam cõmittunt,sed ipsi presentes in iudicio cuncta peragunt? Sic deus non angelis hoc munus

Mat.26 c

1.Cor.11.f

Chrysosto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmisit,sed ipse'præsens iubet,ac dicit:Ne voces patrẽ in terra,non vt parentes cõtemnas,sed vt omnibus illum anteponas,qui te creauit,& adoptauit. Qui enim maius .i. animã suã pro te posuit,quare dedignabitur suũ tibi tradere corpus? Audiamus igitur tam sacerdotes quã alios, quam magna,quam admirabilis res nobis concessa est. Audiamus(oro)& phorrescamus. Carnes suas nobis tradidit, seipsum immolatum proposuit. Quã igitur satisfactionẽ offeremus, quum tali pabulo nutriti,peccemus,quũ agnũ comedentes,in lupos conuertimur, quũ ouinis carnibus saturati,vt leones rapiamus? Præsertim quum id sacramentũ nõ à rapina solum, verumetiã ab omni suspitione inimicitiarum mundum semper seruare iubeamur. Pacis enim sacramentum est hoc sacramentum,inquisitioni pecuniarum,& simoniæ non conuenit.

Matt.25.c

De eodem Eucharistiæ sacramento,ex Chrysostomo. Cap. XXXVIII.

1.Cor.11.a

DIuus autem Chrysostomus vndecimum caput prioris ad Corinthios epistolæ enarrãs, hoc'pacto scribit: Ego enim accepi à domino,quod & tradidi vobis &c. Quam ob causam(inquit)hæc mysteria cõmemorat? Non ob aliud profecto,nisi quia in præsens negocium sermo iste summopere necessarius esse videtur. Enimuero(inquit)dominus tuus omnes eadẽ mensa dignatus est,quæ quum plena horrendæ cuiusdam venerationis erat, tũ vero mensarũ omniũ,quæ dici,excogitariq; possunt,dignitatem longe antecellebat. Tu vero pauperes tua mensa tam tenui,ac simplici indignos putas,& quum in spiritali gratia de tuo sibi nihil vsurpẽt corporalibus epulis,quæ neq; tua sunt,eos defraudas,& expilas,verũ hoc nõ dicit Apostol. ne oratione videatur asperior,sed quiete,ac sensim ait: Quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem. Age vero quam obrem nos in eius temporis,& noctis illius,ac proditionis memoriã excitat? Nõ immerito,neq; ab re,sed nos supra modum,vel ex ea occasione cõpungat. Verũenimuero si quis etiam adsit,qui sit natura lapideus, modo animũ ad noctem illã adhibeat,modo attendat,& videat,quo in mœrore,quaq; in anxietate animi Christus vna cũ discipulis versatus sit,quomodo proditus,quomodo ligatus,quodo accusatus, quomodo damnatus,& reliqua subinde omnia,quæ passus est,profecto fiet omni cæra tenerior,& animum ac cogitationẽ omnẽ à terrenis cupiditatibus amouebit,idcirco nos in cæteris rerũ memoriã exhortatur,& mensæ,ac proditionis digressionẽ facit,& dicit,dñm tuum seipsum tradidisse pro te,tu aũt fratri tuo pro te ipso cibos denegas. At vero quonam pacto se ait à domino accepisse? Neq; enim aderat Paulus,quum hæc doceret dominus,sed Ecclesiam persequebatur,sed id dictũ est,vt intelligas nihil plus mensam illam domini habuisse,quã cas,quæ postea factæ sunt. Enimuero pariter hodie dominus idem est,qui operatur,& præbet omnia,quæadmodum eo tempore præbuit,& operatus est,neq; vero solum ob hanc causam noctis illius mentionẽ fecit,sed vt nos etiam alia ratione compungeret. Nanq; sicut memoriæ nostræ ea potissimũ vertamandamus,quæ nos audire contingit ab eis, qui in huius vitæ discessus articulo constituti sunt,atq; defunctorum hæredes,si quid præter eorum mandata temere cõmittere audent,ipsa pense excitare solemus,& dicere: Reuocate in memoriam,atq; aduertite,vobis hanc à patre vltimam vocem emissam,hæc ab eo illa nocte,qua emissurus erat spiritum vobis fuisse mandata hoc loco Paulus orationis suæ plenos cuiusdam horroris stimulos addere cupiens: Recordamini(inquit)quæso,hanc vltimam vobis sacrorum disciplinam à Christo traditam, hæc ea nocte,qua pro vobis immolari debuit,ab ipso esse institutam,atq; mandatam,quum eam vobis cæna dedit,postquam non erat alteram apparaturus. Ita quæ deinceps acta sunt narrat, dicens: Accepit panem &c. Si igitur ad Eucharistiam accedis,quæ gratitudo,& gratiarum actio est,nihil indignum eucharistia facias,fratrem non confundas,esurientem despectui non habeas, nõ sis temulentus,& ebrius,Ecclesiam ne contemnas. Accedis enim pro his,quæ accepisti gratias acturus. Quin ergo mutuam potius viccm reddis, nec te à proximo tuo diuellas,& separes. Enimuero Christus mensam omnibus ex æquo distribuit,dicens: Accipite, & comedite. Ille corpus proprium ex æquo tradidit,tu communem panem distribuere non vis. Profecto pro omnibus pariter traditus est,pro omnibus ex æquo corpus effectum est. Similiter & calicem &c. Quid ais? Cõmemorationem Christi facis,& pauperem despicis, & nullo mẽtis horore cõcuteris? At vero si filij,aut fratris,qui vita functi sunt,cõmemorationem feceris,te conscientia percutit,nisi seruato more pauperes cõuoces. Nũc vbi dñi tui cõmemorationem facis, neq; mensam simplicem illis ꝓbes sed quid illud est ꝙd dicitur: Hic calix nouum testamentum est? Erat sane veteris testamẽti calix,sacrificiorũ libamina,& animaliũ sanguis ratione carentium. Postquã enim sacrauerant,calice,& phiala sanguinem accipiebant & simul bibere consueuerant. Verũ vbi loco sanguinis animalium ratione carentium sanguinem proprium Christus induxit,ne quis hæc audiens tumultuaretur animo,& fluctuosa quadã mentis agitatione vexa-

retur,testamenti illius veteris mentionem egit. Post hæc de cœna illa disserens Apostol. aptat præsentia præteritis,vt nõ aliter præparati sint,ac si eodem vespere,& in eadẽ mensa discumberent,& ab eodem Christo idem sacrificiũ exciperent,ideo dixit: Quotiescunq; enim manducabitis &c. Quemadmodum enim Christus in pane,& calice hoc dixit: Facite in meã cõmemorationem,& nobis causam mysterij non exp̃sserit,id præter cætera sufficere existimans ad alia sequenda fundamenta pietatis. Si enim consyderaueris,quid pro te dñs passus sit,fies procul dubio sapientior,ita & hic rursum inquit Paulus: Quotiescunq; &c. Et hæc illa ipsa cœna est, mox ostendere volens,quod hæc cœna vsq; ad consummationẽ permanet,dixit: Donec veniat. Quare? Quicunq; comederit panem hunc,& biberit calicem dñi indigne,reus erit corporis,& sanguinis domini. Quam obrem? Quia effudit sanguinem,& non sacrificium,sed iugulationem præ se fert. Quemadmodũ enim hi qui eo tempore Christum punxere,non vt biberent eius sanguinem,sed vt effunderent. Idem sane facit,qui Christi sanguinem bibit indigne,& nullum ex eius potione fructum recipit. Vides inquantum terroris orationem extulit, & reprehensionem supra modum exaggerauit,ostendens eum,qui indigne bibiturus est, tãti se criminis participem esse facturum. Atqui quomodo non bibit indigne, qui despicit esurientem,neq; tantum despicit,sed confundit? Si enim non dare pauperibus excit regno quempiã, etiam si virgo sit,imo non abunde,ac largiter dare. Nã virgines illę oleum sane habuerunt,sed non abunde habuerunt. Consydera quale crimen sit tot iam simul delicta perpetrare. Quæ delicta,dicet quispiam? Quid ais,quæ delicta? Mensæ huius particeps effectus es,in qua quum esse te oporteat mansuetum,& facilem,& Angelis natura parem,contra crudelior,& improbior factus es. Sanguinem gustasti dominicum,& fratrem tuum non agnoscis? Qua venia dignus es? Quod si ante non agnouisses,ex huius mensæ occasione agnoscere debueras. At vero mensæ honorem detrahis,quum eum,qui dignus est,vt tantæ mensę sit particeps,tu etiam epulis tuis indignum putas? Non audisti quanta passus sit is,qui centum denarios à conseruo repetit,quomodo mille talentorum sibi facta à domino largitione subinde priuatus est? Non aduertis qui sis,nec vnde sis genitus,quis factus sis,neq; teipsum recognoscis,qui virtute, atq; officio longe pauperior es his,qui pecunia pauperes sunt,infinitis pressus, onustusq; delictis? Hæc tamen omnia abs te deus expulit,& mensa huiusmodi dignum fecit. Tu vero in fratrẽ tuum exura prorsus humanitate nihil flecteris. Quid ergo aliud supereſt,nisi vt tortoribus iu te tradaris? Hæc verba intenti audiamus omnes,qui nunc vna cum pauperibus ad hanc mensam accedimus. Et mox exeuntes pauperes non aspicimus,sed eos esurientes,saturi, atq; ebrij præterimus,quo crimine eo tempore potissimum Corinthij culpabantur.

1.Cor.11.ibidem.

Mat.25.c

De eadem Eucharistia ex Tertulliano & diuo Thoma. Cap. XXXIX.

TErtullianus autem libro cõtra Marcionem iiij. hoc pacto scribit: Professus(inquit)se cupiscentia concupiuisse edere pascha,vt suum(Indignum enim vt quid alienum concupisceret deus)acceptum panem,& distributum discipulis,corpus suum illum fecit. Hoc est corpus meum dicendo,i. figura corporis mei. Figura autem nõ fuisset,nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacua res,quod est phantasma,figuram capere non posset, Aut si propterea panem corpus sibi finxit,quia corporis carebat veritate,ergo panem tradere debuit pro nobis. Facie bat ad vanitatem Marcionis,vt panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat,& non magis peponem,quem Marcion cordis loco habuit,non intelligens veterem fuisse illam figuram corporis Christi,dicentis per Hieremiam: Aduersum me cogitauerunt cogitationem,dicentes: Venite conijciamus lignum in panem eius,scilicet crucem in corpus eius? Itaq; illuminator antiquitatum,quid tunc voluerit significasse panem,satis declarauit, corpus suum vocans panem,sic & in calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmauit. Nullius enim corporis sanguis potest esse,nisi carnis. Nam & si qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis,certe sanguinem nisi carnea non habebit. Ita confixit probatio corporis de testimonio carnis,probatio carnis,de testimonio sanguinis. Vt autem & sanguinis veterem figuram in vino recognoscas,aderit Esaias: Quis,inqt, qui aduenit ex Edom? Rubor vestimento rum eius ex Bosor,sed decorus in stola violenta,cũ fortitudine? Quare rubra vestimenta tua,& indumenta sicut de foro torcularis pleno,cõculcante? Spũs enim propheticus velut iam contemplabundus dominũ ad passionem venientẽ,carnem scilicet vestitum,vt in ea passum,cruentũ habitũ carnis,in vestimentorum rubore designatum conculcatæ,& expressæ vi passionis tanquã in foro torcularis, quia exinde quasi cruẽtati homines de vini rubore descendant. Multo manifestius Genesis in benedictione Iudæ, ex cuius tribu carnis census Christi processurus,iã tunc Christum in Iuda deliniabat. Lauabit,inqt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſn vino ſtolam ſuam,& in ſanguine vuæ amictum ſuum,ſtolam,& amictū carnē demonſtrans,
& vinum ſanguinem. Ita & nunc ſanguinem ſuum in vino conſecrauit,qui tunc vinū in ſan-
guine figurauit. Et diuus Chryſoſtomus homilia xxxiiij. in Geneſim exponens illud Geneſe-
Gen.14.d os,Et Melchiſedech rex Salem protulit panem,& vinum &c. Quid vult(inquit)hæc obſeru
tio:Rex Salē,& ſacerdos dei altiſſimi? Illū em̄ nobis & beatus Paulus ſcribens ad eos,qui ex He
bræis crediderant,quū in mediū adduxiſſet,& nomen eius tractaret,ciuitatem ſimul interpre
tatur cū ſignificatione nominis eius,vſus etymologia quadam. Melchiſedech rex iuſtitiæ. Nā
Hebr.7.a iuxta Hebraicam linguam Malchi regnū(vel potius regem)ſignificat,& Sedech iuſtitiam. Et
quū ad nomen ciuitatis venit:Rex pacis(inquit) Salem em̄ idem quod pax eſt. Sacerdos autē
erat,forte ab ſemetipſo ordinatus. Sic em̄ tunc erant ſacerdotes,vel q̄d quia ætate prouectior
erat,à ſuis colebatur,vel quod & ipſe ſacrificare ſtuduit,ſicut & Noe, Abel, Abram, quando
ſacrificia obtulerunt. Alioquin & typus Chriſti futurus erat,vnde Paulus ipſum extollens, ſic
Ibidem dicit: Abſq; patre,abſq; matre,abſq; genealogia,neq; initium dierum,neq; vitæ finē habens,
ſimilatus autem filio dei,manet ſacerdos in perpetuū. Et quomodo dicis, poſſibile eſt hominē
abſq; patre,& matre,& genealogia eſſe,& non habere vel initium,vel finē vitæ? Audiſti,q̄ fi
gura fuit. Ne ergo admirare,neq; omnia require in typo. Neq; em̄ typus eſſet, ſi omnia quæ
veritati accidunt,haberentur. Quid igitur eſt,quod ibi(alias tibi)dico? Igitur ſicut ille(inquit)
eo q̄d non ſit memoria eorū,qui genuerunt,dicitur ſine patre,& matre, & quia non recēſetur
eius genealogia,dicitur ſine genealogia:ita & Chriſtus,quia non habet vel in cœlo matrē, vel
in terra patrem,abſq; genealogia dicitur. Et vide propter honorem in patriarcham collatū,
q̄modo ſacramentū inſinuatur. Obtulit em̄ ei panem,& vinū. Videns typum, cogita (oro) &
veritatem,& admirare diuinæ ſcripturarum veritatem,quomodo ſuperioribus ſeculis,& ab
initio ſutura præſignata ſint. Et benedixit (inquit) Abrahā &c. Non ſolum ipſum benedixit,
Gene.14.d ſed & deum glorificauit. Vt dixit enim: Benedictus Abraham deo altiſſimo, qui condidit cœ-
lū & terram,& à creaturis virtutem dei nobis declarat. Si enim deus eſt ille, qui produxit cœ-
Hiere.10.b lum,& terram,non ſunt iā dij,qui ab hominibus coluntur. Dij enim(inq;)qui cœlum,& terrā
Gen.14.d nō fecerunt,pereant. Benedictus(inquit)deus,qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide
oro,quomodo no ſolū iuſtū prædicat,ſed & dei p̄ſidium agnoſcit. Neq; em̄ abſq; illius gratia
potuiſſet tantam eorum,quos circundabat,potentiam vincere. Et diuus Thomas in commen
Mat.26.e. tarijs Matthæi exponens illa verba,Cœnantibus aūt eis,accepit Ieſus panē,& benedixit,ac fre
git &c. Hoc in loco(inquit)de ſacramento agit altaris,eius inſtitutionem,& tempus inſtitutio
nis eius,deinde materiā,poſtea benedictionem,ac fractionē,& illius enarrans diſtributionem.
Ait ergo Euangeliſta: Cœnantibus autem eis,id eſt,dum cœnarent. Siquidem quemadmodum
veritas figuræ,ſic & nouū ſacramentum veteri ſuccedit ſacramento. Præterea quæ vltimo di-
cuntur à patre familias filiorum cordibus,ac memoriæ altius infiguntur. Et quanquā diſs no-
ſter poſt cœnam,ſiue inter cœnandum hoc inſtituerit ſacramentum,diſcipulis q; præuerit,ac
tamen non perperam Eccleſia ſtatuit,vt ieiuni hoc ſacrum ſumant ſacramentum,nempe ob il
lius reuerentiam. Nām profecto vt cibus materialis prius corpus,quam ſpiritualis,& ſacramē
talis ingrediatur,fas non eſt. Verum quoniam ſecundum Eccleſiæ ritum dies incipit à media
nocte,non eſt conſentaneum,vt hoc ſacramentum quiſpiam,legitimo ceſſante impedimento,
recipiat,ſi citra mediam noctem quippiam aſſumpſerit cibi, aut potus nutriendi gratia. Dein-
de ſubiungit: Accepit Ieſus panem. Vt enim in veteri ſacramēto agnus accipiebatur vt cibus,
Ioh.2.d,f. itidem hoc ſacramentum illius veteris ſacramenti perfectio,ac veritas,vt cibus capiendum eſt,
dicente domino: Caro mea vere eſt cibus. Vnde liquet falſum eſſe quod nōnulli opinati ſunt,
nempe hoc in ſacramento Chriſtum ſub ſigno dūtaxat eſſe. Siquidem ſi res ita ſe haberet,hoc
ſignum nil plus haberet,quam illud antiquum,quod erat tantum ſignum. Hoc autē & ſignū,
& veritas eſt. Et ſi Chriſti corpus in ſumentis verteretur ſubſtantiam, profecto non mediocrē
incurreret reuerentiam. Sed vt dixit diuo Auguſtino, Nec tume mutabis in te ſicut cibum car
nis tuæ,ſed tu mutaberis in me,propterea nullam qui ſumit incurrit irreuerentiam. Et quoniā
cætera ſacramenta Chriſti aliquam participant virtutem,hoc autem totum ipſum Chriſtum
continet,idcirco aliorum eſt perfectio ſacramentorum. Quamobrem & diuus Dionyſi. nemi-
nē pfici aſſerit,niſi per diuiniſſimam euchariſtiam. Sumitur itaq; Chriſtus vt cibus,vt hoc pa-
ctō veritas reſpōdeat figurę. Non ſumitur autē ſub propria ſpecie,ne fidei meritū amittamus,
ne ſumentibus horrori eſſet illius comeſtio,ne ſanctum ab infidelibus fit deriſui. Celebraſ aūt,
in ſpecie panis,quoniā panis materies,communis eſt cibus,& vinum,cōmunis eſt potus. Nam
hoc ſacramentum vt ab omnibus ſumatur,vt omnibus profit,inſtitutū eſt. Dixit aūt: Bene di-
xit,nempe

xit,nempe panem terræ fructum,vt indicaret Adæ maledictionem,de qua ſcriptum eſt: Ma-
ledicta terra in opere tuo,per Chriſtum fuiſſe remotam. Benedixit,quoniam benedictus q ve
niet in nomine domini. Benedixit,quoniam per ipſum omnes b̄dicuntur fideles,q illius partici-
pant benedictionem. Vnde ſcriptū eſt: De plenitudine eius omnes nos accepimus. Scriptum Gen.4.c
quoq; eſt: Benedictio dñi ſuper caput iuſti.i. Chriſti,qui eſt caput totius Eccleſiæ, à quo bene- Matth.xi.a
dictio in ſua deſcendit membra. Deinde ſequitur: Ac fregit,in quo primum quidē futuræ paſ- Ioh.1.b
ſionis myſterium ſignificatum eſt, in qua(vt inquit propheta): Foderunt manus eus, ac pe- Pro.io.b
des,& dinumerauerunt omnia oſſa illius. Hoc autem totum factum eſt,quoniam ſic ipſe volu- Pſal.21.d,
it,vt impleretur quod ſcriptum eſt: Oblatus eſt,quia ipſe voluit. Deinde ipſius innuitur incar-
natio. Siquidem Dei verbum,quū foret ſimplex,non relicta ſua ſimplicitate,multiplicatus eſt. Eſai.53.b
Nam quod frangitur,ab vnitate in multitudinem tranſit. Deniq; multiplex per hanc fractio-
nem denotatur effectus,& gratiarum diuiſio. Dedit enim(vt ait propheta) dona hominibus. Pſal.67.d.
Vnde ſubditur: Dedit q; diſcipulis ſuis. Siquidem hoc diuinum ſacramentum nullis dandū eſt
infidelibus,& à nullo infideli conficiendum eſt. Sequitur: Et ait: Accipite(inquit)fide,& cha- Mat.26.e
ritate,vt in illo per fidem,& charitatem ſitis,& ipſe in vobis,alioquin indigni eſſetis,vt Chri
ſti corpus acciperetis. Qui manducat(inquit)carnem meam,& bibit ſanguinem meum,in me Iohan.6.f
manet,& ego in eo: Et comedite(ait)non modo ſpiritualiter,verumetiam,& ſacramentaliter.
De forma autem huius ſacramenti,hæc ſubiungit: Hoc eſt corpus meum. Siquidem his domi-
ni verbis,hoc ſacramentum conficitur,nec impoſſibile videri debet. Nam ſi Heliæ verbum tā
tæ fuit virtutis,vt ignem de cœlo deſcendere faceret,quanto magis verbo Chriſti,quo cœli fir
mati ſunt,quo omnia é nihilo condita ſunt,vnum corpus in aliud poteſt transformare? Dedit Pſal.67.g.
autem voci ſuæ,vt ait propheta,vocem virtutis,vt panis in eius vertatur corpus,& vinum in
ſanguinem. Sacerdos autem,quum hoc conficit ſacramentum,non ſua,ſed domini profert ver-
ba,quibus antedicta perficitur tranſmutatio. Et quia hoc in ſacramento ille,qui eſt gratiæ ple-
nitudo continetur,idcirco perficitur in conſecratione panis,& vini. Quam ob rem peracta
conſecratione,ſiue accipiatur,ſiue non accipiatur,verū eſt ſacramētum. Quia igitur vſus illius,
ſiue acceptio non eſt de ſacramenti neceſſitate,ſed ad ſacramentum conſequitur,idcirco verba
illa: Accipite,& comedite,ad formam non pertinent ſacramenti,ſed ad illius vſum. Dicunt aūt
nonnulli primo verbis non conſecraſſe,ſed ſpirituali virtute, quæ excellenter fuit in illo,per q̄
poterat citra ſacramentum,ſacramenti veritatem tradere. Eius ſiquidem virtus,ſacramēris nō
eſt alligata. Alij vero dixerunt bis eadē verba dixiſſe,nempe occulte primū,deinde manifeſte.
Sed melius eſt,quod ſemel verba,quibus conſecrauit,protulerit. Verum de pronomine demō Mat.26.e
ſtratiuo,quum ait: Hoc eſt corpus meum,quid demonſtret,diuerſæ ſunt opiniones. Siquidē
nonnulli dixerunt non eſſe demonſtrationem ad ſenſum,ſed ad intellectum,quoniam non eſt
niſi ad panis ſubſtantiam,& niſi ad ſignificandum,vt ſit ſenſus: Hoc eſt &c. i. ſignatum per hoc,
eſt corpus meum. Verum quoniam nouæ legis ſacramenta,quod ſignāt, efficiunt, idcirco hoc
ſacramentum nihil aliud efficit, niſi quod ſignat corpus Chriſti,& ſic ſolum eſt corpus Chri-
ſti ſub ſigno. Non igitur vera eſt illorum opinio. Nonnulli vero pronomem hoc, ipſam cor-
poris ſubſtantiam demonſtrare contendunt. Sed num ſtatim eſt Chriſti corpus, quū ait dū-
taxat, Hoc? Profecto hoc eſſe nequit. Nā ſi pronomine illo prolato ſacerdos moreretur, pro-
fecto ſacramentum non eſſet confectum. Fuerunt alij,qui pronomen illud demonſtrare puta
runt illud quod erit poſt illud pronomen meum,ſed hoc non videtur conſentaneum, quo-
niam perinde eſſet,ac ſi diceretur: Corpus meum,eſt corpus meum. Nonnulli vero dixerunt
verba materialiter,& nō ſignificatiue,pferri. Sed hoc nō eſt conueniens,q̄niam(vt ait Auguſt.)
Accedit verbum ad elementum & fit ſacramentum. Dicendum eſt ergo,quod verba à ſacer-
dote proferuntur in Chriſti perſona, & efficiunt quod Chriſt? præſentialiter effecit,alioquin
ad propriam materiem verba nō accederent. Vnde eſt adnotandum, humana verba eſſe dun
taxat ſignificatiua,diuina vero,& ſignificatiua,& effectiua. Quocirca verba ſacramentalia à di
uina virtute virtutem habent,quæ ſimul & dicit & efficit. Et idcirco non ſolum ſunt ſignifica-
tiua,verumetiā & effectiua. Et primum quidē efficiunt,deinde ſignificant. Nā quando fit aliq̄d
materiale, quod commune eſt, præexiſtit,& eſt ſub vno termino tranſmutationis,& in fine
ſub altero. Nam ſi fiat quippiā de nigro album,in hac tranſmutatione eſt corpus, q̄d in princi
pio erat ſub nigredine,& poſtea eſt ſub albedine. In hac autē trāſmutatiōe eſt aliq̄d ſimile trāſ
mutationi naturali,& aliquid diſſimile. Siquidem in alijs materialibus tranſmutationibus com
mune eſt ſubiectum,& forma differt,in hac autem é diuerſo,cōmune eſt accidens,& ſubſtantia
differt. Quamobrem,communi manente accidente,ſubſtātia tranſmutaē. Vnde quū ait: Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

est corpus meum,sensus est:contentum sub hoc accidente,est corpus meum,vel hoc fit,qđ sub his accidentibus contentũ,sit corpus meum. Et idcirco in initio pronomen posuit,quod substantiam significat indeterminatam,& in fine posuit nomen,significans formã determinatam. Et propterea in principio non est forma,sed in fine. Sed quo pacto Christi corpus sit in sacramento,diuersas habuit opiniones. Nam nonnulli putauerunt simul cum Christi corpore panis permanere substantiam,& propterea quod ait:Hoc est &c.referri ad corpus solũ. Aliꝫ vero dixerunt panis substantiam in præiacentem materiam transire,& illic Christi corpus aduenire, & substantiam panis in Christi corpus non transire. Sed hoc non est consentaneum. Nã quando aliquid incipit esse,vbi prius non fuerat,nõ potest hoc esse,nisi vel secundum locum mutetur,vel nisi aliquid in ipsum conuertatur. Nam si quispiam dixerit:Hoc in loco non est ignis,si debeat illic esse ignis,opus est,vel vt aliunde illuc afferatur,vel quod illic est,in ignem mutetur. Et quia secundum ante dictam opinionem nõ est per modum conuersionis,vt per mutationẽ localem ibi sit,necesse est. Hoc autem est impossibile. Non enim est possibile vt idem corpus diuersis in locis esse possit. Corpus igitur Christi non est in sacramento per motum localem, sed per alterius cõuersionem in ipsum,manente forma,subiecto vero transeunte. Quãobrem subiectum in subiectum mutatur,non quod simul sit panis substantia cum Christi corpore,vel quod panis substantia annihilerur,sed per conuersionem panis in ipsum. Sed quonam pacto in tam paruo loco potest esse? Dicendum est aliquid illic esse bifariam,nempe vel ex vi sacramenti,& hoc est pricipale,& est illud,in quod cõuersio terminat. Et quia panis in Christi corpus cõuertitur circa omnem controuersiam,illud quod significatur,est Christi corpus. Quod quidem corpus nõ est sine anima,nec sine diuinitate,panis tamen nec in animã,nec in diuinitatem cõuertitur,sed illic sunt per cõcomitantiam,i.realem coniunctionem. In pane autem duo sunt,nempe substantia,& accidentia:substantia igitur transit,accidentia vero manent. Substantia autem illic est principaliter,& ex vi sacramenti,accidentia vero,per cõcomitantiam. Et quia dimensiones sunt accidentia,corpus Christi in sacramento non comparatur ad locum p̃ primas dimensiones,sed per dimensiones panis p̃existentes. Non est igitur in loco quemadmodum locatum dicitur esse in loco,quoniam locatum ad locum subsuis,ac p̃prijs dimensionib⁹ comparatur. Quod hic non vsu venit. Et quia quantitatis differentia,non efficit discrimen in substantia,& quod sequit quantitatem,secundum quãtitatem diuiditur. Idcirco sicut aia sua nõ habet totalitatem à quantitate,& propterea qualibet in parte suam habet totalitatem,itidem Christi corpus,quod nõ cõparatur ad corpus illud secundum quãtitatem,sed duntaxat secundum substantiam,est qualibet in parte hostiæ. Accidentia autem illa,quanquam cõmuniter accidentia dependeant à substantia,diuina virtute manent absq; subiecto. Nam deus est primum essendi principium,& idcirco effectum à subiecto separatum,& sine principijs producere potest,& in esse conseruare absq; suis principijs. Et quia dimensiones sunt etiam(vt dictum est)accidentia,manent etiam ipsæ citra subiectum. Sed qualitates in dimensionibus sunt vt in subiecto. Vnde sensus est:Hoc,id est,contentum sub his accidentibus, quæ sunt in dimensionibus,id est,substantia,quæ primo his suberat accidentibus,in Christi corpus mutatur.

De vini consecratione. Cap. XL.

Mat.26.e ET accipiens calicem &c. In hoc manifeste innuitur hoc sacramentũ nõ fuisse institutum sub vna specie,sed sub duabus. Vnde est adnotandũ,tria esse in hoc sacramento:vnũ quod est sacramentũ tantũ,vt sunt species panis,ac vini:aliud quod est res tantũ & est effectus spiritualis,aliud quod est sacramentum,& res,& est corpus contentũ. Si igitur sacramentũ tantum expendamus,vt corpus sub specie panis,& sanguis sub vini specie signetur, consentaneum est. Siquidem hoc pacto spiritualem indicat refectionem,quæ est in cibo,& potu. At si consydere tur vt res & sacramentum,conueniens est vt illud sacramentum, quod est dominicæ passio-
Pro 9.e nis rememoratiuum per sanguinem significetur,qui effusus,& separatus fuit à corpore. Demũ si attendatur id,quod est res tantum,quia sanguis quanquam non est anima,in sanguine tamẽ vita conseruatur,conuenienter significatur per sanguinem illud sacramentum esse ad fidelium salutem,& quod panis pro corporis salute,sanguis vero pro animæ salute offertur. Vnde scriptum est:Venite comedite panem meum,& bibite vinum, quod miscui vobis. Sub panis aũt
Matth 26.e specie(vt dictum)ex vi sacramenti Christi corpus continetur,sanguis vero, per concomitantiam,sub specie autem vini ẽ diuerso sanguis Christi ex vi continetur sacramenti, per concomitantiam vero eiusdem corpus. Et quia scriptum est:Et accipiens calicem,& non dixit:Et accipiens vinum,putauerunt nonnulli sacramentum hoc confici debere in aqua. Sed hoc Euangelij verba manifestissime excludunt. Nam paulo post scriptum est:Dico autem vobis,nõ bibam amodo de hoc genimine vitis &c. Miscetur aũt vinũ cum aqua,qñiã in regione calida vt vinum citra aq̃ bibatur,mos non est. Et propterea non est existimandum,quod puro in vino suum consecrauerit sanguinem. Ad hęc hoc sacramentum est dominicę passionis(vt dictũ est) rememoratiuũ. In passione autẽ ẽ latere Christi exiuit sanguis,& aqua. Ad hæc effectus passionis Christi fuit & redemtio,& ablutio a peccatis. Redemtio autem fuit per sanguinem Christi,iuxta illud:Redemisti nos deo in sanguine tuo,& eodẽ sanguine sordes abluit nostrorũ peccatorũ,iuxta illud:Qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostris,in sanguine suo. Per vinũ igit redemtio,per aquam vero,peccatorum significatur ablutio. Per aquam quoq; populi significantur,dicente Ioanne: Aquæ multæ, populi multi. Et quia per hoc sacramentum populi Christo vniuntur,idcirco aq̃ vino miscetur. Recte q̃q; dictũ est:Et accipiens, vt indicaret illũ voluntarie fuisse passum. Gratias (inquit) egit, nempe & de passione,vt nobis indicaret non modo de bonis,verumetiam & malis,siue aduersis gratias agere Deo. Gratias quoque egit & de institutione huius sacramenti,quoniam diuina hoc virtute faciebat. Vnde & ipse dixit:A mẽipso facio nihil. Et hanc obrem Deo patri gratias agebat,dicens: Gratias ago tibi, qñiam audisti me. Et dedit illis,nempe vt in sacramẽto suo sumerent,in quo etiam significat fructũ suæ passionis per alios fore ministrandum. Bibite ex hoc omnes,Hic est enim sanguis meus,q̃ sunt consecrationis verba. Ecclesia autem addidit:Hic est calix,& vbi dicitur:Noui testamenti,addidit,noui,& æterni testamẽti,& vbi dicit,Qui p̃ multis,addidit:Qui p̃ vobis. Sed vnde hanc Ecclesia habuit formam? Nempe ex Apostolorum constitutione,dicente Apostolo Paulo: Cætera quum venero,disponam. Est autem adnotandum,quod in hac forma est aliquid simile,& aliquid dissimile cum veteri. Nam (vt scribitur in Exodo)perlecta Moyses lege vitulos immolauit,& sanguinem obtulit,dicens: Hic est sanguis fœderis domini. Itidem sanguis iste oblatus est pro populi salute. Vnde Apostolus ait:Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua,& lana coccinea, & hyssopo,ipsum quoque librum,& omnem populum asperfit,dicens:Hic sanguis testamenti,quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum,& omnia vasa ministerij sanguine similiter asperfit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur,& sine sanguinis effusione, non fit remissio. Quibus in verbis magnum innuitur, imo ostenditur discrimen inter hunc,& illum sanguinem. Siquidem sanguis ille vitulorum,& hircorum erat,hic autem Christi,& idcirco ad remittendum peccata maximę virtutis,dicente eodem Apostolo: Si enim sanguis hircorum,& taurorum,& cinis vitulæ asperfus,inquinatos sanctificat ad emũdationem carnis,quantomagis sanguis Christi,qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatũ deo,emundauit conscientiã nostrã ab operibus mortis ad seruiendũ deo viuenti? Ad hæc:Sanguis ille dicebatur sanguis testamenti,hic aũt dicitur testamentum. Testamentum autem nonnunquam communiter dicitur,interdum vero proprie, Cõmuniter quidẽ qñiam in omni facto testes adducebantur,proprie vero dicitur testamentum,qã quippiam in morte legatur, dicente Apostolo: Vbi enim testamentum est,mors necesse est intercedat testatoris, Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum valet,dum viuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidẽ sine sanguine dedicatũ est. Lecto enĩ &c. vt paulo superius. Hebr.9.d sed in veteri testamento temporalia pollicebantur,vt terra Amorræorum &c. in nouo autem cœlestia,& superna promittuntur. Et ideo dicitur:Noui testamenti. Scriptum est enĩ:Feriã domui Israel & domui Iuda fœdus nouum. Vnde & hoc in loco dicitur: Hic est enim sanguis meus noui testamenti,hoc est,dedicatus ad nouum testamentũ, in quo fiduciam habere debemus,dicente Apostolo: Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Ecclesia autẽ addidit,q̃ vobis,nẽpe Apostolis,qa ipsi huius sanguinis fuere ministri,& per ipsos ad gentes deriuatus est. De hoc & corpore,& sanguine domini, scribitur in Cantico Canticorum; Comedite, & bibite, & inebriamini charissimi,quæ verba Rupertus enarrans amicis(inquam),& charissimi,Iam enim non dicam vos seruos,sed amicos meos,qa omnia q̃cunq; audiui a patre meo,nota feci vobis. Idcirco dico charissimi,quia charitas erga vos maxima mihi est,qua maior esse non potest. Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc ego facio. Nam ecce dũ morior,dũ ad mortem trador,iamq; venditus in morte agonizor,corpus quoque meum comedendum,& sanguinem meum bibendum vobis appono, vt quo ordine mors introiuit eodem foras mittat de animabus,& corporibus vestris. Primo quippe foras mittitur mors animę dũ comeditis,& bibitis sacramẽtũ mortis,vel passionis meæ, qa sicut q̃dã loco dixi: Qui manducat me,ipse vi- Ioan.6.f
vet propter me. Post hoc foras mittetur mors corporis,scilicet quando omnes resurgetis q̃ & vos

Ioan.19.f

Ioan.3.e

1.Cor.11.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos, me primo resurgẽte, fideliꝰ creditis, sicut itidẽ ego dixi de illo, qui mãducat me viuit ꝓpꝫ me, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Dicit aliquis: Sancti itaq; patres vestri ꝙmodo vi-
& Cor. 10. b uent, qui non comederunt, neq; biberunt, hoc vitæ sacramentũ, nisi tantũ in figura, & in gene-
ratione vna, qñ manna in deserto comederũt, & aq̃ de consequẽte eos petra biberunt? Ad hęc (inquam) sicut viuentibus vobis pro modo vestro ita & defunctis illis pro modo ipsorũ sapiẽtia Dei prouidit, eandẽq; mensam parauit. Siquidẽ dissipati sunt illi, quoniam animę quidem apud inferos sunt in requie spei, corpora vero requiescũt in sepulchris, dissipabor & ego panis viuus, qui de cœlo descendi, & anima quidem ad animas illorum, corpus vero descendit ad corpora ipsorum, scilicet in eius terræ ventrem, quo illa recepta sunt. Mox animę illorum reuiuiscũt in vita plena, atq; perfecta, cuius in spe aliquatenus vixerunt. In nouissimo autem die vobiscum resurgent resurrectione corporum. Atq; ita fiet quod dicit aliquis vestrum, quodq; firmiter tenet fides omnium nostrum, quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs viui
1. Cor. 15. c ficabũtur: Hoc tãtæ salutis sacramẽtũ ab initio nõ feci vobis hunc cibũ, potumq; vitæ æternæ hactenus non porrexi vobis, quum ambularetis mecum ad prædicandum Euangelium regni Dei. Non enim tempus erat, neq; ordo poscebat, vt vobis cibus, aut potus daretur noue salutis priusquam mundaremini, priusque deleretur macula vestra, macula reatus antiqui, quam cõ-
traxerunt comedendo vetitũ, vobisq; omnibus nascituris intulerunt iam dicti homines, primi parentes vestri. Mundari autem aliter neq; vos potuistis, neque potuerunt veteres amici vestri, sancti antiqui ob origine mundi, nisi per effusionem sanguinis mei, per lauacrũ regenerationis, scilicet sanguinis, & aquæ de latere meo decurrentis. Nõ igitur ante vobis facere, aut dicere debui: Accipite, & comedite amici, accipite, & bibite charissimi, nõ (inq̃) ante, sed in ipso
Iohan. 5. a articulo passionis meæ, vel mortis, qua emundatiestis, vnde & dico vobis, quia & vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Nam quia credidistis, & quia permansistis mecum in tentationibus meis, idcirco ex quo ego cœpi agonizari, vos cepistis emundari, ac proinde sicut iam mundis, sicut emundatis à peccato originali, ꝗd primus homo cõtraxit ꝑ ci-
bum, hunc cibum, & hunc potum feci vobis, apponendum cæteris amicis, & filijs vestris post vos nascituris, hoc ordine, vt & ipsi prius lauentur aqua baptismatis, quæ post sanctificationẽ verbi cum signaculo crucis, siue exorcismo passionis meæ, vel mortis, non erit alia, sed eadem, q̃ cum sanguine meo de latere meo iam mortuus profundam percussus lancea militis, & trãe de-
mum particeps fiat cibi huius, ac potus, eo modo, quo tradidi vobis. Inebriamini igit̃ charissimi, inebriamini (inq̃) ita vt egestatis vestrę obliuiscamini, & doloris amplius non recordemini.
Clemens Mat. 16. c Clemens autẽ Romanę Ecclesię præsul ad Iacobũ Hierosolymorũ episcopũ hoc pacto scribit: Quoniam sicut à beato Petro Apostolo accepimus omniũ Apostolorum patre, qui claues regni cœlestis accepit, æqualiter tenere debemus, de sacramentis quę geruntur in sanctis, te ex or-
dine nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorum, id est, presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore, & tremore clericorum, reliquias corporis dominici debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur, vt quum negligenter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Commu-
nio enim corporis domini nostri Iesu Christi, si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, digna humiliationis plaga feriatur. Certe tan-
ta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint in crastino non reseruent, sed cũ timore & tremore clericorũ, & diligentia cõsummantur q̃ aũt residua corporis domini, quę in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes ac-
cipiendos cibos conueniant, ne putent sanctæ portioni commiscere cibum, qui per æquali-
culos digestus, in secessum funditur. Et infra: Ad dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem coniuges suas non nouerint. Quod si post ordinationem ministro cõ-
tigerit proprium inuadere cubile vxoris, sacrariũ non intret limina, nec sacrificij portitor (alias portitor) fiat, nec altare contingat, nec ab offerẽtibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portionem accedat.

Quid mandragoræ, & mane mystice significent. Cap. XLI.

Grego. Can. 7. d QVid mandragoræ mystice significent, diuus infinuat Greg. exponens illud Canticorũ, Mandragoręq; dederunt odorẽ suum in portis nostris: Quid (inqt) ꝑ mãdragoras, herbã scilicet medicinalẽ, & odoriferã, nisi virtus perfectoꝝ intelligitur? ꝑ quã pfecti gq̃, dũ imperfe-
ctorum infirmitatibus medentur, in fide, quam prædicant. i. in portis Ecclesiæ viri medici esse cõprobant. Qui dũ exẽpla bonorũ operũ circumquaq; per sanctã famã tribuũt, quasi odorẽ,
Augustinus quo ægroti sanentur, aspergũt. Et diuus Augusti. libro vigesimosecũdo contra Faustũ Ma-

nichæum, cap. lvi, sic ait: Est vero quidã Liæ filius ex beneficio Rachel æditus, quũ vir suum secum debita nocte cubitus, acceptis à filio Liæ mandragoricis malis, cũ sorore cubitare permittit. De hoc aũt pomi genere opinari quosdã scio, quod acceptum in escam, sterilibus fœmi-
Gen. 30. c nis fœcunditatẽ pariat: ac per hoc putant omnimodo instituisse Rachel, vt hoc à filio sororis ac ciperet cupiditate pariendi: quod ego quoq; arbitrarer, si tunc concepisset. Nunc vero, quum post Liæ duos alios ab illa nocte partus, dñs eam prole donauerit, nihil est cur de mandragora tale aliquid suspicemur, quale in nulla fœmina experti sumus. Dicam ergo quid sentiam, dicent hinc forte meliora doctiores. Quum em̃ hæc mala ipse vidissem, & propter ipsum ipsum sacrę lectionis locum id mihi obtigisse gratularer, (Rara em̃ res est) naturã eoꝝ diligenter, quantũ potui, perscrutatus sum: nõ aliqua à cõmuni sensu remotiore scientia, quæ docet virtutes radicum, & potestates hærbarũ: sed quantũ mihi & cuilibet homini renũciabat visus, & olfactus, & gustus. Proinde rem cõperi pulchram, & suaue olentẽ, sapore aũt insipido: & ideo cur eam mulier tantopere cõcupiuerit, ignorare me fateor, nisi forte propter pomi raritatem, & odoris iucunditatem. Cur vero ipsam rem gestam sancta scriptura tacere noluerit, quæ nõ vtiq; talia desideria mulierculari nobis pro magno insinuare curaret, nisi aliquid in eis magnũ quæ rere commoneret, nihil amplius conijcere valeo, quam quod ex illo cõmuni sensu mihi sugge-
rũ, vt illo mãdragorico pomo figurari intelligã famã bonã: nõ eã quę cõferr, quum laudãt ho-
minẽ pauci iusti, atq; sapientes, sed illã popularem, qua etiam maior, & clarior notitia cõpara-
tur: nõ ipsa per sese experenda, sed intentioni bonorũ, qua generi humano cõsulunt, pernecessaria. Vnde dicit Apost. Oportet etiam testimoniũ habere bonũ ab his qui foris sunt, qui licet 1. Tim. 3. b
parum sapiant, reddunt tamen plerunq; labori eorum, per ꝙs sibi consulitur, & splendorẽ lau-
dis, & odorem bonæ opinionis. Nec ad istã gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui sunt in ecclesia, nisi quicunq; in actionum periculis, & labore versant. Propterea Liæ filius mã-
dragorica mala inuenit, exiens in agrum, id est, honeste ambulans ad eos qui foris sunt: doctri-
na vero illa sapientiæ, quæ à vulgi strepitu remotissima, in contemplatione veritatis dulci de-
lectatione defigitur, hanc popularem gloriã quantulancunq; non assequeret, nisi per eos, qui in medijs turbis agendo, ac suadendo, populis præsunt: nõ vt præsint, sed vt prosint: quia dum
illi actuosi, & negociosi homines, per quos multitudinis administratur vtilitas, & quorũ autori-
tas populis chara est, testimoniũ perhibent etiã vitæ propter studiũ cõquirendæ, & contẽplan-
dæ veritatis ociosæ, quodãmodo mala mãdragorica per Liam perueniunt ad Rachel, ad ipsam vero Liam ꝑ filium primogenitum, i. per honorem fecunditatis eius, in qua est omnis fructus laborioseꝝ, atq; inter incerta tentationum periclitantis actionis: q̃ pleriq; bono ingenio præ-
ditꝰ studioq; flagrãtes, q̃is idonei regendis populis esse possint, tñ vitãt propẽ turbulentas occupationes, & in doctrinæ ociũ toto pectore tanq̃ speciosæ Rachel feruntur amplexũ. Sed qa
Gen. 30. b bonũ est, vt etiam hæc vita latius innotescens, popularem gloriã mereatur: iniustũ est autem vtra consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum, & idoneum, in
ocio detinet, nec gubernationi communis vtilitatis impartit: propterea Lia sorori suæ dicit:
Parum est tibi, ꝙ virũ meum accepisti, insuper & mandragorica filij mei vis accipere: ꝑ vnum
virum significans eos oẽs, qui quum sint agendi, virtute habiles, & digni quibus regimen ec-
clesię committatur, ad dispensandum fidei sacramentum: Illi accensi studio doctrinæ, atq; in-
quirendæ, & contemplandæ sapientię, se ab omnibus actionum molestijs remouere, atq; in ocio
discendi, ac docendi condere volunt. Ita ergo dictum est: Parũ ne est tibi, ꝙ accepisti virũ meũ,
Gen. 30. b etiam & mandragorica filij mei vis accipere? Ac si diceretur: Parũ est ꝙ homines ad laborẽ rerũ
exquirendarum necessarios in ocio detinet vita studiorum, insuper, & popularẽ gloriã requirit?
Proinde vt eam iuste cõparet, impartit Rachel virum sorori suæ illa nocte: vt scilicet qui virtu
te laboriosa regimini populorũ accõmodati sunt, etiã si sciẽtiæ vacare delegerunt, suscipiat ex-
perientiã tentationũ, curarumq; sarcinam pro vtilitate communi: ne ipsa doctrina sapientiæ,
cui vacare statuerunt, blasphemetur neq; adipiscatur ab imperitioribus populis existimationẽ
bonam, quod illa poma significant, & quod necessariũ est ad exhortationẽ discentium. Sed pla
Gen. 30. b cet vt hanc curã suscipiant, vi coguntur. Satis & hoc significatum est, quod quũ veniret de agro
Iacob, occurrit ei Lia, eumq; detinens, ait: Ad me intrabis, Cõduxi em̃ te pro mãdragoris filij
mei, tanq̃ diceret: Doctrinæ q̃ diligis, vis conferri bonam opinionem, noli defugere officio-
sum laborẽ. Hęc in ecclesia geri quisquis aduerterit, cernit. Experimur in exemplis, quod in-
colligamus in libris. Quis non videat hoc geri toto orbe terrrarũ, venire omnes ab operibus
turbulis, & ire in ocium cognoscendæ, & cõtemplãdę veritatis, tanq̃ in amplexum Rachel: exci-
tos de trãsuerso ecclesiastica necessitate, atq; ordinati in laborem, tãquã Lia dicente, Ad me in-

trabis? Quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

trabis? Quibus caste Dei mysterium dispensantibus, vt in nocte huius seculi filios generent fi-
dei, laudatur à populis etiam illa vita, cuius amore conuersi spem seculi reliquerunt, & ex cuius
professione ad misericordiam regendæ plebis assumpti sunt. Id enim agunt in omnibus labo-
ribus suis, vt illa professio, quo se conuerterant, quia tales rectores populis dedit, latius, & clari-
us glorificetur, tanquam Iacob non recusante noctem Liæ, vt Rachel pomis suaue olentibus,
& clare nitentibus potiatur: quæ aliquando & ipsa præstante misericordia Dei, per seipsam pa-
rit, vix tandem quidem, quia perrarum est: vt, In principio erat verbum, & verbum erat apud
Ioha. 1.a Deum, & Deus erat verbum, & quicquid de hac re pie sapienterq; dicitur, sine phantasmate
carnalis cogitationis, & salubriter vel ex parte capiatur. Et Rupertus exponens illud Cantico-
rum, Mandragoræ dederunt odorem suum, sic scribit: Mandragora mala habet suaue olentia,
quæ & androgomorphos appellatur, quod habeat radicem, formam hominis similantem: cu-
ius cortex vino mixtus, ad bibendum datur his, quarum corpus propter curam secandum est,
Rupertus Ccu. 7.d. vt soporati dolorem minime sentiant, sterilibus quoq; mederi fertur, vt concipiant. Mandra-
goræ ergo dederunt odorem in portis nostris, id est, experimenta præsto sunt, quod iam fieri
Esai. 54.a. debeat illud, quod gentilitati hactenus fieri spiritus propheticus promittit: Lauda, inquiens,
sterilis, quæ non paris, decanta laudem & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij deser-
tæ, magis quam eius quæ habet virum &c. In portis (inquam) nostris, id est, dum adhuc sumus
Actu. 8.a in finibus nostris, in finibus Iudaicis, sensimus odorem huiusmodi. Venerat enim iam æthi-
ops eunuchus adorare in Hierusalem, & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; E-
saiam prophetam, quum ecce sentiens spiritus sanctus odorem eius, dixit ad Philippum: Acce-
de, & adiunge te ad currum istum. Sed & tunc eramus in portis nostris, quando odorem dede-
Actu. 10.a runt in conspectu domini eleemosynæ Cornelij centurionis. Ad quem odorem & illud perti-
Act. 16 b net, quod postmodum cuidam amicorum talis visio per noctem ostensa est. Vir Macedo quí-
dam erat, stans & deprecans eũ dicens: Transiens in Macedoniã, adiuua nos. His atq; alijs mo-
dis odorẽ dederũt mãdragoræ in portis nostris, fœcunditatẽ significãtes de loco sterilitatis.

Gregor. Iob 14.c Quid autem mane mystice significet, diuus ostendit Gregorius, exponens illud Iob, Mane
primo consurgit homicida &c. In scriptura, inquit, sacra mane aliquando aduentus dominicæ
incarnationis, aliquando aduentus iam terribilis, & districti iudicis, aliquando vero præsentis
vitæ prosperitas poni consueuit. Mane etenim aduentus dominicæ incarnationis extitit, sicut
propheta dicit: Venit mane, & nox: quia & nouæ lucis primordia in redẽptoris præsentia ful-
serunt, & tamen à persecutorum cordibus perfidiæ suæ tenebræ non sunt deterſ. Rursum
Esa. 21.c mane aduentus iudicis designatur. Vnde per Psalmistam dicitur: In matutinis interficiebam
omnes peccatores terræ, scilicet & electorum quoq; personam exprimens, ait: Mane astabo tibi
Psal. 100 b & videbo. Rursum per mane præsentis vitæ prosperitas designatur, sicut per Salomonem dici-
Psal. 5. a. tur, Væ tibi terra, cuius rex est puer, & cuius principes mane comedunt. Quia enim mane pri-
mum diei tempus est, & vespere extremum, nequaquam reficiendi sumus de huius vitæ pros-
peritate, quæ præuenit, sed de his, quæ in fine diei, id est, in mũdi termino sequuntur. Mane et
go comedunt, qui de huius mundi prosperitatibus extolluntur, & dum præsentia vehemen-
Exode 20. c 1. ioha. 3. c Iob. 7. d ter curant, futura non cogitant. Omnis enim qui odit fratrem suum, homicida est. Mane ergo
primo consurgit homicida, quia in præsentis vitæ gloria peruersus quisq; erigitur, & illorũ vi-
Gen. 3. d. tam deprimit, qui dum sequentem gloriam fitiunt, quasi satiari in vespere exquirunt. Et libro
octauo, cap. xxiij. exponens illud Iob, Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsie-
ris, non subsistam: Peccanti (inquit) primo homini dictum est: Puluis es, & in puluerem reuer-
Psal. 5. a teris. Mane autem dicitur illa tunc manifestatio mentium, quæ in aduentu iudicis apertis cogi
tationibus quasi post noctis tenebras demonstratur. De quo nimirum mane per Psalmistam
dicitur: Mane astabo tibi, & videbo. Quærere autem dei, est hominem subtili interrogatione
discutere, & districte discutiendo iudicare. Beatus igitur Iob humanæ deiectionis damna consi-
derans, videat quia & præsenti iam pœna premitur, & adhuc de futuris grauius vrgetur, & di-
cat: Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam. Acsi apertius de-
ploret, dicens: In præsenti quidem mortem iam carnis patior, & tamen adhuc de futuro iudi-
cio grauiorem morte, districtionis tuæ sententiam pertimesco. Interitum pro culpa sustineo,
sed adhuc ad iudicium veniens, culpas restitui, & post interitum formido. Exteriorẽ ergo mor-
tem considerans, dicat: Ecce nunc in puluere dormiam: interiorem metuẽs adiungat: Et si ma-
ne me quæsieris, non subsistam. Quantalibet enim iustitia polleant, nequaquam sibi ad inno-
centiam vel electi sufficiunt, si in iudicio districte requirantur. Sed hoc nunc ad solatium fuæ
exceptionis inueniunt, q̃d nequaquam se posse sufficere humiliter sciunt. Sub humilitatis ergo
tegmine

tegmine à gladio se tantæ animaduersionis abscondunt, & quo terrorem venturi iudicis fu-
turo lantes cõtinuo timore trepidant, eo indesinenter agit, vt paratiores fiant. Et lib. v. cap. xxviij. Iob. 4. c
exponẽs illud Iob, De mane vsq; ad vesperã succidẽtur. A mane vsq; ad vesperã peccator succi-
ditur, dũ à vitæ suo exordio vsq; ad terminũ, iniquitatis perpetratione vulneratur. Omni nanq;
tẽpore reprobi per augmentũ maliciæ cõtra se ictus ingeminant qbus succisi in profundũ ru-
unt. De quibus bñ per Psalmistã dicitur: Viri sanguinũ, & dolosi nõ dimidiabũt dies suos. Di- Psal. 54. d
es qppe dimidiare, est tẽpus vitæ malæ in voluptatibus ductũ ad pœnitentiæ lamenta diuide-
re, atq; hoc ad bonũ vsum partiendo reparare. Sed iniqui dies suos nequaquã dimidiant, quia
peruersam mentẽ nec in extremo tẽpore immutãt. Quo cõtra bene Paulus admonet dicens:
Redimentes tẽpus, quoniã dies mali sunt. Tẽpus qppe redimimus, quando anteactã vitã, quam
lasciuiendo pdidimus, flendo reparamus. Potest etiã mane prosperitas, vespere huius mũdi ad-
uersitas designari. De mane ergo vsq; ad vesperã reprobi succiduntur, qa & per prospera lasci
uientes depereunt, & per aduersa impatientes ad insaniã exurgunt. Quos de mane vsq; ad ves
peram nequaquã culpa succideret, si vel prospera fomentũ crederent, vel aduersa sectionem sui Augustinus
vulneris æstimarent. Et D. Augustinus exponens illud Psalmistæ, Mane exaudies vocẽ meã ma- Psal. 5. a
ne astabo tibi, & videbo: Caligans (inquit) inter procellas huius seculi, sentit se nõ videre quod
cupit, & tamen sperare nõ desinit, Spes enim quę videtur, nõ est spes. Intelligit tamen quare nõ
videat, quia nondũ nox peracta est, i. tenebræ quas peccata meruerunt. Dicit ergo: Quoniam
&c. Non ille es (inqt) q̃ possis videri ab eis quoꝝ ab oculis nox peccatoꝝ nondũ recessit. Pere
acta ergo erroris mei nocte, & discedentibus tãbris, quas mihi peccatis meis feci, exaudies vo-
cem meã. Et exponens illud Psalmistæ, Ad annunciandũ mane misericordiã tuã, & veritatem Psal. 91. a
tuã per noctẽ: Mane (inquit) dicitur quando nobis bene est, nox vero, quando tristicia tribula
tionis est. Quando tibi bñ est, lauda misericordiã, qñ vero male est, lauda veritatẽ, quia peccata
flagellat. Noli ergo accusare deũ, quia pateris aliquid mali, sed tribue illud peccatis tuis, emẽda
tioni ipsius. Quũ misericordiã annuncias mane, & veritatẽ per noctẽ, semper laudas deũ, semp
confiteris deo, & psallis nomini eius. Et Cassiodorus: Mirabiliter vita nostra duobus est sermo Cassiodor.
nibus concluſa. Mane significat gaudiũ, nox aũt cognoscitur indicare tristitiã. Et ideo quando
in beneficijs eius læti sumus, misericordiã ipsius annunciare debemus: Per noctẽ vero, i. per tri
bulationem, qñ nos asperitates aliquæ castigare noscuntur, veritatẽ ipsius similiter annunciare
debemus, ga merito patimur, q̃d delictis grauantibus sustinemus. Ita fit, vt vtroq; tẽpore iustis
sime debeamus laudes dñi cõfiteri. Scriptũ q̃q; est: Auditã fac mihi mane misericordiã tuã, quia
in te speraui. Ecce in nocte sum, sed in te speraui, donec nocturna transeat iniquitas. Mane er- Augustin.
go appellat post finẽ seculi, quũ videtimus q̃d in seculo credimus. Mane astabo tibi, & cõtem-
plabor. Et Cassiodorus: Clementiã dicit dñi toto orbe notissimã, quã supplicãtibus p̃stat, indul
get afflictis, & vt ipse audiat, q̃d in Euangelio dictũ est: Fili dimissa sunt tibi peccata. Mane tem
pus veniæ designat. Tunc eĩ menti elucescit, quando ad eam felici sorte peruenerit. Nã post
noctem peccatorum merito mane dicitur, quando culpa relaxatur.

Quid mansio mystice significet. Cap. XLII.

Gregor. DE mansionibus scriptũ est in Euangelio: In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Quæ
verba D. enarrãs Greg. lib. Moral. iiij. cap. xlij. exponens illud Iob, Paruus & magnus ibi
sunt, & seruus liber à dño suo: Quia (inquit) in hac vita nobis est discretio operꝝ: erit in illa pro
culdubio discretio dignitatũ: vt q̃ hic alius alij merito superat, illic alius alij retributione trans
cendat. Vñ in Euangelio veritas dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sed in eis dẽ
multis mansionibus erit alicui modo ipsa retributionũ diuersitas cõcors: quia tanta vis amoris in
illa pace nos sociat: vt quod in se quisq; nõ acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde &
nõ æque laborantes in vinea, æque cuncti denariũ sortiuntur. Et quidẽ apud patrẽ mansiones
multæ sunt: & tamen eundẽ denariũ dispares laboratores accipiunt: quia vna cunctis erit beati
tudo lætitiæ: quãuis nõ vna sit oñibus sublimitas vitæ. Paruũ & magnũ in hac luce cõspexe-
rat, qui ex voce capitis dicebat: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes Psal. 114. d
scribentur. Paruum, & magnum conspexerat, quum dicebat: Benedixit omnes timentes se do-
minus, pusillis cum maioribus. Et libro xxxv. cap. xxiiij. eadem verba hoc pacto exponit: A-
pud patrem quippe mansiones multæ sunt, quia in illa beatitudinis vita non dispari vnusquis-
que iuxta dispar meritum locum disparem percipit, sed eiusdem disparilitatis damna non sen-
tit, quia tantum sibi, quantum perceperit, sufficit. Quas bene Paulus mãsiones iuxta merita di- 1. Cor. 15. c
stributas insinuat, quum ait: Alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stel
la enim à stella differt in claritate. Et libro iiij. dialogorũ, cap. xxxv. Si, inquit, dispar retributio

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illa æterna beatitudine non esset, vna potius mansio, quam multæ essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus & distincti bonorum ordines, & propter meritorum consortia communiter lætantur, & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt, qui multis mansionibus distinguuntur, quia & vna est beatitudo, quam illic percipiunt, & dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur. Et homilia xvi. super Ezechielem, hoc pacto scribit: In retributione vltima quamuis eadem dignitas omnibus non fit, vna tamen erit omnibus vita beatitudiuis. Vñ & p semetipsum dñs dicit: In domo patris &c. Sed tñ qui in ea ducti sunt, q̃uisdiuersis horis venerint, vnum denarium perceperũt. Qua itaq; ratione conueniant mansiones multæ cum vno denario, nisi quia diuersæ quidem beatorũ ciuiũ dignitates erunt, sed tamen vna requies æternæ retributionis? Nam & si dispar erit meritum singulorum, nõ erit diuersitas gaudiorum, quia & si alter minus, atq; alius amplius exultat, omnes tamen vnum gaudiũ de conditoris sui visione lætificat. Et diuus Augustinus lib. de sancta virginitate vnico, Augustinus cap. xxvi. Quid sibi vult, inquiunt, illedenarius, qui opere vineæ terminato æqualiter omnibus redditur, siue his, qui ex prima hora siue his, qui vna hora operati sunt? Quid vtiq; nisi aliqd significat, quod omnes communiter habebunt, sicuti est ipsa vita æterna, ipsum regnum cœlorum, vbi erũt omnes quos deus prædestinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hic est ille denarius merces omnium, stella tamen ab stella differt in gloria: sic resurrectio mortuorum. Hæc sunt merita diuersa sanctorum. Si enim cœlum significaretur illo denario, nonne in cœlo esse, omnibus est commune syderibus? Et tñ alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum. Si denarius ille pro sanitate corporis poneret, nonne quũ recte valemus, oibus membris cõis est sanitas, & ipsa si vlq; in mortẽ pmaneat, pariter & æqualiter omnibus inest? Et tñ posuit deus membra singulum quodq; eorum in corpore prout voluit, vt nec totũ sit oculus, nec totũ auditus, nec totum odoratus, & quicquid est aliud, habet suam proprietatẽ, q̃uis æqualiter habeat cũ omnibus sanitatẽ, ita quia ipsa vita æterna pariter erit oibus sanctis æqualis denarius oibus attributus est. Quia vero in ipsa vita æterna distincte fulgebunt lumina meritorũ, multæ sunt mãsiones apud patrem, ac per hoc in denario quidẽ nõ impari, nõ viuet alius alio prolixius, in mul- Ioh. 14.a tis aũt mansiõibus honorat alius alio clarius. Et tractatu lxvij. In dõ (inqt) patris mei mansiones multæ sunt. Nullus sanctorũ alienabitur ab illa domo, vbi mansionẽ pro suo gl̃q; acceperus est merito denarius quidẽ ille æqualis est oibus, quẽ pat̃familias eis q̃ operati sunt in vinea, iubet dari oĩbus, nõ in eo discernens qui minus, & qui amplius laborauerunt, q̃ vtiq; denario vita significat æterna, vbi amplius alio nemo viuit, qm̃ viuendi non est diuersa in æternitate mẽsura, sed multæ mansiones diuersas meritorum in vita æterna significant dignitates. Alia est em̃ gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum &c. tanq̃ stellæ sancti diuersas mansiones, diuersas claritates, tanq̃ in cœlo sortiuntur in regno, sed propter vnum denariũ nullus separatur à regno, atq; ita deus erit oĩa in oibus, vt qm̃ deus charitas est, p charitatẽ fiat, vt q̃ habet singuli, cõe sit omnibus. Sic enim quisq; eriã ipse habet, quũ amat in altero q̃ ipse non habet. Non erit itaq; aliqua inuidia imparis claritatis, qm̃ regnabit in omnibus vnitas charitatis. Pro inde respuendi sunt à corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnũ cœlorum erit aliquid, vbi maneant beati innocentes, qui sine baptismo ex hac vita emigrarunt, quia sine illo in regnũ cœlorũ intrare nõ potuerũt: hæc fides nõ est fides, qm̃ nõ est vera & catholica fides: ita ne tandẽ stulti hoies, & carnalibus cogitatiõibus excæcati, quũ re probãdi essetis, si mansionẽ nõ dico Petri & Pauli, vel cuiuslibet Apostolorum, sed cuiuscunq; paruuli baptizati à regno cœlorũ separaretis, nõ vos putatis esse reprobãdos, q̃ domũ Dei patris inde separatis? Non enim ait dñs, in vniuerso mundo, aut in vniuersa cratura, aut in vita, vel Ioha. 14. c. beatitudine sempiterna mãsiones multæ sunt, sed in domo, inqt, patris mei mãsiones multæ sunt. Nonne ista est domus vbi ædificationẽ habemus ex deo, domũ nõ manufactã æternã i cœlis? Nõne ista est domus, de q̃ cãtamus in dño: Beati q̃ habitãt in domo tua, i sec. secula. Ergo ne vos nõ domũ cuiusq; baptizati fratris, sed domũ ipsius dei patris, cui oĩ fratres dicimus, Pater noster qui es in cœlis: à regno separare cœlorum, aut eã sic diuidere audebitis, vt aliquæ mãsiões eius sint in regno cœlorum, aliquæ aũt extra regnũ cœlorũ? Absit, absit, vt qui volũt habitare in regno cœlorũ, in hac stultitia velit habitare vobiscũ: absit, inq̃. vt quũ oĩs dominus regnãtiũ filiorũ non sit alibi nisi in regno ipsius, regiæ domus pars aliqua nõ sit in regno. Et si abiero (inqt) & p̃parauero vobis locũ, iterũ venio, & accipiã vos ad meipsum vt vbi sum ego, & vos sitis: & quo ego vado scitis: & viã scitis. O dñe Iesu qũo vadis parare locũ, si iã multæ mãsiones sunt in domo patris tui, vbi tecum habitabunt tui? Aut si accipis eos ad teipsum, quo-

quomodo iterũ venis qui non recedis? Ista charissimi si breuiter explicare conemur, quãtũ videtur hodierno satis esse sermoni, coartata vtiq; non clarebunt, & erit ipsa breuitas altera obscuritas. Proinde hoc debitũ differamus, quod opportunius vobis patre familias nostro largiente reddamus. Et tractatu lxviij. Quia vado (inquit) parare vobis locum &c. Mansiones ꝑparauit prædestinando, ꝑparat operando. Parat autẽ quodãmõ mansiones, mansionibus parando mansores. Quippe quum dixerit. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Domus Dei tẽplũ est Dei, dicente Paulo: Templũ Dei sanctũ est, q̃ estis vos. Hoc etiã regnũ Dei, regnũq; cœlorũ adhuc ædificat̃, fabricat̃, paratur, congregatur. In illo erũt mãsiones, sicut eas adhuc parat dominus. Et diuus Bernardus sermone nono in Psalmũ, qui habitat: Sit (inquit) licet electis Bernardus. pariter omnibus vnus, idemq; denarius vitæ reddendus æternæ, & in ipsa tamen sicut stella à stella differt in claritate &c. & quamuis domus vna, diuersæ tamen in ea sunt mansiones, vt videlicet quantum quidẽ ad æternitatem, & sufficientiam, & qui parum non minoretur, & qui multum non abundet, quantum vero ad eminentiã, & discretionem meritorum vnusquisque accipiat secundum suum laborem, ne quid omnino pereat, quod in Christo fit seminatum.

Quid manipulus mystice significet. Cap. XLIII.

IAcob Ioseph plus amabat (vt scribit diuus Ambrosius lib. de Ioseph, cap. ij.) in quo maiora virtutum insignia præuidebat, vt non tã filiũ pater prætulisse videatur, quam propheta mysteriũ: meritoq; variam tunicam fecit ei, quo significaret eum diuersarum virtutum amictu fratribus præferendum. Deniq; in puero adhuc refulsit diuina gratia. Siquidem somniauit, quod dum alligasset, vt sibi videbatur, per visum manipulos cũ fratribus suis, surrexerit manipulus eius, & stetterit erectus: cõuersi autem fratrum manipuli, adorauerint manipulum suum. In quo vtiq; domini Iesu futura resurrectio reuelata est, quem & Hierosolymis, quũ vidissent, vndecim adorauere discipuli, & omnes sancti, cum resurrexerint, adorabunt, fructus bonorũ operum proferentes, sicut scriptum est: Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Vnde fratres, licet somnij fidem perinuidiam derogarent, interpretationẽ tamen eius propriis sermonibus exprimentes, responderunt ei: Nunquid regnando regnaturus es nobis, aut dñando dñaturus es nobis? Regem em̃ venturum visio illa signabat, quẽ omnis caro generis humani inflexo adoraret genu. Vidit autem aliud somnium, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis, eo quod Sol & luna, & vndecim stellæ adorarent eum. Vnde obiurgauit eum pater eius, dicens: Quid ergo erit hoc visum quod somniasti? Nunquid veniens ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super teram? Quis est ille, queni parentes, & fratres adoraueunt super terram, nisi Christus Iesus, quando eum Maria & Ioseph cum discipulis adorauerunt, deum verum esse in illo corpore confitentes, de quo solo dictum est: Lauda te eum Sol, & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen? Obiurgatio autem patris quid significat, nisi duritiam populi Israel? Ex quibus Christus secũdum carnem, quem hodieq; deum esse nõ credunt, nec volunt adorare quasi dominum, quia ex se natum esse cognoscunt. Audiunt itaq; responsa eius sed non intelligunt: Legunt ipsũ quod eum Sol, & Luna laudent, sed nolunt credere de Christo Iesu dictum esse. Itaq; Iacob typo fallitur alieno, sed suo amore non fallitur. Pietas in eo paterna non erat, sed erraturæ plebis affectus exprimitur. Et Rupertus in Ge- Rupertus nesim, libro octauo, cap. xxij. hoc pacto scribit: Quis hoc loco pater eius, nisi anterior populus, de quo est incarnatus, qui à die passionis, vel resurrectionis eiusdem filij sui in cœlesti regno pro parte electorum fulget sicut sol? Et quæ luna, nisi presens ecclesia, quæ mutabilitati subiecta & minus lucet quam diu peregrinatur in ista vita? Singuli autẽ electorum stellæ sunt, secũdum se quidem imperfecti quasi in vndenario numero, sed eorum perfectio stella duodecima, stella (inquã) perfecta & matutina, ipse Christus frater ipsorum est. Oĩs adorant, sol, & luna, & stellæ omnes, cuncta cœlestia, vniuersa terrestria, maiora siue minora, illum venerantur, & adorant. Mihi (inquit) curuabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua. Quis autem manipulus eius, nisi ab ipso seminata, ad messem vsq; perducta, & perducenda fides Euangelica? Portio manipuli fratrũ, lectiones sunt legis & prophetarum, quas ludæi legentes quasi manipulos ligant, vel colligunt. Ecce palam omnibus est, & de toto mundi agro spectatur manipulus Christi stans, & manipuli fratrum eius circunstantes, & adorantes, id est, euangelium, fida messis & frumentum optimum, solum, & vnicum Christi asserens imperium, omnesque legis, & prophetarum lectiones illi testimoniorum præbent obsequium, debitumq; adorationis famulatum. Imitentur ergo fratres inuidi manipulos suos, quod quandoque facturi sunt, cum adorando, cuius manipuli ipsorum iam adorãt manipulum. Et diuus Grego. libro Moral. sexto. Gregorius cap. xvij. exponens illud Iob, Ambulabunt in vacuum, & peribunt: In vãcuum (inquit) ambulant, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

lant,qui nihil secũ de fructu sui laboris portãt. Alius nanq; adipiscendis honoribus exudat,alius multiplicandis facultatibus æstuat,alius ꝓmerendis laudibus anhelat.Sed quia cũcta hæc quisq; moriẽs deserit,labores in vacuũ perdidit,qa secũ ante iudicẽ nihil tulit. Quo cõtra bene plegem dicitur:Non apparebis in conspectu dñi vacuus.Qui eñ promerẽdę vitę mercedẽ bene agendo non prouidet,in conspectu dñi vacuus apparet.Hinc de iustis per Psalmistam dicitur: Venientes aũt veniẽt in exultatione,portantes manipulos suos.Ad examen qppe iudicij portantes manipulos veniunt,qui in semetipsis recta opera,quibus vitam mereantur,ostendunt. Hinc de vnoq; electo Psalmista iterum dicit:Qui nõ accepit in vano animam suam.In vano nãq; animã suã accipit,q sola ꝓsentia cogitans,quę sequantur in perpetuo(alias proximo)non attendit.In vano animam suam accipit,qui eius vitam negligens,ei curam carnis anteponit. Sed animam suam iusti in vano nõ accipiunt,quia intentione continua ad eius vtilitatem refe runt quicquid corporaliter operantur,quaten' & transeũte opere,operis causa nõ transeat,q̃ vitæ ꝑmia post vitam parat.Et D.Aug.in eundẽ Psalmũ:Qui seminant in lachrymis,in gaudio metent.In ista vita,quæ plena est lachrymis,seminemus opera misericordię,de quibus ait Apost.Bonum autem facientes nõ deficiamus .Tẽpore eñ proprio metemus infatigabiles. Itaq; dũ tẽpus habemus,opemur bonũ ad oñes,maxie aũt ad domesticos fidei.In gaudio metent, pacẽ metent.Euntes ibant,& flebãt,qa inẽ miseros erãt,& miseri erant.Et si cũ fletu seminamus,tñ cũ gaudio metemus.In illa eñ resurrectione mortuorũ recipiet vnusq; manipulos suos.i.fructũ seminis,coronam gaudiorũ & exultationis.Tunc erit triũphus lętantiũ,& ipsi morti insultantiũ in qua gemebat.Tunc dicẽt morti:Vbi est morscõtẽtio tua,vbi ẽ mors aculeus tuus?Et Cassiodor':Euntes ibãt,& flebãt&c.Quũ dicit:Euntes, prouectus vitæ sanctissimæ designatur,in qua bene ambulando semper acceditur.Flebant,qñ pauperes cõspicerent,anteq̃ manus aliquid larga ꝓstaret.Mittentes semina sua.i.in illo sæculo ꝓmittentes,vbi ante facta nostra perueniũt,q̃ nos illuc ire possimus,sicut scriptũ ẽ:Thesaurizate aũt vobis in cœlo,vbi nec erugo,neq; tinea demolitur,vbi fures nõ effodiunt,nec furantur.Sua(inquit).i. de propriis laboribus,non de rapinis.Venientes aũt venient,illi quibus iã misericordia diuina ꝓparatur,q hic taliter egerunt, qualiter superna iussa ꝓcipiunt . Portantes manipulos suos. Messores eñ opere cõsummato,gremio portant ad aream quos in agro spicarum congregati one ligauerint:sic beati ferunt in aream dñi fructuosissimas actiones.

Augusti.

Cassiodor.

Quid manus mystice significet. Cap. XLIIII.

Gregorius

MAnus operationes designant,vt D.inqt Greg.lib.Mor.vij.cap.xxviij.exponens illud Ezechielis,Et similitudo manus hois subtus pennas eoꝝ erat:Quid eñ ꝑ pennas animalium,nisi contẽplationes possumus sentire sanctorũ,quibus ad summa transuolãt,& terrena deferentes,sese in cęlestibus librant? Quid ꝑ manus,nisi operationes accipimus? Quia quis in proximi amore se dilatant,bona,quæ ꝑualent,etiam corporaliter administrant. Sed manus eorum sub pennis sunt,quia actionis suę opera,virtute contẽplationis vincunt.Et homil.iij.in Ezech.exponens illud Ezechielis , Et manus hominis sub pennis eorũ in quatuor partibus Duę sunt(inquit) sanctorum ꝑdicatorum vitæ,actiua scilicet & contẽplatiua.Sed actiua prior est tempore,q̃ contemplatiua,quia ex bono opere tenditur ad contemplationẽ.Cõtẽplatiua autem maior est merito,q̃ actiua,quia hæc in vsu ꝓsentis operis laborat, illa vero sapore interno venturam iam requiem degustat.Quid itaq; per manus,nisi actiua vita,& qd per pennas, nisi contemplatiua vita signatur? Manus ergo hominis sub pennis eorum est .i. virtus operis, sub volatu contemplationis.Quo pacto fit intelligendum illud Canticorũ, Manus illius tornatiles,require in dictione,Hyacinthus.Scriptũ quoq; est:Manus meæ ſtillauerunt myrrham. Quid per manus(inqt Greg.) nisi opationes, quid ꝑ myrrhã,nisi mortificatio carnis accipit? Manus ergo sponsę prædicationis myrrham ſtillant,quia quicunq; alijs prædicant,necesse est, si multis proficere velint,vt in oi opere suo carnalẽ vitã mortificare contẽdant.Et li.ix. Mor. cap.xxviij.exponens illud Iob,Et fulserint velut mundissimæ manus meæ: Per manus(inqt) quid aliud,quam opera designantur? Vnde quibusdã per ꝓpheram,dicitur:Manus vestrę sanguine plenæ sunt,id est,opere crudelitatis.Require in dictione,Aqua. Manus domini vnigenitus eius filius dicitur,iuxta illud Ezechielis:Et facta est super eum ibi manus domini,vbi diuus Greg. Homil.secũda hoc pacto scribit: manus,vel brachiũ domini,filius dicitur,quia ꝑ ipsum oñia facta sunt.De q̃ etiã Psal.ait:Fiat manus tua,vt saluet me.Manus quippe dei, quæ ꝑ diuinitatẽ nõ est facta,sed genita, ꝑ humanitatẽ facta ẽ, vt hũani generis vulnera sanaret. Ibi ergo

propheta incarnationem vnigeniti agnouit,vbi sup se manum dñi factam vidit.Et hom.x.in 677
eundẽ,exponens illud Ezech. Manus eñ dñi erat mecum cõfortans me:Ad bona quippe,ait, Exo.3.d.
assurgere pfecte nõ possumus,nisi nos spiritus,& præueniendo eleuet,& subsequendo confor Deut.32.f
tet.Manus eñ dñi in sacro eloquio aliquando etiam vnigenitus filius appellatur, quia oia per ipsum facta sunt.Et de cuius ascensione p Moysen pater oñipotens loquit, dicẽs: Tollã in cœ lummanum meam.Hæc manus quæ electorum suorum corda cõfortat,discipulis dicebat:Sine me nihil potestis facere.In omni ergo quod cogitamus,semp cogitandũ est,vt & ipso aspiran Ioha.15.a
te cogitemus,& ipso adiuuante faciamus.Et lib.vicesimo moral.cap.xxv.exponens illud Iob, Et in duricia manus tuæ aduersaris mihi:Manus(inquit)dei dura credit,quum voluntatis nostræ cõtraria,hoc quod ei in nobis displicet,feriendo persequitur,& flagella ingeminat, quum dolentis aia clementiã expectat.Quæ tamen iuxta allegoriæ mysterium,bene sanctæ ecclesiæ verbis congruunt ex vocibus infirmorum,qui plerunq; se plus feriri æstimant,q̃ mereri putãt, & quasi crudelitatẽ arbitrantur iudicis,districtionẽ æquissimam sectionis,quia & quum vulnus ægri medicinali ferramento abscinditur,medicus crudelis vocatur,qui tamen per secantis manus duriciã aduersatur vulneri,sed cõcordat saluti.Et cap.xxvi.exponens illud Iob, Verunta men nõ ad consumptionẽ eorum emittis manũ tuam, & si corruerint, ipse saluabis: Manum suã dñs ad consumptionẽ peccantium nõ emittit,quum feriendo à pctis corripit,& corruentes saluat,dũ cadẽtes ad culpã in salute corporis vulnerat,vt prostrati exterius,interius surgãt, ꝙtenus iacẽtes corpore,ad interiorẽ statũ redeãt,qui stantes exterius,ab statu mentis iacebãt. Et lib.xvi.cap.xiij.exponens illud Iob,Et manus plagę meę aggrauata est sup gemitũ meum. Manus(inquit)plagæ est fortitudo pcussionis.Primã nanq; pcussionem suã electi cõsiderant, quia à cõditoris sui visione diuisi sunt,quia nequaq̃ illuminationis intimæ claritate perfruunt, sed in ꝓsentis vitæ exilio,quasi in cæcitatis loco religati gemunt.Semper ergo habent in hac manu plagæ gemitum suum.Sed quum adhuc etiam aduersa in hac vita accidunt,manus plagæ eorum etiam super gemitum grauatur.Erat eñ plagæ gemitus etiam quũ ꝓsentis vitæ aduersa deessent.Sed amaritudo primæ percussionis,ex tentatione crescit aduersitatis.Et lib. xviij. cap.xiij.exponens illud Iob,De manu eius fugiens fugiet:Ille(ait)de manu fugit ferientis, qui fugæ prauitatem corrigit actionis.Vel certe quia in sacro eloquio manus operatio solet intelligi,de manu percussi fugit,qui dum praui interitum conspicit,vias prauitatis relinquit. Vnde Iob.27.d
adhuc subditur:Stringet super eum manus suas.Manus quippe stringere,est vitæ suę opera in rectitudine cõfirmare.Vnde etiam Paulus ait:Remissas manus,& dissoluta genua erigite.Dũ Heb.12.d.
itaq; alienum interitum conspiciunt,reuocãtur ad cor,vt recogitent suum,& vnde alius ad tormenta ducitur, à tormento alius inde liberatur.Stringit ergo super eum manus suas,quia cõspicit in aliena pœna quid timeat,& dũ delinquentẽ sic percussum conspicit,dissoluta sua opa, iustitiæ vigore constringit.Sicq; fit,vt qui iniquus viuens,multos ad culpam traxerat,delecta tione peccati,quosdam moriens à culpa reuocet terrore tormenti.Quod etiã prouenire bonis Psalmista testatur,dicens:Lætabitur iustus quum viderit vindictam(impiorum) manus su Psal.57.bi
as lauabit in sanguine peccatorũ.Peccatorũ morientium sanguine iusti lauantur manus,quia dum eorum pœna conspicitur,conspicientis vita mundatur.Et lib.xxxij.cap.i. exponẽs illud Iob.39.d.
Iob,Manũ meã ponã super os meũ:Vsu(inquit)sacri eloquij,in manu operatio,in ore locutio, solet intelligi.Manũ ergo super os ponere,est virtute boni operis culpas tegere incautæ locutionis.Quis vero inueniri potest,qui quamlibet perfectus sit de ocioso tamen sermone non peccet? Vnde Iacobus ait:Nolite plures magistri fieri.In multis enim offendimus omnes. Et rursum:Linguã nullus hoim domare potest.Cuius culpas redarguens per semetipsam veritas dicit:Dico aũt vobis,quoniam omne ẏbũ ociosum quod locuti fuerint homines,reddẽt de eo Mat.12.c
rationẽ in die iudicij.Sed sancti viri ante dei oculos studeant culpas linguæ tegere meritis vitæ, studeant bonorũ operũ põdere premere immoderata verborũ.Vnde in sancta ecclesia manus super os ponit,dũ in electis eius quotidie ociosæ locutionis vitiũ bonæ actionis virtute operit. Pal.31.a
Scriptũ nanq; est:Beati quorũ remissæ sunt iniqtates,& quorũ tecta sunt peccata.Sed rursum quũ scriptum sit,Omnia nuda & aperta sunt oculis eius,quomodo tegi possunt,quæ eius oculis,qui cuncta nuda sunt,absqꝫ di nequaquã possunt? Sed qa in hoc quod tegimus inferius poni mus,atq; hoc vnde tegimus,nimirum superducimus,vt quod est subter positum tegamus,tegere pctã dicimur,quæ quasi subter ponimus,dum abdicamus,eisq; aliud superducimus,dum bonæ actionis opus ad hoc post eligimus,vt pferamus.Qui ergo priora mala deserit,& bona posterius facit,per hoc quod addit,transactã nequitiã tegit,cui boni operis merita superducit. Beatus igit Iob sanctæ ecclesiæ typum tenens,& in verbis suis sua allegans, nostra designans,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat exſe,dicat ex nobis:Manū meā ponā ſuper os meū.i.hoc q̄ diſtricto iudici de ſermone meo in me diſplicuiſſe conſidero,ante eius oculos ſub velamine recti operis abſcondo. Et ex ponens illud Pſal.Expandi manus meas ad te &c. Non ſufficit (inquit) bene velle,niſi ſequatur & facere.Ideo qui in operibus bonis meditatū ſe dixerat,& in meditatione laudis ſanctorū immoratum,ſecutus adiunxit,Expandi &c.Hinc nanq; Propheta nos admonet,dicens: Leuemus corda noſtra cū manibus ad deū.Quid eſt manus ad deū expãdere,niſi operationē ad potentē leuare?Deniq; ille manus ſuas cõtrahit,q indigẽtibus nihil tribuit,q vocẽ pauperis nõ exaudit.Hinc qdã ſapiẽs admonet,dicẽs:Nõ ſit manus tua ad dãdū contracta,& ad accipiendū porrecta.Docuit ille manus expãdere q dicit:Date eleemoſynã,& ecce oĩa munda ſunt vobis. Et Propheta teſtat,dicẽs:In die tribulationis meæ Deū exquiſiui manibus meis.Quid eſt enim manibus Deū exquirere,niſi operibus ſanctis ſaluatorē inuocare?Nec ocioſe additum eſt,Ad te,quia ſunt pleriq; qui in eo q̄ bene agunt,laudari ab hominibus appetunt.Hi manus ſuas ad Deum nõ expandũt,qui p opera ſanctitatis non Deū,ſed mũdi gloriam quærunt. De talibus dicit dominus:Amen dico vobis,receperunt mercedem ſuam. Expãdamus ergo manus noſtras ad Deum,ne iuſtitiam noſtram faciamus coram hominibus,nec cū fatuis virginibus lampades vacuas accipiamus,ſed in vaſis noſtris oleū ſumentes,venienti ſponſo occurramus,vt dicere cum Apoſtolo poſſimus:Gloria noſtra hæc eſt,teſtimoniū conſcientiæ noſtræ.Et exponẽs illud Iob.Vel liberate me de manu hoſtis,& de manu robuſtorū eruite me:Manum (inq;) hoſtis,Sathanæ fortitudinem vocat,& manū robuſtorum,vires malignoꝝ ſpirituū appellat. Quos idcirco robuſtos memorat,quia dum abſq; carnis infirmitate ſunt conditi,prauis eorũ adniſibus imbecilliras adiuncta nõ obuiat.exponẽs quoq; illud Iob: Tetẽdit enim aduerſus Deum manum ſuam:Contra Deum(inquit)manum tendere,eſt in operatione praua,deſpectis Dei iudicijs,perſeuerare.Scriptum quoq; eſt in Pſalmis: Tu formaſti me,id eſt,genuiſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam,id eſt,virtutẽ tuæ maieſtatis oſtendiſti. Vnde & in alio Pſalmo dicitur:Manus enim mea auxiliabitur ei.

Tkre.3.c.

Eccle 4.d

Pſal.76.2.

Mat.6.a

Iob.6.d.

Pſal.138.2.

Pſal.88.d

Cap. XLV.

Quid mare myſtice ſignificet.

MAre quid myſtice ſignificet,diuus inſinuat Gregorius libro mor.xxviij.cap.xvij. expoens illud Iob,Quis concluſit oſtijs mare,qñ erũpebat quaſi de vulua procedẽs? Quid (inquit)eſt mare,niſi ſeculum,quid vuluã,niſi cõceptum carnalis cogitationis accipimus? Hoc enim loco vulue nomine,occulta & maliciosa carnalium cogitatio deſignatur. Quę vulua non ad proferendam prolẽ concipit ſubſtantiam corporis:ſed ad explendam nequitiam cauſam doloris. De hac vulua cordis iniquorum,alias dicitur:Concepit dolorem,& peperit iniquitatẽ. Per hanc vuluam praui concipiunt,quum mala cogitant.Per hanc vuluã pariunt,quum mala quæ cogitauerint,operantur. Erumpebat ergo mare quaſi de vulua procedens,quum miſeriã ſeculariũ fluctus de carnalis cogitationis iniquitate conceptꝝ,in ſanctæ Eccleſiæ interitũ ſeuirent. Sed autore Deo oſtijs hoc mare concluſum eſt:quia contra tumores perſequentium ſancti viri quaſi quædam oſtia oppoſiti ſunt:vt eorum miraculis,atq; reuerentia iræ perſequentiũ frangerentur.Humilitatis quippe dominus terrenis principibus,per eos ſanctam Eccleſiã ſupra mundi culmen euexit& fæuientis maris impetus,erecta eiuſdem Eccleſię poteſtate coercuit. Et lib.xxix.cap.vij.exponens illud Iob,Nunquid ingreſſus es profundum maris? Mare (inquit)eſt mens humana,cuius profunda Deus ingreditur,quãdo per cognitionem ſuam ad lamenta pœnitentiæ ab intimis cogitationibus perturbatur,quãdo prioris vitæ nequitias ad memoriam reducit,fluctuantem in confuſione ſua animũ concutit.Profundũ maris Deus penetrat,quando etiam deſperata corda permutat.Ipſe eñ mare intrat,qñ cor ſæculare humiliat, profundum maris ingreditur,qñ viſitare mentes etiam preſſas ſceleribus non dedignatur. Et exponens illud Iob,quomodo ſi recedãt aquæ de mari,& fluuius vacuefactus areſcat &c. Mare(inqt)mens hominis,& quaſi fluctus maris ſunt cogitationes mentis,quæ aliquãdo per irã tumeſcunt,per gratiã tranquillæ fiunt,per odium cum amaritudine defluũt. Sed quum homo moritur,aquæ maris recedunt,quia iuxta Pſalmiſtæ vocem,In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.Rurſum de moriente ſcriptum eſt: Amor quoq; & odium ſimul peribunt, Et exponens illud Iob,Nunquid ingreſſus es profundum maris,& in nouiſſimis abyſſi deambulaſti? Ac ſi dicat: Vt ego,qui nõ ſolum mare,id eſt,ſeculum per aſſumptam humanam carnem, atq; animam petij,ſed etiam per eam ſponte in morte poſitus,vſq; ad vltima inferni quaſi ad maris profunda deſcendi.Si enim mare,more diuini eloquij,ſeculum debet intelligi, nil profundi habet profunda maris,inferni clauſtra ſentiri.Quod profundum maris dominus petijt quum inferni nouiſſima electorum ſuorũ animas erepturus intrauit.Vnde & per prophetã dicitur: Poſuiſti

Gregor. Iob,18.a

Iob.6.b

Poſuiſti profundum maris viã,vt tranſirent liberati. Hoc nanq; profundũ maris,ante redemptoris aduentũ non via,ſed carcer fuit:quia in ſe etiam bonorũ animas,quamuis non in locis pœnalibus,claudit. Quod tñ profundum viam dñs poſuit:quia illuc veniẽs,electos ſuos à clauſtris inferni ad cœleſtia tranſire cõceſſit. Vnde &apte illic dicitur: Vt trãſirent liberati. Quod vero profundũ maris dixerat,hoc alijs verbis replicans,abyſſi nouiſſimũ vocat,qa ſicut aquarum abyſſus nulla noſtra viſione,cõprehenditur,ita occulta inferni nullo à nobis cognitiõis ſenſu penetrantur. Qui enim hinc ſubtrahãtur cernimus,ſed quæ illos iuxta meritum retributio ſuppliciorum maneat,non videmus.Et lib xviij.capite xxvij.exponens illud Iob,Et mane loquitur,non eſt mecum:Quid enim(inquit) maris nomine, niſi ſecularium mentium amara inquietudo ſignatur? Quæ dum ſe viciſſim inimicitijs impetunt,quaſi aduerſantes ſe vndę collidunt. Recte enim mare vita ſecularium dicitur,quia dũ procelloſis actionum moribus concitatur,ab internæ ſapientiæ quiete,abſq; ſtabilitate diſiungitur. Quo cõtra bene per prophetam dicitur:Super quem requieſcet ſpũs meus,niſi ſuper humilẽ & quietum, & trementẽ ſermones meos? A terrenis aũt mentibus tanto longius ſpũs fugit,quanto apud has quietem nõ inuenit.Hinc eſt enim q̄ de quibuſdam per Pſalmiſtam dicitur:Cõtritio & infelicitas in vijs eorum,& viam paces non cognouerunt. A qua nimirum contritione perturbationis nos dñs reuocat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis, & ego reficiam vos:tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Quid enim in hac vita laborioſius,q̃ terrenis deſiderijs ęſtuare? aut quid hic quietius,q̃ huius ſeculi nihil appetere? Et lib.xvij.cap.xv.exponens illud Iob,In fortitudine illius repente maria congregata,& prudentia eius percuſſit ſuperbum: Quid(inquit)aliud maris nomine,q̃ præſens ſeculum deſignatur,in quo corda hominum terrena quærentium,diuerſis cogitationum fluctibus intumeſcunt:qui elatione ſuperbiæ cõcitati, dum alterna intentione ſe impetunt,quaſi aduerſante ſe vnda colliduntꝝ? Sed iam in fortitudine illius maria congregata ſunt,quia incarnato domino, diſcordantia ſecularium corda concorditer credunt. Petrus in mari ambulat:quia nimirum Chriſti prædicatoribus, illa quondam tumida humili auditu corda ſubſtrata ſunt: vt recte etiam in Euangelio huius mundi manſuetudinem figurauerit,quod procelloſa maris aqua domini pedibus preſſo tumore calcata eſt.Et homilia vndecima in Euangelia, exponens illud Euangelicum, Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare &c.Eccleſia(inquit)ſagenæ comparatur,quia & piſcatoribus eſt commiſſa, & per eã quiſq; ad æternum regnum,à præſentis ſeculi fluctibus trahitur,ne in æternæ mortis profunda mergatur. Quæ ex omni genere piſcium congregat,quia ad peccatorum veniam ſapiẽtes, & fatuos,liberos,& ſeruos,diuites,& pauperes,fortes,& infirmos vocat. Vnde per Pſalmiſtam dicitur:Ad te omnis caro veniet. Quæ ſagena,id eſt,eccleſia,tunc vniuerſaliter repletur, quũ in fine ſuo humani generis ſumma concluditur. Quam educunt, & ſecus littus ſedent,quia ſiguntur,mali autem proijciuntur foras, quia & electi quiq; in tabernacula æterna recipiuntur, & interni regni luce perdita,ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Et lib.xxxvi.Moral.cap.xiij.exponens illud Eſaiæ, Et deſolabit dñs linguã maris Aegypti:Lingua(inquit)maris eſt ſcientia doctrinæ ſecularis,quæ peccati obſcuritate fuſcatur. Linguam ergo maris Aegypti dominus deſolabit, quia huius mundi falſam ſapientiam,per carnẽ ſe oſtendẽdo deſtruxit. Et Caſſiodorus exponens illud Pſalmiſtæ,Propterea non timebimus,dum turbabitur terra, & trãſferentur montes in cor maris: Tempus(inquit)illud tribulationis exponitur, quando aduentu domini ſaluatoris,quum de nouitate tanti miraculi ludęorum corda turbata ſunt,ſancti viri timere non poterant,qui in eius nomine,ac virtute præſumebant. Et transferẽtur &c. Hoc vtiq; factum eſt,quando montes,id eſt,Apoſtoli,relictis incredulis ludęis,in cor maris,id eſt,ad prædicandum gentibus tranſierunt,ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur: Vobis quidem oportebat loqui verbum dei, ſed quia repulſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad gentes. Quo exemplo aduertimus, montes illos pio acumine prę minentes,& fidei ſoliditate firmiſſimos,in cor maris,id eſt,ad fidem omnium nationum fuiſſe tranſlatos. Et inſpiciẽdum, quod aridæ terræ perfidiam Iudæorum,aquis veroſalſis credulitatem gentium comparauit,vt illa corda in malum durata cognoſceres, hæc autem euãgelico ſale condita veraciter æſtimares.Cor enim non habet mare,ſed homines.

Pſal.73.a

Pſal.64.a

Eſai.11.b

Hieronym.

Quid margarita myſtice ſignificet. Caput XLVI.

QVid margarita myſtice ſignificet,oſtendit dñs in parabola, dicens:Iterũ ſimile eſt regnum cœlorũ homini negociatori q̃renti bonas margaritas &cę. Vbi D.ſcribit Hieronymus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ronymus: Bonæ margaritæ, quas q̃rit institor, lex & prophetæ sunt. Audi Marcion, audi Manichæe, bonæ margaritæ sunt lex & prophetæ, & notitia veteris testamenti. Vnum est aũt p̃ciosissimum margaritum scientia saluatoris, & sacramentũ passionis illius, & resurrectionis arcanum, quod quum inuenerit homo negociator similis Pauli apostoli, oía legis, prophetarũq; mysteria, & obseruationes pristinas, in qbus inculpate vixerat, quasi purgamenta contẽnit, & quisquilias, vt Christum lucrifaciat. Non quo inuentio nouę margaritæ condẽnatio fit veteris margaritarum, sed quo cõparatione eius omnis alia gẽma viljor fit. Et in cõmentarijs Iob, ex ponens illud Iob, Concident eũ amici, diuident illum negociatores: Amici (inquit) & negociatores isti, sancti intelligendi sunt omnes etiã veritatis p̃dicatores, quibus Christus ait: Vos amici mei estis. Itemq; de eisdem per parabolam dicit: Simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas &c. qui regnum Dei, & æternæ vitæ præmium, velut p̃ciosissimam margaritam in venalibus proposuerunt mundo, vt vnusquisq; creditorum vendat quæcunq; habuerit, delectationem scilicet vitæ præsentis, his mercimonijs commutet, & emat eam. Et Chrysostomus homilia quadragesima octaua: Inuenta vna preciosa margarita &cæt. Vna quippe veritas est, nec in multas scinditur partes, ac veluti qui margaritam habet, nouit se diuitem esse, etiã si ignotum nonnun q̃ illud sit, quũ paruo in loculo margarita recondit: Sic & in p̃dicatione veritatis, qui ei adhærent, totoq; aio illam amplectuntur, opulentos esse nõ ignorant, q̃uis infideles thesauri vim non cognoscentes, fideliũ opes contemnant. Et
Augusti. August. tractatu quinto in epistolã Ioannis: Homo (inquit) negociator describitur in euangelio, q̃ inuenit vnã margaritã &c. Hæc est margarita p̃ciosa charitas, sine qua nihil tibi prodest quodcunq; habueris, quã si solã habeas, sufficiet tibi. Et Theophylactus in cõmẽtarijs: Multę (inquit) margaritæ, multorũ sapientũ opiniões sunt. Vna aũt p̃ciosa, vna est vitas, q̃. l. Christus est. Igitur sicut de margarita traditur, q̃ in concha nascatur, q̃se aperit tẽpore fulguris, & denuo de iterum se claudit. Cõcipitur itaq; tũ ex fulgore, tum ex rore, propterea q; candida est: Sic & Christus in virgine conceptus est, & super no fulgore spiritus sancti. Et sicut sæpe margaritam
Augusti. tenens in manu, ipse scit quantas habeat diuitias, alij autem ignorant: ita & prædicatio in obscuris, & perfectis, abscõdita est. Et August. in quæstionibus euangeliorũ ex Matt. quæst. xiij. Homo cũ q̃rat bonas margaritas, inuenit vnã p̃ciosam, quia quærẽs hoies bonos, cum quibus vtiliter viuat, inuenit vnum sine peccato, Iesum Christum: aut præcepta quærens, quibus seruatis cum hoibus recte conuersetur, inuenit dilectionem proximi, in quo vno dicit Apostolus oía contineri: aut bonos intellectus q̃rens, inuenit illum vnum, quo cuncti continentur, In
Iohan. 1. a principio erat verbũ, q̃d est lucidũ candore veritatis, & solidũ firmitate æternitatis, & vndiq; sibi simile pulchritudine diuinitatis, qui deus penetrata carnis testudine intelligẽdus est. Illeẽm ad margaritã ipsam iam peruenerat, quæ in tegumento mortalitatis quasi concharum obstaculo, inter profunda huius seculi, atq; inter duritias saxeas ludæorũ aliqñ latuerat. Quodliber vero illorum trium sit, vel si aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vnius p̃ciosæ nomine significetur, p̃cium eius est nos ipsi, qui ad eã possidendã nõ sumus liberi, nisi oibus pro nostra liberatione contẽptis, q̃ temporaliter possidentur. Venditis enim rebus nostris, nullum aliud p̃cium maius accipimus, q̃ nosipsos, quia talibus implicati nostri non eramus, vt rursus nos p illa margarita demus, non quia tanti valeamus, sed quia plus dare non possumus. Et lib. ij. de
Mat 7.a sermone dñi in monte, exponẽs illud euãgelicum, Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos: Quia dñs quãuis nihil mentitus sit, vera tñ aliqua occultare se ostendit, dicens: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed adhuc non potestis illa portare.
Iohã. 16. c. Et Apost. Non potui (inquit) vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanq̃ paruulis
1. Cor. 3. a in Christo lac vobis potum dedi, non escã. Neq; enim poteratis, sed & nunc non potestis. Adhuc enim estis carnales. In hoc autem præcepto, quo prohibemur sanctũ dare canibus, & mittere ante porcos margaritas nostras, diligenter quærẽdum est, quid sctm̃ sit, quid margaritę, quid canes, quid porci. Sanctum est, quod violare, atq; corrumpere nephas est, cuius vtiq; sceleris conatus, & voluntas tenetur rea, quãuis illud sctm̃ natura inuiolabile, atq; incorruptibile maneat. Margaritæ aũt quæcunq; spiritalia magna æstimãda sunt, quæ in abdito latent, tanq̃ de profundo eruuntur, & allegoriarum integumẽtis, quasi apertis conchis inueniuntur. Licet itaq; intelligi, q̃ vna eademq; res, & sctm̃, & margarita dici possit. Sed sctm̃ ex eo q̃ non debet corrumpi, margarita ex eo q̃ non debet contemni. Conatur autem vnusquisq; corrumpere q̃d nõ vult esse integrũ, cõtemni vero quod vile ducit, & quasi infra se existimat esse & ideo calcari dicitur quicquid contemnitur. Quapropter canes, q̃m exiliunt ad dilacerandum, q̃ autem dilacerant integrum esse non sinunt: Nolite (inquit) sctm̃ dare canibus, quia & si dilacerari, &

cerari, & corrumpi non potest, & manet integrum, atq; inuiolabile, illi aũt qui vellẽr, cogit ardum est, q̃ acriter atq; inimicissime resistunt, & quãtum in ipsis est (si fieri possit) conant̃ perimere veritatem. Porci vero quãuis non ita vt canes morsu appetant, passim tñ calcando inquinant. Canes ergo pro oppugnatoribus veritatis, porcos vero pro contemptoribus non incongrue accipimus. Quod autem ait, Conuersi dirumpant vos, non ait, ipsas margaritas dirumpant. Illas enim conculcant, etiam quum conuertuntur, vt adhuc aliquid audiant, dirumpunt autem eum à quo iam missas margaritas conculcauerũt. Nõ enim facile inuenires quod gratum ei esse possit, qui margaritas cõculcauerit, id est, cũ magno labore diuina inuenta contempserit. Qui autem tales docent, qũo non dirumpãtur indignãdo, & stomachando, non video. Vtrunq; autem animal immundum est, & canis, & porcus. Cauendum est ergo, ne quid aperiatur ei qui non capit. Melius enim quærit quod clausum est, q̃ id quod apertum est, aut infestat, aut negligit. Neq; vero alia causa reperitur, cur ea quæ manifesta, & magna sunt, non accipiãtur præter odium & contemptum, quorum propter vnum canes, propter alterũ porci nominati sunt. Quæ tamen omnis immundicia rerum temporalium dilectione concipitur, id est, dilectione huius seculi, cui iubemur renunciare, vt mundi esse possimus. Qui ergo mundum, & simplex cor habere appetit, nõ debet sibi reus videri, si aliquid occultat, quod ille, cui occultat, capere non potest. Neq; ex eo arbitrandum est licere mentiri. Non enim est consequens, vt quum verum occultatur, falsum dicatur. Agendum ergo primũ est, vt impedimenta detrahãtur quibus afficitur, vt non capiat, quia vtiq; si propter sordes non capit, mundandus est, vel verbo, vel opere, quãtum fieri à nobis potest. Quod autem dñs noster quædã dixisse inuenitur, quæ multi qui aderãt, vel resistendo, vel contemnendo non acceperunt, nõ puẽdus est sanctum dedisse canibus, aut margaritas misisse ante porcos. Non enim dedit eis qui capere non poterãt, sed eis qui capere poterãt, & simul aderãt, quos propter aliorũ immũdiciam negligi nõ oportebat. Et quũ eũ tentatores interrogabãt, respõdebatq; illis ita, vt q̃d contra dicerent non haberent, q̃uis venenis suis cõtabescerent potius, q̃ illius cibo saturarẽtur: alij tñ qui poterant capere, ex illorũ occasione multa vtiliter audiebant. Hoc dixi, ne quis forte, quũ interrogatus, respondere nõ poterit, hac sentẽtia sibi excusatus videatur, si dicat nolle se sctm̃ dare canibus, vel ante porcos mittere margaritas. Qui enim nouit quid respondeat, debet respondere, vel propter alios quibus desperatio suboritur, si proposità quæstionẽ solui non posse crediderint, & hoc de rebus vtilibus, & ad instructionem salutis pertinentibus. Multa sunt enim quæ inquiri ab ociosis possunt superuacua, & inania, & plerunq; noxia, de quibus tñ nonnihil dicendum est, sed hoc ipsum aperiendum, & explicandum, cur inquiri talia non oporteat.

De eadem margarita. Caput XLVII.

Ambrosius Mat. 7. a

DIuus aũt Ambro. sermone vi. de margarita hoc pacto scribit: Nolite sctm̃ dare canibus &cęt. Perdit enim cœlestis margaritæ gratiã quisquis eã fœdissimo peccatori circũdare conatur. Gemma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro non cõuenit, margarita nisi p̃ciosis monilibus non aptatur. Estote ergo aurũ optimũ, estote monile p̃ciosum, vt possit in vobis margarita spiritualis includi. Margarita enim Christus est dñs, quam negociator ille diues in euangelio, venditis omnibus rebus suis, emere festinauit, & maluit omnes quas habebat seculi gemmas amittere, tñ vt vnam Christi emeret margaritam. Vnde & ego fratres pro magnitudine q̃d admiseratis delicti, nolui vobis pandere euangelicę refectionis eloquia, sed magis ingerere animosæ indignationis iniuriam, & prius vos verberibus spiritualibus emendare, ac fic margaritæ dictare muneribus. Et lib. ij. de pœnitentia, cap. ix. Præceptum est: Nolite sanctum dare canibus, nec miseritis margaritas vestras ante porcos, id est, immundis impuritatibus sacræ communionis non impendenda consortia. Itaq; videas eos mutata veste incedere, quos lugere, & genere oportebat, quia vestem illam oblationis, & gratiæ sordidarunt, fœminas aũt margaritis onerare aures, curuare ceruices, quas bene Christo, non auro inclinarent, quæ seipsas flere debebant, quod margaritam, quę de cœlo est, perdiderunt. Et diuus Hieronymus in commen
Mat. 7. a tarijs: Nolite (inquit) sanctum dare canibus &c. Sanctum (inquit) panis est filiorum. Nõ debemus ergo tollere panẽ filiorũ, & dare eum canibus. Neq; mittatis margaritas &cę. Porcus nõ recipit ornatum, qui versat in volutabris luti. Et iuxta Prouerbia Salomonis: Si habuerit circulum aureum, fœdior inuenitur. Quidã canes eos intelligi volunt, qui post fidem Christi reuertuntur ad vomitũ pctorum suorum: porcos aũt eos, qui necdum euangelio crediderunt, & in luto incredulitatis, vitijsq; versantur. Non cõuenit igitur istiusmodi modi hoibus cito euangelicum credere margaritum, ne conculcent illud, & conuersi vos incipiãt dissipare. Et Chrysostomus homil. xxiiij. in Matthęũ: Nolite (inquit) sanctum dare canibus &c. Canes (inqt) hinc

signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

significant hoies in impietate viuentes,ſpemq; oīno cōuerſionis in melius nō habentes:por
cos vero in luto inſrenis luxuriæ iugiter cōmorantes, quos ſupra oēs huiuſmodi doctrina pro
nunciauit indignos. Hoc ergo & Paulus aſtruens ait: Animalis autem hō non percipit ea quæ
ſunt ſpiritus dei. Stultitia eſt enim illi,& non pōt intelligere. Alibi quoq; corruptionem dixit
eſſe morū dogmata perfectiora non capere, propter qđ iubet, ne huiuſmodi hoibus cuncta
1.Cor. 2.d. pādamus: fiunt quippe magis,poſtq; didicerint ſecreta,temerarīq. His enim qui benigno ſunt
aſo,atq; prudenti,honeſtiſſima,apparent, quum fuerint reuelata,imprudentes vero magis ea
ignorata reuerentur. Quia vero diſcere illa naturali ratione non poſſunt,vel ignoratiōe vene
rentur. Neq; enim porcus aliq̄ nouit,cuius ſit precij margarita. Et hic ergo,quia neſcit, ideo
conculcat. Nihil enim hinc affertur amplius his qui eiuſmodi ſunt, & tñ audiunt,niſi noxa cu
mulatior. Siquidem ab illis & ſancta temerantur,neſciētibus vtiq; cuius illa ſunt meriti, & ipſi
deſperationis inſolēſcunt,contraq; nos potius armantur. Hoc eſt enim quod ait: Ne forte con
Math. 7.2 culcent ea pedibus ſuis,& conuerſi dirumpant vos. Sed ita(inquit) ſoli ſi publicarentur, mane
rent tñ ſemper inuicti, nec aduerſum nos reprehenſionum materias miniſtrarēt: prorſus aſſen
tior. Sed noſſe tu debes,non in illis reprehenſionum eſſe cauſas, verum in eis qui porci meruē
runt vocari. Sicut etiā calcata brutorum pedibus margarita,non ideo, quia vilis eſt,conculca
Ibidem tur,ſed quia in porcorum incidit vilitatem. Et bene ait,Conuerſi dirumpant vos. Modeſtiam
enim ſimulant,vt ſecreta condiſcant: quum vero didicerint,repente alij ex alijs effecti, irridēt,
inſultant,atq; illudunt,quaſi quadam à ſe arte deceptis: propterea & Paulus Timotheo dice
bat: Quem & tu deuita,valde enim reſtitit verbis noſtris. Et rurſus alibi: Increpa huiuſmodi.
Et iterum: Hæreticum hominem poſt vnam,& ſecundam correctionem deuita. Non enim
ex his quæ didicerint armantur,ſed eorum occaſione ſuperbius efferuntur, atq; inſolentia ſce
diori complentur: & idcirco non exiguum lucrum eſt in ſua illos ignorantia permanere: Nō
enim tam recta temeritate deſpiciunt. Si vero diſcant, geminum eſt omnino damnum,quum
certe & ipſi nihil omnino fructificent,imo magis,magisq; lædantur,& tibi negocia,ac pericu
la mille commoueant. Audiant hoc loco illi qui impudenter omnibus, actemere copulantur,
deſpicabilia ea,quæ ſunt reuerenda,facientes. Nam & myſteria ideo clauſis ianuis celebramus,
& eos qui nondum initiati ſunt,adeſſe prohibemus,non quia infirmitatem myſteriorum aliq̄
deprehendimus: ſed quia ad participationem eorū illi adhuc,quos arcemus,infirmi ſunt. Pro
pter quod etiam ipſe multa ad ludæos in parabolis diſſerebat,quoniam non videbant viden
Mat.7.a teſt: propterea iuſſit & Paulus ſcire nos quēadmodū debeat vnicuiq; reſpōderi. Et homil.xvij.
eadem verba exponens,hoc pacto ſcribit: Nolite ſctīm dare canibus,& margaritas veſtras no
lite mittere inter porcos. Ac ſi dicat: Mandaui vobis diligere inimicos veſtros,& non iudica
re eos,vt vos exhibeam miſericordes ad illos,vt benefaciatis eis de corporalibus veſtris,nō de
meis ſpiritualibus bonis,qm̄ in natura vobis communes ſunt,& non in fide. Mandaui aūt vo
,vt nō iudicetis eos,qui in vobis peccauerunt. Id vero nō ideo precepi,vt myſteriorū meo
rum ſecreta non pandatis eis,qui nolentes me ſcire,blaſphemant,& ſpernunt. Videte patrem
veſtrum Deum,ad cuius exemplū volui vos eſſe miſericordes: carnalia beneficia dignis,& nō
dignis ſimiliter præſtat, nunquid gratiam ſpiritalem? Nec enim dixi vobis de illo,qui ſpiri
tum ſanctū iubet deſcendere ſuper gratos & ingratos,& dat benedictiones ſuas ſuper iuſtos &
iniuſtos: propter quod in veſtris quidem eſtote ſimplices,& benigni,in meis autem prudēn
tes,& cauti. Si ru veſtiarium tuum ſtudioſum,& clauicularium cellarij tui fidelem tibi requiris:
quantomagis Deus talem requirit diſpenſatorem gratiarum ſuarum, qui bene tractando gra
tias eius,faciat gratiores, non male diſpenſando reddat ingratas? Sicut enim, ſi canibus dede
rit ſanctum,aut porcis margaritas,nec ſanctum canes ſanctificat, nec margaritæ nutriunt por
cos: ſed econtra canes coinquinant ſanctum,& porci margaritas ſordidant,vel confringunt:
Sic ſi hominibus caninos,vel porcinos mores habentibus ſanctum dederis, aut myſteria ſecre
ta tradideris,nec ſanctū illos ſanctificat,nec myſteria veritatis eos illuminant: ſed econtra ipſi
ſanctum coinquinant,& myſteria veritatis blaſphemant. Canis,& porcus ambo quidem im
munda animalia ſunt: ſed canis ex omni parte immundus eſt,nec ruminat, nec vngulam ha
bet fiſſam. Porcus autem ex parte immundus eſt. Nam quoniam vngulā habet fiſſam, mūdus
eſt,qm̄ autem non ruminat,immundus habetur. Propter quod canes puto intelligendos gen
tiles,vel hæreticos omnino immundos. Nam & ſi propter actus ſuos malos immundi ſunt, &
propter perfidiam ſuā,vel idololatriā amplius ſunt immundi. Porcos autem Chriſtianos ca
nalibus,& immūdis voluptatibus deditos,qm̄ propter fidē quidē ſuā mundi ſunt,propē actus
aūt ſuos ſordidos,habentur immundi. Aut canes quidē, gentiles: porcos autē hæreticos pro
pter aliquid eorū modicum mundū,quia vel nomen dñi inuocare videntur: ſed ex moribus
intelligis qui ſunt canes,vel porci. Canis naturale eſt improbū eſſe,nunq̄ vocē mittere propter
aliquam alterā cauſam,ſicut cætera animalia,niſi ad abigendos ſuperuenientes, interdū autem
& de ſuperfluo in aerem latrat. Tales ſunt oēs gentiles,vel hæretici inapprobabiles, latrantes
plurimum aduerſus ſeruos dei, aliq̄ñ & aduerſus deum blaſphemijs vlulantes aperte, & nunq̄
os ſuum aperientes ad bonum,ſed ſemp ad malum. Item porci proprium eſt in cœno ſe volu
tare,& nunq̄ in cœlum aſpicere: nec quærere dñm ſuum,niſi quum eſurierit. Tales ſunt etiam
Chriſtiani,qui in carnalibus immūdicijs delectantur,nec aſpiciunt aliq̄ñ cœlos,nec q̄runt de
um,niſi quum neceſſitas eis aduenerit, & illi quidem euomunt malum, qū bene iudicantur de
malo: reuertuntur autem ad vomitum ſuum ſicut canes, qm̄ nihilominus agūt malum & iſti
pronjciunt ſtercora pctōrum ſuorum,qū pœnitēt,reuertuntur autem ad ſtercora ſua ſicut por
ci,qñ amiſſam repetunt vitam. Nunc videamus quæ ſunt ſancta,& quæ ſunt margaritæ. Nō
enim diſtinxit quid ſanctum dare,quid non dare,quum ſit inter ſanctum,& ſanctum differen
tia ſanctitatis: ſed generaliter omne quod ſanctum eſt, vetuit dare: Ergo ſanctū eſt baptiſma,
propterea non eſt dandum,niſi iam fidem habentibus. Sancta eſt gratia corporis Chriſti,pro
pterea illis ſolis danda eſt,qui iam per baptiſmum facti ſunt filij dei,& per impoſitionem ma
nus. Benedictus panis ſctā ſunt, propterea illis porrigēda ſunt q capaces facti ſunt benedictio
num per fidem. Item myſteria veritatis margaritæ ſunt,quia ſicut margaritæ incluſæ cochleis
poſitę ſunt in profundum maris: ſic et diuina myſteria in verbis incluſa,poſita ſunt intus in al
titudine ſenſus ſcripturarum ſanctarum. Et ſicut nō omnis homo poteſt ſe mergere,& de pro
fundo tollere margaritas,niſi artifex qui habet vſum rei illius: ſic non omnis homo poteſt de
ſcendere in altitudinem ſenſuum,& inuenire myſteriorum abſconditas margaritas,niſi vir ſpi
ritualis qui habet exercitationem ſpiritualium narrationū Dei. Propterea margaritę non ſunt
dandæ,niſi deſiderantibus veritatem,& cum ratione humana viuentibus. Si ergo talibus por
cis ſecretorum myſteriorum miſeris margaritas,cœnoſæ vitę delectatione mente grauati,nō
intelligunt precioſitatem earum: ſed æſtimantes eas ſimiles eſſe cæteris fabulis mū dialibus,ſi
militer eas carnalibus actibus conculcant,& poſtmodum conuerſi per inobedientiam, rum
punt ꝓbitores earum: frequenter autem & ſcādalizati in eis, calumniantur expoſitores earū,
quaſi dogmatum nouorum ſeminatores. Et ſi talibus canibus,qualibus diximus, dederis ſctā,
ſuſcipiunt quaſi canes ſine diſcretione,& ſordidis actibus ſuis conculcant eas. & pro nihilo eſti
mātes quæ acceperunt, conuerſi diſputationibus ſuis,quaſi latratibus irrationabilibus,rūpunt
veritatis prædicatorem. Et puto non ſine rationali differentia ſanctum quidem canibus dare
vetuit dominus, margaritas autem non dare porcis. Et de margaritis quidem poſſumus di
cere,quia ſi porcis mitti vetantur minus immundis, quantomagis canibus plus immundis?

Quid maxilla,medicina,medicus,medulla myſtice ſignificent. Cap. XLVIII.

Gregorius lob.16.b.

QVid maxilla myſtice ſignificet,diuus oſtēdit Gregorius lib. Moral.viij.cap.vij.& viij. exponens illud Iob,Percuſſerunt maxillam meā ſatiati ſunt pœnis meis: Maxilla(inquit)eccleſiæ,ſancti prædicatores ſunt,ſicut ſub Iudææ ſpecie per Hieremiam dicitur: Plorans ploravit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius: qa in aduerſitate eccleſiæ illi amplius plan gunt,qui vitam carnalium confringere prædicando nouerunt. Per ipſos quippe ſancta eccle ſia iniquos à vitijs conterit,& quaſi glutiens in ſua membra conuertit. Vnde ipſi quoq; primo prædicatori velut maxillæ eccleſiæ dicitur: Occide & manduca. Hinc eſt etiam,ꝙ Samſon ma xillam aſini tenuit,& hoſtes peremit, quia redemptor noſter ſimplicitatem atque patientiam prædicantium, ſuæ manu virtutis tenens, à vitijs ſuis carnales interfecit. Et maxilla in rer ram proiecta poſtmodum aquas fudit,quia data morti prædicatorum corpora, magna popu li monſtrauere miracula. Maxillam ergo Eccleſiæ peruerſi feriunt,quum bonos prędicatores inſequuntur. Et quia tunc reprobi grande ſe aliquid feciſſe æſtimant,quum vitam prædicato rum necant,poſt percuſſionem maxillæ apte ſubiungitur: Satiati ſunt pœnis meis. Illa quippe eos pœna ſatiat,quæ mentem eccleſiæ præcipue caſtigat. Et diuus Hieronymus exponens il lud Threnorum,Plorans ploravit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius: luxta allegoriam Hieronym. (inquit)decepta anima diabolica ſuggeſtione,in noctem veniet futuræ perditionis,vbi gemi tum dabit perpetuum ſine vlla conſolatione. Ipſi enim ſpiritus maligni, qui eam ante per ille cebras voluptatum in diuerſa trahebant: tandem in tenebris exterioribus conſtitutam, perpe tuis cruciatibus punire non ceſſant. Vt ergo hunc dolorem maximum deuitet,neceſſe eſt ꝙd in præſenti ſalubriter doleat: quatenus immenſa bonitas Dei pro fletu præſentis temporis, conſolationem illi præbeat ſempiternam. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.

Maxilla

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maxilla quippe sancti prædicatores sunt, de qua nunc dicitur: Plorans plorauit in nocte, & la-
chrymę eius in maxillis eius, quia in aduersitate ecclesiæ, illi amplius plangunt &cę. vt habes in
Zach. 14. Can. 5. d Gregorio. Et in commentarijs super Zachariam, exponens illud Zachariæ, Et erit omnis le
bes in Hierusalem, & in Iuda sanctificatus domino exercituū hoc pacto scribit: Laud. t spon
sa in Cantico Canticorum sponsum suum: Maxillæ eius sicut phialæ aromatum. In maxillis
sermo accipitur, qui prolatus à domino, varia vnguenta depromit: & tanta erit boni odoris
fragrantia, vt faciat sibi dominus flagellum de scripturarum textum testimonijs, & ejciat de
templo vendentes & ementes, & dicat ad eos: Scriptum est: Domus patris mei, domus ora-
Math. 21. b tionis vocabitur cunctis gentibus: vos autem fecistis eam domum negociationis.

Quid aūt medicus, vel medicina mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro xxiiij.
Moralium, capite primo, hoc scribens: Mos medicinæ est, vt aliquando similia similibus: ali-
Gregor. quando contraria contrarijs curet. Nam sæpe calida calidis, frigida frigidis: sæpe autem frigi-
da calidis, calida frigidis sanare consueuit. Veniens ergo ad nos desuper medicus noster, tan-
tisq; nos inueniens languoribus pressos: quiddam nobis simile, & quiddam contrarium ap-
posuit. Ad homines quippe homo venit, sed ad peccatores iustus: concordauit nobis veritate
naturæ, sed discrepauit à nobis rigore iustitiæ. Vitiosus enim homo corrigi non poterat, nisi p
Deum. Videri autem debuit qui corrigebat: vt præbendo imitationis formam, anteactæ ma
Hieronym. Exe. 47. c. litiæ mutaret vitam. Sed videri ab homine non poterat deus: ergo homo factus est, vt videri
potuisset. Et diuus Hieronymus exponens illud Ezechielis, Et erit fructus eius in cibum, & fo
lia eius ad medicinam: Diuinorum (inquit) librorum sacramenta demonstrat, quorum alterū
pertinet ad literam, alterum ad spiritum, vt verba simplicia intelligamus in foliis, in fructibus
veros sensum latentem. Sicut enim scientia scripturarum ducit ad regna cœlorū, & præbet no-
bis panem qui dicit: Ego sum panis qui de cælo descendi: sic folia eius moralem doctrinā con
Iohan. 6. c. tinent, & tribuunt sanitatem, vt peccantium curent vulnera. Et diuus Augustinus in lib. vni-
co de vera religione, capite xxiij, hoc pacto scribit: Quamobrem ipsa quoq; animæ medici-
na, quæ diuina prouidentia, & ineffabili beneficentia geritur, gradatim, distincteq; pulcherri
ma est. Distribuitur autem in autoritatem, atq; in rationem. Autoritas idem flagitat, & rati-
oni præparat hominem. Ratio ad intellectum, cognitionemq; perducit. Quanquam neque
autoritatem ratio penitus deserit, quum consideratur cui sit credendū, & certe summa est ipsi
us iam cognitæ, atque perspicuæ veritatis autoritas. Sed quia in temporalia deuenimus, & eo
rum amore ab æternis impedimur, quædam temporalis medicina, quæ non scientes, sed cre-
dentes ad salutem vocat, non naturæ, & excellentiæ, sed ipsius temporis ordine prior est. Nam
in quemcunq; locum quisq; ceciderit, ibi debet incumbere, vt resurgat. Et capite xxvi. Dispen
satio (inquit) temporalis, & medicina diuinæ prouidentiæ, erga illos qui peccato mortalitatē
meruerunt, sic traditur. Primo vniuscuiuslibet hominis nascētis natura, & eruditio cogitatur.
Cætera require in dictiōe, Aetas. Et libro primo de moribus ecclesiæ, capite xxvij. Ad cor-
pus pertinet medicina, ad animam autem disciplina. Sed medicinam nūc voco, quicquid om-
nino corporis vel tuetur, vel instaurat salutem. Quod autem attinet ad disciplinam (vt scribit
in eodem libro, capite xxviij.) per quam ipsi animo sanitas instauratur, quæ si absit, nihil ad
depellendas miserias salus illa corporis valet, difficillima omnino res est. Atque vt in corpore
dicebamus, aliud esse morbos, & vulnera curare, quod pauci homines bene facere possunt,
aliud autem famem, sitimq; sopire, & cætera in quibus subuenire hominē homini vulgo, pas-
simq; conceditur: Sic in animo sunt quædam, in quibus excellentia illa, & rara magisteria non
admodum desiderantur: vt quum hortamur, & monemus, vt hæc ipsa indigētibus exhibean
tur, quæ corpori exhibenda esse diximus. Quum enim hæc facimus, ope corpori: quum autē
docemus, vt fiant, disciplina animo subuenimus. Sunt vero alia, qbus multimodi, variiq; mor-
bi animorum magna quadam, & prorsus ineffabili ratione sanantur. Quæ medicina, nisi diui-
nitus, populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam immoderata transgressione peccantibus.
Quanquam & illa corporis, si altius rerum originem repetas, non inuenitur vnde ad homi-
nes manare potuerit, nisi à Deo, cui rerum omnium status, salusq; tribuenda est. Hæc tamen di
sciplina, de qua nunc agimus, quæ animi medicina est, quantum scripturis ipsis diuinis colligi
licet, in duo distribuitur, coertionem, & institutionē. Coertio timore, institutio vero amore
perficitur, eius dico, cui per disciplinam subuenitur: Nam qui subuenit, nihil horum duorū ha
bet, nisi amare. In his duobus deus ipse, cuius bonitate, atq; clementia fit omnino, vt aliquid si-
mus, duobus testamentis, vetere, & nouo disciplinæ nobis regulam dedit. Quanquam enim
vtrunq; in vtroque sit, prævalet tamen in vetere timor, amor in nouo: quia ibi seruitus, hic li
bertas

bertas ab apostolis prædicatur. De quorum testamentorum admirabili quodam ordine, diui-
noq; concentu, longissimum est dicere, & multi religiosi, doctiq; dixerunt. Multos libros res
ista flagitat, vt pro merito quantum ab homine potest explicari, & prædicari queat. Qui er-
go diligit proximum, agit quantū potest, vt sanus corpore, sanusq; animo sit. Sed cura cor-
poris ad sanitatem animi referenda est. Agit ergo his gradibus quod ad animum pertinet, vt
primo timeat, deinde diligat deum. Hi mores sunt optimi, per quos nobis etiam ipsa proue-
nit, ad quam omni studio rapimur, agnitio veritatis. Gregor.

Quid medulla mystice significet, diuus infinuat Gregorius lib. Moral. xv. cap. xxv. expo-
nens illud Iob. Et medullis ossa eius irrigantur: Amatores (inquit) huius seculi quasi ossa ha-
bent, qū in hoc mundo fortitudinem dignitatū possident. Sed si in exteriori dignitate desint,
terrenæ, & domesticæ diuitiæ, quantū ad iudiciū suum, ossa quidē habent, sed medullas in ossi
bus non habent. Quia ergo sic iste amator huius seculi exteriori potestate fulcitur: vt etiā inte
riori terrenę domus abundantia saginetur, dicitur: Et medullis ossa illius irrigantur, Vel certe
ossa sunt huius diuitis praua & dura consuetudines: medullæ vero in ossibus, sunt ipsa deside-
ria male viuendi, q̄ neq; ex prauitatis satisfactione satiantur. Quæ medullæ quasi ossa irrigāt,
quum praua desideria peruersas cōsuetudines suas in voluptatum delectatione conseruant.

Quid mel mystice significet. Caput XLIX.

QVid mel mystice significet, quanquam multa dicta sunt in dictione Fauus, vbi exponit
illud Prouerbiorum, Comede fili mi mel &c. & illud Psalmistę, Dulciora super mel &c. Esa. 7. d
& illud, Super mel ori meo, & illud Salomonis, Fauus mellis sermones boni, & illud Cantico-
rum, Manducaui panem meum cum melle meo: Et rursus, Mel & lac sub lingua tua, require
tamen & in dictione Lac. Origenes autem exponens illud Esaiæ, Butyrum & mel comedet
Quomodo (inquit) Christus prophetatur butyrum, & mel comesturus? Si hoc fuerit exposi-
tum, domino tribuente, rursus ea quæ sequuntur, aliam nobis ingerent quæstionem. Vtinā
omnes faceremus illud quod scriptum est: Scrutamini scripturas. Plura ex corporalibus cibis
nominata sunt in scripturis pro escis spiritualibus. Quasi modo nati paruuli rationabile sine
dolo lac desiderate. Ergo & sine dubio lac rationabile. Et oportet nobis istiusmodi lac quere-
re. Rursum in Prouerbijs de melle scriptum: Mel inueniens, comede q̄d sufficit: ne forte ple-
nus euomas. Num curauit spiritussanctus de melle isto quod notum est, ne forte plus comeda
mus? Sed sciens vtiq; spiritussanctus mel spirituale, ait: Mel inueniēs, comede q̄d sufficit. Quid
autem sentiēs spūssanctus p̄cepit nobis: vt si inueniremus mel (inuenibile est siquidem mel) co
medamus quod sufficit? Vade (ait) ad apem: & disce qūo operatrix est. Et inueniuntur prophe
tæ apes esse. Fingunt siquidem cæras: & mella conficiunt: & si audenti mihi expedit dicere, fa
ui eorum scripturę sunt, quas reliquerunt. Et volēs veni ad scripturas: & inueni mel. Sed co-
mede mel. Et in Prouerbijs rursus dicitur: Bonus enim est fauus, vt indulcētur fauces tuæ. Pu
ta, ne hoc dicit spiritussanctus, Comede mel, quod in vsu est, bonum enim est? Ego non au-
deo dicere, quia de melle corporeo mihi præcepit spiritussanctus: Comede mel: Ecce non ha
beo: aut certe naturæ huiusmodi sum, vt de melle comedere non possim, qua ratione mihi di-
cit, Comede mel, & noli comedere carnes, sed comede fili mel, bonum est enim? Si videas apes
prophetas, & opus eorum mella, vel fauos, tunc videbis qūo pro dignitate sancti spiritus intel
ligas, Comede mel fili, Bonum est enim. Si quis meditatur eloquia diuina, & nutritur sermoni
bus scripturarum, complet mandatum diuinum, iubēs: Comede mel fili, & faciens quod iuss-
um est, potitur sermone qui sequitur: Bonum est enim. Quia bonū est hoc mel, quod in scri-
pturis inuenitur. Quod autem dicitur: Vade ad apem, istiusmodi est: Est quædam (vt ita dicā)
apis super apes, & qūo inter apes rex quidam est, qui nominatur esse rex: sic princeps apum
dñs meus est Iesus Christus, ad quem mittit me spiritussanctus, vt comedam mel: Bonum est
enim, & fauus eius, vt indulcentur fauces meæ. Et forte subtiliores literæ faui erunt, mel vero
est qui in his est intellectus. Iste porro qui est natus ex virgine Emmanuel, butyrum, & mel
manducat, & quærit ab vnoquoq; nostrum butyrū manducare. Qūo à singulis nostrū buty-
rum quærit, & mel sermo edocebit. Opera nostra dulcia, sermones nostri suauissimi & vtiles, Esa. 7. c
mella sunt quæ manducat Emmanuel, quæ manducat iste, qui natus est de virgine. Si vero ser-
mones nostri amaritudine pleni sint, ira, animositate, molestia, turpiloquio, vitijs, contentione,
dedit in os meū fel, & nō comedit de his sermōibus salnator. Comedet aūt saluator de sermo
nibus, qui sunt apud hoīes, si fuerint sermones eorū mel. Approbemus hoc de scripturis: Ecce
stio ante ostiū & pulso. Si quis aperuerit mihi ostiū, ingrediar ad eum, & cœnabo cū illo, & ille
mecū. Igitur ipse pollicetur se ex nostris cœnaturę nobiscū esse. Certū est aūt, qa & nos cū illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœnamus,si cœnemus illum. Comedens quippe de nostris bonis sermõibus,operibus,& intellectu,repascit nos suis escis spiritualibus,& diuinis,& melioribus. Propterea quia beatum est suscipere saluatorem,apertis ostijs principalis cordis nostri,pparemus ei mella,& oĉm cœnam eius,vt ipse nos ducat ad magnam cœnã patris in regno cælorum. Et diuus Hieronymus in commentarijs super Ezechielẽ,exponens illud Ezechielis. Similam & mel,& oleũ comedisti & cę. Post vestitum(inquit)ciborum curam gerit,vt comedat Hierusalem similam,& mel,& oleum: vel per partes,vt plerique æstimant, vel cõmixtione trium, dulciorem panẽ,qui panis de cælo descendit:ac sub tribus nominibus,vt nonnulli putant, sacramentũ indicat trinitatis:nõ quo alia,atq; alia substantia fit,sed quo diuersis similæ,& mellis,& olei nominibus,patris,& filij,et spũssancti vna dulcedo monstretur. Et hoc animaduertẽdum, q̃ in multis sacrificijs offeratur simila,medulla frumenti, atq; purissima:de qua scriptũ est: Et de adipe frumẽti saturauit eos: non de hordeo,nec de farina,quæ tunc solum offertur, qñ maritus zelotypiæ spiritu cõmouetur. In iudicũ volumine Deboram legimus,q̃ interpretatur apis: cuius prophetia mella dulcissima sunt,& refertur ad spm̃ sc̃m, qui apud Hebræos appellatur gñe fœminino Ruach. In euangelio quoq; Hebræorũ q̃d lectitant Nazaræi,saluator inducitur,loquens: Modo me arripuit mater mea:spũssanctus. Porro simila,q̃ de frumento conficitur,refertur ad dñm,qui de semetipso ait:Nisi granum tritici ceciderit,& in terra mortuũ fuerit,ipsum solum manet. Sin autem mortuum fuerit,multum fructũ affert. Oleum vero,q̃d lassorum membra sustentat,& refocit,& est luminis nutrimentũ,& quo in tabernaculo Dei iuge lucernæ lumẽ accenditur,patri dicitur conuenire. Quæ omnia vnam credentibus tribuunt gratiam, dicente Apostolo:Diuisiones gratiarum sunt,vnus autem spiritus:& diuisiones ministeriorum, vnus autem dñs,& diuisiones operationum,vnus autem & idem deus. Qui talem comederit cibum,& hoc dulcissimo & suauissimo pane, oleiq; splendore fulgente pastus fuerit,ac nutritus,vertetur in deorem,& fiet pulcherrimus,non semel,sed repetito nimis nimis. Duplicatũ enim aduerbiũ ponendus facit orationis:quo ad pulchritudinis magnitudinem addi vltra nihil possit. Et diuus Bernardus in sententijs: Mel(inquit)& lac sub lingua eius. Id quidem necesse. Nam quod in lingua est,durum sonat. Verba sapientis quasi stimuli,& sicut claui in altum defixi. Alius est cuius molliti sunt sermones super oleum sed oleũ peccatoris nõ impinguet caput meum. Corripiat me magis iustus,& increpet:nã hoc in misericordia est,q̃ illud impinguet oleũ caput meũ, in q̃ est dolus. Pulchræ enim non molles,sed molliti dicuntur sermones,vel suasoris adulatoris,vel sua soris iniqui,quod fit in eis non tam vera,& solida,quàm superducta,& simulata suauitas. Siqui dem ipsi sunt iacula. Deniq; sub lingua eius quid? Audi prophetam: Labor & dolor. Porro sub lingua eius mel & lac,qui iuxta eundem prophetam: Laborem fingit in præcepto. Miraris fingere veritatem. Nam mirari licet, dubitare non licet. Si & alterum testem quæris,lege in euangelio,quia finxit se longius ire. Quid in figmentum figmento exhibeat? Siquidem ipse non uit figmentum nostrum, vtiq; laboris impatiens,dilationem non sustinens,fragile ad vtrunque. Pie ergo prouidit,vt haberet pietas promissionem vitæ eius,quæ nunc est & futuræ, nec laborem verum imponeret,sed magis fingeret in præcepto. Audi quomodo laborem fingere ipse se prodat: Tollite iugum meum super vos,& inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue. Quomodo non fictus labor, vbi non labor,sed requies inuenitur? Ita ergo labor in lingua,mel sub lingua. Quid supra linguam? Ineffabilia quæ non licet homini loqui. Miseri qui solum quod in lingua sonuit attendẽtes,nec quod sub lingua reconditum,nec quod supra repositum fuit capere potuerunt: Durus est hic sermo,inquiunt. Durus equidem,sed tamẽ idem est verbum vitæ: Qui non baiulat crucem suam,& sequitur me,non est me dignus. Si quis venit ad me,& non odit patrem & matrem,adhuc auditem & animam suam,non est me dignus. Quid durius poterat dici? Noli errare. Lapis videtur,panis est. Durus in cortice,sed suauissimus in medulla. Et sermone quadragesimoseptimo paruorum sermonum: Mel(inquit)inuenisti,noli multum comedere,ne forte satiatus euomas illud. Potest non inconguue hoc loco mellis nomine,fauor humanæ laudis intelligi. Meritoq; non ab omni,sed ab immoderato mellis huius edulio prohibemur. Est eñ quũ vtiliter humanas laudes recipimus,fraternæ duntaxat intuitu charitatis,& ad salutem eorũ,qui nobis propterea facilius acquiescunt. Hac ergo parcitate seruata,mellis huius moderata comestio nõ nocebit. Si quid vero amplius est,à malo est,& in perniciẽ cõuertetur. Inuĉto eñ melle immoderatius vescitur, quisquis oñino apponens cor suum fauore humanæ laudis inflatur,incrassatur,impinguatur,à quo se propheta sanctus custodiri deprecatur à domino,non quidẽ mellis, sed olei satis vicina appellatione,ipsum(quem prædiximus)fauorem exprimens,vbi ait: Oleũ autem

Hieronym.

Ioh.2.c.2.

Psal.80.c.

Psal.54.d.

Psal.93.b.

Mat.11.d.

Cant.5.a

autem peccatoris,non impinguet caput meum. Vis nosse,quando euomat immoderatus epulator mellis edulium,quod vsq; ad satietatem sumẽs, modum parcitatis excessit? Tunc sine dubio laudes,quibus satiabitur,non alium fructum quærens,sed fauore ipso contentus humano, tunc(inquam)multa cum anxietate euomit,quod cum perniciosa delectatione comedit,quũ alium quemlibet laudari audiens,inuidia contabescit. Mens enim dedita vanitati, & arrogantia tumens,laudem alterius,suam reputat vituperationem.

Quid mensa mystice significet. Caput L.

DE mensis scriptum est in Ezechiele: Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc,& duæ mensæ inde,vt immoletur super eas holocaustũ,& pro p̃cõ,& pro delicto: Et latus exterius,quod ascendit ad ostiũ portæ, quæ pergit ad Aquilonem duæ mensę:& ad latus alterũ ante vestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mẽsæ hinc,& quatuor mensæ inde. Per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ,longitudine cubiti vnius,& dimidij,& latitudine cubiti vnius,& dimidij,& altitudine cubiti vnius,super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum,& victima. Et labia earum palmi vnius,reflexa intrinsecus per circuitum. Super mẽsas autem carnes oblationis. Quæ verba diuus Gregorius hoc pacto exponit: Portarum nomine sancti p̃dicatores intelligi possunt,vt vestibuli portæ sit populus. Qui dum mente humili verba p̃dicationis suscipit,in eo mensæ ad sacrificium ex virtute cõstruuntur. Rursum nihil obstat, si portam accipimus hoc quod nobis per ora prędicantium sacri eloquij intellectus aperitur,vt vestibulum portæ eiusdem nobis prædicationis verba sint, q̃ prius humiliter accipimus,vt post ad sacri eloquij intelligentiam veniamus. Sit itaq; nobis porta interior testamentum nouum, porta vero exterior testamentum vetus: quia & hoc spiritalem intellectum aperit,& illud rudibus adhuc mẽtibus in historia sacri eloquij literam custodit. Habet autem porta interior in magna iam multitudine fidelium populorum duo latera,videlicet dilectionem dei,& dilectionem proximi. Binæ autem mensæ sunt hinc,& inde: quia in dilectione dei necessario tenẽda est fides,& vita: in dilectione autem proximi debet summopere patientia,& benignitas custodiri. Est enim in dilectione dei necessaria fides,& vita,quia videlicet scriptum est: Sine fide impossibile est placere Deo. Et rursus scriptum est: Fides sine operibus mortua est. Est autem in dilectione proximi nobis patientia,& benignitas conseruanda, quia de eadẽ dilectione scriptũ est: Charitas patiens est,benigna est. Patiẽs scilicet,vt illata à proximis mala æquanimiter portet. Benigna autem,vt sua bona proximis desiderabiliter impendat. Habet quoq; porta exterior,videlicet lex,duo latera,spirituales patres,& carnalem populum. In quibus singulis binæ mensæ sunt,quia habet in spiritalibus patribus doctrinam, & prophetiã, haber incarnali populo circuncisionem,& sacrificium. In his itaq; octo mensis immolatur,quia quicquid fides credit,quicquid vita in exemplo boni operis ostendit,quicquid patientia humiliter tolerat,quicquid benignitas largiter ministrat, quicquid doctrina salubriter docet,quicquid prophetia in posterum prędicit,quicquid circuncisio ad mandatum exterius ligauit,quicquid sacrificium ex deuotione offerentis egit,in omnipotentis Dei oculis hoc esse victimam ostendit. In lege enim etiam per carnale sacrificiũ, quid aliud populus, nisi deuotionem sui cordis immolabat? Notãdum vero, quod quatuor mensæ solummodo ad holocaustum fuisse memorantur,quas videlicet vestibuli portæ interioris accipimus,vt de reliquis quatuor sentiamus,quæ ad sacrificium constructæ fuerant, non ad holocaustum. Holocaustum enim,sicut præcedenti iam locutione professus sum,totum incensum dicitur. Et lex quidem Deum ac proximum diligi,divina mandata custodiri præcipit, ab alienarum rerum concupiscentia compescit,non tamẽ omnia dimitti iubet. In testamento autem nouo nos veritas contestatur,dicens: Nisi quis renunciauerit omnibus q̃ possidet,non potest meus esse discipulus. Atq; iterum dicit: Qui vult post me venire,abneget semetipsum. Mensæ ergo interioris portæ holocaustum habent,quia in viribus testamenti noui, quasi per holocaustum omnia incendimus, quando omnibus quæ huius mundi sunt renunciamus. Mensæ vero portæ exterioris sacrificium habent,sed holocaustum non habent,quia præcepta legalia decimas offerri iubent,sed omnia dimitti non iubent. De interioris vero vestibuli quatuor mensis dicitur: Vt immoletur super eas holocaustum & pro peccato,& pro delicto. Hoc etenim inter peccatum,& delictum distat,quod peccatum est mala facere,delictum vero est bona relinquere,quæ summopere sunt tenenda. Vel certe peccatum in opere est,delictũ in cogitatione. Recte ergo in interioris portæ quatuor mensis immolatur holocaustũ & pro p̃cõ,& pro delicto,quia quicunq; potuerit hoc ffens seculũ plenius contemnere,& derelinquens omnia, semetipsum domino holocaustum dare,ipse iam perfe-

Ezec.40.b

1.Cor.13.b

Luc.9.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ćte nouit,& peccata operis plangere.& peccata cogitatiõis, vel quid malum fecit,vel quod de
buit facere bonum,quod non fecit.Qui etenim totum dimisit,culpas suas in fletibus iam li-
berius conspicit.Quumq; eius mentem terrena cura non præpedit,pro opere simul,& cogi
tatione plangendo,mentẽ suam omnipotenti domino, quid aliud,q̃ holocaustum dedit?Neq;
hoc à ratione videtur extraneum,quod propheta,quum latus exterius diceret,& ostium por
tæ nominaret,addidit:Quæ pergit ad Aquilonem.In exteriori enim custodia literæ lex da-
ta tenebatur.Ostium vero portæ est ipse historicus intellectus legis,qui ad domini timorẽ du
cit.Quæ porta ad Aquilonem pergere dicitur, quia lex eadem sub timore mortis frigida lu-
daici populi corda constrinxit.Quasi enim per calorem ille populus curaret, si præcepta do-
minica ex amore seruasset. Sed quia sub timore mortis propositæ literam custodiuit,quasi in
torpore frigoris remansit. Vnde nouis populis æterna præmia amantibus,non autem tempo
Rom.8.c ralia tormenta timentibus,atq; iam calentibus dicitur:Non accepistis spiritum seruitutis ite
rum in timore,sed spiritum adoptiõis,in quo clamamus,abba pater.Dicatur autem: Quatuor
mensæ hinc,& quatuor mensę inde per latera portæ.Dum enim fides,& vita,doctrina,& pro
phetia in bonorum mẽtibus custoditur,porta nostra,id est,intellectus sacri eloquij, quatuor ex
latere mensas habet.Quumq; in proficientibus populis sancta prædicatio patientiam,& be-
nignitatem seruat,quæ prius in carnalibus circuncisionem, & sacrificium custodiunt. Mensæ
quoq; quatuor,quasi ex alio latere monstrantur.Quæ simul omnes octo ad immolandum si-
unt,quatuor videlicet interiores ad holocaustum,quatuor vero exteriores ad sacrificiũ.Quia
& hi qui in sancta ecclesia fidem,vitam,patientiam,atq; benignitatem custodiũt. summis iam
proculdubio virtutibus pollent. Et hi qui in synagoga doctrinam,& propheţiam,circuncisio
nem & sacrificium cognouerunt,alia offerendo,atq; sibimetipsis alia retinendo,deuotionis vi
ctimam omnipotenti domino dederunt.Et infra:Sed quia hæc moraliter diximus,restat ad-
huc,vt easdem mensas per intelligentiam typicam perscrutemur.Porta enim nostra in inte-
riori vestibulo quatuor mensas habet, quia sancta ecclesia ad eruditionem fidelium populorũ,
quatuor regentium ordines accipit, quos Paulus ex dono omnipotentis dei enumerat,dicẽs:
1.Cor.12.d Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas , alios vero euangelistas,
Ephe 4.b. alios autem pastores,& doctores.Pastores vero,& doctores vnum regentium ordinẽ nomi-
nat,quia gregem Dei ipse veraciter pascit,qui docet. Habuit quoq; & porta exterior mensas
quatuor,quia videlicet synagoga, obsequij exterioris obseruantiam per principes sacerdotũ,
& seniores populi,per scribas atq; pharisæos tenuit . Qui scilicet pharisæi, etiam legis docto-
res vocati sunt.Siue autem exteriori , seu interiori portæ duæ mensæ hinc sunt,& duæ in-
de,quia in exordijs suis sancta ecclesia apostolos & prophetas habuit. Prophetas autem dici-
mus nõ eos qui in veteri populo fuerant, sed eos qui in sancta ecclesia post apostolos sunt ex-
orti.Posteriori quoq; tempore quod nunc est,habet euangelistas atq; doctores . Quia vero
euangelium bonum nuncium dicitur,Euangelistas vtiq; appellamus , qui rudibus populis bo
na patriæ cœlestis annunciant.Qui videlicet euangelistæ,atq; doctores,& priori quidem tem
pore fuerunt,sed & nunc vsq; domino largiente permanent,quia adhuc quotidie & infideles
populos ad fidem trahi,& fideles quosq; in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus.
Apostoli vero,& prophetæ ab hoc tempore præsentibus sublati sunt,atq; ideo dicimus,quia
mensæ hæ portæ nostræ,id est sanctæ ecclesiæ,quasi in alio latere fuerũt.Habet & porta,quæ
pergit ad Aquilonem,duas mensas hinc,& duas inde,eosdem quos diximus principes sacerdo
tum ,& seniores populi in maiori autoritate reginimis , scribas quoq; & pharisæos qui tudi illi
populo minori loco præfuerũt.Sed hæ mensę iuxta portam sunt, quę ad Aquilonem pergit,
quia quum quatuor isti ordines populo præessent, synagoga in persecutiõe redemptoris no
strisæuiens ad torporem perfidiæ prorupit.Quæ tamen mensę habuerunt sacrificium, quod
iuxta solam literam tenuerunt, vnde & ad torporem frigoris lapsi sunt , quia flamma spiritus
succensi non sunt.Interiores autem mensæ holocaustũ non habent, quia fuie in cordibus Apo
stolorum,atq; prophetarum,seu in mente euãgelistarũ,atq; doctorũ, ignis spiritus & arsit,et
ardet.Et Cassiodorus exponens illud Psalmistę,Parasti in cõspectu meo mẽsam aduersus eos
qui tribulant me:Septimę(inquit)gratulationis numerus adhibetur, quũ dicit:Parasti in con
spectu,id est,p̃destinasti altare sctm̃,quod cuncta videt ecclesia,quod circundat populus Chri
stianus.Mensa em̃ à mense dicta est,quia eodẽ die cõuiuia ritu gentiũ exercebantur. Ecclesiæ
vero mensa,est beata cõmunicatio,epulatio felix,saturitas fidei esca cęlestis.Verũ istã mensam
aduersus eos paratã esse manifestũ est , qui in aliqua puersitate demersi,ecclesiã Dei suo grauit
errore cõtristant.De qbus Apostolus dicit:Qui manducat indigne,iudiciũ sibi mãducat & bi

bit,non dijudicans corpus domini,datum scilicet ad remissionem peccatorum,& vitam perpe 1.Cor.10.d
tuam possidendam. Memento autem,quod mensa & in bono,& in malo ponitur:Sicut dicit
Apostolus:Non potestis communicare mensæ domini,& mensę dæmoniorum. Et diuus Am
brosius libro de Helia & ieiunio , capite decimo:Mystica(inquit)mensa ieiunio comparatur.
Illa mensa , de qua dicit Dauid:Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos , qui tribulant
me. Mensa ista famis acquiri precio:& poculum illud inebrians sobrietate,cœlestium sacra-
mentorum siti quæritur.Dixit enim dominus:Qui sitistis,ite ad aquam:& quicunq; non habe
tis argentum,ite,& emite,& bibite &manducate.Et alibi ait.Ecce qui seruiunt mihi,mandu
cabunt:vos vero esurietis.Qui vos,nisi qui ante potastis? De quibus supra dixit:Parastis dæ- Esa.65.c.
moniis mensam,& implestis fortunæ poculum . Ergo si ad mensam illam venerabilem ieiunia
sancta nos perducunt,si hac fame,illa quæ sunt æterna,mercamur,quid de his dubitamus,quę
in vsu humano sunt,quod etiam suauiora hæc nobis faciat ieiunium? Nõ autem omnis fames
acceptabile ieiunium facit,sed fames quæ Dei timore suscipitur . Considera,Quadragesima to
tis præter sabbatum & dominicam ieiunatur diebus . Hoc ieiunium domini pascha conclu-
dit.Venit iam dies resurrectionis,baptizantur electi,veniunt ad altare , accipiunt sacramenta,
fitientes totis hauriunt venis.Merito dicunt singuli refecti spiritali cibo,& spiritali potu:Para
sti in conspectu mensam,& poculum tuum inebrians,quàm præclarum est.

De eadem mensa. Caput LI.

ORigenes quoq; libro viij.in epistolam ad Romanos,exponẽs illud Dauidicum,Fiat men- Psal.68.a
sa eorũ coram ipsis in laqueum &c.Nunc(inquit)de mensa, quæ in laqueum,& in capti-
onem,& in scandalũ,& in retributionem eis fieri dicitur : videamus.Sed primo ad eos pauca
dicenda sunt,qui allegorias in scripturis diuinis refutant , & irridere solent eos qui non in o-
mnibus sequuntur historicum sensum.Dicant ergo nobis,si mensam hic Iudęorum illam dicit
propheta,in qua prandere,vel cœnare solẽt,vt ipsa eis fiat in laqueum, vt capiat eos,vel si ipsa
mensa efficiatur eis in retributionem,vt ab ipsa,pro his quæ deliquerunt,recipiant vltionem,
vel qũo eis in scandalum sit,exponant.Quod si de his singulis explicare non valent ,& risum
suum in confusionem viderint versum,tunc nobiscum pariter veniant,& requirant de scriptu
ris diuinis qualiter mensa hæc Israel possit intelligi.Nobis igitur pro captu sensus nostri ita vi
detur,q̃ oẽs scripturæ,quæ ante aduentum domini erant apud Israel(primis enim illis credita
sunt eloquia dñi)& oñe q̃d appellatur vetus testamentũ,mensa est Israel.In qua mensa si quis
volebat edere verbũ dei,appositis sibi legis,& prophetarũ sermonibus pascebatur.Et hãc pu
to esse mẽsam,de qua dicit Salomon:Si sederis cœnare ad mẽsam potentis,diligenter intellige
q̃ apponuntur tibi ,& mitte manũ tuã,sciẽs, quia talia te parare oportet.Sed & saluator vbi di
cit:Quũ mãducaueritis,& biberitis ad mẽsam meã,qd aliud mensam eius intelligimus,nisi vbi
dignos,& eos qui capere possunt verbũ sapiẽtię,& rerũ scientia docere? Hoc & in Prouerbijs
Salomon de sapientia protestatur dicens:Sapientia ędificauit sibi domũ,& suppossuit septẽ co-
lumnas,immolauit victimas suas,miscuit in cratera vinũ suũ,& parauit mẽsam suã. Ois ergo scri
ptura mẽsa est sapiẽtię.Sed videamus qũo hãc mẽsam orat Dauid fieri Israeliticis incredulis in
cõspectu eorũ in laqueũ,& in scãdalũ,& in captionẽ,& in retributionẽ. Fit eis in laqueũ scri-
ptura diuina,quũ legũt ea q̃ de Christo ꝓphetata sunt.Hic ędificabit ciuitatẽ meã,& captiui-
tatẽ populi mei cõuertet,& dicũt nõ esse hęc sub Iesu cõpleta.Neq; em̃ ędificauit(vt aiũt)ciui
tatem dei,neq; captiuitatẽ populi reuocauit. Sed hęc dicunt quia sedentes ad mensam potẽtis
non faciunt illud q̃d admonuit Salomon,q̃ intelligibiliter intelligant,q̃ appolita sunt eis.Non
em̃ visibiliter hæc,sed intelligibiliter,hoc est,spiritaliter,facturus est Christus,& prophetatus
est Christus.Nam ædificauit vere ciuitatẽ dei,sed ex lapidibus viuis, in quibus suscitauit filios
Abrahæ , ex ipsis ædificauit Ecclesiam DEI, vt conuertat captiuitatem populi,eorum ,quos
in peccatis captos diabolus detinebat.Illis ergo non ita intelligentibus, mensa hæc scripturæ
diuinæ facta est in laqueum,& in captionem. Potest autem & illa captio mensæ huius videri
quia dominus eos cepit,quum dixit ad eos : Quid vobis videtur de Christo,cuius filius est? At
illi respondẽrũt:Dauid.Et dominus:Quomodo(inquit) Dauid vocat eum dominum,dicẽs:
Dixit dominus domino meo? Et non potuerunt ei respondere verbum. Fit autem & in retri-
butionem eis hæc mensa,vt breuiter dicam,secundũ verbum domini,quo ait: Putatis,q̃ ego
accusem vos apud patrem? Est qui accuset vos,Moyses. Et secundum illud quod Apostolus di
cit:Quicunq; per legem peccauerunt,per legem iudicabuntur. Fit autem & in scandalũ men
sa hæc hoc modo,Ex scripturis didicerant Iudæi, quia Christus manet in æternum , Iesum ve
ro videntes in carne,& non solum in carne,sed etiã in morte,& morte crucis,scãdalizabant in

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum,nescientes,quia passus est ex infirmitate carnis,sed viuit ex virtute. Dei. Hæc ergo singula,quia nõ intelligibiliter acceperũt,quę apposita sunt eis ad mensam potentis,scãdalizati sunt, & ipsa mensa scripturarum diuinarum facta est in scandalum eis & obscurati sunt oculi eorum, secundum ea,quæ supra diximus,& dorsum eorum curuatum est semper. Neque enim debent vltra cœlum aspicere,qui in creatorem cœli peccauerunt,& in dominũ maiestatis. Sed & vnicuiq; nostrum verendum est,ne forte hæc diuinorum mensa verborum,ad quam videmur cõ sedisse,vt cibũ verbi Dei pro possibilitate sumamus,fiat in laqueum,vel,in retributionem, vel in scandalum,si non intelligibiliter,& vt dignum est mundos ex ea & puros,ac spirituales cibos sapientię capiamus,etiam illud pariter obseruantes,ne immundis & sordidis vestimentis,id est, corpore,ac corde polluto ad mensam sapientiæ consideamus,per speciem futuri in cœlis conuiuij,iam nunc meditantes per conuersionem & pœnitentiã indumenta quotidie mundiora, & nuptialia p̃paremus,quibus vtentes aulam sapientiæ,thalamos filij regis intrare mereamur.

Hieronym. De mensa quoque require in dictione,Tabernaculum. Et diuus Hieronymus exponens illud Malachiæ,Ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum &c. vsq; mensa domini despecta est: corripit(inquit)sermo diuinus episcopos,atq; presbyteros,& diaconos negligentes,siue q̃niam genus sacerdotale,& regale sumus,omnes qui baptizati in Christo,Christi censemur nomine cur despiciant nomen Dei. Et interrogãtibus in quo despexerint nomen eius, causas demonstrat offensæ: Offertis(inquit)super altare meũ panem pollutum. Polluimus panem, id est,corpus Christi,quando indigni accedimus ad altare,& sordidi mundum sanguinem bibimus,& dicimus Mensa domini despecta est,non quod hoc aliquis audeat dicere,& quod impie cogitat scelerata voce proferre,sed opera peccatorum despiciunt mensam Dei. Possumus & aliter dicere: Doctor Ecclesiæ quispiritualem conficit panem,& cum populis diuidit si vel propter humanam gloriam,vel lucra sæculi,quæ gloriam consequuntur, loquatur in populis, & diuitibus blandiatur,& honoret peccatores,& iuxta Iacobum suscipiat eos, qui cum annulis aureis ad se veniunt,& pauperes sanctos repellat,nomen dei despicit,& panem polluit doctrinarum,& in ipsum Deum iacit contumelias,mensam scripturarum eius,mensis idolorum,secularisq; doctrinæ putans esse communem.

Quid mensis mystice significet. Cap. LII.

Gregor. lob 29.2. QVid mensis mystice significet,diuus inſinuat Gregori. libro Moralium xxx.cap.xx.& xxi.exponens illud Iob,Dinumerasti menses conceptus earum &c. Sancti (inquit) viri quum de profectu auditorum cogitant,quasi iam in vtero conceptionem portant. Sed quum nonnulla,quæ dicenda sunt,differunt,& aptum suis exhortationibus tempus quærunt,velut à partu,que fieri appetũt,in mensiũ prolixitate dilatantur. Et sæpe dum quædã quæ sentiunt,in tempestiue dicere audientibus nolunt,in ipsa tarditate proferendæ sententiæ,siue ad hæc quæ suadenda sunt,seu ad illa quæ increpanda,consilio altiori firmantur. Et dum cogitatur vita filiorum,nec tamen ante tempus lingua consilium mentis eijcit,quasi iam concepta soboles intra vterum crescit,vt ad auditorum notitiam tunc sententia cordis exeat,quando prolata voluiter quasi per congruum tempus partus viuat. Et quia hæc homines in magistrorum mente,quando vel quomodo agantur,ignorãt. Deus vero ad retributionis gloriam nõ solum effectum cõsiderat,sed etiam momenta cogitationum signat,recte ad beatum Iob dicitur: Dinumerasti menses conceptus earum: Subaudis: vt ego,qui,in sanctis prædicatoribus non solum fructus exteriorum operum sed ipsas diutinas cogitationes numero,qui,& eas ad retributionem seruo possunt per menses,quia congesti dies sunt,etiam multiplicatæ virtutes intelligi. In mensibus quoq; luna renascitur,nilq; obstat si per menses noua regenerationis creatura signetur. De qua Paulus Apostolus dicit: In Christo Iesu,neq; circuncisio aliquid valet,neque præputium, sed noua creatura. Sancti igitur viri,quum se ad prædicandum parant prius se interius virtutibus innouant vt ad hoc quod loquendo docent,viuendo concordent. Prius sua interna cõsiderant,atque à cunctis se vitiorum sordibus emundant,curantes summopere,vt contra iram patientiæ luce resplendeant,contra carnis luxuriam,etiam cordis mundicia fulgescant,contra torporem zelo candeant,contra confusos præcipitationis motus serena grauitate rutilent cõtra superbiam vera humilitate luceant,contra timorem radijs autoritatis clarescant. Quia ergo tanta in se prius studia congerunt,quasi in conceptu sanctæ prædicationis menses virtutum fiunt. Quos menses dominus solus dinumerat,quia eadem bona in eorum cordibus non nisi qui dedit,pensat. Et lib.xix.moral.cap.viij.exponẽs illud Iob,Quis mihi tribuat,vt sim iuxta menses priſtinos? Multa(inquit)talia sancta Ecclesia doloribus pressa dictura est. Tãtis q̃ppe illam futurũ est tribulationibus angustari,vt hæc tẽpora cũ magno suspirio desideret. quæ nos cum ma-

gno dolore toleramus. Dicat ergo,dicat per vocem beati Iob: Quis mihi tribuat,vt sim iuxta menses priſtinos? Quia enim statutus dierum numerus,mẽses vocantur, quid aliud nomine signat mensium,nisi collectiones animarum? Dies quippe dum colliguntur in mensibus,subtrahuntur,quia & in hoc tempore sancta ecclesia,dum veritatis luce splendentes animas colligit,in intimis abscondit. Aliquando etiã mẽsis pro perfectione ponitur,sicut pro qua dicta ait: Erit mensis ex mense: perfectio videlicet eis in requie,quibus nunc perfectio fuerit in operatione. Et lib.viij.cap.viij.exponens illud Iob,Sic & ego habui menses vacuos,& noctes laboriosas enumeraui mihi. Recte autem nequaquã dies,sed in eis menses vacuos habere se perhibet. Mensium quippe nomine,dierũ collectio,& summa signatur. Per diẽ ergo vnaquæq; actio exprimi potuit,per menses autem,actionum finis innuitur. Et sæpe,quum in hoc mundo aliquid agimus,intenta spei alacritate suspensi,hoc ipsum quod agimus, vacuum non putamus,sed postquam ad actionum terminum peruenimus,non obtinentes quod appetimus, laborasse nos inuacuum dolemus. Non solum igitur dies,sed & menses vacuos ducimus, quum nos in terrenis actibus sine fructu laborasse,non ex actionum principio,sed fine pensamus. Quum enim labores nostros aduersitas sequitur,quasi vitæ nostræ vacui mẽses arguuntur,quia ex completione actionum agnoscitur q̃ fruſtra in actionibus fudabatur. Sed quia in sacro eloquio nonnunquam nox pro ignorantia ponitur, Paulo attestante, qui venturã vitã scientibus discipulis dicit: Omnes vos filij lucis estis, & filij diei,non sumus noctis,neq; tenebrarum,quibus p̃misit: Vos autẽ fratres non estis in tenebris,vt vos dies illa,tanq̃ fur cõprehendat. potest hoc in loco ex eorum persona,vox sanctæ ecclesiæ accipi, qui post ignorantiæ suæ caliginem,ad amorem rectitudinis redeũt & veritatis radijs illuſtrati, fletibus diluunt q̃d erraverunt. Illuminatus etenim quisq; respicit,q̃ turpe fuerit q̃d pro p̃sentis vitæ amore laborauit.

Quid meretrix mystice significet. Cap. LIII.

Origenes QVid meretrix mystice significet, Origenes homilia tertia super Iesum Naue insinuat, hoc pacto scribens: Mittuntur ab Iesu exploratores in Hiericho,& suscipiuntur à meretrice Raab. Exploratores isti qui mittuntur ante faciem Iesu,possunt & angeli Dei putari,si aliter scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,qui prẽparet vias tuas. Quod per alios quidem invisibiliter,per Ioannem vero visibiliter complebatur. De quo & hoc scriptum est. Denique de Ioannis baptismo dicitur à domino: Quia scribæ,& pharisæi non crediderunt ei. Meretrices autem, & publicani credentes baptizati sunt. Sic ergo etiam in hoc completur,quod meretrix Iesu exploratores susceperit,per quos & de interitu totius inimicę gentis referẽ erepta. Sed videamus quidẽ,quę est meretrix q̃ Raab dicitur. Raab interpretatur latitudo. Quæ est ergo latitudo,nisi ecclesia hæc Christi,q̃ ex peccatoribus velut ex meretrici one collecta est? Et dicit: Angustus mihi est locus,fac mihi locum vbi habitẽ. Hos aũt mihi quis enutriuit? Et iterum ad quam dicitur: Dilata pedes tuos & extende tentoria tua. Ista ergo latitudo est,quæ suscepit exploratores Iesu. Scio me aliquando in quadam ecclesia disputantẽ de duabus meretricibus,de quibus scriptũ est in tertio libro Regnorum,quę ad iudicium venerant Salomonis,quarum vna viuum, alia mortuum habebat infantem, discussisse diligentius, & dixisse,quia illa meretrix hæc esset cui Salomon non ille,sed hic,qui pacem venit facere eorum,quæ in cœlis sunt,& quæ in terris,reddi viuum iussit infantem. Illa vero alia, quæ mortuum habebat infantem, vel illius esset prioris populi synagoga,vel eorum,qui in hæresim declinarunt. Est & alia meretrix,quam in Osee iubetur accipere propheta,in figura sine dubio huius,quæ ex gentibus congregata est. Talis ergo & hæc meretrix esse dicitur, quæ exploratores suscepit Iesu. Sed hæc susceptos eos in superioribus collocat,atque in æditis,& excelsis fidei constituit sacramentis. Nemo enim,qui ab IESV mittitur,inuenit deorsum,& humi iacens,sed in superioribus permanet,& excelsis, sed & ista meretrix,quæ eos suscepit,ex meretrice efficitur iam propheta. Dicit enim: Scio,quia dominus DEVS vester tradidit vobis terram hanc. Vides quomodo illa,quæ aliquando erat meretrix,& impia,& immunda,nunc iam spiritu sancto repleta est,& de præteritis quidem confitetur,de præsentibus vero credit, prophetat autem,& prænunciat de futuris. Sic ergo Raab, quæ latitudo interpretatur,dilatatur & proficit,vsquequo in omnem terram exeat sonus eius. Sed videamus quid egit cum exploratoribus ista sapiens meretrix. Consilium eis dat mysticum,& cœleste,nihil habens terrenum. Per montana(inquit)abite,nolite per valles incedere,humilia,& deiecta refugite,q̃ excelsa sunt,& sublimia p̃dicate. Ipsa autem signum coccineũ ponit in domo sua,per quod saluari de excidio debeat ciuitatis. Aliud nullũ fuit signum quod acciperet,nisi coccineũ,quod sanguinis formã gerebat,Sciebat eẽ quia nulli esset salus,nisi in sanguine Christi. Datur etiã hoc

Osee.1.b

Iosue.2.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

mandatum huic,quę quondam meritrix fuit. Omnes(inquit)qui inuẽti fuerint in domo tua, saluabuntur. Qui autem exierint de domo,impunes sumus nos ab hoc iuramento tuo. Si quis ergo saluari vult,veniat in hanc domum huius,quę quondam meretrix fuit. Etiam si de illo populo vult aliquis saluari,ad hãc domum veniat,vt salutem consequi possit. Ad hanc veniat domum,in qua Christi sanguis in signo redemtionis est. Nam apud illos qui dixerunt:Sanguis eius super nos,& super filios nostros,Christi sanguis in condemnatione est. Positus enim fuerat Iesus in ruina & resurrectione multorum,&ideo contradicentibus signo eius efficitur sanguis eius ad pœnam,credentibus ad salutem. Nemo ergo sibi persuadeat,nemo semetipsum decipiat,extra hanc domum,id est,extra Ecclesiam nemo saluatur. Nam si quis foras exierit, mortis suæ ipse fit reus. Hic sanguis est signum , quia hic est purificatio,quæ per sanguinem constat. Quod autem in fenestra dependet hoc signum,illud arbitror indicari,quia fenestra est, quę illuminat domum,& per quam non integrum,sed tantum quantum oculis,& visui nostro sufficiat luminis,capimus. Quia ergo & incarnatio saluatoris non nobis merum ingessit, & integrum deitatis aspectum,sed tãquam per fenestras fecit nos per incarnationem suam lumẽ deitatis aspicere,idcirco mihi videtur signum salutis per fenestram datum. Quo signo,salutẽ consequantur omnes,qui in domo eius,quæ aliquando erat meretrix,fuerint inuenti,mundati in aqua,& spiritu sancto,& in sanguine domini,& saluatoris nostri Iesu Christi: Et homilia septima:Subuersa Hiericho,Raab meretrix saluatur sola. Sic enim scriptũ est, de ea. Et Raab meretricem,& omnem domum patris eius viuificauit Iesus. & adiecta est ad Israel,vsq; in Hodiernum diem. Vellem requirere à Iudęis,& ab his,qui Christiani quidẽ dicũtur, sed in scripturis adhuc sensum Iudaicum seruãt,qũo Raab meretricem adiectã esse domui Israel vsq; in hodiernum diem,exponant. Quomodo Raab vsq; in hodiernum diem adiecta esse dicitur? Hoc est scripturæ sanctæ moris est dicere de his,quæ vsq; ad finem,vel vitæ,vel seculi permanent. Verbi causa:vt ait:Hic pater est Moabitarum vsq; in hodiernũ diem. Quod significat vsq; in finẽ
Gen.19.g sæculi. Et iterum dicitur in Euangelio:Quia diffamatus est sermo hic apud Iudæos vsq; in hodiernum diem:id est,vsquequo seculũ stat. Raab vero meretrix qũo adiecta dicitur domui Israel vsq; in hodiernum diem? Nunquid matri successio posteritatis adscribitur, vt videatur in solis reparatione seruari? An illud magis intelligendum est q̃ vero Israeli adiuncta, ac sociata est vsq; in hodiernum diem? Et si vis manifestius videre quomõ Raab adiungitur Israeli,intue re quomodo ramus oleastri inseritur in radicem bonæ oliuæ,& intelliges quomodo ij,qui inserti sunt fidei Abrahæ,& Isaac,& Iacob,recte appositi dicuntur,& adiecti ad Israel vsq; in hodiernum diem,quia in illorum radices nos rami oleastri ex gentibus assumpti,qui aliquando mere tricabamur, lign, & lapidem pro Deo colentes appositi sumus vsq; in hodiernũ diem. Et facti sumus propter fidem Christi nos sursum,ille autem populus,qui permansit in incredulitate,deorsum secundum Deuteronomĩ prophetiam. Si quis ergo habet in se Christũ,qui est omnium caput,hic efficitur in caput. Illi enim negauerunt Christum Iesum , & effecti sunt incaudam. Et qui erant primi,facti sunt nouissimi.

Quid meridies mistice significet. Cap. LIIII

Origenes Can.1.b. QVid meridies mystice significet,Origenes indicat,exponens illud Canticorum. Annuncia mihi vbi pascis,vbi cubile habes in meridie: Cupiens (inquit)tempus illud,quo copiosius mundo lumen infunditur,quo magis merus est dies,& purior , & florulentior est lux. Tunc,inquit,annuncia mihi o tu quem diligit anima mea,vbi pascis,vbi cubile habes in meridie,ne forte efficiar,vt adoperta super greges sodalium tuorum. Nouo nunc nomine sponsa appellauit sponsum. Sciens enim ipsum esse filium charitatis,imo ipsum esse charitatem , quæ ex Deo est, quasi vocabulum ei istud posuit: Quem dilexit anima mea,& tamen non dixit:
Mat.22.d Quem dilexi:sed quem dilexit anima mea,sciens non qualicunq; dilectione,sed ex tota anima, & totis viribus,& ex toto corde habendam esse dilectionem sponsi. Vbi pascis, (inquit) & vbi cubile habes. Puto autẽ,quod & propheta de hoc loco,quem nunc sponsa discere ab sponso desyderat,& audire,etiam ipse sub eodem positus pastore dicat:Dominus regit me:siue,vt in alijs legimus:Dominus pascit me,& nihil mihi deerit &c. Et infra:Hunc etiam nunc sponsa percontatur,vt ab eo audiat,& discat in quibus pascuis oues agat,vel in quibus amœnitatibus meridianus percurrat æstus,meridiem appellans illa scilicet cordis secreta,quibus clariorem scientiæ lucem à verbo Dei anima consequitur. Hoc enim tempus est, quo sol excelsiorem circuitum suarum secreta manifestat,amœna eam pascua,cubiliaq; meridiana videbitur edocere. Nam quum adhuc initia habet discendi,& prima(vt ita dicam)ab eo scientiæ suscipit rudimẽta tunc

ta tunc dicit propheta:Et adiuuabit eam mane diluculo. Nunc ergo,quia perfectiora iam quærit,& excelsiora desyderat,meridianũ scientiæ lumen exposcit. Hinc puto & Abrahæ post multas eruditiones,quibus apparens ei Deus imbuit eum de singulis,& docuit:post refertur, quia visus sit ei Deus ad quærcum Mambre sedenti ad ostium tabernaculi sui meridie. Sed respiciẽs Gen.18.a.
(inquit)oculis suis videt,& ecce tres viri stabant super eum. Quod si credimus hæc per spiritum sanctum non puto frustra placuisse diuino spiritui,vt etiam tempus,& hora visionis,scripturæ paginis mandaretur,nisi & horæ istius,& temporis ratio aliquid conferret ad sciẽtiam filijs Abrahæ,quibus vtiq; sicut opera Abrahæ facienda,ita & visitationes istæ sperandæ sunt. Qui
1.Cor.13.d enim potest dicere:Nox præcessit,dies autem appropinquauit,sic vt in die honeste ambulemus,non in commessationibus,& ebrietatibus,non in cubilibus,& impudicitijs, non incontẽtione,&ęmulatione,quum hæc omnia transierit supergressus videbitur tempus hoc quod nox præcessit,& dies appropinquauit,& festinare non ad initium diei sed ad meridiem, vt & ipse ad gratiam perueniat Abrahæ. Si enim lux,quæ in ipso est mentis,& puritas cordis clara fuerit,& splendida,iste meridianum tempus in semetipso habere videbitur,& per hanc puritatem cordis quasi in meridie positus Deum videbit,sedens ad quærcum Mambræ,quod ad visionẽ interpretatur. Apud ergo visionem sedet in meridie,qui vacat ad videndum Deum. Inde de-
Gen 43.d nique non dicitur intra tabernaculum sed foris ad ostium sedere tabernaculi. Foris erenim est extra corpus posita mẽs eius,qui longe est à corporalibus cogitationibus,longe à carnalibus desideriis & ideo ab his omnibus foris positum visitat Deus. Eiusdem quoq; mysterij quod & Ioseph,quum & fratres suos suscepisset in Aegypto,in meridie eos pascit,&in meridie adorãt eum cum muneribus. Propterea denique puto,& de his quę Iudæi in saluatorem commiserũt, nullum Euangelistarum voluisse scribere,quia meridie hæc gesta sunt,quum vtiq; sexta hora
Mat.27.d non aliud quam meridianum tempus ostendat,nullus tamen meridiem nominauit. Sed Matheus ita dixit: Ab hora autem sexta tenebræ factæ sunt super omnem terram,vsq; in horam nonam. Lucas vero: Erat iam quasi hora sexta,&,tenebræ factæ sunt super omnem terrã,vsq; in horam nonam deficiente sole. Sed & Marcus : Quum autem esset facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super omnem terram vsq; in horam nonam. Vnde apparet,quia in visitatione quidẽ Abrahæ,& in conuiuio patriarcharum apud Ioseph nõ indigebat,vt tẽpus istud sub nomine sexti numeri significaretur,sed vt meridies diceretur. Volebat enim sponsa,quę iam tũc in illis adumbrabatur, discere vbi pasceret sponsus,& vbi haberet cubile,& ideo meridiem nominat. Euangelistæ vero in his quæ narrabant,non meridianum tempus, sed horæ sextæ numerum requirebant ad enarrandum scilicet sacrificium hostiæ eius, quæ oblata est in die pasch pro redemptione hominis,qui in die sexta formatus est à Deo posteaquam terra produxit animam viuentem secundum genus,quadrupedia & repentia,& bestias terræ. Ob hoc igitur in præsenti loco illuminari sponsa desyderat pleno scientiæ lumine,ne per imperitiam errans,in aliquo similis efficiatur illis doctorum scholis,quæ non per ipsam Dei sapientiam,sed p philosophorum & principum huius mundi exercentur. Hoc enim & Apostolus dicere videtur in eo,vbi ait:Quia loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam quam nemo prin-
1.Cor.2.b cipum huius mundi cognouit. Et iterum hæc eadem significat,quum dicit:Non enim spiritum huius mundi accepimus,sed spiritũ qui ex Deo est,vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Ob hoc ergo requirit sponsa,CHRISTI meridiana cubilia & plenitudinem scientiæ posci à Deo,ne videatur esse sicut vna ex philosophorum scholis,quæ adoperta nominatur pro eo quod plenitudo veritatis apud eos tecta est & adoperta. Sponsa autem Christi dicit:Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculamur. Et diuus Gregorius exponens illud Cã Can.1.b.
Ibidem torum,Indica mihi quem diligit anima mea,vbi pascas,vbi cubes in meridie:In meridie(inquit) CHRISTVS sub umbra pascit, & cubat:quia in refrigeratione spiritus sancti sibi quasi requiem,& pastum parat(alias quærit). Per meridiem quippe ardor vitiorum exprimitur. Per vmbram vero spiritalis gratiæ flatus designatur. Meridie ergo feruente in vmbra Christus requiescit,quia dum in reprobis æstus vitiorum flagrat,ipse sponsæ suæ spiritum refrigerij tribuit,& in ea sibi delectabilem locum quietis efficit. Sed hoc sibi sponsa indicari deposcit,quod nulli vnquam declaratur,nisi ei eidem(alias eiusdem sanctificatricis gratiæ munus percipit. Quare vero ad hæc percipienda æstuet,manifestatur,quum subditur: Ne vagaris incipiã post greges sodaliũ tuorũ. Et Rupertus exponẽs illud propheticũ,Et erit indie illa,di
Ruperius cet dñs,occidet sol in meridie,& tenebrescere faciã terram in die luminis: Quis enim (inquit)ẽ iste sol,nisi sol iustitiæ Christus,sol verus,& æternus,q in ista die in isto tẽpore,mundũ vniuersum illuminauit,&quãdo cœpit iste dies luminis,nisi quãdo visitauit nos oriens ex alto,sol iste,

quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem miro modo Maria, id est, maris stella peperit? Nox erat, & stella cõsurgens de spiritu creatoris sui concepit, quum parvula esset magnum solem peperit, & exinde est dies luminis: meridies autem ex quo idem sol exaltatus est à terra, & resurgens à mortuis, in cœlum ascendit. In isto meridie siue die luminis dominus teram, id est, Iudæam tenebrescere fecit, vt iam nõ dicantur, aut sint Iudæi sed Aegyptij, id est, tenebrosi, & cæci, quia sol Christus illis occidit, eo q̃ non credant, quod mortuus resurrexerit. Huius obscurationis & cecitatis cordium illorum signum illud fuit, quod meridie, id est, hora sexta, dum crucifixissent illum, iste diuinus siue quotidianus sol obscuratus est, & tenebræ super terram factę sunt. Tantum scelus in festiuitate sua, quæ dicitur phase, id est, pascha, commiserunt.

Quid messis mystice significet. Cap. LV.

Gregorius lob. 18. 2

MEssis quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro moralium xiij. cap. x. exponens illud Iob Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. Quid (inquit) radicum nomine, quæ in occulto sitæ sunt, & germen in apertum ferunt, nisi cogitationes accipimus, quę dum non videntur in corde, visibilia opera producũt? Vnde & messis nomine eadem aperta operatio signatur, quę videlicet ex latenti radice producitur. Et quia omnis iniquus prius in cogitationibus tentationum arescit, & postea à bonis actibus deficit, recte dicitur: Deorsum &c. quia dum prauus quisque cogitationes suas in ĩfimis rebus ponit, & sempiternæ viriditatis gaudia appetere negligit, quid aliud quam radices suas deorsum sic cari permittit? Cuius sursum messis atteritur, quia omnis eius operatio à superno iudicio, quasi nihilum deputatur, etiam si ante humanos oculos bona videatur. In imo itaq; radices sunt, & superius messis, quia hic prius bonas cogitationes mittimus, vt quandoq; bonorum operũ fructus percipere in æterna retributione mereamur. Sed iniquus quisq; quũ bonas cogitationes deserit, & ad ea q̃ sunt exterius semetipsum fundit, deorsum siccantur radices eius. Sursum vero messis eius atteritur, quoniam qui hic sterilis perstitit, post hanc vitam ad nulla præmia vocatur. De messe require in dictione Frumentum, & indictione, Lignum. Et idem diuus Gregorius libro Moraliũ xix. cap. xxvij. exponens illud Iob. Et ros morabitur in messione mea, hoc pacto scribit: Messio sanctæ ecclesiæ nõ inconuenienter accipitur, quum perfectæ animæ

Iob 39.c. corporibus abstractę velut maturæ segetes à terra decisæ ad cœlestia horrea demigrant, quod quia non nostra virtute, sed cœlesti gratia largiente agitur, bene ait: Et ros morabitur &c. Ros nanq; desuper cadit, messis deorsum colligitur. Ergo ros morabitur in messione, quia gratia desuper veniens agit, vt digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum bonorum operum ferimus. Vnde recte quoq; per Paulum dicitur: Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Si enim quæratur quid sit ros de

1. Cor. 15. d super veniens, ait: Gratia Dei sum id quod sum. Si intueamur messem sub rore crescẽtem, ait cap. iiij. exponens illud Iob. Cuius messem famelicus comedet. Habet enim stultus messem, qñ iniquus quisq; donum rectæ intelligentiæ accipit scripturæ sacre sententijs docetur, bona loquitur, sed tamen nullo modo hoc quod dicit, operatur, verba Dei profert, nec tamen diligit, laudando exaggerat, viuendo calcat. Quia ergo stultus iste recte & intelligit, & dicit, sed tamẽ hæc operando non amat, messem habendo, ieiunat. Quam nimirum famelicus comedit, quia is qui ad Deum sanctis desiderijs anhelat, discit quod audit, agit quod didicerit, & dum doctoris pravi recta prædicatione reficitur, quid aliud quam stulti fruge saturatur? An nõ famelicos superos veritas, vt stulti messem comederent admonebat, quum per desideria sancta flagrantibus, de pharisæis præcepit dicens: Quę dicunt facite, iuxta opera vero eorum nolite facere. Ac si aperte diceret: Verbi messem loquendo ex colunt, sed hanc male viuendo minime continuant. Vestram ergo famem messis ista reficiat, quia vobis hanc per fatuitatis suæ fastidium seruant. Et

Rupertus Rupertus, exponens illud Osee, Sed & Iuda pone messem tibi, quum conuertero captiuitatem populi mei. Ac si dicat: Dixi quidem in initio prophetici huius sermonis, quia non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino Deo suo, & hoc verum est. Nam Israelis, id est, decem tribuum captiuitas, de terra Assyriorum non reuocabitur: tua vero o Iuda trãsmigratio de Babilone est reducenda post annos lxx. Verũtamen quum conuertero illam captiuitatem populi mei, quum reduxero illos in terram suam, qui ex te superetunt digni, vt reliquiæ saluẽtur pro ipsorum fide & meritis, vsq; ad plenitudinem temporis, quo conuertenda est vniuersalis captiuitas omnis populi mei, per aduentum saluatoris Christi, tu Iuda pone messem tibi, quæ secanda erit, id est multitudinem filiorum male natorum, quibus multipliciter pullulabis, scito demetendã esse Romanorũ gla-

dijs, sicut nunc, imo magis quam nunc decem tribus demetuntur, & transferuntur ab Assirijs. Messis quoq; saluatore nostro interprete est cõsummatio sæculi, & messores sunt Angeli. Illud autem Apocalypsis: Mitte falcem &c. quoniam maturauit messis terræ, require in dictione Falx. Rupertus autem in commentarijs hoc pacto scribit: Mitte falcem tuam &c. Quærenda ergo est messis quam primo aduentu suo hic filius hominis messuerit. Nam de illa messe, q̃ intendit, dicens: Sinite vtraq; crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum, triticũ autẽ recondite in horreum meum. De illa (inquam) messe certũ est, quod finis sæculi sit. Dixit enim: Messis vero consummatio sæculi est: Messores autem sunt Angeli. Vbi ergo messis alia inuenitur? Nimirum vbi hic idem filius hominis fatigatus ex itinere, & sedens super puteum, fidem gentium paratam esse videns ad audiendum, dicebat discipulis suis: Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ Ioan. 4. d. sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Ego misi vos metere quod non seminastis: alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis. Qui nam sunt illi qui laborauerunt, vel qui seminauerunt, nisi Moses, & prophetæ, qui Christum venturum predixerunt? Porro alij in labores illorum introierunt, & facta illorum messuerunt, quia videlicet illi Christum quem prophetauerunt tempore suo non viderunt, Apostolorum autem beati oculi viderunt. Quũ ergo vt misset Christus, iam tempus messis extitit, vt videlicet, quẽadmodũ metendo plenũ frumẽti in spica separatur ab arida stipula, ita suscipiendo Christum viuificans spiritus separatur ab occidente litera. Itaq; exiens alter Angelus de templo, & clamans voce magna: Mitte (inqt) falcem tuam acutã, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Quis porro iste alter Angelus sit, Euãgelica filij hominis nobis insinuat autoritas, quum de ꝑcursore suo Ioãne dicit: Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetam. Hic enim ẽ de quo scriptũ est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Ergo Angelus Ioannes, & hic iccirco recte dicitur alter Angelus, quia & hic filius hois ad quem clamat, cuius præco, vel ꝑcursor est, Angelus dicitur sicut & prophe

Mat. 3 a in quo illud de Ioanne scriptum est, continuo dicit: Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator dominus, quem vos quæritis & Angelus testamenti, quẽ vos vultis. Hic alter Angelus exiuit de templo, imo & de templi illius manufacti vmbratico sacerdotio. Sacerdos namq; erat pater eius Zacharias, & secundum legem patri sacerdoti, filius sacerdos succedere iure debebat. At ipse exiuit, in desertum abijt, zonam pelliceam, & pilos camelorum præclaris illis sacerdotij stolis prætulit. Illic iuit clamare voce magna, supplicare magno desiderio vt eum, quem saluatuerat, exultando clausus in vtero videre & ostendere mereretur mundo. Videbat quippe illum facie, licet per spiritum prophetiæ sciret eum aduenisse. Quid ergo dicebat? Mitte falcem tuam acutã. Hoc est, manifestate in Israel, & prædica per temetipsum, & prædicando doce homines foris relinquere occidentem literam, & colligere viuificantem spiritum, & intelligere quod hactenus lex, & prophetæ prophetauerunt. Quare? Quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Quemadmodum in agris quandiu frumẽ non spica nondum plene formatum est, ad maturitatem perductum est, foris cum stipula manet, vbi autem permaturuit, tunc demum secatur, & stipula foris relicta intus comportatur. Ita quandiu venturus expectabatur, lex carnaliter obseruabatur, vbi autem tu aduenisti, iam te præsente, litera legis cum carnalibus Iudæis foris relinquenda, & spiritalis sensus intus colligendus est, ita vt verbi gratia, Sint cœlibes, & tamen nihilominus, imo multo melius attendant id quod dictum est: Maledictus omnis qui non facit semen in Israel. Tandiu clamauit donec illi ostensum est, vt veniret in aqua baptizans dato huiusce modi signo: Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Cumq; est, atque hoc signo manifestatus in Israel, extunc cœpit prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, Appropinquabit enim regnum cœlorum. Sequitur ergo: Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & messuit terram. Messis illius primitiæ Apostoli fuerũt, qui post illos omnes qui ex gente illa credentes relicta carnalium ceremoniarum arida stipula, gens spiritalem spiritaliter adimplere studuerunt. Porro de illis omnibus qui stipulam illam

Apoc. 14. a. per Christi persecuti sunt, eadem impietate qua ipsum occiderunt Christum, quale factum sit, scelus, habens & ipse falcem acutam. Et alius Angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius Angelus de altari qui habet potestatẽ super ignem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignem,clamauit voce magna ad eum qui habebat falcẽ acutã,dicens: Mitte falcem tuam acutã,& vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit Angelus falcem suam in terram,& vindemiauit vineam terræ,& misit in lacum iræ Dei magnum. & calcatus est lacus extra ciuitatem,& exiuit sanguis de lacu vsq; ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. Alius iste Angelus eundem significat Christum,iam per passionem mortis acquisitam habentem potestatem in cœlo,& in terra,quemadmodum dixit postquam resurrexit: Data est mihi omnis potestas in cœlo,& in terra. Hic in manu sua falcem acutam, id est in eadem potestate sua ineuitabilem habebat sententiam,videlicet,super inimicos suos Iudæos iusto iudicio proferendam,vt sicut prædixerat de illis,quum iam caderẽt in ore gladij & captiui ducerẽtur in omnes gentes. Ejusmodi falcem habens exiuit de templo,quod est in cœlo. Iam enim,qui
Heb.9.2. do venit ira eius super infelices Iudæos,circundante illos exercitu Romano ipse ascenderat in cœlum& intrauerat in illud tẽplum suum non manufactum,vbi nunc,sicut ipse Apostolus ait,
Iesus nost. assistit vultui Dei pro nobis pontifex factus in æternum. Et alius Angelus de altari,qui habebat potestatem super ignem,clamauit voce magna ei qui habebat falcem acutam,dicens: Mitte falcem tuam acutã,& vindemia botros vineæ terræ,quoniam maturæ sunt vuæ eius. Angelus qui hæc clamat,Moses recte intelligitur,qui Iudæos accusat. Ipse nanq; dominus quodam loco dixit eis: Nolite putare quod ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui accusat vos, Moses,in quo vos speratis. Iste nimirum clamauit,& accusauit botros amarissimos, scilicet Iudæos, qui dominum totius vineæ aceto mixto cum felle potauerant,& vsque in hodiernum diem accusare non desinit: exempli gratia,quoties legitur,aut canitur illud de cantico Deuteronomij: De vinea Sodomorum vinea eorum,& de suburbanis Gomorræ. Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi. Fel draconum vinum eorum,venenum aspidum insanabile. Hæc profecto quum dicit,clamat,& accusat vineam malo suo vindemiandam.

Origo. Quid millenarius numerus mistice significet. Cap. LVI.

QVid millenarius numerus mystice significet,diuus insinuat Gregorius,libro Moraliũ ix. cap. L exponens illud Iob Si voluerit contendere cum eo,non poterit respondere ei vnum pro mille: In scriptura sancta (inquit) millenarius numerus pro vniuersitate solet intelligi. Hinc etenim Psalmista ait: Verbi quod mandauit in mille generationes: quum profecto cõstet,quod ab ipso mundi exordio vsq; ad redemptoris aduentum,per Euangelistam nõ amplius quam septuaginta septem propagines numerentur. Quid ergo in millenario numero,nisi ad proferendam nouam sobolẽ,perfecta vniuersitas præscitæ generationis exprimitur? Hinc & per Iohannem dicitur: Et regnabunt cum eo mille annis,quia videlicet regnum sanctæ Ecclesiæ,vniuersitatis perfectione solidatur. Quia vero monas decies multiplicata in denariũ ducitur,denarius per semetipsum ductus in centenarium dilatatur,qui rursus per denariũ ductus in millenarium tenditur,quum ab vno incipimus,vt ad millenarium veniamus,quid hoc loco vnius appellatione,nisi bene viuendi initium,quid millenarij numeri amplitudine,nisi eiusdem bonæ vitæ perfectio designatur? Cum deo autem contendere,est nõ ei tribuere sed sibi gloriã suæ virtutis arrogare. Sed sanctus vir conspiciat,quia & qui summa iam dona percepit,si de acceptis extollitur,cuncta quæ acceperat,amittit,& dicat: Si voluerit contendere cũ eo,nõ poterit respondere ei vnum pro mille. Qui enim cum autore contendit, vnum pro mille respondere non sufficit,quia qui de perfectione se erigit,habere se bene viuendi,nec initium ostẽdit. Vnum nanq; pro mille respondere non possumus,quia quum de bonæ vitæ perfectione extollimur,hanc nos nec inchoasse monstramus. Et libro Moraliũ xviij. cap. xxvij. exponẽs illud Apocalypsis,Vidi Angelum descendentem de cœlo,habentem clauem abyssi,& catenã magnam in manu sua,& apprehendit draconem serpentem antiquum,qui est diabolus,& Sathanas, & ligauit eum per annos mille,& misit in abyssum,& clausit,& signauit super illum,vt non seducat amplius gentes,donec consummentur mille anni. Millenario etenim numero non quælibet amplius temporis,sed vniuersitatem,qua regnat Ecclesia,designauit. Antiquus autem serpẽs ligatus catena in abyssum mittitur: quia religatus à bonorum cordibus apud reproborũ mentes reclusus eis atrocius dominatur. Qui paulo post quoq; de puteo abyssi eduei describitur,
Apoc.20.2 de iniquorum cordibus nunc occulte seuientibus,tunc accepta contra Ecclesiam potestate,in vim apertæ persecutionis erumpet. Et libro xxxij. cap. xij. eadẽ Apocalypsis verba exponens Vidi Angelum descendentem &c. Ligatus quippe missus in abyssum perhibetur,quia retrusus in prauorum cordibus,potentia diuinæ dispensationis astringitur,ne inquantũ nocere valet,effrænetur,vt quamuis per eos occulte sæuiat,ad violentas tamen rapinas superbia nõ erumpat. Sed illic quomodo in fine mundi sit solucẽdus intimatur,quum dicitur: Et postquam cõsummati

summati fuerint mille anni,soluetur sathan de carcere suo,& exibit & seducet gentes. Millenario nanq; numero vniuersum pro perfectione sua hoc quantumlibet fit ecclesiæ sanctæ tempus exprimit. Quo peracto antiquus hostis suis viribus traditus,pauco quidẽ in tempore,sed in multa contra nos virtute laxatur. Quem quamuis sæuitia ad crudelitatem dilatet, superna tamen misericordia dierum breuitate coangustat. Hinc enim veritas per semetipsam dicit: Erit tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio mũdi vsq; modo, neq; fiet. Hinc rursum ait: Nisi breuiati fuissent dies illi,non fieret salua omnis caro. Quia enim & superbos nos,& infirmos dominus conspicit,dies quos singulariter malos intulit,misericorditer breuiatos dicit, profecto vt & superbiam terreat de aduersitate temporis,& infirmitatem refoueat de breuitate. Et lib xxij. cap. xxij. exponẽs illud Ezechielis. Mensus est cubitos mille,& transduxit me per aquam vsq; ad talos. Rursumq; mensus est mille,& transduxit me per aquam vsq; ad genua. Et mensus est mille,& transduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille,& transduxit me per torrentem,quem non potui pertransire,quoniam intumuerunt aquæ profundæ torrentis,qui non potest transuadari. Quid nanq; millenario numero,nisi collati muneris plenitudo signatur? Vir itaq; qui apparuit,mille cubitos metitur,& propheta per aquas vsq; ad talos ducitur,quia redemptor noster,quum nobis ad se conuersis boni exordij plenitudinẽ tribuit,donos spiritalis sapientiæ,prima nostri operis vestigia infundit. Aquam quippe vsq; ad talos venire,est iam nos per acceptam sapientiam desideratæ rectitudinis vestigia tenere. Qui rursum mille metitur,& propheta vsq; ad genua per aquam ducitur,quia quum boni operis plenitudo tribuitur,ad hoc vsq; nostra sapientia augetur,vt in prauis iam actibus minime fle- Mat.14.b
ctatur. Hinc nanq; per Paulum dicitur: Remissas manus,& dissoluta genua erigite,& gressus rectos facite pedibus vestris. Aqua ergo ad genua peruenit,quum nos percepta sapiẽtia,perfecte ad boni operis rectitudinem stringit. Qui iterum metitur mille,& propheta per aquã vsq; ad renes ducitur,quia videlicet tunc in nobis plenitudo operis excrescit,quando in nobis percepta sapientia omnem quoq;,in quantum est possibile,delectationem carnis extinxerit. Pfal.25.a
Nisi enim carnis delectatio esset in renibus. Psalmista minime dixisset: Vre renes meos,& cor meum. Aqua igitur ad renes venit,quum dulcedo sapientiæ,etiam incẽtiua carnis interimit, vt ea quæ vrere mentẽ poterant,delectationis incendia frigescant. Qui adhuc mensus est mille torrentem videlicet quem propheta pertransire non potuit, de quo etiam dicit, Quoniam intumuerunt aquæ profundæ torrentis,qui non potest transuadari. Percepta nanq; perfectione operis,ad contemplationem venitur. In qua scilicet contemplatione,dum mens in altum ducitur,subleuata videt in deo,quia non potest penetrare quod videt,& quasi tangit aquã torrentis,quã pertransire non valet,quia & intuetur speculando quod libeat,& tamen hoc ipsum perfecta non valet intueri quod libet. Propheta ergo quandoq; ad aquam peruenit,quã non pertransiit,quia ad contemplationem sapientiæ,quã ad extremum ducimur,ipsa eius immensitas,quæ ex se hominem subleuat,ad se humano animo plenam cognitionem negat,vt hanc & tangendo amet,& tamen nequaquam pertranseundo penetret. Et Rupertus exponens illud Apocalipsis,Et vidi angelum descendentem &c. Et iste Angelus,idẽ Christus est,sed aliud Rupertus Apoc.10.a
agens,imo negocium superius cœptum potenter adimplens. Neq; enim quod paulo ante significatum est,dicendo: Et vidi cœlum apertum,& ecce equus albus,idem repetitur nunc,dicendo: Et vidi angelum descendentem de cœlo,sed quod illic cœptum,hic significatur quali-ter sit peractum,& adhuc quod restat vsq; in finem seculi peragendum. Illic nanq; Christus de cœlo descendens in virginis vterum ad destruendum mortis imperium,& liberandos eos qui in inferno detinebantur. Hic itidẽ Christus de cœlo descendens significatur ad destruendum tenebrarum mundi principatum,ad liberandos eos,qui ad simulacra muta ignorantes ibant,prout ducebantur. Dicat ergo forte quis: Nunquid Christus postquam morte superata victor in cœlum ascendit,iterum huc inde descendit? Plane descendit,sed inuisibiliter. Descendit,non vt prius passibili humilitate,sed impassibili atq; inuisibili maiestate. Descẽsum illum totus orbis audiuit,descensionis illius sonus in omnem terram exiuit. An quãdo factus est repente de cœlo sonus tanq; aduenientis spiritus vehementis,& repleuit totam domum vbi erant sedentes,Christus de cœlo non descendit,Christus hunc mundum non visitauit? An separabilis Actu.2.a
est substantia,vel maiestas filij,& spiritus sancti,vt descendente ad homines spiritu sancto,filius dei non descẽderit? Certe & si non per circũscriptam humanitatis suæ formam descendit,at sine dubio per incircumscriptam diuinitatem suam,per ipsum quem dabat spiritum sanctum, & per eos quos inspirabat Apostolos ad visitandas gentes descendit. Quod si autoritas verbi huius quæritur,quod dicimus,descendit,in Psalmo propheta,quum dixisset de prædica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione apostolorum,& pœnitentia gentium.Commota est, & contremuit terra,& fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt,quoniam iratus est eis: Ascendit fumus in ira eius,& ignis à facie eius exarsit,carbones succensi sunt ab eo,continuo quasi quæreres,qualiter hoc factum fit vel fieri potuerit subiunxit:Inclinauit cælos, & descendit,id est,apostolos suos per spiritus sancti datum cælos,hominibus condescendere fecit,& per ipsos ad gentes descendit,gentibus innotuit.Igitur vidi(inquit) angelum descendentem de cælo,id est, Christũ rursus visitantem mundum dato spiritu sancto. Iam in illo descensu propter passionem mortis gloria,& honore coronatus fuerat,iam omnem in cælo, & in terra potestatem habebat,iam dominator vitæ,& mortis erat. Ait ergo:Habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Nam qui victor ab inferis iam dudum redierat,recte,& veraciter dictum, quia clauem abyssi habebat.Hinc est,quod in initio huius Apocalypsis,quum dixisset ipse:Et fui mortuus,& ecce sum viuus in secula seculorum,tunc demum addidit:Et habeo claues mortis,& inferni.Ipse nanq; prout voluit,& electos suos in illo descensu suo ad inferos eduxit,& reprobos inclusos reliquit,vt exire non possint.Et catenam,ait, magnam in manu sua id est potestatem ad alligandum,videlicet,& extrahendum foras diabolum,qui cubans in delubris gentium se pro deo coli faciebat. Hoc est quod continuo sequitur: Et apprehendit draconem serpentem antiquũ,qui est diabolus,& sathanas, & ligauit eum per mille annos.Palã est & ita ab effectis cõprobatum,q illũ apprehenderit,& ligauerit,vt de hoc aliquatenus dubitare dementiæ sit.Si enim ille ligatus à Christo non est, quo tam imbecillis iacet ex quo Christus passus est? Quo tot ab illo euadunt homines? Quomodo tam multis nõ dico grandeuis,& sapientibus viris,sed à pueris teneris; puellis illusus est? Consideremus quæ,& qualia in eũ per infirmas etates siue conditiones facta sunt, maximeque recolendo gesta,vel passiones martyrum,& delectabile spectaculum habemus. Quia non solum ligatus,verumetiam infatuatus est,nec solummodo catena magna stringuntur illi manus,& pedes,verumetiam sicut ad Iob factum se dñs promiserat,& nares perforatas in sudibus,& linguam fune ligatam, & circulum in naribus habet,& maxilla eius armilla perforata est.Inde est,q illudunt ei quasi aui nõ solum serui,sed etiã ancillæ dñi,quod concidunt eum amici,q diuidunt eum negociatores illi, quicũq; bonas margaritas quærentes,& vnam pretiosam euangelicæ veritatis margaritam inuenientes,compararunt illã datis omnibus suis.Quis dinumerare possit milia martyrum, multitudines confessorum,choros virginum,plebemq; omnium electorum,qui extunc vidẽte,& inuidente illo in cælum euolauerunt,& vidẽte,& retinere nõ valẽte illo,de tẽplorum eius sordibus eruperũt, sordesq; ipsas in oculos eius excutiẽtes,ad Deum verum trãsfugerunt? Vere igitur dictum, quia apprehẽdit,& ligauit eũ.Quid sibi velint tot noia tetra,qbus scriptura hæc illũ infamat,dicendo,draconem,serpentem antiquum,qui est diabolus,& sathanas, iam alio loco dictum,& hic breuiter iterandum est.Serpens idcirco dicitur, quia primum hominem decepit,serpẽtem animantem ingressus.Draco vero,quia extunc creuit,& multiplicata est in inuido malitia eius,& ita quasi de serpente qualicunq; draco magnus, draco vetus,siue antiquus effectus est. Diabolus quod interpretatur deorsum fluens idcirco,quia non seruauit suum principatum,sed relinquens suum domicilium,id est, cælum,defluxit in istum caliginosum aerem.Sathanas quod interpretatur aduersarius idcirco, quia voluntati creatoris mala semper intentione aduersatur, Istum ligauit per mille annos,id est,tempore aliquanto,siue per multos annos,vt soleat in scripturis sanctis sæpe numerus poni finitus pro infinito.Et misit eum(inquit)in abyssum. Hoc idem longe superius iam dictum est:Et proiectus est in terram.Et illic nomine terræ,& hic nomine abyssi,nequam homines,& reprobi significantur,qui terram, vel terrena tantum cupiendo,ipsi terra sunt,& mala excitando profundius semetipsos abyssum fecerunt,eo quod vita ipsorum malitiæ fit arcanum. In eo diminuta est potestas illius, & quasi de alto missus est in abyssum, quod iam non publico celebratur cultu in templis,nomen diuinũ siue potius diuinũ nominis rapinam obtinens,vt olim,atque solennem ritum sacrificiorum,sed tantum qui supersunt miseræ seruitutis eius captiui homines in occulto illi seruiunt,in abditis exercent spurcitias, & veterum vestigia maleficiorum. Ait ergo:Et clausit, & signauit super illum,vt non seducat amplius gentes.Id est,vt non amplius concelebretur sacris,& sacrilegis sacrificijs falsator spiritus,qui non Deus sed diabolus est,neq; adoretur, vt olim Saturnus falcifer,aut Iupiter adulter,aut meretrix Venus, quorum vel qualium ad cultũ nefarium misero errore seductæ ducebantur gentes.Itaq; ligatus,vt est, tenebitur diabolus,donec consummentur mille anni,donec impleantur omnia tempora præfinita Euangelicæ libertati,quę nescimus nos,pater autem Deus illa in sua potestate posuit.

Apoc.1.d

Gen 3.c.

Metreta

Metreta quid mystice significet,require in dictione,Hydria.

Quid myrrha,myrthusq; mystice significent. Caput LVII.

QVid myrrha mystice significet,diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticorum, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi,inter vbera mea commorabitur:Mortuorũ(inquit)corpora myrrha condiri solent, ne putrescant,Myrrham quippe corporibus,ne putrescant,adhibemus, dum membra nostra in Christi exemplum,per eorundem mortificationem à putredine luxurię restringimus,ne dum ea sine condimẽto dimiserimus,dissoluta putredine escum vermibus æternis faciamus.Sed quid est,quod dilectum suum sponsa non myrrhã,sed fasciculum myrrhæ nominat,nisi quod dum sancta mens Christi vitam ex omni parte considerat,contra omnia vitia ex eius imitatione repugnãtes virtutes congregat,ex quibus sibi fasciculum myrrhæ aptat, quo carnis suæ putredinem sempiternam abstergat? Qui bene inter vbera commorari dicitur,quia in dilectione dei,& proximi habitatio CHRISTI sancta ædificatur. Sancta quippe anima, dum deum sic diligit, vt proximum non contemnat, & proximi amorem sic exequitur, vt diuinum non diminuat, proculdubio vbera in pectore sibi locat, quibus CHRISTVM amplectens ipsum nutriat. Quasi enim vberibus Christus nutritus roboratur,dum hac gemina dilectione,vt fortius inhæreat,delectatur. Et diuus Bernardus sermone xliij.super Cantica:Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi,inter vbera mea cõmorabitur. Ante rex,modo dilectus. Ante in occubitu regio,modo inter spõsæ vbera. Magna humilitatis virtus,cui etiam deitatis maiestas tam facile se inclinat. Cito reuerentię nomẽ in vocabulum amicitiæ mutatũ est,& qui longe erat,in breui factus est prope. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Myrrha amara res,dura,& aspera tribulationum significat. Ea sibi dilecti causa imminere prospiciens gratulabunda id loquitur, confidens se omnia viriliter subituram. Ibant(inquit)gaudentes discipuli à conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Propterea deniq; non fascem,sed fasciculum dilectum dicit, quod leue prę amore ipsius ducat quicquid laboris immineat,& doloris. Bene fasciculus,quia paruulus natus est nobis. Bene fasciculus, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis. Id enim(inquit)quod in præsenti est momentaneum,& leue tribulationis nostræ,supra modum in sublimitate æternũ pondus gloriæ operatur in nobis. Erit ergo quandoq; nobis ingens cumulus glorię,qui modo est fasciculus myrrhæ. An non fasciculus,cuius iugum suaue est,& onus leue? Non quia leue in se, Nec enim leuis passionis asperitas,mortis amaritudo,sed leuis tamen amanti. Et ideo non ait tantum fasciculus myrrhæ dilectus meus,sed mihi(inquit)quæ diligo,fasciculus est. Vnde & dilectum nominat, monstrans dilectionis vim omnium amaritudinum superare molestiam, & quia fortis est vt mors dilectio. Et vt scias non in se illam,sed in domino gloriari,neq; de propria virtute, sed de domini adiutorio præsumere fortitudinem,dicit illum inter vbera sua commoraturum, qui secura decantet:Etiam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala,quoniã tu mecum es. Memini me in vno superiorum sermonũ duo sponsæ vbera cõgratulationẽ diffiniisse,atque compassionem, iuxta Pauli doctrinam,dicentis:Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus. Quia vero inter aduersa,& prospera versans, nouit vtrobiq; pericula non deesse,medium huiuscemodi vberum suorum vult habere dilectum,cuius aduersus vtraq; contingentis protectione munitam,nec læta extollant,nec tristitia deijciant. Tu quoq; si sapis,imitabere sponsæ prudentiam, atq; hunc myrrhæ tam charum fasciculum de principali tui pectoris & assidua meditatione reuoluens,q possis dicere & tu:Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conuersione,pro aceruo meritorum,quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui,collectum ex omnibus anxietatibus,& amaritudinibus domini mei. Primum videlicet infantilium illarum necessitatum. Deinde laborum quos pertulit in prædicando,fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando,tentationum in ieiunando, lachrymarum in compatiendo,insidiarum in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus,conuitiorum,sputorum,colaphorum,subsannationum,exprobrationum,clauorum,horumque similem,quæ in salutem nostri generis sylua Euangelica copiosissime noscitur protulisse. Vbi sane inter tot odoiferæ myrrhę huius ramusculos minime prætermittendã putaui etiam illam myrrham,qua in cruce potatus est,sed neq; illam, qua vnctus est in sepultura. Quarum in prima applicuit sibi meorum amaritudinem peccatorum. In secunda futuram incorruptionem mei corporis dedicauit.Memoriam abundantiæ suauitatis horum eructabo,quoad vixero. In æter

Gregorius Can.1.d.

Mat.11.d

Rom.12.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

num non obliuiſcar miſeratiões iſtas,quia in ipſis viuificatus ſum. Has olim ſanctus Dauid cũ lachrymis requirebat,Veniant mihi(inquiens)miſerationes tuæ,& viuam. Has & alius quidã ſanctorum cum gemitu memorabat,dicens: Miſericordiæ domini multę,quam multi reges, & prophetæ voluerunt videre,& non viderũt,& audire ,& non audierunt. Ipſi laborauerũt, & ego in labores eorum introiui. Ego meſſui myrrham,quam illi plantauerunt. Mihi hic ſalutaris faſciculus ſeruatus eſt. Nemo tollet eum à me,inter vbera mea commorabitur.

Pſal.118.a Ibidem.

De myrtha multa habes in dictione,Incenſum & in dictione,Manus,& in dictione,Labia, & in dictione,Lilium.

Myrrhus ſiue myrrhetum , quid myſtice ſignificent , require in dictione,Equus,libro xi. capite xxx. Rupertus autem in commentarijs,exponens illud Zacharię Vidi per noctem &c. & ipſe ſtabat inter myrtheta: Vidi(inquit)per noctem. Recte per noctem,vt ipſum tẽpus viſionis triſtitiæ, & mœrori congrueret , in qua ipſa erat,videlicet propter diuturnam gentis,& loci deſolationem. Ob eandem cauſam & Daniel in nocte vidit: Et aſpiciebam (inquit)in viſu noctis. Longa nox,& frigidi,nec minus erat obſcura. Erat enim viceſima quarta vndecimi mẽſis Sabath,qui apud nos Februarius dicitur. Viceſima quarta die,luna prope eſt in defectu. Igitur & prolixitas noctis,& aſperitas frigoris,& defectus luminis,ſeu lunæ ſublußris triſtitiæ congruebant , in qua nimirum propheta conſolatione indigebat ſupernæ viſitationis,& allocutionis,quæ huiuſmodi fuit: Et ecce vir aſcendens ſuper equum rufum. Ad quid aſcendens ſuper equum,niſi vt faceret,quod poſtmodum dicit : Reuertar ad Hieruſalem in miſericordijs? Vir enim ille ipſe eſt dominus,& propterea ſuper equũ aſcẽdere videbatur , quia tempus erat, vt ad illam ciuitatẽ ſuã reuerteretur,quia tempus venerat miſerendi eius. Quid erat ille equus, niſi humana natura ipſius? Nondum quidem erat homo factus ,ſed hoc vt fieret, parabatur, & quod in re futurum erat,præſenti viſioni ſignificabatur. Ob hoc pulchre ſuper equũ aſcendere videbatur,ad Hieruſalem in miſericordijs reuerſurus,quia videlicet Hieruſalem illam rædificari cauſa iſta exigebat, vt eſſet,vnde iuxta promiſſiones,quæ ad patres factæ ſunt , ipſe homo factus,naſceretur. Equum autem vidit,vel dixit rufum, propter ipſius ſanguinem rubicundum. Eundem equum Ioannes in Apocalypſi vidit album: Vidi(inquit) cœlum apertum, & ecce equus albus,& qui ſedebat ſuper eum,vocabatur fidelis,& verax,& exercitus qui ſunt in cœlo,ſequebantur eum. Vnus idemq; equus,& illic propterſuam innocentiam viſus eſt albus, & hic propter paſſionis ſuæ ſanguinem rufus. Quid aliud intendit eccleſia, dum dicit in Canticis,Dilectus meus candidus & rubicundus? Et ipſe ſtabat inter myrtheta,quæ erant in profundo. Myrthus temperatiuæ naturæ eſt,& hanc arborem medicorum libri aptam aſſerunt curandis infirmitatibus & maxime mulierum neceſſitatibus plurimis. Dicitur autẽ myrrhus à mari,eo quod maris littoribus ſoleat innaſci. Vnde eſt illud Vergilij: Littora myrthetis lætiſſima. Et, Amantes littora myrthos. Quid ergo ſignificant myrtheta,niſi ſanctas,& vere ſalubres legis & prophetarum,atq; Pſalmorum ſcripturas? Et iſte vir,de quo loquimur,nondum tũc ſtabat inter huiuſmodi myrtheta? Etenim ſcrutamini(inquit)ſcripturas,& illę ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Plane ab omnibus ſanctis ſcripturis teſtimonium habere,hoc eſt,inter myrtheta ſtare. Et myrtheta(inquit)erant in profundo. Nam reuera ſanctarum ſcripturarum magnum eſt profundũ . Vnde Pſalmiſta: Abyſſus abyſſum inuocat,id eſt, vnius ſcripturæ profunditatem, vt penetrare valeas alterius ſcripturæ admota profunditas plurimum iuuat. Illic ſtabat vir,& illic poteſt inueniri,atq; inde cognoſci, ſi quæritur,non autẽ inuenitur ab eo,qui quærere non vult,veluti ſtans aliquis inter myrtheta,nec ita in propatulo eſt, vt cito videatur à negligenter prętereuntibus: nec ita latet,vt non poſſit inueniri à diligenter quęrẽtibus. Ex quo Moſes in typum eius agnum in Aegypto immolauit, & poſtes domorum,eius ſanguine ſignauit,imo & ex quo pater Abraham vnigenitum filium Iſaac ſacrificaturus ſuper aram impoſuit , tunc ex eo ac deinceps rufus cœpit videri equus,ſuper quem vir iſte aſcendit. Et enim quocunq; te verteris inter myrtheta huiuſmodi, ingerit ſe oculis tuis ſacramentum paſſionis huius viri præfiguratum,tam factis,quàm dictis patriarcharum,& prophetarum myſticis. Et poſt eum(inquit)equi rufi,varij,& albi. Poſt eum(inquam)& non ante eius,equi vtiq; domini,alij martyrio rufi,alij candore virginitatis albi,alij diuerſorum charismatum donatiõe varij ſequuntur eum, ſic vt ſupra ex Apocalypſi dictum eſt,& exercitus qui ſunt in cœlo ſequebantur eum. Omnes equi huiuſmodi ſeſſorem viuum habent,Deum,& idcirco concordem faciunt exercitum.

Gen. 22.b.

Quid

Quid monile myſtice ſignificet. Caput LVIII.

QVid monile myſtice ſignificet,diuus inſinuat Grego.exponens illud Canticorũ,Collum tuum ſicut monilia: Per collũ ſponſæ p̃dicatores ſanctę eccleſiæ ſignantur. Monilibus p̃dicatores cõparantur , vel quia eccleſiæ ſunt ornamẽtum,vel quia eccleſiam muniunt,vt pectus monile,vel à rotunditate,id eſt,perfectione. In monilibus gẽmæ in auro ponuntur. Per aurum quippe ſapientia,per lapides opera exprimuntur . Collum ergo ſponſæ ſicut monilia exiſtit,quia quilibet rectus eccleſiæ prædicator,& ſapientia interius ſe induit,& opera exterius exercet,quæ in ſapientia videt. Et exponens illud Canticorum,Iunctura femorum tuorum ſicut monilia: Per duo femora ſponſę(inquit)duo populi eccleſiæ,per iuncturam femorum,concordia deſignatur prædicatorum,quibus populi vniuntur, dum ad fidem catholicam circunciſio,& præputium per eos eruditur. Qui vt monilia exiſtunt,quia dum in ſapiẽtia,qua refulgent,ſancta opera faciunt,quaſi in auro lapides gerunt. Et Bernardus ſermone xli. in Cantica,Collum tuum ſicut monilia: Solet ornari collum monilibus, non ipſis comparari. Sed hoc illæ faciant,quibus quia de proprio non ineſt decor,aliunde neceſſe eſt,vt mendicent,vnde ſpecioſas ſe mentiantur. Nam ſponſæ collum ita in ſe ipſo formoſum,& tam de center quaſi naturà formatum eſt,vt extrinſecus non requirat ornamentum. Quid enim opus eſt peregrinorũ fucos adhibere colorum,cui propria,& tanquam innata ſufficit pulchritudo, intantum vt ipſorum quoq; quæ ad ornandum quæruntur monilium poſſit adæquare nitorem? Hoc nẽpe intelligi voluit,qui minime quidem à collo(vt aſſolet)pendere monilia,ſed ipſum potius eſſe ſicut monilia dixit. Nunciam inuocandus eſt nobis ſpiritusſanctus,vt ſicut ſpirituales ſponſę gratias ſuas dignatione tribuit inuenire , ita etiam ipſis ſpirituale collum demonſtrare dignetur. Et meo quidem intellectui(quia mihi incũbit loqui quæ ſentio)nihil interim veriſimilius,probabiliusve elucet,quàm ipſum animæ intellectum colli nomine deſignari. Tu quoq; idem (vt arbitror)approbabis,ſi aduertas ſimilitudinis rationem. An non ſiquidẽ tibi videtur colli q̃dam modo vice fungi intellectus,per quem tua anima traijcit in ſe ſpiritus vitalia alimẽta, atq; in quædam transfundit viſcera morum,affectuumq; ſuorum? Hoc ergo ſponſę collum,id eſt, purus,& ſimplex intellectus,cum nuda,& aperta veritate ſatis per ſeipſum retineat,non indiget ornamento,ſed ipſum magis tanquam precioſum monile animã decenter exornat,ac perinde ſimile monilibus ipſis deſcribitur . Bonum monile veritas, bonũ puritas,ſiue ſimplicitas, bonum plane monile ſapere ad ſobrietatem. Philoſophorum, vel hæreticorum intellectus nõ habet hunc in ſe puritatis,veritatisq; nitorem,& ideo multam curam gerunt ipſum colorare, & fucare faleris verborum,& verſutijs ſyllogiſmorum,ne ſi nudus appareat,falſi etiã appareat turpitudo. Et diuus Hiero. exponens illud Eſaiæ,In die illa auferet dñs ornamenta calciamentorum,& lunulas,& torques,& monilia &cęt. In qua die(inquit)Iudęi putant captiuitatis Babyloniæ,nos verius eſſe conuincimus,quando à Romanis capti ſunt,& oñia veſtiũ atq; gemmarũ,auriq;,ac monilũ ornamenta,& diuerſas ſuppellectiles perdiderunt. Siue per metapho ram mulierũ,oñis ornatus vrbiũ deſtructus eſſe narratur. Ornamẽta vrbiũ,in plateis,& portibus,foro,atq; gymnaſijs,& mœnibus publicis intellige. Quæ ſi referamus ad animarũ ſtatũ, calciatos pedes eius,qui carnes agni comeſturus eſt,& celebraturus paſcha,legiſſe nos recorde mur,& per ſolitudinem tranſeuntiũ,nec veſtimenta, nec calciamenta conſumpta . Quæ ſunt iſta calciamenta? Illa de quibus Apoſt.ſcribit ad Ephefios: Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Quæ calciamenta animæ perdituræ ſunt,qſi extento collo ambulauerint,& pedibus traxerint veſtimenta,& pro mundicia matronali,terræ verrant ſpurcitiã. Et lunulas, & torques,& monilia &c. Deſcribit monilia fœminarũ,& per hæc inſignia ciuitatum. Vel iuxta anagogen variarũ ornamenta virtutũ. Habent mulieres in lunæ ſimilitudinẽ bullas dependentes,quas nos ad eccleſiæ ornamẽta tranſferimus,quæ illuminatur ſole iuſtitiæ. Torques quoq; quæ ad pectus vſq; pendentes intelligentiã, ac principalẽ mentis rationem in corde demonſtrant. Et monilia,quæ vno ſermone oñia ornamenta ſignificant. Et armillarũ bona opera, quales Rebecca accepit in ſponſalibus. Et mitras capitis ornamenta & diſcriminalia,vt iudiciũ habeat ſingulorũ. Et periſcelidas,quibus noſter greſſus ornatur, vt audiamus: Pes tuus nõ offendet &: Eruet pedes meos à lapſu. Et murẽnulas,quæ auri,atq; argenti texũtur virgulis,ſenſu videlicet,& ſermonibus ſcripturarum. Et olfactoriola,vt Chriſti bonus odor ſimus. Et inaures,ne audiamus iudicium ſanguinis,ſed domini verba,dicẽtis: Qui habet aures audiendi audiat. Et annulos quibus ſignamur ad domini militiam,quem Deus ſignauit pater . Vnde dicit ad principem Tyri: Tu es ſignaculum ſimilitudinis . Filius quoque prodigus cũ ſtola recepit annulum,& calciamenta,& gemmas in fronte pendentes, quibus noſtra ora decorantur . De

Gregorius Cant. 1. c.

Cant. 7.a

Rom. 11.c

Ephe. 6. c.

Ioha. 6.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius capitis ornamento,&in Psalmo legimus:Sicut vnguentum in capite,quod descendit in barbam barbam Aaron. Quæ omnia licet lxx.interpretes,Aquila,& Symmachus,ac Theodotio diuersis modis interpretentur,nos vt potuimus vel de Hebræo, vel de ipsorum translatione texuimus. Sed nolumus diutius in singulis immorari, ne friuola sit expositio,& prudenti lectori fastidium faciat. Et mutatoria,& pallia,& linteamina. Pro linteaminibus lxx.ta diaphane laconica,id est,perspicua Laconica interpretati sunt,volētes tenuissimas significare vestes,quibus Lacædemoniorum,qui fuerunt ad bella promptissimi &austerioris vitæ,corpora tegebātur, quanquam Laconica,nec Hebraicum habeat,nec vllus alius interpretum. Mutatoria autem,& pallia,quæ significantius Symmachus transtulit anabolæa,ornamenta sunt vestium muliebrium,quibus humeri,& pectora proteguntur. Mutatoria iuxta anagogen illa sunt, de quibus dicitur:Ibunt de virtute in virtutē,& linteamina, vt loti in domino delicijs perfruamur,secundum illud,quod in Psalmis scriptum est: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et acus,& specula &c. Habent acus mulieres,quibus ornatorum crinium cōpago retinetur,ne latius fluant,& in sparsos dissipentur capillos. Habent & specula,quibus considerant vultum suum,& si quid deesse viderint,addunt ornatui. Habent sindones,quæ vocātur amictoria,& vittas,quibus crines ligantur,quas appellant tænias. Habent & theristra,quæ nos palliola possumus appellare,quibus obuoluta est & Rebecca, & hodie quoque Arabiæ, & Mesopotamiæ operiuntur fœmine,quæ Hebraice dicuntur Redidim, Græce theristra,ab eo quod in theræ, hoc est in æstate,& caumate corpora protegant fœminarum. Filiæ ergo Sion propter superbiam suam perdideruut acus,quibus omnium præceptorum regula stringebatur. Perdiderunt specula,quæ obtulerunt in Exodo, manentes in foribus tabernaculi mulieres ad luterem dēi fabricandum,de quibus & Apost. Paulus loqbatur:Videmus autem nunc per speculum in enigmate. Amiserunt sindones,& vittas,quibus operiebant humeros, & fluentem huc, atq illuc aim constringebant,& theristra,q̄ tutissimo in æstibus tegebātur vmbraculo. Hæc dicimus,ne omnino tropologiam huius loci fugere videamur. Et Rupertus exponens illud Canticorum, Collum tuum ficut monilia:Sicut enim (inquit) monilia muniunt matronarum pectora pudica,vnde & dicuntur monilia,eo quod pectus muniant,ne quis extraneus,id est,impudicus manum suam inijciat,ita & collum tuum munit verba tua,non solum ne quid ociosum aut noxium,siue inordinatum per vocem erumpat, verumetiam ne ipsum bonum tuum,secretum tum,diuinum mysterium tibi creditum,leuiter viam,vel vocem inueniat,vt auris aliena siue filia aliqua,quamuis videatur esse filia Hierusalem,quæ forte custodire nesciret huiusmodi margaritas,sicut custodiri oporteret propē porcos,maxīe q; propter Herodē. & eius cōplices,intelligat. Vere igitur pulcherrima mulierum,pulcherrima in genis, pulcherrima in collo,id est, tam oculorum,quàm verborum tuorum moderamine decentissimo.

Psal. 83. b.

1.Cor.13.

Cant. 1. d

Quid mons mystice significet. Caput LIX.

Iob. 9.a.

QVid mons mystice significet, D.ostendit Greg.exponens illud Iob,Qui transtulit montes,& nescierūt hi,quos subuertit in furore suo: In scriptura(inquit)sacra sæpe mōtium nomine,prædicantiū altitudo designatur, de quibus per Psal.dicitur:Suscipiant mōtes pacem populo. Electi quippe prædicatores æternæ patriæ non immerito montes vocātur, quia per vitæ suæ celsitudinem ima terrenorum deserunt,& cœlo propinqui fiunt. Sed montes veritas transtulit,quū prædicatores sanctos à Iudææ obdurationc subtraxit. Vnde recte etiā per Psalmistam dicitur: Transferentur montes in cor maris. In cor enim maris montes trāslati sunt, quū prædicantes apostoli à Iudæa perfidia repulsi,ad intellectū gētilium venerunt. Vnde ipsi quoq; in suis actibus dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repulistis illud,& indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sed hanc eandem translationem montium hi ipsi nescierunt, qui in domini furore subuersi sunt, quia quum de suis finibus Hebræi Apostolos pellerent lucrum se fecisse arbitrati sunt, q̄ prædicationis lumē amiserunt. Exigentibus quippe meritis,iusta animaduersione percussi,tanto intelligentiæ errore cęcati sunt,vt quod lucem perderent,hoc esse gaudium putarent. Et exponens illud Iob, Huic montes herbas ferunt: In scriptura(inquit)sacra quum numero singulari mons ponitur,aliquando incarnatus dominus,aliquando sancta Ecclesia,aliquando testamētum dei,aliquando apostata Angelus,aliquando quilibet hæreticus designatur. Quum vero montes plurali numero nominantur,aliquando celsitudo Apostolorum, atque prophetarum, aliquando vero secularium potestatum tumor exprimitur. Mons nanque dominum designat,sicut scriptum est:Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi in vertice montium. Mōs quippe

quippe est in vertice montium incarnatus dominus,transcendens celsitudinem prophetarū. Rursum per montem sancta designatur Ecclesia,sicut scriptum est:Qui confidunt in domino sicut mons.Sion nanq; speculatio dicitur,per quam scilicet speculationem contemplans deum Ecclesia figuratur. Rursum per montem testamentum dei exprimitur,sicut Abacuc ait. Deus à Libano veniet,& sanctus de monte vmbroso,& condenso. Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopondit,quasi inde venit,vnde velut sub promissione se tenuit. Quod videlicet testamentum bene mons vmbrosus,& condensus dicitur,quia spissis allegoriarum ob scuritatibus opacatur. Rursus per mōtem Angelus apostata designatur,sicut sub Babylonis re gis specie de antiquo hoste prædicatoribus dicitur: Super montem caliginosum leuate signū. Prædicatores quippe sancti super caliginosum montem signum eleuant,quando contra satha næ superbiam,qui sępe sub nebula simulationis absconditur,virtutem crucis exaltant. Rursum per montem hæreticus quilibet exprimitur,sicut ex voce Ecclesiæ Psalmista ait:In domino cōfido,quomodo dicitis animæ meæ,transmigra in montem sicut passer? Quum enim fideli animæ vnitate relicta in tumenti doctrina confidere hæretici prædicatoris dicitur, deserto domino,quasi in montem transmigrare suadetur. Rursum per montes Apostolorum, ac prophetarum celsitudo designatur,sicut scriptum est:Iustitia tua sicut montes dei. Et voce Pauli dicitur:Vt nos efficeremur iustitiæ Dei in ipso. Vel sicut iterum voce sperantis Ecclesiæ Psalmista ait:Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Rursum per montes secularium potestatum tumor exprimitur,de quibus Psalmista ait:Montes sicut cæra fluxerūt à facie domini,quia multi,qui prius alta rigiditate tumuerunt.Deo in carne apparente,magno sunt penitentiā timore liquefacti. Vel sicut idem prophera iterum dicit:Ascendunt montes,& descendunt campi. Plerique enim persecutores domini superbi contra eum veniunt, sed ab eo humiles reuertuntur. Qui montes ascendunt per tumorem potentiæ,sed campi descendunt, plani videlicet facti,per cognitionem culpæ. Sed quia nonnulli in elationis suæ altitudine remanent,& ad diuina obsequia flecti humiliter dedignantur,eo quod iuxta desiderium antiqui hostis praua cogitare,ac perpetrare non desinunt,recte hoc loco de Behemoth dicitur:Huic mōtes ferunt herbas. Elati nanq; seculi huic Behemoth herbas ferunt,quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur,quia suas illi offerunt fluxas & lubricas voluptates. Et lib. xvij. cap. xxij. exponens illud Iob. Ad silicem extendit manum suam subuertit à radicibus montes: Manum quippe ad silicem extendit,quia ad duritiam gentium suæ brachium prædicationis misit. Vnde & idem beatus Iob passionis suæ historiam præsciens gentibus innotescendā,dicit:Scribuntur hæc stylo ferreo,in plumbi lamina,vel celte sculpantur in scilice. Quid vero hoc in loco montes,nisi huius seculi potentes accipimus,qui pro terrena substantia in altum tument? De quibus Psalmista ait:Tange montes & fumigabunt. Sed montes à radicibus sunt euersi, quia prædicante sancta Ecclesia,summæ huius seculi potestates,in adoratum omnipotentis dei ab intima cogitatione ceciderunt. Radices enim montium cogitationes sunt intimæ superbōrū. Et à radicibus montes cadunt,quia ad colendum deum,potestates seculi ab imis cogitationibus prosternuntur. Recte enim per radicem cogitatio occulta signatur, quia per hoc,quod intus cernitur,erumpit quod videatur foras. Et exponens illud Iob,Circumspicit montes pascuæ suæ: Montes pascuæ sunt altæ contemplationes internæ refectionis. Sancti enim viri quā tomagis se exterius despiciendo deijciunt,tanto amplius interius reuelationum contemplatione pascuntur. Vnde scriptum est:Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarum, quia quos exterius in fletu continet conuallis humilitatis,eos interius sublcuat ascensus contēplationis. Et cap.xxix. Montes etiam pascuæ sunt sublimes virtutes Angelorum. Quæ idcirco hic nos ministrando,& adiuuando reficiunt,quia illic interno contemplationis rore pinguescunt. Quæ quia largiente Deo in omni nos certamine protegunt, recte circunspici dicuntur. Vndiq; enim nobis adesse circunspicimus,quorum defensione contra aduersarios ex oīi latere munimur. Possunt adhuc montes pascuæ accipi altæ sententię scripturę sacrę,de quibus per Psal.dicitur: Montes excelsi ceruis,quia hi,qui iam dare contemplationis saltus nouerunt, altos sententiarum diuinarum vertices quasi cacumina montium ascendunt,ad quæ profecto cacumina,quia infirmi peruenire non valent,recte illic subditur:Petra refugium erinacijs,quia videlicet inualidos non sublimiter intelligentia exercet,sed sola in Christo fides humiliter cōtinet. Et infra: Circumspicit(inquit)montes pascuæ suæ: Montes (inquit) accipimus omnes elatos huius seculi,qui in corde suo altitudine terrena tumuerūt,sed quia etiam tales dominus Ecclesiæ suæ corpori conuersos inuiscerat,eosq; à priori elatione commutans, in sua membra transformat,isti montes pascuæ eius sunt,quia nimirum de conuersione errantium. & de

Iob.40.b.

Iob.19.d.

Iob.39.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

superborum humilitate satiatur,sicut ipse ait:Meus cibus est,vt faciam voluntatē eius, qui me
Ioh.4.c misit. Et sicut Apostolis ad prędicationem missis præcepit,dicens:Operamini non cibum qui
perit,sed qui permanet in vitam æternam. De his montibus per Prophetam dicitur:Non re-
pellet dominus plebem suam,quoniam in manu eius sunt oēs fines terræ, & altitudines mon-
tium ipse conspicit. Altitudines enim montium,elationes sunt vtiq; superborum. Quas domi
nus conspicere dicitur,id est,ab iniquitate sua in melius commutare. Conuertit nanq; dñs eū
Mat.26 g quem conspicit. Vnde scriptum est:Conuersus dominus,respexit Petrum, & recordatus est
Petrus verbi dñi,sicut dixerat,Quia priusquam gallus cantet,ter me negabis,&egressus foras,
fleuit amare. Et sicut Salomon ait:Rex qui sedet in solio iudicij,dissipat omne malū intuitu suo.
De hoc respectu montium rursum per prophetam dicitur:Montes sicut cæra fluxerunt à fa-
cie domini,quia post peruersitatis suæ duritiam diuina formidine liquefacti,ab illo prius rigido
tumore subtracti sunt. Intuendum etiam quod non ait,inspicit sed,circumspicit montes pas-
cuæ suæ. In Iudæa quippe incarnatus est dominus,quæ posita in medio gentium fuit, atq; inde
circumspexit montes,quia elatos huius sæculi circunquaq; positos ex gentilitatis vniuersitate
collegit. In his itaq; montibus pascit,quia bonis operibus conuersorū quasi hærbis virentibus
Can 1.b. satiatur,hinc est quod eisponsi voce in Canticis Canticorū dicitur:Indica mihi vbi pascas, vbi
cubes in meridie. Pascitur quippe dñs,quū bonis nostris actibus delectatur,cubat vero in meri
die,quum ex desideriis carnalibus ardenti corde reproborum apud electorum suorum pecto
ra refrigerium inuenit cogitationis bonæ. Mons enim quidā Matthæus fuerat,quando in telo
nij lucris tumebat,de quo & scriptum est,quia postquam credidit,inuitato in domū suā dño,
conuiuium magnū fecit. Mons itaq; iste huic onagro virentis pascuæ hærbas protulit,quia &
foris eum conuiuio,& intus epulis virtutum pauit:Et homilia xx.in Euangelia,exponēs illud
Esaiæ omnis vallis implebitur, & omnis mons,& collis humiliabitur: Quid(inquit)hoc loco
vallium nomine,nisi humiles,quid montiū,& collium,nisi superbi hoīes designantur? In aduē
tu ergo redemptoris valles implętę,montes vero,&colles humiliati sunt,quia iuxta eius vocē:
Omnis quise exaltat humiliabitur,& omnis qui se humiliat exaltabitur. Vallis etenim imple-
ta crescit,mons autem,& collis,humiliatus decrescit,quia nimirum in fide mediatoris Dei &
hoim hoīs Christi Iesu,& gentilitas plenitudinem gratiæ accepit,& Iudæa p errorē perfidiæ,
hoc,vnde tumebat,perdidit. Omnis enim vallis implebitur,quia corda humilium sacrę doctri
næ eloquio virtutum gratia replebuntur,iuxta hoc,quod scriptū est:Qui emittis fontes in cō
Psal.64 ce vallibus. Et vnde rursum dicitur:Et conualles abundabunt frumēto. A montibus nanq; aqua
dilabitur,quia superbas mentes veritatis doctrina deserit. Sed fontes in cōuallibus surgunt, qa
mentes humilium verbum prędicationis accipiunt. Iam videmus,iam conualles frumēto abun
dare cōspicimus,quia illorū ora pabulo veritatis impleta sunt,qui mites,ac simplices huic mun
do despicabiles esse videbantur. Ipsum quoq; Iohannem Baptistam,quia mira sanctitate præ-
ditum populus viderat,illum tunc esse singulariter celsum,ac solidum montem credebat, de q
scriptū est:In nouissimo dierum erit mons domus domini prępараtus in vertice montium.

De eisdem montibus. Cap.LX.

Origene 3 ORigenes autem homilia tertia,in Cantica Canticorum,exponens illud Canticorum, Ec
ce hic veniet saliens super montes,transiliens colles:Historicum(inquit)ordinem iam p-
secuti sumus,nunc autem quomodo Christus ad Ecclesiam veniens,saliat super montes,& exi
liat super colles,videndum est,Exiliens enim magis,quam transiliens,propositi sermonis pro
prietas habet. Isaac enim ambulans,& progrediens,maior fiebat,vsquequo fieret magnus val
de. Paulus autem non iam ambulando profecit,sed currendo,quum dicit: Cursum consum-
maui. Saluator autem noster,& Ecclesiæ sponsus neque ambulare neq; currere,sed super hæc
salire dicitur,& exilire. Si enim consyderes quomodo parui temporis spacio, occupatum falsis
superstitionibus mundum sermo diuinus percurrit,& ad agnitionem veræ fidei reuocauit,in-
telliges quomodo saliat super montes,magna videlicet quęque regna saltibus suis superans,&
ad recipiendum cognitionem diuinæ religionis inclinans,& exiliat super colles, quum etiam
minora regna velociter subiugat,atque ad pietatē veri cultus adducit,& sic de loco ad locum,
de regno ad regnum,de prouincijs ad prouincias prędicationis illustratione transiliens per eū
Rom.15.d. qui dicebat:Quia ab Hierusalem in circuitu,vsq; ad Illiricum repleuerim Euangelium Dei,in-
telliges quomodo super montes saliens veniat,& exiliens super colles. Sed & alio modo potest
intelligi. Quoniam quidem Moyses de ipso scripsit,& prophetæ nihilominus de ipso annūcia
uerunt,sed hæc annunciatio in lectione veteris testamēti velamen habet suppositū. Vbi vero
spōsæ,Ecclesiæ scilicet ad eum conuersæ ablatū est velamen,subito videt eū in istis montibus legis

legis duntaxat voluminibus salientem,& in collibus scripturæ propheticę,pro cuidenti mani
festatione non tam apparentem,quam exiliētem. Verbi gratia,quasi si reuoluens singulas pro
pheticæ lectionis paginas inueniat de ipsis exilientem Christum,& per loca singula lectionū,
ablato nunc demum,quo prius tegebatur,velamine,ebullire eum cernat & emergere,arq; cui
denti iam manifestatione prorumpere. Ob hoc(credo)& ipse Iesus,quum ad transformandū
se venit,non in aliqua planicie,aut conualle fuit,sed montem conscendit,vbi & transformatus
est,vt scias eum semper in montibus,aut in collibus apparere,& vt te doceat,ne vsquam eum,
nisi in legis, & prophetarum montibus quæras. Quod autem sancti quiq; montes appellen-
tur,multis scripturarum locis inuenies indicari,sicut ait in Psalmis: Fundamenta eius in mon- Psal.86.a
tibus sanctis. Et iterum:Leuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi. Auxilium
nanq;in tribulationibus,ex diuinarum scripturarū sensibus capimus. Possumus adhuc & mon
tes,in quibus salire verbum Dei dicitur,& quasi liberius efferri,nouum accipere testamentum;
colles vero,de quibus quasi diu compressus,&occultatus exilnt,veteris testamentilentire volu- Hiere.16. d
mina. Sed & apud Hieremiam venatores,& piscatores,qui mittuntur capere homines ad salu-
tem,in montibus,& collibus eos capere dicuntur. Sic enim ait:Ecce mitto multos piscatores,
& multos venatores,& capient eos super omnem montē,& super omnē collē,quod ego ma-
gis & futurum tempus in consummatione sæculi implendum puto,vt quum missi fuerint An
geli secundum Euāgelicā parabolā messis tempore,vt separent frumenta à zizanijs,qui excel-
lioris vitæ & eminentioris fuerit conuersationis,iste in montibus inuenietur,aut in collibus.
Nō inuenietur in humilibus,& deiectis locis,ne ibi mixtus videatur esse zizanijs,sed in excelsio
ribus sensibus,& in eminentia fidei positus,salienti in montibus verbo Dei,& exilienti in col
libus semper adhærens,q; per aliam nihilominus parabolam,sub eodem tamen intellectu di-
citur in Euangelio:Si quis in tecto est,non descendat tollere aliquid de domo. Potest,adhuc &
aliam nobis sensum,prædicues iste presentis versiculi sermo suggerere. Possibile nanq;est oēm,
qui plena fide credit in Deū,vel montem,vel collē appellari,pro qualitate scilicet vitę,magni-
tudine intelligentiæ,etiā si fuerit aliquādo vallis,proficiente in eo Iesu ætate,& sapiētia,& gra
tia,omnis vallis implebitur. Superbi autē quiq;,&elati,vt montes,& colles humiliabunt. Quo
niam qui se exaltat,humiliabitur,& qui se humiliat,exaltabitur. De ipsis etiā dicitur: Qui cōfi-
dunt in domino,sicut mons Sion. Et de Hierusalē dicitur:Montes in circuitu eius. Vnde puto,
quod merito etiam saluator noster(quoniam & ipse dicitur lapis de monte excisus sine mani
bus & factus esse mons magnus)sicut rex regum,& pontificum pontifex,potest etiam mons
montium appellari. Verum vt etiam tertia expositio habeat locum,ad vnamquamque ani-
mam sermo dirigatur. Si qui sint capaciores verbi Dei,qui ab Iesu aquam sibi datam biberūt,
& facta est eis fons aquæ viuę salientis in vitam æternam,in his scilicet,in quibus verbum Dei
crebris sensibus,& copiosis,velut perennibus ebullit fluentibus,in his vitæ,ac scientiæ,& do-
ctrinæ merito montibus,& collibus effectis,dignissime salire verbum Dei dicitur,& exilire,
factus in eis per affluentiam doctrinæ fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Et diuus Hie Hieronymus
ronymus exponens illud Esaiæ,Et super omnes montes excelsos & super omnes colles eleua-
tos:Sicut(inquit)in bonā in partem pro varietate virtutum,montes appellantur,& colles; sic
inter impios pro diuersitate vitiorum,& maxime superbiæ,alij montes sunt, alij colles,super
quos erit dies domini,de quibus in Ezechiele scriptum est:Hæc dicit Adonai dominus monti
bus & collibus:Ecce ego inducam super vos gladium,& dissipabuntur excelsa vestra,& con-
terentur aræ vestræ. Et antedicta Ezechielis verba exponens, Possumus(inquit)montes Isra
el,& principes accipere eos qui potentia,sapientiaque, & scientia, ac diuitijs præcellebant. Et
hoc animaduertendum,quod obfirmatur quidem facies,&ponitur contra montes,sed nequa
quam solis montibus,sed & collibus loquitur,& rupibus & vallibus,in quibus inferior digni-
tas,& gradus prudentiæ,scientiæq; cognoscitur. Videntur mihi tropologice montes esse, qui
ad perfectam scientiam peruenerunt,colles,qui paulo inferiores sunt,& rupes,qui nullam ha
bentes scientiam,& tantum in conuersatione fidentes,aliqua sibi de scripturarum interpretati
one præsumunt,habentes iuxta Apostolum zelum Dei sed non secundum scientiam . Valles
autem appellari nouissimos in Ecclesia,qui & vita,& scientia interiores,tñ de cōuentu familię
dominicæ non recedunt. Qui oēs verbū Dei iubētur audire,vt vnusquisq; pro suo modu
lo & sensu intelligat,quid dominus præcipiat. Et exponens illud Esaiæ,Et erunt super omnē
montē excelsum,& sup oēm collē eleuatū riui currentiū aquarum:Nos(inqt)montes,&colles
eos intelligamus,q; in excelsum virtutibus eleuati sunt,q; esuriūt,& sitiunt iustitiā,ds dns prouo
cat ad bibēdum,Qui enim biberit de aquis eius,nō sitiet in æternū. Et alio in loco dicit,quod

omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis qui biberit de aquis Iesu,flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius.In die interfectionis multoꝝ.Hoc,inquit,tunc fiet,quũ interfectifuerint,siue perierint multi, siue perierint plurimi.Multi enim sunt vocati,pauci vero electi.Quũ ceciderint turres.i. dæmonũ potestates,siue supbi quiq;& arrogantes,& magni in isto seculo.Et exponens illud Esaiæ,Et erit in nouis Esai. 2.a fimis diebus præparatus mons domus dñi in vertice montiũ,& eleuabit sup colles.Mons iste est,de quo in Daniele,q̃d creuit in montẽ magnũ,& repleuit omnẽ terrã.Domus est Ecclesia, vt scriptũ est:Vt scias qũo oporteat te conuersari in domo dei,quæ est ecclesia dei viuentis,colũna,& firmamentũ veritatis.Qui in capitibus montiũ ostensus est,& paratus, iste super colles eleuabitur,de quibus sponsa loquitur: Ecce iste venit saliens super mõtes, transiliens colles, Et exponens illud Esaiæ,Emitte agnum dñe dominatorem terræ,de petra deserti ad montem Cant. 2.b. filiæ Sion:Egredietur de te(inquit)agnus immaculatus:qui tollat peccata mundi, qui dominetur in orbe terrarum, de petra deserti, hoc est,de Ruth,quæ mariti morte viduata, de Booz, genuit Obed,& de Obed Iesse,& de Iesse Dauid,& de Dauid CHRISTVM istum. Montem autem filiæ Sion,aut ipsam vrbem Hierosolymam interpretabimur, aut iuxta sacratam intelligentiam,Ecclesiam,quæ fit in virtutum culmine constituta. Et exponens illud Ezechielis,Et dabo carnes tuas super montes,& implebo colles sanie tua:Montes(inquit)ad principes referamus hæreseon,qualis fuit Valentinus,& Marcion, collesq; successores eorum, qui saturant sanie draconis,siue valles(vt lxx.)quæ implentur draconis sanguine,inferiores quosq; credentium.Aut certe montes aduersarias potestates,quæ in aere discurrunt,& valles,quę inferna petrant,& æternis supplicijs mancipatæ sunt.Et exponens illud Abacuc,Contriti sunt mõtes seculi,incuruati sunt colles mundi:Montes(inquit)seculi,sunt qui & montes tenebrosi,de quibus Hieremias præcepit,ne impingantur pedes nostri super eos.Isti sunt colles, inqbus regnabat Saul,quando interficiebat sacerdotes dei.Gabaa quippe,collis interpretatur.Et elegantes incuruati sunt,inquit,colles mundi. Ante aduentũ qppe saluatoris erecta ceruice gradiebant, & superbiam eorum humiliare nemo poterat:Cõtriti aũt sunt,& incuruati ab itineribus æternitatis eius.i.dei,quia æternitas illius ad nos venire dignata est,siue,quod semper à principio mundi,vsq; ad incarnationẽ suã venerit ad sanctos, & factus sit in singuloꝝ manus (et mo dei, atq; in vniuersis vincentibus ipse superarit,& æternũ eius iter incuruauerit, colles, montesque contriuerit.Possunt aũt montes & dæmones intelligi, qui versantur in hæreticis, & eleuant se contra scientiã dei,colles quoq; aliæ dæmonũ fortitudines,quæ faciunt hoies corporũ pulchritudinem,dignitates,diuitias,nobilitatem gñeris,ceteraq; mundi bona admirari. Licet videre post aduentũ sermonis dei,& dei patris præsentiam,quomodo humanæ animæ cõmoueant, & omne quod terrenũ est,dissoluatur,& cogitationes pristinæ redigant ad nihilũ. Tũc destruuntur dæmones,tunc seculi altitudines ad nihilum deducuntur,& omnes hæretici,q̃ũ scĩtis, quæ primum tumebat ad dei sermonis aduentum humiliatur,cõteritur,atq; consumitur. Et exponens illud Micheæ,Audite montes iudicium domini,& fortia fundamenta terræ,pro lxx.habent,Audite colles,& valles:Sunt,inquit,qui montes,& colles,& fortia fundamenta terræ Abraham,Isaac,& Iacob,& patriarchas reliquos interpretentur,quibus quasi auditoribus, & ad iudicium conuocatis populi Israel negocium ventilandum sit. Alij montes,colles,& valles,Angelos arbitrantur,qui vel in cœlestibus seruiãt deo, vel hoibus præsint super hanc terram,vel apud inferos constituti,eorum qui suo vitio extitere terreni,fundamenta dicantur.

De eisdem montibus. Cap. LXI.

Hieronym Cassiodo. SCriptum quoq; est,Ego autem constituta sum rex ab eo super Sion montem sanctũ eius. Vox(inquit Hier.)Christi:Ego &c.ab eo,id est,à Deo patre super Sion,id est super Ecclesiam,quæ est specula vitæ,montem sanctum eius.Mons est Ecclesia,vel ipse Christus.Et Cassiodorus:Ego autem &c.Hactenus ex sua persona propheta locutus est,nunc per figurã,quæ Græce dicitur exallage,Latine permutatio,verba refert domini saluatoris,qui se regem à patre constitutum esse testatur.Quod etiam scriptum est de ipso in titulo passionis: Rex Iudæorum.Hoc nec Pilatus deleri passus est,qui eum Iudæis cruci tradidit affigendum. Hoc etiam Ioan. 19.d Magi inquirendo professi sunt:Vbi est qui natus est rex Iudæorum?Super Sion montem sanctum eius:Nomen istud multarum quidem rerum absolute fœcundum est.Modo enim significat Ecclesiam,modo ipsum dominum saluatorem,modo Hierusalem futuram.Hic Sion Ecclesiam debemus accipere, quam montem appellat, propter eminentiam honoris, & firmitatem fidei. Sion enim Hebræa lingua dicitur specula, quæ competenter aptatur Ecclesiæ, quæ ad futuras spes sufficienter instructa, promissiones domini mentis prouidentia contuetur, nec tantum præsentibus, quantum futuris beneficijs gloriatur. Merito ergo Sion Ecclesia

Ecclesia dicitur,quia speculatio eius in illa contemplatiua virtute defigitur. Super eam reuera Christus est rex,quoniam ab ipso regitur,atq; disponitur.Et alio in Psalmo scriptum est:Voce mea ad dominum clamaui,& exaudiuit me de mõte sancto suo:Quum dicit mea(vt ait Cassiodorus)demonstrat orationis propriæ sanctissimam puritatem.Non enim illius integritatẽ aliqua imago Phantasiæ poterat impedire,vt cæteris mortalibus infirmitate carnis plerunq; surripitur.Quod autem dicit:Voce mea &c.hoc Euangelica verba declarant,vbi ait filius:Pater Ioha. 17.a clarifica filium tuum,vt filius tuus clarificet te.Illud autem quod sequitur,Et exaudiuit me de monte sancto suo,hoc Euãgelij textus exponit,vbi vox ad eum facta est:Et clarificaui,& iterũ clarificabo.Per montem siquidem & ipse dominus,& sancti eius,& Ecclesia diuersis quidem locis aptissime significantur.Hic tamen dictum intelligendum est de monte,id est de diuinitatis excellentissima summitate,sicut &alius Psalmus dicit:Iustitia tua,sicut montes Dei.Aequũ enim fuerat vt natura humanitatis assumptæ,quæ in terris singulare patientiæ demonstrauit exemplum,in cœlis acciperet creaturarum omnium principatum. Et alio in loco scriptum est: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requiescet in monte sancto tuo: Fides(inquit)catholica,quæ per Ecclesias toto orbe diffusa est,Dei tabernaculum nuncupatur,mõs vero sanctus,significat Hierusalem futurã,Sed intuere quam pulcherrime varios sensus aptaverba distinguant.In tabernaculo dicitur quis habitare,qui adhuc in huius seculi agone contẽdit. In mõte vero quis requiescit,quando iam vnusq;q; filium post labores huius seculi æternæ pa Psal. 23.a cis securitate reficitur.Et alio in loco propheta ait:Quis ascendet in mõtem domini,aut quis stabit in loco sancto eius?Quia dicturus erat(inquit)montem,id est,iustitiam, cæterasq; virtutes,ad quas magno nisu tẽdimus, quoniam peccatis obuiantibus impedimur.Nunc dicit:Aut quis stabit in loco sancto eius,quia multo vtilius est in sancto loco stare, quam ad eius fastigiũ peruenire.Et alio in loco,Mons Dei mons vber,mons coagulatus,mons pinguis: Mons est ipse dominus saluator,de quo Esaias propheta cecinit: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium:Mons vber,id est, ex quo perpetua,& suauia fluenta descendunt,qui aquas habet irriguas,& cœlesti suauitate conditas.Mons coagulatus,scilicet propter paruulos enutriendos,qui non esca corpulenta,sed coagulato lacte potãdi sunt: Mõs pinguis,quia fertilitate sua semper vberrimus est.O mons breuiter quidem laudatus,sed cœlestium rerum qualitate copiosus, ex quo aquæ viuæ decurrunt,lac in paruulorum salutem præparatur,pinguedo spiritualis cognoscitur,&quicquid summe bonum creditur,in montis istius est gratia constitutum.Mons in quo bene placitum est Deo habitare in eo.Christus est enim ipse mons,qui patri complacuit,vt in eodem habitaret,sicut ipse testatur: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui.Nam quod dicit,Habitare in eo,& patri & filio,vtrũq; commune est,sicut ipse in Euangelio dicit:Ego in patre,& pater in me est.Quum ergo dicit: Mat. 3.d In quo beneplacitum est Deo habitare in eo,In quo,&,In eo,quia communi linguæ non conuenit,proprium hoc scripturæ diuinæ esse dicamus.Quo pacto autem exponatur illud Psalmi Transferentur montes in cor maris,require in dictione,mare.Scriptum quoq; est,Suscipiant montes pacem,& colles iustitiã: Per montes significari Apostolos,& prophetas,qui ad summa firmiter eleuati,cœlesti gratiæ proximantur,frequenter diximus.Isti ergo tales pacem, id est,Christum suscipiant,fideli populo prædicandum. Ipse est enim domini populus, qui ei credidit,& spirituali se conuersatione tractauit.Et colles iustitiam.Colles dicit inferiore gradu cæteros beatos,qui recte domini vidientur prædicare mandata.Nam & pax dominum significat saluatorem, & iustitia eũ ipsum sine dubitatione designat,sicut & alibi legitur: Iustitia & pax osculatæ sunt.Pax enim vere dicitur,quia per ipsum homo reconciliatus est Deo,iustificatus,quoniam orbem terrarum sub æquitate iudicabit,qui etiam diabolum per iustitiam magnam potentię virtute,superauit.Et alio in Psalmo scriptum est,Montes sicut cæra fluxerunt à facie domini:Hic montes significat homines,qui & sæculi huius altitudines appetunt, & infensata superstitione durescunt.Hic mirabiliter comparata est cæra liquens,quoniam tanto facilius in pœnitentiam defluunt,quanto se duricia immobiles esse crediderunt. Nam quũ dicit:A facie domini,ostendit vnde sicut cæra fluxerunt montes,quod & in alio Psalmo legitur:Nec est qui se abscondat à calore eius.Sed quum repetit:A facie domini omnis terra ille significat,qui ipsius miseratione conspecti,ad satisfactionis remedia peruenerunt. Quod Psal. 97.b. nec fieri comprobamus,quum potestates sæculi,vel pagani,vel hæretici vocati damnandum superstitiosum votum,diuinum magis eligũt subire seruitiũ. Et alio in loco: Montes exultabunt à conspectu dñi,q̃m venit iudicare terrã:Montes &in bono,& in malo pleruq; ponuntur.Est enim superbis montibus intumescũt,&ad duritiã saxorũ obstinato corde pueniũt.

Mansueti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mansueti autem mentis soliditate firmissimi sunt & quãuis pia humilitate curuent, spe futurę beatitudinis in sum mitates soli...ssimas erigũtur. Hi sunt, q dño adueniente gaudebunt ǧniá in futurò iudicio promissionis ipsius dona recipient. Addidit: Quoniam venit iudicare terram. Hic terram oẽm peccatorem cõpetenter aduertimus, quia terrena semper vitia concupiscunt. Vides totum sensum ad illud iudicij tempus esse perductum, vt omnia quæ dicta sunt illi intelligeres posse congruere. Et exponens illud Psalmistæ, Super montes stabunt aquæ: Stetерunt quippe super eos, qui mõtes fidei firmitate vocati sunt, quando eos diuersis pœnis, & mortibus affecerunt. Aquas enim, & abyssos impios hic debemus accipere, qui sic ad obruendam properant sanctitatem, quemadmodum potest cumulus vndarum subiecta contegere. Sed vt hoc magis de superbis, atq; sceleratis potuisses aduertere sequens versus ostendit. Volunt etiã aliqui hoc ad literam vendicare, vt abyssum dicant terræ marginem circuire. Nam sicut exteriora corporis nostri pallio cooperiuntur, ita & orbis terrarum oceani ambitu fertur includi.

Psal.103.b Et infra eodem Psalmo: Ascendunt (inquit) montes, & descendunt cãpi, in locum quẽ fundasti eis. Adhuc in tropicis allusionibus perseuerat, quoniam superbos, & impios quãdiu voluit dominus, permisit in montes crescere, atq; iterum quando placuit fecit in conuallium humilitate residere. Sic & persecutoribus tempus datum est vt in altum surgerent, ac deinde inclinati,

Ioha.19.b. Christiano populo subiacerent, docens oĩa ipsius ordinatione fieri, cuius voluntati nõ potest obuiari, sicut ipse dominus ait: Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum esset desuper. Et intende, quoniam hic montes in malo positi sunt, quum superius montes significent fidelissimos viros. In locum, quem fundasti eis. Illi scilicet, qui campi iam facti sunt, ad locum fundatissime descendunt Ecclesiæ, & in eius penetralibus permanebunt. Nam & ipsis quoque peccatoribus modus est positus, nec vltra permittuntur excedere, quam eis datum est licentiæ suæ frena laxare. Denique sic legitur: Nondum completa sunt peccata Amorræorum, vt omnia sub voluntate domini posita esse cognoscas. Et infra: Rigans (inquit) montes de superioribus suis & cæ. Superius dixit altos montes fuisse præteritos. & cõualles humilimas fontibus irrigatos, nunc ipsos quoq; montes superioribus aquis prædicat esse complutos, ne quid a domini munere videretur exceptum. Paulus enim prius ingens, atque arduus persecutor Ecclesiæ, rigatus aqua spirituali, quam fecundos fructus probatus est ędere Christianus? Quod quotidie dominus agit, vt doctores paganorum post conuersionem magistros faciat esse fidelũ. Illud autem: Montes excelsi cerui, require in dictione, Hericius. Et infra eodem Psal. Qui tangit montes, & fumigant: Montes hic peccatores nimia elatione turgentes debemus accipere, qui dum fuerint domini indignatione pcussi, rerumq; mundanarum amissione priuati, tunc ad salutares lachrymas currunt, & quosdã fumiferos de se tristitiæ globos, tãquã incensum suauitatis emittunt, qui ad superna conscendens, misericordiã impetrare probat domini Christi. Fum⁹ enim hic in bono positus est, quippe qui nos ad absolutionis faciem facit nos peruenire. Et in alio Psalmo. Qui confidunt in dño sicut mons Sion &c. Qui (inquit) fuerit in veræ religione constans & spem suam in domini defensione posuerit, sicut Sion Hierosolymę mons ita firmissima soliditate consistit. Montes in circuitu eius &c. Mõtes hic sanctos viros designat, q Hierusalem illam cœlestem quaquauersus inhabitant. Nam vt beatos viros debuisses aduertere, sequitur: Et dñs in circuitu populi sui. Circuit enim ad æternæ defensionis auxiliũ, & totius honoris cumulum conferendum.

De eisdem montibus. Cap. LXII.

Bernardus Can. 1.b. Diuus autem Bernar. sermone liiij. super Cantica, exponens illud Canticorum, Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: Sponsum (inquit) alloquitur, q profecto tũc in montibus salit, quum missus à patre ad Euangelizandum pauperibus, Angelorũ fungi nõ est dedignatus officio, factus magni cõsilij Angelus, qui dominus erat. Quũ itaq; oẽs iuxta Pauli sententiam, administratorij spiritus sint, missi in ministerium propter eos, q hereditatẽ capiũt salutis, qui erat super illos factus est inter illos, tanquam vnus ex illis, dissimulãs iniuriam, & accumulans gratiam. Sed audi ipsum: Non veni (inquit) ministrari, sed ministrare, & animã meã dare pro multis. Bonus minister, qui carnem suam in cibum, sanguinem suum in potũ, animã suã ministrauit in precium. Bonus plane, qui spiritualiter, charitate feruens, pietate deuotus, non solum salit in montibus, sed & transilit, colles. i. superat, & vincit alacritatem ministrandi, vtpote quem vnxit Deus suus oleo lætitiæ præ consortibus suis. Aut certe saliebat in montibus qui in Angelis olim patribus apparebat, quod vtique proprietati literæ magis conuenire videtur. Non enim ait, Saliens in montes, sed, In montibus, vt ipse in eis videatur salire, qui facit, & dat, vt saliant,

vt saliãt, quẽadmodũ loquitur in Prophetis, operatur in iustis, quũ illis ẏba, & istis opera tribuit. Adde, q̃p aliqui eorum personam eius gerebant, ita vt loqueretur quisq; illorum, non tanquam Angelus, sed tanquã dominus, sicut ille Angelus, qui cum Moyse loquebatur, dicebat: Nõ ego dñs, sed, Ego dñs, atque id frequentius iterabat. Saliebat ergo in montibus, id est, in angelis, in quibus & loquebatur, & suam hominibus exhibebat præsentiam. Ad homines enim saliebat, sed in Angelis, non in se non in sua natura, sed in subiecta creatura. Qui enim salit, de loco ad locum vadit, quod non cadit in Deum. Ergo in montibus, id est, in Angelis saliebat, qui in se nõ poterat, & saliebat vsq; ad colles, id est, patriarchas, & prophetas, cæterosque spiritales viros de terra, sed transiliebat, & colles, quum non solum magnis, & spiritalibus viris, sed & aliquibus de populo etiam, & nonnullis mulieribus æque in Angelis loqui, & apparere dignatus est. Vel colles dicit aereas potestates, quæ inter montes quidem minime iam numerantur, pro eo quod à virtutum celsitudine defluxerunt per superbiam, nec tamen vsq; ad humilia vallium, siue ad valles humilium per pœnitẽtiam detumescũt. De his arbitror illud dictum in Psalmist. Montes sicut cæra fluxerunt à facie domini. Hos itaque tumentes, ac steriles colles, tanquam medios positos inter montes perfectorum; & valles pœnitentium proculdubio transilijt, qui in montibus salit, his q̃p̃teritis, & despectis, descendit ad valles vt valles abundent frumẽto. Pſal.96.c.
Pſal.64.c
1.Reg.1.d

Porro illi é regione, æterna aridi tate, ac sterilitate damnantur, sicut habes prophetæ super illos imprecationem: Nec ros (inquit) nec pluuia descendant super vos. Atque vt noueris, q̃d ad Angelos, qui præuaricati sunt sub figura montium Gelboe ista loquatur, Vbi (inquit) ceciderunt vulnerati multi. Quam multi in his maledictis montibus de exercitu Israel ceciderunt à principio, & quotidie cadunt, de quibus & habes in eodem propheta, quum dicit domino: Sicut vulnerati dormientes in sepulchris &c. Non est ergo mirum, si steriles, & infructuosi permanent isti, non montes cœlici, sed aerij colles, super quos nec ros, nec pluuia descendit. Quip pe autore gratiæ, & benedictionum largitore transiliente eos, & descendente ad valles, vt cœlesti imbre perfundat humiles, qui sunt super terram, & fructum afferant in patientia, fructum tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Et diuus Augustinus, exponens illud Psalmistæ, Leuaui oculos meos in montes &cæ. Quid est (inquit) iam illuminati sunt montes? Iam ortus est iustitiæ, iam ab Apostolis prædicatum est Euangelium, prædicatæ sunt scripturæ, patuerunt omnia sacramenta, conscissum est velum, patuit secretum templi, iam tandem leuent oculos suos in montes, vnde veniet auxilium illis. Hoc enim præcipit illis iste Psalmus secundus de his, qui inscribuntur, Canticum graduum. Sed non rursus præsumant de montibus, quia ipsi montes non à se lucent, sed illo lucent de quo dictum est: Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Montes possunt intelligi homines magni, homines clari. Et quis maior est Ioanne Baptista? Qualis ille mons erat, de quo dominus dicit? In natis mulierum, nemo exurexit maior Ioanne Baptista? Vides resistam magnum montem lucentem, audi confitentem. Quid confitentem? Nos omnes (inquit) de plenitudine eius accepimus. De cuius ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo est tibi auxilium, non à montibus, in quos tamen, nisi leuaueris oculos per scripturas, non admoneberis, vt ab illo illumineris.

Pſal.120.a
Matth.17.f
Ioha.1.a.
Mat.11.b.
Ioan.1.b

Quid mors, mortuusq; mystice significent. Cap LXIII

MOrs, peccatum designat. Vnde scriptum est: Deuoret pulchritudinẽ cutis eius, & cõsumat brachia illius primogenita mors. Pulchritudo cutis (inquit Greg.) est gloria temporalis, quę, dum foris concupiscitur, quasi species in cute retinetur. Brachiorũ vero nomine nõ incongrue opera designantur, quia corporale opus brachijs agitur. Quid ergo sit mors, nisi peccatum est, quod ab interiore vita animam occidit? Vnde scriptum est: Beatus & sanctus, q habet partẽ in resurrectione prima, quia ille post in carne feliciter resurget, qui in hac vita positus, à malis suę morte resurrexerit. Si igit peccatũ mors, nõ incõgrue primogenita mors, superbia primogenita mors deuorat, quia iniqui gloriam, vel operationem, superbia supplantat. Potuit autem etiam in hac vita fine culpa gloriosus existere, si superbus minime fuisset, potuit autoris iudicio quibusdam suis operibus commendari, nisi hæc ipsa opera ante eius oculos elatio supplantaret. De vmbra mortis require in dictione, Ignis. Et in expositione Psalmorũ pœnitẽ tialis, exponens illum versum, Collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi &c. Quid (inquit). Viuebã olim Deo, mortuus sæculo, nunc e contrario mortuus deo, mũdo viuo. Quid est ergo peccatum, nisi mors? Hinc etenim scriptum est: Nõ est in morte, qui memor sit tui. Et iterũ: Intrauit mors per fenestras nostras. Mors nanq; est, quæ aĩam à deo separat, sen-

Apoc.20.b
Pſal.142.a
Pſal.6.b.
Hier.9.f.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum internorum intercludit officia, diuinã deturpat imaginem lucis adimit claritatẽ. Denicq̃ q̃ in Christo moriẽ, in sepulchro cõscientiæ tumulaẽ, ligaẽ cõcupiscentiæq̃ institis, à conspectu Dei ꝓcitur, duritiæ operitur, lapide iniqtatis intus clauditur. De talibus scriptum est: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ. Hos tamen aliquando resuscitat Iesus, & sublato imperuitudinis lapide, à tenebris ad lucem reuocat. Et quũ pro eis Ecclesia intercesserit ꝓ ministerium eos sacerdotũ absoluit. Venit ipse ad monumentũ, ad lachrymas Ecclesiæ cõmouetur, iubet vt ad iustitiam resurgat q̃ pridẽ in iniquitate iacuerat. Tantũmodo opus est, vt per confessionẽ foras veniat, sentiat cordis dolorẽ, timeat iudiciũ dei, ab iniquitate recedat. Habet etiam in hoc prophetæ documentũ. Et lib. v. ex registro, cap. cxiiij. Hoc vbi scriptũ est, quia quũ peccauit Adã, Gen.3.d. eius est anima mortua, qualiter mortuã dixerit, inferius ostendit, quia status sui beatitudinẽ amisit. Hoc quisq̃s negat catholicus nõ est. Deus aũt dixerat: Qua hora comederitis, morte moriemini. Quũ ergo comedit de ligno vetito Adam, quia in corpore mortuus nõ est, nouimus, qa post hoc filios genuit, atq; annis multis vixit. Si itaq; in aia mortuus nõ est (q̃d dici nephas est) ipse mentitus est, qui hunc ꝓdixit die qua peccasset, moriturũ. Sed sciendũ est, qa mors duobus accidit modis, aut absentia viuẽdi, aut à qualitate viuendi. In hoc ergo, q̃d comedendo vetitũ, eius aia dicitur mortua, nõ absentia viuendi, sed à qualitate viuendi: vt postmodũ viueret in pœ- Mat.9.c na, q ad hoc creatus fuerat, vt beate viueret in lætitia. Et lib. Mor. iiij. cap. xxix. Redẽptor (in- Ioh.11.f. qt) noster puellã in domo, iuuenẽ extra portã, in sepulchro aũt Lazarũ suscitauit. Adhuc qppe quasi mortuus iacet in domo, q latet in pctõ. Iã quasi extra portã educit, cuius iniqtas vsq; ad inuerecundiã publicæ perpetrationis aperitur. Sepulturæ vero aggere premitur, qui in ppetratione nequitię etiã vsu cõsuetudinis ꝓssus grauaẽ. Sed hos ad vitã miseratus reuocat, qui plerũq; diuina gratia nõ solũ in occultis, sed etiã in apertis iniquitatibus mortuos, & molæ prauæ consuetudinis ꝓssos respectus sui lumine illustrat. Quartũ vero mortuũ redẽptor noster nunciãte discipulo agnoscit, nec tamẽ suscitat, quia valde difficile est, vt is, quẽ post vsum malæ cõsuetudi- Mat.8.c. nis etiã ad vltimũ adulantiũ linguæ excipiunt, à mentis suæ morte reuocet. De q̃ & hũ dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos. Mortui enim mortuos sepeliunt, quũ peccatores peccatorũ fauoribus ꝓmunt. Quid est enim aliud peccare, q̃ occũbere, & sepelire, q̃ abscõdere? Sed qui peccantẽ laudibus ꝓsequũtur, extinctũ sub verborũ suorũ aggere abscõdunt. Erat aũt & Lazarus mortuus, sed tũ nõ à mortuis sepultus. Fideles quippe mulieres illũ obruerãt, q̃ & eius mortẽ viuificatori nũciabãt. Vñ & ꝓtinus ad lucã redit, quia quũ in peccato animus moritur, eiri- Iob.3.b us ad vitã reducitur, si sup hunc solicitæ cogitationes viuunt. Al'q̃n aũt falsa spes mentẽ nõ intercipit, sed hanc deterior desperatio cõfigit, q̃ dũ oĩm spẽ veniæ sunditus interimit, erroris lacẽ Ibidem alam vberius nutrit. Cõsyderet igitur sanctus vir post primã culpã, quãta deterius hõ mala cõmisit, postq̃ paradisum pdidit, vsq; ad quanta huius exilij ꝓrupta descendit, & dicat: Quare nõ in vulua mortuus sum. i. quũ serpentis suggestio peccatorẽ me cõciperet, tũc vtinam quæ me mors sequeretur, agnouissem, ne vsq; ad delectationẽ suggestio raperet, & morti arctius ligaret. Egressus ex vtero nõ statim perij? Ac si dicat: Vtinã ad exteriorẽ delectationẽ exiens, q̃d interiore lumine priuabar, agnouissem, & saltẽ in ipsa delectione occumberẽ, ne per consensum mors arctius puniret. Cur exceptus genibus? Ac si dicat: Vtinã minime me cõsensus subiectis Ibidem prauitati sensibus excepisset, ne ipsa me consensio ad audaciã deterius raperet. Cur lactatus vberibus? Ac si dicat: Vtinã blandiri saltẽ mihi post perpetrata mala noluissem, ne tanto me culpę nequius astringerẽ, quanto me in illa mollius fouerem. His itaq; reprehensionum suarum vocibus in parente primo se peccasse redarguit. Sed si ad ærũnam huius exilij nequaquã homo peccando descenderet, dicat qua perfrui quiete potuisset. Nunc enim (ait) dormiens, fileremq; somno meo requiescerem. Ad hoc quippe in paradiso homo positus fuerat, vt sibi ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cœlestẽ Angelorũ patriam quandoq; fine carnis morte tranfiret. Sic nanq; est immortalis conditus, vt tamen si peccaret, & mori posset, & sic mortalis est conditus, vel si non peccaret, etiam non mori posset, atq; ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare, vel mori non posset. Vbi igitur post redẽptionis tẽpus carnis morte interposita, electi transeunt, illuc proculdubio parentes primi, si in cõditionis suæ statu perstitissent, etiã sine morte corporũ transferri potuissent. Dormiẽs igitur fileret, & somno suo homo requiesceret, dũ ad æternæ requiem patrię ductus, quasi secessum quendã à clamore hoc humanæ infirmitatis inueniret. Post peccatum nanq; quasi clamans, vigilat, qui contentionem carnis propriæ repugnans portat. Hoc quietis silentium iam homo conditus habuit, quum contra hostem suum liberum voluntatis arbitriũ accepit. Cui quia sua sponte succubuit, mox de se, quod cõtra se perstrepere, inuenit, mox in eet

tamine infirmitatis tumultus reperit, & q̃is in pacis silentio ab autore fuerat conditus: hosti tñ spõte substratus, clamores de pugna tolerauit. Ipsa eñ carnis suggestio, quasi quidã clamor est contra quietẽ mentis, quã ante transgessionem homo non sensit, quia nimirũ ꝙ de infirmitate posset tolerare, nõ habuit. Postquã vero se sponte hosti subdidit, astrictus culpę suę vinculis, in quibusdam ei etiã nolens seruit, & clamores in mente patitur, quũ caro spiritui reluctatur. An non clamores intrinsecus audiebat, qui prauę contra se legis ỹba tolerabat, dicens: Video aliã Rom.7.b legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meę, & captiuũ me ducentẽ in legẽ peccati, q̃ est in mẽbris meis. Contẽpletur ergo vir sanctus in quanta cordis pace quiesceret, si serpentis verba fuscipere homo noluisset, & dicat: Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerẽ. i. contra mentis secretum ad conditoris contemplationem secederem, nisi me extra me tentationum tumultibus consensus primæ culpæ prodidisset.

De eadem morte, & mortuis. Cap. LXIIII.

Diuus autem Auguſt. lib. I. de sermone domini in monte, exponens illud Euangelicum, Non mœchaberis: Tria sunt (inquit) quibus impletur peccatum, suggestio, delectatio, & Auguſt. consensio. Suggestio siue per memoriam fit, siue per corporis sensus, quum aliud videmus, aut Mat.5.d audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Quod si frui delectauerit, delectatio illicita refrenanda est. Velut quum ieiunamus, & visis cibis, palati appetitus assurgit, non fit nisi delectatione, sed huic tamen non consentimus, & eã dominantis rationis iure cohibemus. Si aũt consentio, facta fuerit, plenum peccatum erit. Notum autem Deo in corde nostro, etiã si facto non innotescat hominibus. Ita ergo sunt isti gradus, quasi a serpente suggestio fiat. i. lubrico, & volubili, hoc est, temporali corporum motu, quia & si qua talia phantasmata intus versantur in anima, de corpore forinsecus tracta sunt, & si qs occultus præter istos quinq; sensus, motusq; corporis animum tangit, & etiam ipse temporalis, & lubricus, & ideo quãto illabitur occultius, vt cogitationem contingat, tanto conuenientius serpenti cõparatur. Tria ergo hęc (vt dicere cœperam) similia sunt illi gestæ rei, quæ in Genesi scripta sunt, vt quasi à serpẽte fiat suggestio, & quædãsuasio, in appetitu autem carnali, tanquam in Eua delectatio, in ratione vero, tanquam in viro consensio, quibus peractis, tanquam de paradiso, hoc est, de beatissima luce iustitiæ in mortem homo expellitur, iustissime omnino. Nõ enim cogit, qui suadet. Et omniũ naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt, sed de superioribus in quibus rationalis animus ordinatus est ad inferiora non est declinandum. Nec quisquam hoc facere cogitur, & ideo si fecerit, fine iusta defensione punitur. Non enim hoc committit, inuitus. Veruntamen delectatio ante consuetudinem vel nulla est, vel tam tenuis, vt prope nulla sit. Cui consentire magnum peccatum est, quum illicita est. Quum autem quisque consenserit, committitur peccatum in corde: si autem etiam in factum processerit, videtur satiari, & extingui cupiditas. Sed postea quum suggestio repetitur, maior accenditur delectatio, quæ tamen adhuc multo minor est, quam illa, quæ assiduis factis in consuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficillimum & tñ etiam ipsam cõsuetudinem, si se quisq; non deserat, & Christianam militiam non reformidet, illo duce, atq; adiutore superabit, ac sic in pristinam potestatem, atq; ordinem & virtutem, quam illa, quæ assiduis factis in consuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficillimum Christo, & mulier viro subiicitur. Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, consensione, ita istius peccati tres sunt differentię, in corde, in facto, in cõsuetudine, tanquam tres mortes. Vna quasi in domo. i. quum in corde consentitur libidini, altera iam prolata, quasi extra portam, quum in factum procedit assensio, tertia quum vi consuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum dominum resuscitasse quis quis Euangelium legit, agnoscit. Potuisse cõsyderat q̃s differẽtias habeat etiã ipsa vox resuscitantis, quũ alibi dicit: Puella surge. Et alibi: Iuuenis, tibi dico surge. Alibi: Infremuit spiritu, & fleuit, & rursum fremuit, & post deinde voce magna exclamauit: Lazare veni foras. Et tractatu. xl. super Ioannẽ, exponens illud Mat.9.e Luc.7.c Ioh.11.f. Ioha.12.a Euangelicum. Erat aũt quidam languens &c. Inter oĩa miracula, quæ fecit dñs noster Iesus Christus: Lazari resurrectio præcipue prædicatur, sed si attendamus quis fecerit, delectari potius debemus, quam mirari. Et infra: Si attendamus mirabiliora opera Christi, omnis qui credit, resurgit: si autem attẽdamus omnes, & intelligamus detestabiliores mortes, omnis qui peccat, moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animæ, pauci. Pro morte carnis, ne moriatur homo moriturus, & non laborat, ne peccet homo in æternum victurus, & quum laborat, ne moriatur, fine causa laborat. Id enim agit, vt multum mors differatur, non vt euacuetur: si autem peccare nolit, non laborabit, & viuet in æternum. O si possemus excitare homines

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines mortuos,& cum ipsis pariter excitari,vt tales essemus amatores vitę permanentis,qua-
les sunt homines amatores vitę fugiētis. Quid nō facit homo sub mortis periculo cōstitutus?
Gladio impendēte ceruicibus,prodiderunt homines quicquid sibi vnde viuerent,reseruabant.
Quis non continuo prodidit, ne percuteretur? Et post proditionem forrasse percussus est.
Quis non vt viueret,continuo perdere voluit vnde viueret eligens vitam mendicantem,q̄ ce
lerem mortem? Cui dictum est,nauiga,ne moriaris,& distulit? Cui dictum est,labora,ne mo-
riaris,& piger fuit? Lenia Deus iubet,vt, in ęternum viuamus,& obedire negligimus. Nō tibi
Deus dicit: Perde quicquid habes,vt viuas exguo tempore in labore solicitus,sed,da pauperi
vnde habes,vt viuas semper sine labore securus. Accusant nos amatores vitæ temporalis, q̄
nec quum volunt, nec quandiu volunt habent,& nos inuicē non accusamus,tā pigri,tā tepidi
ad capessandā vitā æternā,quā si voluerimus, habebimus, quum habuerimus,non amittemus.
Hanc autem mortem,quam,timemus,etiam si noluerimus,habebimus. Si ergo dominus ma-
gna sua gratia,& magna sua misericordia animas suscitat,ne moriantur in æternum, bene in-
telligimus tres illos mortuos, ꝙs in corporibus suscitauit, aliquid significare de resurrectioni-
bus animarum, quæ fiunt per fidem. Resuscitauit filiam archisynagogi adhuc in domo iacen-
Mat.9.e tem, resuscitauit iuuenem filium viduæ, extra portam ciuitatis elatum, resuscitauit Lazarum
sepultum quatriduanum. Intueatur quisque animam suam,si peccat,moritur, peccatum mors
est animæ,sed aliquando in cogitatione expectatur,delectauit quod malum est,consensisti,pec
casti,cōsensu illa occidit te,sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit ad fa-
ctum. Talem animam resuscitare se significans dominus,resuscitauit illam puellam, quæ non-
dum erat foras elata,sed quia in domo mortua iacebat,quasi peccatum latebat. Si autem non
solum malæ delectationi consensisti,sed etiam ipsum malum fecisti,quasi mortuum tuum extra
portam tulisti, iam foras es, & mortuus elatus es, tamen & ipsum dominus resuscitauit, &
reddidit viduæ matri suæ. Si peccasti, pœnitet te, & resuscitabit te dominus, & reddet te
Ecclesiæ matri tuæ. Tertius mortuus Lazarus est. Genus mortis immane, mala consuetudo
appellatur. Aliud est enim peccare,aliud peccādi consuetudinē facere. Qui peccat,& cōtinuo
corrigitur,cito reuiuiscit,quia nondum est implicatus consuetudine non est sepultus, qui autē
peccare consueuit,sepultus est,& bene de illo dicitur: Fœtet, Incipit enim habere pessimam fa
mam, tāquam odorem teterrimum. Tales sunt omnes assueti sceleribus, perditis moribus. Di
cis ei: Noli facere. Quando te audit, quem terra sic præmit, & tabe corrumpitur,& mole con-
suetudinis pregauatur? Nec ad ipsum tamen resuscitandū minor fuit virtus Christi. Nouimus,
videmus quotidie,videmus,homines pessima cōsuetudine pmutata viuere melius, quā viuant
qui reprehendebant. Ecce ipsa soror Lazari,si tamen ipsa est, quæ pedes dñi vnxit vnguento,
& terfit capillis suis,quos lauerat lachrymis,melius suscitata est, quam frater eius, de magna ma
Luc.7.f læ consuetudinis mole est liberata. Erat enim famosa peccatrix & de illa dictum est: Dimittun
tur ei peccata multa,quoniam dilexit multum. Videmus multos,nouimus multos,nemo despe
ret,nemo de se præsumat,& desperare malum est,& de se præsumere. Sic noli desperare,vt eli-
gas de quo debeas præsumere. Ergo dominus & Lazarū suscitauit. Et infra: Fremuit,lachry-
matus est,voce magna clamauit: Quam difficile surgit,quem moles malæ consuetudinis pre-
muit,sed tamen surgit,occulta gratia intus viuificatur,surgit post vocem magnam.

Quo pacto intelligatur illud Euangelicum, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Cap. LXV.

QVo pacto aūt intelligatur illud Euangelicum,Dimitte mortuos sepelire mortuos suos,
diuus Ambrosius insinuat sermone tertio in Psalmum cxviij. exponēs illū versum,Retri
bue &c,viuā,& custodiā sermones tuos: Lege(inqt)mādata legis, inuenies scriptū: Qui
viuens mortuū contigerit,inquinat. Quantos tangimus mortuos, inter quantos mortuos ver
samur? Ideo tibi autor vitæ dicit: Relinq; mortuos sepelire mortuos suos. Ideo tibi alibi dicit:
Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Qūo tibi diceretur: Surge à mortuis, nisi inter mortu
Mat.9.c. os viueres? Ponamus te mundū esse ab operibus mortuis, à peccati colluuione,qūo mūdus es,
qui in corpore mortis es,qui inter sepulchra viuis mortuorū? Oportebat Petrum loqui mortu-
is,vt procederēt de sepulchris suis. Indigemus ergo purgatione, quia tetigimus mortuos. Lex
nos mundari iubet. Quis tantus,vt supra legem sit? Ipsum Nazaræū sanctum dei lege, si is te-
tigerit mortuū, lex immundū pronunciat,ideoq; radit caput suū,& deponit capillum quasi nō
sanctum,& iterum orat,vt exaudiatur. Qui ante propter mortui attactum exorare non potu-
it,irrationabiles duxit dies,quia irrationabili appropinquauerat. Deponit igitur mortua,& su
perflua capitis sui,vt Christo reconcilietur. Ergo si Nazaræus purificat,& nos purificari opor

tet. Omnes contigimus mortuum. Quis enim gloriabitur castum se habere cor,aut quis au-
debit dicere purum se à peccatis? Sit aliquis fortasse,qui in sermone nō deliquerit, licet rarus
Prou.20.b sit iste,de quo deus dicat,sicut de sancto Iob: Ille non peccauit labijs suis, tamen nō semper ha-
bere potuit mūdas cordis sui cogitationes,injcit se diabolus in cor hominis. Pone,parata sem
Iob.1.b. per,& peruigili custodia quisquam cor suum sepserit,tamen in medio peccatorū versatur,ne-
cesse habet etiam ipse purificari,vt Esaias quum dixisset: Miser ego,quoniam immunda labia
Esai.6.a habeo,& in medio populi versor immunda labia habentis,statim descēdit vnus de Seraphim,
& contigit labia eius carbone,vt immunda eius labia mundaret. Et Augustinus Augustinus
epistola nonagesimanona ad Euodium: Certe(inquit)anima Christi non solum immortalis secundum cœte-
rarum naturam,sed etiam nullo mortificata peccato,vel damnatione punita est,quibus duabus
cuusis mors animæ intelligi potest,& ideo non secundum ipsam dici potuit Christus viuifica-
tus spiritu. In ea re quippe viuificatus est,in qua fuerat mortificatus. Ergo de carne dictū est.
Ipsa enim reuixit, anima redeunte, quia ipsa erat mortua, anima recedente. Mortificatus er-
go carne dictus est,quia secundum solam carnem mortuus est, viuificatus autem spiritu,quia il
lo spiritu operante,in quo,ad quos veniebat,& prædicabat,etiam ipsa caro viuificata surrexit,
1.Petri.3.d in qua modo ad homines venit. Proinde etiam illud quod postea dictum est de incredulis,qui
Ibidem reddent rationem ei,qui paratus est viuos,& mortuos iudicare, non est consequens vt eos hic
intelligamus mortuos,qui de corpore exierunt. Fieri etiam potest,vt mortuos dixerit infide-
les: hoc est,in anima mortuos,de qualibus dicitur: Dimitte mortuos,vt sepeliant mortuos su
os. Viuos autem,qui credunt in eum,non frustra audiētes: Surge qui dormis,& exurge à mor-
1.Petri.4. tuis,& illuminabit te Christus. De qualibus etiam ipse dominus dixit: Venit hora,& nunc est,
quando mortui audient vocem filij dei,& qui audierint,viuent. Proinde quod dixit Petrus:
Propter hoc & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum homines in car-
ne,viuant autem secundum Deum in spiritu non cogit apud inferos intelligi. Propterea enim
in hac vita & mortuis euangelizatum est,id est,in fidelibus, & iniquis, vt quum crediderint,
Ambrosius iudicentur quidem secundum homines in carne,hoc est, in diuersis tribulationibus,& in ipsa
morte carnis. Vnde idem Apostolus alio in loco dicit tempus esse, vt iudicium incipiat a do-
1.Petri.4. mo domini. Viuant autem secundum Deum spiritu,quia & in ipso fuerant mortificati, qū
quam mortui audient vocem filij dei,& qui audierint,viuent. Proinde quod dixit Petrus:
Propter hoc & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum homines in car-
ne,viuant autem secundum Deum in spiritu non cogit apud inferos intelligi. Propterea enim
in hac vita & mortuis euangelizatum est,id est,in fidelibus, & iniquis, vt quum crediderint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Paulus ait: Mihi enim viuere Chrūs est, & mori lucrū. Quid est Chrūs, nisi mors corporis, spūs vitæ? Et ideo cōmoriamur cum eo, vt viuamus cum eo. Sit quidam quotidianus vsus in nobis, affectusq; moriendi, vt per illā (quam diximus) segregationē à corporeis cupiditatibus anima nostra se discat extrahere, & tanquā in sublimi locata, quo terrene adire libidines, & eā
Rom. 7. d sibi glutinare non possint, suscipiat mortis imaginem, ne pœnā mortis incurrat. Repugnat enī lex carnis legi mentis, & eam legi erroris adijcit, sicut Apost. reuelauit, dicens: Video enī legē carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Omnes impu
Ibidem gnamur, omnes sentimus, sed nō omnes liberamur. Et ideo: Infelix ego homo, nisi remediū quærā. Sed quod remediū? Quis me liberabit de corpore mortis? Gratia dei per Iesum Chri-
stum dominum nostrum. Habemus medicū, sequamur remedium: remedium nostrum Christi gratia, & corpus mortis, corpus est nostrū. Ergo peregrinemur à corpore, ne peregrinemur
a Christo. Et si in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis, ne sequamur, nec deseramus iura naturæ, sed dona gratiæ præoptemus. Dissolui enim, & cum Christo esse, multo melius, perma
nere autem in carne, magis necessarium propter vos. Sed non omnibus necessarium. Domine Iesu non mihi, qui nulli vtilis sum. Nam mihi lucrum est mori, ne plura peccem. Lucrū mihi est
mori, qui ipso libro, quo alios consolor, quasi vehementiori monitore ad desiderium amici fra
tris impellor, quoniam me eius non sinit obliuisci, nunc magis amo, & vehementius desidero.
Et Cyrillus libro x. contra Julianū, qui obijciebat quod dñs dixit cuidam dicenti, Domine p-
mitte mihi vt primum abeam & sepeliā patrē meū, ipse dixerit, Sequere me, &, Sine mortuos
sepelire mortuos suos, hoc pacto respondet: Discipulū autē magis voluit se sequi, & alijs dimit
tere mortuos, vt sepelirent. Decet enim vt res nostras non præferamus charitati in deū, quia
diuina, etiam reuerentia erga parentes, maiora sunt. Deus enim natiuitatis omniū autor, & fa-
Ambrosius ctor. Et diuus Ambrosius super Lucā, exponens illud Euangelicum, Ait autem ad alterum: Se-
quere me. Ille aūt dixit: Domine promitte mihi primum ire, & sepelire patrem meū. Dixitq;
Psal. 44. c ei Iesus: Sine, vt mortui sepeliant mortuos suos &c. Sequere (inquit) me. Sed hoc dicit ei, cuius
patrem iam sciebat mortuum. Illum vtiq; patrem, de quo dictum est: Obliuiscere domum pa-
tris tui. Vide igitur quia dominus, quos misereatur, etiam imprudentes aduocat. Et postulanti
paternæ veniam sepulturæ, respondit: Sine mortuos &c. Itaq; quum religiosum humandi acce
perimus officium quemadmodum hic paterni quoq; funeris sepultura prohibetur, nisi vt in-
telligas humana posthabenda diuinis. Bonū studiū, sed maius impedimentum. Nam qui parti-
Actu. 6. a tur studiū, detruat affectū, qui diuidit curā, differt profectum. Ergo prius obeunda quæ maxi-
ma sunt. Nā & Apostoli, ne occuparent studium disputandi, ministros pauperibus ordinaue-
runt. Et ipsis, quū à dño mitterentur, neminē in via salutare præscriptum est, nō quo benevolē
tiæ displiceret officium, sed quo persequendæ deuotionis intentio plus placeret. Quomodo
aūt mortui sepelire mortuos possunt, nisi geminā hic intelligas mortem, vnam naturæ, alterā
culpæ? Est etiam mors tertia, in qua peccato morimur, Deo viuimus, sicut Christus, qui pecca-
to mortuus est, quod aūt mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo.
Vna est igitur mors, qua copula corporis, & animæ separatur, non formidabilis, non timenda,
quū discessio quędā nostri videatur esse, nō pœna, nō mituenda fortibus, desideranda fortibus,
miseris expetenda, de qua dictū est: Quærent homines mortē, & non inuenient eā. Est & alia,
quæ secularium affert interitum voluptatum, in qua nō natura, sed delicta moriunt. Hāc mor
tem subimus, consepulti in baptismo, & mortui cum Christo ab elementis huius mundi, quū
actus patimur prioris obliuia, hac morte mori voluit, quum prophetaret Balaam, vt deo viue
ret, & ideo dixit: Moriatur anima mea in animabus iustorum, & fiat semen meū, vt semen eo-
rum. Est & tertia mors, quando Christus, qui est vita nostra, nescitur. Scire autem Christū vi-
ta est sempiterna, quæ nunc iustis præsto est in vmbra. In futurum aūt erit facie ad faciē. Spūs
enim ante faciem nostrā Christus dominus, de quo dixit: In vmbra eius viuemus in gentibus.
In vmbra alarum eius sperauit Dauid, in vmbra eius cōcupiuit, & sedit Ecclesia. Si tantum dīe
Can. 2. a Iesu cōfert vmbra tua, quantū vtiq; veritas affert? Quemadmodum viuemus, quādo iā nō cri
mus in vmbra, sed in ipsa vita? Nunc aūt vita nostra absc̄dita est cum Christo in deo. Quum
autē Chrūs apparuerit vita vestra, tūc & vos (inquit) cū eo apparebitis in gloria. Dulcis illa vi-
ta est, quæ nō habet mortē. Hæc enim vita corporis habet mortē sorte naturæ, quæ plerunq;
etiā desiderat. Habet etiā ipsa aīa plerunq; mortē labe peccati. Aīa enim q̄ peccat, ipsa morie-
Nō ergo paterni funeris sepultura prohibet, sed necessitudini generis, diuinæ religionis pietas
antefertur. Illud cōfortibus relinqtur, hoc mandat electis. Aurea sepulchrū patens guttur est
impiorum, memoria eorū abolenda p̄scribitur, quorū simul cum corpore occidit, nec reuoca
tur a-

tur ab officio patris filius, sed fidelis à perfidi communione secernitur. Est enim propria quæ
dam sepultura nostrorum, qualis illa, de qua dictū est: Hæc enim mittens hoc vnguentū in cor-
pus meū, ad sepeliendū me fecit. Et ideo qui bona fide in se sepelit Christū, vt cū eo resurgat,
diaboli perfidiam in se sepelire non debet. Est & illa prophetica, vt supra sepulturam malorū Mat. 26. b
quædam ponamus, quæ lector agnoscit, infidelis intelligere nō debet, non quo cibus imperfe-
ant potus, sed sacræ oblationis veneranda communio reueletur. Nō ergo interdictum est mu
neris, sed religionis mysterium, communionem nobis cum gentibus mortuis non futurā. Nā
quum sacramenta viuorum sint, non videntur mortui, qui habent vitam.

Antedicta Euangelij verba exponuntur per alios doctores. Cap. LXVI.

THeophylactus autē eadem Matthæi verba exponens, hoc pacto scribit: Postq̄ qs sese tra-
diderit deo, nō debet denuo ad vitæ huius curas cōuerti. Oportet sane & parentes vene-
rari, sed magis oportet venerari deum. Huius aūt pater in credulus erat. Quod manifestum ex
eo quod dicit: Sine mortuos sepelire mortuos suos. i. infideles. Si autem illis neq; patrem sepe- Mat. 8. c.
lire licuit, væ his, qui monasticen professi, ad mundana regrediunt negocia. Et enarrans Lucæ 2. 8. Luc.
verba: Aliū (inqt) q nō rogauerat, pmittit sequi, & quū peteret vt ei abire liceret, & sepelire pa
trē suum, nō concedit dicens: Sine mortuos &c. quo insinuat incredulū fuisse patrē illius, & p-
terea indignum cuius curā ageret filius, q crediderat. Sine enim mortuos cognatos, hoc est, in
credulos, increduli patris curā gerere, & illum pascere, vsq; ad sepulturā. Sepelire enī hoc loco
significat curam gerere vsq; ad sepulturā, quia & cōmunis sermo ità habet, quū dicimus: Ille fili
os sepelijt patrē suum, non intelligimus, quod tantum sepelierit eum, & nihil boni aliud illi fece
rit, sed quod diligentem eius curam habuerit vsq; ad mortē, & sepulturā. Igitur illi quidē mor
tui, hoc est, increduli sepeliant mortuum suum, dico, patrē tuum. Tu autem quia credidisti, an-
nuncia, velut meus discipulus Euangeliū dei. Hoc autem dixit dominus, nō prohibens nos ab
alendis parentibus, sed docens pietatem præferendam incredulis parentibus, eo quod nullum
ad virtutem obstaculum esse debeat, & contemnendam etiam naturam propriam, ideo peten
tiq sequi illum, prius autem renunciare his, quæ domi suæ nōn cohicssit, ire scilicet in domū su-
am, & renunciare domesticis, &, vt magis proprie dicam, dicere vale. Insinuabat autem homo Mat. 4. c.
ille, quod familiaritatem quandam adhuc habeat cum mundo, & non affectus sit, vt Apostoli,
qui mox vt audierunt, Christum secuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes, & ne vale qui-
dem necessarijs dicentes. Sæpe enim contigit, quod quando quis vale dicit amicis suis, vt inue-
niantur aliqui, qui illum à vita sancta abducant, & prohibeant, ideo bonum est, vt quum quis
rem bonam facere vult, non moretur, sed statim perficiat. Nullus enim qui mittit manum su-
am ad aratrum spirituale, & respicit iterum ad mundum, idoneus est ad regnū cœlorū. Mor-
tuus quoque peccator est, qui & sepelit mortuos suos, hoc est, malas cogitationes, quas non cō
fitetur. Proinde dominus prohibet secuturū se, ne sepeliat malas cogitationes, & occultet. Vult Hieronym.
enim eas per confessionem manifestari. Et diuus Hieronymus in commentarijs, Alius autem
de discipulis ait illi: Domine permitte me primum ire &c. Quid simile est inter scribam, & dis-
cipulum? Ille magistrum vocat, hic dominum confitetur. Ille propter pietatis occasionem ad Augustī.
sepeliendum patrem ire desiderat, iste secuturum se quolibet esse promittit, non magistrū quæ
rens, sed ex magistro lucrum. Et diuus Augustinus sermone sexto de verbis domini: Eodem
loco (inquit) ait cuidam: Sequere me. Et ille: Sequor domine, sed sine me primo ire, & sepelire
patrē meum. Pie quidē excusauit, & ideo dignior cuius excusatio remoueretur, vocatio firma
retur. Pius erat quod volebat facere, sed docuit magister quid debuisset p̄ponere. Volebat enim
nū esse viui verbi p̄dicatorem, ad faciendos victuros. Erant aūt alij, per quos illa necessitas im-
pleretur. Sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos. Infideles quādo cadauer sepeliunt, mor
tui mortuum sepeliunt. Illius corpus aiam pdidit, illorum anima deum. Sicut enim anima ē vi-
ta corporis, sic vita aiæ deus. Et sermone vij. Et alterum cōtinuo tacentē, & nihil dicentē, vel
promittentem, Sequere me, Quantum mali in illo, tantum boni videbat in isto. Sequere me di Mat. 8. c.
cis nolenti. Ecce habes hominē paratum. Sequor te quocunq; ieris, & tu dicis nolenti: Sequere
me? Istū (inquit) declino, qui video ibi foueas, video nidos. Quid ergo molestus es huic, quem
frangas, & excusat? Ecce iam compellis, & non venit: hortaris, & non sequit. Quid enim dicit?
Libo prius sepelire patrē meū. Fides cordis eius domino se ostendebat, sed pietas differebat. Dñs
aut Christus, quando parat homines Euangelio, nullam excusationē vult interponi carnalis hu
ius, temporalisq; pietatis. Est quidē, & lex dei habet, & ipse dñs arguit Iudæos, quia distribue-
bant ipsum mandatum dei. Et Paulus Apost. in Epistola sua posuit, & dixit: Hoc est mandatū
primum in repromissione: Honora patrem tuū, & matrē tuā, Deus vtiq; dixit. Volebat enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

iſte iuuenis obtemperare deo,& ſepelire patrem ſuum,ſed eſt locus,tempus,& res,qui huic reb
huic tẽpori, & loco ſeruiat. Honorandus eſt pater,ſed obediendũ eſt deo. Amandus eſt gene-
rator,ſed ꝓponendus eſt creator. Ego(inqt)ad Euangeliũ te voco,ad aliud mihi opus neceſſari
us es. Maius eſt hoc,q̃ q̃d vis facere. Sine mortuos ſe pelire mortuos ſuos. Pater tuus mortuus eſt,
ſunt alij mortui,q̃ ſepeliant mortuos. Mortui ſepelientes mortuos,q̃ ſunt? Poteſt ne mortuus à
mortuis ſepeliri? Quomodo inuoluunt,ſi mortui ſunt? Quomodo plangũt,ſi mortui ſunt? Et
inuoluunt,& plangunt,& mortui ſunt,quia infideles ſunt. Docuit nos quod ſcriptum eſt in Ca
Cant. 3.a tico Canticorum,dicẽte Eccleſia: Ordinate(alias ordinauit)in me charitatem,id eſt,facite gra
dus,& cuicũq̃ debetur,reſtituite. Nolite anteriora poſterioribus ſubdere. Amate parentes,ſed
ꝓponite deum parentibus. Attendite matrem Machabæorũ: Filij(inquit)neſcio qſio appa
ruiſtis in ventre,cõcipere vos potui,parere potui,formare vos non potui. Illũ ergo audite,illũ
mihi ꝓponite. Nolite attendere,ne ſine vobis remaneam. Præcepit,& ſecuti ſunt. Quod do
Mat.8.c cuit mater filios,hoc docebat dñs Ieſus Chriſtus iſtum cui dicebat: Sequere me. Et ſermone de
cimooctauo: Sinite mortuos &c. Certe mortuos ſepulturi nõ ſunt corpore mortui,q̃ ſi hoc
eſſet,mortua corpora ſepeliri non poſſent. Tamen mortuos eos vocat. Vbi,niſi intus in ani-
ma? Sicut enim etiam viſibiliter plerumq; in domo integra,& ſaluâ,dominus eiuſdem domus
mortuus iacet: ſic in corpore integro multi habent intus animam mortuam, & hos ſic excitat
Apoſtolus: Surge qui dormis,exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Ipſe illuminat ex-
Ephe.5.d. cæcatum,qui excitat mortuum. Eius enim voce per Apoſtolum clamatur ad mortuum: Sur-
ge qui dormis. Cæcus luce illuminabitur cum reſurrexerit. Et libro de Trinitate quarto,capi-
te tertio: Nos certe(quod nemo Chriſtianus ambigit)& anima,& corpore mortui ſumus,ani
ma ꝓpter peccatũ,corpore ꝓpter pœnã peccati,ac ꝓhoc & corpore propter peccatũ. Mors
aũt animæ impietas eſt,& mors corporis corruptibilitas, per q̃ ſit & animæ à corpore ab-
ſceſſus. Sicut enim aïa Deo deſerente,ſic corpus aïa deſerẽte moritur: vnde illa fit inſipiens,hoc
exanime. Reſuſcitatur enim anima per pœnitentiam, & in corpore adhuc mortali renouatio
Rom.4. 2.Cor.5.d vitæ inchoatur à fide,qua creditur in eum,qui iuſtificat impium, bonisq; moribus augetur, &
roboratur de die in diem,quum magis,magisq; renouatur interior homo. Corpus vero tan-
quam homo exterior,quanto eſt hæc vita diuturnior,tanto magis, magisq; corrũpitur, vel
ætate,vel morbo,vel variis afflictionibus,donec veniat ad vltimam afflictionẽ,quæ ab hoibus
mors vocatur. Eius aũt reſurrectio differtur in finem,quũ & ipſa iuſtificatio noſtra perficitur
ineffabiliter. Et paulo inferius: De morte autem animæ a morte corporis diſtinguenda, quid
plura documenta commemorem,quum dominus in vna ſententia Euangelica vtranq; mor-
tem cuiuis facile diſcernendam poſuerit,vbi ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos? Sepelien-
dum quippe corpus mortuum erat, ſepultores autem eius per infidelitatis impietatem in ani-
Mat.8.c. ma mortuos intelligi voluit,quales excitantur,quũ dicitur: Surge qui dormis,& exurge à mor
Ephe.5.d tuis,& illuminabit te Chriſtus. Deteſtatur autem quandam mortem Apoſtolus,dicens de vi-
1.Tim.5.a dua: Quæ autem in delicijs agit,viuens mortua eſt. Anima igitur iam pia, quæ fuit impia, pro-
pter iuſtitiam fidei dicitur ex morte reuixiſſe,atq; viuere. Corpus aũt non tantum moriturũ
propter animę abſceſſum,qui futurus eſt,ſed propter infirmitatem tantũ carnis,& ſanguini,
quodam loco in ſcripturis etiam mortuum dicitur,loquente Apoſtolo: Corpus quidem (in-
Roma.8.b. quit)mortuum eſt propter peccatum,ſpiritus autem vita eſt,propter iuſtitiam. Hæc vita ex fi
de facta eſt,quoniã iuſtus ex fide viuit. Sed quid ſequitur? Si autem ſpiritus eius,qui ſuſcitauit Ie
ſum à mortuis habitat in vobis,qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis,viuificabit & mortalia cor
pora veſtra per inhabitantem ſpiritum eius in vobis. Huic ergo duplæ morti noſtræ ſaluator
impendit ſimplam ſuam,& ad faciendam vtranq; reſuſcitationem noſtram in ſacramento, &
exemplo præpoſuit,& propoſuit vnam ſuam. Neq; enim fuit peccator aut impius,vt ei tanquã
ſpiritu mortuo in interiore homine renouari opus eſſet,& tanquam reſipiſcendo ad vitã iuſti
tiæ reuocari,ſed indutus carne mortali,ea ſola moriens,ea reſurgens,ea ſola nobis ad vtrunq;
concinuit,quum in ea fieret interioris hominis ſacramentũ,exterioris exemplum. Et libro de
ciuitate dei vigeſimo,capite ſexto,exponens illud Euangelicum,Amen,amen dico vobis, quia
Iohan.5.d venit hora,& nunc eſt,quando mortui audient vocem filij dei &c. Nondũ(inquit) de ſecunda
reſurrectione.i.corporum,loquitur,quæ in fine futura eſt,ſed de prima,quæ nunc eſt. Hãc qp
pe vt diſtingueret,ait: Venit hora, & nunc eſt. Non autem iſta corporum,ſed animarum eſt.
Habent enim & animæ mortem ſuam in impietate,atq; peccatis. Secũdum quam mortẽ mor
tui ſunt,de quibus idem dominus ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, vt ſcilicet in anima
mortui,in corpore mortuos ſepelirent. Propter iſtos ergo impietate,& iniquitate in aïa mor

tuos: Venit(inquit)hora,& nunc eſt,quando mortui audient vocem filij dei. Et paulo inferius:
De qua morte ait Apoſt. Paul. Ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt vnus,
vt qui viuunt,iam non ſibi viuant,ſed ei,qui pro ipſis mortuus eſt,& reſurrexit &c. Et tracta-
tu quadrageſimonono in Iohannẽ: Si nõ credis(inq)& viuis,mortuus es. Cuidam dñs differẽ-
ti ſequi eum,& dicenti: Eam priusſepelire patrem meum: Sine(inquit)mortuos ſepelire mor-
tuos ſuos,tu veni,ſequere me. Erat ibi mortuus ſepeliendus,erant ibi & mortui mortuũ ſepul
turi,ille mortuus in carne,illi in anima. Vnde mors in anima? Quia nõ eſt fides. Vnde mors in
corpore? Quia nõ eſt ibi anima. Ergo animæ tuæ anima fides eſt. Qui credit in me(inquit)eti
am ſi mortuus fuerit in carne,viuet in aïa,donec reſurgat,& caro nunquã poſtea moritura.

Quid murænulæ myſtice ſignificent. Cap. LXVII.

QVid murænulæ myſtice ſignificent,diuus inſinuat Grego. exponens illud Canticorum,
Murænulas aureas faciemus tibi,vermiculatas argento: Murena piſcis eſt(inqt)qui ca- Gregorius Can.1.c.
ptus vertit ſe in circulũ,ad cuius exemplar fit inauris,quæ murænula dicitur,qua deſignat ꝓ
dicatio,quæ auribus inhæret,& eas penetrat. Murænulis monilia collo ligantur,quia & ſapien
tia,& religio à ſcripturis ſanctis prædicatoribus adiungit. Per murænulas enim ſancta ſcriptu
ra intelligitur. Quæ bene auro,& argento vermiculatæ dicuntur,quia & ſapientia ſancta ſcri-
ptura fulget,& ſonora prædicatione per vniuerſum mundum auditur. Sicut enim per aurũ ſa-
pientia,ſic per argentum ſancta prædicatio demonſtratur. Et diuus Bernardus ſermone qua- Bernardus
drageſimo primo ſuper Cantica,Murænulas &c. Si faciam ſingulariter,& non pluraliter facie-
mus dixiſſet,abſolute,& indubitanter etiam hoc loqui ſponſum pronunciaſſem. Nunc aũt vi-
de,ne forte magis ſodalibus eius congruentius aſſignemus, ſponſam quaſi conſolantibus tali
promiſſione,quod donec perueniat ad viſionem,cuius ſic flagrat deſiderio,facturi ſint illi mu-
rænulas pulchras,& ſpecioſas,quæ ſunt aurium ornamenta. Atq; hoc propterea (vt opinor)
quia fides ex auditu,& quandiu per fidem ambulatur,& non per ſpeciem,danda opera potius
inſtruendo auditui,quam viſui exercendo. Fruſtra nanque intenditur oculus, qui non fit fide Mat. 5.d.
mundatus,quum ſolis,qui mundo corde ſunt,videndi copia promittatur. Scriptum vero eſt:
Fide mundans corda eorum. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa viſus purgatio eſt, merito illi
ornandis auribus intendebant,dum auditus ſicut ratio docuit,viſus ſit præparatio. Tu(inqui-
unt)o ſponſa intuente dilecti inhiãs claritati,ſed hoc alterius temporis eſt. Damus autẽ in præ-
ſentiarum ornamenta auribus tuis,quod erit tibi interim conſolatio,erit & præparatio ad hoc
ipſum quod poſtulas. Ac ſi illud prophetæ ei dicant: Audi filia,& vide. Videre deſideras,ſed au
di priùs: Gradus eſt auditus ad viſum. Proinde audi,& inclina aurem tuam ornamentis,quæ ti
bi facimus,vt per auditus obedientiam ad gloriam peruenias viſionis. Nos auditui tuo damus
gaudium,& lætitiam,nam viſui non eſt noſtrum dare(in quo gaudij plenitudo,& tui deſiderij
adimpletio eſt)ſed illius,quem diligit anima tua. Ipſe vt gaudium tuum plenum ſit, oſtendet
ſeipſum tibi. Ipſe adimplebit te lętitia cum vultu ſuo. Tu interim accipe ad conſolationem mu
rænulas has de manu noſtra,cæterum delectationes in dextera eius vſq; ad finem. Aduerten Ruperti⁹
dum cuiuſmodi ei murænulas offerunt. Aureas(inquit)& vermiculatas argento. Aurum diui
nitatis eſt fulgor,aurum ſapientia,quæ deſurſum eſt. Hoc auro fulgentia quædam,quaſi verita
tis ſtigmata,Spondent ſe figuraturos hi quibus id miniſterij eſt,ſuperni aurifices,atq; internis
animæ auribus inſerturos. Et Rupertus, Murænulas aureas &c. Murænula quoddam colli or-
namentum,vulgo ſic vocatum,ideirco quod ſcilicet auri metallo in virgulas lenteſcente,quæ-
dam ordinis flexuoſi catena contexitur in ſimilitudinem murænæ ſerpentis. Hæc & interdũ
auri,atq; argenti texitur virgulis. Vnde hic dicitur: Murænulas aureas &c. Aurum,& argen-
tum idem ſignificant hic,quod & in Pſalmo quum dicit,Pennæ columbæ deargentatę,& po-
ſteriora dorſi eius in pallore auri. Aurum in dorſo,vel in poſterioribus columbæ interior eſt
ſenſus ſanctæ ſcripturę,argentum vero ſermo exterior,cuius nitori nullo modo cõparari poſ-
ſunt lepores,ſiue exornationes eloquentię mundanę,quantumlibet exquiſitę fuerint,ſiue accu
ratę. Ergo per murænulas aureas,argẽto vermiculatas,recte intelligimus ſermocinationes ſan
ctorum,ſenſibus aureas,elocutionis nitore argenteas,ſiue luculentas. Eſt igitur ſenſus: O virgo
virginum,quo factum eſt iſtud? Quia nec primam ſimilem viſa es,nec habere ſequentem. La-
xa vocis iter,& collum tuum ſilentio cõmunitum pande interdũ,et tuis auribus amicorũ fide
liura vel breuiter eloquendo cõmitte ſecretum,vt dicas nobis,quo,vel per quid altiſſimo com
placueris,qualis ille tibi fuerit,primum in corde,ſiue in vtero,deniq; in conuictu,ſiue colloqo,
dũ laxares vberibus,dũ geſtares eum vltis trementibus. Sumus enim fidi artifices,argentarij ſi
deles,& ad laudẽ illius,qui tibi hęc magna fecit,faciemus murænulas veritatis,ornamenta bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictionis,& gratiarum actionis,benedicendo,& gratias agendo, quia sic fecit tibi, ita vt non sit locus,vbi vox laudis huius non audiatur,vox sonora,laus altisona,quæ tuum nomen concelebrans ,iugiter te ambiat,& quodammodo de collo tuo dependeat.

Quid murus mystice significet. Cap. LXVIII.

Gregorius lob.30.b

QVid murus mystice significet,diuus scribit Gregor.libro Moral.xx.cap.xxij.exponens illud Iob,Quasi rupto muro,& aperta ianua irruerunt super me,& ad meas miserias deuoluti sunt: Quid hoc loco(inquit)muri nomine,nisi redemptor humani generis appellatur? De quo pro sanctæ Ecclesiæ ædificatione per prophetã dicit: Ponetur in ea murus, & antemurale. Ipse enim nobis murus est,qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituum cursum vetat. Qui nostræ quoq; fidei etiam antemurale posuit,quia priusquam se per carnẽ ostẽderet,prædicatores sui mysterij prophetas misit. Recte quippe antemuralis nomine vocant, quia dum subsequentem prædicauerunt dominũ,quasi ante murum steterunt. Sed quasi murus rumpitur,quum prauorum persuasionibus fides,quæ in redemptore nostro est, in quorundã corde dissipatur. Quumq; peruersis in hac vita potestas tribuitur,quid aliud quam ianua erroris aperitur? Quasi rupto ergo muro,& aperta ianua super bonos irruũt mali,quum accepta temporaliter potestate, peruersi ipsa quoq; in quorundam corde destruere munimina fidei conantur. Potest quoq; intelligi muri nomine munitio disciplinæ, Salomone attestante, q̃ ait: Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ,& maceria lapidum destructa erat. Per agrum enim hominis pigri,atq; per vineam viri stulti trãsire,est cuiuslibet vitã negligẽtis inspicere,eiusq; opa cõsiderare. Quã vrticæ vel spinæ replent, quia in corde negligentiũ pruriẽtia terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorũ. Quippe quia scriptum est: In desiderijs est omnis otiosus. Maceria lapidũ destructa erat,id est,disciplina patrum ab eius corde dissoluta. Quasi ergo rupto muro hostis ingredit,quum vel malignorũ spirituũ vel prauorũ hominũ persuasione callida disciplinæ munimina in corde dissipant. Et exponẽs illud Cãticorũ,Si murus est ædificemꝰ super eum propugnacula argẽtea: Dato(inqt)spiritu sctõ murus sctã ecclesia efficitur, quia q̃ prius timida erat, instructe eandẽ spiritu omnipotẽte,ad resistendum aduersarijs impenetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus sub ancilla timidus,mox contra principes rigidus, quibus dicebat: Obedire oportet Deo magis,quã hominibus. Et iterũ: Si iustũ est vos potius audire,quam Deum,iudicate. Nos enim non possumus quæ vidimus,& audiuimus,non loqui. Et deceteris discipulis scriptum est: Ibant discipuli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta est Ecclesia,quæ modo tenerrima,nec pedẽ cuiuslibet gradientis sine sui læsione gerit,modo vero accepto mirabili artifice spiritu sancto,vniuersi exercitus assultus illæsa contemnit. Sup quam propugnacula ædificantur,qa vt non tantummodo se defendat,sed vt& impugnantes resistẽdo prosternat miracula ei facere cõcedit,q̃ quũ hostes viderint,ab eiꝰ aggressione iacula timẽtes terrẽt. Quæ propugnacula bene argentea esse phibentur,quia ipsa miracula cũ verbi ꝓdicatione donantur. Et qa argentũ valde sonorũ est metallum, argentea propugnacula existunt,quia per miracula factum est,vt eorum verba per vniuersum mũdũ conualescerent,& fidei prædicationem inflexibiliter circunquaq; diffunderent,quod manifestat Psalmista,dicens: In omnẽ terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum. Et paulo inferius: Ego murus,& vbera mea sicut turris. Murus(inquit Ambrosius lib.vi.Hexamerõ cap.octauo) est Ecclesia, turres eius sunt sacerdotes,quibus abundat,& de naturalibus verbum,& moralibus disciplina. Et in apologia Dauid,cap.xvij.exponens illud Dauidicum,Et ædificentur muri Hierusalem: Quid sibi vult(inquit)quod vir peccatum suum confitens,de Sion,& Hierusalem psallit,dicẽs: Bene fac domine in bona voluntate tua Sion,& ædificentur muri Hierusalem,nisi quia accelerari ei placet Ecclesiæ congregationem per vocationem gentium, quæ non ancillæ filij, sed liberæ Hierusalem illius,quę in cœlo est,fidei suę profapiam toto orbe diffunderet,& spiritali um sepra murorum doctrinę Apostolicę fundaret assertione? Muri itaqua Hierusalem fidei propugnacula disputationum munimenta,virtutum culmina sunt. Muri Hierusalem,Ecclesiarum conuentus sunt toto orbe fundati. Ecclesia enim dicit: Ego murus ,& vbera mea turris. Et bene muri Hierusalem Ecclesiarum conuenticula, quoniam quisq; bona fide, atq; opere ingreditur Ecclesiam,sit supernę illius ciuis, & incola ciuitatis q̃ descendit de cœlo. Hos muros lapidũ ędificat structura viuorum. Et libro de bono mortis,cap.quinto: Ecce ego(inquit)ad Hierusalem,pinxi muros tuos: Nõ detergamus penicillo negligentię,depicto animę nostrę firmamenta muralia. Ideo dixit: Muros pinxi,quibus hostẽ possimus auertere. Habet anima mi-

Act.5.c.

Can 8.c.

ros suos,de quibus eminet,& de qbus ait: Ego ciuitas munita,ego ciuitas obsessa. His munitur muris,his obsessa defenditur. Et vere murus anima,q̃ ꝓtenditur,in castris. Vnde & ipsa ait in Cãticis: Ego murus,& vbera mea vt turres. Bonus murus,quem pinxit dominus,sicut ipse ait: In manibus meis pinxi muros tuos,& in cõspectu meo es semp. Bona aia,q̃ habet speculatorẽ Deum,& in manibus eius est,sicut anima prophetica, quæ in manus domini commendatur vt spiritus,& quæ in conspectu Dei est: Oculi enim domini super iustos, sicut & ipse ait: Ego trã in oculis eius tãquã inueniens pacẽ. Bonas turres habet,q̃ habet& de intelligibilibus verbũ, & de moralibus disciplinã. Et sermone vigesimo secũ do in psalmũ cxviij. enarrans illũ ỳsum, Erraui sicut ouis q̃ perijt &c. Si murus est(inquit)ædificemus super eum receptacula,& si ianua,est sculpamus super eam tabulas cedrinas: Murus est anima sancti. Habet & Ecclesia muros suos,q̃ iam perfectior dicit: Ego ciuitas munita. Hic est murus,qui habet duodecim portas Apostolicas,per quas populo nationũ patet ingressus in Ecclesiam. Sed murus,quamuis ambitum totius vrbis includat,tunc tñ est munitior,quum receptacula habuerit parata,in quibus propugnatores vrbis tutũ spectandi, ac tuendi possint habere subsidiũ. Sed qa rationalis hæc ciuitas est,& spes eius in Dei verbo est non ferrea,sed argentea ei propugnacula requiruntur, eloquijs cœlestibus magis, quam corporis voluptatibus hostiles impetus repulsare consueta. Eo fulta præsidio, eo splendore fulgens, habilior Christi copulæ iudicatur. Et quia ianua Christus est,qui ait: Per me si qs introierit,saluabitur,& Ecclesia ianua nũcupatur,qa per ipsam patet populis aditus ad salutem. Sed ne hæreticorum corrũpat tineis, aut vermibus,dicit filiæ Hierusalem,vel Angeli,vel animæ iustorum: Aedificemus super eam tabulas cedrinas,hoc est, fidei sublimis bonũ odorẽ. Est em̃ suauis huius materię odor,quã nõ vermis, nõ tinea corrumpat. Ideo huius materiæ vsus eligitur rectorũ fastigijs eleuandis,formandisq; literarum elemẽtis,quibus ętas puerilis ad studiũ liberalis eruditionis imbuitur. Est ergo materia ista sublimis ad gratiam,leuis ad onus,suauis ad odorem,vtilis ad instrumentum scientiæ, habilis ad ministerium cognitionis æternæ. Sed quemadmodum sponsam suam diligens Christus, vrgebat ad copulę spiritalis solennitatem,ita & Ecctesia verbi decore iã capta festinabat ad nuptias. Ideoq; moratarum,& dilationis impatiens, quas filiæ Hierusalem innectere gestiebant,dicit: Ego murus,& vbera mea turres,hoc est: Nolite dubitare vtrum murus sim. Illę em̃ dixerant: Si murus est: Ego(inquit)murus sum,& non parua vbera habeo,sed vt turres vbera mea sunt,quomodo dicitis,quia non habeo vberes sensus,quæ turres habeo sapientiæ,in quibus est abundãtia,sicut scriptum est: Et abundantia in turribus tuis? His vberius,id est,sensibus, habilem se nuptijs existimabat. Et Rupertus: Si murus est,ædificemus super eum propugnacula argentea. Si ostium compingamus illud tabulis cedrinis: In ciuitatibus(inquit)vel domibus aliud est murus,& aliud ostium. Similiter in dilecta ista,in corpore isto,quod est Ecclesia,alius est quasi murus, alius quasi ostium. Hoc ex illius temporis statu clarius discerni poterit,quando primum dilecta hæc alloquenda erat,sicut iam dictum est. Alius nanq; ita fortis erat,vt tormenta,vel opprobria sustinere posset,& hic vtiq; murus erat iuxta illud: Ego quippe(ait dñs) dedi te hodie in ciuitatem munitam,& in columnam ferream,& in murũ æreum,& bellabunt aduersum te,& non pręualebunt,quia tecum ego sum. Alius in hac parte infirmior quidẽ erat, & forte persecutiones fugiẽs latere volebat,sed habebat gratiã aliquam. Verbi gratia: Sacerdotis officij gratiam,scientiamq; catechizandi rudes,& baptizandi credentes. Hic nimirum ostium erat,quia sicut per ostium in ciuitatem,vel in domum introitur: ita per tale ministerium credentes Ecclesię incorporantur. Igitur si murus est(ait)ędificemus super eum propugnacula argentea,id est,si digne potest stare, vel permanere pro fide in agone certaminis, suggeramus illi quęcunq; necessaria sunt veritatis testimonia,vt non minus respondere sciat,quam si legislet legem,aut prophetas,iuxta illud: Dum steteritis ante reges,& prę fides,nolite premeditari qualiter respondeatis. Ego enim dabo vobis os,& sapientiam,cui non poterunt respondere,& contradicere omnes aduersarij vestri. Item: Non em̃ vos estis qui loquemini,sed spiritus patris vestri,q̃ loquit̃ in vobis. Nõne sic factum est? Nonne si recte cõsideres confessiones, & responsa martyrũ,in illis dũtaxat exẽplaribus,q̃ fideliter,ac simpliciter sine fuco humani ingenij scriptæ sunt,vbi responsa illorum vt dicta,sic excepta sunt,nõne(inquã)responsa illorũ nobis propugnacula,& non qualiacunq; sed ꝓpugnacula,argentea sunt? Casta nanq;,& castigata sunt,multumq; nitoris,ac splendoris habent,iuxta illud: Eloquia dñi,eloquia casta,argentum igne examinatum. Si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis .i. cum, qui non tãte est fortitudinis,vel tolerantię,vt tormenta passionũ sustinere possit: attñ illius est officij si-

Gen.8.c.

Ioh.10.b

Rupertus

Hiere.1.d

Mat.10.b

ve deuotiõis, vt viam,vel introitum fideliter faciat volentibus introire in regnũ Dei baptizãdo, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

do,vel catechizando illos verbo dei,faciamus vt sit memorię imputribilis,atq; suauis secundū similitudinem cedri,ligni odoriferi,atq; imputribilis,iuxta illud Dauidicū:Iustus vt palma florebit,sicut cedrus Libani multiplicabitur.Sunt enim multa dona gratiarum,quæ valeāt,& sut

Psal.91.c. Can.8.e

ficere possint illis,qui etiam si cupiant,palmā martyrij nō attingūt.Quid ad hæc illa? Ego murus,& vbera mea sicut turris,ex quo facta sum corā eo,quasi pacē reperiēs.Et est sensus:Primo qdem tēpore,quū iam alloquenda essem,& de nostra fide secundū charitatē tuā respondere inciperem,paruula eram,sicut dicis dilecte mi,& vbera non habebam,sed nunc & murus sum,& vbera sunt mihi,nō qualiacunq;,sed sicut turris.Processu namq; temporis venerunt scriptores mei,confortati sunt interpretes mei,legemq;,ac prophetas,totumq; vetus pariter,ac nouum testamentum in linguas,maxime Græcam,& latinā,de vno Hebraicæ linguę repositorio trāstulerunt,& ecce spiritu,& litera fortiter instructa sum,habens etiā de meis,qui mihū nati sunt,filijs,doctores,& explanatores luculentos vtriusq; testamenti.Propterea dixi:Ego murus,& vbera mea sicut turris.Nō aūt hoc ex me,sed ex gratia dilecti,propterea & istud subiunxi:Ex quo facta sum corā eo quasi pacē reperiens.i.ex quo perfidem accepi peccatorū remissionē. Nam extunc propter ipsum quod & credidi,pacē reperi,& reconciliata sum deo per mortem dilecti mei,filij sui,& ex eo proficiens,atq; succrescens,istā quoq; gratiam consecuta sum,vt nihil mihi desit descripturis vtriusq; testamenti,& ecce vbera mea sicut turris,quia nihil contra possunt pagani,Iudæi,hæretici.

Quid musca mystice significet. Cap. LXIX.

Gregorius Exe. 9.f

QVid musca mystice significet,diuus infinuat Greg.lib.Moral.xviij.cap.xxviij.exponēs illud Exodi,Venit musca grauissima &c.Populus(inquit)qui deū sequitur,accipit sabbatum.i.requiē mentis,vt nullo in hac vita desideriorū carnaliū appetitu fatigetur:Aegyptus vero,quæ huius mundi speciē tenet,muscis percutitur.Musca enim nimis insolens,& ingerū animal est.In qua quid aliud,quam insolentes curæ desideriorum carnaliū designant? Vnde alias

Eccle.10.a

dicitur:Muscæ morientes,perdunt suauitatē vnguenti,quia cogitationes superfluæ,quæ assidue in animo carnalia cogitante,& nascuntur,& deficiunt,eā suauitatē,qua vnusquisq; intrinsecus per spiritū vnctus est,perdunt,quoniā integritate eius pfrui nō pmittunt. Aegyptus ergo muscis pcutitur,qa eorū corda,qui terrenā vitā diligunt,dū desideriorū fuorū ingetudinibus feriuntur,turbis cogitationum carnaliū ad ima depressa sunt,vt ad quietis intimæ desiderium nō leuentur.Vnde quū mira ope pietatis ad cor veritas venit,prius ab eo cogitationum

Mat 9.e

carnalium æstus ejcit,& post in eo virtutū dona disponit.Quod bene nobis sacra Euangelij historia innuit,in qua,dū ad resuscitandā filiā principis inuitatus dīs duceretur,protinus additur:Et quū ejecta esset turba,intrauit,& tenuit manū eius,& surrexit puella.Foras ergo turba ejcitur,vt puella suscitetur,quia si non prius à secretioribus cordis expellitur importuna secularium multitudo curarū,anima,quæ intrinsecus iacet mortua,non resurgit.Nā dum se per innumeras terrenorum desideriorum cogitationes spargit,ad consyderationē sui esse nullatenus

Bernardus

colligit. Et diuus Bernardus in sermone quartæ feriæ hebdomadæ sanctæ:Absit(inquit)vt

Hierony.

musceæ morituræ exterminent suauitatē vnguenti,qđ de tuo corpore fluit,quia apud sinū tuum misericordia,& copiosa apud te redēptio.Muscæ morituræ miseriæ sunt,blasphemiæ sunt, insultationes sunt,quas tibi reddit generatio praua,& exasperans.Et diuus Hieronymus:Muscæ morientes,perdunt suauitatem vnguenti,vel secundū lxx. Muscæ morituræ, exterminant

Esa.7.c

oleum cōpositionis.Exemplum(inquit)superioris sensus dedit,in quo ait: Per vnum flatum multa bona subuerti, quod sic malus mixtus bonis contaminet plurimos, quomodo muscæ,si moriantur in vnguento,perdant odorem illius,& saporem. Aliter muscæ,quæ secundum Esaiam principantur parti fluminis Aegypti,perdunt oleisuauitatem in vnoquoq; credentiū,relinquentes immundiciæ suæ odorem,atq; vestigia. Ab his muscis etiam princeps appellatus est

Mat.12.b Augustinus

dæmoniorum Beelzebub,qui interpretatur aut idolum muscarum,aut vir muscarum,aut habens muscas.Et Auguſt,sermone secundo de decem in lege præceptis,& de decē plagis: Tertium præceptum est,inquit:Memento,vt diem sabbati sanctifices,in quo insinuatur quædam vacationis indictio,requies cordis,tranquillitas mentis,quam facit bona conscientia,Qui vero inquieti sunt,& iugiter terrenis actibus implicantur,hi tertio præcepto contrariantur,& per scynifes significantur,qui nati sunt in terra Aegypti de limo,muscæ minutissimæ,inquietissimæ,inordinate volantes,in oculos irruentes,non permittentes homines qescere,dum abiguntur,iteq; irruunt,dum expulsę fuerint,iterum redeunt. Quales istę sunt muscę,tales sunt homines inqeti,qui sabbatum spiritaliter obseruare.i.bonis operibus studere,& lectioni,vel orationi insistere nolūt,& quomodo corpus humanū ab istis muscis affligitur,ita cor illorū diuersis cogitationibus inquietatur,& compungitur.Tenete præceptū,cauete plagam. Quartum

præceptum est:Honora patrem tuum & matrem tuam.Huic contraria quarta plaga Aegypti orum cynomia,id est,musca canina.Græcum enim vocabulum est.Qui enim parentes honorare dissimulat,musca hunc canina,id est,diaboli nequitia spiritaliter affligit,& cruciat.Caninū est enim parentes non agnoscere.Nihil tam caninum,quam quum illi qui genuerunt,non agnoscuntur.Et Origenes homilia iiij.super Exodum: Post hoc(inquit)scynifes producuntur. Hoc animal pēnis quidem suspenditur per aera volitans,sed ita subtile est,& minutum,vt oculi visum,nisi acure cernentis effugiat,corpus tamen,quū inse derit,acerbissimo terebrat stimulo,ita vt quem volitantem videre quis non valeat,sentiat stimulantem.Hoc ergo animalis genus,dignissime puto arti dialecticæ comparari,quæ minutis,& subtilibus verborū stimulis animas terebrat,& tanta calliditate circumuenit,vt deceptus nec videat, nec intelligat vnde decipitur.Quarto quoq; in loco cynomiam cynicorum sectæ comparauerim,qui ad reliquas deceptiones suæ improbitatis,etiam voluptatem,& libidinem summum prædicant bonū. Qm̄ igitur per hæc singula prius deceptus est mundus aduenies sermo,& lex Dei huiuscemodi cū correptionibus arguit,vt ex qualitate pœnarum,qualitates proprij agnoscat erroris.

Mustum quid mystice significet,require in dictione,Malogranatum.

INCIPIT LIBER VNDECIMVS, AD MYSTICOS Sacræ scripturæ sensus.

Quid nardus Mystice significet. Cap. I.

Origenes Can.1.d

QVid nardus mystice significet,insinuat Origenes,exponens illud Canticorum,Donec rex in accubitu suo est,nardus mea dedit odorem suum:Quō (inquit)aprabimus ei quod præcessit,donec rex in recubitu suo est:id qp sequitur,Nardus mea dedit odorem suum:Loquitur Euangeliū,qa venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pistiçe preciosæ,non illa peccatrix, sed sancta,de qua nunc mihi sermo est.Scio qppe Lucā de peccatrice,Matthæum vero,& Ioannem,& Marcum non de peccatrice dixisse. Venit ergo non peccatrix illa,sed sancta cui nomen quoque Iohannes inseruit.Maria quippe erat habens alabastrum vnguenti nardi pistiçe preciosæ,& effudit super caput Iesu.Deinde super hoc

Ioh.12.a

indignantibus,non omnibus discipulis,sed Iuda solo dicente:Potuit venundari trecentis denarijs,& dari pauperibus.Respondit magister,atq; saluator:Semper pauperes habebitis vobiscū,

ibidem.

me autem non semper.Præueniens quippe hæc in diem sepulturæ meæ fecit.Ideo vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud,dicetur & quod fecit hæc in memoriā eius.In figura ergo istud quod nunc loquitur:Nardus mea dedit odorē suum.Illa super caput domini fudit vnguentum,& tu quoque assume nardum,vt postquam caput Iesu suaui odore perfuderis,possis audacter affari,Nardus mea dedit odorem suum,& à Iesu reciprocū audire sermonem,qa vbicunq; prædicarum fuerit hoc euangelium in toto mundo,dicetur & quod fecit hæc in memoriā eius. Tu quoq; facito,in vniuersis gētibus ꝑdicato. Quando autem hoc facies? Si factus fueris,vt Apostolus,& dixeris:Christi bonus odor sumus in omni loco,in his qui saluantur & in

2.Cor.2.d

his qui pereūt. Bona opera tua nardus sunt.Si vero peccaueris,peccata tetro odore redolebūt. Dicit quippe penitens:Cōputruerunt,& corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientię meę. Nō de nardo ꝓpositū est,nūc spiritui sancto dicere,neq; de hoc,ꝺd oculis intueamur Euangelista scribit vnguēto,sed de nardo spiritali,de nardo quæ dedit odorē suū.Et secundū alterā expositionem,idem Origenes hoc pacto scribit:In specie dramatis videtur hoc ostendi,ꝙ post hæc verba ingressa sit sponsa ad sponsum,& vnguentis suis vnxerit eum,ac miro quodam genere,quasi nardus,quę prius odorem non dederat,quum esset apud sponsam,tunc dederit odorem suum,quum corpus contigit sponsi,vt non tam ille ex nardo odorem,quam nardus ex ipso sumpsisse videatur.Si vero secundum hanc differentiam,quæ in alijs inuenitur exemplaribus legimus:Nardus mea dedit odorē eius:inuenit adhuc aliqd diuinius,vt videat vnguentū hoc nardi,ꝙ vnctus est spōsus,nō tantū suū, qui nardo inesse naturaliter solet sed ipsius sponsi odorē ceperit,& ipsius odorem ad spōsam reportauerit nardus,vt in eo quo vnxit eum,odorē sponsi per ipsius vnguenti munus acceperit,& hoc sit quod dicere videatur:nardus mea, quæ vnxi spōsum,regressa ad me,odorē mihi detulit sponsi.& velut superato naturali suo odore,ꝑ fragrantia spōsi ipsius mihi detulit suauitatē. Hæc habet historici dramatis explanatio.Sed venīamus iam nunc ad intelligētiam spiritualem.Ponamus hic sponsam Ecclesiam,in personam Mariæ,quæ decenter vtique dicitur afferre libram vnguenti nardi pistiçæ preciosi,& vngere pedes Iesu,& detergere capillis suis,& recipere quodammodo,ac recuperare per crinem capitis

 sui ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui ad semetipsam vnguentum,ex qualitate,ac virtute corporis eius infectum,& odorem non tam nardi per vnguentum,quam ipsius verbi dei ad se trahentem per capillos, quibus abstergebat pedes,& imposuit capiti suo,non tam nardi,quam Christi fragrantiam,& dicere: Quia
Luc.7.d nardus mea,missa in corpus Christi,reddit mihi odorem eius. Deniq; vide quomodo hæc ipsa referuntur. Maria(inquit)attulit libram vnguenti nardi pisticæ pretiosi,& vnxit pedes Iesu, & extersit capillis capitis sui. Domus autem (inquit) tota repleta est odore vnguenti. Quod vtiq; indicat,quia odor doctrinæ,qui procedit de Christo,& sancti spiritus fragrantia, replevit omnem mundi huius domum,ac totius Ecclesiæ domum. Vel certe repleuit omnem domũ animæ illius,quæ odoris Christi susceptit participiũ,offerens primo fidei suæ munus,velut vnguentum nardi,& recipiens ex hoc gratiam spiritus sancti, & spiritualis doctrinæ fragrantiã.
Quid ergo interest,vtrum in Cantico Canticorum sponsa perungat vnguento sponsum, an
2.Cor.2.d in Euangelio discipula magistrũ,& Maria Christum:sperans(vt diximus)redire ad se ex hoc vnguento odorem verbi, & fragrantiam Christi,vt eoipso dicat:Christi bonus odor sumus deo. Et quoniam plenum fide fuit istud vnguentum & pretiosi effectus ob hoc & Iesus testi-
Can.4.d monium reddidit ei,dicens:Bonum opus operata est in me. Sic ergo rursus in Cantico Cant. post aliquanta amplectitur emissiones sponsæ,sicut hic opus Mariæ ait enim: Emissiones tuæ paradisus cum fructu pomorum. Cyperus cum nardis. Nardus cum crocis. Amplectitur ergo & in his emissiones,ac munera sponsæ. Obseruauimus sane ꝺ̃ in his,quæ nũc memorauimus, pluraliter primo, postmodũ singulariter nardum posuit,quod puto secundũ illã rationẽ dictũ quia negociator regni cœlorũ,plures primo margaritas negociatur:vsque quo ad vnam perueniat pretiosam. Et forte quod dixit:Emissiones tuæ paradisus cum fructibus pomorum:illos indicat fructus cum nardis plurimis,quos afferimus ex institutionibus & doctrina prophe
Can.2.d tica. Ex doctrina vero ipsius domini nostri Iesu Christi,emissiones nostræ & munera,nó plures habent nardos,sed vnam. Sed nunc redeamus ad eam quæ dicit: Nardus mea dedit odorẽ suum,& vide si possumus adhuc etiam hoc in loco intelligere præsenti, quodsi quando valuerimus integre,& decenter exponere de deitate Christi,virtute meq; eius,ac maiestatem dignis assertionibus consignare:tunc fortassis merito dicet,vel ecclesia illa,vel anima,quæ ita manife
Iohan.7.f Ioh.8.f ste potuerit gloriam eius exponere:Nardus mea dedit odorem suum. Nec mirum videri debet si Christus,quemadmodum fons est,& flumina aquæ vitæ de eo procedunt,& quemadmodũ panis est,& vitam dat:ita & nardus est,& odorem reddit,& vnguentum est:quo qui vncti fuerint,Christi fiant,sicut dicit in Psalmo:Nolite tangere Christos meos. Et fortasse secundum
Iohan.i.a. Ibidem. Ioha.6.d illud quod dicit Apostolus:His qui exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni,vel mali: singulis quibusq; sensibus animæ singula quæq; Christus efficitur. Idcirco enim & verum lumen dicitur,vt habeant oculi animæ,quo illuminentur:idcirco & verbum,vt habeant aures,quod audiant:idcirco & panis vitæ,vt habeat gustus animæ,quod deguſtet. Idcirco ergo & vnguẽ-
9. Iohn.i.a. tum vel nardus appellatur,vt habeat odoratus animæ fragrantiam verbi:idcirco & palpabilis,& manu tractabilis,& verbum caro factum dicitur,vt possit interioris animę manus contingere de verbo vitæ. Hæc autem omnia vnum,atq; idem est verbum dei,quod per hæc singula
Canti. 1.d affectibus orationis commutatum,nullum animæ sensum gratiæ suæ relinquat expertem. Et Rupertus: Dum esset rex in accubitu suo &c. Hoc dico vobis(inquit)ó amici,& hoc aurum verum est. Si habetis argentum, facite (vt dixistis) murænulas mihi:imo non mihi, sed domino,
Eccle 43. memores illius dicti Sapientis:Glorificantes dominum quantumcunq; potueritis, superabit adhuc,& admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum, exaltate illum quantũ potestis:maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute,ne laboretis,non enĩ peruenietis. Quid enim? Quum esset in sinu vel in corde patris, de illis altissimis suis respexit humilitatem meam. Hoc est quod dico: Dum esset rex in accubitu suo,nardus mea dedit odorem suum. Quid enim est,vel erat accubitus regis,nisi cor,vel sinus patris? Illi supradicti pastores,vel sodales eius,qui sese pares ei faciunt,& greges non ouium,sed hœdorum post se trahũt, dixerunt,quod ante me rex iste non fuerit,quod ex me initium sumpserit, quod homo tãtum, & supra hominem nihil in eo sit. At ipse prius quam ego essem,imo & antequam Abraham fieret,est & erat,& in illo accubitu suo erat. Nam in principio erat verbum,& verbũ erat apud deum. Dum ita esset,nardus mea dedit odorem suum:& hoc odore delectatus,descendit in vterum meum. Olim in Eua malo superbiæ fœtore offensus,& ob hoc ab humano genere auersus fuerat: nunc aũt delectatus bono odore,nardo humilitatis meæ,sic ad genus humanũ cõuersus est. Propterea nardũ meam dico humilitatẽ meã,qa sicut nardus herba aromatica paruo quidem frutice,vel parua spica,nequaquam in altum se subrigit,sed comosa,atq; odoratissima,

sima,flore optimi odoris,atq; radicula suaui,multis vsibus probatur vtilis:sic humilitas mea,suo quidem arbitrio,vel iudicio parua res est nimiumq; exilis,sed iudicio regis præciosior est cunctis operibus legis,in quibus homines iusti sibi videntur,atq; magnifici,ipsumq; regem,& patrem eius deum,sanctum quoq; spiritum,vnice delectat,velut suauis odor,qualis,quantusq; de nullo vnquã vsq; ad ipsum spirauit,vel spirare potuit sacrificio. O amici,hoc ego experta sum. Humilitatem meam de illo accubitu suo sensit,& respexit,& valde delectatus est,& placuit sibi quod in isto sexu tantam humilitatem inuenit:in isto(inquam)sexu à quo initium superbię generi humano superueniens,totam massam corrupit. Prius in virili,quam in isto sexu fidam humilitatem inuenit,& inter cœteros in ista gratia duo viri valde nominati sunt,scilicet Abraham,& Dauid,qui & ex verbis suis cognosci possunt,quam humiles fuerint in oculis suis. Abraham quippe,quum tantus esset,vt cum eo Deus loqueretur,& amicus illi haberetur,non tamẽ oblitus suis. Loquar(inquit)ad dominum meum,quum sim puluis,& cinis. Dauid quoq; quũ esset vnctus rex,& Saul persequueretur eum,Quem persequeris(ait)rex Israel,quem,persequeris? Canem mortuum,& pulicem vnum. Propterea non solum non confunditur Deus vocari eorum Deus,verũ etiam istis duobus iurare Deum altissimũ non piguit,facturũ se hoc mysterium,o amici,ꝙ in me cernitis. In isto sexu tandem gratiã eandẽ,& fortassis abundantiorẽ inuenit. Nolite incũbere mihi,vt explicẽ,quãtã in me humilitatẽ mitis,& humilis corde inuenerit.

De eadem nardo. Cap. II.

Bernardus Cant. 1. d

Diuus autẽ Bernardus super Cantica hoc pacto scribit: Quum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Bonus humilitatis odor,qui de hac valle plorationis ascendens,perfusis circunquaq; vicinis regionibus,ipsum quoq; regium accubitum grata suaui tate respergat. Est nardus humilis herba,quam & calidæ ferunt esse naturæ hi qui herbarum vires curiosius explorauerunt,& ideo per hanc videor mihi non inconuenienter hoc loco virtutem humilitatis accipere,sed quæ sancti amoris vaporibus flagret. Quod propterea sane dico,quoniam est humilitas,quam nobis veritas,parit & non habet calorem, & est humilitas, quã charitas format, & inflammat. Atq; hæc quidem in affectu, illa in cognitione consistit. Etenim tu si temetipsum intus ad lumen veritatis,& sine dissimulatione inspicias,& sine palpatione dijudices,non dubito quin humilieris & tu in oculis tuis factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui,quamuis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum. Eris igitur humilis,sed de opere interim veritatis,& minime adhuc de amoris infusione. Nam si veritatis ipsius, quæ te tibi veraciter,atq; salubriter demonstrauit,sicut splendore illuminatus,ita affectus amore fuisses,voluisses procul dubio quod in te est,eandem de te omnes tenere sententiam,quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis,Sane quod in te est dixerim,quoniam plerunq; non expedit innotescere omnibus omnia,quæ nos scimus de nobis,atq; ipsa veritatis charitate,& charitatis veritate vetamur palam fieri velle quod noceat agnoscenti. Alioquin si priuato amore tui rentus,detines pariter intra te iudicium veritatis inclusum,cui dubiũ est minus te veritatẽ diligere,cui proprium præfers,vel commodum,vel honorem? Vides igitur non esse idipsum
Phili 2.e hominem de seipso non altum iam sapere veritatis lumine redargutum, & humilibus sponte consentire munere charitatis adiutum? Illud enim necessitatis est,hoc voluntatis. Semetipsum exinaniuit(inquit)formam serui accipiens,& formã humilitatis tradens. Ipse se exinaniuit,ipse se humiliauit,non necessitate iudicij,sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se,& contemptibilem demonstrare,sed plane non reputare,quoniam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit,& non iudicio,qui talem se obtulit,qualem esse nesciuit,magis autem placuit minimum reputari,qui se summum non ignorabat. Deniq; ait: Discite à me,quia mitis sum,& hu
Mat.11.d milis corde. Corde dixit,cordis affectu,id est,voluntate. Itaq; necessitate. Itaq; necessitatem excludit,qui voluntatem confessus est. Non enim qũo ego,vel tu inuenimus nos in veritate dignos dedecore,& contemptu,dignos omni extremitate,& inferioritate,dignos etiam supplicijs, dignos plagis,non(inquã)ita & ille,quæ tamen omnia expertus est,quia voluit,tanquã humilis corde. Humilis vi delicet illa humilitate,quã cordis suasit affectio,non quã extorsit discussio veritatis. Propterea dixi hanc voluntariæ humilitatis speciem non redargutionẽ veritatis sed charitatis intra nos infusione creari,quia cordis est,quia affectionis,quia voluntatis,an vero rectę,tu iudica. Item q; etiam hoc tuo æque examinetur iuditio,digne ne eãdem domino assignarim,quem charitate constat exinanitum,charitate minoratum ab angelis,charitate parẽtibus subditum,charitate Baptistæ manibus inclinatum, charitate carnis infirma passum, charitate postremo morti obnoxium,cruce inglorium extitisse. Sed & hoc vnum adhuc tui sit confide rare arbitrij,recte ne etiam hanc ipsam humilitatem ita charitate calentẽ hærba humili,& calida,id

Universidad de Deusto
Biblioteca

da,id est,nardo putauerim designatam.Et si ita cuncta probaueris (probabis enim rationi manifestissimæ acquiescens)tunc si iã apud teipsum humiliatus es,necessaria illa humilitate,quam scrutans corda,& renes veritas sensibus ingerit animæ vigilantis,adhibe voluntatem,& fac de necessitate virtutem,quoniam nulla est virtus sine conniuentia volũtatis. Sic autem fiet istud si nobis alter apparere foris,quam te inuenies intus. Alioquin time,ne de teipso legas:Quoni
Pro.20. d am dolose egit in conspectu eius,vt inueniatur iniquitas eius ad odium.Pondus(inquit)& pon dus abominatio est apud Deum.Quid enim?Tu te depreciaris in secreto apud teipsum veritatis trutina ponderatus,&foris alterius precẽ mentiens,maiori te pondere vendis nobis,quã abipsa accepisti?Time deum,& noli hanc rem pessimam facere,vt quem humiliat veritas,extollat voluntas.Hoc enim est resistere veritati,hoc pugnare contra Deum.Magis autẽ acquiesce Deo & fit voluntas subdita veritati,nec tantum subita,sed & deuota. Nonne Deo(inquit) subiecta erit anima mea?At parum est esse subiectum Deo,nisi is & omni humanæ creaturæ propter Deum,siue abbati tanquam præcellenti,siue prioribus tanquam ab eo cõstitutis.Ego
Mat. 3 d. plus dico subdere paribus,subdere & minoribus.Sic enim decet nos(inquit)omnem implere iustitiam.Vade & tu ad minorem,si vis in iustitia esse perfectus,defer inferiori,iuniori,te inclinato.Hoc enim faciens trahes & ipse ad te sponsæ sermonem,quem dixit,quia nardus mea de
Cant. 1. d dit odorem suum.Odor deuotio est,odor bona opinio,quæ ad omnes peruenit, vt Christi sis bonus odor in omni loco,spectabilis omnibus,amabilis omnibus.Non potest hoc ille,humilis quem veritas ad humilitatem cogit,quoniam sibi habet illam,& exire non patitur,vt sparsa foris redoleat.Magis autem non habet odorem,quia non habet deuotionem,vtpote qui non sponte,neq; libenter se humiliat.Sponsæ vero humilitas,tanquam nardus spargit odorem suũ, amore calens,deuotione vigens,opinione redolens.Spõsæ humilitas voluntaria est, perpetua est,fructifera est.Odor eius nec reprehẽsione exterminatur,nec laude.Audierat: Pulchræ sũt genæ tuæ,sicut turturis,& collum tuum sicut monilia.Acceperat & repromissionem ornatus aurei,& nihilominus tamen cum humilitate respondet,& quanto maiorem se audit,tanto humiliat se in omnibus.Non gloriatur in meritis,nec inter laudes suas,humilitatis obliuiscitur,q̃ & humiliter confitetur sub nardi nomine.Ac si voce virginis Mariæ dicat: Nullius mihi meriti cõscia sum,ad tantam dignationem,nisi quod respexit deus humilitatem ancillæ suæ. Nã
Psal.112.2 quid est aliud,Nardus mea dedit odorem suum,quam placuit mea humilitas?Non mea(inqt) sapientia,non mea nobilitas,nõ mea pulchritudo,quę nulla erant mihi,sed quę sola inerat humilitas,dedit odorem suum,id est,solitum.Solito placet deo humilitas.Solito plane,atqex cõ
tr idem. sueto excelsus dominus humilia respicit,& ideo quum esset rex in accubitu suo,id est in excelso habitaculo suo,illuc quoque humilitatis odor ascendit.In altis habitat(inquit)& humilia respicit in cœlo &in terra.Ergo quum esset rex in accubitu suo,nardus sponsę dedit odorem suum. Accubitus regis sinus est patris,quia semper in patre filius. Nec dubites regem hunc esse clementem,cui perhennis accubitus est paternæ benignitatis diuersorium.Merito clamor humilium ascendit ad eum,cui fons pietatis est manfio,cui familiaris suauitas,cui substantialis,velpotius consubstantialis bonitas est,cui ideo totum quod est,de patre est,vt nil prorsus in regia maiestate nisi paternum,humilium,trepidatio suspicetur. Denique propter miseriam inopum,& gemitum pauperum,nunc exurgam dicit dominus.Horum igitur conscia sponsa(vtpote domestica,atq; charissima)non se putat arctandam sponsi gratia penuria meritorum,sola de humilitate præsumens.Regem deniq; nominat,Nam sponsum interim territa increpatione non audet,& in alto habitare fatetur,nec sic tamen diffidit humilitas.Primitiuæ ecclesiæ potes hũc congruentissime aptare sermonem si recorderis dies illos,quibus assumpto domino vbi erat prius,& sedente in dextera patris illo suo antiquo nobili,atq; glorioso accubitu,discipuli erant cõgregati in loco vno,perseuerãtes vnanimiter in oratione cũ mulieribus,& Maria matre eius, & fratribus eius.Nonne tibi videtur re vera tunc temporis nardũ parulæ,& trepidantis spõsæ dare odorem suum?Deniq; quum factus est repente de cœlo sonus tanq̃ aduenientis spiritus vehementis,& repleuit totam domũ vbi erant sedentes,an non merito paupercula tunc dicere potuit:Quum esset rex in accubitu suo,nardus mea dedit odorem suum?

Gregor. Quid nares mistice significent. Cap. III.

QVid nares mystice significent,diuus infinuat Gregorius libro Moral. trigesimoprimo, capite vigesimoprimo,exponens illud Iob,Gloria narium eius terror:Inscriptura sacra, vocabulo narium aliquando fatuitas,aliquando antiqui hostis instigatio,aliquãdo vero sciẽtia solet intelligi.Naribus nãq; fatuitas designat,sicut iam superius Salomone attestãte didicimus,q̃ ait:Circulus aureus in naribus suis,mulier pulchra,&fatua,vt in dictiõe,Rhinoceros.Na

rium nomine exhalantes insidiæ,atq; instigatio antiqui hostis accipitur, quod in hoc eodem libro de illo dominus attestatur,dicens:De naribus eius procedit fumus. Ac si dicat:De peruersa instigatione illius in humanis cordibus,caligo nequissimæ cogitationis surgit,per quã videtium oculi tenebrescant.Naribus quoq; præscientia designatur,sicut per prophetam dicitur: Quescite ab homine cuius spiritus est in naribus eius,quia excelsus reputatus est ipse.Sæpe enim id quod non videmus,odore comprehendimus,ita vt nonnullæ res,etiam quum longe iacent, fragrãtiam nobis suæ qualitatis innotescant,dumq; per nares spiritũ ducimus plerũq; aliqua & inuisa præscimus.Redemptoris ergo nostri spiritus esse in eius naribus dicitur,vt videlicet scientia illius esse in præscientia designetur,quia quæcunq; se scire in natura humanitatis innotuit,hæc nimirum ante secula,ex diuinitate præsciuit.Qui vnde spiritũ in naribus habuerit,mox per prophetã subiungit, dicens:Quia excelsus reputatus est ipse.Ac si diceret:In inferioribus ventura desuper præsciuit,quia ad ima de cęlestibus venit.Sancti etiam viri,quia abillo audita crediderunt,ipsi quoq; iam ventura præsciunt,dumq; eius fideliter præceptis inseruiunt,aduentũ illius spe certa præstolantur.Vnde & hoc loco equi huius naribus prædicato ris sancti præscientia,ac præstolatio designatur.Dum enim venire extremum iudicium,ostendi cœlestem patriam persolui iustis præmia appetit,quasi per nares spiritum de futuris trahit. Sed gloria narium eius terror est,quia visionem districti iudicis,quam iustus vehementer expectat,iniustus venire formidat.Iste nanq; labores suos considerans,mercedem retributionis quærit,& causæ suæ meritum sciens,præsentiam iudicis expetit,eumq;,vt veniat,in flamma ignis dans vindictam impijs,& contemplationis suæ speciem in retributione deferens, pristino ardore concupiscit.Ille vero qui iniustitiæ suæ meminit,venire iudicium perhorrescit,actusq; suos examinari metuit,quia damnari, si examinetur,nouit. Gloria ergo narium eius terror est, quia iustus inde gloriatur,vnde peccator pœnę addicitur.Videamus equum quomodo de his quæ adhuc non videt,iam per nares spiritum trahit.Videamus quanta gloria attollitur,quum iam ventura præstolatur.Ecce labores suos intuens prædicator egregius,dicit: Ego iam deliberor,& tempus meę resolutionis instat.Bonum certamen certaui cursum consummaui, fidem seruaui.De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.Vbi & apte subiungit:Non solum autem mihi,sed & his qui diligunt aduentum eius.Ac si dicat:Sed & omnibus qui sibi de bona operatione sunt conscij.Aduentum enim iudicis non diligunt,nisi qui in causa sua se habere iustitię meritum sciunt.Quia igitur vnde gloriatur iustus,inde terretur iniustus,dicatur recte. Gloria narium eius terror.Et cap. xxviij. Pro eo quod non visa res odore deprehenditur,non immerito narium nomine,spei nostræ cogitationes exprimuntur,quibus venturum iudicium,quod &si oculis adhuc non cernimus,iam tamẽ sperando præuidemus.Omnis autem qui bene viuere incipit,audiens,quod per extremum iudicium iusti ad regnum vocentur,hilarescit,sed quia quædã mala adhuc ex reliquijs sibi inesse cõsiderat,hoc ipsum iudicium,de quo exultare inchoat,appropinquare formidat.Vitam quippe suam bonis,malisq; permixtam conspicit,& cogitationes suas aliquo modo spe,& timore confundit. Nam quum audit quæ sint regni gaudia,mox mentem lætitia subleuat & rursum, quum respicit quæ sint gehennæ tormenta,mox mentem formido perturbat. Bene ergo gloria narium eius terror dicitur,quia inter spem,& metum positus,dum futurum iudiciũ mente conspicit,hoc ipsum timet,vnde gloriatur.Ipsa ei gloria sua terror est,quia inchoatis iam bonis,spe de iudicio lætus est & necdum finitis omnibus malis,perfecte securus non est. Et lib. xxxiij.cap.xiiij.exponens illud Iob,Nunquid pones circulum in naribus eius?Sicut per nares infidiæ ita per circulum diuinæ virtutis omnipotentia designatur.Quæ quũ apprehendit, nos tentationibus prohiber,miris ordinibus antiqui hostis insidias circumplectens,tenet.Circulus ergo ei in naribus ponitur,dum circunducta protectionis supernæ fortitudine eius, sagacitas retinetur,ne contra infirmitatẽ hominum tantum preualeat,quantum perditionis argumenta latẽter explorat.Potest etiam circuli nomine iudicij adiutoriũ designari,ęp in huius Behemoth naribus ponitur,quum à callida sua crudelitate refrænatur.Vnde bene per prophetam, quũ ab Israelitarum læsione prohibetur, regi Babyloniæ dicitur: Ponam circulum in naribus tuis. Ac si aperte diceretur:Cogitando insidias suspiras,sed explere quod appetis non valendo omnipotentiæ meæ circulum in naribus portas,vt quũ bonorum mortem ardentius anhelas, ab eorum vita vacuus redeas.

Quid nauis mystice significet. Cap. IIII.

DE naui flatorũ diuus Bernardus scribit in sermone de tribus ordinibus Ecclesiæ:Prælati (inquit)sunt qui descendunt mare in nauibus,facientes operationẽ in aquis multis. Neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim certa pontis aliqua,seu vadi semita coartantur,vt libere possint vsquequaq; discurrere, & occurrere singulis,vt oportet,ac dirigere pontis semitam,seu vadi,ordinare gradientes,perscula inuestigare, ac declinare,excitare tepidos,pusillanimes sustentare. Denicq; ascendunt vsq; ad cœlos,& descendunt vsq; ad inferos,nunc quidem spiritalia tractantes,arq; sublimia, nunc
Cant.8.a infernalia,& horribilia facta iudicantes.Sed quæ poterit nauis inueniri,quæ tam immanes sustineat fluctus,& in tanto secura possit esse discrimine? Vtiq; fortis,vt mors dilectio,dura sicut infernus æmulatio. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Necessaria est & omnino necessaria nauis ista prælatis,tribus compacta lateribus,quę est vtiq; forma nauium vt sit nimirum iuxta Pauli doctrinam,charitas de corde puro,& conscientia bona,& fide non ficta. Puritatem quidem cordis in eo prelatus habeat,vt prodesse desideret,non præesse, vt scilicet proprium commodum,vel honorem seculi,seu aliud quippiam suũ,in prælatione non quærat, præter solum beneplacitum Dei,& animarum salutem.Sed cum intentione pura irreprehensibilis quoq; necessaria est conuersatio,vt forma factus gregis incipiat facere & docere,& secundum magistri nostri regulam, Quæcunq; docuerit discipulis esse contraria,hæc in suis actibus
Luc.4.d indicet non agenda,ne forte submurmurare possit frater,quem arguit,& dicere, Medice cura teipsum. Talis enim occasio plurima dãnatio prælati,plurima subditorum perditio est. Nõ q; ego bene id caueam,idcirco sic loquor,sed & mihi,& omnibus pariter veritas clamat:Quoni
Ioh.8.f. am oportet irreprehensibilem esse eum qui præest,ita vt secura conscientia cum domino respondeat exprobrantibus sibi verbum:Quis ex vobis arguet me de peccato? Non quod sine peccato penitus esse possit in hac misera vita,sed quod ea quæ arguit in discipulis,oportet sum mopere vitare magistrum. Ob hoc qualis est in conuersatione,talis sit necesse est etiam in occulta cogitatione,ne videlicet foris humilis ,intus elatus sit in corde suo præsumens de sapientia,seu virtute,aut sanctitate sua,quæ est sine dubio fides ficta ,quando non sicut ostẽdit humilitas conuersationis,in sola Dei pietate confidit. Et vide quam proprie his tribus,cordis scilicet puritati,conscientiæ bonæ,& fidei non fictæ conuenire videantur,alia quoq; ipsius Apostoli verba,dicentis: Mihi autem pro minimo est,vt à vobis iudicer,aut ab humano die &c. Nõ me iudico(inquit)quia nihil mihi conscius sum quod meum aliquid quæram,sed quæ Iesu Christi. Sed & pro minimo mihi est,vt à vobis iudicer,propter conscientiam bonam,& irreprehensibilem conuersationem. Qui autem iudicat me(inquit)dominus est,vt in eo solo spem suam posi tam esse doceret,humiliatus sub potenti manu Dei. Sed & illud tu iudica,vtrum possit his con
Ioha.21.9. uenienter aptari trina Petri interrogatio,vt hoc sit dicere,amas me,amas me,amas me,habes charitatem de corde puro, & conscientia bona,& fidei non ficta? Merito siquidem interrogatur an charitatem habeat piscator hominum constituendus. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistę. Qui descendunt mare in nauibus,faciẽtes operationes in aquis multis: Quum dicit: Descendunt mare significat sacerdotes,qui seculi istius procellosa descendunt. Nam quum dicit: Descendunt,ostendit inferiora loca esse seculi,ad quæ descendi posse testatur. In nauibus autem,vt sæpe diximus, Ecclesias significat, quæ ligno crucis mundi huius tempestates enauigant. Sic enim mare descenditur,atq; transitur,si tutissimis nauibus insedeatur,vbi gubernator est Christus,vbi remiges Apostoli,& sanctorum pontificium beata collectio. Sequitur: Facientes operationem in aquis multis. Adhuc in eadem comparatione persistit. Sacerdotes sunt enim qui operantur in aquis multis,id est,predicant populis Christianis. Aquas enim multas, populos significare non dubium est,quando in Apocalypsi,quid essent aquæ interroganti Iohanni,
Mat.12.c. responsum est: Populi sunt. Qui autem vberior poterit esse intellectus,nisi quem tantæ veritatis confirmat autoritas? Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Ipsi prædicatores,qui opera eius spirituali intelligentia cognouerũt,vt mare rubrum baptismũ, vt Iordanæ triduanã illã ferini vẽtris innoxiã habitationem,sepulchrũ dñi significare cognoscerent, & his similia,q̃ scripturarũ diuinarũ præfiguratiõibus agebãtur. Eoq; fit,vt mirabilia eius in profundo respiciant,qui opera eius spirituali æstimatione considerãt. Et exponens illud Psal. Hoc mare magnũ &c. Illic naues pertrãsibũt: Illic(inqt)scilicet in mũdo,quẽ superius mare dixit. Naues aũt merito significantur Ecclesiæ quæ periculosos fluctus mundi, per lignum gloriosę crucis euadunt portantes populos qui signo fidei crediderũt. In his nauibus habitat Chrũs,
Hierony. qui si à credentibus excitetur ,dicit immanissimæ tempestati,vt quiescat,& quiescit. Et D. Hieronymus,exponens illud prouerbiorum,Facta est quasi nauis institoris,de longe portans panẽ suum,hoc pacto scribit: Institorem negociatorẽ dicit,qui pro eo sic vocatur ab antiquis, q̃ acq rendis,multiplicandisq; mercibus sedulus insistat. Facta est ergo fortis mulier quasi nauis institoris:qa sicut nauis institoris onusta mercimonijs,quę in sua patria magis abundãt,porro per

mare petit peregrina,vt illic venditis,q̃ attulerat, cariora ad domũ reportet. Sic nimirum sancta ecclesia,sic anima quæq; perfecta,virtutũ diuitijs gaudet onustari,qbus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum est nanq; commercium, quũ bona,quę valemus operantes,primo hanc à dño mercedem recipimus,vt ad maiora semper agenda proficiamus, de hinc vitã percipiamus sempiternam. Facta est ergo anima sctã,quasi nauis institoris,quæ transit desiderio fluctus seculi pśentis;solaq; se in cœlis accipere sperat æterna gaudia,& pro his abundãtius adipiscendis quicquid valet instanter agere,quicquid aduersum occurrit,fortiter superare contendit. De qua recte dicitur: Quia de lõge portat panẽ suũ,quia in cunctis,q̃ temporaliter bona agit,æternam solũmodo retributiõem expectat,solam viui panis saturitatẽ desiderat, eius nimirum qui suis auditoribus pie,potẽterq; promittit: Venite ad me oẽs qui laboratis,& one- Math.11.d.
rati estis,& ego reficiam vos. At contra in proximo panem suum recipit,& non hunc de longe trans maria portat , qui in eo quod iuste viuere videtur,humani tm̃ fauoris p̃mia expetit: neq; vllo vitæ permanentis intuitu,ea q̃ in imis labuntur superare,& calcare satagit. De qualibus ipse terriliter tonat: Amen dico vobis,receperunt mercedem suam. Et diuus Greg. lib. Moral.xvij.cap.xij.exponens illud euangelicum, Ascendit Iesus in nauiculam Petri,& rogauit vt à terra reduceret pusillum , & ita sedens p̃dicabat turbis: Per nauem (inquit) Petri,quid Gregorius
aliud q̃ commissa Petro ecclesia designatur? De qua vt dominus turbis confluentibus prædicet,eam à terra paululum reduci iubet. Quam nec in altum duci, & tamen à terra præcipit remoueri,profecto significãs prædicatores suos rudibus debere populis ,nec alta nimis de cœlestibus, nec tamen terrena p̃dicare. Aqua itaq; ligatur in nubibus:quia p̃dicatorum scientia infirmorum mentibus loquens,quantum sentire valet,docere prohibetur.

De eadem nauicula,ex Ambrosio. Caput V.

Diuus autem Ambrosius sermone vndecimo de mirabilibus,hoc modo scribit: Quanto- Ambrosius
rum mirabilium operator sit dominus Iesus Christus , intelligere possumus ex hac Euangelica lectione, qua describitur tanta per eum beneficia in populum fuisse collata,vt prouolatæ hominum turbæ ad audiendum illum magis irruerent,quàm rogarent,& medicinam salutis non sperarent per humilitatis gratiam,sed per importunitatis iniuriam, ita vt irruentes (sicut ait Euangelium)turbas à domino Iesu,non desertum separaret, non synagoga repelleret,non reuerentia diuinitatis perarceret. Hæc est enim consuetudo infirmantium,vt dum sperant suis ægritudinibus medicinam,ab importuna petitione, non loco prohibeantur,nõ tempore,sed quanto plus medetur ille qui sanat,tanto amplius ille importunus est qui laborat. Ergo quũ dominus illis ab irruentibus turbis remotus in terra esse non posset,aspiciens in mari duas nauiculas,vnam nauem Petri omni festinatione conscendit,vt importunitatis iniuriã,vel aquarum natura depelleret , quia eam doctoris reuerentia minime coercebat,atq; exinde cœpit de nauicula Petri ad homines doctrinę suæ verba profundere. Videte misericordiam saluatoris,separatur quidẽ ab hominibus corpore,doctrinę tamen ijs vtilitate coniungitur. Vbiq; miseretur,vbiq; prodest. In terra positus per tactum languores corporum sanat,in mari constitutus per doctrinam vulnera curat animarum . Sed videamus quæ sit ista nauicula Simonis Petri , quam adducendam de duabus magis opportunam dominus iudicauit , quæ & tutum saluatorem præstat ab iniuria, & credulitatis hominibus largiatur eloquia . Inuenimus enim iam dominum nauigasse in alia naui,& grauibus iniurijs lacessitum. Nauigauit enim cũ Moy Ioha.5.d
se in mari rubro, quando populum Israel per vndarum fluenta transuexit . Sed grauibus est affectus iniurijs,sic vt ipse ait in euãgelio ad Iudęos:Si crederetis Moysi,& mihi crederetis. Iniuria autem saluatoris est incredulitas synagogæ. Ergo Petri nauem eligit , Moysi deserit,hoc est spernit synagogam per fidam,fidelem assumit ecclesiam. Duæ enim quasi nauiculæ à Deo destinatæ sunt,quæ in hoc,tanquam in mari,mundo salutem hominibus piscarentur,sicut ait dominus Apostolis: Venite,faciam vos piscatores hominũ . Ex his ergo duabus nauiculis vna relinquitur ad terram inanis & vacua,altera producitur in altum onusta vel plena. Vacua eñ synagoga relinquitur in littore , quia CHRISTVM cum prophetarum amisit oraculis. Onusta autem ecclesia in altum sumitur,quia dominum cum apostolorũ doctrina suscipit. Synagoga, inquam, remanet ad terras quasi terrenis inhærens operationibus , ecclesia autem in altitudinem reuocatur,tanquam cœlorum profunda sacramenta discutiens, in illam scilicet altitudinem , de qua Apostolus ait: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ DEI. Propterea dicitur Petro: Duc in altum , hoc est , in profundum disputationum generationis diuinæ. Quid enim tam profundum , quàm quod ait,Petrus ad dominum: Tu es Christus filius Dei viui? Quid tam terrenum , quàm quod de domino dixerunt Iudæi: Nonne hic est filius Rom.11.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioseph fabri? ille altiore consilio natiuitatẽ Christi diuinitus approbauit, hi mente viperea generationem cælestẽ carnaliter existimant. Vnde ait saluator Petro: Quia non caro & sanguis tibi hoc reuelauit, sed pater meus qui in cœlis est. Pharisęis aũt dicit: Qũo potestis bona loqui, quum sitis nequam? Hãc igitur solã ecclesiæ nauem ascendit dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente dño: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quæ nauis in altum seculi istius ita natat, vt pereunte mundo, omnes quos susc̃ipit, seruet illæsos. Cuius figurã iam in veteri videmus testamento. Sicut enim Noe arca, naufragante mundo, cunctos quos susceperat, incolumes reseruauit: ita & Petri ecclesia confragante seculo, oñes quos amplectitur, repræsentauit illæsos. Et sicut tunc transacto diluuio ad arcam Noe columba signum pacis detulit: ita & transacto iudicio ad ecclesiam Petri Christus gaudium pacis referet, quia ipse columba, vel pax est, sicut promisit, dicens: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrũ. Sed quoniam hanc eandem nauiculam Petri, de qua nunc dominus cœlestis doctrinæ suæ sacramenta depromit, legimus in Matthæo, dormiente in eadem domino ventis insurgentibus perturbatam, ita vt cuncti Apostoli mortis periculum formidarent: videamus quæ causa est, quod vna, eademq; nauicula hic in tranquillitate doctrinam populis tribuit, ibi in tmpestate discipulis metum mortis inducit, præsertim quum ibi etiam cũ cæteris Apostolis Simon Petrus esset. Hæc autem est causa periculi. Erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & proditor Iudas, quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas est vbi solus Petrus nauigat, tempestas vbi Iudas adiungitur, licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbat tñ criminibus proditoris. Metuentibus igit discipulis, anxiante Petro, dormiebat dominus. Durum forte videatur, quod anxiante Petro dormiebat, dormiebat Petro, nauigabat Iudæ. Vnius igitur delicto cunctorum merita quatiuntur, obdormit Christus, ventorum spiramina concitantur. Quisquis enim peccatum admittit, statim & dormire sibi facit dñm, & procellam sibi spirituum suscitat immundorum. Necesse est autem diabolica insurgat tempestas, quum dominica serenitas conquiescit. Igitur si vnius Iudæ peccato cuncti perclitantur Apostoli, hoc exemplo caueamus perfidum, caueamus proditorem, ne per vnũ plures fluctuemus. Quinetiam huiusmodi abiiciamus de nostra nauicula, vt nõ obdormiat, sed vigilet in nobis dñs, atq; eo vigilante nulla nos spiritualis nequitię procella concutiat. Vbi enim fides integra est, ibi saluator docet, vigilat, & exultat: ibi requies, ibi tranquillitas, ibi cunctorũ est medicina. Vbi autẽ fidei est admixta perfidia, ibi Christus torquet, dormit, & peior est ibi metus, ibi tempestas, ibi omnium est discrimen. Pro actibus enim nostris dominus nobis obdormit, aut vigilat. Et libro de virginibus tertio: In naui (inquit) Apostoli nauigant, aut piscatur Petrus. Nec enim vilis est nauis, quæ ducitur in altum, hoc est, ab incredulis separatur. Cur enim naui is eligitur, in qua Christus sedeat, turba doceatur, nisi quia nauis Ecclesia est, quæ pleno dominicæ crucis velo sancti flatu spiritus, in hoc bene nauigat mundo? In hac nau Petrus piscatur, & nunc retibus, nunc hamo piscari iubetur. Grande mysteriũ. Spiritalis enim videtur esse piscatio, qua doctrinæ hamum mittere iubetur in seculum, vt primum illum martyrẽ Stephanum de mari verrat, qui censum Christi in interioribus contineret. Martyr enim Christi thesaurus ecclesiæ. Martyr igitur ille, qui de mari cœlum primus ascendit, captus à Petro, minister altaris, non reti sed hamo leuatus, vt riuo sui sanguinis eleuaretur. Cuius in ore thesaurus erat, quum Christum in cõfessione loqueretur. Qui enim thesaurus in nobis est, nisi dei verbum? Ergo & retibus & hamo piscatur perfectior, vt rete concludat, hamo adurat. Sed reti turba cõcluditur, hamo singrlaris eligitur. O si mihi liceret illum hamum vorare, qui adureret os meum, & leui daret salutem vulnere. Intrate igitur filiæ in Apostolorum retia, quæ non hominis autoritate sed Dei voce laxantur. Rete enim sapientiæ spiritalis, atq; doctrinæ regnum cœlorum est, quia scriptum est: Simile est regnum cœlorũ reti misso in mare. Audistis hodie dicentem dominum Iesum Simoni: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Ante non ducebat in altum Petrus, quando piscabatur in stagno. Et si mare erat, altum non erat. Altum mare scriptura nescit. Quid ergo sit altum, accipe. Aqua alta, consilium in corde viri, Altũ cor viri est, vbi nihil vadosum est. Duc ergo in altum disputationis tuæ, fideiq; remigũ duc in cor viri. Per parabolam hic vocat ad ecclesiam Petrũ, quem secundum Matthæum simplici vocauit sermone, dicẽs: Venite & faciam vos piscatores hominum. Est & aliud mysteriũ. Duc in altum, quia ante in arena erat, qñ in synagoga erat, alta non erat aqua Iudææ. Deniq; Samaritana & puteũ altũ putabat, dicens: Et puteus altus est, vnde mihi aquã viuã habes dare? Nõ ergo ducere in altum poterat, quando cum Iudæis credebat, qui etiã de puteo aquã haurite non poterant, Ideo dicitur Petro: Duc in altum, hoc est, duc ad Christum. Altus enim Christus, de quo dicitur

dicitur ad Ioannem à patre: Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Duc ergo ad Christum. Et bene altum, in quo est altitudo diuitiarum sapientiæ, & scitiæ dei. Duc in altum, quia altus super altum custodiet, & exaltabit. Ibi ergo altæ aquæ, vbi Christus est, hoc est, fides altæ aquę, quæ timent deum, quales illæ: Viderunt te aquę deus, viderunt te aquæ, & timuerũt. Apud Iudęos aqua alta non erat in corde viri. Ideoq; dñs ait: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. In corde amat esse Christus. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Deniq; vt scias, quia de fide dicit. Duc in altũ, ait Petrus: Præceptor, per totam noctẽ laborantes nihil cepimus, sed in verbo tuo laxaboretia. Noctem habebat Petrus, anteq̃ Christum videret. Nõdum enim venerat dies, quia veram non viderat lucem. Synagoga nox est, dies ecclesia est. Vnde & Paulus dicit: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Psal. 76 d.

Quid nebula mystice significet. Caput VI.

Gregorius.

QVid nebula mystice significet, D. ostendit Greg. lib. Moral. xxx. cap. I. exponens illud Iob, Nũquid eleuabis in nebula vocem tuã &c. Vocem (inquit) suã in nebula dñs leuat, qñ per prædicatorũ suorũ linguas ad caliginosa corda infideliũ exhortationem formatcumq; aquarum impetus operit, dum bene agentia membra eius turba resistẽtium populorum premit. Hinc est enim quod scriptum est: Factum est verbum dñi ad Hieremiam prophetam, dicens: Sta in atria domus domini, loquens ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo domini, vniuersos sermones, quos ego mandaui tibi. Et paulopost: Et audierunt sacerdotes & prophetæ, & omnis populus Hieremiam loquentem verba hæc in domo dñi. Quumq; compleuisset Hieremias loquens, apprehenderunt eum sacerdotes & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine domini? Ecce in nebula dominus vocem leuauit, quia obscuras mentes superbientiũ directo propheta corripuit. Ecce aquarum impetus eum protinus operuit, quia ab insurgentibus populis, & causa suę correptionis instigatis, ipse in Hieremiam cuncta pertulit, qui correptionis verba mandauit. Per semetipsum quoq; dominus in nebula vocem leuauit, quando p̃sentem se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis persecutoribus, sed figuris ænigmatum velata prædicauit. In nebula autem vocem leuauit, quia veritatem suam non secuturis infidelibus quasi per caliginem sonuit. Vnde & bene in libris Regum scriptum est: Nebula impleuit domũ dñi, & non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam. Exigentibus enim meritis, dũ superbi Iudęorũ põtifices diuina mysteria per parabolas audiunt, sacerdotes in domo dñi quasi propter nebulã ministrare nequiuerunt. Qui & in testamento veteri, dũ sensus mysticos literæ velamine cooperos inter obscuras allegoriarum caligines inuestigare despiciunt, debitum fidei suæ ministeriũ propter nebulã perdiderunt. Quibus & tunc in nebula doctrinæ suę vocem dñs protulit, quũ de se etiam aperta narrauit. Quid est enĩ apertius, q̃, Ego & pater vnũ sumus? Quid apertius diceret, quàm, Antequam Abraham fieret, ego sum? Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleuerat, quasi emissum solis radium nebula interiacens abscondebat. Et lib. xvij. cap. xiij. & xiiij. exponẽs illud Iob, Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suã: In vultu (inquit) solet cognitio demonstrari. Solij ergo eius vultus tenetur: quia à nobis in hac vita regni eius gloria, non quanta intrinsecus habetur, agnoscitur. Super quod recte expandi nebula dicitur: quia sicut est illa cœlestis regni gloria, non videtur. Nam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. A videndo ergo eo nebula aspergimur: quia ipsa nostræ ignorantię obscuritate caligamus. Vnde recte per Psalmistam dicitur: Caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum. Caligo nanq; est ei sub pedibus, quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. Ascendit enim super Cherubim, & volauit. Cherubim quippe plenitudo scientiæ dicitur. Proinde super plenitudinem scientiæ ascendisse perhibetur, & volasse, quia maiestatis eius celsitudinem scientia nulla comprehendit. Volauit igitur, quia lõge in altum ab intellectu nostro se rapuit. Volauit super pennas ventorum, quia scientiam transcendit animarũ. Qui posuit tenebras latibulum suum: quia dum caligine nostræ infirmitatis obscuramur, per ignorantiam nostram nobis absconditur, ne à nobis modo in æterna & intima claritate videatur. Vnde ei & in Cantis Cant. à sponsa dicitur: Fuge dilecte mi, fuge. Fugit nos, dicimus, quoties menti nostræ id q̃d reminisci volumus, nõ occurrit. Fugit nos, dicimus, quoties id quod reminisci volumus, memoria nõ tenemus. Sancta ergo ecclesia postquã mortem, ac resurrectionem dñi, ascensionemq; descripsit, clamat ei pphetico plena spũ: Fuge dilecte mi, fuge. Ac si diceret: Tu q ex carne cõprehensi- Ioh. 8 g. Sapi. 9 d. Can. 8. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

prehensibilis factus es, ex diuinitate tua, intelligentiam nostri sensus excede, & in teipso nobis incõprehensibilis pmane. Tenet ergo vultũ solũ sui, qui maiestatis suæ potentiã mortalibus abscondit. Sed si eius solium angelicas virtutes accipimus, ipsi quippe velut sedi regiæ præsidet, sui nobis solũ vultũ tenet: quia quãdiu in hac mortali carne subsistimus, q̃, quãtaq; sint illa, angelorũ ministeria nõ videmus. Et expãdit super illud nebulã suã, quia proculdubio, & cor nostrũ ad q̃rendũ sublcuat: & tñ occulta moderatione agit, vt ipsa requisitionis suæ immẽsitate reprimatur. Vnde scriptũ est: Dedit abyssus vocẽ suã, ab altitudine phãtasiæ suæ. Exclamare em̃ mens hũana in admiratione cõpellitur, dũ altitudine cõsiderationis in requisitionibus suis eo ipso q̃ latius extenditur, angustatur. Vel certe, quia soliũ dei ipsi nos sumus, vultũ solũ sui nõ immerito tenere dicitur, dũ nostra scientia progredi ad altiora prohibetur. Super q̃d soliũ suũ nebulam deus aspergere dicitur: quia inuisibilis manens, occulta super nos iudicia exerit, vt & fiat in promptis quod videre postimus: & tñ origo facti lateat in abditis, vt cur fiat, nescire de beamus. Et diuus Hieron. in Cõmentarijs: Qui tenet vultũ solũ sui. Sententiã iudicij sui referat in posterum. Iustitiæ suę, & pietatis sedem in oñi creatura sua, veritatis gloria respondentem deus tenere dicitur: quod est manifestationẽ secretorũ iudiciorum suorũ obuallare, atque abscondere: vt euangelium Christi in his qui pereunt. Et expandit super illud nebulam suam. Secundum illud quod dominus ait discipulis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. In obtectionem quoq; diuinæ custodiæ suæ, expandit super ipsum bonũ nuncium euangelij, in nubem defensionis suæ, vt nullus posset ei, quamuis acerrimus aduersarius præualere: de qua Apostolus ait. Patres nostri omnes sub nube fuerunt.

Hieron.

Quid nidus siue nidulus mystice significet. Caput VII.

QVid nidus siue nidulus mystice significet, diuus Iustinuat Greg. exponens illud Iob, Dicebamq; In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: Quid hoc loco per nidi nomẽ exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua vnusquisq; infirmus nutritur? Multitudo quippe illa bonorum, quæ persecutionum temporibus fuerit deprehensa, nutrimẽtorum suorum dies, quasi in nido, sic in loco quietis, explere se credidit. Nam nisi sancta ecclesia infirmos quosq; filios nunc in nido pacis enutriret, Psalmista nõ diceret: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Iam quippe domum inuenit sibi passer, quia æternum cœli habitaculum noster redemptor intrauit. Et turtur inuenit nidum, quia sancta ecclesia amore conditoris affecta, crebris gemitibus viitur, & velut nidum sibi, id est, pacatissimam fidei quietem construit, in qua crescentes filios, quasi plumescentes pullos, quoulq; ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet. Igitur quia tunc erunt, qui pacis tempore se ad superna migrare, id est, à nido euolare crediderunt, eorum vox beati Iob voce præuenitur, quum ait: Dicebamq; In nidulo meo moriar. Quia vero hoc ipsum sibi pacis otiũ ex multorum dierum longitudine promittebant, recte subiungit, dicens: Et sicut palma multiplicabo dies. Palma enim tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit. Cum multis autem difficultatibus sancta ecclesia ad fidei statum venit, & pro collectione plurimorum, in eiusdem fidei gloria diutius stare concupiscit. Sicut palma ergo multiplicare se dies credidit, quæ emergente subitæ tentationis articulo, pacis suæ gratiã, & tarde à fidelibus adeptam, & citius ab infidelibus interceptam dolet. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum &c. hoc pacto scribit: Quum superius animam, corpusq; dixerit in domini exultatione gaudere, hic auium ista duo genera ad quandam similitudinem commẽdandam posuisse dinoscitur. Passer est nimia velocitate celerrimus, qui in syluis habitare non patitur: sed domum sibi in parietum foraminibus desideranter exquirit: quam dum inuenerit, nimio gaudio lætus exultat: quia se diuersarum aduersitatum vlterius patere non credit insidijs: Sic anima iocundatur, dum in cœlorum regna mansionem suam senserit esse præparatam. Turtur vero abstinentię moderatione castissimus est, qui vna tantum copulatione contentus, filijs suis nidum ædificare cognoscitur. Qui non vt passer præparatam domum reperit: sed nouam sibi de quibusdam particulis fabricare contendit. Huic caro nostra non irrite comparatur, quę operas suas in domini gaudet posuisse mandato. Per hanc enim euenit, vt ieiuniorum sacrificia suauiter offerantur, vt cibum pauperibus demus: & sepeliamus defunctos, ægrotis seruiamus, Positos in carcere visitemus: & cætera pietatis officia, quæ corporalibus noscuntur ministerijs explicari. Alij, turturem sanctę applicauerunt ecclesiæ: quoniam præter Christi domini alterius nescit habere consortium. Et diuus Ambrosius in libro de Noe & arca, cap. vi. exponens illud Geneseos, Nidos facies in arca: Quid etiam sibi vult quod ait: Nidos facies in arca, nequaquam silendum videtur. Naturaliter enim dictum arbitror, eo quod omne corpus nostrum

Cassiodo. Psal. 83. a

Gen. 6, 2

strum attextũ est sicut nidus, vt spiritus vitalis oẽs partes viscerum penetret, atq; de principali nostro fundat se per artus singulos. Nidi quidam sunt oculi nostri, quibus se visus inseruit. Nidi sunt nostrarum sinus aurium, per quos auditus se infundit, & velut in foueam altã denscit. Nidus est narium, qui ad se odorem attrahit. Nidus est quartus maior cæteris, hiatus oris, in quo nutritur, donec adolescat sapor, & vnde vox euolat, in quo latet lingua, quæ velut organum vocis, sonos eius artifici suauitate modulatur. Et quũ sit ipsa irrationabilis, rationabilẽ vocem exprimit. Nidus est hemicraneum. Nidus est membrana illa, quæ cerebrũ fouet, & intra cohibet. Nidi sunt viscera pulmonis, & cordis. Spiritus quidem nostri, hoc est, eius quẽ carnem vocis, sonos eius artifici suauitate modulatur. Et quũ sit ipsa irrationabilis, rationabilẽ vocem exprimit. Nidus est hemicraneum. Nidus est membrana illa, quæ cerebrũ fouet, & intra cohibet. Nidi sunt viscera pulmonis, & cordis. Spiritus quidem nostri, hoc est, eius quẽ carnem. Passer ergo ille, qui cogitat domum suam, non recedit à turture quærente sibi nidum, vt ponat pullos suos: Non em̃ abiicit illos vbicunq;, sed inuenit sibi nidum, vbi eos ponat. Dicimus autem fratres quod nostis, quanti videntur præter ecclesiã bona operari. Quam multi etiam pagani pascunt esurientem, vestiunt nudum suscipiunt hospitem, visitant ægrotũ, consolantur inclusum. Quàm multi hæc faciunt, quasi videtur parere turtur, sed non sibi inuenit nidum. Quàm multa multi hæretici non ea in ecclesia operantur, non in nido pullos ponunt, conculcabuntur, & conterentur, & non seruabuntur, non custodiẽtur. In huius enim carnis operatricis persona posita est quædam mulier ab apostolo Paulo, quã ait, Adam non est seductus, mulier autem seducta est: Postea enim Adam consensit mulieri: Nam à serpẽte mulier seducta est. Nec modo potest aliqua mala suasio, nisi carnis tuæ primo desiderium commoueret, cui postea si mente consenseris, cecidit & passer. Si autem vincuntur desideria carnis, tenentur membra ad opera bona, arma concupiscentiæ auferuntur, & incipit turtur habere pullos. Propterea quid ibi ait Apostolus? Salua autem erit per filiorum generatiõem. Mulier vidua sine filijs, si perseuerauerit, nonne beatior erit? Nunquid salua nõ erit, quia non parit filios? Vir ergo dei nonne melior erit? Nunquid salua non erit, quia filios non habet, aut ad deum non pertinet? Salua ergo erit mulier, quæ in typo carnis accipitur per filiorum generationem, id est, si faciat opera bona. Sed nõ vbicunq; turtur inueniat nidum sibi, ibi ponat pullos suos. In fide vera, in fide catholica, in societate vnitatis ecclesiæ pariat opera sua. Propterea & de illa, quum loqueretur Apostolus, ita subiecit: Salua autem erit per filiorum generationem si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Permanendo ergo in fide, ipsa fides nimirum præbere tibi vnde nidum faceres: indutus est fœno carnis, vt ad te veniret. In ista fide pone pullos tuos, in isto nido operare opera tua.

Psal. 83. a

Psal. 83. a Augustinus

Psal. 83, 4.

1 Tim. 2. d

Ibidem

Quid nix mystice significet. Caput VIII.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius

QVid nix mystice significet,D. ostendit Greg.lib. Moral.xxvij.cap.xvij.& xviij.expo nens illud Iob,Qui ꝓcipit niui,vt descẽdat in terram,& hyemis pluuijs,& imbri fortitudinis suæ.Quia Psalmista ait:Lauabis me,& sup niuem dealbabor . Quid hoc loco niuem, nisi per lucem iustitiæ candida accipimus corda sanctorum? Aquæ autẽ ductæ in superioribus constipantur,vt niues fiant.Sed quum hę ipse niues ad terram veniunt,in aquarum iterum liquorem vertuntur. Aquę igitur sunt ꝑdicatorum mentes,q̃ dum ad contemplanda superna se erigunt,altiori intellectu solidantur . Quumq; in summa consideratione rapiuntur,virtutem consummationis accipiunt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retinentur,semetipsis ab alto intellectu modificant,& infirmis humiliter prædicantes,more niuium corda arẽtium liquatæ,rigant.Niues ergo ad terram de cœlestibus veniunt , quum sublimia corda sanctorũ, quæ iam solida contemplatione pascuntur, profraterna charitate ad humilia ꝑdicationis verba descendunt.Sicut enim nix terram,quum iacet,operit,quũ vero liquatur, rigat,ita sanctorum virtus per firmitatem suam apud deum vitam peccatorum protegit,& per condescensionem suam,quasi liquefacta arẽtem terram,vt fructus proferat,infundit.Et quia aqua prius ab infimis trahitur,vt post à superioribus sparsa reddatur, sancti quiq; etiã,quum in virtutis arce consistunt,vnde eleuati sunt considerant,ne alienæ infirmitatis abiecta cõtemnant . Quasi ergo aquæ ad terras,de quibus subleuatæ sunt, redeunt,dum condescendentes iusti peccatoribus,reminisci non desinunt,quod fuerunt. Certe aqua in terris adhuc Paulus fuerat,quum legem carnaliter sapiebat,sed ductus ad cœlestia, in niuem versus est,quia quod prius infirmum sapuit,ad soliditatem veræ intelligentiæ cõmutauit,& tamen condescendens fratribus,quasi nix ima repetijt,quia & post virtutum culmina,quàm fuerat indignus agnoscit,dicens: Qui prius fuit blasphemus,& persecutor &c. ꝛt.Ecce quàm clementer suæ imbecillitatis reminiscitur, vt aliorum æquanimiter in firma patiatur . Quasi enim ad terram, de qua sumpta fuerat post cœlum aqua redijt,dum post tantæ suæ contemplationis arcana peccatorẽ se Paulus meminit,vt prodesse humiliter peccatoribus possit.Videamus itaq; , aqua hęc in niuis soliditatẽ vertenda,qualiter trahatur ad summa,ait: Siue mente excedimus Deo. Videamus qualiter ad ima nix redeat,vt dũ liquatur,infundat,ait: Siue sobrij sumus vobis.Videamus qua manu ducitur,vt & iacens eleuari valeat , & subleuata reuocari , ait : Charitas enim Christi vrget nos. Quia igitur charitas Christi,quæ sanctorum mentes ad superna subleuat,eas pio moderamine profraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis format,recte dicitur: Qui timent pruinam,vt descendat in terram.Et libro vij.capite xij.exponens illud Iob,Qui timent pruinam, irruet super eos nix:Pruina(inquit) inferius gelatur,nix autem de superioribus ruit.Et sæpe nonnulli,dum temporalia aduersa pertimescunt , districtioni se æternæ animaduersionis obijciunt.De quibus bene per psalmistam dicitur:Illic trepidauerunt timore,vbi non erat timor.Iste nanq; veritatem iam libere defendere appetit, sed tamen in ipso suo appetitu trepidus,indignationem potestatis humanæ pertimescit, quumq; in terra hominem contra veritatem pauet,eiusdem veritatis iram cęlitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius,ea q̃ possidet,indigentibus iam largiri desiderat,sed tamen ne datis rebus egeat,ipse formidat. Quũq; carnis subsidia reseruando trepidus præparat, ab alimentis misericordiæ animam necat . Et quum pati in terra inopiam metuit , æternam sibi abundantiam supernæ refectionis abscindit.Recte ergo dicitur:Qui timent pruinam,irruet super eos nix , quia qui conculcanda infimis metuunt,à summis metuenda patiuntur,& quum transire nolunt,quod calcare poterant, iudicium de supernis accipiunt,quod tolerare nequaquam possunt.

1.Tim.1.c.

2.Cor 7 c

Ibidem

De niue,require in dictione,Aqua,& in dictione,Grando,& in dictione,Frigus.

Quid nox mystice significet Caput IX.

NOX mystice significat aduersitatem, siue tribulationem,ignorantiæ obscuritatem,mentis cæcitatem,diabolum,præsentem vitam,siue præsens seculum,peccatum,& iudicium. Quæ omnia habes in dictione,Dies.

Nubiũ nomine (vt diuus ait Greg.lib.Moral.xxvij.cap.v.& vi.)multa significatur.Vnde exponens illud Iob,Qui de nubibus fluũt:Hi quippe de nubibus gurgites fluunt,quia fi ex sanctis apostolis vis intelligentię nõ inciperet , nequaquam per doctorum ora largior manaret: In scriptura eñ sacra aliqñ per nubes mobiles quiq; homines,aliquando prophetę, aliqñ autẽ Apostoli designantur . Per nubes quippe mobilitas hũanæ mentis exprimitur,sicut Salomon ait: Qui ventum obseruat,non seminat,& qui considerat nubes,nunquã metit . Ventũ procul dubio immundũ spiritũ,nubes vero subiectos ei homines appellat,quos totiens huc,illucq; impellit,& reuocat, quoties tẽtatiões eius in eorũ cordibus suggestionũ flatibus alternat. Qui igitur

Gregorius.

igitur ventum obseruat,non seminat,quoniam qui tentationes venturas metuit,cor ab bona opera non proponit.Et qui cõsiderat nubes,non metit, quia is qui ante humanę mutabilitatis terrorem trepidat,mercedis æternæ retributione se priuat.Per nubes prophetæ figurant, sicut per Psalmistam dicitur, Tenebrosa aqua in nubibus aeris.i.occulta scientia in prophetis. Per nubes q̃q; Apostoli designantur,sicut per Esaiam dicitur:Mandabo nubibus, ne pluant su per eam imbrem. Ipsi igitur stellę,quia vitę meritis lucent,ipsi nubes,quia arentem nostri pectoris terram cœlestis intelligentiæ fluentis rigant.Si eñ nubes non essent,nequaquã eos intuens propheta,dixisset: Qui sunt isti qui vt nubes volant? Imbrium itaq; gurgites de nubibus fluunt,quia profundæ predicationes sequentium intelligentię originem à sanctis Apostolis acceperũt.Et rursum scriptũ est:Qui ligat aq̃s in nubibus suis,vt nõ erũpat pariẽ deorsum. Quid hoc(inquit)loco aquam,nisi scientiam,quid nubes,nisi predicatores appellat? Vnde per Psalmistam dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aeris.i.occulta scientia in prophetis,qui ante aduentum domini,dũ occultis sacramentis grauidi,mysteria immensa gestarent ,intuentium oculis , eorum intelligentia caligabant . Nubium vere nomine prædicatores sancti , id est, Apostoli designantur,qui per mundi partes circunquaq; transmissi,& verbis nouerant pluere,& miraculis coruscare.Dicit ergo:Qui ligat &c.quia doctorum prædicationem temperat, vt auditorum infirmitas,dictorum rore nutrita,conualescat,vt auditores rudes,non inundati scientiæ ,sed moderata prædicationis distillatione foueantur.Pariter nanq; aquę erumperent,si coram infirmis auditoribus quanta est scientia ex ore loquentium emanaret,si simul se omnis plenitudo prædicationis effunderet,& nil sibi cum proficientibus reseruaret.Dignum quippe est,vt qui prædicat,audientis modum cõsideret,quatenus ipsa prædicatio cum auditoris sui incrementis crescat.Et lib.viij.cap . xiij, exponens illud Iob,Sicut consumitur nubes & pertranſit,sic qui descendit ad inferos non ascendit:Nubes(inquit)ad altiora suspenditur,sed denſato vento impellitur, vt currat , calore autem solis dissipatur , vt euanescat.Sic nimirum corda sunt hominum,quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emicant , impulsa autẽ maligni spiritus flatu,prauis desideriis suorum motibus huc,illucq; pertrahuntur,sed districto respectu supernę iudicis,quasi solis calore liquefiunt,& semel locis pœnalibus tradita,ad operationis vsum vltra non redeũt. Vir igitur sanctus elationis cursum,defectumq; humani generis exprimens,dicat:Sicut consumitur &c. Ac si aperte dicat:In altum currendo deficit,q superbi endo ad interitum tendit,quem si semel culpa ad pœnam pertrahit , misericordia vlterius ad veniam non reducit.Si vero inferni nomine desperatio designetur,sensus est,Quia plerũq; cũ perpetratione nequitiæ, etiam desperatio sociatur, & via iam reuersionis abscinditur . Recte corda desperantium nubibus conparuntur,quia & caligine erroris obscura sunt,& peccatorũ multiplicitate cõdensa,sed cõsumpta pertrãseunt,qa claritate extremi iudicij irradiata dissipãt . Et diuus Hiero.exponens illud Iob,Frumentũ desiderat nubes,& nubes spargunt lumen suũ: Hoc est(inquit)frumentum de quo dñs ait: Triticum autem congregate in horreum meum: Proinde hoc viuum frumentum, doctores quosque Ecclesiæ , qui velut nubes portant aquas Euangelij,audire desiderat,sicut&illi q erãt de hoc frumẽto dominico,habitantes Antiochię, Pysidiæ , rogabant Paulum & Barnabam , vt loquerentur eis verbum Dei , quod fecerunt Apostoli suadentes permanere in gratia Dei.Cornelius quoque ad Petrum ait:Nũc ergo omnes nos in conspectu tuo assumus audire omnia quæcunque tibi præcepta sunt à domino . Et Moyses ait:Excipiat velut pluuia eloquium meum,& descendant sicut ros verba mea. Vnde& Apost. ait: Ego plantaui,Apollo rigauit,sed Deus incrementum dedit. Hęc nubes potest & ipse dominus,id est,assumptus homo in Deum intelligi,sicut propheta prenunciauit, dicens: Ecce descender dominus in nube leui,in Aegyptum, per quem diuina gratia , & doctrina cœlestis,mũdo effundenda prenunciabatur. Et pulchre nubes leuis dicitur,siue quia ipse saluator peccatum non fecit agnus Dei,siue quia virgo Maria mater domini non est virili semine aggranata,leuis nubes est dicta.Et nubes spargunt lumen suum,lumen vtique Euangelij prædicationum coruscatione mittentes,lumen Euangelij spargunt super corda credentium.Et exponens quod paulo inferius eodem libro scriptum ẽ.Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias:Hic(inquit)dum dicit perfectas scientias de rationabilibus se nubibus euidenter ostendit dicere,& prædicatorum vns,& subtilium sensuum semitis.Dic mihi,quæso, si cognoscere potuisti,quæ semitæ in nubibus sunt magnæ & perfectæ scientię,Figurabat hęc dicendo, Apostolicas nubes,quarum vna citissima nubes ait ad saluatorem: Tu es Christus filii Dei viui.Quę quoniam suspensa à terra,& proxima erat cœlo,respondet ei dominus:: Hoc tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus. Alius vero Apostolus tanquã nubes plena

Iob.37.d.

Mat.16.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquis perfectæ scientiæ,à tonitruo Euangelij copiosum imbrem effundit,ita dicens:In princi pio erat verbum &c. Quo validissimo tonitruo vbiq; resonante,vt omnem terram ad fidem religionis tremore concuteret,alius in Iudæa per iteratam natiuitatem exortus, velut parua nu becula ita creuit,& flante spiritu dilatatus est,vt pluuias misteriorum à seculis secretorum perfe ctæ scientiæ,vsq; in Illyricum spargeret,aliasq; totius mundi regiones largis effusionibus irri garet. Et exponens illud Iob, Quum ponerem nubem vestimentum eius: Moraliter(inquit) iuxta autoritatem scripturæ,nubes sunt vnusquisq; veritatis annunciator. Horũ igitur verbis consolatoris atq; doctrina,rorando desuper,ait dominus: Mundũ fideliũ ab æstu tentationũ protexi,eiq; vmbram supra promissione æternæ beatitudinis prębui,hoc est,vestimentũ per sanctos meos ministros Euãgelij ei super mare populorum expandi: ne videlicet infideli cau mate torreret. Quod etiam mare populorum intra prædicationem perfectã Euangelij positũ, propter morum infantiam in quibusdam lactea doctrina,velut vilioribus vestimentis operit, eo q; sacratiora mysteria non valeant intueri: quæ sunt eis intelligentiæ inuoluta caligine.

De eisdem nubibus. Cap. X.

Hieronym. DIuus quoq; Hieronimus in Epistola de tribus virtutibus edisserens illud Psalmistæ, Et eduxit nubes ab extremo terræ,hoc modo scribit: Istiusmodi disputatio in Psalmo nup incidit,& dictum est à nobis,quomodo Deus eduxerit nubes ab extremo terræ,quod quidem nunc cogimur rursum tractare: vt & hi qui audierunt,plenissime eorum quæ sciunt,reminiscã tur: & hi qui aut non interfuerunt,aut obliti sunt,contextum sermonis agnoscant,quem tunc prout valuimus,exhibuimus. Diximus autem sanctos esse nubes. Etenim hoc quod scriptũ est, veritas tua vsq; ad nubes: non potest referri ad inanimales nubes,sed veritas Dei vsq; ad illas nubes est,quæ audiunt mandatum domini,& nouerunt quo pluuias deferant & à quibus eas Esai.5.b. suspendant. De his nubibus dictum est: Et mandabo nubibus meis,ne pluant super eã imbrẽ. De his enim quæ ex densato aere constare dicuntur: si non fuerit pluuia,non præcipit domi nus,ne pluant super vineam,aut super quamcunq; regionem,imbrem,sed omnino non appa 3.Reg.18.g rent,vt in tertio Regum libro legimus,quando in tempore ficcitatis nubes nulla apparuit, & postea iuxta prophetiã Heliæ futuræ pluuiæ signum in vestigio hominis ostensum est,atq; ita Ibidem. post nubem conglobatam,imber descendit ad terras. Istis vero quasi subsistentibus nebulis, ne betur pluuiam continere,quum indigna fuerit anima imbre cœlesti,& dicitur: Mandabo nubi bus meis,ne pluant super eam imbrem. Itaq; vnusquisq; sanctorũ nubes est. Moyses nubes erat & quasi nubes loquebatur: Attendite cœli quæ loquar,& audiat terra sermones ex ore meo. Expectentur vt pluuia verba mea,& descendant vt ros eloquia mea. Si non fuisset nubes,nun quam dixisset: Expectentur vt pluuia verba mea,& descendant vt ros eloquia mea. Quasi nu bes dicebat,vt imber super gramen, & pruina super fœnum,quia nomen domini inuocaui: Si militer & Esaias,vt nubes loquebatur: Audi cœlum,& auribus percipe terra,quia dominus lo cutus est. Et quia nubes ipse erat,& sciebat alias nubes comprophetantes sibi, ideo vaticinans aiebat: Mandabo nubibus,ne pluant super eam imbrem. Si autem iam didicimus qui sint nu bes videamus quomodo Deus educat nubes ab extremo terræ. Ait saluator: Qui vult in vo bis esse primus,fit omnium nouissimus. Seruauit hoc mandatũ Paulus: & fuit nouissimus in hoc mundo,dicens: Puto enim Deus nos Apostolos nouissimos ostendit,quasi mortificatos: quia spectaculum facti sumus mundo,& angelis & hominibus. Si quis ergo sanctus custodiens præ Mat.5.2. ceptum domini saluatoris,factus fuerit in hac vita nouissimus,iste fit nubes. Et eduxit Deus nu bes,non à finibus terræ,non à consulibus,non à ducibus,non à diuitibus,sed ab extremis ter ræ. Beati enim pauperes,quoniam vestrum est regnum cœlorum. Vides quomodo ab extre mis terræ educat Deus nubes,& corporeas nebulas? Propterea si volumus nubes fieri ad quas peruenit veritas Dei,nouissimi omnium fiamus & tam affectu,quam opere dicamus: Puto e nim nos Deus Apostolos nouissimos ostendit. Quod si non sum Apostolus: licet tamen mihi fieri extremum,vt educens nubes ab extremo terræ educat & me & fulgura in pluuiã faciat. Aiunt naturalium causarum scruratores,quia fulgura ex nubium collisione generentur, more silicũ duriorum,quos quum comploseris,id est,collideris sibi,medius ex his ignis extritus elabi tur,at q; ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire: tonitruo scilicet sonituum indicante cur sus,& fulgura excussi luminis claritate. Si intellexisti exemplum,cõsidera nunc nubes ratio nales. Moyses nubes erat: Iesus Naue nubes erat. Isti si secũ colloquantur, ex sermonibus eorũ fulgura micant. Hieremias & Baruch nubes erant: sermocinentur inuicem,& videbis rutilare fulgura. Potes & tu ipse de scripturis sanctis in hunc modum nubium inuenire concursus,ex quibus ignes emittantur. Vt autem & ad nouum testamentum veniamus: Paulus & Syluanus duæ nu

dubes in vnum conuenerunt, & ecce totum mundum epistolæ eorum fulgor illuminat. Fulgura in pluuiam fecit,& eduxit ventos de thesauris suis.

Nucesqd mystice significẽt reqre in dictione, Hortus. Et Ruptus exponẽs illud Cãticorũ, Descendi in hortũ nucũ &c. i. descendi de cœlis in hortũ meum,hortum nucũ. Factus sum eñ ex te muliere,factus sub lege, quæ nimirum lex sic mihi est, tanquã hortus nucum. Deniq; si cut nux sub amaro cortice,intra testam duram,dulcem,& ad vescendum suauem continet nu cleum,ita sub amara voce,vel occidente litera,& durissimo iugo ceremoniarum,suauem,atq; viuificantẽ cõtinet spiritũ. Ad quid huc descendi? Vt viderẽ poma conuallis,& inspicerẽ si flo ruisset vinea,& germinassent mala punica. Verum quod econtra euenit, illud cantabile non est,ad Cantica Cant. non ptinet,si quidem respicias causam illorũ,qui illi descẽsui meo, nimis ingrati fuerunt. Amici nostri, & filiæ Hierusalẽ adolescentulæ nostræ iamdudum rem gestã bene nouerunt,secundũ illã parabolam,quã dixi,quæ est huiusmodi: Homo erat paterfamili as,qui plantauit vineã,& sepẽ circũdedit ei,& fodit in ea torcular &c. vsq;. Nouissime autẽ misit ad eos filiũ suum dicens: Verebuntur &c. vsq;,occiderũt eum. Secundum(inquam) para bolam illam,ego descendi in hortum nucũ. i. sub lege factus sum, vt viderem poma conuallis, id est,vt cõsolarer eos,qui me expectabant in spiritu humilitatis. Iuxta illud: Spiritus dñi super me,eo quod vnxerit me dñs. Ad annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer contritis cor de,& prædicarem captiuis indulgentiam,& clausis apertionem &c. Non solũ aũt,sed & vt in spicerẽ,si floruisset vinea,illa nimirũ vinea,de qua scriptura prophetica dicit: Vinea facta est di lecto in cornu filio olei &c. vsq;,vinea enim dñi exercituum, domus Israel est. At illi agricolæ eiecerunt,& occiderunt me,veruntamẽ licet hęc mihi fecerint,aliqua pars eorũ tandẽ pœni tens,istud cantabile dixit: Nescivi,anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab.

INCIPIT LIBER DVODECIMVS, AD MYSTICOS sacræ scripturæ sensus.

Deum obdurare quempiam quomodo intelligendum. Cap. I.

QVo pacto deus dicatur quẽpiam obdurare, diuus ostendit Greg. lib. Mor. xi. cap. v. exponens illud Iob, Si destruxerit, nemo est qui ædificet: Omnipotens deus(inquit) humanũ cor destruit, quum relinquit, ædificat, dum replet. Neq; enim humanam mentẽ debellando destruit, sed recedẽdo, qa ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Vnde plerunq; fit, vt quum audiẽtis cor, exigentibus culpis, omnipotentis dei gratia non repletur, in casum si ille interius in corde non clamet, qui aspirat verba quæ audiunt. Hinc propheta ait: Nisi dñs ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Hinc Salomon dicit: Consydera opera dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Nec mirum si a corde reprobo prædicator minime auditur, dum nonnunquam ipse quoq; dñs in his, quæ loquitur, resistenti um moribus impugnatur. Hinc est enim, quod Cain & diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ, iam intus deus cor reliquerat cui foris ad testimonium veba faciebat. Bene autem subditur: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat, quia omnis homo per id quod male agit, quid sibi aliud, quam conscientiæ suæ carcerẽ facit, vt hunc animi reatus premat, etiam si nemo exterius accuset? Qui quum iudicante deo, in malitiæ suæ cæcitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne euadendi locum inueniat, quem inuenire minime meretur. Nam sæpe nonnulli a prauis actibus exire cupiunt, sed quia eorundem actum pondere premuntur, in malæ consuetudinis carcere inclusi, a semetipsis exire non possunt. Et quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod recte se agere æstimant, in grauiores culpas vertunt, fitq; modo miserabili, vt quod exitum putant, hoc inclusionem inueniant. Sic videlicet reprobus Iudas, quum mortem sibi cõtra peccatum intulit, ad æternæ mortis supplicia peruenit, & peius de peccato pœnituit, quam peccauit. Dicatur ergo: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat, quia sicut nemo obsistit largitati vocantis, ita nullus obuiat iustitiæ relinquentis. Includere enim dei est clausis non aperire. Vnde & ad Moysem dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor eius. Obdurare quippe per iustitiam dicitur deus, quãdo cor reprobum per gratiam non emollit. Recludit itaq; hominem, quem in suorum operum tenebris relinquit. Et capite sexto. Quasi enim aperire hanc inclusionem cum Isaac primogenito filio voluit, quum hunc fratri præponere benedicendo conatus est. Sed filium, quem pater voluit, dominus reprobauit, & quem dominus voluit, pater etiam nolendo benedixit, vt qui primogenita

Universidad de Deusto
Biblioteca

genita fratri proesea vendiderat,primogenitorum benedictionem non acciperet,quam ex cupiditate gulæ reliquisset,qui terrena ambiens,fugitiua sequens,hæreditare cupiens benedictionem,reprobatus est.Non enim inuenit pœnitentiæ locum,quanquam cum lachrymis inquisisset eam,quia videlicet fructum non habent lamenta,quę studentcum gemitu desiderare peritura.Aperire itaque Isaac nec filio potuit,quem DEVS omnipotens iusto iudicio in sure carcere malitiæ inclusit.Et homilia vndec.super Ezechielem,Ego indurabo cor eius:non enim (inquit)cor peccantis dominus obdurat,sed obdurare dicitur,quum ab obduratione non liberat. Misericors enim Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat, sed quum eius gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ,hoc ipsum tempus quod ad parcendum pie dispositum,districtius ad feriendum vertit,vt quia reuerti quis etiam spacio temporis accepto noluerit,per hoc mala sua ad reatum augeat,p quod ea diluere potuit,si conuerti voluisset.Vnde scriptum est:Ignoras,quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit?Secundum autem duriciam autem tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij Dei.De benignitate ergo omnipotentis Dei iram sibi in die iræ reprobus thesaurizat,quia dum ad pœnitendum tempus accipitur,& ad peccandum exhibetur,ipsum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ.Vnde & omnipotens Deus quia collocata remedia cõspicit ad culpę augmentum trahit,ipsam benignitatem quam cõtulit,in iudicij districtionem vertit,vt in de post amplius feriat,vnde modo amplius expectat.Et quia homo deserere malum nõ vult, vt viuat,auget vnde moriatur.Sed siue iustus in culpa,siue peccator in morte corruat,speculatori timendum est,ne hunc ex suo silentio reatus peccantium pariter inuoluat.

Quid obumbratio,& occidens mystice significent. Cap.II.

OBumbratio quid mystice significet,diuus manifestat Gregorius libro moral.xxxiij.cap. iij.exponens illud Iob,Sub vmbra dormit &c.Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnatio domini ponitur,vel mentis refrigerium à feruore carnalium cogitationum,vnde appellatione vmbræ ex superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis insinuari solet.Alias quando vero vmbra recedente charitate, torpor frigidæ mentis accipitur.Nam quod dominica incarnatio seruata veritate historiæ obumbrationis appellationis appellatione signetur, Angelicus sermo testatur,qui ad Mariam ait:Virtus altissimi obumbrabit tibi.Quia enim vmbra non aliter exprimitur,nisi per lumen,& corpus,virtus ei altissimi obumbrahit,quia in cius vtero lux incorporea corpusq; sum pfit.Ex qua videlicet obũbratione,omne inse refrigerium mentis accepit.Rursum per vmbram ex superna protectione refrigerium cordis exprimitur,sicut Psalmista ait:Sub vmbra alarum tuarum protege me.Vel sicut sponsa in Canticis Canticorum aduentum sponsi prestolata prænunciat,dicens:Sub vmbra illius quem desideraueram,sedi.Ac si dicat:Ab æstu carnalium desideriorum sub aduentus illius protectione requieui.Rursum per vmbram recedente charitate, torpor frigidæ mẽtis exprimitur,sicut de peccante homine scriptum est,quia,secutus est vmbram.Calorem enim charitatis fugiens,veritatis solem homo deseruit,& sub vmbra se interni frigoris abscondit.Vnde & voce eiusdem veritatis dicitur:Abundabit iniquitas,& refrigescet charitas multorum.Vnde primus homo post culpam inter arbores paradisi ad aurã post meridiem absconsus inuenitur.Quia enim meridianũ charitatis calorem perdiderat, iam sub peccati vmbra,quasi sub frigore auræ torpebat.Iste igitur Behemoth,quia in illis quasi quãdã requiẽ inuenit,quos a veri Solis ardore subtrahendo frigidos facit, sub vmbra dormire perhibetur: nonnũquã vero per vmbrã (si tamẽ cũ adiectione mortis ponatur)vel mors carnis exprimitur,vel quilibet reprobi,qui antiqui hostis tenebras studio prauæ operatiõis imitãtur,vnde voce martyrum per Psalmistã dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis,&cooperuit nos vmbra mortis.Vmbra eñ mortis electos Dei opprimit,quia mors carnis,quæ imago mortis æternæ est,ab hac eos vita disiungit,quia sicut illa animam à Deo,ita hæc ab anima separabat corpus.Vel certe eos vmbra mortis opprimit,quia illius nephoste scriptum est:Nomen illi mors.Vmbra ergo mortis sunt omnes reprobi,quia illius nequitiã elationis imitantur,eiusq; imaginem,quasi vmbram exprimunt,dum eius in se malitiæ similitudinem trahunt.Qui electos Deioperiunt dum contra illos in atrocitate persecutionis temporaliter conualescunt. Hoc autem loco vmbra, nequitiæ torpor accipitur,in qua iste Behemoth dormit,quia contra corda charitate calentia solicitus vigilat,in frigidis aũt mẽtibus, securus iacet.Dormire in sanctorũ mentibus nõ potest,quia & si qñse in eis ad breue momẽtũ collocat,ipse eum desideriorum cœlestiũ æstus fatigat,& quasi toties,vt recedat,pungitur,quotiens ab eis amore intimo ad æterna suspiratur.Tantæ eũ voces excitant,quãtę ex illorũ mentibus sanctæ cogitationes ad cœlum clamant,Vnde fit,vt bonarũ actionũ armis territus,ac spiritorum

spiritorum spiculis percussus fugiat,& ad corda reproborum frigida rediens,eam quam securus possidebat,malitiæ vmbram quærat.Quæ,vbi ab illo inueniatur,ostenditur,quum protinus subiungitur,In secreto calami.

Quid autem occidens mystice significet,diuus enarrat Gregorius,exponẽs illud Iob,Si ad orientem iero,non apparet,si ad occidentem,non intelligam eum &c. Creator omnium (inquit) in parte non est, quia vbique est. Et tunc minus inuenitur, quando is,qui totus vbique est,in parte quæritur.Incircunscriptus nanque spiritus omnia intra semetipsum habet, quæ tamen & implendo circundat,& circundando implet,& sustinendo transcendit, & transcendendo sustinet. Et infra: Quæ,tamen verba, intelligi & aliter possunt. Ad orientem quippe imus,quum mentem in consyderatione maiestatis eius attollimus.Sed non apparet,quia qualis in natura sua est,à cogitatione mortali videri non prævalet.Si ad occidentem,non intelligã eum. Ad occidentem imus,quum subleuatũ in deo cordis oculum,sed ipsa immensitate luminis reuerberatum,ad nosmetipsos reducimus,& lassati discimus valde super nos esse quod quę rebamus,nostramq; mortaliratem confiderantes,indignos nos adhuc esse deprehendimus,qui immortalitatem videre valeamus.Et libro I.cap.trigesimoprimo:Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales: Tunc(inquit)magni inter omnes orientales efficimur,quum eis spiritibus,qui orientali luci inhærent,pressa carnalis corruptionis nebula,discretionis nostrę radijs,in quantum possibilitas suppetit,sociamur.Vnde & per Paulum dicitur: Nostra conuersatio in cœlis est.Quisquis temporalia ac defectiua sequitur,occasum petit:quisquis vero superna desiderat,quia in oriente habitet,demonstrat.Magnus ergo,non inter occidentales,sed inter orientales efficitur,qui non inter malorum actiones,ima,& fugitiua quærentiũ,sed inter choros proficere supernorum ciuium conatur.

Quid octaua,siue octonarius numerus mystice significet. Cap.III.

QVid octaua,vel octonarius numerus mystice significet,diuus insinuat Gregor. homilia super Ezechielem decimasexta,exponens Illud Ezechielis, Vir cuius erat species, quasi species æris mensus est vestibulum portæ octo cubitorum,& frontem eius,duobus cubitis. Ac Ezc.40.a.
ne hoc vestibulum extra portam esse crederemus,subditur:Vestibulum autem portæ erat intrinsecus.Quid ergo per interius vestibulum,nisi æternæ vitæ latitudo signatur?Quæ modo inter angustias vitæ presentis iam spe,mente concipitur.De qua per Psalmistam dicitur:Intrate portas eius in confessione,atria eius in hymnis confessionum.Quum enim peccata nostra per lachrymas confitemur,angustæ vitæ portam ingredimur. Sed quum post hæc ad æternam vitam perducimur,portæ nostræ atria in confessionum laudibus intramus,quia ibi iam angustia non erit,quum nos lætitia æternæ solennitatis assumpserit.Propter confessionis nostrę angustiam dominus dicit:Intrate per angustam portam. Et quum se Psalmista recipere latitudine gaudia æterna præsumpserat,dicebat:Statuisti in loco spacioso pedes meos.Ad atrium per portam tenditur,quia ad latitudinẽ solennitatis pertingitur ab angustia confessionis.Illa itaq; gaudia,quæ apud Dauid atria,apud Ezechielem vestibulum intrinsecus vocatur. Vnde & hoc ipsum vestibulum octo cubitis dicitur mensuratum.Ibi enim omnes recipiendi sunt,qui nũc in exercitio operis laborant,& ad æterna gaudia per contemplationis gratiam suspirant.Nec immerito mensura vestibuli in octo cubitis ponitur,quia septem diebus vniuersum tempus euoluitur.Aeterna etenim dies,quæ expleta septem dierum vicissitudine sequitur scilicet,octaua est.Vnde etiam Psalmista resurrectionis diem consyderans,quia de extremi iudicij districti one erat locuturus,præmisit titulum,dicens,In finem psalmus Dauid pro octaua.Vt enim quã Psal.6. Psal. 6.
octauam diceret,demonstraret,diem illam tremendi terroris in Psalmi inchoatione secutus est,dicens:Dñe ne in ira tua arguas,neq; in furore tuo corripias me. Modo enim quisquis per flagella corripitur,& correptionibus emendatur,in mansuetudine corripitur,non in ira.In districto aũt illo examine,omnis argutio,atq; correptio ira est,qa venia post correptionẽ nõ est. Huius octonarij numeri causa est,quod post sabbatũ dominus voluit a morte resurgere.Dies quippe dñicus,qui tertia? est a morte dñica,à cõditione dierum numeratur octauus, quia septimũ sequitur. Vnde & ipsa vera redemptoris nostri passio,& vera resurrectio figurauit aliquid de suo corpore in diebus passionis suæ. Sexta enim feria passus est, sabbato quieuit in sepulchro, dominico dei resurrexit à morte. Præsens etenim vita nobis adhuc sexta est feria,quia in doloribus ducitur,& in augustijs cruciatur.Sed sabbato quasi in sepulchro quiescimus,quia requiẽ animæ post corpus inuenimus.Dominico vero dei,videlicet à passione tertio,a conditione(vt diximus)octauo,iam corpore a morte resurgemus,& in gloria anim etiamę cum carne gaudibimus. Quod ergo mire saluator noster fecit in se,hoc veraciter significauit in nobis,vt nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolor in sexta,& requies in septima,& gloria excipiat in octaua.Hinc per Salomonem dicit: Da partes septem,necnon & octo,quia ignoras quid mali futurum sit super terram.Partes etenim septem simul & octo damus,quando sic ea,quæ septem diebus euoluuntur,disponimus,vt per hæc ad bona æterna veniamus.Vt dummodo caute agitur,postmodum venientis tremendi iudicij ira deuitetur. Octo itaq; cubitis vestibulum mensuratur intrinsecus,quia per lucem, quæ post septem dies sequitur,latitudo nobis æternitatis aperitur.Sed nemo ad illã venit, nisi qui hic dilectionem Dei,& proximi deuota mẽte tenuerit.Et homilia xx.Per octauum(inquit) numerum,& dies æterni iudicij,& carnis resurrectio designatur.Vñ & psalmus qui pro octaua scribitur,à pauore iudicij est inchoatus,quum dicitur:Domine ne in ira tua arguas me,neq; in furore tuo corripias me.Nunc enim tempus est misericordiæ,in illo autem iudicio dies irę. Psal.6.a
In quo videlicet die omne hoc tẽpus finit,q; septẽ diebus euoluitur. Et quia post septem dies sequitur,iure octauus appellatur.In q̃ & caro nostra resurgit ex puluere,vt siue bona siue mala,quæ egit,recipiat à veritate.Vnde & per legẽ q̃q; octauo die fieri circuncisio iubetur. Nam q̃ membrũ,quod circunciditur,mortalis propagatio generatur,decedẽtium quoq; & succedẽtiũ numerus augeẽ.Sed qa in resurrectiõe mortuorũ nec carnis iã propagatio agit,& decessio, Mat.22.c
atq; successio nulla erit,qa sicut scriptũ est:Neq; nubent,neq; nubent̃,sed erũt sicut Angeli in cœlo,octaua die præcipitur præputium incidi.Ibi enim locum iam carnis propagatio non tenet,vbi resurgens caro,perseuerantiam æternitatis habet.Per hoc verbum mater virgo descendit,quæ deũ in vtero sine virilis carnis admixtione concepit,qui primus nobis æternæ patriæ gloriam in sua resurrectione monstrauit.Qui resurgens à mortuis,iam non moritur,& Psal. 6.a
mors ei vltra non dominabitur.Nobisq; exemplum dedit,vt ea fieri in die vltimo de nostra carne credamus,quæ facta de carne illius in die resurrectionis agnouimus. Et prologo in septem psalmos pœnitentiales:Pro octaua(inquit)psalmus iste factus,asseritur,quia pro consyderatione futuræ resurrectionis,dño decantatur.Omne præsentis vitę tempus septẽ diebus euoluitur,& ideo æterna dies,quæ expleta horum dierum vicissitudine futura est,octaua vocat.Et quia pro cõsideratione extremi iudicij psalmus iste cõcinit,recte pro octaua intitulat. Vel qa sequitur finem carnalis,& spiritalis generationis,ideo octaua die resurrectionis. Caro enim ex quatuor constat elementis,anima tribus vegetatur naturis.Est enim rationalis ad discernẽdũ, cõcupiscibilis ad virtutes appetendũ,irascibilis ad vitia auersandũ. De hac enim ita p eundem prophetã dicitur:Irascimini,& nolite peccare.Quod enim se cõtra seipsum erexerit,& zelo rectitudinis inflãmatus,cõtra vitiorũ se importunitates viriliter cõmouerit,in conspectu interni iudicis nequaquã delinquit. Vel secundũ quosdam octaua dicitur,qa sequit̃ sex ætates in hoc seculo viuentiũ,& septimam dormientiũ iustorũ.Et diuus Hieron.exponens illud Michææ,Et suscitabimus super eum septẽ pastores,& octo primates homines(vel octo morsus hominum) &c.Suscitabimus(inquit)super eum septem pastores &c.Suscitabimus autem ego,& filius meus,& spiritus sanctus,iuxta illud quod in Genesi scriptũ est:Faciamus hominẽ ad imaginẽ,& similitudinem nostram.Et in Abdiæ principio:Surgite,& ascendamus aduersus eam in prælio. Septem pastores,omnes patriarchas,& prophetas, & sanctos viros arbitror esse,q; hebdomadi.i.veteri seruierunt instrumento.Octo autem morsus hominũ,siue octo primates homines, &,vt Symmachus interpretatur,Christos vniuersos noui testamenti,qui ab Apostolis,vsque ad hanc ætatem momorderint Assyriũ,& suis dentibus lacerauerint.Vnde & in Ecclesiaste præcipitur vt demus septem partes,demus & octo.Et in tẽplo Ezechiel,q̃d interpretatur Ecclesia,& cœlestis Hierusalem septẽ,& octo gradibus ascenditur.Et in Psalterio quindecim gradus sunt,quibus per hebdomadem,& ogdoadem ad canendas deo laudes scandimus.In octaua die celebratur circuncisio spiritualis,& in templo Iudæorum destruitur sabbatum,& quidã Psalmi pro octaua inscribuntur.Isti igitur septem pastores & octo morsus hominum,pascent Assur.Viuens enim,& efficax sermo dei,& acutus super omnem gladium bicipitem,missus est ab eo,qui venit gladiũ mittere super terram,vt diuidantur duo in tres.Et Rupertus exponens illud Canticorum,Sexaginta sunt reginæ,& octoginta concubinæ,& adolescentularum nõ est numerus &c.Quid est hoc dicere,nisi quod & si multæ sunt fideles,& propter fidem,quæ per dilectionẽ in eis operatur,laudabiles,nulla tamen earum tibi similis est,sicut veraciter prædicamus,quia nec primam similem visa es,nec habere sequentem? Nam reginæ dicuntur rectæ illæ animæ,quæ perfectę charitatis sunt,in eo videlicet,quod eundem dilectum tuum sequentes,nihil terrenum,sed ipsum solum quęrunt, nec propter gehennæ metum, sed propter amorem vitæ tuæ æternæ peccatum fugiunt,virtutemque amando,iniquitatem oderunt.Concubinæ vero sunt illæ, quæ sub timore seruiunt, neq; eius perfectionis,vt super præceptum velint

velint addere consilium,scilicet hoc, vt relictis omnibus solum sequantur hunc dilectum, habentes quidem in fundamento CHRISVM, sed nihilominus amantes aliqua, quæ huius mundi sunt. Quod porro volunt sibi numeri isti decem senarius,atque octonarius? Valet ne aliquod nomẽ scripturæ huius quod est Scir Hascirim hoc est, Cantiçũ Canticorum:Valet vtiq; quia primam symphoniam efficiunt,quã musici nominant diatessaron. Est enim in eis habitudo,quam Epitriton,id est,sesquitertiam dicunt,quia maior numerus,vi delicet octoginta,minorem numerum,scilicet sexaginta,totum in se continet,& eius insuper tertiam partem,id est,viginti.Et hęc proportio numerorũ in musica sex reddit diatessaron,q̃ interpretatur de quatuor,& idcirco sic vocatur symphonia hæc,quia de quatuor chordis siue vocibus constat,cum duobus tonis habens semitonium.Igitur sexaginta reginæ & octaginta concubinæ,id est,animæ,quę verbo dei insistunt,& verbi dei ita participes factæ sunt,vt facere possint doctrinę fructum,meritis quidem,secundum quod supra dictum est,differunt, sed fidei consonantiam per vnitatem confessionis in auribus dilecti suauiter resonant. Quomodo autem numeri isti octonarius,& senarius,qui hic multiplicauerunt denarium,ab inuicẽ differũt,vt merito per senarium reginas, & per octonarium voluerit designare concubinas? Videlicet eo differunt,quod senarius numerus perfectus, octonarius vero imperfectus,ac diminutus,atq; vsq; ad extremas vnitates secabilis est.Perfectus quippe est,& perfectorum primus numerorum senarius,quia suis ex partibus cõstruitur. Habet enim dimidiam,id est,tres, tertiam,id est,duo,octauam,id est,vnum,quæ partes simul collectæ, septenarium faciunt,minorem videlicet summam ipso octonario,cuius partes sunt. Claret igitur & ista causa,cur senarius regitis,& octonarius concubinis,magisq; octonarius reginis,& senarius congruat cõcubinis. Adolescentularum non est numerus,id est,abundant in Euangelio plures,quàm ad cœlestes pertineant thalamos,iuxta illud: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Adolescentulæ nanq; recte dicuntur, quæ nondum saltem ad timorem dei profecerunt,& propter hoc custodia indigent, vel magisterio hominum,qui necdum intus diuini timoris,seu amoris habent magisterium,& multæ ex huiusmodi(quod valde pauẽdum est)inueniuntur extra numerum,quia de adolescentia nunquam ad perfectam ætatẽ perueniunt,etatem interioris hominis,quam quidam amicorum insinuans,occurramus(ait)in virum perfectum,in mensuram ætatis plenitudinis Iesu Christi. Mat.19

Quid oculus mystice significet. Caput IIII.

QVid oculi mystice significent, D.insinuat Greg.exponẽs illud Canticorũ, Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra oculi tui columbarum: Bis pulchram sponsus sponsam suam vocat,quia cui dilectionem dei & proximi donat, geminam pulchritudinem ei inserit,qua delectatur,& quam laudat.Cuius oculi bene columbarum esse perhibentur,quia dum in tẽporalibus gemit,& ad æterna desideria rapitur,in simplicitate sensus suos custodit, & carnales concupiscentias detestatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit. Et bene sancta anima columbæ comparatur, quia dum reprobi quiq; in amore mundi garriunt,& lætantur,mens electa in cœlesti desiderio atteritur,quia timet ne amittat quod diligit,dum differtur.Possunt etiam per oculos columbarum, Ecclesiarum prædicatores intelligi,qui simplicitatem quam prædicant,seruant,& visibilia contemnentes,ad æterna cũ magnis gemitibus anhelant.Idem habes Canticorum quarto a.Et exponens illud Canticorũ quarto,Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum,& in vno crine colli tui.Per oculos sponsæ sanctæ Ecclesiæ prędicatores(sicut scriptum est)designantur.Per crines vero populi multitudo figuratur.Per collum autem sancti capitis,& corporis coniunctio demonstratur,quæ fides Ecclesiæ intelligitur.Per hanc enim caput & corpus coniunguntur,dũ Christo quisq; eo tenacius inhæret,quo fidelior in bona conuersatione habetur. In vno ergo oculorum,& in vno crine colli sponsæ sponsus vulneratur,quia profecto vsq; ad mortem crucis afficitur,vt vnitas prædicatorum,& plebis in ecclesia confirmetur.Et exponens illud Canticorum,Oculi tui sicut piscinæ in Esebon,quæ sunt in porta filiæ multitudinis: Esebon(ait) cingulum mœroris interpretatur. Oculi ergo sponsæ sicut piscinę in Esebon dicuntur,quia dũ de peregrinatione sua contristantur,& mœrore corroborati,cõtra spiritales hostes accingun tur,lachrymis se lauant,vt per eos populi conuenienter coram deo mundentur. In porta aũt filiæ multitudinis sunt,quia in fide stant, per quam ecclesiæ multitudinem ad cœlestia introducunt.Et lib. Moralium xiij. cap.xvij.exponẽs illud Iob,Et oculi filiorum eius deficient:Quia eum(inquit) intentiones hominum ad sola terrena sperandа excitat,hoc illos amare facit,q̃d diu tenere non possunt.Neq; enim valet amoris prauiintẽtio permanere,quando & hoc q̃d Cregorius Can 4.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

amat,ipſumq; qui amat,conſtat ſub celeritate deficere. Et lib.xix.cap.x.exponens illud Ezechielis,Quod animalia in circuitu,& intus plena oculis erant: Quiſquis(inquit)exteriora ſua honeſte diſponit,ſed interiora negligit,in circuitu oculos habet,ſed intus nō habet.Sancti vero oēs,quia & exteriora ſua circūſpiciūt,vt bona de ſe exēpla fratribus p̄beant,& interiora ſua vigilāter attendūt, quia ſeſe irreprobabiles interni iudicis obtutibus parant,& in circuitu oculos, & intus habere perhibentur, magisq; ſe q̄ deo placeant,in ſua interna cōponunt,ſicut per Pſalmiſtā quoq; de ſancta eccleſia dicitur:Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.Sed quia exteriora ſua etiā irreprehenſibilia cuſtodit, iure de ea ſubdidit:In fimbriis aureis circūamicta varietatibus,vt & pulchra ſibi intus ſit,& alijs foris,& ſe prouehens per internā gloriam, & alios
Hieronym. erudiens per exteriora operum exempla.Et D.Hieron.exponens illud Euangelicū, Quod ſi oculus tuus dexter ſcādalizat te,erue eum &c. Quia ſupra(inquit) de concupiſcentia mulieris dixerat,recte nunc cogitationē,& ſenſum in diuerſa volitantem,oculū nuncupauit. Per dexteram aūt,& cœteras corporis partes,voluntatis, & affectus initia demonſtrantur, vt q̄dmente concipimus,opere compleamus.Cauēdum eſt igitur,ne quod in nobis optimū eſt,cito labat in vitium.Si enim dexter oculus,& dextera manus ſcandalizant,quātomagis ea,quæ in nobis ſiniſtra ſunt?Si enim anima labitur,quātoplus corpus,q̄d ad pcā procliuius eſt? Aliter:In dextero oculo,& dextera manu,fratrum,vxorū,& liberorū,atq; affinium,& propinquorū monſtratur affectus,quos ſi ad contemplandā veram lucem nobis impedimēto eſſe cernimus,debemus truncare iſtiuſmodi portiones,ne dū volumus lucri cœteros facere,ipſi in æternum pereamus. Vnde dicitur & de ſacerdote magno, cuius anima Dei cultui dedicata eſt: Super patre & matre,& filijs nō polluetur.i.nullum affectū ſciet, niſi eius,cuius cultui dedicatus eſt. Et
Hilarius. Hilarius,Si oculus &c.Fit innocentiæ gradus celſior,& profectū fides ſumit.Carere enim non ſolum propriis vitijs,ſed & extrinſecus inſidentibus admonemur. Nō em̄ ex cauſis peccantiū membrorū corporis damna p̄cepta ſunt. Dextero em̄ oculo non minus ſiniſter erraret. Certe pes ſenſu concupiſcētiæ carens,dāno inutilis eſt,in quē pœnæ cauſa nō incidet. Sed quia diuerſa inuicem mēbra,corpus tnoēs,vnum ſumus,abijcere à nobis,vel potius eruere propinquitates chariſſimorum hoīm admonemur,ſi in illis aliquid tale cernamus,ne incōſortū criminis eorū de familiaritate veniamus,rectius vtilibus,& maxime neceſſarijs,tanq̄ oculi,& pedis mēbris carentes,q̄ vſq; in ſocietatē gehennæ vitioſæ propinquatatis teneamur affectu. Eſſet aūt abſciſio membrorū vtilis,ſi & cordis eſſe poſſet exectio.Quū enim concupiſcentia efficientiæ cōparetur,dānum corporis otioſum eſt,relicto volūtatis inſtinctu.Et Theophylactus,Si oculus &c.Oculū,& manū audiens,ne exiſtimes de mēbris his dici. Non em̄ appoſuit dexter,vel dextera,ſed de his,qui videntur eſſe amici, & nocent nobis,vt exempli gratia: Adoleſcens eſt, cui ſunt amici intēperantes,à quibus dānum accepit.Hos igitur amputa(inquit)Fortaſſis em̄ & illos ſeruabis,vbi hoc perſenſerint.Quod ſi minus,certe vel teipſum. Iam ſi amas illorū amicitiam,vtrinq; peribitis.Et Cyrillus lib.xij.in Ioānem,cap.xxviij.Si oculus dexter tuus &cæt. Quod enim à felicitate noſtra nos ſemouet,etiam ſi amicitiæ lege nobis coniungitur,etiam ſi natura ipſa,& ſanguinis propinquitate copulatur non noſtrum,ſed alienum,& hoſtile putandum eſt.Et Auguſtinus lib.I.de ſermone domini in monte,Si oculus &c. Hic(inquit)magna
Auguſti. opus eſt fortitudine ad membra præſcindenda. Quicquid enim eſt quod ſignificat oculus,ſine dubio tale eſt,quod vehementer diligitur.Solet enim & ab eis,qui vehementer volunt exprimere dilectionem ſuam ita dici: Diligo eum,vt oculos meos,aut etiam pluſquam oculos meos. Quicqd autē additum eſt,dexter,fortaſſe ad augendam vim dilectionis valet,vt iſte ſit ſenſus: Quid illud eſt,quod ita diligis vt pro dextero oculo habeas,ſi ſcandalizat te,id eſt,ſi tibi impedimento eſt ad veram beatitudinem,erue illum, & proīce abs te.Expedit enim tibi,vt pereat vnum horum,quæ ita diligis,vt tanquam membra tibi hæreant,quàm totum corpus &cæt.

Quid oleum myſtice ſignificet. Caput V.

Gregorius. QVid oleū myſtice ſignificet,D.inſinuat Grego.lib.Moral.xix.cap.xiij.exponens illud Pſalmiſtæ,Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: Poteſt(inqt)noie olei ipſa ſanctiſpiritus vnctio deſignari,de qua per prophetam dicitur: Computreſcit iugū à facie olei. Iugum quippe à facie olei computreſcit, quia dum ſancti ſpiritus gratia ungimur, à captiuitatis noſtræ ſeruitute liberamur,dumq; maligni ſpiritus dominatio ſuperba repellitur,iugū conteritur,q̄ libertatis noſtræ colla ſmebantur. De hoc rurſus oleo ſcriptum eſt: Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.Filius quippe olei,fidelis populus dicitur,qui ad fidem dei intena ſancti ſpiritus vnctione generatur. Multis ergo tunc ſancta eccleſia tribulatiōibus depreſſa, dona ſpiritus,& mira, quæ nunc habet prędicamenta ad memoriam reuocet,& ſuum filentiū deploret

deploret,dicens:Petra fundebat mihi riuos olei.Et libro Moralium octauo,capite xiij. Oleum (inqt) à proximis petere eſt gloriam boni operis à teſtimonio alieni oris implorare. Mēs enim vacua cum cunctis ſuis laboribus nihil ſe intus tenuiſſe inuenerit,teſtimoniū foris quærit.Et libro Moralium xix.capite xij, exponens illud Iob,Et petra fundebat mihi riuos olei; Quia(inquit)petræ nomine Chriſtus accipitur,prædicator egregius fatetur,dicens: Petra autem erat Chriſtus.Quæ videlicet petra nūc ad vium ſanctæ Eccleſiæ olei riuos fundit,quia in eo loquens dominus prædicamenta vnctionis intimæ emanat.De hac petra olei riuus exijt,liber Matthæi,liber Marci,liber Lucæ,& liber Ioannis.In diuerſis huius mundi partibus quot prædicamenta ædidit, tot petra hæc per ora apoſtolorum omnium olei riuos fundit. Toties adhuc de petra hac olei riuus funditur,quoties à ſancto ſpiritu vngendis mentibus auditorum, ea quæ in libris veteribus de Chriſto dicta ſunt,explanantur.Et riui vocantur olei,quia decurrunt,& vngunt.In quibus quiſquis tingitur,quiſquis vngitur,interius impinguatur.Et homilia duodecima in euangelia exponens illud Euangelicum,Quinq; fatuæ acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum, prudentes autem acceperunt oleum in vaſis &c.Per oleum(inquit) nitor gloriæ deſignatur,vaſcula autem noſtra ſunt corda,in quibus ferimus cuncta quæ cogitamus.Prudentes ergo oleum in vaſis habent,quia nitorem gloriæ intra conſcientiam retinent,Paulo atteſtante,qui ait:Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ.Fatuę autem virgines,oleum ſecū non ſumunt,quia gloriam intra conſcientiam non habent,dū hāc ab ore proximorum quærunt.Notandum vero quòd omnes lāpades habent,ſed omnes oleū non habent,quia plerunq; bona in ſe opera cum electis,& reprobi oſtendunt,ſed ſoli ad ſponſum cum oleo veniunt,qui de his,quæ foris egerint,intus gloriam requirūt.Vnde per Pſalmiſtam quoq; de ſancta electorum eccleſia dicitur:Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.Et exponens illud Canticorum,Oleum effuſum nomen tuum: Nomen(inquit)ſpōſi Chriſtus eſt.Sed nomen ſponſi,quaſi oleum effunditur,quia quicunq; nomine Chriſtiano in veritate cenſent, charitate ſancta affluunt,qua molliuntur, & vt flammas exemplorum emittant,eadē charitate in euangelica lectione nō fabulas,& narrationes ab euangeliſtis,ſed myſteria eſſe cōſcripta.Impleta eſt vtiq; odore vngnēti domus,ſi quid peccatrix habuit ad pedes referendū eſt, & ſi qd ex q̄ non peccauit,ad caput.Nec mirū domum fuiſſe odore cōpletam,quum hoc odore mundus completus ſit.Scribitur in eodem loco de Simone leproſo,& domo eius.Ego puto leproſum mundi iſtius eſſe principem,& hunc leproſum Simonem nuncupari,cuius domus ad aduentum Chriſti ſuaui odore cōpleta ſit, agente pœnitētiam peccatrice,& ſancta caput Ieſu in vnguenti odoribus perfundente. Vnguentum effuſum nomen tuum. Quō vnguētum,quod effuſione ſua odorem longe,lateq; diſpergit,ſic Chriſti nome effuſum eſt,vniuerſa terra Chriſtus nominatur,in omni mundo p̄dicatur dominus, vnguentum enim effuſum eſt nomē eius. Nunc Moyſi nomen auditur,quod prius Iudææ tm̄ claudebatur anguſtijs,Neq; enim Græcorum quiſpiam meminit eius, neq; in vlla gentilium literarū hiſtoria de illo ſeu cœteris ſcriptū aliquid inuenimus.Statim vt Ieſus radiauit in mūdo,eduxit ſecum leges, & prophetas,& vere completum eſt:Vnguentum effuſum nomen tuum.Ipſæ iuuenculæ dilexerūt te. Et quia per ſpiritum ſanctum charitas Dei diffuſa eſt in corda noſtra, congrue nomen effuſionis inferturVnguentum effuſum eſt nomen tuum.Et Ambro.de inſtitutione virginis,cap.xiij. Vnguentum exinanitū nomen tuum &c. Deſcendat iſtud vnguentū in animæ p̄cordia,viſcerumq; ſecreta,quo nō deliciarū odores ſancta Maria,ſed diuinæ gratiæ ſpiramenta redolebat.Hæc pluia Euæ reſtrinxit appetentiam,hoc vnguentū fœtorē hereditarij erroris abſterſit,hoc vnguentū Maria ſoror Lazari in Chriſti pedes effudit,& tota domus pio repleta odore fragrauit. Nec vlla ſe pauperē putet,nulla ſe arbitret inopē,nulla metuat ne p̄cioſum hoc vnguētū emere nō poſſit,aut fontē iuſtū putet eſſe venalē: Qui ſititis(inqt)ite ad aquā & quicūq; nō habetis argentū,ite & emite,& bibite ſine argēto.Et ſupra ait:Gratis venūdati eſtis,& ſine argēto redimemini.Ideo pauper factus eſt dñs, quū diues eſſet,vt eū omnes emant,& egenos p̄cipue ſua paupertate locupletet.Parate igitur vaſa domini,vt excipiatis hunc fontem aquę viuæ,fontem vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem virginitatis,integritatis vnguentum,odorem fidei,& suauis misericordię gratia florulentum, induamini agni eius innocentiam,qui quum malediceretur, non remaledixit,quū pertereretur,non repercussit.Et lib.I.de spiritusancto,cap.vij.Vnguentum &c. Cuius virtutes(inquit)nihil potest esse præstantius.Nam sicut inclusum in vase aliquo vnguentū cohibet odorem suum,qui odor quandiu vasis illius angustijs cohercetur,& si ad plures non potest peruenire,tñ vim suam seruat, quum vero de vase illo,quo claudebatur,vnguentū fuerit effusum,longe,lateq; diffusum ducitur, ita & Christi nomē ante eius aduentum in Israel populo, quasi in vase aliquo Iudæorum mentibus claudebatur:Notus enim in Iudæa deus,in Israel magnum nomen eius.Hoc vtiq; nomen, quod vasa Iudæorum angustijs suis cohercitum cōtinebant,magnum quidem & tunc nomen,quū infirmorum,atq; paucorum hærere; vestigijs,sed magnitudinem sui nondū per corda gentium,& in fines totius orbis effuderat.Postea vero q̄ per oēm mundum suo illuxit aduentu, per oēm vtiq; creaturam diuinū illud suū nomē extendit, nō repletū excessiōe aliqua,plenitudo em̄ nescit augmentū:sed replens vacua,vt esset admirabile nomen eius in vniuersa terra.Huius igitur effusio nois,abundantē quandā exuberantiam gratiarū,bonorumq; cœlestiū significat largitatē,Ex abundanti em̄ superfluit,quicquid effunditur.Itaq; sicut creatura nō potest dici sapientia,q̄ ex ore dei ꝓcedit,nec verbū,q̄d eructatur ex corde,nec virtus,in qua pleuitudo maiestatis æternæ est:ita etiam creatus nō potest spūs æstimari,qui ex ore dei funditur,quum ipse deus tantā ostenderit vnitatem,vt effundere se de spiritu suo dicat. Quo intelligamus,quia etiā dei patris eadem gratia sit,q̄ spūssancti est, & quod sine incisione, ac detrimento aliquo diuidatur mētibus singulorū. Quod ergo de spū effunditur,nec inciditur,nec partibus aliquibus corporalibus comprehenditur,aut secatur.Et capite viij.Pleriq; arbitrati sunt vnguentum Christi esse spiritumsanctum. Et bene vnguentum,quia oleum lætitiæ nuncupatum est,quo plurimarum redolent epulæ gratiarum. Verum illum Deus omnipotens pater vnxit principem sacerdotum,qui non vt alij in typo vnctus ex lege,sed & secundum legem vnctus in corpore,& in veritate supra legem virtute sanctispiritus ex patre plenus est.Hoc est oleum lætitiæ,de quo dicit propheta:Vnxit te Deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.Deniq; Petrus vnctum spiritu dicit Christum, sicut habes Vos scitis quod factum est verbum per totam Iudæam, incipiens à Galilæa post baptismum, quod prædicauit Ioannes Iesum à Nazareth,quomodo vnxit eum deus spiritu sancto. Oleum igitur lætitiæ,spiritussanctus est.Et pulchre oleū lætitiæ dixit, ne creaturam putares. Olei em̄ huiusmodi natura est,vt nequaquam naturæ alterius humidæ misceatur. Lætitia quoque non corpus vngit,sed intimā cordis illuminat,sicut propheta dixit:Dedisti lætitiam in corde meo. Ergo quum laudat operam qui oleum velit cum creatura humidiore confundere, quia quum oleum leuior natura sit cœteris,residentibus alijs eleuatum discernitur. Quomodo putant isti deterrimi caupones,oleum lætitiæ cum cœteris creaturis sua posse fraude confundi,quū vtiq; non queant incorporeis corporea,increatis creata misceri? Et bene oleum lætitiæ dicitur,quo vnctus est Christus.Neq; enim vsitatum fuit ei oleum, & commune quærendum,quo aut vulnera curantur,aut æstus leuatur,quum fomentum vulnerum suorum salus mundana nō quæreret,neque refectionem corporis fatigati virtus sempiterna deposceret. Nec mirum si habet oleum lætitiæ,qui facit exultare morituros,tristitia mundum exuit, maiestatef cœtorem mortis aboleuit.Et ideo Apostolus ait:Christi enim bonus odor sumus Deo, vtiq; de spiritalibus significans se locutum.Sed & quum ipse filius Dei dicit:Spiritus domini super me, propter q̄d vnxit me,spiritale significat vnguentum. Ergo vnguentum Christi est spiritus. Aut si quod vnguentum exinanitum est in nomine domini nostri Iesu Christi, ipsum intelligere volunt vnguenti expressum nomine,non spiritum Christi, vtiq; quum vnctum spiritu sancto dominum Iesum Petrus Apostolus dixerit,licet sine dubio quod vnguentum dicatur & spiritus.Et libro de Helia,& ieiunio,capite x. Vos autem quum ieiunatis,vngite capita vestra,& faciem vestram lauate,ne pereatis hominibus, quia ieiunatis,sed patri vestro,qui est in abscondito, & pater vester,qui videt in abscondito,reddet vobis.Quid est,vngite caput vestrum? Sed & luxuriosi dicunt: Vino,& vnguentis nos repleamus. Vnguento enim se iungunt,qui corpori odoris gratiam quærunt.Sed & illa vnguenta libidinis illecebras mouere consueuerunt. Aliud est sobrietatis vnguentum,de quo dicit ecclesia ad spōsum suum:Vnguentum exinanitum nomē tuum. Aliud oleum,quo artus animæ,& quędam membra pinguescunt. Vnde & Dauid dicit: Impinguasti in oleo caput meum.Et hoc est oleū lætitię,quo vnctus est Christus à deo patre, vt præ oīnibus suis emineret consortibus.Hoc iubet iungere caput nostrū,vt oleo lętitiæ obducatur oīnis simulata tristitia,ne videaris iudiciū tuum vendere hominibus,ne videaris contristari

tristari in animæ tuæ salute.Nō enim tristis coronatur,nemo mœstus triumphat. Vnge ergo caput tuum,vbi sensus sapientis sunt. Oculi enim sapientis in capite eius.Ad mysteria vocaris, & nescis,dicis quum veneris.Et reminiscere illud: Sicut vnguentum in capite,quod descendit in barbam Aaron.Tunc cognosces quid sit:Vngite caput vestrum,quando placueris Deo,vt tibi sua patefaciat sacramenta, & det gratiam spiritalem.Est & aliud caput mysticum: Caput, inquit,mulieris vir,caput autem viri,Christus. Mitte in Christum,mitte etiam in caput eius vnguentum. Caput eius Deus est.Illa mulier Ecclesiæ typum gerens,quæ in caput eius misit vnguentū,confessa est eius diuinitatē,& quę in pedes misit,confessa est eius passionem.Vtraq; laudatur.Et tu fac,quo laueris,quo remissionem accipias peccatorum. 1.Cor.11.f

De eodem oleo. Caput VI.

Diuus autem Bernardus,sermone decimoquarto super Cantica, Oleum(inquit)effusum nomen tuum:Hoc(ait)plane testimonium Israel ad confitendum nomini domini, non tamen Israel secundum carnem,sed eius, qui secundum spiritum est.Nam hoc ille quo pacto dicat?Nō q̄d non habeat oleū,sed nō habet effusum. Habet,sed recōditum.Habet in codicibus, sed nō in cordibus.Foris hęret in litera,cōtrectat manibus vas plenum,sed clausum,nec aperit, vt vngat. Intus,intus est vnctio spōs,aperi,& vngere,& iā non erit domus exasperans.Quid facit oleum in vasis,si non sentias & in membris? Quid tibi prodest pium saluatoris nomen lectitare in libris,nec habere pietatem in moribus? Oleum est,effunde,& senties virtutem eius.Et sermone decimoquinto:Multa quidem sponsi vocabula sparsa per omnem diuinam paginam legitis,sed in duo ea vobis vniuersa complector. Nullum(vt arbitror)reperietis,quod non aut pietatis gratiam,aut potentiam maiestatis sonet.Spiritus ita dicit etiam per sibi familiarius organum:Duo hæc audiui,quia potestas dei est,& tibi domine misericordia. Ergo secundum maiestatem,sanctum,& terribile nomen eius,secundum pietatem,non est aliud nomen sub cælo datum hominibus,in quo oporteat nos saluos fieri. Sed exemplis magis perspicuum fiet.Hoc est(inquit)nomen,quod vocabunt eum,dominus iustus noster,quod est nomen potentiæ.Item:Et vocabitur nomen eius Emanuel,quod pietatē insinuat. Rursum propheta inquit: Vocabitur nomen eius admirabilis,consiliarius, Deus,fortis,pater futuri seculi, princeps pacis.Primum,tertium,& quartum maiestatem sonant,reliqua pietatem. Quod horum ergo effunditur? Profecto maiestatis,ac potentiæ nomen,in id quod est pietatis,& gratię quodammodo transfunditur,ipsumq; effunditur abunde, per Iesum Christū saluatorem nostrum.Nomen(verbi causa)quod deus est,nōne in id quod est nobiscum deus,hoc est in Emanuel liquescit,& deficit? Sic admirabilis in id quod est consiliarius,sic deus,& fortis in ea quæ sunt pater futuri seculi,& princeps pacis. Et dominus iustus noster,misericors,& miserator dominus.Oleum effusum nomen tuum.Quousq; ? De cęlo in Iudæam,in omnem terram excurrit,& de toto orbe clamat ecclesia:Oleum effusum nomen tuum.Effusum plane,quod nō solum cælos terrasq; perfudit,sed asperfit & inferos, adeo vt in nomine Iesu oīne genu flectatur,cælestium,terrestrium,& infernorum,& omnis lingua confiteatur,& dicat: Oleum effusum nomen tuum.Ecce Christus,ecce Iesus,vtrunq; infusum Angelis,vtrunq; effusum in homines,& illos homines,qui computruerant tanquam iumenta in stercore suo,homines,& iumēta saluans,quemadmodū multiplicauit misericordiam suā. Quid mirū si sponsi effusum est nomen,quum ipse quoq; effusus sit? Nam semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs. Denique ait:Sicut aqua effusus sum.Effusa est plenitudo diuinitatis,habitans super terram corpora liter,vt de illa plenitudine oīnes,qui corpus mortis gestamus,caperemus,ac vitali odore repleti,diceremus:Oleum effusum nomen tuum,Et paulo inferius: Est procul dubio inter oleum, & nomen sponsi similitudo,nec ociose spiritussanctus alterutrum comparauit.Ego autem deo in triplici quadā qualitate olei, quod lucet,pascit,& vngit. Fouet ignem,nutrit carnem,lenit dolorem,lux,cibis,medicina. Vide idem nunc,& despōsi nomine.Lucet prædicatum,pascit recogitatum,lenit & vngit inuocatum. Vnde putas in toto orbe tanta,& tam subita fidei lux,nisi de prædicato Iesu? Nonne in huius nominis luce Deus nos vocauit in admirabile lumen suum,quibus illuminatis,& in lumine isto vidētibus lumen,dicat merito Paulus: Fuistis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino? Et nox præcessit, dies autem appropinquauit.Abijciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis,sicut in die honeste ambulemus.Et paulo inferius:Nec tantum lux est nomen Iesu,sed est & cibus.An non totiens confortaris,quotiens recordaris? Quid æquē mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitos reparat sensus, virtutes roborat,vegetat mores bonos,atque honestos,castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur, insipidus est, si non hoc sale con- Cant.1.a. Cant.1.a. Rom.13.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes, aut conferas, nō sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus, mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed ē, & medicina. Tristatur aliquis nostrū, veniat in cor Iesus, & inde saliat in os, & ecce ad exortum nois lumē, nubilum omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen, currit insuper ad laqueū mor tis desperando, nōne si inuocet nomen vitæ, confestim respirabit vitam? Cui in periculis palpi tanti, & trepidanti, inuocatum virtutis nomen, non statim fiduciam præstitit, depulit metum? Hieronym. Eccle. 9.b Cui (quæso) in dubijs æstuanti, & fluctuanti, non subito ad inuocationem clari nois emicuit cer titudo? Et diuus Hieron. exponens illud Ecclesiastis, Et oleum de capite eius non defit: Scien dum (inquit) naturam hanc esse olei, vt & lumen alat, & fessorum resoluat laborem. Est oleum Psal. 44. Mat. 6 c. Isai. 1. b. salutare, & spirituale, oleum exultationis, de quo scribitur: Propterea vnxit te deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hoc oleo vultus noster exhilarandus est. Hoc ieiunan tes ad vngendum caput habent, quod peccatores habere nō possunt, quibus dicitur: Non est malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturas. Habent autem oleum contrarium, quod vir Cassiodo. iustus detestatur, dicens: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Hoc oleū hæ retici habent, & eo cupiunt deceptorū capita perfundere. Et Cassiodorus exponēs illud Psal mistæ, Impinguasti in oleo caput meum. Caput (inquit) fidelium Christus est dñs, qui recte di citur impinguatus in oleo, qm̄ nulla siccitate peccatoris exaruit. Caput ergo suum in oleo al serit impinguatum, videlicet vnde cætera membra lætarentur. Sed quid est hoc, q̄ species ipsa benedictioni sanctę frequenter adhibetur, vnxit prophetas, consecrauit reges? Nō immerito, quia arbor ipsa pacis etiam præstabat indicium, quod eius specialiter munus noscitur esse diui Gen 8, b num, liquor arboreus, pinguedo lætificans, magnarum gratia dignitatum, cuius folia in viridi tatis suæ pulchritudine perseuerāt. Hæc etiam Noe per columbam nunciauit terris, vt merito rantæ benedictionis capax esse videatur, quę fructus sui magno decore simul & vtilitate per fruitur. De ipso enim & alius psalmus dicit: Propterea vnxit te deus, Deus tuus oleo exultatio nis præ consortibus tuis. Et hæc eadem exponens verba: Vnctus (inquit) est Christus, regem significans, & sacerdotem, quia dignitates istæ sumebantur per sacratissimas vnctiones. Nam & ipsum nomē Christi à sancto chrismate vocitatur. Sed ab illa parte vnctus dicitur, qua dis pensatione & natus & mortuus, & resurrexisse veraciter dicitur Christus. Cæterū deitas eius nullo munere, nullo honore indiguit adiuuari. Duplici aūt modo vnctionē illam sūm pro uenisse significat. Oleum lætitiæ, est peccati maculam non habere, vnde se conscientia semper Ioha. 10. d. exhilarat, qm̄ nulla recordationis asperitate mordetur. Præ cōsortibus tuis, id est, præ filijs ho minum, quos & ipse in euangelio fratres appellat, qm̄ hanc benedictionem supra oīe huma num genus cognoscitur accepisse, vt cunctos singulariter cæteros vngere debuisset. In illo eīm fons est bñdictionis, à quo prout ipsi visum fuerit, per vniuersos electos competenter emanat. Sed hæc omnia carni conueniunt, cui pijssimum, & glorioßimū verbum vnitum est pro sa lute cunctorū. Et exponens illud Psalmistæ, Mollitisunt sermones eius, siue (vt ipse legit, Mol lierunt sermones suos) super oleum, & ipsi sunt iacula: Mollierunt (inquit) perfidi Iudæi sermo nes suos, qm̄ dicebant: Magister, scimus qm̄ à deo venisti, & viam dei in veritate doces. In mun do enim quid lenius oleo? Sed exaggerationem nimiam supra oleum perfidorū sermones di cit esse mollitos, ne tanto sceleri par potuisset aliquid inueniri. Ipsi etiam fuerunt iacula, quan do dixerunt: Reus est mortis. O execrāda diuersitas, potuisse homines mollia loqui, quū essent tam dura facturi. Et exponens illud Psalmistæ, Et caro mea immutata est propter oleū. Oleū (inquit) hoc in loco significat gratiam diuinam. Ipsa est enim gratia q̄ carnis infirmitatem in immortalitatis gloriam commutauit. Quod etiā membris Christi haud improbe videtur apta Mat. 6. c ri. Et exponens illud Psalmistę, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: Oleū, inquit, & in bono, & in malo plerunq; ponitur. In bono, vt est illud euangelij: Tu autem quū ieiunas, vnge caput oleo, & faciem tuā laua. Et in xliij. Psalmo: Propterea vnxit te deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Est enim oleum in bonā partem, causa splendoris, pabu lum luminis, præstās nitorem pariter & salutem. In malā vero partem, sicut hic ponitur. Oleū peccatoris est dilectio simulata verborum, quæ adulationibus & blandimentis nostras mentes velut olei pinguedo leniter ingrediens, rigorē veritatis emollit, & ad noxias cogitatiōes amo ris ficti potius ostentatione perducit, sicut in alio Psalmo dictum est: Mollierūt sermones suos Psal. 54. b super oleum, & ipsi sunt iacula. Et in Salomone ait: Verba adulatorum mollia, nouissima autē Prou. 18. d eorum perueniunt in intima ventris. Quapropter illa monita semper eligenda sunt, quæ non ad dilectionem seculi trahunt, sed ad præcepta nos diuinitatis inuitant. Potest autē & illud eu angelicum de decem virginibus hic decēter aptari, quod quinq; virgines, q̄ actus suos proba tissimos

tissimos dño dedicauerunt, & conscientias lucidas conseruantes, charitatis oleo refertæ semet ipsas tanquam lampades ardentissimas domini conspectibus obtulerunt. Istæ (sicut hic dicit) merito credendæ sunt à iustis hominibus fuisse correptæ, & misericordiæ studio nihilominus esse reprehensæ. Reliquæ vero aliæ quinq; virgines, quæ adulātium vocibus inf elici sorte cre diderunt, caput earum factum est in sua deceptiōe pinguissimum, & ideo extinctis lāpadibus non sunt receptæ, qm̄ tetram vitam ante dominum veri luminis non decebat offerri. Quam parabolam beatus August. in libro quæstionū, quinquagesimonono latius, & decenter expo suit. Et ideo consideremus quàm periculosa sit adulatio, quæ excludere probatur à domino.

Quid onager mystice significet. Caput VII.

QVid onager mystice significet, dictū ē ex parte in dictiōe, Fœnū. Et Greg. lib. Moral. septimo, cap. vi. exponēs illud Iob, Nunquid rugiet onager &c. Qui alij onagri appel latione signati sunt, nisi hi, qui in campo fidei constituti, nullis officij loris tenētur, alij more onagri, sacri ordinis stabula Gregorius Iob. 6. a more bouis intra ecclesiam suscepti officij loris ligantur? Alij nanq; nescium, & in campo propriæ voluntatis degunt. Sed quum quis ex vita seculari internæ vi sionis desiderio æstuat, quum refectionis intimæ pabulum concupiscit, quum ieiunum se in pe regrinationis huius cæcitate considerans, quibus valet fletibus reficit, quasi herbā, id est, inter nam refectionem non inueniens onager rugit. Et libr. xvi. cap. xxiij. exponens illud Iob, Alij Iob. 24. b. quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: Onager, inquit, agrestis est asinus. Et re cte hoc in loco onagris comparantur hæretici, quia in suis volūtatibus dimissi, vinculis sunt fi 1. Cor. 3. a dei, & rationis alieni. Vnde scriptum est: Onager assuetus in solitudine &c. vt in dictiōe, De sertum. Contra quos dicitur: Scientia inflat, charitas vero ædificat. Vnde hic q̄q; congrue in fertur: Egrediuntur ad opus suum. Non enim dei, sed suum opus peragunt, dum nō recta do gmata, sed propria desideria sequuntur. Scriptum quippe est: Ambulās in via immaculata, hic mihi ministrabat. Qui ergo non in via immaculata ambulat, sibi magis quàm domino minis trat. Illud autem Iob, Quis dimisit onagrum liberū, require in dictione, Iugum. Altera autē eius expositio habetur libro xxx. capit. vigesimonono: Quis dimisit onagrum liberum? Nec indignum, inquit, quis iudicet per tāle animal incarnatum dominum posse figurari, dū constat omnibus, quia per significationem quandam in scriptura sacra, & vermis, & scarabeus ponat, Psal. 21. b sicut scriptum est: Ego aūt sum vermis, & nō homo. Et sicut apud septuaginta interpretes per prophetam dicitur: Scarabeus de ligno clamauit. Quum ergo nominatis rebus tā abiectis, & Hieronym. vilibus figuratur, quid de illo cōtumelioße dicitur, de quo cōstat, q; proprie nihil dicatur? Voca tur etenim agnus, sed propter innocentiā. Vocatur leo, sed propter potentiam. Aliqñ etiā ser penti comparatur, sed propter mortem, vel sapientiam, atq; ideo per hæc oīa dici figuraliter potest, quia de his omnibus credi aliquid essentialiter potest. Si enim vnum horum quodlibet essentialiter existeret, alterum iam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur, leo iam vo cari nō poterat. Si leo proprie diceretur, per serpentē signari nō posset. Sed hęc in illo oīa di cimus tāto latius in figura, quāto lōgius ab essentia. Potest ergo onager incarnatum dñm desi gnare. Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus dñs gentilitati magis q̄ Iudææ profuit, animal corpus assumēs, quasi non in domum, sed potius in agrum venit. De quo agro gentilitatis per Psalmistam dicitur: Species agri mecū est. Incarnatus itaq; dominus, qui in for ma Dei æqualis est patri, in forma serui minor est patre, qua minor est etiam seipso. Dicatur ergo à patre de filio secundum formam serui: Quis dimisit onagrum liberum? &c. Oīis quip Ioha. 8. d pe qui peccat, seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus particeps nostræ factus est natu ræ, non culpæ, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scri ptum: Inter mortuos liber. Dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis iu go nullatenus tenetur. Quem quamuis macula culpę nostræ non attigit, passio tamen nostrę mortalitatis aftrinxit. Vnde recte adiungitur: Et vincula eius quis soluit? Vincula quippe eius tunc soluta sunt, quum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam commutatę. Quasi quædam vincula dominus habuit, ea quæ nos nequitiæ merito patimur, nostræ morta litatis infirma, quibus & vsq; ad mortem sponte ligari se voluit, & quæ per resurrectionem mirabiliter soluit. Esurire enim, sitire, lassescere, teneri, flagellari, crucifigi, nostræ mortalitatis vinculum fuit. Sed quum expleta morte velum templi rumperetur, scinderentur petræ, monu menta panderentur, inferni claustra patescerent, quid aliud tot argumentis tātæ virtutis ostenderet, nisi quod illa infirmitatis vincula soluebantur, vt is, qui ad suscipiēdam serui formam ve nerat, in ipsa serui forma ab inferni vinculis absolutus, ad cœlum etiam cum membris liber re diret? De quibus eius vinculis Petrus Apostolus attestatur, dicens: Quē Deus suscitauit solutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum teneri ab eo. Et diuus Hieron. exponens illud Iob, Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natū putat: Dicit eum (inquit) pullo onagri similem, effreno, scilicet animali, & vago, eo quod ita existimet
Iob.39.a de se Iob, qui ad nullum debeat pertinere. Et exponens illud Iob, Quis dimisit onagrum libe rum &c. Onagri nomine nunc arbitramur populum ludæorū posse intelligi, quem deus ob incredulitatem eius dimiserit, sicut ait: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Quod in multis aliis locis scripturarum Deus hoc futurū esse testatur. Cuiusq; vincula præcepta esse legalia non absurde sentimus. Nam eundem contumacem populum, & rebellem, propheta ita
Ose.4.d obiurgat, & increpat, dicens: Vacca lasciuiens Israel confregisti iugum, rupisti vincula. Hūc igi tur quasi onagrum, immūdum videlicet animal, ac effrene reliquit dominus, vt ab eo iugo im
Rom.6.d perij sui, quia semper restitit obedire, à vinculis præceptorum diaboli solueretur, & secundum Apostolum seruus peccati, liber esset iustitiæ. Sic enim ipse dominus de ludæis ait in Psalmo: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorū. vbi ipsa trinitas Dei hoc dixisse videtur. Nam quemadmodū in Genesi in factura hominis pluraliter dixit Deus: Facia mus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: ita & hic locutus est: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Quem locum actus Apostolorum
Act.4.a. ita se habere manifeste declarant, vbi Apostoli ad DEVM eleuauerunt vocem suam, atque dixerunt: Domine, tu qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi medi tati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominū, & aduersus Christum eius. Ob hoc igitur scelus, quod in Christo filio Dei commissum est, ait pater, qui in spiritu suo hoc futurum prædixerat, dicēs: Dirumpamus vincula eorū, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Processit grandi peccatum, ac nefandum, quo saluatorem cru cifixerunt, vt merito ab eis vincula præceptorū Dei dirumperentur, & ita legis iugum proij ceretur. Quod autem iugum, & vincula eorum dicta sunt, quū dei fuerint potius quàm ludæo rum, quibus legem ac præcepta dederat mandatorum, hoc maxime requirendum, quod ita dictum, quia ludæi legem carnaliter intelligentes, quam ex operibus se implere arbitraban
Rom.9.c. tur, quasi suam effecerant, sicut dicit Apostolus: Israel vero sectās legem iustitiæ, in legem iu stitię non peruenit: Quare? Quia non ex fide, sed ex operibus. Et ideo de eisdem sequitur, dicens: Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ enim Dei non subie cti. Quod autem ait: Suam volentes statuere iustitiam, non quia lex ab ipsis fit constituta hoc ait, sed in lege, quæ ex Deo est, suam constituerant, quando eandem legē suis viribus se imple re posse credebant, & idcirco secundum hunc sensum ludæorum vincula dirumpenda à Deo dicuntur, & proiciendum iugum ipsorum.

Quid onocentaurus, & operculū, & oriēs, & oriones mystice significent. Cap. VIII.

Esai.34.c. QVid onocentaurus mystice significet, diuus ostendit Grego. lib. Moral. vij. cap. xv. expo nens illud Esaiæ, Erit cubile draconum, & pascua struthionū, & occurrent dæmonia ono centauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. Quid nanq; per dracones, nisi malitia, quid ve to struthionum nomine, nisi hypocrisis designatur? Struthio quippe volandi speciem habet, sed vsum volandi non habet, quia & hypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat. In peruersa igitur mente draco cubat, & struthio pascitur, quia & latens malitia callide tegitur, & intuentium oculis simulatio bonitatis antefer tur. Quid vero onocentaurorum nomine, nisi & lubrici figurantur, & elati? Græco quippe lo quio onos asinus dicitur, & appellatione asini luxuria designatur, propheta attestante, qui ait: Vt carnes asinorum carnes eorum. Tauri autem vocabulo, ceruix superbiæ demonstratur, si cut voce dominica de ludæis superbientibus per Psalmistam dicitur: Tauri pingues obsederūt me. Onocentauri ergo sunt qui subiecti luxuriæ vitijs, inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerant. Qui carnis suæ voluptatibus seruientes, expulsa longe verecundia non solum se amittere rectitudinem non dolent, sed adhuc etiam de opere confusionis gaudent. Onocen tauris autem dæmonia occurrunt, quia maligni spiritus valde eis ad votum deseruiunt, quos de his gaudere conspiciunt, quæ flere debuerunt. Vbi apte subiungitur: Et pilosus clamabit alter ad alterum. Qui nanque alij pilosi appellatione figurantur, nisi hi, quos Græci Faunos (alias Panas,) Latini vero incubos vocant, quorum nimirum forma ab humana effigie inci pit, sed bestiali extremitate terminat? Pilosi ergo nomine cuiuslibet peccati asperitas designa tur, quod & si quando quasi ab obtentu rationis incipit, semper tamen ad irrationabiles mo tus tendit, & quasi homo in bestiam definit, dum culpa per rationis imaginem inchoans, vsq; ad irratio-

ad irrationabilē effectū trahit. Nā sæpe edendi delectatio seruit gulæ, & seruire se simulat in digentiæ naturæ, quumq; ventrē ingluuie extendit, mēbra in luxuriā erigit. Pilosus autē alter ad alterū clamat, quum perpetrata nequitia, ad aliam perpetrandā malitiā prouocat, & quasi quadam cogitationis voce, cōmissa iam culpa, culpā adhuc q̄ committatur inuitat. Sępe nanq; (vt diximus) gula dicit: Si abū danti alimento corpus nō reficis, in nullo vtili labore subsistis. Quūq; mentē p desideria carnis accēderit, mox q̄q; luxuria ꝟba propriæ suggestiōis sacit, dicens: Si miscerī deus hoies corporaliter nollet, membra ipsa coeundi apta vsibus non feciisset. Quūq; hęc quasi ex ratione suggerit, mentem ad libidinū effrenationē trahit. Quæ sæpe deprehensa, patrociniū mox fallaciæ, & negatiōis inquirit, reamq; se esse nō estimat, si mētiendo vitā defendat. Pilosus ergo alter ad alterū clamat, qñ sub aliqua ratiocinandi specie peruersam mentem culpa subsequens ex occasione culpæ pcedentis illa queat. Quumq; hanc pctā dura, atq; aspera deprimunt, quasi conuocati in ea concorditer pilosi dñantur, ficq; fit, vt semper se gressuum semitæ deterius inuoluant, dum mentem reprobam culpa per culpam ligat.

Operculum quid mistice significet, diuus infinuat Gregorius libro Moralium xxiij. capite Num.19.c.
nono, exponens illud Numeri, Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, im mundum erit: Tegmen, inquit, operculi, vel ligatura, est censura disciplinæ, qua quisquis non premitur, quasi vas immundum, pollutumq; reprobatur. An non vas sine operculo Heliu fue rat, qui hanc esse partem suam æstimauerat, si ostēderet scientiam, quam habebat? Quasi ēm vas sine operculo, vel ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens nullo velamine taciturnitatis operitur. Prædicatores autem sancti partem suam reputant, si intus quidem ipsi de sapientia gaudeant, foris autem alios ab errore compescant, necq; à se ipsi ita loquendo exe unt, vt gaudium mentis in ostensione ponant disertæ locutionis, sed bonum scientiæ in cordis secreto meditantur, & ibi gaudent, vbi hoc percipiunt, non vbi inter tot tentationum laqueos innotescere compelluntur, quamuis quum bonum quod accipiuut, innotescunt, media inter uenientē charitate, ex profectu audientium & non ex propria ostensione gratulantur. Arro gantes enim quum scientiam accipiunt, nihil se accepisse æstimant, si hanc eos occultam habere contingat. Nusquam quippe suum gaudium, nisi in ore hominum ponunt.

Oriens quid mystice significet, dictū est in dictiōe, Occidens. Et Greg. homil. xviij. exponēs illud Ezechielis, Et mensus est latitudinem &c. ad orientem & ad aquilonem: Iudaicus, inquit, Mala.4.a
populus oriens iure dictus est, de cuius carne ille est natus, qui sol iustitiæ vocatur. De quo per prophetam dicitur: Vobis aūt qui timetis dīm orietur sol iustitiæ. Per aquilonem vero genti Esa.14.a
litas figuratur, q̄ diu perfidiæ suæ frigore torpuit, & in cuius corde ille regnauit, qui attestante propheta, apud semetipsum dixit: Ponā sedem meam ad aquilonem. Quia itaq; incarnatus o mnipotens deus alios perfectos ex Iudæa, alios ex gentilitate perfectos intra sctām ecclesiam fecit, centum cubitos non solū ad orientem mensus est, sed etiā ad aquilonē. Possunt etiā intel ligi per orientē, & aquilonem iusti, & peccatores. Oriens quippe nō immerito iusti noiantur, qui sicut in luce fidei nati sunt, in innocentia perstiterunt. Per aquilonē vero recte peccatores accipimus, qui mentis frigore dilapsi, sub peccati sui vmbra torpuerunt. Sed quia oīpotentis Dei misericordia etiam tales ad pœnitentiam reuocat, compūctione, & lachrymis lauat, virtu tibus ditat, vsq; ad perfectionis gloriam subleuat, non centū cubitis solum ad orientem, sed etiā ad aquilonem ducuntur, dum cum iustis etiām peccatores per dona, & pœnitentiam ad perfe ctionem veniunt. Et homilia xxij. Et notandum, inquit, quod hæc eadem gazophylacia inter portam aquilonis, & orientis esse perhibētur, quia videlicet post incarnationem dominicam, multitudo gentium ad fidem venit, atq; inter ipsos fideles populos, & sacramenta dominicæ incarnationis, quæ medullitus diligunt, corda amantium surgunt. Habeant ergo sancti gazo phylacia, hinc orientis portam, & inde aquilonis, quia inter ipsa redemptionis suæ mysteria, q̄ sequuntur, & carnales quosdam, quos & intra sanctam ecclesiam tolerant, multi in deum forti amore proficiunt, virtutibus excrescunt, æterni iudicis aduentum quærunt, & inter ea, quæ amant, atq; illa quæ tolerant, quasi quædam gazophylacia, diuitias spiritus in mente seruant. Notandum vero, quod inter portam austri, & aquilonis, orientalis porta esse describitur, quia dominus, ac redemptor noster de Iudæa est natus, moxq; in fide sua ecclesiam ex gentibus tra xit. Quasi enim inter meridianam portam, & aquilonis apparuit, quia ex illa venit, & istam in suo seruitio conuertit. Vnde bene dicitur, quod porta eadem orientalis ad viam respicit aqui lonis, quia natus dominus synagogam deseruit, & multitudinem gentium collegit.

Oriones stellæ quid mystice significent, require in dictione, Arcturus, & Hyades.

Quid os oris mystice significet. Caput IX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius Iob.37.b

QVid os,oris mystice significet,D.ostendit Greg.lib.Moral.xxvij.exponens illud Iob, Audiet auditionẽ in terrore vocis eius ,& sonũ de ore illius procedẽtem:Sonus(inqt) ex dei ore,est vis timoris de superna irruens aspiratione,quia quũ nos de venturis dñs aspiran do replet,proculdubio de male gestis præteritis terret.Potest autem per os dei vnigenitus designari filius,qui sicut brachium eius dicitur,quia per eũ cũcta pater operatur,dicente prophe ta:Et brachium dñi cui reuelatum est,& Ioanne: Omnia per ipsum facta sunt:ita etiã os dicit, per quem nobis oña loquitur,ac si oris nomine patenter diceretur verbum, sicut nos quoq; pro verbis linguã dicere solemus,vt quũ Græcã,vel Latinam linguam dicimus, Latina,vel græ

Isaia.1.g. ca verba monstramus. Os ergo dñi non immerito ipsum accipimus,vnde & ei sponsa in Can ticis Canticorũ dicit:Osculetur me osculo oris sui. Ac si dicat: Tangat me dulcedine ꝑsentiæ vnigeniti filij redemptoris mei.Per sonum vero oris,potest eiusdem dñi sanctus spiritus desi gnari. Vnde & alias in eiusdem spiritus significatione scriptum est:Factus est repente de cœlo sonus,tanquam aduenientis spiritus vehementis.Sonus igitur de ore dñi procedit,quum consubstantialis ei spiritus ad nos per filium veniens,surditatem nostræ insensibilitatis rumpit,sicut de eodem sono incircũscripto,atq; incorporeo os dñi loquitur,dicens: De meo accipiet,& annũciabit vobis.Potest ergo & per terrorem vocis vis formidinis,& per sonum oris dulcedo consolationis intelligi,quia quos spiritussanctus replet,prius eos de terrena actione terrificat,& postmodum spe cœlestium consolatur,vt tanto post confitendo de prẽmijs gaudeant, quãto prius sola supplicia conspiciendo,metuebant. Hinc est quod de vnigeniti spiritu,quasi de hoc oris sono,Paulus dicit:Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus Abba pater. Hinc per semetipsam veri

Ioha.20.f tas dicit:Accipite spiritumsanctũ, quorũ remiseritis peccata remittũtur eis,& quorũ retinueritis,retenta sunt. Ecce conuersorum terror vertitur in potestatem,quia dum mala sua pœnitendo puniunt, vsq; ad exercendum iudicium ascendunt,vt hoc in deo posse accipiant, quod prius de Deo ipsi metuebant.Et exponẽs illud Canticorum, Osculetur me osculo oris sui: Os (inquit)spõsi inspiratio Christi,osculum oris,dulcis amor inspirationis.Dicit ergo sponsa desiderio æstuans,& in amplexum sponsi sui inardescens: Osculetur &cẽ.Ac si diceret:Ille, quem super omnia,imo solum diligo,veniat, qui dulcedine suæ inspirationis me tangat,quia quum eius osculum sentio,subita mutatione me derelinquo , & in eius similitudinem illico liquefacta transformor. Fastidit quippe sancta mens omnia, quæ per corpus sentit,& in illa spiritalia to ta transmutari concupiscit,& dum ista obstrepunt,in illa fugit,seq; abscondere, ne hæc sentiat, appetit.Ideoq; osculum sponsi quærit , quia si ille gratissimi amoris vinculo hanc non trahit, hæc vi suæ molestissimæ grauedinis detenta, quomodo se ad illum conferat omnino non inuenit. Os quoq; prædicatio dicitur,vt habes in dictione,Malus arbor. Os quoq; sensus nuncupatur interior,vt habes in dictione,Liber. Os quoq; dicitur cogitatio,vt inquit D.Greg.exponens illud Iob,Quum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. In ore(inquit)hypocritæ,malum dulce est,quia ei est iniquitas suauis in mente . Os quippe cor-

Psal.11.a. dis,cogitatio est,de qua scriptũ est:Labia dolosa in corde,& corde,locuta sunt mala . Sed hoc malum,quod in ore hypocrytæ dulce est,sub lingua eius absconditur,quia asperitas malitiæ,q̃ latet in mente,sub tegmine blandæ locutionis operitur.Malum nanq; in lingua,& nõ sub lingua esset,si loquens hypocrita malitiam suæ prauitatis aperiret.Sed sunt pleriq; iustorũ,quum quosdam agere peruerse conspiciunt,qui duris sunt increpationibus feriendi , in lingua asperitatem sumunt,sed sub lingua mentis suæ benignitatem contegunt. Vnde & sanctæ ecclesiæ

Psal.9.e. sponsi voce dicitur:Mel,& lac sub lingua tua. Qui eñ mẽtis suæ dulcedinem aperire infirmis nolunt,sed loquentes quadam eos asperitate feriunt,& tamen inter verba aspera quasi latẽter quiddam dulcedinis intermittunt,hi videlicet non in lingua, sed sub lingua habent dulcedinẽ, quia inter dura,quæ proferunt,emittunt quædam blanda & dulcia,quibus contristati, mens possit ex benignitate refoueri.Ita peruersi quiq;,quia malum non in lingua, sed sub lingua habent,sermonibus dulcia prætendunt , & cogitationibus peruersa moliuntur.Hinc est enim q̃ Ioab Amasæ mentum dextera tenuit,sed finistram ad gladiũ latenter mittens , eius viscera effudit.Dextera quippe mentum tenere,est quasi ex benignitate blandiri,sed finistram ad gladium mittit , qui latenter ex malitia percutit.Hinc de ipso quoq; eorum capite scriptum est: Sub lingua eius labor,& dolor. Qui enim non aperte mala , quæ cogitat,ostendit,laborem,ac dolorem eorum,quorũ mortem appetit, non in lingua exerit,sed sub lingua premit.Et diuus Hieronymus exponens illud Prouerb. Quia dñs dat sapientiam, & ex ore eius scientia,& prudentia:Potest(inquit)in hoc verficulo ipsa ineffabilis,& coæterna Deo patri sapientiæ natiui-

tas intel

tas intelligi, de qua alibi dicit:Ego ex ore altissimi prodij primogenita. Potest os domini & in sanctis eius accipi. Vnde dici solet in prophetis,quia os dñi locutũ est.Et ex ore &c. Quia nisi ipse os humanum sanctificet,nisi hoc suum ipse dignanter efficiat, perfectam loqui sapientiã nullatenus valet.Et exponens illud Prouerb.Aperi os tuũ muto:Os aperire muto ꝑcipit,populo scilicet gẽtium fidei verbum ꝑdicare,qui diuina eloquia prius personare nesciebat,& nõ tñ Iudæis,sed & cunctis per orbem nationibus curã salutis impendere.Et Orig.exponens il lud Canticorũ,Osculetur me ab osculo oris sui:Dum enim(inquit)inde capax fuerit,vt ipsius verbi dei caperet verã,solidamq; doctrinã,necessaria susceptt oscula,i.sensus ab ore doctorum. Vbi vero spõte iã cœperit obscura cernere,enodare perplexa,inuoluta dissoluere,parabolas, & ænigmata,dictaq; sapientum cõpetentibus intelligẽtiæ lineis explicare,tunc iã oscula ipsius sponsi sui,i.verbi dei,susceptisse se credat. Ideo autem oscula pluraliter posuit, vt intelligamus vniuscuiusq; obscuri sensus illuminationem, osculũ esse verbi dei ad animam perfectã delatum, & secundũ hoc forte dicebat prophetica, & perfecta mens: Os meũ aperui & attraxi spiritũ. Os autem sponsi intelligamus virtutem dei,qua illuminat mentem,& velut sermone quodam amoris ad eam facto,(si tamen capere mereatur tantæ virtutis præsentiam) incognita quæq; sibi,& obscura manifestat.Et hoc est verius,propiusq;, & sanctius osculum,quod à spõso Dei verbo porrigi dicitur sponsæ,puræ scil.animæ,& perfectę.Cuius rei imago est illud osculum, quod in ecclesia sub tẽpore mysteriorũ nobis inuicem damus. Quoties ergo in corde nostro aliquid ꝺd de diuinis dogmatibus,sensibusq; quæritur,absque monitoribus inueniamus,toties oscula nobis data esse à spõso dei verbo credamus. Vbi vero quærentes aliquid de diuinis sensibus inuenire nõ possumus, tunc affectu huius orationis assumpto,petamus à Deo visitationẽ verbi eius,& dicamus: Osculetur me ab osculo oris sui.Scit autẽ pater vniuscuiusq; aiæ capacitatem,& nouit quo tempore,cui animæ, quæ oscula verbi sui porrigere in intellectibus duntaxat,& sensibus debeat. Diui Bernardi expositionem require in dictione,Osculum.

Origenes Can.1.a.

Quid os ossis,mystice significet. Caput X.

Gregorius

OSquid mystice significet,diuus enarrat Grego.lib. Moral.xiiij.cap.xxij.exponens illud Iob:Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meũ:In osse(inquit)fortitudo, in carnibus vero infirmitas corporalis designat. Quia igitur Christus,& ecclesia vna persona est,quid per os,nisi ipse dominus designatur? Quid per carnem,nisi discipuli,qui passionis eius tẽpore infirma sapuerunt? Per pellem vero,quæ exterior carne manet in corpore, quod nisi illæ sanctæ fœminæ figurantur,quæ ad præparanda subsidia corporis, exterioribus domino ministrijs seruiebant? Nam quum eius discipuli,quamuis necdum firmi,veritatis fidem populis prædicarent,ossi suo inhærebant carnes.Et quum sanctę mulieres ea,quæ necessaria erãt,exteriora præpararent,quasi pellis exterius manebat in corpore.Sed quum ad crucis horam ventum est,eius discipulos grauis ex persecutione Iudæorum timor inuasit, fugerunt singuli,mulieres adhęserunt. Quasi ergo consumpta carne,os domini pelli suæ adhęsit,quia fortitudo eius,passionis tempore,fugientibus discipulis, iuxta se mulieres inuenit. Stetit equidem aliquandiu Petrus, sed tamen post territus negauit. Stetit etiã Ioannes, cui ipso crucis tempore dictum est: Ecce mater tua.Sed perseuerare minime potuit, quia de ipso quoq; scriptum est, quod adolescens quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo,& tenuerunt eum. At ille relicta sindone profugit ab eis . Qui & si post vt verba redemptoris sui audiret,ad horam crucis redijt,prius tamen territus fugit. Mulieres autem non solum non timuisse , neq; fugisse,sed etiã vsq; ad sepulchrum steriisse memorantur.Dicat ergo:Pelli meæ &c.hoc est, hi qui meæ fortitudini propinquius inhærere debuerant, passionis meæ tempore,timore cõsumpti sunt,& eas quas ad exteriora ministeria posui,in passione mea fine fortitudine inhęrere mihi fideliter inueni.Et libro quinto capite vigesimosecundo,exponens illud Iob , Et omnia ossa mea perrita sunt:Quid(inquit)per ossa,nisi fortia acta signantur? De quibus & per prophetam dicitur:Dominus custodit omnia ossa eorum.Et sæpe ea,quæ agũt homines,esse alicuius momenti æstimant,quia districtionis intimæ quàm sit subtile iudicium ,ignorant.Sed quum per contemplationem rapti, superna conspiciunt , ab ipsa aliquo modo præsumptionis suæ securitate liquescunt , & tanto magis in diuino conspectu trepidant,quãto nec bona sua digna eius examine,quem cõspiciunt,pensant.Hinc est enim,quod is,qui fortia operando profecerat,per spiritum subleuatus,clamabat: Omnia ossa mea dicent, domine,quis similis tibi? Ac si diceret: Carnes meæ verba non habent,quia infirma mea apud te funditus silent . Ossa autẽ mea tuæ magnitudinis laudem dicunt,quia ipsa quoq;, quæ in me esse fortia credidi,tua consideratione contremiscunt.Et libro quinto cap,xxxiiij.exponens illud Prouerbiorum,Vita carnium sa-

Iob.4.d.

Mat.26.c Ioha.19.e

 nitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitas cordis,putredo ossium inuidia: Quid enim(inquit)per vitam carnis,nisi infirma quæ dã, ac tenera,& quid per ossa,nisi fortia acta signantur? Et plerunq; contingit, vt quidam quum vera cordis innocentia,in nonnullis suis actibus infirmi videantur,quidam vero iam quędam ante humanos oculos robusta exerceant,sed tamen erga aliorum bona,intus inuidiæ pestilentia latẽter tabescant. Bñ ergo dicitur: Vita carniũ,sanitas cordis,quia si mentis innocẽtia custoditur,etiam si qua foris infirma sunt, quandoq; roborantur. Et recte subditur: Putredo ossium inuidia,quia per liuoris vitium,ante Dei oculos pereunt,etiam fortia acta virtutum. Ossa quip
Iob.30.c. pe per inuidiam putrescere, est quędam etiam robusta deperire. Et libro xx. capite xxiij. exponens illud Iob,Nocte os meũ perforatur doloribus: Si(inquit)allegorice mysterium perscrutemur,quid per ossa,nisi fortes quiq; in sanctæ Ecclesiæ corpore designantur? Qui quasi suo robore membra continent,dum mores infirmantium stabiliter portant. Sed quum tribulationis vltimæ contra eam feruor excreuerit,in nocte os illius perforatur doloribus,quia nonnunquam tormẽtis victi,etiam ipsi ad perfidiam defluunt,qui ad fidem alios tenere videbantur. Ait ergo:Nocte os meum perforatur doloribus,ac si aperte dicat: Tribulationis tenebris pressi,ita afflictione tenebrantur,vt & ipsi,qui in me habebant vigorem fortitudinis,quasi iã
Iob.33.c. quoddam habeant foramen timoris. Et lib.xxiij.cap.xxiiij. exponens illud Iob, Et omnia ossa eius marcescere facit: Ossa(inquit)in scriptura sacra virtutes accipimus,sicut scriptũ est: Dominus custodit omnia ossa eorum,vnum ex eis non conteretur. Quod vtiq; non de ossibus corporis,sed de viribus dicitur mentis. Nam certe nouimus, quod & multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt, & persecutores domini,latronis illius,cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso,sicut latronis alterius,in cruce cura fregerũt. Quum ergo increpat per dolorem in lectulo,omnia ossa facit marcescere,quia quum in ea requie,quam nobis ab hoc seculo præparamus,flagello tentationis afficimur,qui fortasse de virtutibus nostris inflari potui
Psal.6.a mus,cognitæ infirmitatis nostræ tædio,extenuamur. Illud autem Psalmistæ,Quoniam conturbata sunt omnia ossa mea,require in dictione,Infirmus. Et exponens illud Psalmistæ,Quoniam tacui,inueterauerunt ossa mea &cæ. Per ossa(inquit)virtutes accipimus, quia p cas animam sicut corpus per ossa,sustentamus. Quæ profecto inueterantur, quando à statu suæ fortitudinis infirmantur. Sicut enim morborum infectationes corporis ossa debilitant,ita vitiose importunæ turbationes animæ virtutes infirmant. Ait ergo: Inueterauerunt ossa mea. Ac si dicat: Virtutes,& iustitia,vel ratio,& intelligentia ita in me debilitatæ sunt,vt nec per me quidem vitijs resistere,nec animam ægram,& ad ima ruentem, virtutum valeam fortitudine sustentare. Et homil.xviij.sup Ezechielem: Efferbuit,ait,coctio eius,& discocta sunt ossa illius in medio eius. Atq; iterũ: Congere ossa,quæ igne succendam,consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio,& ossa tabescent. Pone quoq; eam super prunas vacuam,vt incalescat,& liquefiat æs eius. Tunc enim nobis olla posita est,quum hæc est ciuitas constituta. Tunc in eã aqua missa est,& frustra eius congesta sunt,qñ ad eam vndiq; populi defluebãt,qui velut aqua calens actionibus mundi feruescerent,& quasi frustra carnium in ipso suo feruore liquarentur. De qua bene dicitur: Efferbuit coctio eius,& discocta sunt ossa eius in medio illius. Quia prius quidem in ea vehemẽter incaluit actio gloriæ secularis, sed post modum ipsa gloria cũ suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes seculi,per carnes vero populi designantur, quia sicut carnes portantur ossibus,ita per potentes seculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius seculi potẽtes ablati sunt,ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerũt carnes eius liquefactæ sunt. Dicatur itaq; Congere ossa,quæ igni succendam, consumẽtur carnes,& coquẽt vniuersa compositio eius,& ossa tabefiẽt. Vbi enim senatus? Vbi iam populus? Contabuerunt ossa, consumptæ sunt carnes, omnis in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. Et exponens illud Psalmistæ,Et ossa mea sicut cremiũ aruerunt: Per ossa,inquit,rationem, & intelligentiam possumus accipere, q̃ quasi ficca remanent,dum factorum, & virtutũ
Phil.42.a pinguedinem nõ habent. De qua profecto pinguedine,dicit Propheta: Sicut adipe,& pinguedine impleatur anima mea. Vel per ossa fortiores,qui sunt in ecclesia accipimus, quia sicut per ossa corpus nostrum vegetatur,ita per illos corpus Christi,quod est ecclesia,regitur,& sustentatur. Habet enim & corpus Christi carnem suam,infirmos scilicet,virtutum carentes fortitudine,qui perfectorum indigent sustentatiõe. De hac carne in pſona Christi recte per Iob dicit:
Iob.19.c. Pelli meæ cõsumptis carnibus adhęsit os meũ. Quod nimirum in passione Christi impletũ est, qñ discipulis fugientibus mulieres steterunt, & vsq; ad crucem secutæ sunt. Scimus enim quia in corpore hominis pellis exterius eminet,carni vero ossibus introrsus adhęret. Pelli ergo consumptis

sumptis carnibus os Christi adhæret, quia fugientibus, & dubitantibus Apostolis,qui ei familiarius astiterant,mulieres,quæ quasi remotiores esse videbantur,nec à cruce suspensi, nec à sepulti monumento discedebant. Quia vero sancti viri imperfectis delinquentibus condolẽt, & eorum infirmitati compatiuntur,recte nunc subditur. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Quod euidenter ostendemus,si vnum exemplum ad medium deducamus. Videamus vnũ de ossibus Christi,quomodo cum infirmantibus infirmetur,cum dolentibus doleat,cum arescentibus arescat. Ait enim: Quis infirmatur,& ego non infirmor? Quis scandalizatur,& ego nõ vror? Vides quomodo omnium in se infirmitates transtulerat,omniũ casus,velut proprios deflebat. Ideoq; ait: Vt lugeam omnes,qui peccauerunt,& non egerunt pœnitentiam. Denicq; & omnibus omnia factus est,vt omnes lucrifaceret. Ossa ergo sicut cremiũ cõsumpto adipe arẽt, quum perfecti quiq; carnalium infirmitatibus condolent,& se quasi spiritali pinguedine æstimãt vacuos,dum illos aspiciunt virtutum auxilijs destitutos.

Osculum quid mystice significet. Cap. XI.

OSculum quid mystice significet diuus insinuat Bernardus sermone secundo super Cantica, Ardorem(inquit)desiderij patrum suspirantium Christi in carne præsentiam frequẽ Bernardus
tissime cogitans compungor,& cõfundor in memetipso,& nunc vix contineo lachrimas, ita pudet teporis,corporisq; miserabilium temporum horum. Cui nanq; nostrum tantum ingerat gaudium gratię huius exhibitio,quantũ veteribus sanctis accenderat desideriũ promissio? Ecce enim quam multi in hac eius,quæ proxime celebrãda est,natiuitate gaudebunt,sed vtinã de natiuitate non de vanitate. Illorum ergo desiderium flagrans,& piæ expectationis affectũ
Can.f.a spirat mihi vox ipsa, Osculetur me osculo oris sui. Senserat nimirum in spiritu quisquis tunc spiritualis esse poterat,quanta foret gratia diffusa in labijs illis,propterea loquens in desiderio animæ,aiebat: Osculetur me osculo oris sui,nimirum omnimodis cupiens tantæ suauitatis participio non fraudari. Dicebat enim perfectus quisq;: Quo mihi ora hæc semiuerbia prophetarum? Ipse potius speciosus forma præ filijs hominum,ipse me osculetur osculo oris sui. Nõ audio iam Moysem,impeditioris siquidẽ linguæ factus est mihi,Esaiæ labia immunda sunt. Hieremias nescit loqui,quia puer est,& prophetę omnes elingues sunt. Ipse, ipse quem loquũtur,
Iohan.4.b ipse loquatur,ipse me osculetur osculo oris sui. Non in eis iam,aut per eos loquatur mihi,q̃ñ tenebrosa aqua in nubibus aeris,sed ipse me osculetur osculo oris sui,cuius gratiosa præsentia, & admirandæ fluenta doctrinæ fiant in me fons aquæ salientis in vitam æternã. Quem: vnxit pater oleo letitiæ præ consortibus tuis,nunquid non ex ipso mihi vberior infunditur gratia,si
1.Cor.c. tamen dignetur me osculari osculo oris sui? Cuius vtiq; sermo viuus,& efficax,osculum mihi ẽ, non quidem coniunctio labiorum,quę interdum pacem mentitur animorum sed plane infusio gaudiorum,reuelatio secretorum,mira quædam,& quodammodo indiscreta commixtio superni luminis,& illuminatæ mentis. Adhærens quippe Deo,vnus spiritus est. Merito prohinde visiones,& somnia non recipio,figuras & ænigmata nolo,ipsas quoq; Angelicas fastidio
Ioha.i.b species. Quippe & ipsos longe superat Iesus meus specie sua,& pulchritudine sua. Non ergo alium,siue Angelum,siue hominem,sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Nec sane præsumo me osculatum iri ab ore ipsius. Est enim hoc assumpti hominis vnicæ felicitatis,& progati
Ioha.i.b uę singularis,sed humilius ab osculo oris sui peto me osculari,q̃ commune vtiq; est multorum, qui dicere possunt: Et,nos omnes de plenitudine eius accepimus. Intendite. Sit os osculans,ver bum assumens,osculatum,caro quæ assumitur,osculum vero,quod pariter ab osculante,& osculato conficitur,persona ipsa ex vtroq; compacta,mediator Dei,& hominũ homo Christus Iesus. Hac ergo ratione sanctorum nemo dicere præsumebat: Osculetur me ore suo,sed tantũ, osculo oris sui. Ipsi sane seruantes prærogatiuam istam,cui singulariter,semelq; os verbi impressum hinc est,quum ei se corporaliter plenitudo omnis diuinitatis indulsit (alias inclusit).
Iohã.c.3 Felix osculũ,ac stupenda dignatione mirabile,in q̃ nõ os ori imprimitur,sed Deus hoi vnitur. Et ibi quidẽ cõtactus labiorũ cõplexũ significat animorũ,hic aũt cõsyderatio naturarũ diuinis humana cõponit,q̃ in terra sunt,& q̃ in cœlis pacificans. Ipse est enim pax nostra,q fecit vtraq; vnũ. Ad hoc igit osculũ sanctus quisq; antiqui tẽporis sui pirabat,eo q iocunditatẽ & exultationem thesaurizari super eum,& thesauros omnes sapientiæ,& scientiæ in ipso absconditos, præsentirent,cuperentq; & ipsi de plenitudine eius accipere. Sed accipite & alium sensum. Nõ latuit sanctos,& ante aduentum saluatoris Deũ super mortaliũ genus cogitare cogitatiões pacis. Nec enim faceret verbum super terram,quod non reuelaret seruis suis prophetis,erat tamẽ verbum hoc absconditũ à multis. Fuit nanq; in tẽpore illo rara fides in terris,& tenuis admodum spes,in pluribus quoq; illorum,qui expectabant redemptionem Israel. Qui vero præscie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant ipsi & prædicebant Christum in carne venturum,& cum ipso pacem. Vnde quidam eorum dixit: Pax erit in terra nostra, quum venerit imo per ipsum Dei gratiã hoies recuperatu-
ros cum omni fiducia, sicut diuinitus acciperant, prædicabant. Quod & p̃cursor dñi Iohannes
Ioh.1.a. suo tempore impletum agnouit,& perhibuit, dicens: Gratia,& veritas per Iesum Christum fa
cta est,& ita verum esse omnis nunc Christianus populus experitur. Cæterum illis prænun
ciantibus pacem, moram autem faciente autore pacis, mutabat (alias nutabat) populi fides, dũ
non erat qui redimeret, neq; qui saluum faceret. Itaq; causabantur homines moras, ꝙ ille to-
ties nunciatus necdum veniret princeps pacis, sicut locutus fuerat per os sanctorũ, qui à secu-
lo sunt prophetarum eius,& suspectas habentes promissiones signum promissæ recõciliatio
nis, quod est osculum, flagitabant. Ita ergo vetus querela sacrosanctum osculum. i. incarnandi
verbi mysterium exigebat, dum longa,& molesta expectatione fatigata fides deficeret,&
infidelis populus aduersus promissa D E I victus tedio murmuraret. Felix tamen ex omni-
bus Simeon, cuius senectus in misericordia vberi. Is nempe exultauit vt videret desiderij fig-
num,& vidit,& gauisus est, acceptoq; osculo pacis, in pace dimittitur, ante tñ aperte pronunci-
ans Iesum esse natum in signum cui contradicẽdum erat. Et sermone tertio, de triplici osculo:
Luc.7.c Beatæ (inquit) pœnitentis exemplo prosternere & tu o misera, vt desinas esse misera, prostер-
nere tu in terrã, amplectere pedes, placa osculis, riga lachrymis, quibus tñ nõ illũ laues, sed te,
& fias vna de grege tonsarum, quæ ascendunt de lauacro, ita sane vt suffusum pudore, ac mœ-
rore vultum, non ante sustollere audeas, quam audias & ipsa, dimittuntur tibi peccata tua,
q̃ audias: Consurge, consurge captiua filia Sion, consurge, excutere de puluere. Sũpto itaq; ad
pedes primo osculo, nec fic quidẽ præsumas statim ad osculum oris assurgere, sed erit tibi gra-
dus ad ipsum medium quoddã aliud osculum, quod secundo loco ad manum accipies. Perma-
nũ tibi trãsitus sit. Illa prius te tergat, illa te erigat, dando vnde præsumas. Quid istud? Decor
cõtinentiæ,& dignæ pœnitentiæ fructus, quæ sunt opera pietatis, hæc te de stercore erigẽt in
spem audendi potiora. Sane accipiendo donum osculare manum, hoc est, non tibi, sed nomini
Psal.94.b eius da gloriã. Da semel,& da iterũ, tũ pro donatis criminibus, tũ pro collatis virtutibus. Primo
igitur ad pedes procidamus,& ploremus corã dño, qui fecit nos, ea q̃ fecimus nos. Secũdo ma
num quæramus subleuãtis,& roborãtis genua, dissolutа. Postremo quum ista multis precibus,
& lacrymis obtinemus, tum demum audemus forsitan ad ipsum os gloriæ caput attollere, pa-
uens,& tremens dico non solum speculandum, sed etiam osculãdum, quia spiritus ante faciem
nostram Christus dominus, cui adhęrentes in osculo sancto vnus spiritus ipsius dignatiõe effi
cimur. Tibi domine Iesu, tibi merito dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam do
mine requiram. Nempe auditam fecisti mihi mane misericordiam tuam, quum iacenti primũ
in puluere, tuaq; deosculanti reuerẽda vestigia, quod male vixerã, remisisti. Porro in progressu
diei lętificasti animam serui tui, quum deinde in osculo manus etiam bene viuendi gratiam in-
dulsisti. Et nunc quid restat o bone dñe, nisi vt iam in plenitudine lucis, in feruore spiritus ad o-
ris quoq; osculum dignanter admittens, ad impleas me lętitia cum vultu tuo? Et sermone quar
Psal.45.c to: Osculum pacis (inquit) indicium esse omnes nouimus. Porro autẽ si (vt scriptura loquitur)
Peccata nostra separãt inter nos,& Deum, tollatur de medio quod inter est,& pax est. Quum
ergo satisfacimus, vt ablato, ꝙ separat, peccato, reconciliemur, indulgentiam, quam accipimus
quid nisi quoddam osculum dixerim pacis? Idq; interim non alibi quam ad pedes sumendum.
Humilis quippe,& verecũda debet esse satisfactio, qua emendat superba transgressio. At quũ
etiã ad viuendum emendatius, deoq; dignius cõuersandum, placita quadã amplioris gratiæ fa
miliaritate donamur, quum ampliori fiducia caput iam leuamus de puluere, largitori (vt asso-
let manum osculaturi si tamen de accepto munere non nostram, sed autoris gloriã quærimus,
eiq; sua dona,& non nobis ascribimus. Alioquin si in te,& nõ magis in domino gloriaris, pro
priam profecto,& non domini manum osculari conuinceris, quod (iuxta beati Iob senten-
Iob.31.c. tiam) est iniquitas maxima,& negatio in D E V M. Si ergo ad scripturæ testimonium pro-
priam gloriam quærere, propriam est osculari manum, profecto qui dat gloriam D E O, Dei
dicitur non incongrue manum osculari. Et in hominibus quidem ita esse videmus, seruos vi-
delicet offensorum dominorum osculari solere pedes, quum ab ipsis veniam petunt, & pau-
peres diuitum manus, quum, ab eis munus accipiunt. Et sermone octauo: Osculetur (in-
quit) me osculo oris sui. Videte nouam sponsam, nouum osculum accipientem, non tamen
ab ore, sed ab osculo oris. Insufflauit (inquit) eis, id est, Apostolis, siue primitiæ Ecclesiæ,& di
xit: Accipite spiritum sanctum. Osculum profecto fuit. Non fuit corporeus ille flatus, sed
inuisibilis spiritus, qui propterea in illo dominico flatu datus est, vt per hoc intelligeretur,
& ab

& ab ipso pariter tanq̃ à patre procedere, tanquam vere osculum, quod osculanti, osculatoq; commune est. Itaq; sufficit sponsæ si osculetur ab osculo sponsi, etiam si non osculetur ab ore. Nec enim exiguum quid, aut vile putat osculari ab osculo, quod nõ est aliud nisi infundi spiritu sancto. Nempe si recte pater osculans, filius osculatus accipitur, non erit ab re osculum spiritũ sanctum intelligi, vtpote q patris, filijq; impturbabilis pax sit, glutẽ firmũ, indiuiduus amor, indiuisibilis vnitas. De ipso igitur audet sponsa, ipsumque infundi sibi fidenter sub osculi nomine petit. Tenet quippe aliquid, vnde non desit occasio præsumendi. Dicens enim filius: Nemo nouit filium nisi pater,& nemo nouit patrem nisi filius, adiecit: Aut cui filius voluerit reuelare. Non autem diffidit sponsa, quin sibi velit, si cui voluerit. Petit ergo audenter dari sibi osculum, hoc est, spiritum illum, in quo sibi & filius reueletur,& pater. Alter enim sine altero nequaquam innotesset. Vnde est illud: Qui videt me, videt & patrem meum. Et illud Iohannis: Omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui autem confitetur filium,& patrem habet. Ex quibus liquido constat, quia nec pater sine filio, nec filius sine patre agnoscitur. Merito proinde non in alterius tantum, sed in vtriusq; cognitione cõstituit summã beatitudinẽ, qui dicit: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum,& quem misisti Iesum Christum. Deniq; & qui sequuntur agnum, referuntur habere nomen eius,& nomen patris eius scriptũ in frontibus suis, quod est de vtriusq; notitia gloriari. Et vbi pater,& filius perfecte agnoscit, vtriusq; bonitas, q̃ spiritus sanctus est, non ignoratur. Trinæ ergo huius agnitionis infundi sibi gratiã quantum quidem capi in carne mortali poterit sponsa petit, quũ osculum petit. Petit autem à filio, quia filij est cui voluerit reuelare. Reuelat ergo filius seipsum cui vult, reuelat & patrẽ. Reuelat aũt sine dubio per osculum, hoc est, per spiritum sanctũ, Apostolo teste, qui ait: Nobis aũt reuelauit Deus per spiritum suum. At vero dando spiritum, per quem reuelat, etiam ipsum reuelat. Dando reuelat,& reuelando dat. Porro reuelatio, quæ per spiritũ sanctũ fit, non solum illustrat ad agnitionem sed etiã accendit ad amorẽ, dicente Paulo: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et ideo forsan de his, qui cognoscentes Deum, non tanq̃ Deũ glorificauerunt, non legitur, quod spiritu sancto reuelante cognoscerent, quia quum cognoscerent, non amauerunt. Sic quippe habes: Deus eñ illis reuelauit. Nec eñ adiũctum est, per spiritum suũ, ne sibi sponsæ osculum mentes impiæ vsurparent, quæ contentæ ea quæ inflat, eam quæ ædificat, nescierunt. Deniq; ipse Apostolus dicat per quid cognouerunt. Per ea (inquit) quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Vnde & constat, ꝙ nec perfecte cognouerunt, quem minime dilexerunt. Neuter ergo se osculum percepisse putet, siue q veritatem intelligit, nec diligit, siue qui diligit, nec intelligit. Sane in osculo isto nec error locũ habet, nec tepor. Quamobrem geminæ gratiæ sacrosancti osculi susciпiẽdæ paret é regione duo labia sua, q̃ sp̃osa est, intelligentiæ rationẽ, sapientiæ voluntatẽ, vt de pleno osculo gloriãs mereatur audire: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum.

Mat.11.d

1.Cor.8.c

Ostium quid mystice significet. Cap. XII.

QVid ostium mystice significet, diuus enarrat Greg. lib. Moral. xxviij. cap. xvi. exponens illud Iob, Et posui vectem,& ostia &c. Quid per ostia, nisi prædicatores sancti, quid per vectem, nisi incarnatus dominus designatur? Qui hæc videlicet ostia contra sæuientis maris impetum tanto valentiora opposuit, quanto ea sua obseratione roborauit. Quia enim ista sanctæ Ecclesiæ ostia vectis huius oppositione solidata sunt, potuerunt quidẽ tundi fluctibus, sed effringi nequiuerunt, vt ea exterius vnda persecutionis illideret, sed nequaquam cordis eorum interna penetraret. Et quia doctores sancti prædicatione quidem sequentibus aperti sunt, autoritate autem sua refistentibus clausi, non immerito ostia vocantur, id est, aperta conuersationi humilium,& clausa terroribus superborum. Nõ immerito ostia vocantur, quia & ingressum fidelibus aperiunt,& rursum sese perfidis, ne ingrediantur, opponunt. Pensemus quale Ecclesiæ ostium extitit Petrus, qui inuestigantem fidem Cornelium recepit, precio quærentem miracula Simonem repulit, illi dicens: In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, secreta regni benigne aperuit, huic inquiens: Pecunia tua tecum sit in perditionem, per distinctæ damnationis sententiam cœlestis aulæ aditum claudit. Quid cuncti apostoli, nisi sanctæ Ecclesiæ ostia existunt, quum voce redemptoris sui audiunt: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:& quorum retinueritis, retenta sunt? Ac si illis aperte diceretur: per vos ingredientes ad me hi, quibus vosmetipsos panditis, & repellentur quibus obseratis. Igitur dum mare sæuit, dominus vectem,& ostia opponit, quia ab amaris & perfidis cordibus dum persecutionis procella se dilatat in mundo, Deus vnigeniti sui gloriam, prædicatorumq; eius reuerentiam exaltat,& dum innotescit mysteria diuinæ for-

Gregorius

Actu.10.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

næ fortitudinis, frangit in impijs fluctus furoris. Si aũt hoc in loco mare accipere non specialiter turbam persequentium, sed generaliter seculum debemus, secundo contra hoc mare dominus ostia opposuit, quia & prius humano generi præcepta legis, postmodum nouæ gratiæ testamentũ dedit: Secundo obiectis ostijs huius maris impetũ clausit, quia eos quos ad obsequiũ
Iob.38.b sui cultus assumpsit, & prius ab idolis data lege coercuit, & post ab intellectu carnali gratia reuelata correxit. Secundo mare ostia accepit, quia humanum genus prius Deus ab operibus iniquitatis prohibuit, postmodum vero etiam à cogitationis culpa constrinxit. Et libro vicesimono, capite sexto, exponens illud Iob, Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Portæ (inquit) mortis, sunt potestates aduersæ: Quas descendẽs dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo superauit. Quæ appellatione quoq; alia tenebrosa ostia vocantur, quia dum per occultationis suæ insidias non videntur, deceptis mentibus viam mortis aperiunt. Quæ tenebrosa ostia dominus videt, quia immundorum spirituum fraudulentam malitiam & respicit, & premit, quos nisi ipse nobis nescientibus videndo prohiberet, & mil de insidijs eorum mens nostra cognosceret, eisdem insidijs capta deperiret. Quæ tenebrosa etiã nos
Psal.117.a. ostia cernimus, quando supernæ lucis radijs illustramur. Vnde & per propheram dicitur: Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos. Hostes igitur nostros ipse videt, qui suo eos munere nobis visibiles facit. Vel certe tenebrosa tunc ostia dominus videt, quum clastra inferni penetrans, crudeles spiritus perculit, & mortis præpositos moriendo damnauit. Quod idcirco hic non adhuc de futuro sed iam de præterito dicitur, quia hoc quod facturus erat in opere nimirum iam fecerat in prædestinatione. Ostium quoq; dicitur fides, & species, vt habes in dictione, Gradus. Ostium quoq; est historicus intellectus legis, vt habes in dictione, Mensa. Ostium etiam dicit doctor, vt diuus inquit Gregorius homilia xx. in Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Et per singula gazophylacia ostiũ in frontibus portarum: Gazophylacia (inquit) sunt corda doctorum, quæ scientię diuitias seruant. Frontes autem portarum sunt verba, atq; opera prædicatorum, in quibus eos foris agnoscimus quales apud se intrinsecus viuãt. Est autem ostium per gazophilacia singula in frontibus portarũ, quia vnusquisq; doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis, & operibus patrum. Quum enim Petri Apostoli prædicationem discutimus, quum Pauli verba perscrutamur, quum Iohannis Euangelũ inuestigamus, atq; ex eorum verbis auditores nostros ad interiorẽ intellectũ trahimus, quid aliud agimus, nisi ostium in portarum frontibus aperimus? Dicatur ergo: Et per singula &c. quasi doctor hoc quod loquitur Apostolorum dictis minime confirmat, in frõtibus portarum ostium non habet. Et si ostium non habet, dici iam gazophilacium spiritalis edificij nõ potest, quia si intellectum non aperit, doctor non est. Quum vero auditores boni per ora docentium
Can.5.b Apostolorum dicta, & opera cognoscunt, culpas suas apud semetipsos tacite reprehendunt & lachrymis insequuntur omne quod se egisse inique meminerunt. Et exponens illud Canticorum, Pessulum ostij aperui dilecto meo: Pessulũ ostio facimus, quando per voluptates carnis aditum cordis contra sponsum obseramus. Pessulum vero aperimus, quando remotis voluptatibus fluxis cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, soluimus, & sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne viuimus, quia repente fieri non potest, restat vt magis, ac magis quotidie faciamus. Nemo enim (sicut scriptum est) re-
Can.8.c. pente fit summus. Aliquando enim dum in hac corruptione positi dominum nostrum quærimus, magis nobis elongari, quam appropiare videtur. Et exponens illud Canticorum, Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis: Ostium (inquit) bene esse Ecclesiam dicimus quã
Mat.16.c ab ipso Christo potestatem aperiendi, & claudendi accepisse scimus. Ostium procul dubio in suis prædicationibus existit, quia per eos aditus ad vitã se nobis aperit. Vnde & ipsi primo pastori Ecclesiæ dicitur: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Vel ostiũ in ipso capite suo exist it, quia ipse de
Ioh.10.a. se veraciter dicit: Ego sum ostiũ. Ostiũ vero tabulis cedrinis compingitur, quia sancta Ecclesia prædicãs multitudinibus populorum decoratur, & dum populi varijs virtutibus aspersuntur, vt videlicet alius de rebus quas possidet, indigentibus necessaria tribuat, alius omnia abnũciens, etiam à legitimo conubio se abstineat, alius vero tantum proficiat, vt aliorum etiam prædictor fiat, tanquam pictura multis coloribus, sic Ecclesia multis distinctionibus honestatur, quæ sancto spiritu conualescens, hylariter respondet, dicens: Ego murus, & vbera &c.

Quid oua mystice significent. Cap. XIII.

Gregor. QVid oua mystice significẽt D. enarrat Greg. libro Moral. xxxi. cap. vij. exponẽs illud Iob, Quæ derelinqt in terra oua sua: Quid enim proua, nisi tenera adhuc proles exprimitur, quæ

tur, quæ diu fouenda est, vt ad viuum volatile perducatur? Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt, sed tamen calefacta, in viuis volatilibus conuertuntur. Ita nimirum paruuli auditores, ac filij certũ est, q̃ frigidi, insensibilesq; remanẽãt, nisi doctoris sui solicita exhortatione calefiant. Ne igitur derelicti in sua insensibilitate torpescãt, assidua doctorum voce fouendi sunt, q̃uisq; valeant, & per intelligentiam viuere, & per contemplationem volare. Quia vere hypocritæ, quamuis peruersa semper operentur, loqui tñ recta non desinunt, bene autem loquendo in fide, vel conuersatione filios pariunt, sed eos bene viuendo nutrire non possunt, recte de hac structione dicitur: Quæ derelinquit in terra oua sua. Curam nanq; filiorum hypocrita negligit, quia ex amore intimo rebus se exterioribus subdit, in quibus quanto magis extollitur, tanto minus de ,plis suę defectu cruciatur. Oua ergo in terra dereliquisse, est natos per cõuersionẽ filios nequaquã à terrenis actibus inter posito exhortationis nido suspẽdere. Oua in terra dereliquisse, est nullũ cœlestis vitæ filijs exẽplũ p̃bere. Quia eñ hypocritæ per charitatis viscera non calent, de torpore prolis æditę, i. de ouorum suorum frigore nequaquam dolent, & quãtose libentius terrenis actibus inserunt, tanto negligentius eos, quos generant, agere terrena permittunt. Sed qa derelictos hypocritarum filios superna cura nõ deserit, nonnullos nãq; etiam ex talibus intima electione præscitos, largitę gratię respectu calefacit, recte subiungitur: Tu forsiran in puluere calefacies ea? &c.

Quid autem oues mystice significent, diuus insinuat Greg. lib. Moral. I. cap. xiij. exponens illud Iob, Et fuit possessio eius septem milia ouium, & tria milia camelorum: Quia (inquit) fideles auditores ex varia conuersatione collecti sunt, quod prius vniuersaliter memoratis filijs, & filiabus dicitur, hoc distincte postmodum appellatione animalium subinfertur. Quid enim aliud in septem milibus ouium, nisi perfectam quorundam innocentiam exprimit, quæ ad perceptionem gratiæ (alias perfectionis gratiam) ex legis pascuis venit? Quid vero in tribus milibus camelorũ, nisi ad plenitudinẽ fidei veniens, torta gẽtium vitiositas designatur? Et dñs in Euangelio ait: Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in
Cyrillus æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Ego & pater vnum sumus. Causam quare non credant Iudæi verbis, & operibus eius, Christus subiungit, quia non sunt ex ouibus suis, neq; de illorum numero, qui ad æternam vitã præuisi sunt, sed perpetuæ perditioni addicti. Et ne gratis aut præter rationem id dixisse videatur, manifestum ponit signum, quo oues suæ ab ijs, qui ad se non pertinent, discernantur. Oues (inquit) meæ vocem meam audiunt, fidem scilicet synceram amplectentes, & mandatis meis obtemperantes, & ego agnosco eas, electione gratuita ad vitam æternam, & sequuntur me, imitatione scilicet bonorum operum, & beatitudinis assequutione. Oues suas dominus fideles, & sibi obsequentes dicit, qui eum pastorem diligunt, & sequuntur, atq; ad pascua æternæ
August. fatietatis, boni pastoris imitantes vestigia, perueniunt. Itaq; eos, qui in se credere nolebant, dicebat non esse ex ouibus suis, quia videbat iam eos æternæ perditioni præparatos, nec sui sanguinis precio ad vitam perpetuã comparandos. Suis autem ouibus dominus æternam vitã se dare affirmat, pascua scilicet vberrima, bonorũ oĩm copia affluentia, vbi lux clarissima, pax secura, quies dulcissima, gloria perpetua. Et non peribunt in æternum, quia pastor eorũ, & saluator talis est, apud quem nihil omnino perire possit. Videbãtur qdẽ perire sancti martyres, quũ hanc mortalem vitam per tormenta amittebant, sed non peribãt in eternũ quia soluti vinculis carnis, debita sibi præmia à Christo percipiebant, quemadmodũ dicit sapiens: Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget illos tormentum malitiæ. Et non rapiet eas quisquam de manu mea. i. potestate mea, dicit dñs. Eos etiam quos semel prædestinando Chrũs assumpserit, nulla vis diabolicæ tentationis, nõ immanitas humanæ persecutionis, de sorte, & latere eius potest auferre. Sed nõne Iudas, dicet quispiam, in æternum periit, & surreptus est à sathana de manu domini? Et multi viã dñi ambulãt, à qua tandem decidunt. Verum ad finẽ vsq; in bono perseuerantes, duntaxat oues dñi sunt, & dicuntur. Qui igitur post perceptam gratiam, de numero ouium Christi pereunt, hi certe in dei oculis oues non sunt, quare nec Iudas, nec alij retro abeuntes, ad ouile Christi pertinere dicendi sunt. Et Augustinus tractatu xlviij. in Iohannem, Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis: Iam, inquit, supra didicistis quæ sint oues, estote oues, oues credendo sunt, oues pastorem sequendo sunt, oues redemptorem non contemnendo sunt, oues per ostium intrãdo sunt, oues exeundo, & pascua inueniendo sunt, oues æterna perfruendo sunt, quomodo ergo istis dixit, non estis ex ouibus meis? Quia videbat eos ad sempiternum interitum prædestinatos

Universidad de Deusto
Biblioteca

stinatos,non ad vitam æternam sui sanguinis precio comparatos. Oues meæ vocem meam au
diunt,& cognosco eas,& sequuntur me,& ego vitam æternam do eis: Ecce sunt pascua. Si reco
Ioh.10.b litis, superius dixerat, Et ingredietur,& egredietur,& pascua inueniet. Ingressi sumus creden
do,egredimur moriendo,sed q̃modo per ostium fidei ingressi sumus,sic fideles de corpore ex
eamus. Sic enim per istud ostiũ egredimur,vt pascua inuenire possimus. Bona pascua, vita æter
na dicitur,ibi nulla herba aresçit,totum viret,totum viget. Solet quædam herba dici semper
viua,est herba quæ semper dicitur viuere,ibi solum viuere inuenitur. Vitam æternam (inqt)
Chryfost. dabo eis ouibus meis,vos calumnias propterea quæritis,quia de vita p̃senti cogitatis. Et Chry
Ioan.10.a sostomus homia lx. in Iohannem: Sed dixi vobis (inquit) & non creditis mihi,quia nõ estis de
ouibus meis. Ego enim officium pastoris feci, si vos me non sequimini,nonne eo accidit quod
oues meæ non estis? Oues meæ (inqt) vocem meam audiunt,& ego cognosco eas,& sequunt
me,& ego vitam æternam do eis,& non peribunt in æternum,& non rapiet eas quisquam de
manu mea. Quia pater meus,qui dedit mihi,maior est omnibus,& nemo potest eas rapere de
manu patris mei. Ego,& pater vnũ sumus. Animaduerte qũo eos renciendo,vt sequantur,hor
tatur: Vos me (inquit) non auditis, Neq; enim estis oues. Qui sequunt̃,hi sunt ex ouili. Hæc aũt
dicebat,vt oues fieri anniterentur. Inde quum dicit,& acolodosin mi,id est,& sequunt̃ me,eos
tangit,& excitat,& insequendi cupiditatem impellit. Quid ergo,si propter patris virtutem ne
mo rapit,tu ergo imbecillis es,& custodire non potes? Minime. Nam vt intelligas illam parti
culam: Quia pater meus,qui dedit mihi,propter illos dictam,ne iterũ Deo contrarium,quũ
dixisset, Nemo rapiet eas de manu mea, prosequens suã,& patris manum vnam esse ostendit,
quod ni ita esset,consequens erat dicere: Pater qui dedit mihi,maior omnibus est,& non po
test eas rapere de manu mea. Verum non ita dixit,sed de manu patris mei. Inde ne arbitremi
ni quod sit imbecillis,eo quod virtute patris tutę oues sint,addidit: Ego & pater vnum sumus,
Quasi dicat. Non propterea dixi neminem propter patrem eas rapturum, ac si ipse imbecillis
essem. Nam vnum sumus,hoc est,secundum potentiam. Nam de hac loquitur: Quod si eadem
est,constat etiam eandem esse substantiam. De eisdem ouibus. Cap. XIIII.

Cassiodo. Pſal.8.b. CAssiodorus autem exponẽs illud Dauidicũ, omnia subiecisti sub pedibus eius,oues & bo
ues insuper & pecora campi: Oues (inquit) electũ populũ signat christianum, sicut & in
Euangelio dominus Petro dicit Apostolo: Pasce oues meas. Qui ideo comparantur ouibus,qa
se,prestante domino,innoxia conuersatione moderantur,deinde quia mundi excubias sine ali
quo sensu doloribus amittunt. Nam sicut ouis tondentem se non increpat,ita nec iustus cupi
Iob.31.d. ditatem se expoliantis accusat. Boues autem predicatores designant,qui humana pectora man
datis cœlestibus exarantes,virtutum messem germinare fecerunt. Nec vacat quod dicit, Insu
per,quia non solum illi sancti subiecti sunt,sed etiam peccatores. Sæpe enim de conuersis tali
bus maiore gloria triumphat dominus Christus. Pecora eñ sunt, dum in camporum liberta
te,id est,in mundi istius voluptate pascũtur. Oues sunt,quũ iam intra septa domini claudũtur.
Volucres cœli,& pisces,q perambulant semitas maris. Volucres cœli,supbi sunt hoies,qui in
flati vẽto iactãtiæ,q̃si p inane aeris efferunt̃ & humilia despiciunt,quũ altius eleuant̃. Volucres
eñ à volatu crebro dicte sunt. Pisces vero maris philosophos fortasse significãt,qui huius mũ
di naturam erratica curiositate pertractant. Nam sicut illi posita fronte itinera sibi referãt pe
lagi inundatione confusa,ita & isti capite demisso venas rerum ratione humana assiduo labore
perquirunt. Sed quum sint pisces & huminum non vacat,quod hic posuit maris; propter eos,q
sibi videntur esse sapientes. Verũ isti tales eorumq; similes domini pedibus feliciter subijcium
tur,quando ad Christianæ venerint religionis affectum. Nãlicet illi omnia iure dominationis
inclinata sint,illos tamen dicimus proprie subiectos,qui ad eius onus leue,& onus suaue pueni
Augustl. re meruerunt. Et diuus August. Oues,& boues vniuersas: Videtur,inqt,relictis cœlestibus vir
tutibus,& potestatibus,& omnibus exercitibus Angelorum,relictis etiam ipsis hominibus,
tantum ei pecora subiecisse. Nisi oues,& boues,intelligamus animas sanctas,vel innocentię fru
ctum dantes,vel etiam operantes,vt terra fructificet.i. vt terreni homines ad spiritalẽ vber
tatem regenerentur. Has ergo animas sanctas,nõ hominũ tantũ,sed etiã omniũ Angelorũ o
portet accipere,si volumus hinc intelligere omnia esse subiecta domino nostro Iesu Christo.
Nulla enim creatura subiecta non erit,cui primates,vt ita dicã,spũs subijciunt. Sed vnde pro
babimus oues posse accipi etiã sublimiter beatos,nõ homines,sed Angelicæ creaturę spiritus?
An ex eo quod dominus dicit reliquisse se nonaginta nouẽ oues in montibus,id est,in sublimi
oribus locis,et descendisse propter vnam? Si enim vnã ouẽ lapsam humanam animam accipi
amus in Adam,quia etiam Eua de illius latere facta est,quorum omnium spiritualiter tractã
dorum,&

dorũ,& considerandorũ, nunc tẽpus nõ est) restat vt nonaginta nouẽ relictæ in montibus, nõ
humani,sed Angelici spiritus intelligãtur. Nã de bobus facilis expositio est huius sententię, q̃-
niam ipsi homines non ob aliud boues dicti sunt, nisi quod euangelizando verbum Dei
Angelos imitarẽtur, vbi dictũ est, Boui trituranti os nõ infrẽnabis. Quanto igitur facilius ipsos Deut.25.a
Angelos nuncios veritatis,boues accipimus,q̃si Euãgelistę participatione nominis corũ,boues
vocati sunt. Subiecisti ergo oues,& boues vniuersas. i. omnẽ sanctã spiritualem creaturã. In qua
etiam sanctos homines accipimus,qui sunt in Ecclesia, in illis videlicet torcularibus,q̃ sub alia
similitudine lunæ,& stellarũ insinuata sut. Insuper (ait) & pecora campi. Nullo modo vacat,q̃
additum est,Insuper. Primo quia pecora campi possunt intelligi oues,& boues. Vt si rupiũ,&
arduorũ locorum pecora capręsunt,bene intelligantur oues pecora campi. Itaque etiam si ita
positũ esset: Oues & boues vniuersas & pecora campi,recte q̃reretur quid sibi vellent pecora
campi,quũ etiã oues,& boues hoc possunt intelligi. Quod vero additũ est,Insuper,cogit omni
no ad nescio quã differentiam cognoscendam. Sed sub hoc v̄bo q̃ positũ est,Insuper,nõ solũ Psal.94.a
pecora campi sed etiam, Volucres cœli. Et Psal. xciiij. Nos aũt populus eius,& oues pascuę ei⁹:
Pascua significãt supernа dona (inquit Cassiodorus) quibus anima suaui epulatione saginatur. Cassiod.
Et bene definitum est,quis sit populus Christianus,oues nẽpe pascuæ, qui ęternis delitijs felici
sorte satiatur. Oues significant cordis simplicitatem,quam habere constat populum, q pastori Ioan.10.b
suo mansueta pietate consentit. Sed his omnibus proponitur vna conditio. Hodie si vocem
eius audieritis,scilicet quam inferius dicturus est. Nam qui voci ipsius non audit,nec grex ipsi- Hebr.3.c
us dicitur, nec in pascuis collocatur, sicut in Euangelio legitur: Oues meæ vocem meam
audiunt, & sequuntur me, & ego cognosco eas, & nullus rapit eas de manu mea. Hodie si- Augustinus
gnificat semper, quia iugiter audiendus est, qui salutariter monet. Cuius sermonis vim
Apostolus potenter expressit: Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie co
gnominatur. Et diuus Augustinus, Nos autem populus pascuæ eius,& oues manuum eius.
Vides quam eleganter verborum ordinem commutauit,& tanquam non propria reddidit,vt
ipsas intelligamus oues,qui sunt,& populi. Non dixit, Oues pascuæ eius,& populus manuum
eius,quod magis putabatur posse congruere, quia oues ad pascua pertinent, sed ait: Populus
pascuę. Ergo populus oues sunt,quia dicit: Populus pascuę eius. Has oues sibi ipse facere digna
tus est gratia sua,de quibus in Canticis: Dentes tui sicut grex detonsarum. Dentes tui o Eccle- Cant.4.a
sia per quos loqueris,sicut grex detonsarum,id est,quæ sarcinas sæculi deposuerunt. Ascenden
tium de lauacro,id est,de mundatione. Quæ geminos pariunt,id est,duo illa præcepta in qui
bus tota lex pendet,& prophetæ.

INCIPIT LIBER TERTIVSDECIMVS Ad MYsticos sacræ scripturæ sensus.

Quid palea palliumq; mystice significent. Cap. I.



VId palea mystice significet require in Dictione, Fœnum. Et diuus Hie Hieronym.
ronymus, exponens illud Hieremiæ, quid paleus ad triticum dicit do- Hierc.23.f.
minus? Quid (inquit) sibi volunt hæreticorum paleæ ad triticum Ec- Math.3.c.
clesiæ? De quo Ioannes Baptista plenius loquitur, quod purget domi
nus aream suam,& ventilabro paleas,ventorum flatibus dispergendas,
vrendas q̃ ignibus derelinquat,triticum autem condat in horrea,vt fiat
cœlestis panis, & loquatur vnusquisq; credentium, Gustate,& videte, Psal.33.b.
quoniam suauis est dominus. Et pulcher doctrina peruersa paleis com- Esai.41.b
paratur,quę medullã non habent,nec possunt nutrire credentiũ popu-
los, sed de manibus stipulis conterunt̃. Et exponens illud Esaię, Et leo quasi bos comedet pa
leas: Paleas (inquit) puto in scripturis sanctis verba simplicia intelligi. Triticum autem & interi
orem medullam,sensum qui inuenitur in litera: & frequenter euenit,vt homines sæculi mysti-
ca nescientes,simplici scripturarum lectione pascantur. Et diuus Augustinus, lib. vnico de vera
religione, cap. vi. Hęc (inquit) Ecclesia catholica carnales suos,id est,viuentes aut sentientes car- Augustl.
naliter,tãquã paleas tolerat,q̃bus in area frumẽta tutiora sunt,donec talibus regnantibus exuãt.
Sed qa in hac area p̃ voluntate quisq; vel palea,vel frumentum est,tandiu sustinetur peccatum,
aut error cuiuslibet, donec aut accusatorem inueniat, aut prauam opinionem pertinaci animo-
sitate defendat. De palea require in Dictione, Area.

Pallium Ecclesiam significat,iuxta illud Geneseos: Lauit in vino stolam suam. i. in passio-
ne carnem suam, & in sanguine vuæ pallium suum,id est,Ecclesiam suam. Et diuus Bernardus
in sententijs. Pallia quibus nostra nuditas operitur quatuor sunt, Vetustas erroris, & nequitię:

ss quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ est quasi perizoma verendorum. Nouitas conuersationis: & vitæ, qua Rebecca descendẽs
Bernardus de camelo, operuit vultum suum. Integritas cœlestis sanctimoniæ, quam Helias reliquit Heli-
sæo: & diuidit Iordanem. Claritas immortalitatis æternæ, quod est pallium saphyrinum: quo
in die festo vtitur Mardocheus. Et Rupertus exponens antedicta Geneseos verba: Lauit in vi
no &c. Idcirco ergo ligabit ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam, vt lauet vino sto
lam suam, & sanguine vuæ pallium suum. Nihil verius. Quod per pullum & asinam, idem per
Rupertus pallium & stolam, id est, vnam eandemq; intellige Ecclesiam. Nam vna, eademq; gentilitas, an
tequam lauacro isto renasceretur, asina vel pullus pertulcus erat. Postquam vero lauit eam Chri
stus, stola vel pallium eius est, de quo in Psalmo dicitur: Sicut vnguentum in capite, quod descẽ
dit in barbã, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Lauabit ergo vino sto-
lam suam, & sanguine vuæ pallium suum, id est, emundabit spiritu sancto Ecclesiam suam, & san
guine passionis fidelem populum suum. Vua eñ ipse est, de q̃ in Cant. Cãticorum spõsa dicit: Botrus Cypri dilectus meus mihi. Hæc vua, siue hic botrus torculari crucis expressus, sanguinẽ
suum fudit, & spiritum sanctum dedit: vnde & lauit stolam suam, id est, mundauit Ecclesiam suã
vt exhiberet sibi sponsam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam. Et diuus Greg. ex-
ponens illud Canticorum, tulerunt pallium meum custodes murorum: Custodes (inquit) per
cuẽtes sponsam, & vulnerant, quia prædicatores sancti, dum cœlestia loquuntur, amantem ani
mã afficiũt, & maiori amore sagittant. Palliũ tollunt: quia si qd pompę secularis residuũ erat in
corde: exhortationibus suis ab animo auferunt: Palliũ tollunt: quia aliquando ante verba fidi
catorum nos non cognoscebamus, ipsiq; omne quod interius latebat, dum loquunt, detegũt.

Quid Palma mystice significet, Cap. II.

QVid Palma mystice significet diuus insinuat Gregorius libro Moral. xix. cap. xxiiij. ex-
ponẽs illud Iob. Et sicut palma multiplicabo dies: Palma (inquit) tarde proficit, sed diu
in viriditate subsistit. Cum multis autem difficultatibus sancta Ecclesia ad fidei statum venit, &
pro collectiõe plurimorũ in eiusdẽ fidei gloria diutius stare cõcupiscit. Sicut palma ergo mul-
tiplicare se dies credidit, quæ, emergente subitæ tentationis articulo, pacis suæ gratiã, & tarde
à fidelibus adeptã, & citius ab infidelibus interceptã dolet. Et cap. xxv. Nec immerito iustorũ
vita palmæ cõparat, qa scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuo
luta, superius vero & visu & fructibus pulchra, inferius corticum suarum inuolutionibus angu
statur, sed superius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita,
despecta inferius, superius pulchra, in imo ista quasi multis corticibus obuoluit, cũ innumeris
tribulationibus angustatur, in summo vero illa, quasi pulchræ viriditatis foliis, amplitudine re-
tributionis expanditur. Habet quidẽ aliud palma, quo à cunctis arborũ generibus differt. O-
mnis nanq; arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur,
& quãto paulisper sublimior, tãto in altũ subtilior redditur. Palma vero minor ab imis incho-
at, & iuxta ramos, ac fructus ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior
ad summa succrescit. Quibus itaq; alia arbusta, nisi terrenis mentibus inueniũtur esse similia, in
ferius vasta, superius angusta? Quia nimirũ oẽs huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes
sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsq; ad mortem desudare appetunt, &
pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias
tollerant, & pro cœlesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant, terreno iudi
ci toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram domino vel vnius horæ momẽ-
to lassantur. Sæpe nuditatem, delectionem, famem pro acquirendis diuitijs, atq; honoribus to
lerant, & earum rerum, se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant, superna autem
laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. Hi itaq; quasi alia
rum arborũ more deorsum vasti sunt, sursum angusti: qa fortes in inferiora subsistunt, sed ad
superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorũ, q ne-
quaq̃ sunt in terrenis studijs fortes, & in cœlestibus debiles, sed longius, atq; distantius studio
sos se deo exhibẽt, quam seculo fuisse meminerũt. Nam quum quibusdam per prędicatorẽ no
strum dicitur: Humanũ dico propter infirmitatẽ carnis vestræ: Sicut enim exhibuistis mẽbra
vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra ser-
uire iustitiæ in sanctificationem, eorum proculdubio infirmitati condescendit, ac si eis aper-
tius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorũ operũ, qua-
les fuistis dudum in actione vitiorũ, ne debiliores vos habeat sancta libertas hæredes, qs in car-
ne validos habuit vsus terrenæ voluptatis. Sunt vero nonnulli, qui quum cœlestia appetunt,
atq; huius mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantiæ pusilla-
nimitate

nimitate deficiunt. Quibus hos, nisi arbustis reliquis similes dixerim, qui nequaquam tales su-
perius surgunt, quales inferius oriuntur. Hi quippe ad couersionem venientes, non tales qua-
les cœperunt, perseuerant, & quasi more arborum, inchoatione vasti sunt, sed tenues crescũt
quia paulisper per augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum. Sensim qppe in eis
desideria superna languescunt, & qui robusta, ac fortia proposuerant, debilia, at infirma cõsum-
mant, dumq; ætatis augmento proficiunt, quasi flexibiles crescunt. Palma vero (sicut dictum
est) vastior in summitate est, quam esse cœperit ex radice: quia sæpe electorum conuersio plus
iniendo peragit, quam proponit inchoando, & si tepidius prima inchoat, feruentius extre-
ma consummat: Videlicet semper inchoare se æstimat, & idcirco infatigabilis in nouitate per- Esai. 40.g.
durat. Hanc scilicet iustorum constantiam propheta intuens, ait: Qui confidunt in domino,
mutabunt fortitudinem suam, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambu-
labunt & non deficient. Mutant quippe fortitudinem: quia fortes student esse in spiritali ope
re, qui dudum fuerant fortes in carne. Assumunt autem pennas vt aquilæ quia contẽplãdo vo
lant. Currunt, & non laborant, quia velocibus magna celeritate prædicant. Ambulant, & non
deficiunt, quia intellectus sui velocitatem retinent, vt tardioribus condescendant. In cũctis ve
ro bona quę accipiunt, quãto alijs libenter accommodant, tanto ipsi incommutabiles in noui
tate perdurant, & qui tenues à radice inchoationis exeunt, fortes inculminis perfectione con
ualescunt. Dicat itaq; beatus Iob ex persona sua, dicat ex voce sanctæ Ecclesię his quos pacis tẽ
pore ad se conuersos habuerat, atq; in bonis moribus perseueraturos credebat. Dicebamq;: In
nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Quasi enim palmam multiplicare se dies
credidit, quæ mentes fidelium extremum vsq; robustiores exurgere putabat. Quum eñ mul
torum corda persecutionibus cœperint lassata mollescere, dolet iam in se quasi ad debilitatem
tẽdere, quos mirabatur fortia proposuisse. Et Homilia decimaseptima, super Ezechielem, ex- Ezec. 40.c.
ponens illud Ezechielis, Et ante frõtes pictura palmarum: Quid (inquit) per palmas nisi præ-
mia victoriæ designantur? Ipsæ quippe dari vincentibus solent. Vnde de his quoq; qui incerta
mine martyrij antiquum hostem vicerant, & iam victores in patria gaudebant, scriptũ est: Et
palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet sup
thronum, & agno. Palmas quippe in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Cu-
ius operationis Palma ibi retribuetur, vbi iam sine certamine gaudebit. Vnde & hic nõ dicitur:
Palmæ ante frontes, sed ante frontes pictura palmarũ. Ibi enim victoriæ palma videbitur, vbi
iam sine fine gaudebit. Nam hic plærunq; sanctos viros aspicimus mira agere, virtutes multas
facere, leprosos mundare, dæmonia eijcere, tactu ægritudinis corpora sanare, prophetiæ spiri
tu ventura prædicere. Cuncta itaque hæc necdum palmæ sunt, sed adhuc pictura palmarum.
Nam hæc aliquanoo dantur & reprobis. Vnde & per Euangelium veritas dicit: Multi dicent Matt. 7. d.
mihi in die illa: domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dę
monia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunq̃
noui vos: Discedite à me, qui operamini iniquitatem. Vnum vero signum electionis est solidi
tas charitatis, sicut scriptum est: In hoc scietur, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis
ad inuicem. Hæc autem miracula, quum electi faciunt, longe dissimiliter à reprobis fiunt: quia
quod electi ex charitate, hoc reprobi student agere per elationem. Sed eisdem electis ipsa mira
quæ per charitatem faciunt, non iam palmę sunt, sed adhuc pictura palmarum: quia de eis foris
ostenditur, quales apud omnipotentem dominum intus habeantur. Ibi autem eis palma erit,
vbi iam mortis contentio non erit. Nam prædicator egregius tunc aspexit palmam verã vin-
centibus dari, quum resurrectionem præuidit mortuorum fieri, sicut dicit. Oportet enim cor-
ruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Quum autẽ
mortale hoc induerit immortalitatẽ tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in vi-
ctoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Tunc erit perfecta victoria, quum
mors plene fuerit absorpta. In omne antẽ quod modo mirabiliter de signis agi conspicimus,
non iã ipsam victoriam, sed adhuc imagines victoriæ videmus: Quia plærunque sanctis etiã &
in locis sublimioribus positis, vt ad bona opera alij prouocẽtur, virtutes, & signa dantur, ante
frontes interioris ædificij palmarum pictura ostenditur.

De eadem palma. Cap. III.

ET diuus Greg. Homilia xix. super Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Et cælatę pal-
mæ erãt, vna hinc, & altera inde in frõte eius: Quid est hoc (inquit) qp prius in frõtibus pi
ctura palmarum, nunc autem cælatæ palmæ in fronte esse memorantur? Sed sicut iam superi-
us diximus, pictura palmarũ, est ostensio signorũ. Nunc vero cælatura palmarũ dicit, vt bono

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum operum demonstratio designetur. Ipsis enim summis ꝓdicatoribus dicitur: Videant opera
Mat 5.b. vestra bona, & glorificent patrē vestrū, qui in cœlis est. Qui igit in vita sua impressa esse sancta opera demonstrant, palmas in fronte cælatas habēt, quia quāta illos in posterū victoria sequatur: iam nunc in sanctis suis operibus ostendunt. Vel certe, quia fidem per Orientis, spēm per Aquilonis, charitatem vero per Australem portam diximus designari. Notandū vero nobis est, quia in Orientis porta pictura palmarū, in Aquilone vero & Meridie cælatura esse perhibetur: quia contingit sæpe vt hi qui adhuc inchoantes sunt, necdū se in operibus solidis ac magnis exerceant: hi vero qui post iniquitates ad virtutem redeunt, plerunq; vt culpas suas ante omniporentis dei oculos tegere valeant, in magnis operibus exercentur. Et quia iam feruore spiritus actibus & virtutibus excreuerunt, quasi meridies in sanctis actibus inardescūt. In Orientis ergo porta pictura est in Aquilonis vero & Meridiei cælatura, quia signum victoriæ ꝙ inchoantibus ostenditur, hoc in reuertentibus atq; feruentibus, iam solidius & robustius tenetur. Notandum quoq; magnopere est, ꝙ dicitur hinc & inde. Omnes enim qui ad vitæ aditū tendimus, & ex dextro & sinistro latere habere palmā debemus. Quod cū hinc & inde dicit, latus vtrunq; signatur. A dextro igitur palmā habet is, quem prospera non extollunt. A sini-
1.Cor.6.b stro palmā habet is, quem aduersa nō deiciunt. Quasi ex vtraq; parte portabat Paulus palmā, quum diceret: Per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris, per gloriā & ignobilitatē, per infamiā, & bonam famam, & seductores, & veraces. Non hunc aduersa frangebant, non prospera in mētis tumorem subleuabant. Hinc inde ergo gestabat palmā, quia & in aduersitate fortis, & in ꝓsperitate humilis permanebat. Quisquis em de prosperis extollitur, habere in dextrā partē palmam nescit. Quisquis in aduersitatibus frāgitur, portare palmam à sinistro latere ignorat. Vt ergo hinc & inde palma gestetur in fronte, adesse semper nostris mentibus debet, & in aduersis fiducia & in prosperis timor, ne aut aduersa in desperationem pertrahant, aut prospera animum in sui fiduciā extollant. Hinc est quod idem egregius prædicator dicebat: Scio & humiliari, scio & abundare: vbiq; & in omnibus institutus sum. Et satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat. Et exponens illud Canticorum, Co-
Can.5.c mæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ sicut coruus. Quid per comas Christi, nisi fideles quosq; intelligimus; qui dum fidem trinitatis in mente custodiunt, & deo adherentes quod credunt faciunt, quasi in capite pendentes honorem portanti conferunt. Palma aūt in altum valde crescendo proficit, & victoriam significatione sua prætendit. Comæ ergo sicut elatæ palmarum sunt, quia electi quiq; dum semper ad alta virtutum se efferunt, per dei gratiam quandoq; ad victoriam se perducunt. Nigræ autem sicut coruus existunt, quia quamuis virtutibus in cœlum se erigant, semper tamen peccatores se esse cognoscunt. Et exponens illud Cantic. Statura tua assimilata est palmæ & vbera tua botris. Palma, inquit, dum crescit, deorsum stringitur & sur-
Can.7.a. sum dilatatur: sic sancta anima ab imis ad minima incipit, & paulatim ad maiora crescendo, vsque ad amplitudinem perfectę charitatis peruenit. Nemo enim ficut (scriptum est) repente fit summus. In psalmo aūt de iusto homine dicitur: Iustus vt palma florebit. Vbera autem sponsę duo præcepta charitatis existunt, quæ animam quam possident, vino cœlesti inebriant & nutriunt. Potest tamen per palmam crux Christi intelligi. Palma enim in sublime valde crescēs, dulcissimos fructus gignit: & crux Christi cœlestem cibum nobis ꝓparauit. Cui statura sponsæ assimilatur, quia pro Christo mori non dubitat, quisquis Christū valde diligens digne imitatur. De palma sequitur sponsus dicens: Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Dixit vere, & ascēdit, quia sicut ante secula pro morte nostra mori disposuit, sic in fine mūdi propitius & verax adimpleuit. In palmam ergo ascendit, & fructus eius apprehendit, quia
Ambrosius in cruce suspensus, fructum vitæ inuenit ac apprehendit, & nobis tribuit. Et Ambrosius libro tertio Hexameron, cap. xvij. Palma, inquit, virens semper manet conseruatione, & diuturnitate, non immutatione foliorum. Nam q̄primo germinauerit folia, ea fine vlla substitutiōis successione conseruat. Imitare ergo eam o homo, vt dicatur & tibi: Statura tua similis facta ē palmæ. Serua viriditatem pueritiæ tuæ & illius innocentiæ naturalis q̄ recepisti à primordio, vt plantatus secus decursus aquarum, fructū tuū in tēpore tuo habeas ꝓparatū, & foliū tuū non defluat. Hanc viriditatē gratię semper florentis in Christo secuta ecclesia dicit: In vmbra eius confugi & sedi. Hanc ꝓgratiuā doni virentis acceperunt & apostoli, quorum nec folium vnquam potuit elabi, vt eorum etiam vmbra curaret egrotos. Obumbrat enim infirmitati corporis fides mentis, & florentia merita virtutum. Mane ergo plantatus in domo domini, vt in atrijs eius ficut palma floreas, & ascendat in te gratia ecclesiæ, vt fit odor narium tuarum ficut mala, & fauces tuæ sicut vinum optimum, vt inebrieris in Christo. De

De eadem palma. Caput IIII.

RVpertus aūt exponens illud Canticorū, Comæ eius sicut elatæ palmarū, hoc modo scri- Can.5.c
bit: Comæ huius capitis sunt oēs scripturæ veritatis. Sicut em comę de capite prodeunt, & capitis quoddā sunt ornamētum, ita oēs scripturæ diuinitus inspiratæ, de plenitudine huius verbi siue electi acceptæ sunt, & omnes huic electo perhibent testimoniū. Iste comæ sicut elatæ palmarum, id est, sicut folia palmarum, quæ videlicet folia, idcirco dicuntur elatæ, quod eleuentur sursum, quia non pōdent deorsum, sicut aliarum arborum. Est autem palma arbor insigne victoriæ, ramis oppansis in modum palmæ hominis, procero, ac decoro virgulto, diuturnisq; vestita frōdibus, & folia sua fine vlla successione conseruans. Vere ergo comæ eius, videlicet, electi siue aurei capitis dilecti sicut elatæ palmarum, quia videlicet scripturæ veritatis, quarum vtiq; principium est caput illud, scilicet deus verbum: non sicut scripturæ hominum, terram aspiciunt, sed sursum tendunt, & quæ sursum sunt quærunt: siquidem non occidentē literam, sed viuificantem sequaris spiritum, & valde diuturnæ sunt, sicut imo plusquam elatæ, siue folia palmarum. Quia cœlum, inquit, & terra trāsibunt, verba autem mea non transibūt, Et Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec oīa fiant. Sunt autem nigrę quasi coruus, quia sicut alibi dictū est: Tenebrosa aqua in nubibus aeris, id est, occulta scientia in propheticis, atq; legalibus scripturis, ita veraciter dicas, nigredo magna in comis capitis dilecti, vt sensus siue intellectus idem sit. Et exponens illud Cāticorum: Dixi ascendam in palmam &cę. Can.7.b.
Magna (inquit) humilitas, quam ista pulchritudo sonat: statura tua assimilata est palmæ, quia tale est, ac si dicam: Mihi assimilata es omni habitu mētis tuæ, mihi, inquam, assimilata es, in eo quod in crucem ascendi mitis, & humilis corde. Hunc ergo ascensum meum futurum dixi, nec quisquam amicorum dubirauerit, quin dixerim tibi. Si enim ipsis amicis dixit: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, & alia multa ad hunc sensum pertinentia, imo si & inimicis dixi: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, quanto magis ó charissima dixi, aut dicere debui, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odores tui sicut malorum; guttur tuum, sicut vinum optimum? Hoc erat dicere, exaltabor in crucem victoriosam, & moriendo morte rructuosa, operabor velociter salutem omnium credentium, & deinde doctrina tua, doctrina legalis, atq; Euangelica, tempore opportuno palam prędicabitur, sicut in autumno dulces botri comeduntur, & bonus vbiq; diffunditur odor bonorum operum tuorum, & dulcissimum atque delectabile mihi erit eloquium tuum sicut vinum optimum.

Quid palmes mystice significet. Caput V.

Augustī.

PAlmites mystice Christi designāt discipulos, iuxta illud Euangelicū: Ego sum vitis, & vos palmites &c. Diuus Augustī, tractatu lxxxi. in Ioannem hoc pacto scribit. Quum adhuc de seipso, qui est vitis, & de suis palmitibus, hoc est discipulis loqueretur: Manete (inquit) in me, & ego in vobis. Nō eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Vtrunq; autem prodest, non ipsi, sed illis. Ita quippe in vite sunt palmites, vt viti non conferant sed inde accipiāt vnde viuant, ita vero vitis est in palmitibus, vt vitale alimentum subministret eis, nō sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest vtrunq;, nō Christo. Nam præciso palmite, potest de viua radice alius pullulare, qui autem præcisus est, sine radice non potest viuere. Deniq; adiungit, & dicit: Sicut palmes nō potest ferre fructum à semet ipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Magna gratiæ commendatio, cor- Rom.10.a
da instruit humilium, ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeant, qui ignorātes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Eoce cui respondeant sibi placentes, & ad bona opera facienda deum sibi necessarium nō putantes. Nonne huic resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, qui respōdent, & loquuntur iniquitatem dicentes: A deo habemus, ꝙ homines sumus, à nobis ipsis autem, quod iusti sumus. Quid dicitis, quid vos ipsos decipitis, nō assertores sed præcipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis per inania pręsumptionis in profunda submersi? Nempe vox vestra est, quod homo ex semetipso facit iustitiam. Hoc est altum vestræ elationis, sed veritas cōtradicit, & dicit. Palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite. Qui ergo à semetipso se fructum existimat ferre, in vite non est, qui in vite non est, in Christo non est, qui in Christo non est, Christianus non est. Adhuc veritas adiungit, & dicit: Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Ne quisquā putaret saltem paruum aliquem fructum posse à semetipso palmitem ferre, non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere, quia & si parum attulerit palmes, eum purgat

Universidad de Deusto
Biblioteca

agricola,vt plus afferat,tamen nisi in vite manserit & vixerit de radice,quantumlibet fructū à semetipso non potest ferre. Quamuis autem Christus vitis non esset,nisi homo esset,tamen istam gratiam palmitibus non præberet, nisi etiam Deus esset. Verum quia ita sine ista gratia non potest viui,vt mors in potestate sit. Si quis(ait)in me non manserit,mittetur foras sicut palmes,& arescet,& colligent eum,& in ignem mittent,& ardet. Ligna itaq; vitis tanto sunt contemptibiliora,si in vite non manserint quanto gloriosiora si manserint:deniq; sicut de his etiam per Ezechielem prophetam dominus dicit,præcisa nullis agricolarū vsibus prosunt,nul-

Rupertus lis fabrilibus operibus deputantur. Vnum de duobus palmiti congruit,aut vitis,aut ignis. Si in vite non est,in igne erit. Vt ergo in igne nō sit,in vite sit. Et Rupertus eadem verba exponēs hoc pacto scribit: Ego sum vitis &c. Ecce per similitudinē notæ, & visibilis rei, suæ passionis demonstrat vtilitatem,vt iam ex hoc mundus cognoscere incipiat,cur mandatum dederit illi patet,cur ad eum principem mundi huius venire permittat,in quo princeps ille non habeat ququam,id est,cum illum ad crucifigendum,vel occidendum tradat pater,qui nullā habeat mortalitatis causam. Ego sum vitis vera,& pater meus agricola est. Nonne(inquit)vitis, quum sit nigrum,& hispidum,aridiq; corticis lignum,vt palmites suos latius extendat,& suauem in tempore suo botrum proferat,vino cor hominis lætificatura: nonne inquam propter hoc agricolæ studio plantatur in terra,prius hyemis horrorem,imbriūq; passura molestias? Et ego vti

Cant.1.d. q; vitis vera sum,vera inquam vitis,scilicet ad distinctionem vitis alienæ,id est,gentis huius Sodomiticæ,de qua Moyses in Cantico suo. De vinea(inquit)sodomorum,vinea eorū,& de suburbanis Gomorræ. Vua eorum vua fellis,& botrus amaritissimus. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Igitur me vitem adeo veram,vt is qui venit princeps mundi huius(sicut paulo ante dixi)non habeat in me quicquam. Idcirco pater meus agricola cœlestis, in hoc mundo plantare,& sæculo passionis colere dignum duxit, vt palmites meos, quorum primi vos estis,latius extendam,& post horridam quę nunc instat tribulationis,& mortis hyemem,suauem botrum,id est,gratiam resurrectionis proferam,quo per fidem prægustato,spō sa dicat in Canticis: Botrus Cypri dilectus meus in vineis Engaddi. quomodo autem nonnūquam vitis eodem ex stipite,tam steriles,quam fructuosos palmites emittit, sed intus agricola sterilem amputat,omnemque fructiferū purgat,sic eadē ex fide,vel confessione nominis mei, tam reprobis compluribus,q̄ electis pullulātibus,pater meus,huius vitis agricola facturus est. Nam omnem palmitem in me non ferentem fructus,tollet eum: & omnem quifert fructum, purgabit,vt fructum plus aferat. Ecce Iudam filium perditionis palmitem inutilem imo & dānosum vermem,radici huius vitis imminentem,videtis qualiter amputauit,traditum Sathanę vt continuo deportetur in ignem gehennæ. Vos palmites residuos, qui hactenus fructū fertis aliquantulum, euangelizantes,& curantes vbiq;, veruntamen in vna tantum Iudæorum gente: vos inquam qui fructum plus afferatis,ecce purgat agricola participatione passionis,& mortis meæ,vt compluti sanguine meo suauem excipiatis austrum,id est,spiritum sanctū, quē dat vobis in remissionem peccatorū. Et infra. Manete in me,& ego in vobis. Sicut palmes nō

Iohan.15.a. potest ferre fructum à semetipso,nisi manserit in vite,sic nec vos nisi in me manseritis. O quam terribilem cunctis præsumptoribus humanæ potestatis inopiam,quam veram corporis Ecclesiæ caput eius Christus dominus commendat,& defendit vnitatem: Manete(inquit)in me,& ego in vobis. Quid enim? Videntur sibi nimij assertores liberi arbitrij, non indigere auxilio antis,& miserantis gratiæ Dei tanquam volentes,& currentes,sua velocitate vitæ sempiternę fructum comprehendere possint. Sed dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso,nisi manserit in vite,sic nec vos nisi in me manseritis. Ergo præsumptores,& superbi palmites mali,horrida manu agricolæ iure tollendi estis: nisi omnem pulchritudinē,omnēq; fructuum venustatem,non ex vobis,sed ex vitis intima radice procedere confessi fueritis. Itemq; & vos o schismatici ab Ecclesiæ corpore vos precidentes, & proprijs adinuentionū vestrarū sarculis præcisi,nolite putare,q; vitalem fructum ferre possitis. Quis enim vitis & palmitū eius nesciat vnitatem? Quandiu palmites in vite manent tandiu ascendentē per venas intimas geminum radicis eius humorē bibunt,& viuūt,florentq;,& flores fructus parturiunt. At vero si de vite palmes excisus fuerit,iam boni succi eius particeps esse non potest,ideoq; speciem quidem palmitis habet,sed nec viuit,nec vsum habet alium,nisi vt in ignē mittatur,& ardeat. Hęc ergo ipsius domini,& discipulorū eius idonea similitudo data est. Quamdiu enim per vnitatē fidei magistro cōcordant veritatis,mandatam dilectionem seruantes,idipsum sentiendo cōs in Christo manent,& singuli de spiritu eius viuētes,internæ veritatis gratiā habent,viuitq; in salutem communicantium illis, q̄dcunq; celebrant sacramētū in Ecclesia Christi. Christus nāq; in eis lo

in eis loquitur,& quicquid ab eis fit,à deo factum, & spiritu eius confirmatum esse recte creditur. At vero vbi dissentientes, seque per hæreses,& schismata ab vnitate fidei diuidentes,à Christo præcidunt,mortuum est eorum omne verbum, & sacramētum, & quicquid agere vi 2.Tim.3.a
detur infectum,quicquid sacrificare putāt,pollutum est. De qualibus Apostolus dicit: Habentes quidem speciem pietatis,virtutem autem eius abnegantes. Verbi gratia baptismum aquæ visibiliter conferre possunt,sed eum in quo tota consistit virtus Baptismi,spiritūsanctum conferre nequeunt. Eis tamen,qui ab illis baptizantur,si reuertantur ad ecclesiam catholicam,nō repetitur lauacrum carnis,si tātum baptizati sint in nomine patris,& filij,& spiritussancti, q̄d multi hæretici,& hæresiarchę fecerunt,& alio nihilominus erroris ferramento p̄cisi sunt. Nō inquam eis repetitur baptismus aquæ visibilis,sed tantum per catholicæ fidei professionem, perq; sanctæ ecclesiæ reconciliationem,veræ viti,id est,Christo inseruntur,& ita sanctum accipientes dilectionis spiritum virescunt,& fructum salutarē facere possunt. Igitur à vitæ,& manentibus palmitibus sumpta similitudine,sui discipulorumq; secum manentium in vno dilectionis spiritu: Manete(inquit)in me,& ego in vobis,videlicet,sicut palmites manent in vite, vt maneat pinguedo vitis in palmitibus. Non enī quia genuinus humor vitis in palmites se diffudit,idcirco palmites in vite manent,sed quia palmites manent in vite,idcirco vitis illos participes efficiat pinguedinis suæ. Ita nimirum non quia spiritus dilectionis de vera vite Christo in cunctos palmites suos diffunditur,& vniuersam ecclesiam toto orbe plantatam gratię sempiternæ fructuosis onustat charismatibus: non inquam idcirco singuli palmites in eadem vite manemus, alioquin nunquam aliquis p̄cideretur,quia nunquam deest huic viti pinguedo sanctispiritus,sed quia singuli per vnius veræ & catholicæ fidei cōfessionem in Christo manemus,idcirco spiritus eius omnes participes sumus,& viuit omne sacramentum,quodcunq; nos, imo ipse per nostrum ministerium operatur. Recte ergo non ait maneam ego in vobis,& vos in me: sed prius,manete(inquit)in me,deinde,& ego in vobis, & vt plenius notum faciat,quā vere necessarium sit nobis manere in illo,vt maneat ipse in nobis: sicut palmes(inquit)non potest ferre fructum à semetipso,nisi manserit in vite, sic nec vos,nisi in me manseritis. Eant igitur,& fructum ferre gestiant plantaria mortis,& surculi æternis ignibus deputati,Cherintus videlicet,& Arrius,cæteriq; ficti,quos spiritus disciplinę sanctus effugit. Nam qnicquid apud eos agitur,quodcunq; quasi sacrum,vel sacramentum celebratur,tam vero verbo vitæ,& spiritu veritatis caret, quàm vere palmes,nisi manserit in vite,fructū ferre nō potest quàm vere manus abscissa à corpore,viuere, vel operari non valet. Sequitur: Ego sum vitis,vos palmites. Idcirco repetiuit,quod iam ante dixerat: Ego sum vitis, vt manifestius exprimeret,quod nondum fecerat,quos vellet intelligi palmites. Nam supra dixit: Ego sum vitis,pater meus agricola est,nunc autem: Ego sum(inquit)vitis,vos palmites. Et adiecit: Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum,quia sine me nihil potestis facere. Propterea dixi(inquit)manete in me,& ego in vobis,quia qui manet in me, & ego in eo,hic fert fructū multum. Idcirco(inquam)dixi: manete in me,quia sine me nihil potestis facere. Parum est autē,eum palmitem,q non manet in vite,nihil posse facere. Sed quid? Si quis in me non manserit,mittetur foras,sicut palmes,& arescet,& colligent eum,& in ignem mittent,& ardet. Non solū nihil facit palmes excisus,sed & de illo nihil fit. Verbi gratia,non vasculū,aut paxillus,vel cuiuslibet artis,aut operis instrumentum, nec omnino quicquam est propter quod illum sumere libeat artificem lignarium. Vnde ad prophetā Ezechielem dominus dicit: Fili hominis,quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorum,quæ sunt inter ligna syluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus,aut fabricabitur de ea paxillus,vt dependeat in eo quodcūque vas? Ecce igni datum est in escam. Huic sententiæ propheticę consentit Apostolus,nō vt existimauit Nouatus,pœnitentiæ remedium,lapsis denegans,sed difficultatem renouationis eorum qui alta sapientes, de hac vite p̄cisi,& hæresiarchæ facti sunt,terribiliter pronuncians. Impossibile est enim,inquit, eos qui semel sunt illuminati,gustauerunt etiam donum cœleste,& participes facti sunt spūssancti,gustauerūt etiam nihilominus bonum dei verbū,virtutesq; seculi venturi,& prolapsi sunt, Heb.6.a renouari rursus ad pœnitentiam,rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei,& ostētui habentes. Quam enī hic aliam desperationem pœnitentię docet Apostolus,nisi ipsam de qua ad Timotheum scribēs: Hæreticum(inquit) hominem post vnam,& secundam commonitionem deuita, sciens,quia subuersus est,qui eiusmodi est,& delinquit, quum sit proprio iudicio cōdemnatus. Igitur de illo,qui se ab vnitate veræ vitis,id est,Christi præcidit,hæreticus, vel hæresiarches factus vno ore, parilique sensu consonant Christus, Propheta,& Apostolus: Christus enim: Si quis in me non manserit(inquit)mittetur foras sicut palmes,& arescet. Et colligent eum,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ignē mittent,&ardet.Propheta aūt:Nunqd(ait)tolletur de ea lignū,vt fiat opus aut fabricabitur de ea paxillus?Ecce igni datū est in escā.Deniq; de illo q̄ nunq̄ vitis.i.Christianę fidei professus est speciem siue decorem,idē q̄ de agresti ligno sperari potest scilicet q̄ aliquod vas fieri,aut paxillus possit fabricari vtilis domui Dei.De illo vero qui insertus eidē verę viti,bonū radicis eius succum gustauit,& particeps(sicut iam dictus Apostolus ait)factus est spiritus sancti,gustando bonum dei verbum,virtutesq; sæculi venturi,de illo inquam,quum præcisus,vel prolapsus est,hoc solum restare putandum est,vt colligatur,& in ignem mittatur,& ardeat: quia videlicet iuxta alium Euangelij locum,tale eius peccatum est,quod non remittatur,neq; in hoc seculo,neq; in futuro.

Quid palpebræ Dei & hominum mistice significent. Cap.VI.

Gregorius QVid palpebræ Dei mystice significent,diuus Greg.libro Moralium xxviij.Ca.viij.exponens illud Psalmiste,Palpebræ eius interrogāt filios hominum:Palpebris(inquit)apertis cernimus,clausis nihil videmus.Quid ergo per palpebras Dei, nisi eius iudicia accipimus? Quę iuxta aliquid clauduntur hominibus,iuxta aliquid referantur,vt homines qui se nesciunt, semetipsis innotescant,quatenus,dum quædam intelligendo comprehendunt,quædam vero cognoscere omnino non possunt, eorum corda sese latenter inquirant, si illos diuina iudicia,vel clausa nō stimulāt,vel aperta non inflant. Hac em̄ interrogatione Paulus probatus est, 2.Cor.15.b qui post perceptam internam sapientiā,post aperta claustra paradisi,post ascensum tertij cœli, post supernę locutionis mysteria adhuc dicit:Ego me nō arbitror cōprehendisse. Et rursum, Ego sum minimus apostolorū,qui non sum dignus vocari apostolus.Et rursum:Non qa sufficientes sumus aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est:apertis ergo palpebris Dei interrogatus Paulus,recte respondit,quia,& superna secreta attigit,& tamē in humilitate cordis humiliter stetit.Qui rursum, quum secreta dei iudicia de repulsione Iudæorum,& gentium vocatione discuteret,atq; ad ea peruenire non posset, quasi clausis Dei palpebris interrogatus est.Sed rectum valde responsum reddidit,qui deo se in ipsa sua ignorātia scienter inclinauit,dicens:O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei,quam incōprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius.Quis enim cognouit sensum domini,aut quis consiliarius eius fuit?Ecce enim absconsis mysterijs,quasi clausis palpebris inquisitus placita,ac recta respondit,qui secreti aditum pulsans,quia per cognitionem intromitti ad interiora non valuit,per confessionem ante ianuas humilis stetit,& quod intus comprehendere nō Iob.16.c. potuit,foris timendo laudauit.Et libro xiij.Capite.xi.exponens illud Iob, Et palpebræ meæ caligauerunt:Palpebræ(inqt)recte apellati sunt,qui ad prēuidenda pedum itinera vigilāt.Sed qa occulta Dei iudicia nec ꝑpositi vigilantes intelligunt,palbebræ sanctæ ecclesiæ caligant,id est occulta omnipotentis Dei iudicia mirantur, sed penetrare nequeunt. Et libro .xxxiij. ca. xxxv.exponens illud Iob,Et oculi eius,vt palpebræ diluculi:Per oculos(inquit)qui inhærentes capiti vtilitati visionis inseruiūt,nō immerito eius cōsiliarij designant,q; dū puersis machinationibus,q̄ iniquiter agēda sunt,fuident,malignis eius operarijs,quasi oftēsum pedibus it̄ ꝑbēt. Qui recte palpebris diluculi cōparātur.Palpebras nāq; diluculi extremas noctis horas accipimus,in quibus quasi nox oculos aperit,dum venturæ lucis iam initia ostendit.Prudētes igit̄ sæculi malitiæ Antichristi peruersis consilijs inhærentes,q̄si palpebræ sunt diluculi,qa fidem,quā in Christo inueniunt,quasi erroris noctē asserunt.& venerationem Antichristi verū esse manepollicentur.Spondent enim se tenebras repellere,& veritatis lucē signis clarescentibus nunCassiodo. ciare,quia nec persuadere q̄ volunt,possunt,nisi exhibere se meliora fateantur.Et Cassiodorus exponens illud Psalmiste: Palpebræ eius &c.Palpebræ(inqt)dictæ sunt à palpitādo.Sūt enim quædam luminū thecæ:& quasi folles oculorum:quas claudimus dormitēres, vt fatigatū corpusculum reparare possimus.Ergo quia in domino mēbrorū ministeria per allegoriā frequenAugustinus ter aptantur:dicit eum non solū,quādo intendit oculis:sed etiam tunc requirere id est considerare filios hominū:quum ea negligere,quasi dormiens,estimatur.Et diuus Augustinus:Palpebræ eius interrogāt filios hominū.Hic filios hominū,illa regula libenter acceperim,de veteribus regeneratos p fidē.Hi quippe quibusdam scripturarū locis obscuris tanquam clausis oculis Dei exercentur, vt q̄rant.Et rursus quibusdam locis manifestis,tanquam apertis oculis Dei illuminātur,vt gaudeāt.Et ista in sanctis libris crebra apertio,atq; adapertio,tanq̄ palpebrę sunt dei.Quæ interrogant.i.quæ probant filios hominū, qui neq; fatigantur rerum obscuritate, Hieronym. sed exercentur,neq; inflantur cognitione,sed confirmant. Et diuus Hierony. exponēs illud Prouerbiorum: Oculi tui recta videant,& palpebræ tuæ p̄cedant gressus tuos. Iter iustitię,quo ingredi

ingredi debeas,diligenter edisce: & in cunctis,quæ agere disponis,solicitus ad quem sint finē ventura,præuide.Hoc est enim palpebras recta videntium oculorum, tuos præcedere gressus, bonum opus quod acturus es sedula cogitatione præuenire,& quia secundum Deum sit meditando præuidere.Item palpebræ gressus præcedunt, quum operationem nostram confilia recta præueniunt. Qui enim negligit considerando præuidere quod facit,gressus tendit, oculos claudit,pergendo iter conficit:sed præuidendo sibimetipsi non antecedit,atq; ideirco citius corruit:quia quo pedem operis ponere debeat,per palpebram consilij non præuidet.

Quid panis mystice significet. Caput VII.

QVid panis mystice significet,diuus exponit Gregorius libro Moralium vigesimotertio, Gregorius capite vigesimoquinto,exponens illud Iob, Abominabilis ei fit in vita sua panis:In scriptura(inquit)sacra panis,aliqñ ipse dominus, aliqñ spiritalis gratia,aliquando diuinæ doctrinæ eruditio,aliquando hæreticorum prædicatio,aliquando subsidium vitæ præsentis,aliquando iocunditas humanæ delectationis accipitur:In pane dominus signatur:sicut ipse in Euan- Iohan. 6.Cr gelio dicit:Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Rursum per panem gratia doni spiritalis accipitur,sicut per propheram dicitur: Qui obturat aures suas,ne audiat sanguinem,& claudit oculos suos ne videat malum,iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius,panis ei datus est.Quid est enim obturare aures suas, ne audeat sanguinem,nisi peccatis suadentibus, quæ de sanguine & carne nascuntur,non præbere consensum? Et quid est, ne malum videat, oculos claudere, nisi omne quod rectitudini aduersum est, non approbare?Iste in excelsis habitat,quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit.Munimēta saxorum sublimitas eius,quia qui obiecta desideria terrenæ conuersationis calcat,ad supernam patriam per præcedentium patrum exempla se subleuat.Et qa per contemplationis donum gratia spiritali satiatur,apte subiungitur:Panis ei datus est,id est, refectionem spiritalis gratię percipit,quia se à bonis infimis cœlestia sperando sustēdit. Hinc etiam de sancta ecclesia per Dauid dominus dicit: Pauperes eius saturabo panibus:quia in illa mentes humilium positæ,spiritalium implentur refectione donorum.Rursum per panem diuinæ doctrinę eruditio designatur:sicut per prophetam dicitur: Qui habitatis in terra austri, cum panibus occurrite fugienti.In terra quippe austri habitant, qui in sancta ecclesia positi,superni spiritus charitate perflantur. Fugit autem,qui huius mundi mala euadere concupiscit. Qui ergo in terra Austri habitat,fugienti cum panibus occurrat, id est,is qui iam sancto spiritu intra ecclesiam plenus est:eum qui mala sua euadere nititur,eruditionis alloquio consoletur. Fugienti scilicet cum panibus occurrere, est metuenti æterna supplicia, doctrinæ sacræ escas offerre:& modo rumorem terrore comprimere,modo pauore exhortatiōe refouere. Quia panis refectio scripturæ sacræ non inconuenienter accipitur: per eundem prophetam Iudæis Esai.55.a solam literam seruantibus dicitur:Quare appenditis argentum,& non in panibus? Ac si dicret:Pensatis sacra eloquia,sed non in refectione, quia dum solam literæ speciem custoditis,de spiritali intelligentia pinguedinem internæ refectionis amittitis.Vnde illic apte subiungitur: Et laborem vestrum non in saturitate.Rursum per panem hæreticorum prædicatio designatur,sicut per Salomonem mulier hæreticę Ecclesię typum gestans,& stultos conuocans dicit: Panes occultos libenter edite. Vel sicut in nostra translatione scriptum est: Aquæ furtiuę dulciores sunt,& panis absconditus suauior.Sunt enim nonnullæ hæreses,quę aperte metuūt fidi Prou.9.a care,quod sentiunt,& apud infirmorum mentes verba sua tanto magis condiunt,quāto quasi amplius reuerenter abscondunt. Vnde non immerito dicitur Panes occultos libenter edite. Miseris em̄ cordibus occulta hęreticorū verba eo magis sapiunt,q̄ cum reliquis cōmuniter nō habentur.Rursum per panem subsidium p̄sentis vitę accipitur, sicut Iacob ad Laban transiēs, ait:Dñe deus,si dederis mihi panem ad manducandū,& vestem ad induendū.Et sicut in euangelio dñs turbis se sequentibus dicit:Quæritis me, non quia vidistis signa:sed quia māducastis ex panibus meis,& saturati estis.De septē enim panibus fuerant saturati.Et per eorū personā dñs illos intra sanctam ecclesiā detestatur,qui p sacros ordines ad dñm propinquantes,non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt:nec cogitāt quid viuendo imitari debeant,sed quę compendia percipiendo satientur.Satiatos quippe de panibus dñm sequi,est de sancta ecclesia tēporalia alimenta sumpsisse.Et non pro signis est dñm,sed p panibus quærere,ad religionis officium nō pro augendis virtutibus,sed pro requirendis subsidijs inhiare.Rursum per panem iocūditas hūanæ delectationis accipitur.Vnde Hieremias propheta quum synagogæ perditos mores deflereꝛ,dixit:Omnis populus eius gemens,& q̄rens

panem

Universidad de Deusto
Biblioteca

panem: dederunt preciosa quæq; pro cibo ad refocillandam animam. Gemens enim populus quærit panem, dum praua hominum multitudo affligitur: quia non ad votum de præsentis vitæ iocunditate satiatur. Sed & preciosa quæq; pro cibo dat: quia virtutes mentis in appetitu delectationis transitoriæ inclinat. Et refocillare animam nititur: quia peruersis suis desideriis satisfacere conatur. Vnde bene mox ex voce illic electæ multitudinis subdit: Vide domine, & considera: quia facta sum vilis. Vilis quippe plebs dei efficitur, quando prauorũ numero crescente, in eis nõ summa, & cœlestia: sed abiecta, & terrestria sectatur. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ: Et nobiles eius interierunt fame. Quod autem (inquit) omnis sermo doctrinæ panis appelletur & aqua, illud docet euangelicum: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore dei. Et quicunq; biberit de aqua, quam dedero ei, non sitiet in æternum. Et in Psalmo dicitur: Super aquas refectiõis educauit me. Vnde dominus nõ vult esurientes in eremo dimittere, ne lassentur, & corruant, & interficiantur fame. Et de iusto viro dicitur: Iuuenis fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Illud autem Ecclesiastis: Mitte panem tuum super aquam, require in dictione, Imber. Et exponens illud Ezechielis: Panem suum esurienti dederit. Per quod (inquit) docemur eleemosynam non saturis faciendam, sed esurientibus, nec dandum panem his qui ructant plenitudine, sed his qui inanitate cruciantur. In pane autẽ omnis continetur cibus. Et significanter dicitur, suum: ne de rapinis, & vsuris, & alieno malo quæsitum panem vertamus in misericordiã. Redemptio enim animæ viri, propriæ diuitiæ. Quod multos facere conspicimus, clientes, & pauperes, & agricolas, vt taceam de militantium, & iudicum violentia: qui opprimunt per põtiam: vel furta committunt, vt de multis parua pauperibus tribuant, & in suis sceleribus gloriantur. Publiceq; diaconus in ecclesijs recitet offerentium nomina, tantum offert illa, tantum ille pollicitus est: placentq; sibi ad plausum populi, torquente eos conscientia. Damurq; materiam miseris, vt gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint. Melius autem est, vt intelligamus panem iusti eũ esse, qui dicit: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: & quem in oratione nobis tribui deprecamur: Panem nostrum substantiuũ siue superuenturum da nobis: vt quem postea semper accepturi sumus, in præsenti seculo quotidie mereamur accipere. Hunc panem iustus esurientibus tribuit: de quibus scriptum est: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Quia qui iustus est, communem omnium panem, suum facit propriũ: qui defecerat in Iudæa, propheta dicente: Auferam ab eis fortitudinem, siue baculũ panis. Hoc quod loquimur, si tamen Christi sumus, imo quod propheta commemorat, panis credentium est, & esurientium. Qui omnino non dandus est his, qui manducauerunt, & biberunt, & saturati sunt, & incrassati calcitrauerunt: de quibus dicitur: Væ qui saturati estis nunc: quia esurietis. Ne euomant illũ, dicente Salomone: Euomet eũ, & cõtaminabit sermones tuos bonos. Quod alijs verbis saluator loquitur: Ne detis sanctum canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos. De pane cælesti q est Christi corpus, plura habes in dictiõe, Manna in multis capitulis.

Iohan. 4. b.

Iohan. 6. c.

Paradisus quid mystice significet, require in dictione, Hortus, & in dictione Malũ punicũ.

Quid papyrus mystice significet. Caput VIII.

Esai. 18. a

QVid papyrus mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium xiij. capite septimo, enarrans illud Esaiæ, Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ, quæ mittit in mari legatos, & in vasis papyri super aquas: Terra quippe, cui væ dicitur, ille principaliter homo damnatus est., qui alarum cymbalum vocatur, quia hi qui per superbiã in altitudinem cogitationis euolant: eundem peruersum hominem prædicando sonant. Quæ scilicet terra recte trans flumina Aethiopiæ esse perhibetur. Aethiopia etenim nigrum populum mittit: & omnem hominem mundus iste, quia peccatorem profert, quasi nigrum Aethiopia populum parit. Sed terra, cui væ dicitur: trans flumina Aethiopię esse perhibetur: qa damnatus ille homo tanta immensitate iniquus est, vt omnium peccantium peccata transcendat. Qui mittit in mari legatos: quia prædicatores suos in seculo spargit. De quibus recte subditur qualiter mittantur: dum dicitur, In vasis papyri super aquas. Ex papyro quippe charta est. Quid itaq; per papyrum: nisi secularis scientia designatur? Vasa ergo papyri sunt corda doctorum secularium. In vasis igitur papyri super aquas legatos mittere, est prædicationem suam in sapientum carnalium sensibus ponere: & defluentes ad culpam populos vocare. Qui ergo illic per vasa papyri: ipsi hic, quia carnaliter vident, per oculos designantur. Alij (vt inquit Hieronymus) putant, quod apostropha dirigatur ad dominum, & fit sensus: O deus qui mitti sinis mare seculi istius prophetas, & quasi per epistolas nauigantes populum commoneas, tuis imperas nuncijs: Ite velociter ad gentem meam laceratam, atq; conuulsam &c. Quid

Quid paralysis & paralyticus mystice significẽt, diuus enarrat Hieronymus exponens illud Marci, Et venerunt ad eũ ferentes paralyticũ: Paralysis, inquit, typus est corporis, q̃ piger iacet in mollicie carnis, habens desiderium salutis, & corporis ignauia, & dupliscogitationibus, ac si enneruatus mẽbris offendit, quẽ portant quatuor virtutes cardinales ad regulas diuinitatis & sapientiæ in domo carnis Christi patefactas. Cui vice dicit muneris, portare carnẽ, q̃se portabat, vt per aliã viam tũ Magis in suam redeat regionẽ. Et Thomas exponens illud Euangelicũ, Dñe puer meus iacet in domo paralyticus: Paralytici qui nõ possunt mẽbra mouere sunt incõtinentes, qui ex infirmitate peccant. Puer ergo, inferior pars mẽtis, siue animæ iacet, qñ non potest sese erigere. Caro enim concupiscit aduersus spm̃. Et male torquetur. Si quidem q peccant ex infirmitate, quum ceciderint, ex dolore torquentur. Hæc ex illo. Sunt autem qui dicũt paralysim morbum esse, qui membra reddit mollia, atq; dissoluta, & dissipata. Quod merito peccantibus ex infirmitate conuenit, qui molles sunt, quoniam omni cedunt tentationi, atq; aduersitati. Et quia timoris, vel amoris non habent vinculum, dissoluti congrue dicũtur. Et qa peccantes ex infirmitate sæpius resipiscere proponunt à peccato, sed in bono non perseuerant proposito, propterea dici possunt dissipati, atq; confracti.

Mat. 8. a.

Pardus aũt quid mystice significet, Rupertus enarrat, exponens illud Apocal. Et bestia quã vidi similis erat pardo &c. Pardus in visione Danielis, vbi quatuor bestiæ grandes ascendebãt de mari diuersæ inter se, regnum significat Macedonum. Est autem bestia velocissima, quæ pręceps fertur ad sanguinem, & saltu in mortem ruit. Comparatur ergo illi regnum Macedonũ, regnum Alexandri, cuius victoris velocius nihil fuit: Quippe qui ab Illyrico, & Adriaco mari vsq; ad Indicum oceanum, & Gangen fluuium, non tam prælijs, quàm victoris percurrit, & sex annis Europæ partem, & omnem sibi Asiam subiugauit. Illi regno eiusmodi pardo similis erat, inquit, bestia, quã vidi: videlicet, secũdum malignitatem supradicti Antiochi, qui vt idem Daniel prædixit, magnificatus est vsq; ad fortitudinem cœli, siue vsq; ad principem fortitudinis, & ab eo iuge sacrificium tulit. Denicq; hoc plerics doctorum ita ad Antichristum referũt, vt quod sub illo Antiocho in typo factum est, sub Antichristo in veritate dicant esse complendum. Igitur similis erat pardo id est, complebit Antichristus illud quod per Anthiochum p̃figuratum est de illo: Et pedes (inquit) eius sicut vrsi. Vrsus in eadem Danielis visione regnum Persarum, atq; Medorum significat, videlicet propter eiusdem regni duritiam atq; ferocitatẽ. Illius vrsi pedibus, pedes huius bestiæ comparantur. Qui porro erunt huius pedes nisi nequitiæ eius satellites, pessimarum eius legationum per totum mundum ad effundendum sanguinem portitores? Et qui illius vrsi, scilicet illius regni Persarum, atq; Medorum pedes fuerunt, nisi complices Aman Agagite hostis Iudæorum, qui susceptas imo impetratas à rege crudeles epistolas de occidendis Iudæis, sæua mandata continentes, portare festinauerunt? Quod ergo dicit: Et pedes eius similes vrsi, id est, ac si diceret: & ministri eius, sicut Aman ad effundendum sanguinem erunt festini. Et os eius sicut os leonis. In eadem visione Danielis nõ Leo, sed quod sæuius est, Leæna regnum Babylonium significat, videlicet, propter sæuitiam eius & crudelitatem, siue propter luxuriam, & viram libidini seruientem. Igitur os eius sicut os leonis, videlicet, quum superba loquitur, atque crudelia, velut ille rex Babylonis, quum diceret: Et quis est Deus qui eripiat vos de manu mea? Et nota quod illic in visione Danielis, prima ponitur leæna, deinde alia similis vrso, deinde alia quasi pardus, deinde bestia quarta sine nomine terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis, hic autem ordine reciprocato regnum Antichristi primum, bestia dicitur nomine generali absque nomine speciali: deinde in ea similitudo pardi, deinde in pedibus eius similitudo vrsi, deinde in ore eius similitudo leonis. Per q̃d mystice apostasia diabolici spiritus, qui in homine illo totus redundabit, significatur, quam pertinax sit, malasuis reprocando, seq; in sua vestigia reuoluendo. Pardi quoq; sunt hypocritæ, ac discordes, vt diuus inquit Gregorius, & habes in dictione, Leo, capite decimonono. Et homilia xvi. in Ezechielem exponens illud Esaiæ: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Per sanctæ (inquit) charitatis viscera lupus cum agno habitat, quia hi qui in seculo raptores fuerunt, cũ mãsuetis, ac mitibus in pace cõquiescunt. Et pardus cum hœdo accubabit, quia is qui pctõrum suorum maculis varius fuit, cum eo qui se despicit, & pctõrem fatetur, humiliare cõscendit. Vbi & subditur: Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur. Quia & is qui per contritũ cor ad quotidianum se deo sacrificium præparat, & alius qui tanquã leo ex crudelitate sæuiebat, & alter qui velut ouis in innocentiæ suæ simplicitate perdurat, in caulis sanctæ ecclesiæ conuenerunt. Ecce qualis est charitas, q̃ per diuersitates mentiũ accenditur, concremat, conflat, & quasi in vnam auri speciẽ reformat. Sed in eo q̃ se electi sic amant, ad illũ necesse est vt festinent, quem æterno

Apoc. 13. a.

Dan. 7. b.

Esai. 11. b.

gaudio

Universidad de Deusto
Biblioteca

gaudio in cœlis videre mereantur. Vnus est enim dñs, ac redemptor noster, qui & hic electoꝝ suorũ corda ad vnitatem ligat, & ad supernũ amorem per interna desideria semp stimulat. Vñ & illic subditur: Et puer paruulus minabit eos. Quis iste ẽ puer paruulus, nisi de quo scriptũ est: Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Qui simul habitãtes minat, quia ne in terrenis rebus corda nostra inhæreant, hæ per internũ desiderium quotidie inflãmat. Et hoc ipsum eius minare, est ad suum nos amorẽ incessanter accẽdere, ne quum nos vicissim diligimus, mẽte in hoc exilio remaneamus: ne quies huius vitæ sic placeat, vt ad obliuionẽ patriæ perducat: ne
Psal.8.b. delectata mens prosperis torpeat. Vñ & donis suis flagella permiscet, vt nobis omne q̃d nos in
sæculo delectabat, amarescat, & illud incendiũ surgat in aĩo, quod nos semp ad cœleste desiderium in quiete excitet: atq; vt ita dicã, delectabilẽ mordeat, suauiter cruciet, hilariter cõtristet.
Ambrosius Hiere.13.b Puer ergo nos paruulus minat, quia is qui paulominus q̃ Angeli minoratus est, per charitatẽ, quã nobis tribuit, in hoc nos mũdo mentẽ figere nõ pmittit. De pardo require & in dictiõe, Hœdus. Et Ambro. lib. vi. Hexameron, ca. tertio. De pardi specie nec scriptura filuit, q̃ varietate coloris motus varios animæ suæ prodat. Dicit enim Hieremias: Si mutabit Aethiops pellem suam, & pardus varietatem? Non solum enim de figura, sed etiam de mobilitate furoris istud accipitur, eo quod tenebrosis, & inquietis ac mobilibus in fide mentis, atq; animi mutationibus decoloratus populus Iudæorum, boni propositi gratiam iam tenere non posset, nec
Cyrillus ad emendationem vllam, correctionemq; remeare, qui semel farinam induerit immanitatem. Et Cyrillus libro secundo dialogorum de trinitate. Si immutauerit (inquit) Aethiops cutem suam, & pardus maculas suas &c. Pardus (inquit) varijs notis, & oñigenis coloribus interstincto tergo est, illi vero (nempe hæretici Arriani) ĩnæqualem, & non cohærentem animum ha-
Gregorius bent, sermonem, quem in cordibus tenent, sursum mittunt &c.

Quid paries mystice significet. Caput IX.

QVid paries mystice significet, D. infinuat Grego. lib. Moral. xviij. cap. iij. exponens illud Ezechielis, Ipse ædificabat parietem, illi autẽ liniebant: Parietis (inquit) nomĩe, peccati duricia designatur. Aedificare ergo parietem, est contra se quempiam obstacula peccati cõstruere. Sed pareitem liniunt, qui pctã perpetrantibus adulantur, vt q̃d illi peruerse agentes ędificãt,
Cantic. 2.c ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Et exponens illud Canticorũ, Ecce ipse stat post parietem nostrum &c. Quasi post parietem nostrũ Christus incarnatus stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immẽsitatem, si ostenderet, infirmitas humana ferre nõ posset, carnis obstaculũ obiecit. Et quicquid magni inter homines operatus est, quasi post parietẽ latitans fecit. Per fenestras autem, & cancellos qui aspicit, partim videtur, partim veroꝛ se abscon-
Bernardus Can. 2.c. dit. Sic & dñs Iesus Christus, dum & miracula per diuinitatis potentiam fecit, & abiecta p carnis infirmitatem ptulit, quasi p fenestras, & cancellos prospexit: quia in alio lateris, in alio quis esset apparuit. Et diuus Bernar. sermone lvi. sup Cantica: Secũdum literam (inquit) videtur decere, quia is qui cum saltibus aduentare prospiciebatur, appropiasset vsq; ad cõtubernii sponsæ, & stans post parietem curiosius introspiceret p fenestras, & verecunde non prsumeret ese ingerere. Secundum autẽ spñm appropiauit parieti, quum adhæsit carni. Caro paries, & appropiatio spõsi, verbi incarnatio. Porro cancellos, & fenestras, per quas respicere phibetur, sensus (vt opinor) carnis, & humanos dicit affectus, p quos experimẽtum cœpit oĩm humanarũ ne-
Esai. 53.b cessitatum. Deniq; languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionibus, sensibusq; corporeis pro foraminibus vsus est fenestris, vt miserias hoĩm ho-
Heb. 5.c mo factus experimẽto sciret, & misericors fieret. Sciebat & ante, sed aliter. Sciebat deniq; virtutem obediendi ipse dñs virtutum, & tamen teste Apostolo didicit ex his quæ passus est obedientiam. In hunc modum & misericordiã didicit, & si misericordia dñi ab æterno. Docet hoc quoq; idem gentium doctor, vbi eum asserit tentatum per oĩa, pro similitudine absq; pcõ, vt misericors fieret. Vides ne factum esse quod erat, & quod nõ nouerat, didicisse, & sibi apud nos quæsisse ruinas, & fenestras p quas calamitates nostras diligentius exploraret? Tot autem in nostro ruinoso, & pleno rimarũ pariete inuenit foramina, quot nostræ infirmitatis & corruptionis in suo corpore sensit experimenta. Sic itaq; sponsus post parietem stans: & per fene-
Mat. 26.d. stras, & cãcellos respiciens erat. Et bene stans: quia solus reuera in carne stetit, qui carnis peccatum non sensit. Possumus & hoc fideliter sapere: quia stetit p diuinitatis potentiam, qui p carnis infirmitatem occubuit: dicente ipso. Spiritus quidẽ promptus est, caro autẽ infirma. Et Ecce pertus. En ipse stat post parietem nostrum &c. Diligenter animaduertite, vt sciatis rem. Non enim res parua est, quam dico parietem nostrum, propter quem tam morose venit iste, qui & antequam veniret, festinus, & celer vocatus est, & quum venisset illud propter quod venerat,

tam cito, tam velociter operatus est. Quid eñ? Quam longũ expendit tempus in faciẽdo id q̃d de ipso scriptum est. A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius? Spacio annorum plusquam triginta duorum, tãtam exultando cucurrit viam, saliens, atq; transiliens, tãquam caprea, siue hinnulus ceruorum, de cœlo in vterum meũ, de vtero meo in crucẽ, de cruce in sepulchrum, de sepulchro rursus in cœlum. Propter quẽ ergo parietem nostrũ tãdiu moratus est, qui tã velox in opere est? Nimirum propter parietem inimicitiarũ, qui nõ de vno tantum originali peccato, verumetiam de multis actualibus peccatis congestus est. Eorũ videlicet actualium peccatorũ primum illud fuit: q̃ filij Iacob, filij Isaac filij Abrahę, ad quem primum repromissio facta fuerat, fratrem suum Ioseph per inuidiam in seruum vendiderunt, Gen.37.a & ille quatuordecim annis seruiuit. Quũ enim se decim esset annorum, tunc venditus est: & q̃s eductus de carcere, stetit in conspectu regis Pharaonis, triginta annorum erat. Itaq; sicut q̃dam loco iudex iustus. i. dominus dicit. Iuxta numerum dierum, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras: ita & illic iustum esse abitremur iudicium, vt diceret, Iuxta numerum quatuordecim annorum, quibus seruiuit venditus Ioseph, generatio pro anno imputabitur, & quatuordecim generationibus semẽ quod promisi patribus vestris, differetur, quod est Christus. Igitur ab Abraham vsq; ad Dauid gene Mat.1.a rationes quatuordecim, subauditur, & Christus non venit, & eo vsq; distulit cum iratus dominus: vnde & Moyses loco supra dicto congemuit. Porro Dauid, in quem generationes quatuordecim terminatæ sunt, quum iam & ipse promissionem accepisset eandem cum iuramento domini, peccauit & ipse non minus quã priores illi. Vriam Etheum percussit gladio, & vxorẽ eius tulit, & interfecit eum gladio filiorum Ammon. Itaq; nõ minus super ho iratsci debuit dñs, quam dudum fuerat iratus: & iccirco à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, ait, Generationes quatuordecim, subauditur, & Christus non venit. Porro in transmigratione Babilonis, quæ pœna fuit transmigratis illis, non minoris erat peccati, vel criminis, quod reges Iuda, maximeq; Manasses, sanguinem innoxium fuderant multum, donec implerent Hierusalem vsq; ad os, absq; peccatis suis, quibus peccare fecerunt Iudam, vt facerent malum coram domino. Igitur & à transmigratione Babilonis vsq; ad Christum generationes quatuordecim, subauditur, & non nisi post tot generationes idem Christus venit. Post huiusmodi parietem nostrum en ipse stat, id est, propter hæc & alia peccata generis nostri, cui repromissus fuerat, ipse iustas fecit moras. Stat (inquam) respiciens per fenestras nostri, cui repromissus fuerat, ipse iuxta fecit moras. Stat (inquam) respiciens per fenestras prospiciẽs per cancellos, id est, visitans nos per prophetas, memor nostri propter patres nostros. Nã fenestræ in hoc pariete fuerunt Moyses, & ppheræ, suo quiq; tẽpore intra multitudinẽ peccantiũ, in ipsa congerie peccatorũ claruerunt, parietẽ non ita contiguũ esse finentes, qn dilectus haberet aditũ, quo huc introrsus respiceret, & vocẽ audibilem daret, locutionẽ intelligibilẽ faceret. Porro cancelli, scilicet anterior pars ædificij, fuerunt Abraham, Isaac & Iacob primi patres grneris nostri, per quos in eo prospexit, quod propter eos misertus est nostri, recordatus est, quod eis promiserit, quid iuraverit, hoc est quod ipsa cecini: Suscepit Israel puerũ suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in secula. Et diuus Augustinus in enarratione Psalmi xcv. exponens illud Actuum: Percutiet te deus paries dealbate. Quid est (in- August.
quit) paries dealbatus, nisi hypocrisis, id est, simulatio? Foris lucet, intus lutum est.

Quid pascua mystice significent. Cap. X.

QVid pascua mystice significent, diuus insinuat Gregorius exponens illud Euangelicum: Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur & pascua inueniet. Ingredietur (inquit) ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem, pascua autem inuenietur in æterna refectione. Oues ergo eius pascua inuenient, quia quisquis illum corde simplici sequitur, æternæ viriditatis pabulo nutritur. Quæ autẽ sunt istarum omnium pascua, nisi interna gaudia semper virentis paradisi? Pascua nanq; electorum sunt, vultus præsens dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vitæ cibo satiatur. In istis pascuis de æternitatis satietate lętati sunt, qui iam laqueos voluptuosę tẽporalitatis euaserũt. Ibi hymnidici angelorum chori. Ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solemnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium. Ibi prouidi propherarum chori. Ibi iudex Apostolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, tantoillic lætior, quanto hic durius afflictus. Ibi confessorum constantia, præmij sui perceptione consolata. Ibi fideles viri, quos a virilitatis suæ robore voluptas seculi emolire non potuit. Ibi sanctæ mulieres, quę cum Gregorius loca.10.b
sexu & sexum vicerunt. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes, quos nec ætas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit. Quęramus ergo fratres charissimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc pascua, in quibus cum tantorum ciuium solemnitate gaudeamus. Ipsa nos lętantiũ festiuitas inuitet. Certe si cubi populus nundinas celebraret, si ad alicuius Ecclesiæ dedicationẽ denũciata solẽnitate cõcurreret, festinaremus omnes simul inueniri, & interesse vnusquisq; satageret. Graui se damno afflictum crederet, si solẽnitatem cõmunis lætitiæ non videret. Ecce in cœlestibus electorum ciuiũ lætitia agitur, vicissim de se omnes in suo conuentu gratulant, & tamen nos ab amore æternitatis tepidi, nullo desiderio ardemus, interesse tantæ solẽnitati non quęrimus, priuamur gaudijs, & lęti sumus. Et diuus Augustinus tractatu xlv. in Iohannẽ. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur &c. In hoc euidenter ostendit, non solũ pastorem, sed etiam oues intrare per ostium: Sed quid est, Ingredietur, & egredietur, & pascua inuenietur? Ingredi quippe in Ecclesiã per ostium Christũ valde bonum est: exire autem de Ecclesia, sicut ait iste ipse Iohannes euangelista in epistola sua: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nõ est vtiq; bonũ. Talis ergo egressus non posset à bono pastore laudari, vt diceret, & ingredietur, Et egredietur, & pascua inueniet. Est ergo aliquis non solum ingressus, verumetiã egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus: sed qd fit iste, laudabilis, & beatus egressus, possem quidem dicere ingredi nos, quando interius aliqd cogitamus, egredi aũt, quando exterius aliquid operamur. Et quoniam, sicut dicit Apostolus per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christum esse secundum ipsam fidem cogitare: egredi autem per Christũ secundum ipsam fidem etiam foris, i. coram hominibus operari: vnde & in Psalmo legit: Exiet homo ad opus suum: & ipse dñs dicit: Luceant opera vestra corã hominibus: sed plus me delectat, quod ipsa veritas tanquam pastor bonus, & ideo bonus doctor quodammodo, nos admonuit, quemadmodum intelligere debeamus, quod ait: Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, consecutus adiunxit: Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet & perdat, ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Videtur enim mihi dixisse, vt vitam habeant ingredientes, & abundantius habeant egredientes. Non autem potest quisq; per ostium, i. per Christum egredi ad vitam æternam, quæ erit & specie, nisi per ostium ipsum, hoc est, per eundem Christum in Ecclesiam eius, quæ est ouile eius, intrauerit ad vitam temporalem, quæ est in fide, ideo ait: Ego veni, vt vitam habeant, hoc est, fidem, quę per dilectionẽ operatur, per quam fidem in ouile ingrediuntur, vt viuant, quia iustus ex fide viuit. Et abundantius habeant, q perseueran do vsq; in finem, per illud ostium, i. per fidem Christi egrediuntur, quoniam veri fideles moriuntur, & abundantius habebunt vitam, veniendo quo pastor ille præcessit, vbi nunq; deinde moriantur. Quamuis ergo & hic in ipso ouili non desint pascua, quoniam ad vtrumq; possumus intelligere quod dictum est, & pascua inueniet. i. & ad ingressum, & ad egressum: tamen tunc vera pascua inuenient, vbi saturentur, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qualia pascua inuenit, cui dictum est. Hodie mecũ eris in paradiso. Et Chrysostomus: Ego sum &c. Hoc est, securus erit, & liber. Pascua autem, & pabulum, ouium potestatem, atq; libertatem signat, hoc est, nemo eum inde expellit: quod & Apostolis vsu venit, qui audenter ingressi sunt, & egressi, tam quam vniuersi orbis domini, & à nemine eĳci potuerunt. Et Cyrillus: Per me si quis introierit &c. Quanta maneat eos vtilitas, qui per Christum introierint, quamuis per hunc introitũ bonorum cumulus ipsis accedat, manifestius exprimit Christus his verbis: qui vt summe bonus, quum nostri non indigeat, tamen pollicitationibus & promissis non desinit nos prouocare, vt suæ bonitatis ad eum venientes efficiamur participes, & consortes. Quisquis itaq; introierit per Christum, saluabitur, quia ipse fons est salutis in totum orbem diffusus, per quẽ omnes deriuatur veræ salutis gratia. Ipse venit in hunc mundum peccatores saluos facere, & vt saluum faciat populum à peccatis eorum. Ille itidem ingredietur per bonos, & pulchros cogitatus, interiorem componens hominem, & animi penetralia cum intima pace, & tranquillitate subiens. Egredietur vero, per exteriorum bonorum operum exercitium, quæ alijs cedãt in profectum & exemplum, & per exterioris etiam hominis, & membrorum, quæ sunt super terram, mortificationem. Pascua demum inueniet æternæ felicitatis in futuro seculo: nõ hyberno marcentia frigore, sed perpetua viriditate florentia, vbi copia rerum sine penuria, fertilitas sine sterilitate, exuberantia bonorum omnium sine indigentia: vbi canet cum Prophetа. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meã conuertit. Et Theophylactus, Ego sum ostiũ &c. Qui ingressus, ingt, p meũ ostiũ, & oblatus patri, & ouis illius factus fuerit, saluabit, & non solum saluabitur, sed & ficut dominus magnam habebit securitatẽ. Hoc enim significat per hoc quod dicit, Ingredietur, & egredietur, sicut et apostoli ingrediebantur, et egrediebantur, corã tyrannis libere loquentes: nam et eiecti, læti erant, et inuicti. Et pascua, inquit, inuenient, hoc est, copiosum ci-

Augusti.

Mat. 5. b.

Mat. 7. d.

sum cibũ. Et alicr: Quia duplex est noster homo, internus, & externus, vt dicitur à Paulo. Ingreditur quidẽ ille, dixerit quis, qui curam egerit interni hois: & egredit iterũ, q mortificarit mẽbra supr terrã, & opera corporis in Christo. Talis igitur pascua inueniet, & in futuro sęculo, secundũ qd dicit propheta: Dñs regit me, & nihil mihi deerit &c. Et Rupertus: Per me si qs introierit &c. Ita distinguens non vni ouili duo ostia (qd vulgo facile est fieri) sed qd longe mirabilius est, vnũ ostiũ duobus ouilibus attribuit, vt necessario cõsequat, qd dicturus est paulopost: Et fiet vnũ ouile, & vnus pastor: Et ingredietur (inquit) & egredietur, & pascua inueniet. Olim quicunq; ingrediebatur siue indigena Israelite, siue aduena proselytus, pascua legis, & prophetarũ inueniebat, sed egrediẽs, qa paradisus nondũ reseratus erat, egrediẽs inquã à pśentivita, pascua non inueniebat. Deinceps aũt, si quis introierit (inquit) saluabit, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, quia videlicet & per fidem ingressus pśentis Ecclesiæ ouile, vir recta carpet, tam legalis doctrinæ, quã & Euangelicæ gratiæ, & egrediens per mortem carnis, statim delicijs perfruetur paradisi, cuius vsq; ad interiora iam peruium factum est hoc ostium, dominus Iesus per mysterium suæ sacrosancte passionis.

De eisdem pascuis. Cap. XI.

Scriptum quoq; est in psalmo: Dominus regit me (siue pascit me) & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit & c. vbi Cassiodorus hoc pacto scribit. Vir ille sanctissimus, q per gratiam baptismatis innouatus: pauperem se dñi, abiecta sæculi pompa, nosceba: in conscientiæ cubili lætus exultat: & à domino se protegi: iocunditate dulcissima profitetur. Dicit enim regi se à domino, vbi est defensio fortis, & magna securitas: vbi nemo metuit inimicum: vbi iam nullius sua imbecillitate turbatur. Addendo autem: Nihil mihi deerit: diuitias suas pauper ille nosebat: quum sibi à dño substantiam spiritualem crederet nihilominus conferendã. Sed audiamus in subsequentibus: quoniam sit dives ista paupertas, quæ tantis bonis repletur: quanta contineri regũ thesauraria non merentur. Quæ figura dicitur Synatrismos, latine cõgregatio: quoties multa in vnum colligũtur: & velut põdere facto, audientiũ animis offerũtur. Hoc schema, siue in laudibus, siue in vituperationibus inter oratores violentissimum haberi solet. In loco pascuæ ibi me collocauit. Primam partẽ munerum fidelis iste, quem diximus grauiter exponit: quod tamen ad vniuersalẽ Christi Ecclesiam merito cognoscimus pertinere. Afferit se ergo inlocis pascuæ constitutũ: non vnde caro, corpusq; saginetur: sed vnde anima cœlesti pabulo refecta: spiritualis lætitiæ nitore pinguescat. Illa enim Dei sunt pascua, quæ non ventris digestionibus dilabuntur: vbi iterum importuna nõ succedit esuries: sed anima, quum semel cœpit esse saturata: in idipsum cœlesti munere perseuerat. Locus autem iste, qui dicitur pabulorum: diuina lectio est. Nam sicut pecudum corporibus pinguedinem præstat ager depastus: ita & sermo diuinus animam nouit fideliter saginare meditatus. De his pascuis saturatus eructauit ille, qui dixit Deo: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel, & fauum ori meo. Et in EZECHIELE scriptum est: In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis erunt pascua earum. Ibi requiescent in hærbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel &c. Vbi diuus (ait) Hieronymus: Tunc educentur de tertis, vt inducantur in terram suam, quæ est terra viuentium, & ipse eas pascet in montibus Israel, de quibus loquitur Dauid: Leuaui oculos meos in montes, vnde venit auxilium mihi. Et non solum in mõtibus, sed in riuis, & in cunctis sedibus terræ, in pascuis vberrimis scripturarũ, & in monte excelso, de quo Esaias & Micheas plenius vaticinantur, siue in montibus excelsis Israel, Ibi requiescent in hærbis virentibus, & dicent: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit & cæ. Et pascentur in pascuis pinguissimis super montes Israel. Est infinita promissio, spesq; beatitudinis: quando ipse dominus pollicetur dicens: Ego pascam oues meas: & nequaquam eas committam malis pastoribus, & ego eas accubare faciam dicit dominus Deus, vt requiescant in sinu Abraham Isaac, & Iacob. Tunc quod pierat in gentium populis requiretur, & quod errauerat in hæreticorũ persuasione, reducetur, & quod confractum fuerat alligabitur, & quod contritum, atque infirmum, consolidabitur: vt impleatur quod scriptum est: Qui sanat infirmitates eorum, & alligat contritiones eorum. Cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Vnde & sanctus loquitur: Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et in tricesimoseptimo Psalmo pœnitens. Non est, inquit, pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et quod pingue (ait) & forte custodiam: ne vorętur à bestijs. Et pascet oues suas in iudicio: sciens cui ouĳ quæ pascua debeantur. Diuersæ enim sunt mansiones apud patrem, & nõ iudicat pater quemquam: sed omne iudicium dedit filio. Hæc aduersum pastores loquutus est: nunc loquit ad oues, id est, ad populũ, & ad vtriusq;

Psal. 22. a Cassiodo.

Hieronym.

Psal. 26. d. ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecoris gregem.i.ouiũ,& caprarũ,& non solũ ad oues,& capras,sed & ad arietes,& hircos,qui sunt in gregibus principes:quibus ait:Nonne vobis satis erat,quod bonis scripturarũ pascuis vescebamini:sed insuper reliquias pascuarũ vestrarum conculcabatis pedibus: Et quũ aquam eloquorũ dei purissimã biberetis,reliquas aquas pedibus turbabatis, vt populus meus cõculcata à vobis pascua,& turbidas aquas manducaret,& biberet. & vestro vitio, q̃ per se bonũ erat corruptũ,violatũq; susciperẽt. Quod & oẽs quidã hæretici faciunt,vt carpant eloqa scripturarũ,& quãtũ in se est,maculent. Sed & ecclesiastici viri,qui dogmatũ nõ custodiũt veritatẽ: sed de suo corde cõfingunt,magistramq; habent psumptionẽ suã,simili errore retinent. Qui quũ populo persuaserint vera esse q̃ fingunt:& in theatralem modum plausus concitauerint & clamores,immemores fiunt imperitiæ suæ,& adducto supercilio,libratisq; sermonibus,atque trutinatis,magistrorum sibi assumunt autoritatem.

Quid passer mystice sygnificet. Cap XII.

Hieronym. QVid passer mystice significet require in dictione Nidus. Et diuus Hieronimus exponens illud Psalmistæ:Et enim passer inuenit sibi domum &c.Interim(inquit) simpliciter interpretemur. Videte quid dicat.Desidero domine eternã taberna cula tua,concupiscit,& deficit anima mea in atria domini. Sedem aliquam,& nidulum animæ meæ, & corpori meo habere desidero. Aues q̃libere huc, atq; illuc vagantur,tamẽ postquã volauerint,habent locum,& nidulos vbi requiescant. Quantomagis anima mea,& caro mea debet sibi locum pparare,vbi possit requiescere? Nunc altius aliquid ascendamus. In domino(inquit)confido quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montes sicut passer. Videte ergo,quia nemo transmigrat in montes,nisi qui passer est.Sæpe passerem loco prudentiæ poni legimus. Ideo isti dicũt hæretici. Transi ad nos sicut prudens,quum eorum prudentia sit stulta.Et exponens illud Ecclesiastis: Et consurget ad vocem volucris(siue passeris.)Nec mirandum(inquit)si angeli tubam passeri comparemus,quum omnis vox ad Christum comparata,sit tenuis. Et quantum ego possum animo recordari,nunquam passerem in malã partẽ legisse me noui.Sed Cassiodorus exponens illud Psalmistæ:In domino confido &c. Ad persuasores hæreticos hic sermo dirigitur,qui volunt loqui quod impium est,vt contentionibus prauis seducant animas innocẽtes.Hic ergo vir fidelis dicit. Dum ego sim in religionis fixo cacumine constitutus quẽadmodum mihi suadetis, Transmigra in montem.i.ad hæreticam prauitatẽ,mẽtientes ibi esse Christum,vbi veritas nullum probatur habere vestigiũ? Mons enim in scripturis diuinis æquiuocus est,quod dissimilibus rebus pro aliqua cõparatione deputet. Frequenter enim & in bono, & in malo ponitur. Nam quũ in bono mõs dicitur,firmitas eius cõsideratur,& honorabilis altitudo,cum vero in malo,stupor mentis,& elcuata superbia. Passerũ quoq; plura sunt genera. Alij gaudent ad foramina parietum,alij valles roscidas requirunt, nonnulli montes appetunt squallentes.Sed nunc de illis dicit,qui ad altissima loca terrarum leuissima voluntate rapiuntur,vt his merito similes æstimentur,qui ad nequissimas prædicationes leuitate incõstantis animi transferuntur. At Augustinus hoc pacto exponit. Vnum montem teneo,in quo confido,quo modo dicitis,vt ad vos transeam tanquam multi sint Christi? Aut si vos montes esse dicitis p superbiam,oportet quidem esse passerem pennatum virtutibus,& ꝑceptis dei.Sed ea ipsa prohibent volare in istos montes,& in superbis hominibus spem collocare.Habeo domum vbi requiescam,quia in domino confido. Nam & passer inuenit sibi domum. Et exponens illud Psalmistæ:Vigilaui & factus sum sicut passer singularis in tecto.Ergo(inquit)dormieras in parietinis,& dixeras:Ego dormini,quia volui,dormiui,nocte amando dormiui,sed vigilaui.i.excurrexi,& ascendi in cẽlũ factus sicut passer volando.i.ascendendo singularis in tecto.i.in cẽlo. Ergo pellicanus fui nascendo,nycticorax moriendo,passer resurgẽdo. Ibi in solitudine velut solus,hic in parietinis,velut ab eis occisus,qui stare nõ potuerunt in ædificio, hic vero iam vigilans,& volans singularis in tecto,ibi interpellat pro nobis.Caput enim nostrũ passer est,corpus illius turtur.Etenim passer inuenit sibi domum,id est,cœlum,vbi interpellat pro nobis.Et turtur nidum sibi,id est,Ecclesia Dei,nidum de ligno crucis ipsius,vbi ponat pullos suos,id est, paruulos suos. Et Cassiodo. Venit(inquit)ad tertium genus auis,quod idem similitudine passeris indicatur,vt qui mundi crimina lugebat,per omnium satisfactionum modos discurrere videretur.Passer est auis parua,sed nimia sagacitate solicita,quæ nec facile irretitur,nec per illuuiem ventris escarum ambitione decipitur.Hæc propter infirmitatem suam,ne aut ipsa à predatore capiatur,aut fœtus eius serpentinis deuoretur insidijs,inter aues vnica cautione munita ad domorũ fastigia excelsa cõcurrit,vt à suspectis cubibus reddatur aliena,q̃ multis periculis proba tur obnoxia.Huic merito cõparatur,q̃ diaboli insidiosa formidans,specialiter ad Ecclesiæ

Cassiodo.

Augustinus

septa se conferens,in eius fastigio vigilans cutissime ꝑseuerat. Vnicũ dicit passerẽ,propter charitatẽ,q̃ ex multis vnũ facit.In ædificio(siue in tecto)propter altitudinẽ fidei,& fortitudinem mẽtis.Hic locus exponitur à Ruperto,vt habes in dictione Leprosus,vbi agitur de emundatione ipsius.Cap.xxix.libri noni.Et in alio Psalmo scriptum est.Illic passeres nidificabunt. Vbi Cassiod.hoc pacto scribit.Passer minuta,& cautissima nimis auis,monachorũ significat paruitatẽ,qui in cedris libani.i.in patrimonio potentiũ christianorũ,velut in quibusdam ramis monasteria sibi quasi nidos aliquos ædificare mõstrantur,eorũq; robore sustentati, velut passeres laudes domini assidua voce præcinunt. Cœlestis in terra vita,imitatio fideliũ angelorũ,spiritu aliter in carne viuere,& mundi vitia nõ amare,vitam ꝑsentem contẽnere, & futuræ beatitudinis gaudia semper exqrere,ad postremũ ipsius tẽplum fieri, cuius imaginẽ cõditio humana susce pit. Amœnus reuera paradisus,in quo tanta florent poma virtutũ.His enim tale propositũ est,hostes suos nõ reluctando vincere,sed patiendo superare. Triumphus illis omnis est in proprꝛ corporis passione,& tunc aduersarios efficaciter vincunt,quando laudabili humilitate succumbunt.Reuera milites Christi,qui nullam ꝑsumptionẽ in humanis viribus ponunt,sed aduersa oia virtute dominisuperare se posse cõfidunt. Hi cũ alijs nõ habent iurgia, sed secum semper litigant.Miserentur omnibus,sibi solis nõ parcunt,& cœlesti charitate flammati, bona,quæ sibi euenire cupiunt,alijs cõmunicare contendunt.Sed magna est gloria illi arbori,vbi nidus iste cõpingitur. Audiat enim à domino se fuisse plantatum,qui tale continere noscitur institutũ:Et diuus August. Et cedri,inquit,libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt. Vbi passeres(inquit)nidificabunt? In cedris libani.Iam audiuimus quæ sint cedri libani,nobiles seculi,excelsi genere,opibus honoribusq;. Aues equidem & volatilia cęli minuta,sunt passeres.Sũt ergo quidam spiritales nidificantes in cedris libani,id est sunt quidã serui dei audientes in Euãgelio:Dimitte omnia tua,vel vende omnia tua,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cœlo,& veni sequere me.Et non tantum hoc audierunt magni,sed audierunt,& parui,& voluerunt hoc facere & parui,& esse spiritales,non iungi vxoribus,non macerari cura filiorum, nõ habere proprias sedes quibus deligarentur,sed ire in vitam quandam communem.

Augustinus

Quid pauimentum mystice significet. Cap. XIII.

PAuimentũ qd mystice significet,diuus indicat Greg. exponens illud Ezechielis. Et pauimentũ stratũ lapide. Habent(inquit homilia xviij.in Ezechie.)ipsa gazophylacia pauimentum per circuitũ, qa eis adhæret,ac subiacet humilitas auditorũ. Quod pauimentũ recte stratũ in atriũ dicitur,quia in latitudinẽ charitatis vicissim sibi iunctæ sunt animæ fideles,quæ & lapides appellantur pro fortitudine fidei,& stratæ in pauimento sunt,in compage humilitatis.Require & in dictione Gazophylacium. Et Cassiod.exponẽs illud Dauidicũ:Adhæsit pauimento aia mea &c. Ad quartã literã venit fidele concilium:in q̃ se dicit corporali qdem necessitate constrictum,sed sola domini pietate saluandum,petens vt ab eo vias iniqtatis amoueat,q̃niam viam veritatis elegerat.Pulcherrimis autẽ allusionibus exponitur humana conditio. Pauimentum est soli alicuius in lenitatẽ maximam constructa soliditas:quæ merito nostro corpori cõparatur,quoniam & ipsum simili nitore leuigatur.Adhæsisse se ergo dicit carni suæ:quod vitiosum esse non dubium est. Aia enim si adhæreat corpori:delictis fauet: si voluntate sit diuisa: virtutibus.Quapropter merito se petebat per ✠.i.per Christum dñm viuificari,quia per consensum carnis se noscebat extingui.Sed perscrutandum est:quare illud concilium beatorum quod superius dixerat:Seruus autẽ tuus exercebatur in tuis iustificationibus:hic confiteatur adhæsisse pauimento animam suã? Vt reuerã intelligamus,quamuis sancti gratia domini ꝑfruantur,multaq; virtutum varietate colluceant,quãdiu sunt in hac carne mortali,esse tamen vnde se dꝑcentur absolui,sicut in Euãgelio magister optimus dicit:Postq̃ oia feceritis: dicite serui inutiles sumus,quod debuimus facere,fecimus. Et alibi scriptura dicit:Iustus in principio sermonis accusator est sui.Et Augustin. Adhęsit pauimẽto &c. Quid est(inqt)adhæsit pauimẽto aia mea? Nã quum adiungit,& dicit:Viuifica me secundũ verbũ tuum:quare se viuificari poscat,vtiq; causam ꝑmisit dicendo:Adhæsit pauimento anima mea. Ergo qa propterea se viuificari petit,qa pauimento adhæsit anima eius,mirũ si boni aliquid hinc vult intelligi.Ita quippe se habet tota ista sentẽtia,tanq̃ diceret:Mortuus sum, viuifica me. Quid est ẽm pauimentũ? Si tanq̃ vnã quandã domũ magnã vniuersum mundũ velimus accipere,videmus velut eius cameră cęlũ pauimentũ terrã. Erit igitur pauimẽtũ terrenis erui,in terra esse,& cũ Apostolo dicere,Cõuersatio nostra in cœlis est.Proinde terrenis adhærere mors aiæ est. Cui malo cõtraria poscitur vita,quũ dicit,viuifica me.Sed videndum est, vtrũ cõgruãt huic ✠ba ista, qui supius talia dixerat,quibus magis deo videatur adhæsisse,q̃ pauimento,vt cõuersatio eius nõ in terre

Greg.

Augustin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,sed in cœlestibus haberetur. Quomodo enim pōt intelligi terrenis adhæsisse,q dicit: Seruus aūt tuus exercebatur in tuis iustificatiōibus: Nā & testimonia tua meditatio mea est,& cōsiliū meū iustificationes tuæ? Hæc sunt enim verba eius antecedentia,quæ antecedentiū ista sunt cōsequentia: Adhæsit pauimento anima mea. An ex hoc intelligere debemus,q̄tūlibet q̄sq; pficiat in iustificatiōibus dñi habere eū mortalis carnis affectū circa ista terrena,in qbus vita humana tētatio est sup terrā,& ab hac morte,si pseueräter ,pficit q̄tidie reuiuiscere,viuificāte illo,cuius gratia hō noster interior renouat de dei in diē? Nā & illud Apost. quū dicebat. Quādiu sumus in hoc corpore peregrinamur à dño,& cōcupiscebat dissolui,& esse cum Christo, adhærerat pauimento anima eius. Vnde& corpus ipsum quia ex terra est nō absurde intelligitur,pauimēti,q̄ adhuc,qa corruptibile est,& aggrauat animā recte in illo ingemiscit,& dicit deo. Adhæsit pauimento anima mea,viuifica me secūdū verbū tuū. Neq; enim nō cū corporibus nostris semper cū dño erimus: sed tūcqa nō erūt corruptibilia,nec animas aggrauabūt,si diligēt cōsideremus, nō eis nos,sed ipsa nobis potius adhærebunt,nos aūt deo. Vnde alterius Psalmi verba illa sunt, Mihi autē adhærere deo bonum est,vt viuāt corpora ex nobis adherendo nobis,nos autē viuamus ex Deo,quia nobis adhærere Deo,bonum est. Adhæsio quippe ista de qua dictum est. Adhæsit pauimēto anima mea nō cōiunctionē carnis,& animę,quis & ipsam qdā intellexerint, sed carnalē magis animę affectum q̄ caro cōcupiscit aduersus spiritum: significare mihi videt Quod si recte accipit ,profecto qui dicit, Adhæsit pauimento anima mea ,viuifica me secundum verbum tuū,nō id orat, vt de corpore mortis huius,morte ipsius corporis interueniente,soluat,q̄ dies vltimus vitę huius,q propē eius breuitatē nō pōt esse diuturnus,q̄sq; futurus est: sed vt cōcupiscentia,qua concupiscitur aduersus spiritum,magis magis q̄ minuatur,& cōcupiscentia,qua concupiscitur aduersus carnem magis ac magis augeatur, donec ista cōsummatur in nobis,& illa consummetur p spiritum sanctū qui datus est nobis. Bene autē nō ait viuifica me secundum meritum meum,sed ait: secundum verbum tuum. Quod quid est aliud nisi secundum promissum tuum? Filius promissionis vult esse,& nō filius relationis,vt secundum gratiā firma sit promissio omni semini. Hoc est enim verbum promissiōis. In Isaac vocabitur tibi semē,hoc est, nō: q filij carnis,hi filij dei,sed filij promissionis deputantur in semine. Nam quid erat ipse per seipsum,in eo quod sequitur,confitetur.

2 Cor. 4. d
2. Cor. 5. b.

Gala. 4. d

ibidem

Quid paxillus mystice significet. Cap. XIIII.

Gregorius

QVid paxillus mystice significet diuus infinuat Greg. homilia xv. in Ezechielem. In cōstructione(inquit) tabernaculi,vt columnæ argenteæ interius starent, paxilli æreĭ figi per circuitum exterius iussi sunt,in quibus religatum tabernaculum teneretur. Columnę itaq; argēteæ interius, paxilli,vero æreĭ in circuitu figuntur,atq; in ipsis funes ligati sunt,vt tabernaculum fixū maneret: quia videlicet, vt sancti Apostoli in luce sermonis sui solidi starent,& totum tabernaculum,id est,sancta Ecclesia in fidei integritate cōsisteret, tanquam paxilli æreĭ patres testamenti veteris,ac prophetæ exterius fixi sunt: qui verborum suorū funibus p̄dicatorum mentis in soliditate stringerent,atq; in hoc paxilli Dei sunt,vt habitaculum in statu fidei ligarent. Extra ergo paxilli sunt,qui ante tempus huius sanctæ Ecclesię fuerunt. Sed tñ eos ligant qui in ipsa sunt,quia dum cœlestia mysteria ventura p̄dicāt,hæc post q̄ ostēsa sunt credibilia omnibus fecerunt. Vt ergo intus columnæ immobiles stent,foris paxilli funes cōtinent, quia vt sancti Apostoli pfectę incarnationis dominicæ mysterium crederent ,illorum prædicatio obtinuit,qui hoc priusquā fuerit,& videre & p̄dicere potuerunt. Vnde recte q̄q; ipse primus

1. Petri. 2. d

Apostolorum magna scilicet columna veri tabernaculi, loquitur dicens: Habemus firmiorem propheticum sermonem,cui bene facitis intendentes, quasi lucernæ lucēti in caliginoso loco. In quibus verbis indicat, q̄uis ad altiora surrexit ex culmine,vbi religata perfistat in fide. Quæ tñ lucerna ,pphetici sermonis iam quidem intelligentibus lucet,sed adhuc non intelligentibus cooperta allegoriarum obscuritatibus permanet. Vnde etiam per Psalmistam de hisdem dictis

Psal. 17. b.

prophetarū dicit: Tenebrosa aqua in nubibus aeris,q̄a videlicet occulta est scientia in prophetis. Nec immerito columnæ argenteæ,paxilli vero æreĭ facti sunt: quia q̄ clare iam Apostoli p̄dicāt,hoc ,pphetę sub intellectu mystico obscure locuti sunt. Recte ergo p̄ris metallū signati sunt,qui clari in suis prædicationibus non fuerunt. Sancti vero Apostoli, qui ad redemptoris nostri mysterium lucem prędicationis habuerunt,argenteis columnis expressi sunt. Et notandum quod argentum sonat,& lucet,æs vero sonat & non lucet, quia prædicatores nouę testamenti aperte locuti sunt, quæ etiam monstrare potuerunt. Prædicatores vero testamenti veteris,quia per allegoriarum vmbras de cœlesti mysterio obscura dicta protulerunt, quasi sine luce sonitum dederunt. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ: Et figam illum paxillū in loco

in loco fideli &c,hoc pacto scribit. Figam illū paxillū in loco fideli,vbi conuentus fidelium est. Vnde & credentes in Christo fideles appellantur. Et erit in soliū gloriæ domus patris suis: hoc est,Ecclesiæ: Et suspendent sup eum omnē gloriā domus patris eius. Vnde in Euangelio scribitur: Omnis populus pendebat ex eo. Quod quidē non illo tantum tēpore factū est,sed vsq; hodie impletur,vt pendeant ex eo quasi vasa diuersa dei,sapientia,& iustitia,& omnia quibus Christus appellatur. Vasorum diuersa genera,pro quibus Aquila interpretatus est Seesaim vel haspior,quod Symmachus vertit,nepotes,atq; cōmixtos: vt & Apostoli,& omnes credentes, hoc est filij filios,& commixti de vniuersis gentibus pendeant super eum: A vasis craterā: p quibus Theodotio Aganoth posuit,& parui enim,& magni in dominum crediturī sunt. Crateras autē puto esse Apostolos plenos vitalibus aquis. De quibus dicitur: Bñdicite deum de fōtibus Israel: In quibus crateribus miscuit sapiētia vinū suū. Et oñe, inquit, vas musicorū eorū qui oñi tēpore in dei laudes psonant. Quod sequitur,videtur sensui nostro esse cōtrariū: quo modo paxillus iste,qui fixus fuerat in loco fideli,auferatur,& frangatur: & cadat,& peat quod pepēderat in eo,& hoc fiat,quia dñs locutus est. Quod ita solui potest: si legamus illud Euāgelij quod in nouissimis diebus refrigescat charitas multorū: & ipse dñs dicat: Putas filius hominis veniens inueniet fidē sup terrā? Nō ergo paxillus frangetur,& cadet,& peribit,quod impium est dicere: sed paxillus auferetur de loco fideli,hoc est,de Ecclesia per impietatē quotidie subcrescentē: & qui super eum ante pependerant fide,postea infidelitate frangentur, & cadēt, & peribunt. Hoc autem fiet in diebus nouissimis: quia dominus locutus est.

Psal. 67. I

Mat. 24. b

Quid pectusculum & pellicanus mystice significent. Cap. XV.

QVid pectusculū mystice significet Origenes Homil. vij. in Leuiticū ostēdit, exponēs illud Leuitici. Pectusculū segregationis,& brachiū oblationis māducabis &c. Nō oñe pectusculū,segregationis est pectusculū: nec omne brachium,oblationis,vel separationis est brachium. Sed quoniam ad dñm nostrū Iesum personam pōtificis reuocauimus,& ad filios eius sanctos Apostolos,videamus qūo ipse quidem pectusculum segregationis manducat,& filij eius: alij autem non omnes possunt segregationis pectusculum manducare. Quid igitur est quod à rebus omnibus segregetur,nec est cōmune cum reliquis, nisi sola substantia trinitatis? Si ergo intelligā quidē rationē mundi,non possim aūt de deo intelligere,sicut dignum est,nec q̄ reuelata mihi fuerit scientia dei,manduco quidem pectusculū,sed non pectusculum segregationis,etiam si potuero dicere: Ipse enim mihi dedit omnium quæ sunt scientiam veram,vt sciam rationem mundi,& virtutem elementorum,initiū,& finē,medietatem temporū,permutationum vicissitudines,& conuersiones temporum,anni circulos,& stellarum positiones. Horū omniū scientia,quia rationabilis est,pectusculi cibus est,sed non pectusculi segregationis. Si aūt potero de deo sentire quæ magna,quæ vera,quæ sancta sunt & segregata,tunc manducabo pectusculum segregationis,quū id quod ab omni creatura eminet,& segregatur, agnouero. Primo ergo pectusculum istud,verus meus pōtifex comedit. Quomodo comedit? Nemo, inquit, nouit patrē nisi filius. Secundo in loco manducabunt,& filij eius. Nemo,inquit, nouit patrē nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. Quibus autem alijs, nisi Apostolis suis reuelat? Sed & brachium separationis,vel oblationis,sicut superius diximus,actus sunt,& opera eminentiora,quę ceteris vtiq; prius ipse saluator,& dominus meus impleuit. Quomodo impleuit? Meus,inquit, cibus est,vt faciam voluntatem eius qui me misit,& perficiam opus eius. Quū ergo facit voluntatem eius,qui misit eum: in hoc non pectusculum,sed brachium segregationis comedit. Similiter autem & Apostoli eius,quum faciunt opus Euangelistæ, & efficiuntur operarij incōfusibiles,recte tractantes sermonem veritatis,separationis,vel oblationis brachium comedūt. Vis adhuc planius videre quomodo saluator separationis brachium comedat? Audi quid dicit ad Iudæos: Si feci,inquit,in vobis opera quæ nullus alius fecit,pro quo horum vultis me occidere? Vides quomodo ipse manducat brachium separationis,qui opera tam segregata,& tā sublimia,quam nullus alius,fecit.

Origenes

Mat. 11. d

Ioha. 4. e

Ioha. 10.

Psal. 101. 3

Quid pellicanus mystice significet,diuus enarrat Augustinus exponens illud Psalmistæ: Similis factus sum pellicano,qui habitat in solitudine,factus sum sicut nycticorax,qui habitat in parietinis. Vigilaui,& factus sum sicut passer singularis in tecto. Ecce tres aues,& tria loca,qd sibi velint,donet dñs,vt dicamus,& vt audiatis vtiliter q̄d dicit salubriter. Quid sibi vōlūt, tres aues,& tria loca? Quæ tres aues? Pellicanus,nycticorax,& passer,& tria loca,solitudo,parietina,& tectū. Pellicanus in solitudine,nycticorax in parietinis,passer in tecto. Primo qd sit pellicanus dicendū est. In ea quippe regione nascitur,vt nobis ignota hęc auis sit. Nascitur in solitudinibus,maxime Nili fluminis in Aegypto. Quælibet hæc auis sit,q̄d de illa Psalmus dicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

re voluit hoc intueamur. Habitat, inquit, in solitudine. Quid quæris formã eius, membra eius, mores eius, vocem eius? Quantũ tibi Psalmus dicit, auis est insolitudine habitans. Nycticorax, auis est amans noctẽ. Parietinę dicuntur quas vulgo dicimus ruinas, vbi parietes stant sine tecto, sine habitãtibus, ibi habitat nycticorax. Iã vero passer & tectũ quid sit nostis. Inuenio ergo aliquem de corpore Christi, ꝓdicatorem verbi, cõpatientem infirmis, quærentem lucra Christi, reminiscentem domini sui venturi, ne dicat, Serue nequam & piger, dare debueras pecuniã meã trummularijs. Ex huius dispensatoris officio videamus hæc tria: Venerit inter alios vbi-

Mat. 26. b Christiani non sunt, pellicanus est in solitudine: Venerit ad eos qui fuerunt, & ceciderũt, nycticorax est in parietinis. Non enim deserit tenebras eorũ qui habitant in nocte, & ipsos lucrari vult. Veniet ad eos q Christiani sunt quidẽ habitantes in domo, nõ quasi q nõ crediderint, aut quod crediderint, dimiserunt, sed in eo quod credunt tepide ambulãtes, clamat ad eos passer, non in solitudine, quia Christiani sunt, nec in parietinis, quia non ceciderunt, sed tamen in te-

Mat. 24. b cto sunt: sub tecto potius, quia sub carne sunt. Ille super carnem passer qui præcepta Dei non tacet, nec fit carnalis, vt subijciatur tecto. Qui enim in tecto est, non descẽdat tollere aliquid de domo: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Istæ tres aues, & tria loca: & vnus homo potest habere personam trium auium, & tres homines possunt habere personam trium auũ: & tria genera locorum, tria genera sunt hominum: tamen solitudo, parietinæ, & tectum, non nisi tria genera sunt hominum. Sed quid his plurimum? Ipsum dominũ videamus, ne forte ipse sit: & melius ipse agnoscatur, & pellicanus in solitudine, & nycticorax in parietinis, & passer singularis in tecto. Dicat nobis pauper iste caput nostrum pauper voluntate, loquatur paupertate. Quod enim cãtatur, vel etiam legitur de hac aui, id est pellicano, non tacemus: non aliquid affirmantes temere, sed tamen non tacentes, quod qui scripserunt, & legi,

Math 23 d & dici voluerunt. Vos sic audite. vt si verum est: congruat, si falsum est, non teneatur. Dicuntur hę aues tanquam colaphis roſtrorum occidere paruulos filios suos, eosdemq; in nido occisos à se lugere per triduũ. Postremo dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinem suũ super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Fortasse hoc verũ fo tasse falsum sit: tñ

1 Cor. 4. c. verũ est, quẽadmodũ illi cõgruat, q nos viuificauit sanguine, videte. Cõgruit illi q̃d matris caro viuificat sanguine suo filios suos, satis cõgruit. Nã & ipse gallinã se dicit super pullos suos, Hierusalem Hierusalem q̃ties volui congregare filios tuos, tanq̃ gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti. Habet enim paternam autoritatem, maternum affectum, sicut & Paulus & pat̃ est & mater est non per seipsum, sed per Euãgelium: Pater vbi dicit, Et si habeatis multos pædagogos in Christo, sed nõ multos patres, in Christo eñ. Iesu pEuãgeliũ ego vos genui: Mat̃ ergo vbi ait, Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vobis. Habet ergo hæc auis, si vere ita est, magnã similitudinẽ carnis Christi, cuius sanguine viuificati sumus. Sed qũo cõgruat Christo, quod ipsa occidit filios suos? An & illi non congruit: Ego occidam, & ego viuificabo, ego percutiam & ego sanabo? An vero Saulus persecutor moreretur, nisi de cœlo percuteretur? Aut ꝓdicator excitaret, nisi illius sanguine viuificaret? Sed hoc viderint q scripserũt, nõ in incerto intellectum nostrum constituere nos debemus. Hanc aũt potius in solitudine cognoscamus: Hoc enim inde psalmus voluit ponere, pellicanus in solitudine. Puto enim ego hic intelligi Christum natum de virgine. Solus enim fic. ideo solitudo. In solitudine natus est, quia solus ita natus. Post natiuitatem ventum est ad passionem. A quibus crucifigebatur? Nunquid à stantibus? Nunquid à lugentibus? Ergo tanquam in nocte ignorantiæ ipsorum, & tanquam in parietinis ruinis ipsorum. Ecce nycticorax, & in parietinis amat & noctem: Nã nisi amaret, vnde diceret, Pater ignosce illis quia nesciunt qd faciunt? Deinde natus in solitudine, quia solus ita natus: passus in tenebris Iudæorum tanquam in nocte, in præuaricatione tanquam in ruinis. Et diuus Greg. Similis factus sum pellicano & cæ. Pellicanus auis est amans solitudinem, in qua venenatis animalibus vescitur, & ideo per eam peccator designatur, qui in deserto huius mundi corde habitans, ærumnosis huius vitę captus illecebris veneno delectatur diabolicę pssionis: Nycticorax qui alio nomine bubo dicitur, in dirutarum domuum ædibus moratur. Solet autem nocte cantum cantare, per quod notantur hi qui in tenebroso tripudiant opere, & in mentium suarũ exultant destructione. Et Cassiodorus. Similis factus sum pellicano & c. Per hæc noia volucrũ, vt arbitror, diuersa nobis pœnitentiũ genera declarantur. Pellicanus enim auis Aegiptia est ciconijs corporis granditate cõmilis: quę naturali macie semp affecta est: quã̃ sicut phyſiologi volũt: tẽso intestino p viscera quicquid escarum accipit: sine vlqua dilectione trãsmittit. Hinc fit, vt adipe pprio minime farciat: quia paruissimo ciborũ succo reficit. Quę nõ gregatim, vt cęteræ aues, volat: sed delectatione se solitaria consolat. Eorũ vnũ genus dicitur

dicitur esse quod stagnis inhabitat. Aliud (sicut dictũ est) quod in desertis locis, secretisq; versatur. Per hoc igit̃ auium genus pulcherrime significant Eremitæ: qui hominũ cõsortio derelicto, timore dñi remota se afflictione discrutiant. Sequtur: Factus sum sicut nycticorax in domicilio. Aliud genus introducit̃ pœnitentiũ. Nycticorax græco vocabulo dicitur noctis coruus: quẽ q̃dam bubonẽ, quidã noctuã esse dixerunt. Alij magis coruo magnitudine & colore consimilẽ: quem specialiter in Asiæ partibus inuenire posse testant. Istum sicut diei fulgur abscondit: ita aduentus noctis producit: & contra cõsuetudines auiũ: tunc magis vigilare, & escas q̃rere incipit: qñ se in soporem animantia cuncta cõponunt. Ita & pœnitẽs iste nocturno tẽpore escas animæ solicita curiositate perquirit: modo Psalmodiæ operam dando, modo eleemosynas faciendo, modo carceres occulte visitando: solũ deum vult habere testẽ: cui caligo noctiũ non tollit aspectum. Et nota quia sicut pellicanus designat eremitam, atq; solitarium: ita nycticorax illum declarat, qui se domicilio suo retinens à publica visione remotus est.

Quid pellis mystice significet. Cap. XVI.

QVid pellis mystice significet D. insinuat Greg. lib. Moral. xxv. cap. xxij. hoc pacto scribẽs. Ad Moysen diuina voce ꝓcipitur, vt ad tegenda interius sancta sanctorum ex byſſo cocco, atq; hyacintho vela texant, iussumq; est, vt ad protegendũ tabernaculũ, vela cilicina, & pelles extenderet, q̃ nimirũ vel pluuias, vel ventos, vel puluerẽ tolerarent. Quid ergo p pelles, & cilicia quibus tabernaculũ tegitur, nisi grossas hominũ mentes accipimus, quæ aliquando in Ecclesia occulto dei iudicio, quãuis duræ sint, ꝓferuntur? Quæ, quia seruire curis temporalibus nõ timent, oportet, vt tentationũ vẽtos, & pluuias de huius mũdi cõtrarietatibus portẽt. Quid vero p hyacinthũ, coccũ, byssumq; signat, nisi sanctorũ vita tenera, sed clara? Quæ dum caute in tabernaculo sub cilicijs, & pellibus absconditi, sua integra pulchritudo seruatur. Vt em̃ in interiora tabernaculi byssus fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus ceruleo colore resplendeat, desuper pelles, & cilicia, imbres, ventos, & puluerẽ portant. Qui igitur magnis virtutibus in sanctæ Ecclesiæ sinu proficiunt, ꝓpositorum suorũ vitã despicere non debent, quum vacare eos rebus exterioribus vident, quia hoc quod ipsi securi intima penetrãt, ex illorum adiumẽto est, qui contra procellas huius seculi exterius laborant. Quam enim candoris sui gratiã retineret, si byssum pluuia tangeret? Aut quid fulgoris, atq; claritatis, coccus, vel hyacinthus ostẽderet, si hæc susceptus puluis fœdaret? Sit ergo de super textura cilicij fortis ad puluerem, sit inferius color hyacinthinus aptus ad decorem. Ornent Ecclesiã, qui solis rebus spiritalibus vacant, tegant Ecclesiam quos & labor rerum corporalium non grauat. Nequaquam ergo contra rectorẽ suum exteriora agentem murmuret is qui intra Ecclesiam sanctam iam spiritaliter fulget. Si enim tu secure interius, vt coccus rutilas, ciliciũ, q̃ protegeris, cur accusas? Et diuus Bernardus exponens illud Canticorũ, Nigra sum &c. sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, hoc pacto scribit sermone xxvij. sup Cantica. Noli (inquit) respicere ad istum Salomonem, quũ indagare cupis cuiusmodi se pellibus similem in decore sponsa glorietur. Formosa, inquit, sum sicut pelles Salomonis, de quo dicitur: Ecce plusquã Salomon hic. Nã vsq; adeo is meus Salomon, Salomon est, vt non modo pacificus, sed & pax ipsa vocetur. Ipse enim est pax nostra q fecit vtraq; vnum. De huius Salomonis pellibus scriptum est: Extendens cœlũ sicut pellẽ. Hujus enim vox est, Quando pręparabat cęlos aderam. Aderat sine dubio patri ꝓparanti cęlos sua virtus, suaq; sapientia. Et postea subiungit: Quia eram cum eo cuncta componens. Quæcũq; enim pater facit, hæc & filius similiter facit. Et ipse itaq; extendit cęlum sicut pellem. Pulcher rima pellis, quæ in modum magni cuiusdam tentorij vniuersam operiens faciem terræ, solis, lunæ, ac stellarum varietate tã spectabili humanos oblectat aspectus. Quid hac pelle formosius? Quid ornatius cęlo? Minime tamen vel ipsum vllatenus conferendũ gloriæ & decori spõsæ, eo ipso succumbens quod præterit, & hæc figura ipsius, vtpote corporea, & corporeis subiacens sensibus. Quæ enim videntur temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Sed est rationalis quædam sponsæ species, spiritualisq; effigies, ipsaq; æterna, quia imago æternitatis. Decor eius (verbi gratia) charitas est, & charitas (sicut legitis) nunquam excidit. Et certe & iustitia, & iustitia eius (inquit) manet in seculum seculi. Est etiam patientia, & legitis nihilominus, quia patientia pauperum non peribit in finem. Quid voluntaria paupertas, quid humilitas? Nonne altera regnum æternum, altera æque exaltationem promeretur æternã? Eo quoq; spectat &, Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Sic prudentia, sic temperantia, sic fortitudo, & si quæ sunt virtutes aliæ, quid nisi margaritæ sunt quædam in sponsæ ornatus splendore perpetuo coruscantes? Perpetuo (inq̃) quia sedes, & fundamentum ppetuitatis. Nec erñ ppetuæ, beatæq; vitæ omnino locus in anima est, nisi medijs qdẽ, interiectisq; virtutibus, Vnde

Bernard. 3

Pro. 8. c ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. Vnde ꝓpheta deo(q̄ vtiq; vita beata est)iustitia(inqt)& iudicium ꝓparatio sedis tuæ. Et
Apost. dicit Christū habitare nō omnimodo quidē,sed signanter per fidē in cordibus nostris.
Mat. 21. a Dño quoq; sessuro sup asellū vestes suas discipuli substrauerunt:significantes saluatorē seu salu
tē nequaq̄ insidere nudæ aiæ,q̄ nō videlicet vestitā inuenerit doctrina, & moribus Apostolo
rū. Et ideo Ecclesia ꝑmissionē habens futuræ fœlicitatis:curat interim ꝓparare, & præorna
re se in vestitu deauratoꝛ:circūdata varietate gratiarū,atq; virtutū(qualę q̄dē ex parte descripsi
mus)q̄ digna,& capax plenitudinis gratiæ inueniatur. Cæterū spirituali huic tā pulchræ varie
tati:quā de prima interim stola in quadā veste suæ sanctificationis accepit:nullo pacto ego cō
parauerim in decore cœlū hoc visibile,atq; corporeū:q̄uis in suo genere q̄dem sidereæ varieta
te pulcherrimum. Sed est cœlū cœli:de quo propheta:Psallite(inqt)dño:qui ascendit sup cœ-
lum cœli ad orientem. Et hoc cœlum intellectuale ac spirituale:& qui fecit cœlos in intelle-
ctu creauit illud,& statuit in sempiternum,ipsumq; inhabitat. Ne vero putes sponsæ deuotio-
nē,citra illud remanere cœlū:in quo scit habitare dilectum. Vbi enim thesaurus eius:ibi & cor
eius. Aemulatur sane assistentes vultui ad quē suspirat:& quibus se interim non valet videndo
Glos. a.c. associare:studet conformare viuendo:moribus magis,q̄ vocibus clamans, Dñe dilexi decorē
domus tuæ,& locū habitationis gloriæ tuæ. Prorsus de hoc cœlo minime sibi indignum ducit
ducere similitudinē:hoc extentum sicut pellis:nō spacijs tamen locorū:sed affectibus animo-
rū. Hoc miris,varijsq; artificijs distinctum operibus. Diuisiones aūt sunt non cœlorum,sed be
atitudinū. Nam alios quidē posuit angelos:alios autem archangelos: alios vero virtutes: alios
dominationes:alios principatus:alios potestates:alios thronos:alios cherubim:atq; alios sera-
phim. Sic stellatū cœlū hoc. Sic depicta hæc pellis. Hæc vna de pellibus mei Salomonis:& hæc
præcipua in omni ornatu multiformis gloriæ eius. Habet aūt grandis ista pellis quā plurimas
in se æque Salomonis pelles:quoniā vnusquisq; beatus & sanctus,qui ibi est,pellis est vtiq; Sa
lomonis. Benigni siquidem sunt,atq; extenti in charitate,pertingentes vsq; ad nos,quibus glo
riā,quam habent,nō inuident,sed optant,ita vt ex ipsis huius rei gratia demorari apud nos nō
grauentur:sedeuli circa nos:& curam gerentes nostri:omnes administratoriꝝ spūs missi in mi-
nisterium propter eos qui hæreditatē capiunt salutis. Quamobrē sicut cœlū cœli singulariter
dicitur vniuersa multitudo illa collecta beatorū:sic & cęli cęlorum propter singulos: qui vtiq;
cœli sunt,nominant:& ad singulos spectat q̄d dicitur:Extendens cœlū sicut pellem. Videtis
credo quænam illæ pelles:& cuius sint Salomonis,de quarū sponsa similitudine gloriatur. Et
Rupertus de beata virgine exponens. Nigra sum(inquit)sed formosa. Nigra sicut taberna cu-
la Cedar,formosa sicut pellis Salomonis. Sicut enim Ismael,ad quem pertinet Cedar,niger.i.fe
rus homo iure fuit eiectus cum matre sua,dicente Sara: Eijce ancillam,& filium eius. Non enī
erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ,&: E regione omnium fratrum suorum in solitudine
fixit tabernacula,ita & ego iure eijcienda visa sum,ita vt vir meus Ioseph nollet traducere sed
vellet occulte dimittere me. Multum erat miserationis in eo,q̄d occulte dimittere voluit,quum
Mat. 2.c. lex multo asperius censeat de puella eiusmodi:qualis ego,dū prægnans essem,poterā existima-
ri. Ergo nigra ego sicut tabernacula Cedar,qa sicut ille cū matre sua,ita & ego cū eo quod con
ceperā videbar eijcienda,viri mei domo,& hæreditate indigna. Cedar,vt iā dictū est.pertinet
ad Ismael. Quare aūt magis hic placuit dicere tabernacula Cedar,quā tabernacula Ismael? Vi
delicet quia Cedar tenebræ,Ismael interpretatur exauditio dei,magisq; nomen tenebrarum,
quam exauditionis dei,congruit meæ,quæ putabatur ingenij nigredini. E contra,sicut pellis Sa
lomonis.i.exterior cultus,omnis dignitas sapientissimi regis incomparabiliter splēduit,ita vt
nullus ei regum potuerit vnquā comparari,ita & virginitatis meæ splendor præ omnibus san
ctis,& filijs regni dei est admirabilis,nec ei qui ex me natus est:quisquā sanctorū, nec ipse Isa-
ac,eidem Cedar longe platus,& ꝓferendus,potuit vnquam,vel poterit comparari. Quare aūt
non dixi,sicut Salomon,sed sicut pellis Salomonis? Videlicet,quia formosa quidē pellis Salo-
monis,sed non ipse Salomon valde formosus fuit. Intus enī quandam deformitatē habuit,etiā
quando fulgebat formositas pellis. Dixit enim dñs illi: Quia habuisti apud te hoc,& non custo
disti pactum meum,& præcepta mea quæ mandaui tibi,disrumpens scindam regnum tuū &c.
Quid nam est dicere,habuisti apud te:nisi ac si diceret,Qualem te nunc ostendisti,sequendo
deos alienos:talis eras etiam,quum de foris me honorares omni adoratione, & pulchri templi
ædificio. Igitur melius dicere fuit,sicut pellis Salomonis,quam sicut Salomon,ita formosa sum,
quia non sicut habuit apud se,sed sicut de foris ædificauit templum manufactum, & sicut dix-
it:Sapientia ædificauit sibi domum:ita ex me deus templum sibi non manufactum & non ma-
nufactam sapientia sibi ædificauit domum.

Quid

Quid penna mystice significet. Cap. XVII.

PEnna est immortalitas,atq; corporum incorruptibilitas. Vnde scriptum est in Malachia, Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ,& sanitas in pennis eius. His verbis gemina timentium deum felicitas pulchre exprimitur. Nam in eo q̄p dicit sol iustitiæ,iustificationem significat animarū,qua timentes dñm felices erunt in die illa,in eo vero q̄p ait: Et sanitas in pennis eius,immortalitatē atq; incorruptibilitatē designat corporum, qua felices erunt timentes dominum,in eadem & ex eadem die. Et diuus Hieron. exponens illud Ezechi. Quatuor facies vni,& quatuor pennæ vni(siue alæ vni secundū septuaginta.)Quidam(inquit)quatuor euangelia,quos nos quoq; in procœmio cōmentariorum Matthæi sequuti sumus,horum animalium putant nominibus designari. Matthæi,q̄p quasi hominem descripserit,Liber generationis Iesu Christi &c. Leonis ad Marcum referunt, Initium euangelij Iesu Christi. &c. Vituli ad Lucæ euangelium,q̄p à Zachariæ incipit sacerdotio. Aquilæ ad Iohānis exordiū,qui ad excelsum euolans,cœpit: In principio erat verbum &c. Et facies, & pennas per quatuor partes habebant &c. Iuncta sibi sunt euangelia,hærentq; mutuo, & in toto orbe volitantia huc illuc q; discurrunt,nec habent finem volatus,nec aliquando superantur,& recedunt,sed semper ad vlteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit,præteritorum obliuiscens, & in futurum me extendens. Et diuus Gregorius: Et quatuor facies vni,& quatuor pennæ vni. Sancta quatuor animalia(inquit)quæ prophetiæ spiritu futura præuident,subtili narratione describuntur,quū dicitur: Quatuor facies vni,& quatuor pennę vni. Quid per faciē nisi notitia, & quid per pennas nisi volatus exprimitur? Per faciē quippe vnusquisq; cognoscitur. Per pennā vero in altū animum corpora subleuantur. Facies itaq; ad fidem pertinet penna ad contēplationē. Per fidem namq; ab omnipotenti deo cognoscimur,sicut ipse de suis ouibus dicit: Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas,& cognoscunt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationē vero,qua super nosmetipsos tollimur,quasi in aere leuamur. Quatuor ergo facies vni sunt,quia si requiras quid Matthæus de incarnatione dñi sentiat:hoc nimirum sentit quod Marcus,Lucas,& Iohannes. Si q̄ras quid Iohannes sentiat:hoc proculdubio q̄d Lucas Marcus & Matthęus. Si q̄ras quid Marcus:hoc q̄d Matthæus,Iohānes,& Lucas. Si q̄ras qd Lucas:hoc q̄d Iohānes,Matthæus & Marcus sentit. Quatuor ergo facies vni sunt,quia notitia fidei qua cognoscūtur à deo,ipsa est in vno,quæ est simul in quatuor. Quicquid enim in vno inueneris,hoc in omnibus simul quatuor cognosces. Et quatuor pennæ vni,quia dei oīpotētis filium dñm nostrum Iesum Christum simul oēs concorditer p̄dicant,& ad diuinitatē eius mentis oculos leuantes,penna contemplationis volant. Euangelistarum ergo facies ad humanitatem pertinet dñi,penna ad diuinitatē, quia in eo quem corporeum aspiciunt,quasi facies intentem pertinet dñi,penna ad diuinitatē, quia in eo quem corporeum aspiciunt,quasi facies intendunt. Sed dum hunc esse incircunscriptum atq; incorporeum ex diuinitate annunciant,per cōtemplationis pennam quasi in aere leuantur. Quia itaq; vna est fides incarnationis eius in oīm hus,& par contēplatio diuinitatis eius in singulis,recte nunc dicitur: quatuor facies vni,& quatuor pennæ vni. Sed quę virtus esset, si fidem atq; contemplationem domini habentes prædicatores illius,sancta opera non haberent? Et homilia quarta exponens illud: Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper. Facies(inquit)& pennæ extentæ desuper describuntur,qa omnis intentio, omnisq; contemplatio sanctorum super se tendit, vt illud possit adipisci q̄d in cœlestibus appetit. Siue enim bono operi,siue vero inuigilet contemplationi, tunc veraciter hoc quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit à quo est. Nam qui bona agere videtur,& per hæc non deo,sed hominibus placere desiderat,intentionis suæ faciē deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea quæ diuinitatis sunt contemplatur,vt per hoc quod intelligit occupari ad quæstiones possit,quia non dulcedine quæ sitæ beatitudinis satiari appetit,sed doctus videri,iste nimirum intellectus sui pennas desuper non extendit: sed quoniam sensus sui vigilantiam in terreno appetitu occupat,pennas quas subleuare in altū,& quibus subleuari ipse potuit,in imis deponit. Qua in re pensandum est,vt omne bonū q̄d agitur,p intentionē semper ad cœlestia leuetur. Qui enim per bona quæ fecit terrenam gloriā concupiscit,pennas suas & faciē suam deorsum deprimit. Hinc enim p prophetā de quibusdā dicit: Victimas in profundū deferebant. Quid enim sunt lachrymæ orationis,nisi victimæ oblatio nis nostræ? sicut scriptū est: Sacrificiū deo spūs contribulatus. Et sunt nōnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiunt,vt aut terrena cōmoda acquirant, aut hominibus sancti esse videātur. Quid isti nisi victimas in profundum deferunt? qui per hoc quod in imo sunt q̄requirunt, orationis suę sacrificium deorsum deponūt. Electi autem quia & in bono opere omnipotenti deo placere appetunt,& per cōtemplationis gratiam,æternā iam beatitudinem degustare cōcupiscunt,

Rupertus

Gregorius

Osee. 5. a)

Universidad de Deusto
Biblioteca

scunt,facies & pennas desuper extendunt.Sequitur:Duæ pennæ singulorũ iungebant,& duę tegebant corpora eorũ.Dictũ fuerat:Et facies,& pennæ eorũ extentæ desuper:atq; mox subiunctum est hoc quod protulimus,quia duæ pennæ singulorum iungebantur. Vbi aperte intelligitur,qa extendebanf desuper,& iungebantur,duæ vero tegebant corpora eorum.Quid aũt pennæ animalium,nisi alæ nominantur? Qua in re nobis diligenti perscrutatione quærendum est,quæ sint quatuor pennæ sanctorũ,ex quibus duæ superius extensæ iunguntur,duę vero eorum corpora contegunt.Si enim vigilanter aspicimus, quatuor esse virtutes inuenimus, quæ à terrenis actibus omne pennatum animal leuant:in futuris videlicet amor & spes,de prę sentibus autem timor & pœnitentia.Pennæ ergo sibimet iunctæ superius extenduntur,qa sanctorum mentem amor,& spes ad æterna subleuant. Quæ apte quoq; cõiunctæ nominantur, quia electi proculdubio & amant cœlestia quæ sperant & sperant quæ amant. Duæ vero corpora contegunt,quia timor,& pœnitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala præterita abscondunt.Duæ itaq;(vt dictum est)pennæ iunguntur sursum,quando amor, & spes electorum corda ad superiora eleuant,ad cœlestia suspendunt. Duæ aũt pennæ tegunt corpora,quãdo eorum mala ꝓterita à conspectu æterni iudicis timor,& pœnitentia abscondunt.In eo eñ quod se peccasse meminerunt,quia pertimescunt,& deflent,quid aliud quam corpus cooperiunt? Qui facta carnalia per superducta bona opera à districto examine abscondunt.Scriptũ ẽ enim:Beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata.Peccata enim tegimus,quum bona facta malis actibus supponimus.Omne enim quod operitur,inferius ponitur:& hoc vnde operitur,desuper ducit.Quando ergo abdicamus mala quæ fecimus,& eligimus,bona quæ faciamus,quasi tegmen ei rei superducimus,quam erubescimus videre. Quã libet enim sancti viri in hac adhuc vita sint,habẽt tamẽ q̃d ante dei oculos operire debeant,qa olno est impossibile vt aut in opere,aut in locutione,aut in cogitatione nũquam delinquãt.Et Homil.vij.exponens illud Ezech.Sub firmamento aũt pennæ eorũ rectæ alterius ad alterum. Tunc pennæ virtutũ sub firmamẽto rectæ sunt,qñ bonũ q̃d alter habet,hoc alteri impendit, vtq terrenã substantiã accipit,indigentis proximi inopiã subleuet.Qui doctrinæ gratia plenus est,ignorantis proximi tenebras ꝟbo suæ ꝓdicationis illustret.Qui tẽporali potestate subnixus est,oppressos à violentijs releuet.Quis prophetiæ spiritu plenus est,à vita proximi mala,imminentia bona suadendo,declinet.Qui gratiã curationis accipit: intercessione sua saluti infirmantium pie,& humiliter impendat.Qui a terrenis actibus liber soli deo vacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret.Fit autem sæpe,vt qui in terrena substantia nimis occupatur,orationi non quantum debet,inuigilet.Et fit plærumq;,vt is qui ad exorandum dominum cunctis mundi oneribus exutus vacat,sustentationem viuendi nõ habeat. Et infra:Et q̃d ille ait:Rectæ pennę alterius ad alterum:hoc Ecclesię pastor dicit,Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes.Pennæ enim nostræ rectæ iam non sunt,si ad vtilitatem nostram solummodo reflectuntur.Sed tunc recte fiunt,quum in vtilitatem proximi diligimus, quod habemus. Quia enim bona nostra non a nobis sunt,sed ab eo hæc accepimus a quo factum est,vt essemus,tanto ea nobis non debemus retinere priuata,quanto ea nobis conspicimus ab autore nostro ad communem vtilitatem data. Vnde recte Petrus Apostolus in exhortatione huius rei subdit dicens:Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Atq; adhuc adijcit:Si quis loquitur,quasi sermones Dei:si quis ministrat,tanquam ex virtute, quã administrat deus. Ac si aperte dicat:Humiliter impendite bonum proximis, quia scitis vobis nõ a vobis esse quod habetis.Quælibet enim penna virtutis,quũ ad proximũ impartiẽdo rendit, recta non erit,si humilitate caruerit. De pennis vide in dictione Columba,& in dictione Argentum,& in dictione Aquila,& in dictione Herodius,& in dictione Accipiter.

Pepones quid mystice significẽt,require in dictione Manna.

Quid perdix mystice significet. Cap. XVIII.

QVid perdix mystice significet Origenes homil.prima sup Exod. exponẽs illud Exodi Ne forte accidat nobis bellũ,& consentiãt,& hi cum'aduersarijs nostris.Ex propheticis (inqt)vocibus ꝓuidit venturũ sibi bellum,& derelinquendum se a filijs Israel, & qa consentiãt aduersario eius,& adijciantur ad dñm.Hoc est enim quod de eo Hieremias propheta prędixerat:Clamauit perdix:congregauit quæ non peperit:fecit diuitias suas,non cũ iudicio:in dimidio dierum eius derelinquent eũ:& in nouissimis suis erit stultus. Intẽlligit ergo perdicẽ se dictũ:quæ non peperit,congregasse:& q̃d hi quos non cũ iudicio congregauit:in dimidio dierum suorũ derelinquent eum,& sequentur dñm:& creatorem suum Christum Iesum:qui non genuit.Ille autem congregauit:quos non genuit.Et ideo remanebit stultus in nouissimis suis:

quũ ad factorẽ,& ad parentẽ suũ vniuersa, quæ nunc pro huius tyrãnide cõgemiscit, creatura cõfugerit. Et Rupertus lib.I.in Deuteronomiũ,cap.xiiij.antedicta citans verba:Perdix fouit &c.Perdix auicula fouit(inquit)quem non peperit.Solet enim furari, & fouere oua comparis sui.Nati autem pulli audiunt clamorẽ eius,quæ oua peperit & continuo relicta illa,quæ furata est,& oua furtiua fouit,vt diuitias faceret & nidum suum ditaret & nõ in iudicio,id est,de rapina,recurrunt ad eam,quæ mater est,quæ peperit prima.Propterea dicit: In dimidio dierũ suorũ derelinquet eas,& in nouissimo suo erit insipiens.Insipienter enim dum deludere cupit,delusa est & ars eius à natura victa est.Perdix iste,diabolus est, qui astutia sua massam generis humani,in primis parentibus creatori surripuit,& extunc fouit,quæ non peperit,id est, in vitijs huius mundi male blanditus est eis,& in peccato nasci fecit eos,quos nõ creauit. Vnde in Esaia sub nomine Assur gloriabundus dicit: Et detraxi quasi potens insublime residentes, & inuenit,quasi nidum,manus mea fortitudinem populorũ.Itaq; quasi oua de nido sublimi, de nido alieno surripuit,de quibus pulli erant nascituri,quando de paradiso fraude eduxit homines,de quibus nascituri erant oês filij Dei iam prædestinati,dicente domino:Crescite,& multiplicamini.Fecitq; diuitias;& non in iudicio,quia videlicet princeps mundi huius factus est,& ab hominibus in templis idolorum pro Deo cultus est ordine peruerso.Sed in dimidio dierũ suorum(inquit)derelinquet eas,quod iam factum est,& in nouissimo suo erit insipiens,quod futurum est. Vniuersitas nanq; dierum eius vsq; ad vltimum iudiciũ protenditur. Verum ante illud iudiciũ qui iudicaturus erat,venit iudicandus,& sine iudicio rapras cum iudicio raptori per passionem suam sustulit diuicias,quemadmodum dicit:Nunc iudicium est mundi,nunc princeps huius mundi eijcietur foras.Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum. Tãdem in nouissimo suo erit insipiens,id est,insipientiæ coarguetur,tunc videlicet, qñ videnti bus cunctis precipitabitur.Et diuus Hieronymus:Perdix fouit &c.Aiunt scriptores naturalis historiæ,tam bestiarum,& volucrum,quam arborum hærbarumq;:quorũ principes sunt apud Grecos Aristoteles,& Theophrastus:apud nos Plinius secundus,hanc perdicis esse naturam,vt oua alterius perdicis,id est,aliena furetur:& in eis incubet,foueatq;,quũq; fœtus adoleuerit:auolare ab eo:& alienum parentem relinquere.Huiuscemodi diuites sunt,qui aliena diripiunt:& absq; cogitatione iudicij Dei faciunt diuitias non cum iuditio,quas in medio tempore relinquũt,subita morte subtracti,quãdo dicitur eis:Stulte,hac nocte repetent aiam tuã à te: quæ aũt præparasti,cuius erunt? Nihilq; insipientius,quam non prouidere nouissima: & breuia putare ppetua. Alij vero & propter superiorẽ historiã,& propter alteram qua dicunt: per dicem esse pugnacissimũ,& immundũ,ita vt victum polluat:diabolum sub eius nomine inter prætantur:quod alienas sibi diuitias congregarit,dicens ad dominum:Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.Quẽ relinquent diuitiæ suæ,quæ male ab eo fuerant congregatæ: & per Apostolos conuertentur ad dominũ,& qui sibi videbatur esse prudentissimus, erit omnium iudicio insipiens.Quodq; à lxx.dicitur,Clamauit perdix:ad hæreticorum personam referendum est:quod perdix iste diabolus clamauerit per principes hæreticorum,& congregauerit quæ non peperit:& deceptorum sibi multitudinẽ congregarit,quæ postea dimittat eũ, & omniũ iudicio stultissimus cõprobetur. Et diuus Augustinus libro xiij.cõtra Faustum cap.xij eadem verba pertractans ait.Clamauit perdix,congregauit quæ non peperit &c.Perdix eñ nimis contentiosum animal notũ est quãta auiditate ipsius contentionis currat in laqueũ. Nõ enim disputare amãt hæretici,sed quoquo modo superare impudentissima pertinacia.Cõgregent(sicut hic dicit)quæ non pepererunt.Christianos enim,quos maxime Christi nomine seducunt,iam,per ipsius Christi Euangelium natos inueniunt,& faciunt illos diuitias suas, non sane cum iudicio,sed cum temeritate inconsiderata.Non enim intelligunt ibi esse veram,& salubrem,& quodammodo germanam,atq; radicalem societatem,vnde istos separauerunt, ꝗs ad suas diuitias congregarunt.Et quia de talibus dicit Apostolus:Sicut enim Iohannes & Mãbres restiterunt Moysi,sic & isti resistunt veritati,homines mente corrupti,reprobi circa fidẽ, sed vltra non proficient:Dementia enim eorum manifesta erit omnibus,sicut & illorũ fuit.Sequitur & hic propheta,& dicit de perdice qui congregauit,quæ nõ peperit in dimidio dierũ eius derelinquent eũ, & in nouissimis suis erit insipiens.i.qui primo tanq̃ per pollicitationem & ostentationem excellentis sapiẽtiæ seducebat,erit insipiens,id est,apparebit insipiens.Et qp pe,quibus primo sapiens erat,tunc erit insipiens,quũ apparebit,quia demẽtia eius nota erit oibus.Et libro vnico de pastoribus,cap.xij.Perdix(inqt)cõgregauit,quę non peperit faciens diuitias suas nõ cũ iudicio.Cõtra istũ perdicẽ facientẽ diuitias suas nõ cũ iudicio,pascit iste pastor cũ iudicio.Ille sine iudicio,quia cõgregauit,quæ nõ peperit,iste cũ iudicio,qa fouet quod peperit.Per-

Luc.12.c

Esai.10.d

August.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit. Perdix quidem illa à quibusdam maioribus, & ante nos scripturas tractantibus, diabolus intellectus est, congregans quæ non peperit. Non em̃ ille creator, sed deceptor est, faciens diuitias suas non cum iudicio. Non enim ad eum ptinet, quis isto aut illo modo erret, oēs errantes vult quibuslibet erroribus. Quàm diuersæ sunt hæreses, q̃ diuersi errores, ille in omnibus vult errare hoiēs. In dimidio dierum &c. Venit ille congregans vndiq; oues suas in dimidio dierũ eius, priusquã sperabat, ante q̃ putabat, derelinquet eas, & erit insipiens in nouissimis eius. Quare in primis suis sapiens erat, vt in nouissimis suis fit insipiens? Audite fratres. Dicitur aliquando in scripturis sapientia abusiuè pro stultitia, vt illud: Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Et iste perdix, idem draco, idē serpens sapiens erat, quando Adam per Euam decepit, verum dicere putatus est, bonum consilium dare existimatus est, contra deum creditus est. Quòd vero dicitur sapientia abusiuè vbi & in malo, consuetudine quidem scripturarum nostrarum: Nam quemadmodũ loquuntur autores mundi, quid ad nos? Habes in eodem libro: Erat ibi serpens sapiẽtior omnibus bestijs. Iste sapientior omnibus bestijs, astutus, & acutus ad decipiendum cognoscitur, postea nõ ei creditur. Et dicitur ei: Renunciamus tibi, sufficiat q̃ incautos primo decepisti. Ergo ita erit in nouissimis suis insipiens, apertę erunt fraudes eius, & ideo iam fraudes non erunt. In nouissimis suis erit insipiens, qui congregauit quæ non peperit, & fecit &c.

3.Cor.3.c

Quid pedes mysticé significent. Cap. XIX.

Iob.22.a

VId pedes mystice significent, diuus insinuat Grego. exponens illud Iob: Eos quos oblitus est pes egentis. Quis hoc loco alius accipitur egenus homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur: Qui propter nos egenus factus est, quũ diues esset? Cuius videlicet egentis

Act.13.c

hominis pedes sancti p̃dicatores fuerunt, per quorum profecto p̃sentiam gentilitatem circuiens, mundum pambulauit vniuersum. Dicit ergo: Eos (id est (Iudæos, quos p̃dicatores dñi per humilitatem pauperis, pro supbiæ suæ tumore reliquerunt, eorumq; omnino obliti sunt, dũ p̃dicationis suæ semina, ad solam fructificationem gentium transtulerunt, iuxta illud: Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Et exponens illud Iob: Quando lauabo pedes meos butyro, &c. Require in dictione Butyrum. Et exponens illud Iob: Pedes meos subuertertit &c. Quid, inquit, per pedes ecclesiæ, nisi extrema illius membra signantur? Hos itaq; pedes aduersarij subuertunt, quum extrema membra illius ad sui dogmatis errorem trahunt. Et exponẽs illud Iob, Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti oēs semitas meas, & vestigia pedũ meorum considerasti. In neruo deus (ait) pedem hominis posuit, quia prauitatem illius forti districtionis suæ sententia ligauit. Cujus omnes semitas obseruat, quia subtiliter singula eius quæq; dijudicat. Semita enim angustior solet esse quam via. Quia autem vias actiones, nõ immerito semitas ipsas actionum cogitatiões accipimus. Deus itaq; omnes semitas obseruat, quia in singulis quibusq; actibus nostris etiam cogitatiões nostras pensat. Et vestigia pedum cõsiderat, qa intentiones nostrorum opum, q̃ recte ponantur examinat, ne & hoc q̃d bonum agit, nõ recto desiderio agatur. Possunt q̃q; p pedum vestigia q̃dam male acta signari. Nam pes in corpore est, vestigium in via. Et plerunq; dum q̃dam praue agimus, intuentibus hoc fratribus, exemplum malum p̃bemus, & quasi inflexo extra viam pede, sequentibus vestigia distorta relinquimus, dum per nostra opa ad scandalũ aliena corda p̃uocamus. Et exponens illud Iob: Vestigia eius secutus est pes meus. quasi, inquit, quidam gressus dei, ipsæ quas cernimus opatiões eius,

Psal.67.a

quibus bonus quisq; malusq; regitur, quibus iusti iniustiq; suis ordinibus disponuntur, quibus & subiectus quisq; ad meliora quotidie ducitur, & auersus ad deteriora corruens, toleratur. Luxta illud: Vidi sunt gressus tui deus. Nos itaq; quum virtutem longanimitatis atq; pietatis intuemur, & intuentes imitari contendimus, quid aliud q̃ gressuum eius vestigia sequimur, quia extrema quædam eius opationis imitamur? Hæc enim patris sui vestigia veritas admonebat imitari, quum diceret: Orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri. q

Luc.6.c

in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Et exponens illud Iob: Et inuoluent pedes eius. Pedes, inquit, si inuoluti fuerint, gressus liberos habere non possunt, & nullũ carpere iter valent, quia sua eos inuolumenta retinent. Praua itaq; desideria ad pessimã actionẽ trahunt, sed pessima actio restringit in formidine, q̃ videlicet formido inuoluit pedes, ne in rectã exire valeãt actionẽ. Et sæpe cõtingit, vt idcirco q̃q; bonus esse metuat, ne hoc à prauis ipse patiat, q̃d se bonis fecisse reminiscit, dũq; hoc pati q̃d fecit metuit, vndiq; territus, vndiq; suspectus, quasi pedes inuolutos habet, qui timore irretitus, nihil libere agere præualet, qui in bono opere quasi inde gressum p̃didit, vnde ad mala q̃ concupierat excessit. Et diuus Hieronymus, exponẽs

exponens illud Apostolicum: Et calciati pedes in præparatione Euangelij pacis. Diligẽrius (inquit) obseruate, quod virtutem quandam animæ appellauerit pedes, quibus iugredimur in eo qui dicit, Ego sum via, & quos nos oportet calciare in præparatione Euangelij pacis. Et diuus Ambrosius sermone xiij. in Psalmũ cxviij. exponens illũ versiculum: Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. Non vtiq; (ait) corporis pedes prohibuit, qui mentis piæ plerunq; obsequuntur arbitrio. Neq; enim prohibendi sunt quum prodeunt ad Dei tẽplum. Pes autem qui iure prohibetur est ille de quo ait: Non veniat mihi pes superbiæ. Est etiam pes iniquitatis, qui cito labitur, qui stare non potest, sicut perfidorum est, de quibus scriptũ est: Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerũt stare. Prohibe ergo pedes tuos, ne cadas. Sunt enim non solũ crimiuũ, sed etiam infirmitatis pedes. Stans cũ dño, poteris dicere: Eruit pedes meos à lapsu. Ab omi ergo via mala (inquit) prohibui pedes meos. i. ab istius sæculi vanitate, ab istius mũdi lubrico reuocaui pedes animi mei, & mẽtis incessum, restiti cupiditatibus, obstiti motibus, qui vident irruere sicut bestiæ atq; iumenta, vt teneros fructus, & noua ruris huius cultu depascãt. Et libro de virginibus tertio, exponens illud Cantico rũ: Laui pedes meos quomodo iniquinabo illos? Didicisti (inquit) in Euãgelio, quod pedes lauare, fidei misterium, humilitatis insigne sit, iuxta quod scriptũ est: Si ego laui pedes vestros dominus, & magister, quãtomagis vos debetis alter alterius lauare pedes? Sed hoc ad humilitatem pertinet. Quantum vero ad mysterium, pedes debet lauare suos, qui vult partem habere cum Cristo. Si enim non lauero (inquit) tibi pedes, non habebis partem mecum. Quum hoc Petro dicitur, quid de nobis censetur? Qui lauit igitur pedes, non necesse habet iterum lauare, & ideo caueat, ne inquinet eos. Et bene sancta Ecclesia dicit: Laui pedes meos. Non dicit quomodo iterum lauabo eos, sed quomodo iterum inquinabo eos, quasi oblita maculæ veteris, oblita contagij. Admonet igitur in ministerio corporali, quemadmodum spirituale debeamus actuum nostrorum diluere vestigium. Itaq; pedes, quum semel laueris æterni fontis irriguo, & mysterij mundaueris sacramento, caue iterum corporeæ cupiditatis illuuiem, ne lutulẽti actus sordibus inquinentur. Isti sunt pedes, quos Dauid lauit in spiritu, qui te docet, quemadmodum eos inquiuari non possis dicens: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Vtiq; hic nõ corporis, sed anima intellige pedes. Quomodo enim terrenus homo in cœlo haberet corporis pedes? Hierusalem enim (sicut Paulus te docuit) in cœlo est. Et idem te docuit quemadmodũ in cœlo sta re possis, quũ dicit: Nostra aũt conuersatio in cęlis est. Cõuersatio morũ atq; factorũ, conuersatio fidei. Et diuus Augustinus tractatu lvij. exponens illud Canticorum: Laui pedes meos &c. O admirabile sacramentum, o grande mysterium. Ergo ne timet inquinare pedes veniendo ad eum qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certe, quia per terram venit ad eum qui etiam in terra est, quia suos hic constitutos non deserit. An non ipse ait: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi? An non ipse ait: Videbitis cœlos apertos, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes ad filium hominis? Si ascendunt ad eum propterea, quia sursum est, quomodo ad eum descendunt, si etiam non hic est? Dicit ergo Ecclesia Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? In eis hoc dicit qui prædicant Christum, & aperiunt illi ostium, vt habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit, quum deliberant, vtrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, vt fine culpa impleant, ne forte alijs prædicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim veritas auditur, quam prædicatur, quoniam quum auditur, humilitas custoditur, quum autem prædicatur, vix non surrepit cuius hominum quantulacunq; iactantia, in qua vtiq; inquinentur pedes. Respiciens ergo ad eos qui p̃dicare, & populos acquirere, ac regere, ac fic Christo aperire vtcunq; possunt, sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: Laui (inquit) pedes meos quomõ inquinabo illos? Quis enim in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis, tanto frigore charitatis? Laui &c. quandoqdem lego, & audio: Nolite multi magistri fieri fratres, quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Laui pedes meos, quomõ inquinabo eos? Sed ecce surgo, & aperio, Christe laua eos: dimitte nobis debita nostra quoniam non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Quando te audimus, exultant tecum in cœlestibus ossa humiliata. Sed quando te prædicamus, terrã calcamus, vt tibi aperiamus: & ideo si reprehendimur, perturbamur: si laudamur, inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos, sed quum ad aperiẽdum tibi per terram pergimus inquinatos.

Eph.4.d
1.Cor.9.d

Mat.6.b

Quid Pessulus, petraq; pharetra, phiala, pignus, pilus mystice significent. Cap. XX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PEssulus quid mystice significet diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticorũ: Pessulũ ostij mei aperui dilecto meo. Pessulũ ostio facimus, quando per voluptates carnis, adi
Gregorius tum cordis contra sponsum obseramus. Pessulũ vero aperimus, quando remotis voluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durũ fuerat, soluimus: & spõso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dũ in hac carne viuimus: qa repente fieri nõ potest, restat, vt magis, ac magis ḡtidie faciamus. Nemo enim, sicut scriptũ est, repente fit summus. Et
Rupertus Rupertus. Pessulum ostij mei apui dilecto meo. Pessulũ (inquã) ostij mei. i. clausuram oris mei. Quid nanq; per pessulum, nisi silentij signatur firmentum? Pessulum ergo ostij dilecto meo aperitur, quum in dictum ori silentium propter Christum resoluitur, vt audientes ædificẽtur, & q̃ pulcher, quã rationabilis, & disciplinatus ordo loquendi? Prius myrrha stillat de manibus, & digiti myrrha probatissima pleni monstrãtur, ac deinde pessulus ostij dilecto aperitur. i. prius vita laudabilis in exemplum præparatur, & deinde doctrina fidem quęrens audientium palam profertur. Hinc de ipso dilecto scriptum est, quia cœpit facere & docere. Non prius dictũ est docere, & deinde facere: sed prius facere, & deinde docere.

Petra vero quid mystice significet diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob: In petris
Gregor- manet &c. In sacro (inquit) eloquio, quum singulari numero petra nominatur, quis alius, quam Christus accipitur? Paulo attestante, qui ait: Petra autem erat Christus, quum vero petræ pluraliter appellantur, membra eius, videlicet sancti viri, qui illius robore solidati sunt, exprimuntur. Quos nimirum Petrus Apostolus lapides vocat, dicens: Vos tanquam lapides viui coædificamini domus spiritales: Ista itaq; aquila, quæ ad veri Solis radios cordis oculos exerit, in petris manere dicitur: quia in dictis antiquorum, & fortium patrum mentis statione collocatur. Eorum quippe vitam, quos in via Dei præisse conspicit, ad memoriam reducit, atq; in celsitudine illorum fortitudinis studendo, nidum sibi construit sanctæ meditationis. Quumq; eorum acta, dictaq; tacite cogitat, quum præsentis vitæ gloriam in comparatione æternę excellentię, quam sit abiecta considerat, quasi sub se esse ima terrarum in petris residens, obseruat. Possunt etiam petræ sublimes virtutum cœlestium potestates inteligi, quas non iam quasi more arborum huc, atq; illuc ventus nostræ mutabilitatis inclinat: quia velut petræ in arduis sitæ, ab omni motu mutabilitatis alienæ sunt, & ad soliditatem fixæ celsitudinis, ipsa cui inhærent æternitate duruerunt. Vir itaq; sanctus, quum terrena despicit, more se aquilæ ad altiora suspendit, & per cõtemplationis spiritum sublcuatus, perennem angelorum gloriam præstolatur. atq; huic mundo hospes, illa appetendo quæ aspicit, iam in sublimibus figitur. Recte ergo dicitur: In petris manet, id est, intentione cordis inter illas cœlestes virtutes residet, quæ & per æternitatis suæ fortitudinem tanta iam soliditate fixæ sunt, vt in nullo culpæ latere mutabilitatis varietate
Hieronym. flectantur. Et diuus Hieronymus exponens illud Amos: Nunquid currere queunt in petris equi? Petra (inquit) Christus est, qui donauit Apostolis, vt ipsi quoq; petre vocentur: Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Qui in istis petris fuerit, aduersariæ potestates. Quæ appellantur equi: persequi eum non poterunt, curribus præpeditis, & per singulas petras corruentibus. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ: Et statuit supra petram pedes meos &c. Sicut duobus modis operari præcipit Christianum: vt declinet à malo, & faciat bonum: ita duplici ratione dñm dicit profutura cõcedere. Primũ est enim, vt nos educat de mũdi istus profundissima calamitate: cuius apte designata est maligna latitudo lacus miserię, lutus que fœcilentus. Et vt exprimeret delictorum crassitudinem corpulentiamque lutum addidit: qui lacu continetur: ne peccata solis aquis cognosceres, quamuis densissimis comparata. Nam sicut lutus laci fœtidus atq; grauis est, ita & hominum delicta limosa sunt: quæ & fœtoribus horrescunt: & grauitate demergũt. Deinde pedes nostros supra petram statuit: quum Christi domini iussionibus ambulamus. Ipse est enim nobis spiritualis petra: qui in se fixa non finit demergi vestia. Et respice: quia sicut peccata virtutibus cõtraria sunt: ita & earum vitæ probantur esse dissimiles. Illa enim sicut sunt mollia, & dissoluta: in itineris sui cœnositate voluuntur. Virtutes autem quemadmodum rigidæ sunt, & immobiles: sic habent viam petralem vbi non inquinatis: sed mundis pedibus ambulatur.

Pharetra qd mystice significet habes partim in dictione Sagitta. Et diuus Grego. exponẽs illud Iob: Super ipsum sonabit Pharetra. In scriptura sacra pharetræ nomine aliqñ iustũ Dei, occultũq; consiliũ: aliqñ vero clandestina prauorũ machinatio designat. Per pharetrã iustũ Dei, occultũq; cõsiliũ exprimitur: sicut idem beatus Iob superiore parte testatur dicens: Pharetrã enim suã aperuit, & afflixit me. i. occultum suum cõsiliũ detexit: & publica me percussione vulnerauit. Sicut enim in pharetra sagittę: sic in occulto Dei cõsilio latent sentẽtię & quasi ex pharetra sagitta

tra sagitta educitur, quando ex occulto consilio apertam Deus sententiam iaculatur. Pharetrę quoq; nomine prauorum machinatio designatur: sicut per Prophetam dicitur: Parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagitent in obscuro rectos corde. Iniqui enim, quum dolos, quos bonis excogitant, secretis machinationibus occultant: quasi in pharetra sagittas parant, & in hac præsentis vitæ caligine, velut in obscuro rectos corde feriunt, quia malitiosa eorum iacula, & sentiri per vulnus possunt, & tamen venientia deprehendi nõ possunt. Igitur qa equus Dei nulla aduersitate terretur, eiq; quo magis obuiatur, eo vi intẽtionis suæ super armatos hostes feruentior ducitur: persecutores eius, qui se etiã ferientes vinci sentiunt, turbati ad consiliũ reuertuntur, dolos præparant, & velut ex longinquo mittendo, vulnera occultant. Vnde nũc recte dicitur, quod sancti viri nec insidijs, nec minis, nec disputationibus, nec pœnis terrentur. Super ipsum sonabit pharetra, vt eum ex absconsa machinatione longe feriant, cui apertis con Actu.23.c
gressionibus inaniter appropinquant. Hæc tũc super equum Dei pharetra sonuerat: quũ quadraginta viri, qui in eius mortem coniurauerant, educi de carcere Paulum quærebant: vt consiliorum suorum ictibus, quasi clam sagittarum dolo interficerent: quẽ congressione persecutionis publicæ superare nequaquam possent. Pharetra ergo sonuit: quia occultæ machinationis ad Paulum causa peruenit. Quamuis si vigilanter quærimus, adhuc in pharetræ sonitu aliquid subtilius inuenimus. Sæpe enim aduersarij consilia contra bonos ineunt: prauis inuentionibus innituntur: ad excogitandos dolos se conferunt: sed tamẽ qui eosdem dolos prodere bonis debeant, ipsi instituunt latenter, ipsi transmittunt: vt crudelis suppliciorum præparatio, dum quasi furtim innotescitur, amplius timeatur: & audientis animum plus suspecta vulnera, quam perceptа perturbent. In pharetra enim sagittæ, dum latent, & sonant, mortem etiam non visæ denũciant. Pharetra ergo contra equum sonitum reddit: quum contra prædicatorem sanctum occulta prauorum machinatio consilium suum, quod fraudulenter operit, fraudulentius innotescit, vt præmissis minis quasi ex sonitu pharetræ terreat, quum prædicator Dei apertas contumelias, velut cominus ferientia iacula, non formidat. Quum vero eisdem minis minime terretur: mox persecutorum crudelitas ad supplicia manifesta perducitur. Et D. Heroñ, exponẽs illud Esaię: Et posuit me sicut sagittã electam, in pharetra sua abscondit me. Qñ dicit sagittam Psal.44.b
electã: ostẽdit habere deũ sagittas plurimas, sed nõ electas, q̃ sagittæ prophetæ sunt & Apostoli, q̃ in toto orbe discurrũt. De qbus & in alio loco canit: Sagittæ tuæ acute potẽtissime: populi sub te cadent. Et iterum: Sagittæ potẽtis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Christus aũt de multis sagittis, & filijs plurimis, vna sagitta electa, & filius vnigenitus est, quam in pharetra sua abscondit, id est in humano corpore, vt habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter: Ratiq; est credẽtiũ fides. Cui & supra dicitur: Tu es Deus abscõditus, & nesciebamus. Qua sagitta & spõsa vulnus accipiens, loquit in Cantico Canticorũ: Vulnerata charitate ego sum. Et exponens illud Threnorũ: Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Filias (inqt) pharetræ sagittas dicit. Misit ergo in renibus filias pharetræ, quũ carnalia desideria in hoibus iuxta modũ dispensationis suæ congrua castigatione corripuit. De hac quippe pharetra in Iob ita scriptũ est: Pharetrã enim suam aperuit, & afflixit me. Quid per pharetrã Dei nisi occultũ iudiciũ, vel consilium designatur? Sagittã vero de pharetra dominus ejicit, quando de occulto iudicij consilio Iob.30.b
agtam sententiã emittit. Quia enim flagellat quisq; agnoscimus: sed ex qua causa flagellũ veniat ignoramus. Quũ vero post flagella vitæ correctio sequit. & ipsa consilij virtus aperit. Pharetra igitur clausa, est cõsilium occultũ. Sed aperta pharetra affligimur, quãdo per id q̃ post flagellum sequitur: quo consilio flagellamur, videmus. Quum peccata dominus videt & tamen manum ad vindictam non commouet, quasi clausam pharetrã tenet: sed feriendo indicat: quã tum ei in nobis displicuit, hoc quod diu videndo tolerauit.

Phiala vero quid mystice significet, diuus Gregorius libro Moral. xx. capite ij. insinuat, dicens, Iubente domino non solum phialæ ad mensam tabernaculi, sed etiam cyathi præparantur. Quid enim per phialas nisi larga p̃dicatio? Quid vero p cyatos: nisi minima & tenuis de Deo locutio designatur? In mensa igitur domini, & phialæ præparantur, & ciathi: quia in doctrina sacri eloquij non soulm exhibenda sunt magna, & arcana, quæ deebriant, sed etiam parua, & subtilia, quæ quasi per gustum notitiam præstant

Pignus aũt (vt diuus ait Greg. lib. Mor. xvi. cap. ij. exponẽs illud Iob: Abstulisti enim pignus fratrum tuorũ sine causa) duo potissimum mystice significat. Nam in scriptura sacra (inquit) pignoris appellatiõe aliquando dona spiritus sancti signantur, sicut per Paulũ dicitur: Qui dedit nobis pignus spiritus. Ad hoc enim pignus accipimus, vt de promissione, q̃ nobis fit certitudinẽ teneamus. Donum ergo sancti spiritꝰ pignus dicitur, quia per hoc nostra anima ad interio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris ſpei certitudinẽ roborat. Aliqñ pignoris nomine peccati confeſſio ſolet intelligi, ſicut in lege ſcriptũ eſt: Quũ debet tibi quippiã frat tuus, & abſtuleris pignus ab eo, ante ſolis occaſum pignus reſtitue. Frater etenim noſter debitor nobis efficit, quũ qlibet proximus in nos aliquid deliquiſſe mõſtratur. Peccata qppe debita vocamus. Vnde pecatori ſeruo dicit: Omne debitũ
Mat.18.d. Mar.6.b dimiſi tibi. Et in dñica oratiõe: Dimitte nobis debita noſtra &c. A debitore aũt noſtro pignus accipimus, qñ ab eo q in nos peccaſſe cognoſcitur, peccati eius iam confeſſionem, tenemus, per quam relaxare peccatum, qp in nos perpetratũ eſt, poſtulamur. Qui eñ peccatum qp commiſit, fatetur, & veniam petit, iam quaſi pro debito pignus dedit. Quod nimirũ pignus ante ſolis occaſum reddere iubemur, qa priuſquã in nobis per dolorem cordis ſol iuſtitiæ occidat debemus ei confeſſionẽ veniæ reddere, à quo confeſſionem accipimus culpæ, vt qui ſe deliquiſſe in nos meminit, à nobis mox relaxatum ſentiat, quod deliquit.

Pilus quid myſtice ſignificet, require in dictione Capillus.

Quid piſcis, plantaq; ſiue plantatio myſtice ſignificent. Cap. XXI.

Gregorius PIſces maris ſunt curioſi huius ſæculi, vt dictum eſt in dictione Iumenta. Et D. Greg. libro Moral. v. cap. vi. Per Moyſen (inquit) dicitur: vt piſces qui pennulas non habẽt, nõ edãt. Piſces nanq; qui habent pennulas, ſaltus dare ſuper aquas ſolent. Soli ergo in electorũ corpore, quaſi piſces tranſeunt, qui in eo quodlibet deſeruiunt, aliqñ ad ſuperna conſcendere mẽtis ſaltibus ſciunt, ne ſemper in profundis curarum lateant, & nulla eos amoris ſummi quaſi liberi aeris aura cõtingat. Quid aũt piſcis aſſus myſtice ſignificet, diuus oſtendit Greg. Homil. xxiiij. in Euangelia. Inter hæc (inquit) vt heſterna ſanctæ Euangelij lectio, & hodierna nos admonet, vt vigilanter debeamus inſpicere, cur dñs, & redemptor noſter poſt reſurrectionem ſuam piſcem aſſum legitur comediſſe. Non enim vacat à myſterio, quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem, & aſſum piſcem: in illa vero, quæ heſterno die lecta eſt, cum aſſo piſce etiã fauum mellis comedit. Quid autem ſignare piſcem aſſum credimus, niſi ipſum mediatorem Dei, & hominum paſſum? Ipſe enim latere dignatus eſt in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſſatus eſt tempore paſſionis ſuæ. Sed qui piſcis aſſus fieri dignatus eſt in paſſione, fauus mellis nobis extitit in reſurrectione. Nam qui in piſce aſſo figurari voluit tribulationem paſſionis ſuæ, in fauo mellis vtranq; naturam exprimi voluit perſonæ ſuæ. Fauus quippe mel in cæra eſt. Mel vero in cæra eſt diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non diſcrepat: Nam piſcem comedit, & panem. Qui enim aſſari, vt piſcis, potuit ex humanitate, pane nos reficit ex diuinitate, quia ait: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi. Aſſum ergo piſcem comedit, & panem: vt ipſo cibo ſuo nobis oſtenderet, quia & paſſionem ex noſtra humanitate pertulit, & refectionẽ noſtrã ex ſua diuinitate procurauit. Quod
Iohan. 6.c. ſi vigilanter inſpicimus, nobis quoq; qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim ſua facta redemptor indicat, vt imitationis viam nobis ſequentibus ſternat. Ecce in cibo ſuo dominus noſter piſci aſſo coniungere fauum voluit, quia videlicet illos in ſuo corpore ad æternam quietem ſuſcipit, qui quum hic tribulationes pro domino ſentiunt, ab amore internæ dulcedinis non recedunt. Cum aſſo piſce fauus ſumitur, quia qui hic afflictionem pro veritate ſuſcipiunt, illic dulcedine vera ſatiantur.

Gregorius Plantationẽ primã, & ſecundã require in dictione Radix. Et plantare, & rigare, adiuuare eſt, vt inqt D. Greg. lib. Mor. xvij. cap. ix. exponẽs illud Apoſtolicũ: Adiutores eñ dei ſumus. Sed inter hæc (inqt) ſciendũ eſt, qp plærũq; etiã Deũ, qui videlicet imbecillis non eſt humiliter agẽ
1. Cor. 4. b. tes adiuuamus. Vnde & per Paulum dicitur: Adiutores eñ Dei ſumus. Nã quũ ei, quẽ ipſe per internã gratiã infundit, nos exhortationis voce cõcurrimus, hoc quod ille per ſpiritum ſanctũ agit intrinſecus, nos exterius miniſterio vocis adiuuamus, & tunc ſolum noſtra exhortatio ad perfectionem ducitur, quum in corde Deus fuerit, qui adiuuetur. Vnde & alias dicit: Neq; qui
Ibidem plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Plantare quippe, & rigare, adiuuare eſt. Quod vtrunq; vacuum erit miniſterium ſi in corde Deus non dat incrementum. Sed qui de ſenſu ſuo alta ſapiunt, eſſe humiliter dei adiutores nolunt, quia dum ſe deo vtiles eſſe æſtimant, à fructu ſe vtilitatis alienant. Vnde & veritatis voce diſcipulis dicitur: Quum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, feci-
Auguſtinus mus. Et diuus Auguſtinus lib. i. quæſtionum Euangeliorum, quæſti. xvij. exponens illud Euãgelicum: Omnis plantatio, quam non plantauit &c. hoc eſt (inquit) omnis carnalis cupiditas, ſecundum quam ſentientes offendebantur de prætermiſſis rerum ſignis, vel etiam traditionibus ſuis & præcepta vitæ non curabant, quæ cupiditate animũ purgant. Et libro vnico contra Adimantũ Manichæũ, cap. xv. Omnis plantatio &c, Infidelitatẽ Iudæorũ plãtationẽ appellauit, quã

uit, quã nõ plantauit pater cœleſtis. Et D. Hieron. Omnis plãtatio &c. Etiã q̃ plana videnť in ſcripturis, plena ſunt q̃ſtionibus. Ois, inquit, plãtatio, quã nõ plantauit pater meus cęleſtis, era- Hieronym.
dicabitur. Ergo eradicabitur & illa plãtatio, de qua Apoſt. ait: Ego plãtaui, Apollo rigauit. Sed ſoluitur queſtio ex eo q̃d ſcribitur: Deus aũt incrementum dedit. Dicit & ipſe: dei agricultura, dei ædificatio eſtis. Et in alio loco: Cooperatores dei ſumus. Si aũt cooperatores: igitur plãtan te Paulo, & rigante Apolline, deus cũ operatoribus ſuis plantat & rigat. Abutũtur hoc loco q diuerſas naturas introducũt, dicẽtes: Si plantatio quã non plantauit pater, eradicabit: ergo quã plãtauit ille, nõ poteſt eradicari. Sed audiãt illud Hieremiæ: Ego vos plãtaui vineã veram, qũo verſi eſtis in amaritudinẽ vitis alienę? Plantauit quidẽ deus, & nemo põt eradicare plantationẽ eius. Sed qñ iſta plantatio in voluãtate proprij arbitrij eſt, nullus alius eã eradicare poterit, niſi ipſa p̃buerit aſſenſum. Et Chryſoſt. hom. lij. Ois plantatio &c. Quod de lege dictũ eſſe Manichæi cõtendunt, ſed ea quę p̃ceſſerunt ora ipſorũ penitus obſtruunt. Nam ſi de lege hoc dictũ eſt, quo ſuperius acerrime pro lege ipſa pugnabat, dicens: Quare mandatũ dei propter obſervandas traditiones veſtras tranſgredimini? Quo etiam prophetam in mediũ induxit? Nõ igiť de lege, ſed de illis ipſis, ac de traditionibus ſuis hæc diſputat. Præterea ſi à deo dictum eſt: Ho-
nora patrẽ tuum, & matrẽ tuam, quo nõ eſt plantatum à deo, quod à deo dictum eſt? A ſequen- Exodi. 20ª
tibus aũt patet, non de lege, ſed de ipſis, & traditionibus dictũ eſſe. Quippe quum ſubiũxerit: Duces ſunt cæci cæcorum, ita legem ab omni accuſatiõe vindicauit, & ad illos oẽm culpam tra-
iecit. Quod ſi de lege dictum eſſet, dixiſſet vtiq; Dux eſt cæcus cęcorum. Et Theophylactus, Ibidem
Omnis plantatio &c. Seniorum (inquit) traditiones, & Iudæorum præcepta eradicatum iri dixit, non legalia, vt exiſtimant Manichæi. Lex enim plantatio eſt dei, nõ igitur illa eradicata eſt. Manet enim radix eius, ſpiritus qui in occulto eſt. Folia autem, hoc eſt, apparens litera, defluunt. Legem enim vltra non iuxta literam, ſed iuxta ſpiritum intelligimus.

Platea præſentis vitæ latitudinem ſignat, vt dictum eſt in dictione Sanctuarium.

Quid Pleiades myſtice ſignificent. Caput XXII.

Gregor. lib. 38. c.

QVid Pleiades myſtice ſignificent. D. inſinuat Greg. exponens illud Iob: Nunquid cõiungere valebis micãtes ſtellas pleiades? Pleiades ſtellæ apo tou plæſtou. i. à pluralitate vocatæ ſunt. Ita aũt vicinæ ſibi, & diuiſæ ſunt cõditæ, vt & ſimul ſint, & tñ cõiungi nequaq̃ poſſint, quatenus vicinitate quadam cõiunctæ ſint ſed tactu diſiunctę. Quid eñ micantes pleiades, q̃ & ſeptẽ ſunt, aliud q̃ ſanctos oẽs denunciant, quæ inter ſentis vitæ tenebras ſeptiformis ſpũs gratiæ nos lumine illuſtrant, qui ab ipſa mundi origine vſq; ad eius terminũ diuerſis tẽporibus ad prophetandũ miſſi, & iuxta aliquid ſibi coniuncti ſunt & iuxta aliqd diſiuncti? Stellæ enim pleiades (ſicut ſupra dictum eſt) vicinitate ſibi cõiunctę ſunt, & tactu diſiunctæ. Simul quidem ſitæ ſunt, & tñ lucis ſuæ variatim radios fundũt. Ita oẽs ſancti alijs, atq; alijs ad p̃dicandũ tẽporibus apparentes, & diſiuncti ſunt per viſionem ſuæ imaginis, & coniuncti p intentiõem mentis. Simul micant, quia vnum p̃dicant, ſed non ſemetipſos tangunt, quia in diuerſis temporibus partiuntur. Quãm diuerſis temporibus Abel, Eſaias, & Ioannes apparuerunt. Diuiſi quidẽ fuerunt tempore, ſed non p̃dicatione. Nam Abel redemptoris noſtri paſſionem ſignificãs, agnũ in ſacrificio obtulit de cuius paſſione Eſaias ait: Sicut agnus coram tondente ſe obmutęſcet, et non aperiet os ſuum. De quo Ioannes quoq; ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mun- Ioha. 1. d.
di. Ecce diuiſis quidem temporibus miſſi, & tamen cõcorditer de redemptoris noſtri innocentia ſentientes, eundem agnum Ioannes oſtendendo, Eſaias offerendo, Abel ſignificando locutus eſt, & quem Ioannes in oſtenſione, quem Eſaias in locutiõe, hunc Abel ſignificando in manibus tenuit. Quia igitur qũo pleiades ſtellæ de humanitate redemptoris ſibi concinnant, diximus, nunc quomodo in oſtendenda vnitate trinitatis concorditer luceant, demonſtremus. Diuerſis quippe temporibus huic mundo Dauid, Eſaias, & Paulus apparuit: ſed tamen nullus eorum alteri diuerſum ſenſit, quia & ſi ſemetipſos non nouerant facie, vnum tñ didicerant ex diuina cognitione. Dauid quippe vt autorẽ omniũ deum in trinitate oſtẽderet, dixit: Bñdi
cat nos deus deus noſter, bñdicat nos deus. Ac ne tertio deum nominans, tres Deos dixiſſe putaretur: ilico vnitatem eiuſdem trinitatis inſinuans, addidit: Et metuant eum omnes fines terræ. Qui enim nõ eos, ſed eum ſubdidit, vnum tria, quæ dixerat, intimauit. Eſaias quoq; quum laudem de vnitate trinitatis aperiret Seraphim voces exprimens, ait: Sanctus ſanctus, ſcñs, ac
ne tertio ſanctum nominans, vnitatem diuinæ ſubſtantiæ ſcindere videretur, adiunxit: Dominus deus ſabaoth. Quia ergo nõ domini dij ſed dominus deus addidit, vnum exiſtere q̃d tertiũ ſanctum vocauerat, indicauit. Paulus quoq; vt operationem ſanctę trinitatis oſtẽderet, ait: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, atq; vt vnitatem eiuſdem trinitatis intimaret, protinus addidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus addidit. Ipſi gloria in ſecula ſeculorũ amen. Qui igitur non ipſis, ſed ipſi ſubdidit, vnũ naturaliter, tria ſcdm perſonas innotuit, quod ſuperius tertio idipſum dixit: Quaſi ergo & vno in loco pleiades ſitę ſunt, quia de deo concorditer ſentiunt, & tñ ſeipſas non tãgunt: quia, ſicut dictum eſt, per huius mundi tempora diuerſa patiuntur. Et infra: Tũc & pleiades plenius iungit, quum gyrũ arcturi deſtruit: quia tunc nimirũ ſancti omnes etiã viſionis ſibi ſpecie copulantur, quando in fine mundi ſancta eccleſia ab his, quos modo ſuſtinet laboribus, ſoluitur. Dicat ergo: Nunquid coniũgere valebis micãtes ſtellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris diſſipare? ſubaudis vt ego, qui tunc ſctõrum vitã etiã per ſpeciem vnio, quũ gyrum vniuerſalis eccleſiæ corporaliter ſoluo. Et quis hoim ſolius diuinæ hoc eſſe virtutis ignorat? Sed vt cognoſcat hõ quid ipſe ſit, memoretur aſſidue quid ſolus dñs poſſit. Habemus adhuc q̃d de ſtellis pleiadibus, atq; arcturo aliud ſentiamus. Pleiades quippe ab oriente, arcturus vero ex parte aquilonis ſurgit. Quocunq; aũt ſe per gyrum ſuum arcturus verterit, pleiades oſtendit, & quũ lux diei iam vicina efficitur, ſtellarũ eius ordo oſtenditur. Poteſt igit̃ per arcturum, qui à plaga frigoris naſcit, lex: per pleiades vero, q̃ ab oriente ſurgunt, teſtamẽti noui gratia deſignari. Et infra: Pleiades vero, q̃ ipſæ quoq; (ſicut ſuperius diximus) ſeptem ſunt, teſtamenti noui gratiam tanto apertius indicant, quanto cuncti liquido cernimus, q̃ per illã fideles ſuos ſpũſſanctus ſeptiformis muneris lumine illuſtrat. Quaqua igit̃ ſe arcturus vertit, pleiades oſtẽdit, quia per omne quod teſtamentum vetus loquitur, teſtamenti noui opera nunciãtur. Sub textu enim literæ, tegit myſterium prophetiæ. Et quaſi inclinat ſe arcturus, & demonſtrat, quia dum ad ſpiritalem intellectum flectitur, ſignificata per illud lex gratiæ ſeptiformis aperitur. Et propinquante diei luce, ſtellarum eius ordo diſtenditur: quia poſtquam per ſemetipſam nobis veritas innotuit, ab obſequijs carnalibus literæ præcepta laxauit. Redemptor autem noſter in carne veniẽs, pleiades iunxit, quia operationes ſeptiformis ſpũs ſimul in ſe, & cunctas & manentes
Eſai.11.a. in ſe habuit. De quo per Eſaiam dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritus ſapientię & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. De q̃
Zach.4.a. Zacharias ait: Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Atq; iterum: Et in candelabro aureo lucernę ſeptem. Nullus vero hominum operatione ſancti ſpiritus ſimul omnes habuit, niſi ſolus mediator Dei, & hominum, cuius eſt idem ſpiritus qui de patre ante ſecula procedit. Bene ergo dicitur: Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Huic enim lapidi ſeptem oculos habere, eſt ſi-
1.Cor.12.b mul oẽm virtutem ſpiritus ſeptiformis gratię in operatione retinere. Alius nanq; prophetiã, alius ſcientiam, alius virtutes, alius gña linguarum, alius interpretationes ſermonũ iuxta diſtributionem ſanctiſpũs accipit, ad habenda vero cuncta eiuſdem ſpũs munera nemo pertingit. At vero conditor noſter infirma noſtra ſuſcipiens, quia per diuinitatis ſuæ potentiã ſimul ſe habere omnes ſanctiſpũs virtutes edocuit, micantes proculdubio pleiades iunxit. Dum vero pleiades iungit, arcturi gyrum diſſipat, quia dum ſemetipſum factũ hoiem habere cunctas ſanctiſpũs operationes innotuit, in teſtamento veteri literæ laborẽ ſoluit, vt fidelis quiſq; iã cũ liber-
Iob.38.c tate ſpũs illud intelligat, cui prius in formidine inter tot diſcrimina ſeruiebat. Audiat itaq; B. Iob: Nunqd cõiungere valebis micãtes ſtellas pleiades? Ac ſi diceret. Habere q̃dẽ lumina quarundã virtutũ potes, ſed nunquid exercere ſimul oẽs operationes ſancti ſpũs ſufficis? Me ergo coniũgentem pleiades in cunctis virtutibus contẽplare, & tu de paucis ab elatione cõpeſcere.

Quid plumbum myſtice ſignificet. Caput XXIII.

Pſal.4.a QVid plumbũ myſtice ſignificet D. inſinuat Greg. lib. Moral. xiiij. cap. xxvi. & xxvij. exponens illud Iob, Et plumbi lamina: Recte (inquit) per plumbi laminam eos accipimus, quos auaritiæ pondus grauat, quibus p̃ increpantẽ prophetã dicitur: Filij hoim vſquequo gravi corde? Per plumbum namq; cuius natura grauis eſt ponderis, peccatum auaritię ſpecialiter deſignatur: quod mentem, quam infecerit, ita grauẽ reddit, vt ad petenda ſublimia attolli nequaquam poſſit. Hinc enim in Zacharia ſcriptum eſt: Leua oculos tuos, & vide. Quid eſt hoc quod egreditur? Et dixi: Quid nam eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens. Et dixit: Hæc eſt oculus eorũ in vniuerſa terra. Et ecce talentũ plũbi portabat, & ecce mulier vna ſedẽs in medio amphoræ, & dixit. Hęc eſt impietas. Et ꝓiecit eã in medio amphorę, & miſit maſſam plũbeã in os eius. Qui de hac viſione amphoræ, & mulieris & plũbi, vt latius quid cognouiſſet, oſtẽderet: adhuc ſecutus, adiunxit: Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpũs in alis earũ, & habebant alas, quaſi alas milui, & leuauerunt amphorã inter cœlum, & terram. Et dixi ad angelũ, qui loquebatur in me: Quo iſtę deferunt amphorã? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sĩnaar. Quod propheteę teſtimoniũ inutiliſ pro documẽto plumbi pro-

bi protulimus, ſi non etiã repetẽtes, exponamus. Ait enim: Leua oculos, & vide. Quid eſt hoc quod egreditur? Et dixi: Quid nam eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens. Volens deus prophetæ oſtendere humanũ genus, ex qua ab eo maxime culpa dilabitur: per imaginẽ amphoręq; quaſi patens os auaritiæ deſignauit: Auaritia qppe velut amphora eſt, quæ os cordis in ambitu apertum tenet. Et dixit: Hęc eſt oculus eorũ in vniuerſa terra. Multos obtuſi ſenſus hoies cernimus, & tamen eos in malis actibus aſtutos videmus: propheta quoq; atteſtante, qui ait: Sapientes ſunt, vt faciant mala, bene autem facere neſciunt. Hi itaq; ſenſu torpent, ſed in his, q̃ appe- Hier.4.f.
tunt, auaritiæ ſtimulis excitantur, & qui ad bona videnda cæci ſunt, excitantibus p̃mijs ad pagenda mala vigilantes fiunt. Vnde recte de hac eadem auaritia dicitur: Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Ecce talentum plumbi portabatur. Quid eſt talentum plũbi, niſi ex eadem auaritia pondus peccati? Et ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. Quam mulierem, ne fortaſſis quę eſſet dubitare poſſumus, ilico angelus innotuit. Nam illic mox ſequitur, Et dixit: Hæc eſt impietas. Et proiecit eã in medio amphorę. Impietas in medio amphoræ proiecit: qa nimirũ in auaritia ſp impietas tenet. Et miſit maſſam plũbi in os eius. Maſſa plũbi in os mulieris mittitur: qa ſcilicet impietas auaritiæ, peccati ſui pondere grauatur. Si enim ad ea, q̃ deorſum ſunt, nõ ambiret, erga deum, ac proximos impia nequaquam exiſteret. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earũ. Quid aliud in his duabus mulieribus accepimus, niſi duo principalia vitia, ſuperbiam videlicet, & gloriam inanem, quæ impietati abſq; vlla dubitatione coniuncta ſunt? Quæ & in alis ſuis ſpiritum habere narrantur, quia in actionibus ſuis ſathanæ voluntati deſeruiunt. Ipſum quippe propheta ſpiritum appellat, de quo Salomon ait. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locũ tuum ne dimiſeris. Et de quo in euangelio dominus dicit: Quum immundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida, & inaquoſa. Spiritus in alis earum: quia ſuperbia & inanis gloria per omne quod agunt, ſathanæ voluntati famulantur. Et habebant alas, quaſi alas milui. Miluus ſemper naturæ ſtudet inſidiari pullorum. Iſtæ ergo mulieres alas habent, quaſi alas milui: quia actiões earum diabolo ſunt proculdubio ſimiles, qui inſidiatur ſemper vitę paruulorum. Et leuauerũt amphoram inter cœlum, & terram. Superbia & vana gloria habent hoc proprium: vt eũ, quẽ infecerint, in cogitatione ſua ſuper cœteros homines extollant, & modo per ambitum rerum, modo per deſiderium dignitatum, quem ſemel captum tenuerint, quaſi in honoris altitudinẽ eleuent. Qui autem inter cœlũ, & terram eſt, & ima deſerit, & ſuperiora minime attingit. Leuant ergo iſtę mulieres amphoram inter cœlum & terram, quia ſuperbia & inanis gloria mentem per auaritiam honoris captam ita eleuant: vt quoſlicet proximos deſpicientes, quaſi ima deſerant, & alta gloriantes petant, ſed tales quiq; dum ſuperbiunt, & eos mente tranſeunt cũ quibus ſunt, & ſuperioribus ciuibus minime iunguntur. Amphora ergo leuata inter terram, & cœlum, dicitur, quia auari quiq; per ſuperbiam, atq; inanem gloriam, & proximos iuxta ſe deſpiciunt: & ſuperiora quæ vltra ipſos ſunt, nullatenus apprehendunt. Inter terrã itaq; & cœlum feruntur, quia nec æqualitatem fraternitatis in infirmis per charitatem tenent, nec tamẽ ſumma pettingere ſeſe extollendo prẽualent. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Eidem amphoræ ædificatur domus in terra Sennaar. Sennaar quippe fœtor eorum dicitur. Et ſicut bonus odor ex virtute eſt, Paulo atteſtante qui ait: Odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus deo: ita e contrario fœtor ex vitio. Radix enim eſt omniũ malorum cupiditas. Et quia quodlibet malum per auaritiã gignitur, dignum eſt vt domus auaritiæ in fœtore conſtruatur. Sciendum quoq; eſt, q̃ Sennaar latiſſima vallis eſt, in qua turris à ſuperbientibus ædificari cœperat, quæ linguarum facta diuerſitate deſtructa eſt. Quę ſcilicet turris Babylon dicta eſt: pro ipſa videlicet mentium, atque linguarum confuſione. Nec immerito ibi auaritiæ amphora ponitur, vbi Babylon, id eſt, confuſio ædificatur: quia dũ per auaritiam & impietatem certum eſt omnia mala exurgere: recte hæc ipſa auaritia, atque impietas in cõfuſione perhibentur habitare. Hæc paucis ꝓ exceſſum diximus, vt peccati pondus exprimi per plumbi laminam monſtraremus. Quæ tamen beati Iob verba ſanctæ quoq; eccleſię congruunt, quæ duo ſacri eloquij teſtamenta cuſtodiens, quaſi ſecundo ſermones ſuos ſcribi expetit dicens: Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro? Quæ quia forti ſententia modo per pondus auaritiæ grauibus, modo autem duris cordibus, loquitur: ſtylo ferreo in plumbi lamina, vel celte in ſilice ſcribit. Sed iure beatum Iob redemptoris noſtri, eiusque Eccleſiæ vti vocibus dicimus, ſi quid de eodem redemptore noſtro quod aperte loquitur inuenimus,

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid pluuia mystice significet, require in dictione Imber, & in dictione Hyades.

Quid Pomum, porcus, portaq; mystice significent. Caput XXIIII.

Gregorius Can. 7. d.

QVid pomum mystice significet D. insinuat Greg. exponens illud Canticorũ: Omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruaui tibi. Hic per poma sensus scripturarum sctãrum intelliguntur: q̃ dum ex patribus sanctis ad nos vsq; perueniunt, & creduntur, quasi ex arboribus poma exurgunt, quibus aiæ delectantur. Oia ergo poma noua, & vetera dilecto suo spõsa seruat: quia sic nouũ testamentũ ecclesia catholica recipit, vt vetus non abhõciat, sic vetus veneratur, vt nouum semp in ipsis sacrificijs carnalibus per spm̃ intelligat, in nouo scilicet Christum venisse congaudens, in veteri autem semp venturum expectans: Illud autẽ Canticorũ; Vt viderem poma conualliũ, require in dictiõe Hortus, vel Nux. Et de pomo require etiam in dictione Malum punicum. Diuus aũt Grego. lib. Moral. ix. cap. xxiiij. exponẽs illud Iob. Pertransierunt quasi naues poma portantes, hoc modo scribit. Naues, quũ poma portant: fructus terræ videlicet per fluctus ferunt. Terra vero hominis paradisus extitit, quæ hunc incõcussum tenere potuit: si per innocentiam stare voluisset. Sed quia ad mutabilitatis vndas p culpã cecidit: ad p̃sentis vitæ maria p terram venit. Poma etiam terræ huius fuerũt mandati sermo, concessa possibilitas operis, naturæ indita intelligentia conditoris. Sed hęc poma & edere in terra renuimus: p maria iã portamus, quia concessa bona tot munerũ inconcussi custodire in paradiso noluimus, & seruare nunc in tentationibus conamur, tendentes ad terminum aura vitæ p̃sentis impellimur, mutabilitatis nostræ fluctu fatigamur. Sed quia p crucis mysteriũ ad ingenita naturæ bona restringimur, quasi p lignũ poma portamus. Quod tñ intelligi & aliter potest. Naues etenim, quum poma portant, suauitatem odoris habent, sed grauitatem ponderis non habent. Et humanum genus à paradisi gaudijs expulsum vim contemplationis perdidit, robur conditę fortitudinis amisit. Quumq; ad superna repetenda se erigit, fragrat quidẽ odore memoriæ, sed digne non exerit pondus vitæ. Pomorum ergo odoribus repletur, & tamen huc, illucq; leuiter mẽtis nostræ nauis impellitur, quia & paradisi celsitudinem cum ardoris recordatione meminimus, & importunos tentationum fluctus ex carne toleramus.

Porcus quid mistice significet require in dictione Margarita.

Iob. 5. a. Porta quid mystice significet, diuus ostendit Greg. lib. Moral. vi. cap. ij. exponẽs illud Iob, Et conterentur in porta, non erit qui eripiat. Quis alius (inquit) portę noie, nisi mediator dei, & hoim̃ debet intelligi, qui ait: Ego sum ostium, p me si quis introierit, saluabitur? Filij igitur huius stulti, id est, Iudęorũ populi extra portam proficiunt, & in porta conterũtur, quia prauæ Iudęorum soboles ante mediatoris aduentum in legis obseruatione floruerunt, sed in ipsa redemptoris nostri p̃sentia, à diuinitatis obsequio perfidiæ suæ meritis repulsi, ceciderũt. Quos nimirum non est qui eripiat, quia scilicet, dum ipsum redemptorem extinguere persequendo conati sunt, oblatæ sibi remedium ereptionis absciderunt. Portæ quoq; noie vnusquisq; fidelis cator intelligi potest, vt diuus scribit Greg. homil. xv. in Ezechielem, quia quisquis nobis ianuã regni cœlestis ore suo aperit, porta est. Vnde & duodecim portæ, vel in Ioannis Apocalypsi, vel in extrema huius prophetæ visione describuntur. Potest etiam portę noie, scripturæ sacræ scientia non inconuenienter intelligi, q̃ dũ nobis intellectum aperit, cœlestis regni ianuam pandit. Possumus portę noie & fidem accipere, quam primã cõtingimus, vt ad virtutum ædificia intremus. De his portis require in dictione Ianua, & in dictione Limen, & in dictione Gazophylacium.

Iob. 38. b. Portę autem mortis quæ sint declarat lib. Moral. xxix. cap. vi. exponens illud Iob, Nunquid apertę tibi sunt portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Portæ (inquit) mortis sunt potestates aduersæ, quas descendens dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo superauit. Quę appellatione quoq; alia tenebrosa ostia vocantur, quia dum per occultatiõis suæ insidias non videntur, deceptis mentibus viam mortis aperiũt. Quę tenebrosa ostia dñs videt, quia immundorũ spirituũ fraudulẽtam malitiam & respicit, & premit. Quæ autem sint portæ inferi exponit idem Greg. enarrans illũ versum Psalmistę, Initio tu dñe terrã fundasti &c. Terra (inquit) dicta est ecclesia, tum quia in messe fideliũ populoꝝ spiritali fœcunditate exuberat, tum quia in soliditate fidei perpetua firmitate immobiliter perseuerat. Vnde per Salomonem dicitur: Terra in æternum stat. Terra quippe in æternum stare dicitur: quia sancta ecclesia in hoc seculo à catholica fide nequaquã deficiet, & in futuro cum deo æterna stabilitate pmanebit. Nam quod in hac vita nullis aduersitatibus frangẽda sit, nullis persecutionibus superãda: ipse super quem ædificata est, euidenter ostendit, quum ait: Portæ inferi non pręualebunt aduersus eã. Portæ inferi hæreses sunt, q̃ dum multos in fide infirmos fucata verboꝝ calliditate decipiunt, quasi infernorum eis aditum pandunt. Sunt etiam portæ inferi quædam potestates huius

huius mundi. Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid deniq; iste qui hoc tempore ecclesiã persequitur, nunquid non omnes portæ inferi? Quis cogitare sufficiat quanti promissionibus eorum deuorati sunt: quanti eorum metu perterriti: quanti afflictionibus eorum superati? Quos omnes perpetuæ mortis profundum absorbuit, & ad cruciandum damnationis æternæ infernus admisit. Sed ecclesia in illius (de qua dictum est) petræ soliditate fundata, nec minarum ventis cõcutitur, nec persecutionum fluminibus mouetur, nec corporalium pœnarum incommodis titubat, nec mortis ipsius timore vacillat. Illi vero qui inferni aditum sequacibus suis, vtpote portas aperiunt, eam impugnare, & persequi modis omnibus non desistunt. In q̃ quid aliud faciunt, nisi quod veritatis verba euacuare contendunt? Non pręualebunt aduersus eam portę inferi dicit dominus: & tñ, vt ei prævaleant, conantur. Et Theophylactus. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Remunerat Petrum dominus, mercedem illi dans magnam, quod super eum ædificauit ecclesiam. Quia enim confessus erat eum Dei filium Petrus, dixit, quod hæc confessio, quam confessus est, fundamentum erit futurum credentium, ita vt omnis homo extructurus fidei domum, hoc iacturus sit fundamẽtum. Nam licet innumeras condamus virtutes, non habeamus autem fundamentum rectam confessionem, inutiliter ædificamus. Quum autem dixit, ecclesiam meam, ostẽdit se dominum vniuersi: Deo enim seruiunt omnia. Portę autem inferi, temporales sunt persequutores, qui ad infernum mittere conantur Christianos. Et hæretici quoq; portæ sunt ad infernum ducentes. Multis igitur persequutionibus & multis hæreticis prævaluit Ecclesia. Est autem & vnusquisq; nostrum Ecclesia, quæ fit domus dei. Si igitur in confessione Christi confirmati fuerimus, porte inferni, hoc est peccata non prævalebunt nobis. De his enim portis exaltatus Dauid, dicebat: Qui exaltat me de portis mortis. Quales portę ó Dauid? Duæ, cædis scilicet, & adulterij.

Mat. 16. f

Quid porta clausa in Ezechiele mystice significet. Caput XXV.

SCribitur aũt in Ezechiele: Et conuerti me secundũ viam portæ sanctorũ exterioris, q̃ respicit ad oriẽtẽ, & hæc erat clausa. Et ait ad me dñs: Porta hęc clausa erit, & nõ aperietur, & nemo transibit per eam, q̃m dominus Deus Israel transibit per eam. Eritq; clausa, quoniã dux hic sedebit in ea, vt manducet panem in conspectu dñi. Secundum viam portæ intrabit, & secundum viam eius exibit. Quæ verba diuus Ambro. hoc pacto exponit libro de institutione virginis, cap. vij. & viij. Quæ est porta, nisi Maria? Ideo clausa qa virgo. Porta igit Maria, per quã Christus intrauit in hunc mundum, qñ virginali fusus est partu, & genitalia virginitatis claustra non soluit. Manst intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis dauere signacula, quum exiret ex virgine, cuius altitudinem mundus sustinere nõ posset. Hæc (inquit) porta clausa erit, & non aperietur. Bona porta Maria, q̃ clausa erat, & nõ aperiebatur. Transiuit per eam Christus, sed non aperuit. Et vt doceamur, quia portã habet omnis homo per quã Christus ingreditur. Tollite inquit, portas principis vestri, & eleuamini portę æternales, & introbit rex gloriæ. Quãto magis ergo porta erat in Maria, in qua sedit Christus corporaliter, & exiuit? Est enim & porta ventris. Vnde ait Iob sanctus: Intenebrescant (inquit) stellæ noctis illius, quia non conclusit portas ventris matris meæ. Est ergo & porta ventris, sed nõ oñis clausa semper, verum vna sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio clausstrorũ genitalium, virginis partus exiuit. Ideo ait propheta: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum, quoniã dominus inquit Deus Israel transibit per eam. Eritq; clausa, id est, & post transitum domini erit clausa, & nõ aperietur à quoquam. Nec aperta est, quoniam habuit semper ianuam suam Christum, qui dixit: Ego sum ianua, quam nemo ab ea potuit auellere. Hæc porta ad orientem aspiciebat, quoniam verum lumen effudit, quæ generauit orientem, peperitq; solẽ iustitiæ. Audiant ergo imprudentes, clausa inquit hęc porta est, quæ solum recepit deum Israel. Si igitur de eo dictum est ad ecclesiam: Quoniam confortauit seras portarum tuarum, suam portam confortare non potuit? Sed confortauit profecto, & seruauit intactam. Deniq; non est aperta. Audiant igitur prophetam dicentẽ. Non aperietur, eritq; clausa, hoc est nõ aperietur ab eo cui desponsabit. Non licebit eñ vt aperiatur, per quam dñs transibit. Et post eum (inquit) erit clausa, hoc est, non aperiet eã Ioseph, q̃m dicetur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim ex ea nascet, de spiritu sancto est. Porta ergo clausa virginitas est, & hortus clausus virginitas, & fons signatus virginitas: Et epistola lxxxi. Quæ aũt est illa porta sanctorũ, illa exterior ad orientẽ, q̃ manet clausa, & nemo (inquit) per transibit per eã, nisi solus deus Israel? Nonne est hæc porta Maria, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta iustitiæ, sicut ipse dixit: Sinite nos implere omnem iustitiã. Hæc porta est beata Maria, de qua scriptũ est, quia dñs p transibit

Ambrosius

Iob. 3. b

Ioha. 10. b

Mat. 1. d.

Mat. 3. d.

per eam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

per eam,& erit clausa post partũ,quia virgo concepit,& genuit. Quid aũt incredibile si cõtra vsum originis naturalis peperit Maria,& virgo pmanet qñ contra vsum naturę mare vidit & fugit,atq; in fontẽ suum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidẽ, q̃ virgo peperit qñ legimus, q̃ petra vomuit aquas,& in montis speciem maris vnda solidata est. Nõ ergo excedit fidẽ,q̃ homo exiuit de virgine,qñ petra profluxit,featuriuit ferrum super aquas,ambulauit homo super aquas. Ergo si hominem vnda portauit,non potuit hominẽ virgo generare,atq; hominem,de quo legimus:Et mittet illis dominus hominẽ, qui saluos faciet eos,& notus erit dominus Aegptis? In veteri itaq; testamento virgo Hebræorum per mare duxit exercitum:in nouo testamento virgo generis aula cœlestis electa est ad salutem.

De eadem porta. Caput XXVI.

Origenes esc. 44.2. ORigenes aũt homil. xiij. in Ezechielem hoc pacto scribit. Porta hęc clausa erit &c. Portas plures tẽpli describit spiritaliter Ezechiel filius hois:& quod de singulis describerit portis,nunc rursus exponet his qui habent aures ad audiẽdum: de porta sanctorum exteriore,q̃ respicit cõtra orientem,& clausa sit semper. Et ait dominus ad eum: Porta hęc clausa erit, Ibidem non aperietur,& nemo per eam transibit,quia dominus deus Israel ingredietur per eam,& egredietur,& erit clausa. Et aliam causam addit,cur clausa sit porta:non solũ,quia dominus deus trãsibit per eam,sed quia & dux sedebit in ea,vt comedat panem coram domino secundum viam eloam,quod interpretatur vestibulum portæ. Et ingredietur scdm viam eius,& egredietur. Dñs deus vniuersitatis auditor per aliquam portam,quæ ex sensibili materia est,atque clausa semp ingreditur,& egreditur,& eius causa qui cœlum terramq; fundauit,ingrediens,& egrediens,nusquam porta reserabitur. Verum alia ratio est portæ exterioris,& secundum viã sanctorum. Quę est ergo illa ratio,vt clausa permaneat? Supradictus dux ibi sedet,vt nemo videat edentem panem in conspectu domini. Qui hęc obseruate legit:nonne quodammodo scripturam audit loquentem:Surge qui dormis? Nonne stimulatur,vt exurgat à mortuis,& ea quę clausa sunt quærat? Ego audenter dicam secretiora,quæ clausa esse,& manifestiora reserata,& non esse clausa. Aperientes ea,quæ clausa sunt, hæc nos dicimus,sed euangelia testant: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritę,& vobis legis doctoribus:væ,quia tuliſtis clauem scientiæ,& ipsi non intraſtis,& ingredientes prohibuiſtis. Est igitur quædam clauis scientiæ ad ea quæ sunt clausa reseranda,& sunt plurimi,neq; ipsi ingredientes, neq; eos permittentes q̃ ingredi volunt. Et in alio loco sensus scripturarum liber dicitur esse signatus,vt habes in dicti one Liber. Et infra,Verum est quædam porta & vna,& clausa,per quam nemo transit. Sunt quippe quædam vniuersæ creaturæ incognita,& vni tãtummodo nota. Neq; enim quicquid nouit filius,hoc mundo aperuit. Nõ capit creatura,quod capit deus,& vt ad maiora veniam, non capiũt signa æqualiter cognitionem. Plus erat in Paulo,quam in Timotheo,quum esset vas electionis. Et vere magnum in domo vas Timotheus, rursum capit quæ ego capere non possum. Et est forsitan aliquis,qui etiam me minus capiat,sunt quædam quæ solus Christus capit,& ideirco clausa est ianua templi domini dei. Quæ est enim ista obsecro exterior, quæ extra mundanas res,& incorporeas,&(vt ita dicam)immateriales aperit? Neq; enim frustra positum est,exteriorem ianuam semper esse clausam. Quæ est ista ianua exterior? Sanctorum.

Ioha.4.d Quare clausa? Quia dominus deus Israel solus ingreditur,& egreditur per eam. Quare egreditur? vt cognoscatur. A quo? A duce. Quis ad clausam portam dux iste? Saluator est qui panem comedit,qui portam cum patre claudit,qui spiritali pascitur cibo: Meus cibus est dices: vt faciam voluntatem eius qui misit me,vt perficiam opus eius. Clausa est itaq; ianua: vt nemo videat magnum sacerdotem panem in sanctis sanctorum comedentem. Et diuus Hieronymus eadem verba exponens,hoc pacto scribit. Et conuerit me ad viam portę sanctuarij exterioris,quæ respiciebat &c. Eritq; clausa principi. Pro eo quod in Hebraico scriptum est: Erit clausa principi,Lxx. transtulerũt,erit clausa,quia dux ipse sedebit in ea. Multæ sunt portę,quas in descriptione templi Ezechielis scriptura commemorat, tam intus,quàm foris. Altaris q̃q; figuram & cõsecrationem,& sacrificia sermo preteritus pcucurrit. Quo finito,venit ad portam sanctuarij exteriorem,quæ respiciebat ad orientem & erat clausa,statimq; vir ille,qui erat ductor prophetæ,& ei omnia demonstrabat,locutus est ad eum:Porta hęc,quã respicis clausam,semper clausa erit,& non aperietur,nullusq; virorum transibit per eam. Et reddit causam cur clausa sit semp:Quoniam dñs deus Israel ingressus est(vel ingredietur) per eã,eritq; clausa(iuxta Hebraicum)principi,quem ducem Lxx. transtulerunt. Qui princeps,& dux,id est, Nasi,sedebit in ea, vt comedat panem coram domino, & per viam vestibuli,portæ ingredietur,& per ipsam egredietur. Quænam porta ista est,quæ semper clausa est, & solus dominus Deus

deus Israel ingreditur per eam? Nempe illa de qua saluator loquitur in Euangelio: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ,& væ vobis doctoribus legis,qui tollitis clauem scientiæ,ipsi nõ ingredimini,& intrantes prohibetis. De hac sub nomine libri scribit & Esaias: Erunt verba libri istius sicut verba libri signati,quem quum dederis homini nescienti literas,& dixeris ei, lege,respodebit tibi,nescio literas. Et dabunt illum homini scienti literas,dicentes,lege,& dicet: Non possum legere,quia signatus est. Iste autem liber est: cuius nemo potest soluere, & aperire signacula:neq; in cœlo,neq; in terra,neq; sub terra:nisi ille de quo in Apocalypsi Ioannis dicitur: Ecce vicit leo de tribu Iuda,radix,& genus Dauid, vt aperiat librum, & soluat signacula eius. Prius enim quam saluator humanum corpus assumeret,& humiliaret se formam serui accipiens,clausa erat lex,& prophetæ,& omnis scientia scripturarum:clausus erat paradisus. Post- quam aũt ille pependit in cruce,& locutus est ad latronẽ: Hodie mecũ eris in paradiso: statim 2.Cor.3.d velum templi scissum est,& aperta sunt omnia:ablatoq; velamine dicimus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes,in eãdem imaginem trãsformamur à gloria in gloriam. Sin autem reuelata sunt omnia: In Christo enim iuxta sermonem Pauli omnia reuelantur,quomodo porta clausa erit,& non aperietur,& vir non transibit per eam? Ex quibus discimus,quamuis ad summam scientiam venerimus,comparatione diuinæ scientiæ, nunc ex parte nos scire & ex parte cognoscere,quando autem venerit quod perfectum est,tunc quod 2.Cor.13.c. ex parte est destruetur. Vnde & in alio loco ipse Apostolus imperfectum se esse loquitur,rursumq; perfectum. Quod si interpretatione caret,videtur esse contrarium. Dicit enim: Nõ quia iam accepi,aut quia iam perfectus sum. Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Vnum vero,posteriora obliuiscens,& ad priora me extendens,statutum persequor ad brauium supernæ vocationis dei. Quumq; putaremus eum secundum professionem suam non esse iam perfectum:& magis quærere,quã inuenisse quod verũ:nõ solũ se,sed & alios dicit esse perfectos. Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamus. Est aũt sensus huius loci. Ad comparationẽ hominum cæterorum,qui curam non habent notitiæ scripturarum,nec mysteriorũ dei,perfectũ me esse fateor: quantum aũt ad scientiã diuinæ maiestatis,nunc in ænigmate video & per nubilum,& caliginem & dico cum propheta: Mirabilis facta est scientia tua ex me,confortata est, & non potero ad eam. Hæc igitur porta,quæ omnibus clausa est(Vir enim non transibit per eam)erit clausa principi siue duci,& illius aduentu reserabitur,qui sedebit in ea,vt comedat pa- Ioh.14.c. nem coram domino: de quo ipse in Euangelio profitetur,dicens: Meus cibus est,vt faciam voluntatem eius qui me misit,& compleam opus eius. Ipse est princeps, & pontifex secundum Mat.26.e ordinem Melchisedech,& hostia,& sacerdos,qui in conspectu patris nobiscum cœlestem comedit panem,& vinum bibit,de quo loquitur in Euangelio: Non bibã de generinę vitis huius,nisi quum bibero illud nouum in regno patris mei, in illo videlicet regno, de quo & ipse alibi ait: Regnum dei intra vos est. Clausaq; erit porta. Nemo enim potest passionis domini, corporisq; eius,& sanguinis pro maiestate rei sacramenta cognoscere. Tantæq; bonitatis est, & clementiæ princeps noster,vt quum solus sedeat in porta,quæ clausa est,& panem corã domino comedat,velit mensæ suæ,atq; conuiuij plures habere cõsortes,& dicat. Ecce ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit mihi,ingrediar ad eum,& cœnabo cum illo,& ipse mecũ. Solus autem panem,comedit coram domino: quia substantia eius,diuinaq; natura,à cunctis creaturarum substantijs separata est. Ipse per eandem vestibuli portam ingreditur,& egredit,quia & intus & foris hoc est infusus,& circunfusus omnibus: ingrediensq; per portam,vt secũ introducat eos qui absq; doctrina & eius auxilio intrare non possunt: & egrediens,vt rursum Ioha.1.b. alios introducat,& loquatur eis qui difficiliora non capiunt. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi semper clausa sit,& humano nequaquam pateat aspectui,Iohannis Euãgelium probat dicentis: Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris,ipse enarrauit. Quasi alijs ẏbis dixerit: Eritq; clausa principi. Princeps solus sedebit in ea,vt comedat panem,perfectæ,& cõsummatæ scientiæ. Nemo enim nouit filiũ,nisi pater,& nemo nouit patrẽ nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. Pulchre quidã portã clausam, p quã solus dñs deus Israel ingreditur,& dux cui porta clausa est,Mariã virginẽ intelligunt: quæ ante partum,& post partum virgo permansit. Et enim tempore,quo angelus loquebatur: Spũs sanctus veniet super te,& virtus altissimi obumbrabit te: Quod aũt nascetur ex te sanctũ,vocabitur filius dei, & quando natus est,virgo pmansit æterna: ad confundendos eos qui arbitrant eã post natiui tatem saluatoris habuisse de Ioseph filios,ex occasione fratrum eius,qui vocatur in Euangelio. Super qua quæstiuncula,Romæ aduersum Heluidium illius temporis hæreticum,in adolescentia non grande librum scripsisse me noui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Posteriora dei quid mystice significent, require in Isagogis ad literas sacras. Cap. I. & iij.

Quid præsepe, & propitiatorium mystice significent Cap. XXVII.

Iob.39.b

PRæsepe qd mystice significet D. indicat Greg. lib. Moral. xxxi. Cap. ij. exponēs illud Iob: Aut morabitur ad præsepe tuū? Præsepe (inquit) hoc loco ipsa scriptura sacra non incōuenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiātur, de quibus p̄ prophetam dicitur: Animalia tua habitabūt in ea. Hinc etiam natus dñs à pastoribus in præsepi reperitur, quia eius incarnatio in ea qua nos reficit prophetarum scriptura cognoscitur. Rhinoceros itaq; iste. i. ois elatus in primordijs nascentis Ecclesiæ quū patriarcharū dicta, quū prophetarū mysteria, quū Euangelij arcana audiret, irridebat, qa tanto in p̄dicatorū præsepi claudi, satiariq; contēpserat, quanto in voluptatibus proprijs dimissus, desperationis suæ campū tenebat. Sed omnipotens Deus diu quidē Rhinocerotem hunc per prauæ voluptatis campum vagantem pertulit, & tamen quum voluit, repente ad suum præsepe religauit, vt vitæ pabulum bene clausus accipiat, & ne vitam funditus male liber amittat.

Ps.67.b

Origenes

Propitiatorium qd mystice significet Origenes lib. iij. in Epistolā ad Romanos, exponēs illud Apostolicū: Quē proposuit Deus propitiatoriū (siue propitiatorem) per fidē in sanguine eius. Certum est in omnibus pene locis Apostoli sensum ex legis, & prophetarū manare thesauris. Inquiramus ergo vbi appellationē propiciatorij potuerit inuenire: & vnde hoc nomē assumpserit. Memini in Exodo loquentem ad Moysen, & præcipientem quæ oporteat eum facere: primo quidem mandare arcam, & vectes eius, atque annulos per arcæ latera fieri. Post hæc. Et facias inquit propitiatoriū ex auro puro: duobus cubitis, & semis longitudinem eius: & vnū cubitū, & semis latitudinē eius, & facies duo Cherubim aurea tornata: & super pones ea p̄ singula latera propitiatorij. Et facies, vt Cherubim duo sint ex duobus lateribus eius extendentia alas suas: & obumbrantia super propitiatorium. Et facies eorum contra se super propitiatoriū erunt, & facies cherubim: & impones propitiatorium super arcam & in arcam mittes testimonia, quæ dabo tibi, & innotescant tibi inde, & loquar ad te desursum super propitiatorium inter medium duorum cherubim, quę sunt super arcam testamenti secundum opera, q̄ fecipra tibi ad filios Israel. Euidenter apparet, quod nomen ,ppitiatorij Apostolus in his locis inuentum, in suis nunc literis posuit, de quo nobis sermo est. Et videtur propiciatorium hoc de q̄ scriptum est in Exodo, ad nullum, nisi ad saluatorem dominum retulisse, quū dicit. Quia hūc posuit Deus propitiatorium per fidem. Quomodo, huius tane veri propitiatorij forma, & figura fuerit illud q̄ in Exodo describitur ex auro purissimo factum, operępretiū est inuestigare. Et primo quidem considerandum est quibus in locis aurum, quod in opere assumitur: aurum purum dicatur, quibus vero in locis aurum tantummodo sine vlla adiectione ponatur. Quod ego in pluribus obseruans: deprehendisse mihi videor, quod sicubi cum adiectione aurum purum dicitur:: Indicet sanctam illam, & puram IESV animam quę peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & ipsi conueniant mensuræ istę longitudinis, ac latitudinis propitiatorij. Hæc quamuis explanare sit arduum: & aptare illi animæ sanctæ singula quæq; quæ de propitiatorio referuntur. Primo ergo videamus q̄ dicit longitudinem propitiatorū neq; duos solum cubitos habuisse, qui numerus sociandis, generandis, aptari corporibus solet, neq; tres integros, qui numerus excedere appellationem creaturæ consueuit, & naturę incorporeę consecrari. Duos ergo cubitos, & dimidium longitudinem dicit propitiatorij, & vnum, ac dimidium latitudinem. Quod si audere in talibus fas est: quoniam dicit idem Apostolus De Christo, quod Dei, & hominum mediator est: videtur mihi inter Deum, & hominem media hæc esse anima, quæ inferior quidem sit à trinitatis natura minus aliquid habens, nec tamē quum inde infra sit, duali numero qui in corpore positus deputatur, absque eximia, & p̄cellēti virtutum suarum eminentia misceatur. Hoc enim ostenditur, quod mensura eius supra duos habere aliquid designauit, licet minus tribus. Sed & quod latitudo eius vnū, & dimidium memoratur cubitum habere. Propterea quidem de monade hac singulari quid vastius describitur, non tamen ex toto in dualē numerum: interdum etiam pro immundis ponitur, creuisse. Quamuis enim carnem naturę nostrę susciperet: ex incontaminata tamen virgine assumpta: & casta sancti spiritus operatione formata est. Propterea ergo & Apostolus de mediatore differens euidenti distinctione signauit, dicens: Mediator dei, & hominum homo Christus Iesus. Quo scilicet mediatorem non ad deitatem Christi: sed ad humanitatem, quæ est eius anima referendum doceret. Longitudo ergo ponitur eius, & latitudo. Longitudo illud significat q̄ tendit ad Deum, trinitatique sociatur. Latitudo quod inter homines, qui latam, spaciosamque viam incedere soleant, conuersatur. Et ideo recte mediatoris nomine nuncupatur; quia (ut diximus)

Exodi.25.

1.Petri.2.d

1.Tim.2.b

ximus) anima hæc sancta media quidem fuit inter diuinitatem trinitatis, & fragilitatem humanitatis. Hæc ergo intelligi potest propitiatorium secundum ea quæ supra diximus, cui superponi dicuntur duo cherubim, vnus ex latere hoc: & vnus ex latere altero. Cuius ergo formam duo ista cherubim habere existimanda sunt? Cherubim enim in nostrā linguā interpretatum, plenitudinem scientiarum significat. Vbi ergo dicimus plenitudinem scientiarū: nisi in eo de q̄ dicit Apostolus. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientię absconditi? De verbo Dei vtiq; hæc dicit Apostolus. Sed & de spiritu sancto similia scribit, quum dicit: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur: etiam alta dei. Significat igitur (vt ego arbitror) in isto propitiatorio, hoc est in anima Iesu, & verbum Dei qui est vnigenitus filius, & spiritum eius sanctum semper habitare, & hoc est, quod indicant duo cherubim, propitiatorio superposita. Sed & illud obserua, quod non dixit cherubim vnum ex latere dextro, & cherubim aliud ex latere sinistro, sed ait, cherubim vnum ex latere hoc, & cherubim aliud ex latere altero, vt ostenderet in illo propitiatorio, hoc est in anima Christi, sinistrum nihil fuisse. Sunt autem & pennata duo hæc cherubim, & non solum pennata, sed & alas suas pandentia. Si quis sanctorum summum habere à Deo testimonium meruit, dictum est, quod Deus esset cum eo, sicut ad Iesum Naue dicitur: Et erat Deus cum ipso, sicut fuit cum Moyse famulo eius. Sicubi vero pollicitatio maioris à Deo muneris datur, dicit: Et ero in eis, & ambulabo inē illos. Nullam vero inter homines ita beatam, & ita excelsam reperies animam, nisi hanc solam in qua tantum latitudinis: tantum capacitatis inuenit verbū dei, & spiritus sanct. vt non solū habitare: sed & alas expandere, & nouo sacramenti ritu aliquando etiam volitare dicatur. Faciem quoq; contra se inuicem super hanc beatam animam cherubim vtraq; habere dicuntur, per q̄ consors ei: & consonus à filio Dei, & à spiritu sancto diuinitatis pensus infunditur. Vbi aūt supponitur hęc anima Deo plena, in qua complacuit habitare omnem plenitudinem deitatis? Super arcam inquit testamenti. Potest arca testamenti sancta eius caro: in qua beata hæc anima collocatur, intelligi, habens in se testimonia Dei, quæ intelliguntur Christi quas in carne pertulit passiones diuinis olim prædicatæ testimonijs. Possunt etiam cœlestes virtutes intelligi arca Dei, quę & ipsę capaces quidem Dei sunt verbi, & spiritus sancti, sed præponitur eis anima Iesu & ipsa quodam modo mediatrice gratiam diuinæ largitionis accipiunt. Post hæc, & innotescam tibi, inquit, inde & loquar ad te desuper de propitiatorio. Non solum Moysi, sed vnicuiq; sanctorum, qui famulus Dei est, non aliunde innotescit Deus, nec aliunde cognoscitur, nisi de propitiatorio isto quod supra exposuimus: & de medio cherubim. Hoc & Abacuc propheta significat, vbi dicit: In medio duorum animalium cognoscaris: dum appropinquant anni cognoscaris: & quum affuerit tempus ostenderis. Nemo enī scit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Sed & Paulus dicit, quod nobis reuelauit Deus per spiritum suum. Propterea ergo dicit quod innotescam tibi inde: & loquar tibi desuper propitiatorio inter duo cherubim, quæ sunt super arcam testamenti. Puto autem, quod nō importune ea quæ de Exodo assumpsimus explanata sint, vt euidens fieret sensus quomodo Paulus Apostolus in præsenti loco propitiatorij nomen assumpserit, quum dicit: Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem. Sed & hoc ipsum quod dixit, proposuit, magis de anima Iesu, quam de deitate eius dictum sentiretur. Proposuit, enim intelligitur, quasi prius posuit, hoc est priusquam esset. Quod enim est, ponitur, quod nondum est, proponitur. Non ergo conuenit de eo qui semper erant, id est, de verbo Dei, dici, quia propositus est: sed de anima eius, quæ licet inseparabilis à verbo Dei, creata tamen est, & vnigeniti deitate posterior. Nec inconuenienter videbitur de ea dictum quod antequam esset, proposita est, & præordinata, vt esset propitiatorium. Quia ergo secundum ea quæ supra exposuimus Iesum Christum proposuit deus propitiatorium per fidem in sanguine eius, necessarium videtur requirere de diuinis legibus, quæ sit propitiatio, quæ per sanguinem fiat, vt ex his colligere possimus quomodo etiam per sanguinem Iesu propitiatio facta sit. Scriptum est in Leuitico post pontificis hostiam. Quod si omnis synagoga Israel ignorauit, & latuerit sermo ab oculis eius, & fecerit vnum de mandatis domini, quæ non fient: & deliquerit & innotuerit eis peccatum quod peccauerunt, adducet synagoga vitulum ex bobus pro peccato. Est post pauca. Et inferet sacerdos qui vnctus est ex sanguine vituli in tabernaculum testimonij. Et post pauca iterum. Et faciet vitulum, inquit, quemadmodum fecit vitulum pro peccato, & repropiciabit pro his sacerdos: & remittetur eis. Per sanguinem vero repropitiat sacerdos pro omni synagoga, vt remittatur eis. Requiramus nunc singula quæque nomina, quæ de saluatore scripta sunt, & in singulis appellationibus, quæ sint, quæ designentur, diligentius contemplemur. Inuenies igitur quoniam quidem in ipso compla

Mat.11.d

Roma.3.d

Leui.16.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuit habitare omnem plenitudinē diuinitatis corporaliter esse ipsum & propitiatorium, & pontificem & hostiam, quæ offertur pro populo. Et quidē de propitiatorio iam satis dictum. Sed & de pontifice euidenter Dauid in Psalmo: & Apostolus Paulus ad Hebræos scribit. Quod autem sit & hostia: testatur Iohā. dicēs: Hic est agnus Dei qui tollit peccata mundi. Secundū hoc ergo, quod hostia est, profusione sanguinis sui propitiatio efficitur, in eo quod dat remissionem præcedentium delictorum. Quæ tamen propitiatio ad vnumquemq; credentium per viam fidei venit: Nisi enim daret remissionem præcedentium delictorum, propitiatio non probatur effecta. Quum vero remissio peccatorum tribuatur: certum est propitiationem effusione sacri sanguinis adimpletam. Absq; sanguinis enim effusione (sicut Apostolus dicit) nō fit remissio peccatorum. Verum ne Paulus tibi solus proposuisse propitiationis nomen videatur in Christo, audi quomodo & Iohannes conseno de hoc sensu loquatur, quum dicit: Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis, & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non solum autē pro nostris, sed & pro vniuerso mundo. Vno igitur, eodemq; sensu Apostoli propitiatorium vel propitiationem, vel vt in latinis codicibus frequentius inuenitur: propitiatorem nominant Christum. Sed nihil interest, siue propitiator, siue propitiatorium, siue propitiatio: siue etiam exoratio scriptū sit: quum apud græcos, vno semper eodemq; sermone proferatur. Nisi forte videatur quibusdā propitiatio ipsa eius diuina substātia. Propitiator vero, quum dispensationes in hominibus explet, intelligi. Sed & quod dixit Iohannes: qa ipse est exoratio, siue propitiatio pro peccatis nostris, non solum pro nostris: sed & vniuerso mundo, quædam nobis intulisse videtur augmenta mysterij, vt ostendat Iesum propitiatorem esse, non solum credentium, verū & totius mundi. Non tamen prius mundi, & tunc nostrum, sed prius nostrum & ita demū totius mundi. Quamuis enim vniuersa creatura gratiam redemptoris expectet, vnusquisq; tamē veniet in suo ordine ad salutem. Hoc indicari arbitror & in Leuitico vbi re propitiationis hostiæ per pontificē mandantur offerri. Nec tamē in his sacrificiorum confusus ordo proponitur. Sed primo quidē dicit quæ sit propitiatio, & qualis hostia, si sacerdos peccauerit offeratur. Secūdo si omnis synagoga deliquerit per ignorātiam, cuiusmodi victimis placetur Deus. Tertio si princeps peccauerit: quo ordine purificandus sit scribitur. Quarto si anima vna peccauerit: etiam de hoc qui sit expiandi ritus exponitur. Quę singula mystico intellectu per figurā Christi propitiationē non solum pro peccatis nostris, sed pro vniuerso mundo certis quibusq; ordinibus, & modis causisq; designant. Si quis tamen hæc secundum illam reuelationē, quæ Moysi in monte demonstrata esse dicitur sancto spiritu illuminatus aspiciat.

Ioha. 1. d.

1. Ioh. 2. 1. 2.

Ibidem.

Leuit. 4. a
Ibidem c
Ibidem. e
Ibidem. f.

Propugnaculum require in dictione Murus.

Pruina require in dictione Nix.

Quid purpura, putatio, puteusq; mystice significent. Caput XXVIII.

Gregorius

PVrpura (vt inquit diuus Gregorius) libro Moraliū xxx. Cap. x. exponēs donaria tabernaculi, est cruor ac tollerantia passionum amore regni cœlestis exhibita. Et diuus Hieronymus exponens illud prouerbiorum: Byssus & purpura indumentū eius. Byssus (inquit) in cōuersatione, purpura in effusione pretiosi sanguinis. Byssus nanq; candidi coloris est purpureus autem color, & de sanguine animātis, quod purpura vocatur, conficitur, & ipse sanguinis habet speciem. Vnde pulchre dictū est à patribus, quia sancta Ecclesia electorum floribus vernās, in pace habet lilia, in bello rosas. Itē quia bissus de terra virens oritur, sed per exercitationes lōgas ac multifarias amissio humore, ac virore natiuo, ad decorē cādidæ vestis perducit. Purpura autē regalis est habitus. Bysso induitur Ecclesia, quū castigāt corpora sua electi & seruituti subiiciunt: purpura autem, quū eandem continentiam, nō ob fauorem vulgi, sed ad acquirendā beatitudinē regni perennis exercent. Sed hic virtutum habitus in præsenti quidē nescientibus videtur contemptibilis, sed in futuro qualis fuerit manifeste patebit. Vñ pulchre in Apocalypsi sua Iohānes sanctorum se voces audisse refert dicentium: Gaudeamus, & exultemus, quia venerūt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se & datū est ei, vt cooperiat se byssino splēdenti, & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorū. Et in Cantitis scriptū est: Comę capitis tui vt purpura regis iuncta canalibus. Purpura per fasciculos (inquit Gregorius) in canalibus ligat, super quos, dum aqua proijcitur, per canales ad vestē, quæ suppositа est, currit, vt vestis tingat, & inde nomen accepit, vt tincta colore purpureo purpura vocet, que omnia sanctæ mēti cōgruunt si intelligant. Comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis, quę in canalibus ligantę, quia in scripturis diuinis, ne inutiliē fluant, stringuntur. Sup quas aqua proijcit, quæ vestem regiam currens tingit, quia dum in cogitationibus sanctæ mentis, gratia cœlestis suscipitur, tota anima

Cant. 7. c.

animam in cœleste ornamentum componit, vt iam tota anima in vitam æternam inardescat, & ad æternum sponsum etiam per sanguinem martyrij pergere concupiscat. De tota quippe Ecclesia, Paulus dicit: Qui exhibuit sibi Ecclesiam, vestē sine macula, & ruga. Et de singulis Ecclesiæ fidelibus dicitur: His omnibus velut ornamēto vestieris. Rupertus autem de virgine exponit, Comæ capitis, id est, sensus cordis tui in meditando, vel cogitando mysteria legis Dei. Exempli gratia, quid mysterij contineat vitulus immaculatus, iussus offerri pro peccato sacerdotis, qui peccauerit & populum delinquere fecerit, quid hircus de capris, quid capra, & quid ouis, quid turtur, & quid pullus columbæ, cunctis sacrificij ritus: meditando, in quam, in his, & in cæteris huiusmodi, comæ capitis tui, id est, sensus cordis tui, sunt ficut purpura regis, videlicet Cuncta referendo ad sacramentum passionis dilecti tui, qui propter ipsum quod passus est, rex constitutus, & gloria, & honore coronatus, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Et recte passio regis, dicitur purpura regis, non solum propter purpureum colorem sanguinis, quē in passione effudit: verum etiam propter purpuram deriſoriam, quam circundederunt ei: pro tinus tribus pænis passionum consummandū, scilicet flagellandum, crucifigendum, lancea perforiendum. Nam illi quidem irridentes, purpuram circundederunt ei, tanquam regi, sed ille serio, & purpuram admisit, & calamum pro sceptro suscepit in dextera, quia certissime per hæc fiebat, vt & in cœlo, & in terra purpuram regni, & sceptrum acciperet imperij. Proinde purpura illa recte dicitur iuncta canalibus, quia sicut purpura eo magis tingitur, & preciosior fit, quo vicinius, atq; diutius iuncta fuerit tinctura canalibus: ita passio dilecti eo gloriosior est, quo amplius præ cunctis sacrificijs processit secundum consilium diuinitatis, cuius videlicet cōfilij arcana, quasi quidam canales sunt, per quos cucurrit preciosissima hæc tinctura purpurea, qua dilectus iste, qui erat virginitate candidus, factus est morte vel passione sua, & permanet in æternum rubicundus, Deus vere gloriosus, & homo valde speciosus, & in vtraq; substantia rex vnus semper, & vbiq; victoriosus.

Rupertus

Hebr. 2. c

Ioh. 19. a

Puteus quid Mistice significet, require in dictione, Fons.

INCIPIT LIBER QVARTVSDECIMVS, AD mysticos sacræ scripturæ sensus.

Quid numerus quadragenarius mystice significet. Cap. I.

Gregor.



QVid numerus quadragenarius mystice significet, diuus infinuat Greg. hom. xvi. in Euangelia, exponens illud Euangelicū. Et quum ieiunasset quadraginta dieb⁹, & quadraginta noctibus postea esurijt. Quia (inqt) quadragesimæ tempus inchoamus, discutiendū nobis est, cur hæc ipsa abstinentia per quadraginta dierum numerum custoditur. Moises em̄, vt legem acciperet, secundo diebus quadraginta ieiunauit. Helias in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse autor hominum ad homines veniens, in quadraginta diebus nullū omnimodo cibum sumpsit. Nos quoq; inquātū possumus, annuo quadragesimæ tempore carnem nostrā per abstinentiam affligere conemur. cur ergo in abstinentia quadragenarius numerus custoditur, nisi quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Euangelij impletur? Denarius etenim quater ductus, in quadragenarium surgit, quia tunc decalogi mādata perficimus, quū profecto quatuor libros sancti Euangelij custodimus. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc em̄ mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per voluptates eiusdem corporis, præceptis dominicis cōtraimus. Præcepta autem dominica p decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria, decalogi mandata contempsimus, dignum est, vt eandem carnem quater decies affligamus Quamuis ergo de quadragesimali tempore est adhuc aliud quod possit intelligi: A presenti etenim die vsq; ad paschalis solennitatis gaudia sex hebdomadę veniūt. Quarum videlicet dies quadraginta duo fiunt. Ex quibus dum sex dies dominici abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam triginta, & sex dies remanent. Dum vero per trecentos, & sexaginta quinq; dies annus ducitur, nos autem per triginta, & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus, vt qui nobis metipsis per acceptum annum vixinus, autori nostro nos in eis decimis per abstinentiam mortificemus. Et Augustinus libro quæstionum in Genesim primo cap. clxviij. Quadraginta dies sepulturæ (inquit) quos cōmemorat scriptura, forte significant aliquid pœnitentiæ, qua peccata sepeliuntur. Non enim frustra etiam quadraginta dies ieiuniorum sunt cōstituti, quibus Moyses, & Helias, & ipse dns ieiunauit, & Ecclesia præcipua obseruatione ieiuniorum quadragesimam vocat. Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud Ionam prophetam scriptum perhibent: Quadraginta dies, & Niniue euerteretur,

Augustinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt per tot dies accõmodatos videlicet humiliationi pœnitentium, intelligat in ieiunijs sua deflesse pctã, & impetrasse misericordiam dei. Nec tñ putandum est istum numerũ luctui pœnitentium tantummodo conuenire, alioquin non quadraginta dies fecisset dominus cũ discipulis suis post resurrectionem, intrans cum eis, & exiens, manducans & bibens, qui dies vtiq; magne lætitiæ fuerunt. Nec septuaginta interpretes, quos legere cõsueuit ecclesia, errasse credendi sunt, vt non dicerent quadraginta dies sed triduum, & Niniue euertetur. Maiore quippe autoritate præditi q̃ interpretum officium est, prophetico spiritu, quo etiam ore vno in suis interpretationibus, quod magnum miraculum fuit, consonuisse firmantur, triduum posuerũt, quamuis non ignorarent, cp dies quadraginta in Hebræis codicibus legerentur, vt in dominí nostri Iesu Christi clarificatione intelligerentur dissolui, aboleriq; peccata, de quo dictum est: Rom. 4. d. Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Clarificatio autem domini in resurrectione, & in cælum ascensione cognoscitur. Vnde & bis numero, quamuis vnum, & eundem spiritum sanctum dedit, primo postquam resurrexit, iterum posteaquam ascendit in cælum. Et quoniam post triduum resurrexit, post quadraginta autẽ dies ascendit, vnum horum quod posterius factum est, per numerum dierum codices Hebrei significant: alterum autem de triduo, quod ad eandem etiam rem pertineret, septuaginta commemoratione, non interpretationis seruitute, sed prophetiæ autoritate voluerunt. Non ergo dicamus vnum horum falsum esse, & pro alijs interpretibus aduersus alios litigemus, quũ & illi, qui ex Hebræo interpretãtur, probent nobis hoc scriptum esse, quod interpretantur, & septuaginta interpretum autoritas, quæ tanto etiam diuinitus facto miraculo commendatur, tanta in ecclesijs vetustate firmetur. Et libro secundo de consensu euãgelistarum, cap. quarto. Illud autem quod deinceps insinuãdum est, reuera, vt aduerti, & videri posset, lectorem attentissimũ, & diligentissimum requirebat. Acute quippe animaduersum est, Matthæũ qui regiã in Christo instituerat insinuare psonam, excepto ipso Christo, quadraginta homines in generationũ Mat i. serie nominasse. Numerus autem iste illud tempus significat, quo & in hoc seculo, & in hac terra regi nos oportet à Christo secundum disciplinam laboriosam, qua flagellat deus, vt scriptũ est, omnem filium, quem recipit, de qua dicit Apostolus: Per tribulationem oportere intrare in regnum Dei. Quam significat etiam illa virga ferrea, de qua in Psalmo legitur: Reges eos in Psal. 2. c virga ferrea, quum superius dixisset: Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. Regũtur enim etiam boni in virga ferrea, de quibus dicitur: Tempus est vt iudicium incipiat à domo domini. Et si initium à nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt Euangelio? Et si iustus vix saluus erit, peccator, & impius vbi parebunt? Ad quos pertinet & id sequitur: Tanquam vas figuli conteres eos. Regũtur enim boni per hanc disciplinam, mali vero comminuuntur, qui tanquam ndem ipsi commemorantur propter vna, atq; eadem sacramenta, quæ habent mali cum bonis. Quia ergo numerus iste laboriosi huius temporis sacramentum est, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolum dimicamus, etiam illud declarat, quod quadraginta dierum ieiunium, hoc est, humiliationem animæ consecrauit, & lex, & prophetæ, per Moysen, & Heliam, qui quadragenis diebus ieiunauerunt, & euangelium per ipsius domini ieiunium, quibus diebus quadraginta etiam tentabatur à diabolo, quid aliud q̃ per omne huius seculi tempus tentationem nostram in carne sua, quam de nostra mortalitate assumere dignatus est, præfigurãs? Post resurrectionem quoq; non amplius q̃ dies quadraginta cũ discipulis suis in hac terra esse voluit, huic eorum vitę adhuc humana conuersatione commixtus, & cum illis alimenta mortalium, quamuis iam non moriturus accipiens, vt per ipsos Mat. 28. d. quadraginta dies significaret, se occulta præsentia quod promiserat impleturum, quando ait: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Cur autem iste numerus hanc temporalem vitam, terrenamq; significet, illa interim causa de proximo occurrit, quamuis sit alio fortasse secretior, quod & tempora annorum quadripertitis vicibus currunt, & mundus ipse quatuor partibus terminltur, quas aliquando ventorum nomine scriptura commemorat, ab oriente & occidente, & aquilone & meridie. Quadraginta autem, quater habent decem. Porro ipsa decem ab vno vsq; ad quatuor progrediente numero consummatur. Ad hunc igitur mundum, & ad istam terrenam, mortalemq; vitam hominum ad nos regendos in tentatione laborantes, venientem regem Christum Matthęus suscipiens, exorsus est ab Abraham & enumerauit quadraginta homines. Ab ipsa enim gente Hebræorum, quæ à cæteris gẽtibus vt distingueretur, deus de terra sua, & de cognatione sua seperauit Abraham, CHRISTVS venit in carne, vt & hoc ad eum distinctius prophetandum, & prænunciandum maxime pertineret, quod promittebatur ex qua esset gente venturus. Quum enim quater denas generationes tribus distinxissent articulis, dicens: Ab Abraham vsque ad Dauid generationes esse quatuordecim, & à Dauid vsq; ad transmigrationem Babilonis alias quatuordecim, totidemq; alias vsq; ad natiuitatem Christi: non tamen eas duxit in summam, vt diceret: Fiunt omnes quadraginta duæ. Vnus quippe in illis progeneratoribus bis nominatur, id est, Iechonias, à quo facta est quædam in extraneas gentes deflexio, quando in Babyloniã transmigratum est. Vbi autẽ ordo a rectitudine flectitur, atque vt eat in diuersum, tanquam angulum facit, illud quod in angulo est, bis numeratur in fine scilicet prioris ordinis, & in capite ipsius deflectionis. Et hoc ipsum iam præfigurabat Christum à circuncisione ad præputium, tanquam ab Hierusalem, ad Babyloniam quodammodo migraturum, & hinc, atq; hinc vtrisq; in se credentibus tanquam lapidẽ angularem futurum. Hæc tunc in figura præparabat Deus, rebus in veritate venturis. Nã & ipse Iechonias, vbi angulus iste præfiguratus est, interpretatur præparatio Dei. Sic ergo iam non quadraginta duę quod faciunt ter quatuordecim, sed propter vnum bis numeratũ, quadraginta vna generationes fiunt, si & ipsum Christum annumeremus, qui huic regendæ vitæ nostræ temporali, atq; terrenæ, tanquam numero quadragenario regulariter præsidet. Quem ad istam mortalitatem nobiscum participandam, quia descendentem voluit significare Matthęus, ideo & ipsas generationes ab Abraham vsq; ad Ioseph, & vsq; ad ipsius Christi natiuitatem, descendendo commemorauit, ab initio Euangelij sui: Lucas autem non ab initio Euangelij sui sed à baptismo Christi generationes narrat, nec descendẽdo, sed ascendẽdo, tanquam sacerdotẽ in expiandis peccatis magis assignans, vbi eum vox de cœlo declarauit, vbi testimonium Iohannes ipse perhibuit, dicens: Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendendo autem tran- Ioha. 1. d
sit ab Abraham, & peruenit ad deum, cui mundati, & expiati reconciliamur. Merito & adoptionis originẽ ipse susceperit qa p adoptionẽ efficimur filij Dei, credendo in filiũ Dei: Per carnẽ vero generationẽ filius Dei potius propter nos filius hois factus est. Satis aũt demonstrauit, nõ se ideo dixisse, Ioseph filiũ Heli, cp de illo genitus, sed q; ab illo fuerit adoptatus, quũ & ipsum: Adã filiũ Dei dixit, quũ sit factus à Deo, sed p gratiã, q̃ postea peccãdo amisit, tanq̃ filius in paradiso cõstitutus sit. Quapropter in generationibus Matthæi, significat nostrorũ susceptio peccatorũ à dño Christo. In generationibus aũt Lucæ significatur nostrorum abolitio peccatorum à domino Christo. Ideo eas ille descendens enarrat, iste ascendens. Quod enim dicit Apostolus: Misit deus filium suũ in similitudinem carnis peccati, hæc est susceptio peccatorũ. Quod autem addit: Vt de peccato damnaret peccatum in carne, hęc est expiatio peccatorum. Proinde Matthæus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit. Lucas vero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit per quem prophetam Deus peccatum illius expiauit. Ipse quoq; numerus quem Lucas exequitur, certissime prorsus abolitionem indicat peccatorum. Quia enim Christi aliqua iniquitas (qui nullam habuit) nõ est vtiq; coniuncta: iniquitatibus hominum, quas in sua carne susceperit, ideo numerus penes Matthæũ, excepto Christo, est, quadragenarius. Quia vero iusticiæ sue, patrisq; nos expiatos ab omni peccato, purgatosq; 2. Cor. 6. d
coniungit, vt fiat quod ait Apostolus: Qui autem adhæret Deo, vnus spiritus est, ideo in eo numero, qui est penes Lucam, & ipse Christus à quo incipiat enumeratio, & Deus ad quem peruenit, connumerantur, & fit numerus septuagintaseptem, quo significatur omnium prorsus remissio, & abolitio peccatorum. Quam etiam ipse dominus per huius numeri mysterium euidẽter expræsserit, dicens, remittendum esse peccanti, non solum septies, sed etiam septuagiessepties. Nec frustra iste numerus ad peccatorum omnium pertinet mundationem, si diligentius inquiratur. Denarius quippe tanquam iustitiæ numerus, in decem præceptis legis ostenditur. Porro peccatum est legis transgressio. Et vtiq; transgressio denarij numeri congruenter vndenario figuratur, vnde & vela cilicina iubentur in tabernaculo vndecim fieri. Quis autem dubitet ad peccati significationem cilicium pertinere? Ac per hoc quia vniuersum tempus sęculi denario dierum numero voluitur, conuenienter vndenario septies multiplicato ad numerum, septuagesimum, & septimum cuncta peccata perueniunt. In quo numero etiam fit plena remissio peccatorum, expiante nos carne sacerdotis nostri, à quo nunc iste numerus incipit, & reconciliante nos Deo, ad quem nũc iste numerus peruenit per spiritum sanctum, qui in columbę specie in hoc baptismo, vbi numerus iste commemoratur, apparuit.

Quid quinarius & vicenarius, & quinquagenarius numerus mystice significent. Cap. II.

QVid numerus quinarius mystice significet D. insinuat Gregorius, homilia decimasexta super Ezechielẽ, exponens illud Ezechielis, Et mensus est portã à tecto thalami vsq; ad Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tectũ eius latitudinem viginti,& quinq; cubitorũ: Quinq; (inquit) carnis sensibus p̃diti sumus, videlicet visu, gustu, olfactu, auditu atq; tactu. Isdem vero quinarius numerus per semetipsum multiplicatus, ad vicesimum,& quintum numerum surgit. Operari autem exterius quiddã de mandatis cælestibus, sine istis corporeis quinq; sensibus nõ valemus. His quippe officijs suis iudex animus interius p̃sidet,& qd exterius agere iuste, vel misericorditer possit, quasi eisdẽ officijs renunciantibus, ac deseruientibus agnoscit. Quum ergo timore omnipotentis dñi animus impletur, necesse est vt quinq; nostri sensus nobis, velut subiecta officia in bona operatiõe deseruiant. Per quos quũ aliquid agere misericorditer cœperimus, plus se q̃tidie ipsa misericordia aperit,& quasi quidam sinus boni operis expandit. Quinq; igit̃ sensus multiplicantur in se, dum hoc q̃d per ipsos agitur, in bono quotidie opere p̃ profectum multiplicatur. Vnde & latitudo esse viginti & quinq; cubitorum dicitur, quia timor, tenacia,& pigredo angustia est. Quisquis enim ideo indigenti dare panem metuit, ne sibi defit, adhuc in angustia timoris est. Quisquis igitur vestimentum algenti non porrigit, quia hoc solus habere concupiscit, adhuc tenaciæ suę angustia coarctatur. Quisquis ideo bonum non agit, quia tepore animi torpescit, ipse ei suus torpor angustia est. Respicere autem inopem, exaudire precem, largiri stipem, prębere defensionem, atq; pro eiusdem defensione pauperis, aduersantis cuiuslibet inimicitias nõ timere, magnæ mentis latitudo est. Mensuretur ergo inter thalamum,& portam ea quæ interest latitudo, cubitis viginti,& quinq;, quia in exteriore sensuum operatiõe probatur,& cognoscitur quæ intrinsecus largitas bonitatis habeatur.

Quinquagenarius numerus quid mystice significet, diuus oftendit Gregorius libro Mora
Gregorius Iob.1.2 lium primo, capite decimoquinto, exponens illud Iob, Quingenta quoq; iuga boum,& quingentæ asinæ: In quinquagenario (inquit) numero, quiseptem hebdomadibus monade addita impletur, requies defignatur, denario autem numero summa perfectio exprimitur. Quia vero fideiibus perfectio quietis promittitur, quasi quinquagenario decies ducto, ad quingentesimum peruenitur. Require in & dictione Iubilæus,& in dictione Ansula.

Et Cassiodorus Psalmum exponẽs quinquagesimũ hoc modo scribit: Huius autem Psalmi nec numerus vacat. Pertinet enim ad annum Iubilæum qui apud Hebræos contra iectus veteres obligationesq; soluebat: quem in Leuitico dominus annum remissionis vniuersos habitores terræ vocare præcepit. Pertinet quoq; ad Pentecostem, quando post ascẽsionem domini Apostolis spiritussanctus aduenit, miracula faciens, & charismatum dona concedens. Sic & Psalmus hic calculo quinquagesimo constitutus, si corde puro dicatur, delicta dissoluit, chirographum nostræ obligationis euacuat: & nos à debitis delictorum tanquam remissionis annus, præstante domino, reddit immunes.

Quid quadrigæ mystice significent. Caput III.

Can.5.d Psal.93.b Can.6.d Act.3.f QVid quadrigæ mystice significent, diuus oftendit Gregorius, exponẽs illud Canticorũ: Nesciui: Anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab: Ac si diceret. Tot virtutes in sancta ecclesia fieri videns, quare in tanto tẽpore nõ percepi? Quare incredula pfati? Cur tam diu per infidelitatem meam in tenebris ignorantiæ remansi? Sed propter quadrigas Aminadab conturbatur, quia quandoq; per Christi p̃dicationem, ad fidem suscipiendam excitatur. Aminadab enim spontaneus populi mei interpretatur. Et bene proculdubio Christus Iesus à patre spontaneus populi mei dicitur, quia vere spontanea charitate ad populum saluandum descendit,& vt nos à morte releuaret, pia voluntate,& benigna gratia mortẽ in cruce suscepit. Vnde & ipse ad patrem ait: Voluntariẽ sacrificabo tibi. Et vnus ex redemptis ad Christum loquẽs, aiebat: Exaudi me dñe, quoniam benigna est misericordia tua. Propter quadrigas ergo Aminadab synagoga conturbatur, quia quando tandem quatuor Christi euangelia in mundo currentia, in cordibus hominum feruentia per fidem contemplatur, mox in fide latitatis suæ tenebris confunditur,& oborta confusione salubri, ad pœnitentiam commouetur. Et Rupertus: Anima mea conturbauit me &cę. Vbi nam hoc dictum fuit? Quum dicerent eis amici nostri: Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia dominum eum,& Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis. His auditis, compuncti sunt corde,& dixerunt ad eos: Quid faciemus viri fratres? Et quidam talium notissimus ita dicit: Fui blasphemus,& persecutor,& contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. His, atq; aliis modis dixit pœnitens synagoga, siue aliqua synagogæ pars: Nesciui. Anima mea conturbauit me &c. Quare autem dixit: Anima mea conturbauit me &cę.& non dixit: Conturbauerunt me quadrigæ Aminadab? Confiderate amici prius istas quadrigas Aminadab, &videbitis multum pertinere ad rem: Anima mea &cęt. Quadrigæ Aminadab, quatuor sunt Euangelica

Euãgelica sacramẽta dilecti, videlicet incarnatio, vel diuinitas eius passio eius, resurrectio eius, & ascensio eius. Propter huiusmodi quadrigas, Anima mea (inquit) conturbauit me. i. cœtus Pharisaicus in seditiões excitauit me, vt taliũ quadrigarum cursum non possem discernere, videlicet puenta quadrigarũ earundem nõ bona æstimationes cõsilia illius talis animæ meæ. Cœtus nanq; pharisaicus erat, vel esse debebat anima mea. i. plebem viuificare, vel regere, sicut corpus, vel omnia mẽbra corporis viuificat, vel vegetat anima, vtpote magistri, vel sapientes, legem & prophetas scientes, imo & totã clauim scientiæ tollẽtes. Talis anima mea conturbauit me, vt ad scientiã non possem introire,& intelligere quadrigas Aminadab, q̃d testimoniũ eis perhiberẽt lex & prophetæ. In q̃, vel vnde dilectus Aminadab? Quo pertinuit, vt tali in re vocaretur Aminadab? In eo nimirum, q̃ vnus idemq; dilectus, rex est,& pontifex magnus,& in se vno personã vtranq; coniunxit, videlicet sacerdotis,& regis secundum typũ, vel similitudinem illius viri Aminadab. q quum esset de tribu regia scil. de tribu Iuda, dedit filiam suam in coniugiũ hominisacerdoti Aaron de tribu Leui, sicut in Exodo scriptum est: Accepit autem Aaron vxorem Elisabeth filiam Aminadab, sororem Naason. q̃ peperit ei Nadab,& Abiu,& Eleazar,& Ithamar. Et ille qdem Aminadab filiam suã semel datã illi Aaron ad semetipsum non reduxit, aut reducere debuit. Iste autẽ Aminadab, iste dilectus, Exodi.6.d & primogenitus, sacerdotium suum, q̃d semper ante Moysen,& Aaron primogenitorũ fuit, pro tempore autem & propter quãdam dispẽsationem, de qua multa essent dicenda, p̃stitum est tribu Leui sacerdotium (in q̃) suum exaltando,& quadrigis iam dictis viam suam currendo, repetijt,& ad se reduxit, in omnibus spontaneus, sponte incarnatus,& natus, sponte passus,& in ipsa passione sua ipse sacerdos,& ipse hostia sponte factus, secundũ hoc ipsum nomen Aminadab. Interpretatur enim populi mei spontaneus. Non solum autem sacerdotium suũ ita repetijt,& ad se reduxit, verumetiã ad antiquam speciem, formamq; pristinã reuocauit, sicut in spiritu prædixerat Dauid: Iurauit dominus,& non pœnitebit eum, tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech. Igitur anima mea conturbauit me (ait) propter quadrigas Aminadab, videlicet malo zelo ipsa turbata,& confusa præ inuidia, causam suã quasi dolẽdam Act.6.d. declamans, eo q̃ cursores, siue aurigas quadrigarum istarum audisset, dicentes: Quoniam Iesus Nazarænus destruet locũ istum & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Et multa his similia, seu ante seu postquã cursum suum perfecit iste Aminadab. Et Rupertus exponens Rupertus illud Naum, In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis, aspectus earũ quasi lampades,& quasi fulgura discurrentia: Fuerit (inquit) exercitus ille Chaldaicus contra Niniuem tam velox, tam properans, tamq; pomposus, quadrigis concurrentibus tã multis, vt præ multitudine viam inuenire non possent, atq; inter se colliderentur in plateis,& aspectus Babyloniorum ita fulgurei, aut nescio quo lumine luminosi, vt ante visu aduersarios terrerẽt, quàm mucrone prosternerent: nobis tamen ex abundanti est, vt huic sensui literali immoremur, potius spiritum sequamur,& post ipsum curramus. In hac die præparationis iudicij, quo iudicandus mundus est, cuius illa Niniue, & pars fuit,& typum gessit, in hac (inquam) die præparatio- Pro.i.c nis, conturbati sunt viri Niniuitæ, diuersa conturbatione in itineribus,& in plateis, quadrigis Ibidem collisis. Quibus in itineribus, vel quibus in plateis? Nimirum in illis, in quibus Euangelica voce sapientia clamauit, sicut habemus in parabolis: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite tubarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert vocem suam. Item: Nunquid sapientia non clamitat,& prudentia dat vocem suam? In summis, excelsisq; verticibus super viam in medijs semitis, stans iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito,& cæt. Ergo non in occulto, sed in itineribus, non in angulis, sed in plateis conturbati sunt, audita sapientiæ voce, audito Euangelio, in quo reuelatur (ait Apostolus) ira Dei de cœlo, super omnem impietatem,& iniustitiam eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Conturbati,& commoti sunt, tremor apprehendit eos, audictes aliam,& meliorem esse ciuitatem, quàm suam Niniuem, aliud seculum esse, quàm seculum præsens & hoc iudicandum esse per ignem. Ibi dolores vt parturientis, ibi (inquam) id est, in illa conturbatione, in illo tremore, dolor non sine fructu, sicut non sine fructu dolor est parturientis. Multi enim audientes, quid præparetur Niniue, id est, mundo huic, ita conturbati sunt, vt contristarentur ad pœnitentiam,& ita tremuerunt, vt cito quærerent quomodo possent fugere à ventura ira,& euadere illud iudicium. Alij autem, qui increduli fuerunt, ita conturbati sunt,& ita commoti sunt, vt irati seipsos dirigerent,& exagitarent, contra hoc magnæ præparationis Euangelium, vnde & paulo ante agitatores nominati sunt: Quæ porro, vel cuius quadrigæ collisæ sunt in plateis? Vtique quadrigæ Aminadab, quod interpretatur spontaneus populi mei. Iste Ami-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iſte Aminadab, Chriſtus eſt, & huius quadrigæ colliſæ ſunt in plateis, occurrentes occurrenti bus ſibi quadrigis ſuperbi huius ſeculi, de qualibus in Zacharia dicit: Ipſe pauper, & aſcẽdens ſuper aſinam, & pullum filium aſinæ. & diſpergam quadrigam ex Effraim, & equum de Hieru ſalem, & diſſipabitur arcus belli. Quadrigæ Aminadab, quatuor ſunt Euangelia, de quibus no bis contra Niniuen quatuor magna ꝓdicantur ſacramenta, incarnatio ipſius Aminadab, cuius facies, facies eſt hominis, paſſio eiuſdẽ, quæ facies eſt vituli, reſurrectio eius, quæ facies eſt facies leonis, aſcenſio eiuſdem, ꝙ facies eſt aquilæ volantis. Magna ibi conturbatio, quia magna quadrigarum colliſio. Qui bene conturbati ſunt, q ad pœnitentiam contriſtati ſunt, per colliſionem quadrigarum confitentur, & ſatisfaciunt, quod in illa colliſione fuerunt, non per malitiã, ſed per ignorantiam. Dicit enim quilibet illorum, puta Saulus, ſiue quiſpiam alius, prius aduerſarius, poſtea correctus, & fidelis quadrigarum ſocius: Neſciui, anima mea cõturbauit me pro pter quadrigas Aminadab. Neſciui, & ignorans feci, ignorans in incredulitate obſtiti, quũ repente vidiſſem quadrigas Aminadab, nunc autem conſiderata dignitate quadrigarum eius,
Can.6.d. conturbauit me anima mea, ſana contritiones eius ó Aminadab. Quam pulchræ quadrigæ, q̃ ſplendidi aurigæ. Aſpectus (inquit) eorum quaſi lampades, & quaſi fulgura diſcurrentia. Lam pades illuminant, fulgura terrent. Sic iſti habentes virtutes, ſiue virtutum operatiõem haben tes, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, dũ
Pſal.67.c prædicant vbiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis: mentes hominum & de cognitione veritatis illuminant, & de miraculis ad audiendum, atq; credendũ magis excitant. Et recte dixit: fulgura diſcurrentia, quia non in vna tantum mundi parte, ſed per mundum vniuerſum viſa, & audita ſunt prædicationis Euangelicæ miracula.

De eiſdem quadrigis. Caput IIII.

Zach.6.a ET exponens illud Zachariæ, Et cõuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce qua tuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montium &cęt. Meminiſſe (inquit) oportet vnã eſſe, & vnius noctis viſionẽ, ab eo ꝺd dixit: Vidi per noctem: Et ecce vir aſcẽdens ſup equũ rufum, vſq; ad id, quod poſtmodũ dicturus eſt: Et factũ eſt in anno quarto Darij regis, ſecundum rerum ordinem, q̃ tunc gerendæ erant, nunc aũt geſtæ ſunt fere oẽs, præter ſecundum vi ri eiuſdem, ſcilicet dñi noſtri Ieſu Chriſti aduentum. Conſideramus viſionis ordinem pulcherrimum, & non minime delectatus eſt animus gloriã talis viri q̃rens, ac diligens, quia recto hic ordine inuenit hiſtoriam ſalutis, hiſtoriam gratiæ, & veritatis, qũo deus, & verbum, ſiue filius Dei, memor propoſiti, memor ad Abraham, & Dauid dictæ, atq; iuratæ promiſſionis reuerſus eſt ad Hieruſalem in miſericordijs, & in ea domus eius ędificata eſt. Et quatuor cornua, quę
Zach.1.b. uentilauerunt Iudam, & Hieruſalem. i. quatuor regna, per q̃ conatus eſt diabolus eandem abo lere promiſſionem, detrita ſunt, & tũc venit dñs, ó filia Sion, & habitauit in medio tui. Verbũ
Pſal.8.b. enim caro factum eſt, & habitauit in nobis. Atq; idem deus filius Ioſedech, quod eſt filius dñi iuſtitiæ, mutatorijs indutus. i. propter paſſiõem mortis, gloria, & honore coronatus eſt, aſcendensq; in cęlum, factusq; candelabrum magnum, candelabrum aureum ſeptem lucernarũ, cla ruit per mundum vniuerſum, dando apoſtolis, vel prædicatoribus ſuis ſanctum ſeptiformem ſpiritum, & qui lumen tantum extinguere voluerunt, impleta paternorum menſura ſceleri, ſuam (ſicut nouiſſime dictum eſt) amphoram, & impietatem blaſphemiæ deportandam in ter ra Sennaar, cum plumbea damnationis maſſa receperunt. Quid deinde factum eſt poſt illorũ excidium, quod dignum ſit intelligi per quatuor huiuſmodi quadrigas, egredientes de medio duorum montium, quarum in prima ſunt equi rufi, in ſecunda equi nigri, in tertia equi albi, in quarta equi varij fortes? Leuemus cum propheta oculos noſtros, & proſpectum extendamus per mundum vniuerſum. Et ecce mundus plenus eſt, & ex quo beati apoſtoli de candelabro illo ſunt illuminati, cœpit impleri quadrigis feruentibus, & currentibus, de qbus & Abacuc decantans domino: Qui aſcendes (ait) ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. Quadriga pri ma in qua erant equi rufi, Apoſtolorum eſt, & martyrum: quadriga ſecunda in qua erant equi nigri, pœnitentium eſt, qui ab apoſtolorum temporibus incipientes, in his, qui ſanguinẽ Chri ſti fuderant, vitam nobis cœnobialem ſanxetũt. Vnde vſq; hodie per orbem niger tam profeſſione, quàm habitu perſeuerat ordo monachorum. Quadriga tertia in qua erant equi albi, ordo eſt virginũ vtriuſq; ſexus, totũ candore ſuo pernonãs equitatũ Ieſu Chriſti dñi exercituũ. Vñ illud notãdũ, qa quũ dixiſſet: In q̃ erãt equi nigri, egrediebant ad terrã aquilonis, ait, & albi egrediebant poſt eos. Illũ nãq; vitę ordinẽ, q facinoroſis erat neceſſari⁹, quẽq; priores illi ſuſce perũt, vt fructus dignos pœnitẽtię ageret, ſubſequunt q̃plurimi, neq; homicidij, neq; adulterij ſiue alte

ſiue alterius cuiuſlibet criminis rei, imo & pleriq; corpore incorrupti, atq; integri, quos beatus papa Gregorius, quid (inquit) niſi & iuſtos, & pœnitentes dixerim? Plane hoc ipſum eſt egredi ad terram aquilonis, vitam auſteriorem exequi, quæ tantum differt à vita remiſſiore multis vtente delicijs, non tamen illicitis, aut lege prohibitis, quantum rigor aquilonis à ſuauitate auſtri, ſiue fauonij, quantum hyemalis algor à vernis diſtat blanditijs. Vnde notanda litera, quia ſic dictum eſt: In quo erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis, vt ſit ſenſus: Propter quod erant ſibi peccatorum conſcij, in propoſitum ſe dimiſerunt vitæ arctioris. Quadriga quarta, in qua erant equi varij fortes, paſtorum atq; doctorum eſt, & omniũ in quibus emi
1.Cor.13.a. nent illæ gratiarum diuiſiones, de quibus Apoſtolus: Alij (inquit) per ſpiritum datur ſermo ſapiẽtiæ, alij fides, alij genera linguarum, alij gratia ſanitatum &c. Num paruum hoc eſt, aut indignum fuit inter illa magna, quæ ventura erant, & de quibus iam dictum, atq; adhuc dicendũ eſt. Iſtos Eccleſiæ gentium ordines prophetica viſione demonſtrari, imo quis prophetarum de huiuſmodi tacuit, & gentes ſaluandas (vnde ordines iſtos diuinitas aſſumpſit) non declamauit in gaudio ſpiritus ſancti? Quid porro ſunt duo montes illi, quorum de medio quadrigę iſtæ videntur egredi, qui videlicet montes dicuntur æreis? Montes iſti, duo teſtamenta ſunt, Lex, & Euangelium, dicunturq; montes, propter altitudinem, ſiue dignitatem cœleſtium, quæ continent ſacramentorum, quam videlicet altitudinem illud quoq; ſignificat quod & lex in monte data eſt. Et Euangelicum ſermonem, dominus in monte ſedens, atq; os ſuum aperiens, exorſus eſt. Montes iſti, montes ærei, videlicet propter ſonoritatem, atq; diuturnitatem tam legis,
Mat.5.b quam Euangelij, quia non poteſt ſolui ſcriptura tam legalis, quam Euangelica. Nam iota vnũ, ſiue apex vnus (ait dominus) non peribit à lege, donec omnia fiant, & cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea, non tranſibunt. De medio montium iſtorum, quatuor quadrigæ egreſſæ ſunt, quia videlicet vtrumq; teſtamentum quatuor iam dicti ordines Eccleſiæ recipiunt, & ſicut in alia ſimilitudine dictum eſt. De medio petrarum dabunt vocem, ita hic recte dicas, qa de medio duorum montium æreorum, quadrigæ iſtæ procurrent, id eſt, de communi legis, & Euangelij ſenſu, ſiue conſenſu ſeruabunt vitæ ordinem, ſcientiæ, vel doctrinæ puritatem. Quid tandem eſt, quod per cunctanti prophetæ: Quid ſunt iſti domine mi, reſpondens Angelus: Iſti ſunt (ait) quatuor venti cœli, qui egrediuntur, & ſtent corã dominatore vniuerſę terræ? Quid
Sap.6.d niſi quod ſapientia dicit: Quia multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum? Idcirco nimirum quatuor quadrigæ iſtæ quatuor venti cœli dicuntur eſſe, quia ſicut venti perflando nebulas, ſiue pruinas euertunt, aerem q; qui per quietem coreuptior fieret, inquietando ſaniorem efficiunt: ſic ordines iſti, quos diximus, ſinguli in ſuis officijs ſtando, & quum tempus poſtulat diſcurrendo, atq; feſtinando ſuſcitant homines ad cognoſcendum deum creatorem ſuum, q niſi crebra commonitione ſoliciti redderentur, nec cogitarent quidem corrupti mente, reſtare quicquam poſt præſens ſeculum, aut in fine diſtare quippiam inter hominem & iumentũ.
Apoc.7.a. Hinc eſt illud quod Ioannes in Apocalypſi: Vidi (ait) quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos, ne flarent ſuper terram, neq; ſuper mare, neq; ſuper vllam arborem. Quatuor nanq; Angeli, quatuor angulorum mali principes, id eſt, angelicæ fortitudines fuere quatuor regnorum principalium, Babylonici, Perſici, Macedonici, atq; Romani, de quorum vno Angelus bonus, qui Danieli loquebatur, Princeps (ait) Perſarum reſti-
Dan.10.a. tit mihi, viginti & vno diebus. Regnis, ſiue regnorum principibus illis hoc fuit tenere quatuor ventos cœli, cohibere à cultu, ſiue ſeruitio Dei quadrigas iſtas, id eſt, colentium Deum, id eſt, quos diximus ordines, & feruientium creatori, ſed inclamauit, & compeſcuit illos alter Angelus, qui aſcendit ab ortu ſolis, habens ſignum dei viui: qui non eſt alius, niſi vir iſte, qui in initio viſionis huius ſuper equum rufum aſcendit, & poſt eum equi rufi, varij, & albi, qui erant ſancti prioris populi veteris teſtamenti. Nam iſtæ quadrigæ, iſti quatuor venti cœli, qui abeuntibus illis mulieribus cum amphora ſua egreſſi ſunt de medio duorum montium, vt aſſiſterent dominatori vniuerſæ terræ, ſancti ſunt iunioris populi, qui (negante Chriſtum ſynagoga, vt dudum negauerat, dicendo: Non eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai, mulier alterа ſcilicet decem tribuum ſciſſura) crediderunt in eum, & aſſiſtunt illi nunc vſq;, ſicut veraciter dominatori vniuerſæ terræ. Inter quos iſta equorum non prętereunda eſt diſtantia, quod illic nigri non erant equi, tantummodo rufi, varij, & albi, hic autem rufi, nigri, albi, & varij.

INCIPIT LIBER QVINTVSDECIMVS AD MYſticos ſacræ ſcripturæ ſenſus.

Radix quid myſtice ſignificet. Cap. I.

Quid ra-

Iob.15.d

QVid Radix mystice significet, diuus insinuat Gregorius, vt dictum est lib. nono, cap. viij. in principio, & cap. xlij. in dictione Lignum. Et lib. xxj. ca. xxiij, & xxiiij. exponens illud Iob, Nec mittet in terram radicem suam: Si hoc in loco (inquit) terrã, æternæ vitæ retributionẽ accipimus, de qua propheta ait: Portio mea in terra viuentium, iniquus iste in terram radicẽ suam non mittit, quia nunquam ad æternæ vitæ desiderium, cordis sui cogitationẽ plantat. Quod enim radix arbori, hoc vnicuiq; hominũ cogitatio sua est, quia in hoc quod exterius videtur, per illud tenetur, quod exterius non videt. Vnde & p propheta dicit: Mittet radicẽ deorsum, & faciet fructũ sursum. Quũ enim cogitationẽ nostrã ad cõpatiendũ indigenti proximo tẽdimus, ꝙsi radicẽ deorsum mittimus, vt retributionis fructũ superius faciamus. Require in dictione Iuniperus. Scriptum quoq; est de antichristo, Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicẽ tuam de terra viuẽtium. Destruet (inquit) Deus in hac vita prosperrime, ꝙs iterum ædificare decreuerit. In finem autem qui destruitur, æternis supplicijs deputatur. Nam propter illa, quæ superius dicta sunt, in fine sæculi ore domini tyrannus ille plectendus est, vt tam ingens nequitia aduentu summi iudicis destruatur. Euellet te &c. Pœna ingens, formidolosa dãnatio, de amcenissimo domini tabernaculo euelli, & perpetuis ignibus mancipari, vbi nec viuere cunquam datum est, nec florere concessum sed tanquam arbor grandeua radicitus euulsa, æterna sterilitate siccabitur. Potest etiam quosdam mouere, q̃ verba ista antichristo nequeant conuenire. Dicit enim: Emigrabit te &c. quũ homo paganissimus ibi nõ videatur esse plantatus. Sed hoc à membris ipsius potest accipi, qui in Ecclesia quidem corpore videntur esse, nõ animo, quia sicut fideles membra sunt domini saluatoris, ita & ille suos cõplices in vnã colligit nequitiæ societatem. Et radicem &c. Radices erunt antichristi consentanei, ministriq; diaboli. Et ideo radicẽ ipsius cum ipso de terra viuentium dicit esse euellendam, quia cũ sanctis domini diabolus, nec antichristus, neq; sequaces eorum habebunt aliquam portionem. Et exponẽs illud Psalmistæ, Et plantasti radices eius, & impleuit terram: Radices (inquit) eius sunt prophetæ cœlestis regis operatione plantati, ex quibus illa fœlices palmites tendens, vniuersum mundũ quasi amœnis fidei vmbraculis occupauit. Et diuus Ambrosius de institutione virginis, cap. ix. Audi virgo diligentius apertis auribus, & clauso pudore, aperi manus, vt te pauper agnoscat, claude ostiũ, ne temerator irrepat, aperi mentẽ, serua signaculum. Virga quoq; à radice virginitas est. Sicẽ scriptum est: Exiet virga à radice Iesse, & flos à radice ascendet. Nõ cauara est hæc virga, sed solida: Nemo ergo adurat virgam tuam, vt florem suum custodiat. Et libro secundo de spiritu sancto, cap. v. Exiet virga de radice Iesse &c. Radix Iesse, patriarchæ familiæ Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ, Christus, qui bonum odorem fidei toto spatsurus orbe virginali ex vtero germinauit, sicut ipse dixit: Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos odorem suum succisus reseruat, & contritus accumulat, nec auulsus amittit. Ita & dominus Iesus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit, sed illa lanceæ punctione succisus, sacro speciosior fusi coloris cruore vernauit. Mori ipse nescius, & mortuis æternæ vitæ munus exhaians. In hoc igitur spiritus sanctus virgæ regalis flore requieuit. Bona virga (vt quidam putãt) & caro domini, quæ de radice terrena ad superna se subrigens, odoriferos sacræ fructus religionis circunulit mundo, mysteria diuinæ reuelationis, & gratiam cœlestibus altaribus super effundens. Sed diuus Hilarius in enarratione Psalmi secundi, hoc pacto scribit: Hanc verbi doctrinam virgam nuncupari, ex veteri ita cognitum est, quum dicitur: Virga directionis, virga regni tui, ꝙ hæc eadem est virgæ directio, qua per doctrinam in æquã viam, vtilemq; dirigimur: Hæc virga regni est, necesse est ipsa illa doctrina fit regni. Ipsum aũt dñm nostrũ ob doctrinæ suæ vtile, ac moderatã prædicationẽ virgã nuncupatũ ita accepimus, dicente Esaia: Exiet virga de radice Iesse. Ac ne tyrannicã in eo seueritatem per virgæ nuncupationem auderet quisquam opinari, continuo propheticus sermo adiecit: Et flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spũs domini, vt virgæ seueritatem floris suauitas tẽperaret, quam vnicuiq; nostrum doctrinæ terror regimen perfectæ beatitudinis admoneret. Et Rupertus lib. xi. de victoria verbi, cap. xiij, exponẽs illud Esaiæ: Et excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabũtur, & subuertentur condensa saltus ferro, & libanus cũ excelsis cadet. Et egredietur virga de radice Iesse &c. Quãuis (inquit) sub istã metaphoram quales transiatæ sint res, nõ ignoret miñdus, non taceat vniuersus, qui in mundo est Ecclesiæ chorus, perspice hinc tamen gentium, ꝙs per condensas saltus intelligimus tyrannos, ac duces, imperatores, & consules, inde Iudaicæ gentis,

Psal. 51.a Cassiodo.

Ambrosius

5. Esai. 10.a Ibidem

gentis, quam per libanum intelligi placet, reges, & tetrachas, atq; summos sacerdotum principes, & inter istas altitudines, siue magnitudines subortam humilem de domo Dauid Mariam virginem Christum parientem Deum, & hominem, & magnam victoriæ verbi Dei concipies admirationem, quod in hunc mundum ingrediens, nõ quæsiuit de altis, vel sublimibus parentem habere quempiam, solum se sibi sufficere sciens absq; opere humano cõtra illius Assur, id est, diaboli superbiam ad obtinendum sibi regnum, ad possidẽdum Dauid patris sui solium, imo Dei patris æternum imperium. Et cap. xviij. Vbicunq; Christiana, vel catholica fides, ipsa suis auribus audiuit, & ipsa videt suis interioribus oculis, quod virga ista, virga gracilis, & pulchra, virga humilis quidem, sed recta est beata virgo Maria, & flos, qui de virga ista ascendit, fructus ventris eius, est Christus Dei filius, & virginis filius est, in quo qui promisit Deus fidelis, & verax inuentus est qui iurauit Deus iustus, & Deus sanctus comprobatus est. Quærendum vero hic est cur placuerit spiritui sancto dicere: Egredietur virga de radice Iesse, magis q̃ dicere, De radice Dauid, siue Abrahæ, quibus promisit, quibus Deus iurauit. Ad hæc (inquam) si diceret, de radice Dauid, victricem quidem pronunciaret veritatem promissionis, sed ipsa dictio minus contineret sacramenti. Nunc autem plus habet mysterij, quia cum præconio veritatis tendentius in semen Dauid, si mul nos mittit in secretum paternæ domus eius in rationem tẽporis, vel diei, quo missus est, propheta Samuel ad vngendum regem, quem proiecto Saule, prouiderat sibi dominus in filijs Iesse, qui & Isai. Quomodo enim dictum, quomodo factum est? Vitulum (inquit dominus) de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum DEO veni. Timebat enim Samuel. Audite (inquit) Saul, & interficiet me. Et impleuit cornu oleo iuxta præceptum domini, & iuit. Ad immolandum (ait) domino veni. Sanctificamini, & venite mecum, vt immolem. Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Quumq; ingressi essent, vidit Heliab, & ait: Num coram domino est Christus eius? Et dixit dominus ad Samuelem &c. ysq; Et vnge eum &c. Et cap. xxi. Nulla potest verbis lingua consequi, imo nec cuiusquam cogitatu comprehendere mens hominis, quãta vobis commoda prouenerunt, ex eo quod humilitas diuinitatis, humilitas verbi Dei, non diuitem sed pauperem virginem matrem sibi elegit, quod ancillam suam respexit, tanto apud se coram diuitibus, vel superbis humilem, quanto constat excelsis libani cedris minorem esse virgã quãlibet de radice vetusta egredientem. Si enim parentes Christus diuites elegisset qs hodie pauperibus in Ecclesia Christi locus esset? Et in librum primum Regum, cap. xxiij. exponẽs illud Apocalypsis, Ego sum genus, & radix Dauid: Nam (inquit) qui postea per nouam carnis natiuitatem factus est genus Dauid, ipse iam per antiquam diuinitatis naturam erat radix Dauid spiritus sancti verum oleum, veramq; pinguedinẽ subministrans, vnde floreret, frondaret, fructumq; faceret, imo, & pater ipsius esse fieret Dauid. Igitur quemadmodũ arbor à radice pinguedinem sumit, vnde fructificet temporibus suis, sic iste ab illa radice sua sumpsit quæ thesaurizaret testimonia domino suo filio suo, factis mysticis, dictis propheticis. Et in Apocalypsi ea dẽ verba exponens, hoc pacto scribit. Ego sum radix & genus Dauid &c. Ac si dicat: Ego sum ille Iesus, qui dominus, & filius sum Dauid, qui secundũ hominem passus, & sepultus, mane resurrexi, à mortuis. Nam quia dominus, & creator sum Dauid quemadmodum testatur ipse dicens in spiritu: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Idcirco radix, & quia filius Dauid natus, vel factus ex semine eius secundum carnem, idcirco genus sum Dauid. Et nunc qui dem, qui diu, in hoc viuentes per fidem ambularis, stella vobis sum splendida, & matutina, ex quo resurrexi a mortuis. Tunc autem me solem habebitis, quum in ciuitatẽ talem, quam audistis, intraueritis, quam claritas Dei illuminauit, quæ non eget lumine solis, aut lunæ, propter hoc ipsum, quia illuminauit eam claritas Dei. Et alibi eadem verba exponens: Quare (inquit) dixit de tribu Iuda radix Dauid, quũ sic dicere potuisset, de tribu Iuda, de stirpe Dauid? Christus enim vt de tribu Iuda, ita & de semine Dauid est. Cur ergo vt de tribu Iuda non ita dixit, de stirpe, vel de semine Dauid? Videlicet quia tali dictione rem, vel causam non retigisset, vnde leo fit, & vnde vincere poterit. Christus nanq; vnde de tribu Iuda est, & ex semine Dauid, nõ inde deus est, neq; inde mortem vicit, aut resurgere potuit sed inde homo est & inde tanquam agnus mori, vel occidi potuit. Magnificentius ergo dictum est, vt dici debuit, Radix Dauid. Magnificum quippe & mirabile est eius esse radicem, de cuius stirpe descendit. Nam si ad carnem respicias Christi, sic non est ille radix Dauid, quoniam non radicem vitis portat, sed vitẽ radix. Itaq; secundum diuinitatem dictum est, Radix Dauid: quia videlicet sicut radix virẽ aut palmitem, ita patrem suæ carnis Dauid portat Christus secundum suam diuinitatem. Vnde enim Dauid, & tota gens illa scripturis propheticis vinea domini dici cõsueuit, nisi quia per fi-

Apocal. 5.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem venturo inhærebat Christo, qui dicit: Ego sum vitis? Deniq; sicut Apostoli palmites, sic Dauid virtutis huius est palmes, nec aliquis veterum, aut nouorum ad vineam domini pertinere potest, aut potuit, nisi qui per fidem viti huic inhæret, aut inhæsit.

De eadē, radice & Ramo, & Ramno & rana, & rationale, & reclinatorio. Cap. II.

Roma. ii, b

ET Origenes exponens illud Apostoli: Et si radix sancta, & rami. Radicem (inquit) hanc a- In Abrahā nominat, alq; Sethi, alij aliquem vnū ex patribus bonæ mentis ponūt. Ego aūt radicem aliam quæ sancta sit & sanctas primitias nescio nisi dūm nostrum Iesum Christum. Ipse est enim primitæ omnium, vel delibatio, vt in presenti loco habemus Apostoli, secundum id quod alibi dicitur de eo: Qui est primogenitus omnis creaturæ. Huic nanq; radici omnis q̄ saluatur inseritur, & ex hac delibatione sancta, omnis massa humani generis sanctificatur. Et vere sicut radix sancta, manentibus in se ramis sanctitatis, pinguedinem præbet, dum per spiritum suum sanctum adhærentes sibi viuificat, verbo excolit, sapientia floridos reddit, & in omnium virtutum plenitudine afferre fructus vberes facit, ita vt & ipsa dicat de eis: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Et enim si rami, qui fracti sunt, propter incredulitatem fracti sunt, & qui stant, fide stant, quis alius erit in quo stant, nisi Iesus Christus? Et quis est alius à quo per incredulitatem fracti sunt, nisi ipse, cui non crediderunt? Semper ergo quicunq; aduenæ ad fidem, vel ad conuersationem Israel veniebāt, Christo, qui erat verus Israel, inserebantur. Precipue tamen ex tempore aduentus eius multus oleaster insertus huic radici, vel ramis eius, Apostolis videlicet, & prophetis Dei, vt qui inseruntur eis socij fiant radicis, & pinguedinis Christi. Post hæc docet nos Apostolus, non extolli aduersus radicem fractos ramos Israelitas, neq; insultare eis, quia non nos radicem portamus, sed radix nos. Non enim habemur quod non accepimus. Si autem accepimus, quid gloriamur, quasi non acceperimus? Et diuus Hieronymus, exponens illud Salomonis, Radix autem iustorum proficiet: Quia nimirū (ait) fides, & charitas electorum, qua radicati sunt in Christo, nequaquam eos fallit, sed ad perfectiora semper crescens, plusquam sperare nouit, in futuro percipiet. Et exponens illud Iob, Nec mittit in terram radicem suam: Quia tanquam (inquit) arbor euulsa est moriturus, ideo in terra viuentiū stabilitatem æternam, siue eorum consortium non habebit, eo quod hic prius spem, vel radicem fidei non præmisit, auram etiam salutis, vt sub vmbra viuat, refrigerij non habebit.

Gregorius

Ramus quid mystice significet habes in dictiōe, Radix. Ramis quoq; dicitur fidelis, vt habes in dictione, Lignum. Et diuus Gregorius, exponēs illud Iob Ramos eius arefacit flamma, id est adhærentes ei: Si enim sibi quosdam æternam patriam quærentes adiungeret, ramos in se viridos haberet. Sed quia ipsi quoq; qui ei conjuncti sunt, terrenis desiderijs æstuant, dum desiderium flamma, clientium eius animos accendit, ramos eius arefacit, vt fructum boni operis nō ferant, quia ad appetenda infima per nequitiam anhelant.

Augusti.

Rhamnus autem quid mystice significet, diuus indicat Augustinus, exponēs illud Psalmistę, Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, pro quo ipse legit, priusquā producat spinas vestras rhamnus tanquam viuentes, tanquam in ira combibit eos: Rhamnus (inquit) spinarum genus est, densissimarum. Primo herba est mollis, & pulchra, ibi sunt tamen spinæ postea processuræ. Modo ergo delectant peccata, & quasi non compungunt. Priusquam ergo producat &c. id est priusquam miserarum delectationum, & voluptatum manifesta tormenta procedant. Interrogent se, qui aliquid amant, & ad id peruenire non possunt, videant, si nō cruciantur desiderio, & quum peruenerint ad id, quod illicite desiderant, attendant, si non cruciantur timore. Videant ergo hic pœnas suas antequam veniat illa resurrectio, quum in carne resurgentes, non immutabuntur. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. Habebunt quippe corruptionem carnis in qua doleant, non in qua moriātur, alioquin & illi dolores finientur. Tunc spinæ illius rhamni, id est, dolores omnes, & compunctiones tormentorum producentur. Quales spinas patientur illi, qui dicturi sunt: Hi sunt, quos aliquando habuimus in risum? Spinæ, compunctionis pœnitentiæ, sed seræ, & infructuosæ sunt, sicut spinarum sterilitas. Pœnitentia huius temporis, dolor medicabilis est, pœnitēria illius temporis, dolor pœnalis est. Non vis illas pati spinas, hic compungere spiritis pœnitentiæ, vt facias quod dictum est: Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Peccatum meum cognoui, & iniquitatem meam non operui. Dixi, pronunciabo aduersus me delictum meum domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Modo fac, modo compungere, ne in te fiat quod dictum est de quibusdā detestabilibus: Discissi sunt, nec compuncti sunt. Ecce præter Ecclesiā sunt, non eos pœnitet, vt redeant, vnde dississi sunt, producet postea spinas eorum rhamnus. Nolūt modo habere cōpunctionem medicinalem, habebunt postea pœnalem. Sed etiam modo priusquā producat spinas rha

nas rhamnus, supercecidit ignis, qui eos nō permittit videre solem, qui eos adhuc viuentes in ira Dei combibit. Ignis concupiscentiarum malorum, bonorum vanorum superbiæ, auaritiæ suæ, & quicquid eos premit, ne cognoscant veritatem, ne victi videantur. Ergo ille ignis concupiscentiarum malarum, qui supercecidit, vt non videant solem, combibit rhamnum priusq̄ producat spinas eorum, id est, occultat eorum malam vitam, priusquam pariat eadem vita manifestos in fine cruciatus, sed in ira Dei occultat rhamnum ignis iste. Non enim parua pœna est quod modo nō vident solem, nec spinas pœnarum credunt ex hac vita malas sibi postea processuras. Vos enim (inquit) rhamnus estis quem rhamnū, id est, vos ipsos viuentes, id est, adhuc in hac vita constitutos, priusq̄ in futuro iudicio spinas pœnarum vestrarum manifestas producat, nunc in ira combibit, id est, quasi absorbendo apparere non finit. Nō dixit autem viuentes, sed tanq̄ viuentes, quia falsa est hæc vita impiorum. Neq; enim viuunt, sed viuere sibi videtur. Et sic dixit: Tanq̄ in ira, & non, In ira, quia tranquillus hoc facit Deus. Nam & hoc scriptū est: Tu autem domine virtutum, cum tranquilitate iudicas.

Rhamnus significat & diabolum, vt habes in dictione, Ficus, cap. xxi.

Rana quid mystice significet, diuus insinuat Hierony. exponens illud Psalmi, Et ranam, & disperdidit eos: In ranarum vocibus (inquit) poetarum carmina designantur, quæ per inflationem verbositatis exterminationum fabulas intulerunt. Et exponens illud Psalmistæ, Et dedit terra eorum ranas &c. In ranis poetarum carmina designantur, qui à chatolica regula discrepantes, regnum terrenorum corda deceptionum fabulis replent.

Hieronym.

Rationale quid mystice significet, diuus insinuat Greg. in epistola ad Iohānem episcopum: Diuina (inquit) voce præcipitur, vt in Aaron pectore rationale iudicij virtutis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat. Nec indiscretum quid, vel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus, ex grauitate semper debet ostendere, quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationale vigilanter adiungitur vt duodecim patriarcharum nomina describantur. Adscriptos enim patres in pectore ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehēsibiliter graditur, quum exempla patrum præcedentium indefinenter intuetur, quū sanctorum vestigia sine cessatione consyderat, & cogitationes illicitas deprimit, ne extra ordinis sui limitem pedem operis tendat. Et Rupertus libro quarto in Exodū, cap. xxij. Pulchre (inquit) hoc ipsum quod in medio est, appellatur rationale. Ratione enim cuncta plena sunt, & terrena hærent cœlestibus, imo ratio terrenorum, & temporum, caloris, & frigoris, & duplex inter vtrunq; temperies de cœli cursu, & cœli ratione descendit. Vnde & rationale cū Ephod fortius stringitur. Porro quod dicitur, pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, hoc ipsum significat, quod nunquam in Dei ratione mendacium fit, sed & ipsa veritas, multis signis, & argumentis monstretur hominibus, & vsq; ad mortales veniat. Vnde factum est, vt rationē solis, & lunæ, & anni, & mensium, & temporum, & horarum, tempestatum quoq; serenitatis, & ventorum, & rerum omnium nosceremus, accipientes à Deo insitam sapientiam, & ipso habitatore, atq; doctore domicilij sui, atq; nobis, & fabricæ, scientiam demonstrāte.

Greg.

Rupertus

Quid reclinatorij mystice significet, require in dictione, Lignū. Et Rupertus exponēs, illud Canticorum, Ferculū fecit sibi rex Salomon de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: Media charitate cōstrauit, propter filias Hierusalē: Ferculum (inquit) regis Salomonis, scripturæ sunt veritatis, omnes vna mensa domini cūcta regentis, & omnibus prouidentis, quēadmodū dicit: Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Quid ergo est, In loco pascuę ibi me collocauit, nisi fecit me studere in scripturis? Ibi regit me, scilicet ne quid praue intelligā, & nihil mihi deerit, videlicet q̄ ad intelligendum mihi necessariū sit. Altissimum est huiusmodi ferculum, & habet ascensum. Qualē ascensum? Purpureum. Quid est ascensus purpureus? Deus, & homo Christus pro salute hominum passus, & sanguine suo purpuratus. Istud credere ascendere est. Qui sic ascendit, illū ad refectionem vitæ, quæ est in scripturis diuinis admittit. Nā qui sic non ascendit, qui nō credit, nū quā scripturas intelligit. Idcirco Iudæi non intelligunt, & cæci sunt, qa nō ascēdūt per hūc ascē sum purpureum, non credūt Christum de Maria virgine natū, & eū qui à patribus ipsorū crucifixus, Deū esse, ac dominū regem, Salomonem verum, regem æternum. Exempli gratia de us iudicium tuum regi da & iustitiam tuā filio regis &c. Quomodo hæc & horū similia intelligit, qui alium Salomonem, alium regem, siue filium regis non recipit, nisi illum hominem, qui suo tempore regnauit, & mortuus est, sicut cæteri homines? Nimis arduū est, illi ferculum hoc regis, nec attingere potest quicquam de vitalibus cibis, quos ibi sapientia præparauit. Vñ rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Salomon hoc ferculum fecit? De lignis Libani, id est, de hominibus sanctis, hominibus fidei imputribilibus, quorum quandam similitudinem habent ligna Libani, id est, cedri, per id q̃ sunt naturæ imputribilis. Quomodo fecit? Eo videlicet modo, quo ad illos factum est verbum domini. Ipse enim rex Salomon erat verbum domini, & per spiritum sanctum corda illorum impleuit, & linguas desertas fecit, vt de cœlestibus scirent eloqui, qui non ab hominibus, neq; per homines fuerant docti, atq; ita locuti sunt, & scripserunt, quæ pascua vitę, in quibus homo viuit, quemadmodum ipse dicit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Ibi est argentum, ibi est aurum. Nam columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum. Quod est illud argentum, & quod illud aurum? Argentum illud est exterius eloquium Deut. 8.a valde nitidum, aurum vero interior maiestas sensuum. Aurum (inquam) imo desiderabiliora sunt super aurũ, & lapidem preciosum multum, quæ intrinsecus latent, nitidiorã vero super argentiũ, q̃ extrinsecus patent: Eloqa dñi (inqt Psalmista) eloquia casta, argentũ igneex aimnatũ, probatum terræ, purgatum septuplũ. Quod dicit casta, q̃d dicit argentum, ad hanc similitudinem dicit, quia sicut casta mulier à labe corruptionis est immunis, & sicut argentum bene excoctum, à cunctis sordibus redditur vacuum: sic verbis, siue eloquijs domini nihil falsitatis, nihil Psal.ii.a superfluitatis potest esse admixtum. Cunctã hominum sapientiam, cunctam rhetorum sæculi huius eloquentiam exuperat hoc regis Salomonis ferculum, scilicet omne canonicarũ corpus scripturarum, vnde hic animæ viuere incipiunt, & in æternum viuunt. Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Quomodo constrauit, ipse dicat rex Salomon. Audiuimus Mat.22.d. quia dicit ipse: In his duobus mandatis, vniuersa lex pendet, & prophetæ. Dixerat enim interrogatus à Pharisæis, quod esset mandatum magnum in lege: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Statimq; intulit: In his duobus mandatis, vniuersa lex pendet, & prophetæ. Vere dixit, & antiquam veritatem dixit. Quid enim aliud ab antiquo dominus petit? Et nunc Israel (inquit Moyses) q̃d dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas, & diligas eum in toto corde tuo, & in tota anima tua? Ergo media ferculi rex Salomon charitate constrauit, id est, in medio scripturarũ principatum charitatis posuit, quia reuera de quo pendent cœtera omnia, illud recte medium, ac principale dicitur, & est, Vt quid media taliter charitate constrauit? Propter filias Hierusalem. Quas propter filias Hierusalam? Quæ sunt illæ filiæ Hierusalem? Animæ fideles, amantes quidẽ Hierusalem veluti matrem, sed virilem, id est, perfectam, necdum habentes in operibus iustitię virtutem, scilicet in hoc, vt omnia relinquere propter regem Salomonem, & suum quoq; proprium valeat errogare sanguinem, vt in virgineo proposito sacram, & beatam sponsi, & sponsæ, dilecti, & dilectæ, de quibus hic sermo est, iugem celebrare festiuitatem. Quomodo, vel in quo filiabus huiusmodi proficit, quod media ferculi rex Salomon charitate constrauit? Nimirum in eo, quod facere possunt, & suum faciunt illud quod est aliorum, quod est virorum siue fortiũ. Verbi gratia: Non sunt carne virgines, sed bonum virginitatis in te, o beata Maria, diligendo, suum faciunt. Non alia præter te genuit regem Salomonem, regem tam magnum, tam magnificum, sed ille, diligendo in te hoc tam grande priuilegium, regis eiusdem matres fiunt. Item: Non sunt martyres, neq; sufficiunt inter fortes præliari, & pro amore regis Salomonis fundere sanguinem suum, sed martyres diligunt, & diligendo illos, gloriam eorum suam faciunt. Amplius dicam: Nõ sunt dñ, sed diligendo Deum, dñ, vel filij Dei sunt, sicut scriptum est: Ego dixi Psal.81.a dñ estijs, & filij excelsi omues.

Gregorius

Quid regnum cœlorum mystice significet. Cap. III.

QVid regnum cœlorum mystice significet, D. significat Gregorius, libro moralium decimonono, capite sexto, exponens illud Euangelicum, Qui soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorũ: q̃ autẽ fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorũ: Regnũ cœlorũ Ecclesiã presentẽ appellat, de qua scriptũ est: Et colligent de regno eius omnia scãdala. In supremo etenim regno scandala, quæ ex eo colligi debeant, non habentur. Qui ergo soluit opere, & sic docet voce, in isto regno cœlorũ erit minimus, in illo nec minimus. Et homilia vndecima in Euangelia, exponens illud Euãgelicũ, Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias &c. Ille (inqt) in sancta Ecclesia doctus prædicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta dicere, de terrore supplicij, vt vel pœnę terreãt, quos præmia nõ inuitãt. Audiat deregno q̃ amet, audiat de supplicio vnusquisq; q̃ timeat, vt torpẽtem animum & terræ vehemẽter inhærentem, si amor ad regnũ nõ trahit, vel timor minet. Et in principio homilię hoc pacto

pacto scribit: Simile est regnum cœlorum thesauro absconditio &c. Cœlorum (inquit) regnũ idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his, quæ animus nouit, surgat ad incognita, quæ nõ nouit, quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, & per ea quæ vsu didicit, quasi confricatus incalescat, vt per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim cœlorum regnum thesauro absconditio in agro comparatur. Regnum quoq; cœlorum (vt idem Gregorius ait homilia xx. in Euãgelia) dicitur locus iustorum, iuxta illud: A diebus Iohannis Baptistæ vsq; nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quæ superne ver basententiæ nobis sunt magnopere perscrutanda. Nam quereneũ est, quomodo vim pati re- Mat.11.b gnum cœlorum possit. Quis enim cœlo violentiam irrogat? Et rursum quærendum est, Si pati vim regnum cœlorum potest, & violenti rapiunt illud, cur eandem vim à diebus Iohannis Baptistæ, & non etiam ante pertulerit? Sed quũ lex dicat, Si quis hæc, vel illa fecerit morte moriatur, cunctis legentibus liquet, quia peccatores quoscque pœna suæ seueritatis pertulit, nõ autem pœnitentiam ad vitam reduxit. Quum vero Iohannes Baptista, redemptoris gratiã præcurrens, pœnitentiam prędicat, vt peccator qui ex culpa mortuus est, p conuersionem viuat, profecto à diebus Iohannis Baptistæ regnum cœlorum vim patit. Quid est autẽ regnum cœlorum, nisi locus iustorũ? Solis enim iustis cœlestis patriæ præmia debentur, vt humiles, casti, mites, atq; misericordes ad gaudia superna perueniãt. Quum vero quis vel superbia tumidus, vel carnis facinore pollutus, vel iracundia accensus, vel crudelitate impius, post culpas ad pœnitentiam redit, & vitam ęternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Iohannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, quia qui pœnitẽtiam peccatoribus indixit, quid aliud, quam regno cœlorum fieri violentiam docuit? Recogitemus ergo mala quæ fecimus, & nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Hęreditatem iustorum, quam nõ tenuimus per vitam, rapiamus per pœnitentiam. Vult à nobis omnipotens deus talem violentiam perpeti. Nam regnum cœlorum rapi vult nostris fleribus, quod nostris meritis non debetur. Et diuus Ambrosius sermone decimoquinto, de natali domini: Magna Ambrosius (inquit) est elemosyna, quæ ardentium criminum globos benevolẽtię suæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incẽdia delictorum, vt quamuis offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare eleemosynis, quẽ disposuerat punire peccatis. Cogit enim à nobis quodammodo, dum compellitur pro actibus nostris mutare sententiam, & in vno, eodemq; homine, nunc seueritate iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pater enim noster Deus est, quum bene agimus, iudex noster est, quum peccamus. Compellitur ergo operibus nostris dominus, vt nobis sua misericordia largiatur, atq; ideo ipse in Euangelio sancto dixit: A diebus Iohannis Baptistæ regnum cœlorum, cogitur. Regnum cœlorũ, non nisi Christus dominus, qui regnat in cœlis. Cogi autem verbum tunc solet dici, quum res aliqua rarior assidua operatione dẽfatur. Ex quo ergo Iohannes Baptista saluatoris annunciauit aduentum, ex eo regnum cœlorum, quod prius fluidum, & remissum apud Iudæos iacebat, credentium populorum cœpit assiduitate densari, & omnis illa regni raritas prædicationum frequentatione solidari. Tam enim rarum fuit apud Iudæos regnum, vt tranfiret ad gẽtes, tam fluidum, vt emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentium cogitur densitate, vt fixum & solidum Mat 11.b. maneat sine fine, sicut scriptura dicit: Et regni eius non erit finis. Cogimus ergo regnum cælorum, & vim quodammodo facimus, sicut ait Euangelica lectio: Et vim facientes diripiunt illud. Vim (inquam) facimus Deo, non compellendo, sed flendo, non prouocando iniurijs, sed lachrymis exorando, non blasphemando per superbiam, sed per humilitatem mœrendo. O beata violentia, quæ nõ indignatione percutitur, sed misericordia condonatur. Beata (inquã) violentia, quæ vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur, vis admittitur, & religio propagatur. Quisquis enim violen- Ioh.14.a. tior Christo fuerit, religiosior habebitur à Christo. Aggrediamur ergo in itinere dominum, si quidem ipse est via & more latronum suis eum spoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, thesauros, & vitam: sed ille tam diues, & largus est, vt non abnuat, nõ resistat, & quum omnia dederit, nihilominus omnia ipse possideat. Aggredimur (inquam) illum non ferro, non fuste, nõ saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in congressione certamus. Vt autem his armis vti in vi inferenda possimus, ante corporibus nostris vim quodammodo faciamus. Expugnemus membrorum vitia, vt virtutum præmia consequamur. Prius enim ipsi regnare debemus in nobis, vt regnum possimus deripere saluatoris. Ait ergo Euangelium: Et vim facientes diripiunt illud. Raptores igitur sumus, raptores autem nõ nisi diripiunt aliena. Agnosco veram esse sententiam. Christum enim Ecclesia rapuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

synagogæ,& alienæ gentis regnum vim faciendo possedit.Nam saluator missus sub lege, natus in lege,nutritus iuxta legem,dum à Iudæis negligitur,à gentibus occupatur,& dum à sacerdotibus perditur,à peccatoribus inuenitur, sicut ipse ait: Publicani, & peccatores præcedunt vos in regno cœlorum.Raptores igitur sumus,mirandum non est.Quippe qui à tali autore descendimus.Scriptum est enim de patriarha nostro Beniamin:Lupus rapax.Rapit enim quod suum non est,ita &nos velut filij rapacis lupi alienarum pastorem ouium nostra intentione præripimus,sicut ipse dicit: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Rapitur itaq; Christus,quum à Iudæis dimittitur,& ab alijs prædicatur.Rapitur Christus quum occiditur à Iudeis,& sepelitur à nobis.Rapitur Christus à vigilantibus discipulis, à dormientibus perditur Pharisæis,sicut mentiendo ipsi confessi sunt,dum custodias ponerent sepulturæ post resurrectionem domini dicentes:Quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum,nobis dormientibus. Vnde spiritualiter intelligimus, quia Christum omnes dormiente perdunt, vigilantes inueniunt.Et diuus Augustinus sermone primo, de natiuitate Ioannis Baptistæ, A Mat.13.c diebus Ioannis regnum cœlorum vim patitur &cæ. Nouimus quia familiariter mens humana in diuersis huius mundi illecebris,& concupiscentijs deuicta fugit laborem, expetit voluptatem,& vix adducitur, vt consuetudinem à se vitæ prioris excludat,sed quum cœperit cogitare vltimi diei necessitatem,ac futuri iudicij pondus,incitata &stimulata vel spe præmij, vel timore supplicij,voluntarium bellum indicit passionibus,& vim facit pristinis suis desideriis,& violenter se vincere ipsa contendit.Non enim sine violentia fieri potest,vt de abundantia, & delitijs ad famem, & sitim ad abstinentiam,& crucem trãseat,vt somno prius,atq; ocio amicam carnem contritione, vigilijsq; conficiat.Non(inquam) sine violentia fieri potest, vt vnusquisq; iracundiam patientia,superbiam humilitate commutet,amore paupertatis diuitiarum,ac sufficientię affluentiam superet,vinolentiam sobrietate,luxuriam castitate condemnet, & homo subito in virum transformetur perfectum,& quodammodo alter reddatur ex altero, ac sic à talibus per violentiam regnum cœleste diripitur. Duo autem sunt abstinentiæ, & crucis genera, vnum corporale, aliud spiritale. Vnum à potu, atque epulis temperare, appetitum gulæ à delectationibus, & mollissimis suauitatibus coercere, ab his quæ per tactum,& gustum, visumque decipiunt sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ, & crucis genus est preciosius, atque sublimius, motus animi regere,& perturbationes illius modestiæ tranquillitate placare, iræ, ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrænare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare sequadam censura austeritatis,& virtutis,& rixam quodammodo cum homine interiore conserere. Preciosa in conspectu Dei,& gloriosa crux, cogitationes malas in potestatem redigere, voluntates proprias abnegare,easq; interiori examinatione discutere,& regentis imperio subiugare,à sermone,atq; opere quo anima lęditur tãquam à cibis noxijs abstinere,& sensum ab his quę cõtraria sunt spiritali temperantia sobrium custodire.Hæc qui facit,prærupto passionis muro violẽter ad cœlorum regna conscendit.Vim itaq; sibi factura est anima,vt palmam laborum,quam sibi subtrahi multis inimicis aduersantibus sentit,viribus contendat eripere.Necesse ergo est cũ summo labore ex hoc mundo rapere palmam salutis, & quasi excubantibus, & circumiectis hostibus obsessos perutgili intentione fructus decerpere,& prædam à thesauro vitæ,velut de medio abreptam sæculi huius incendio reportare.Est & aliud direptionis genus,quando alijs promissa,&oblata diripimus.Saluator ad hoc vel maxime susceptа incarnatione descenderat, vt Iudæorum populum iustificaret,sicut ipse in Euangelio loquitur:Non sum(inquit)missus, nisi ad oues, quæ perierunt,domus Israel. Sed & discipuli ita incredulam Synagogæ plebem coarguebant: Vobis(inquiunt)prius oportuerat verbum Dei loqui,sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad gentes.Ergo quum Iudæi munera sibi parata respuerent publicani,& peccatores ex gentibus crediderunt,ac sic rapit Ecclesia synagogę regnum. Regnum enim nostrum Christus est. Rapimus itaque eum illis dormientibus, sicut ipsi in Euangelio confitentur:Dicite(inquit)quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum nobis dormientibus. Surgat ergo qui dormit, ne forte Christum per negligentiam resolutus, amittat, dum mens eius in infidelitate, & in torpore dormitat. Rapitur itaque regnum cęlorum,dum negatur à domesticis,& à gentibus adoratur.Rapitur cum alijs ad salutem mittitur,ab alijs inuenitur.Quum enim eum sui recusant,suscipiunt alieni. Infectatur proprij, complectuntur inimici.Quando hæreditatem ciuis respuit,peregrinus inuadit. Filius repudiat,seruus recognoscit.Adhuc,& alio ordine regnum cœlorum vim patitur,quando illud homines acquirunt,quod Angeli perdiderunt,quando illuc adoptati humiles ascendunt,vnde superbi

superbi incolæ ceciderunt. Ergo quum inter tantos inuidos, inter tantos latrones,& inuisibiles insidiatores viuamus,quibus tandem viribus cælorum regna capiemus? Quis,inquam, nisi obediendo doctoribus,& vitijs & iniustitijs ex cupiditate nascentibus resistendo,delẽdo peccata,& ea ieiunijs,atq; eleemosynis redimendo? Et Theophylactus,Ad eos autem Ioannis baptistæ &c. Videntur hæc superioribus non cohærere,sed non sic habet. Vide igitur. Ereim de se dixerat Christus,quod maior sit Ioannes,& cogit illos,vt ei credant,ostendens,quod multi rapiãt regnum cælorum,hoc est,fidem in se. Opus autem est virtute multa.Relinquere enim patrem & matrem, & animam suam contemnere,quanta vis?

De eodem regno. Cap. IIII.

Diuus quoq; August.lib.vnico de fide,& operibus,hoc modo scribit: Hæc est(inqt)fides Augustinus de qua dicitur:Regnum cælorũ intra vos est.Hanc enim diripiunt, qui vim faciunt credendo,impetrãtes spiritũ charitatis,vbi est plenitudo legis,sine qua lex in litera reos faciebat, etiam quarticationis.Non itaq; putandũ est ideo dictum:Regnum cælorum vim patitur,& qui vim faciunt,diripiunt illud,quia etiam mali tantũmodo credendo,& pessime viuendo peruenιunt in regnum cœlorũ: sed quia reatus ille quarticationis,quem sola lex,i.litera sine spiritu iubendo faciebat credendo soluitur,& violentia fidei spiritussanctus impetratur,per quem diffusa charitate in cordibus nostris, lex nõ timore pœnæ,sed iustitiæ amore cõpletur.Et lib.secundo quæstionum euangeliorum quæstione tricesimaseptima. Regnum(inquit)cœlorum vim patitur &c.Non solum vt quisq; ista temporalia cõtemnat,sed etiam linguas deridentiũ se talia contemnentem.Hic enim vi facta inuadit quodammodo quasi prædator violentus regna cælorum.Hocenim subiunxit euãgelista, quũ dixisset derisum fuisse Iesum à pharisæis,quum de contemnendis terrenis diuitijs loqueretur.Et lib.primo de sermone dñi in monte: Quisquis (inquit dñs)venit ad me,& non odit patrem suum,& matrem, & vxorem & filios & fratres, & sorores,insuper & animam suam,nõ potest meus esse discipulus. Quàm verũ est,q; regnũ cœlorum vim patitur,& qui vim faciunt,diripiunt illud. Quata enim vi opus est,vt homo diligat inimicos,& oderit patrem,& matrem &c.Vtrunq; enim iubet,quia regnum cælorũ vo Mat.ii.b.e cat.Et qũo hæc non fint contraria,ipso duce ostendere facile est,sed ea intellecta implere difficile est,quanquam & hoc eodem ipso adiuuante facilimũ. Regnum em̃ æternum,q; discipulos Augustꝰ suos,quos etiam fratres appellat,vocare dignatus est, nõ habet huiusmodi necessitates temporales &c.Sancti quoq; dicuntur regnũ dei,vt D.scribit August.libro vnico ad Orosium cõtra Priscillianistas,capite septimo: De regno(inquit)Christi,non secundum id quod in principio verbum deus apud deum. (Nam illinc nemo vnquam dubitauit,quod sit rexoim seculorum) sed secundum hominis susceptionem,& mediatoris sacramentum,& ex virgine incarnationẽ, apertissime dictum est,quod finem non sit habiturum.Et regnabit(inquit)in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis. Nunquid autem regnum in domo Iacob,& in sede Dauid intelligi potest,nisi in ecclesia,& in eo populo,qui est regnum eius,de quo etiam dicit Apostolus:Quum tradiderit regnum deo, & patri,id est,quum perduxerit sanctos suos ad cõtemplationem patris,vtiq; & ad suam,secundum id quod Deus est æqualis patri? Nõ enim sic tradit,vt ipse amittat,quia & pater dedit filio habere vitam in semetipso,nec vtiq; amisit ipse.Ac per hoc si regni eius non erit finis,profecto sancti eius, qui sunt regnum eius,cum illo sine fine regnabunt.Quod autem illo loco dicit Apostolus:Deinde finis,quum tradiderit regnũ Deo, & patri,ibi finem non consumentem sed perficientem significat, sicut dictum est:Finis enim legis,Christus &c.Et libro de trinitate primo,capite decimo:Tradet(inquit)regnum Deo, & patri dominus noster Iesus Christus,non se inde separato,nec spiritusancto, quando perducet credentes ad cõtemplationem Dei, vbi est finis omnium bonarum actionum,& requies sempiterna,& gaudium quod nunquam auferetur à nobis.

Quid regulus serpens & renes mystice significent. Caput V.

Gregorius

Quid regulus serpens mystice significet,D.indicat Greg.li.Moral.decimoquinto,cap. octauo,exponens illud Esaiæ,Ouа aspidum ruperũt,& telas araneæ texuerunt,Qui comederit de ouis eorum morietur.& quod cõfotum est,erumpet in regulum: Oua(inquit)aspidum prauis hominibus rũpere,est malignorum spirituum consilia, quæ in eorum cordibus latent,peruersis operibus aperire.Telas quoq; araneæ texere,est pro huius mundi concupiscentia,temporalia quælibet operari, quæ dum nulla stabilitate solidata sunt,ea proculdubio vẽtus vitæ mortalis rapit. Qui comederit &c.quoniã qui immundorum spirituum consilia recipit, vitã in se animæ occidit.Et quod confotum &c.quia consilium maligni spũs, quod corde tegitur,ad plenã iniquitatem nutritur.Regulus nanq; serpentũ rex dicitur.Quis vero reprobo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum caput est nisi Antichristus? Quod ergo confotũ fuerit, erũpet in regulum, quia Is. qui in se enutrienda aspidis consilia respicit, membrum iniqui capitis factus, in corpus Antichristi accrescit. Et libro tricesimotertio, capite tricesimooctauo: Leuiathan non solum serpens, sed etiã regulus dicitur, pro eo quod immundis spiritibus, vel reprobis hoibus principatur, sicut Esaias Esai.14.8. ait: De radice colubri, egredietur regulus. Inspiciendum nobis summopere est, qualiter regulus perimat, vt ex operatione reguli, huius nobis malitia apertius innotescat. Regulus nanq; non morsu perimit, sed flatu consumit, Sæpe quoq; aerem flatu afficit, & quicquid vel positum longe contigerit, sola narium inspiratione tabefacit. Quasi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarq; aspirationibus ex amore vitæ temporalis æstũ congerit multiplicium cogitationum.

Renum nomine, cogitationes designantur, vt diuus ait Augustinus, siue delectatiões, iuxta illud, Scrutans corda, & renes deus: Videt enim Deus omnium cogitationes, quæ nomine cor- Psal.7.c dis significatæ sunt, & delectationes, quæ nomine renum intelliguntur. Recte quippe temporalium, & terrenarũ rerum delectatio renibus tribuitur, quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est, vbi carnalis generatiõis voluptas habitat, per quam in hanc ærumnosam, & fallacis lætitiæ vitam, per successionem prolis natura humana trãsfunditur. Scrutans ergo cor nostrum deus, & perspiciens ibi esse vbi est thesaurus noster, id est in cœlis: Scrutãs etiam renes, & perspiciens nos non acquiescere carni, & sanguini, sed delectari in domino, dirigit iustum in ipsa conscientia coram se, vbi nullus hominũ videt, sed solus ille qui perspicit qd quisq; cogitet, & qd quenq; delectet. Finis enim curæ delectatio est, quia eo quisq; curis, & cogitationibus nititur, vt ad suam delectationem perueniat. Videt igitur curas nostras, qui scrutatur cor. Videt autem fines curarum, id est, delectationes, qui perscrutatur renes: Vt cum inuenerit, nõ ad concupiscentiam carnis, neq; ad concupiscentiam oculorum, neq; ad ambitionem seculi, quæ omnia transeunt, tanquam vmbra, inclinari curas nostras, sed ad gaudia rerum æternarum sustolli, quę nulla commutatione violantur, dirigit iustum, scrutans corda, & renes deus. Opera enim nostra, quæ factis, & dictis operamur, possunt esse nota hominibus, sed quo animo fiant, Gassiodo. & quo per illa peruenire cupiamus, solus ille nouit, qui scrutatur corda, & renes deus. Et Cassiodorus: Hæc propria virtus est Dei, & corda nostra discutere, & animi nostri vigorem potentiæ suæ luce penetrare. Nam licet nobis multo celsiores sint potestates cœlorum, nulli tamen creaturarum datum est cogitationũ nostrarum plenissime secreta cognoscere. Agnoscit eñ perfecte in nobis solus ipse qui iudicat. Propter quod dictum æstimo: Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Id est, qui cogitationes eius non intelligis. Nam nec nosipsi, nobis sic manifesti esse possumus, quemadmodum diuinis aspectibus apparemus, quum de homine legatur: Peccata quis intelligit? Consideremus etiam corda ad cogitationes posita, renes ad constantissimũ animi vigorem, siue ad corporeas delectationes. Et diuus Gregorius, libro Moralium vndecimo, capite nono, exponens illud Iob, Balteum regum dissoluit, & præcingit funes renes eorum, hoc pacto scribit: Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, nõ immerito reges vocantur. Sed quum de ipsa continentia elatione mens agitur, plerunq; omnipotens Deus eius superbiam deserens, hanc in immundiciã operis cadere permittit. Regum itaq; baltheum dissoluit, quando in his, qui bene regere sua membra videbantur, propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Quid vero in fune accipitur, nisi peccatum? Sicut p Salomonem dicitur: Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et quia in renibus carnis delectatio principatur, districtus conscientiarum iudex, quire gum balteum dissoluit, fune præcingit renes eorum, quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eorũ membris, delectatio peccati dominetur, vt quos in occulto superbia inquinat, quàm sint delectabiles etiam in publico ostendat. Et homilia vigesimasecunda in euangelia: Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, dicens: Vre renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vri minime petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriã prævaluit, de illo voce dominica dicitur: Potestas eius in lumbis eius. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, vt qui solennitatem resurrectionis, atq; incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet, carnem à luxuria restringat. Neque enim cognouit quæ sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet. Hęc quibusdam dura sunt, sed angusta porta est, quæ ducit ad vitam. Et diuus Augustinus, exponens illud Psalmistę, Vre renes meos, & cor meum: Quid est (inquit) Vre renes meos, & cor meum? Vre delectationes meas, vre cogitationes meas, ne aliquid mali cogitem, ne aliquid mali me delecter. Vre calore spiritus

spiritus tui, de quo dicitur: Non est qui se abscondat à calore eius. Vre igne, de quo dictum est: Ignem veni mittere in terram. Et exponens illud Psalmistæ. Et renes mei mutati sunt: Quando (inquit) me delectauerunt temporalia ista, mutati sunt renes mei. Potest & sic intelligi, quia Psal.72.c delectatum est cor meum in deum, & renes mei mutati sunt, id est, libidines meæ mutatę sunt, & castus totus factus sum

Quid rete & rhinoceros mystice significent. Caput VI.

QVid rete mystice significet, diuus insinuat Gregorius exponens illud Euangelicum, Va Iohan.21.a do piscari &c. Mittite in dexteram nauigñ rete, & inuenietis: Quid enim (inquit) mare, nisi præsens seculum signat, quod se casuũ (alias causarum) tumultibus, & vndis vitæ corruptibilis illidit? Quid per soliditatem littoris, nisi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis vitæ inerant, in mari laborabant. Quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat, post resurrectiõem suam in littore stabat. Ac sti ipsum resurrectionis suę mysterium rebus discipulis loqueretur, dicẽs: Iam vobis in mari nõ appareo, quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est, quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dixit: Hæc sunt verba, quæ locutus sum vobis, quũ adhuc essem vobiscum. Neq; enim cum ipsis non erat, quibus præsens corporaliter apparebat, sed tamẽ iam se esse cum ipsis denegat, à quorum mortali corpore, carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus, fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoq; hic situ corporis indicat, quum adhuc eis nauigantibus, esse se iam in littore demonstrat. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, vt magistro veniente fieret admiratiõis magna sublimitas. Qui protinus dixit, Mittite in dexteram nauigñ rete, & inuenietis: Bis in sancto euangelio legitur, quia dominus iussit, vt ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet, & post resurIohan.21.b rectionem. Sed priusquam redemptor noster pateretur, & resurgeret, mitti quidem rete ad piscendum iubet, sed vtrum in dexteram, an in sinistram mitti debuisset, non iubet. Post resurrectionem vero discipulis apparens, mitti rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt, vt retia rumperentur. In ista autem & multi capti sunt, & retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextra, & malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio, in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat, nõ iubetur, præsentem ecclesiam designat, quæ bonos simul, ac malos colligit, nec eligit quos trahat, quia & quos eligere possit, ignorat. Hæc autẽ piscatio post domini resurrectionem facta, in solam dexteram missa est, quia ad videndam claritatis eius gloriam, sola electorum ecclesia pertingit, quę de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione prę multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsum quoq; ecclesiam hærefibus scindant. In ista vero piscatione & multi pisces, & magni capiuntur, & rete non rũpitur, quia sancta electorum ecclesia in continua autoris sui pace requiescens, nullis iam dissentionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus, ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram. Iam credo quod vestra charitas aduertat, quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta ecclesia est commissa. Ipsi specialiter dicitur: Simon Ioannis amas me, pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur Iohan.21.d in voce, hoc nunc signatur in opere. Et li. Moralium decimoquarto, capite quarto, exponens illud Iob, Immisit enim in rete pedem suum, & in maculis eius ambulat: Qui pedes (inquit) in rete mittit, nõ quum voluerit, eńcit: sic qui in peccatis se deiicit, non mox, vt voluerit, surgit, & qui in maculis retis ambulat, gressus ambulando suos implicat, & quum expediri ad ambulandum nititur, ne ambulet, obligatur. Sæpe nanq; contingit, vt quis huius mundi delectatione persuasus, in eo ad honoris gloriam pertingat, ad desideriorum suorum effectum perueniat, & peruenisse se ad hoc quod expetit, lætetur. Sed quia bona mundi non habita in amore sunt, & plerunq; habita vilescunt, percipiendo discit, quàm sit vile quod expetit. Vnde reuocatus ad mentem, exquirit qualiter sine culpa fugiat, quod se cum culpa consipicit adeptum, sed ipsa eũ dignitas, q̃ implicauit, tenet, & sine culpis alijs fugere non valet hoc, vbi non sine culpa pueniit. Immisit ergo in rete pedes suos &c. quia quum expediri nititur, tunc veraciter cõspicit q̃ duHieronym ris nexibus tenetur. Neq; enim vere obligationem nostram cognoscimus, nisi quum euadere nitentes, quasi leuare pedes conamur. Et diuus Hierony. exponens illud Prouerbiorum, Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorũ: Frustra (inquit) laqueus persecutionis, aut mortis tenditur electis, qui pennas habent spei, & charitatis, cęterarũq; virtutum, quibus cęlestia, dum viuunt, desiderant, vt ad hæc post mortem mereantur pertingere. Habẽt & oculos mentis, per quos & mala, quæ ab impijs sustinent, ocius transitura, & bona, quæ sustinendo meruerunt æterne mensura præuideant, Quibus simul oculis, & reproborum superbiam cito consumendam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendam,& tormenta ſequentia ſemper manſura proſpiciunt. Poteſt & ita accipi,quod rete dicat pernicioſam malorũ doctrinã, quam ab eo loco contexuit, vbi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Fruſtraque tale iacitur rete ante eos, qui mundis oculis cordis ſuperna contemplantur,qui dicere norint cum propheta: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laquio venantium. Facile enim laqueos,qui in terra tenduntur,cauet,qui pennis virtutum ſubuectus,conuerſationem habet in cœlis. Vtrunque ergo rete fruſtra bonis parant reprobi,quia etñ ſuadent iniqua,ſuperantur iuſtorum ſapientia, & ſi inſidꝛs inferunt, contemnuntur patientia. Sine oculi pennatorum ſunt animæ beatorum, virtutum pennis ſuffultæ,quæ acuto viſu cœleſtia contemplantes,ad ſuperna euolant,ante quorum intuitum,fruſtra ab impijs deceptionis rete prætenditur,quia diuinitus adiuti, cunctos eorum laqueos facile tranſcendẽtes, ad ſuperna tranſeunt. Et exponens illud Ezechielis,Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in ſagena mea (ſiue extraham te in hamo ſecundum ſeptuaginta:)Rete domini(inquit)veteris,& noui teſtamenti ratione contextum,mittit, ſup draconẽ,q habitat in populorũ multitudine,& ſp turbis,& populorũ multitudine delectatur,vt extrat eũ in ſagena ſua,ſiue in hamo ſuo. Iſta eſt ſagena, quæ in mare huius ſeculi mittitur,& extrahit piſces multos,alios eligendos,& alios abijciẽdos. Siue iſte eſt hamus, de quo in Iob ſcriptum eſt: Adduces autem draconem in hamo, & circũdabis capiſtrum circa nares eius,pro quo interpretatus eſt aquila,Extrahes Leuiathan in hamo,& funibus colligabis linguã eius? Extrahitur autem draco,ſiue Leuiathan de mari hamo,vel ſagena domini,vt pronciatur, ſiue extendatur ſuper terram,& omnes ſpiræ eius,quibus ſuas inſidias occultabat,aperiantur, & proferantur in publicum,& in terram abijciantur,& iaceat, qui in cœlo poſuerat os ſuum, & ſe altiſſimo ſimilem eſſe iactabat.

Gregorius

Rhinoceros quid myſtice ſignificet,diuus inſinuat Gregorius, libro Moraliũ triceſimoprimo, capite primo, exponens illud Iob,Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi? Rhinoceros(inquit)indomitæ omnino naturæ eſt,ita vt ſi quando captus fuerit,teneri nullatenus poſſit. Impatiens quippe(vt fertur)ilico moritur. Eius vero nomen latina lingua interpretatum ſonat in nare cornu. Et quid aliud in nare, niſi fatuitas,quid in cornu, niſi elatio deſignatur? Nam qa in nare fatuitas ſolet intelligi,Salomone atteſtante didicimus,qui ait: Circulus aureus in naribus ſuis,mulier pulchra,& fatua. Hæreticam nanq doctrinam nitore vidit eloquij reſplendere,nec tamen ſapientiæ apto intellectu congruere, circulus aureus in naribus ſuis,id eſt,pulchra,& circunflexa locutio in ſenſibus mentis ſtultæ,cui ex eloquio aurum pender, ſed tamen ex terrenæ intentionis pondere moris ſui ad ſuperiora non reſpicit. Quod ſequutus expoſuit, dicẽs: Mulier pulchra,& fatua,id eſt,doctrina hæretica,pulchra per verbũ,fatua per intellectũ In cornu vero elatio frequenter accipitur, propheta atteſtãte, qui ait: Dixi inquit,nolite inique agere,& delinquẽtibus,nolite exaltare cornu. Quid ergo in Rhinocerote hoc,niſi potentes huius ſeculi deſignantur, vel ipſæ in eo ſummæ principatuum poteſtatis, qui typo fatuæ iactationis elati,dum falſis exterius inflantur honoribus,veris miſerijs intus inaneſcunt? Quibus bene dicitur: Quid ſuperbis terra, & cinis? In ipſis vero initijs naſcentis Eccleſiæ,dum contra illam diuitum ſe poteſtas extolleret,atq; in eius necem immenſitate tantæ crudelitatis anhelaret, dũ tot cruciatibus anxia,tot perſecutionibus preſſa ſuccumberet, quis tunc credere potuit,quod illa erecta, & aſpera ſuperborum colla ſibi ſubijceret, & iugo ſancti timoris edomita,mitibus fidei lorisligaret? Sed diuina gratia diſpenſante, & illa moriendo viuificata conualuit,& cornu ſuum rhinoceros iſte feriendo laſſatus,inclinauit,quodq; impoſſibile hominibus fuit,deo difficile non fuit. Quaſi de quodam indomito rhinocerote dominus loquebatur, quum diceret: Diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Cui quum reſponſum eſſet: Et quis poterit ſaluus fieri? Ilico adiunxit: Apud homines hoc impoſſibile eſt,apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Ac ſi diceret: Rhinoceros iſte humanis viribus manſuefacere nõ poteſt,ſed tamen diuinis ſubdi miraculis poteſt. Et infra: Nunquid alligabis rhinocerotẽ ad arandum loro tuo? Id eſt,Nunquid potentes huius ſeculi in ſua fatua elatione confidentes,ad laborem prædicatiõis diriges,& ſub diſciplinæ vinculo reſtringes,vt ego, qui id egi,quum volui, qa perſecutores meos,quos prius hoſtes pertuli,ipſos poſtmodũ rectæ fidei defenſiones feci? &c.

Mat.19.c.

Quid riuus,ſiue riuulus,& romphæa,& ros myſtice ſignificent. Cap. VII.

Gregorius

QVid riuus,ſiue riuulus myſtice ſignificet,diuus inſinuat Gregorius,libro Moralium decimonono, capite duodecimo,expouens illud Iob,Et petra fundabat mihi riuos olei: Petra(vt inquit Apoſtolus)erat Chriſtus, quæ petra nũc ad vſum ſanctæ Eccleſiæ olei riuos fundit,quia in ea loquens dominus,prædicamenta vnctionis intimæ emanat. De hac petra olei riuus

riuus exijt liber Matthæi,liber Marci,liber Lucæ,liber Ioannes. In diuerſis huius mundi partibus quot prædicamenta ſudit,tot petra hæc per orat poſtolorum omnium olei riuos fudit. Toties adhuc de petra hac olei riuus funditur,quoties à ſancto ſpiritu vngendis mẽtibus auditorum,ea quæ in libris veteribus de Chriſto dicta ſunt,explanantur. Et riui vocantur olei, quia decurruat,& vngunt,in quibus,quiſquis tingitur,vngitur,quiſquis vngitur,interius impinguatur. De qua nimirũ pinguedine Pſalmiſta ait: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Poteſt nomine olei ipſa ſanctiſpiritus vnctio deſignari(vt habes in dictione,Oleũ.) Multis ergo tunc ſancta eccleſia tribulationibus deprẽſa,dona ſpiritus,& mira quæ nunc habet prædicamenta ad memoriam reuocet,& ſuum ſilentium deploret,dicens: Petra fundebat mihi riuos olei. Et exponens illud Iob,In petris riuos ſcidit,id eſt,in duris gentilium cordibus fluuios prædicationis aperuit,ſicut per propheram quoq; de irriganda dicitur ariditate gentium: Poſuit deſertum in ſtagnum aquæ,& terram ſine aqua,in exitus aquarum. Et in Euangelio promittit dominus,dicens: Qui credit in me,ſicut dicit ſcriptura,flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. Eccleſiam enim prædicatoribus ſanctis,& non ex Iudæa progenitis, per cunctas eccleſiam toto orbe diffuſam,fluenta cœleſtia mãdatorum vbertim manant ore gentilium. Nã quia in petris riuos aperuit,ex duris quoq; cordibus fluuius ſanctæ prædicationis emanauit. Iob 28.b

Iudæ autem Eſaiæ,Locus fluuiorum,riui latiſſimi,& patentes,expoſitum eſt in dictione Flumẽ, capite triceſimoprimo,libro tertio,vbi multa habes de riuo. Scriptum quoque eſt: Riuos eius inebria. Riuos (inquit Caſſiodorus) dicit Apoſtolos,vel alios fideles,qui de illo dei ſemper repleta flumina biberunt. Sed ne potum ipſorum crederes eſſe tenuiſſimum,dicit riuos ipſos inebriandos,vt ad tantam ſatietatem perueniant,quanta & ipſis abunde ſufficiat & alijs profutura concedat. Et in Ioele ſcriptum eſt: Et per omnes riuos Iuda, id eſt, per omnium fidelium, ſiue confeſſorum corda,ibunt aquæ ſalientes in vitam æternam. Pſal.64.a

Romphæa qd myſtice ſignificet,Rupertus inſinuat,exponens illud Apocal. Hæc dicit q habet romphæam ex vtraq; parte acutam. Et poſtmodum ait: Si quo minus.i.niſi pœnitentiam egeris,veniam tibi cito,& pugnabo cũ illis in gladio oris mei. Ergo rõphæa,ex vtraq; parte acuta,vel gladius iſte oris dñi ſermo dei eſt,de quo & Apoſtolus dicit: Viuus enim ſermo dei eſt, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti,& pertinges vſq; ad diuiſionẽ animæ,ac ſpũs, compagũ quoq;,& medullarũ,diſcretor cogitationum & intentionũ cordis. Differt enim inter animã & ſpiritũ,quia videlicet ipſe nouit quid homo animalis cogitet,aut faciat propter terrena cõmoda: & qd ſpiritalis propter cœleſtia. De hac rõphæa require in dictiõe Gladius.

Ros quid myſtice ſignificet,D. inſinuat Greg. exponẽs illud Iob. Et ros morabit in meſſione mea, ꝯd expoſitum eſt in dictione,Meſſis. Et lib. Moral. xxix. cap. xx. exponẽs illud Iob: Quis genuit ſtillas roris? Stillæ (inquit) roris ipſi facti ꝓdicatores ſunt qui arua pectoris noſtri inter mala vitæ preſentis,quaſi inter tenebras,ſiccæ noctis arentia gratia ſupernæ largitatis infundũt. De his ſtillis contumaci ludææ dicitur: Propterea prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum. & ſerotinus imber non fuit. Ipſæ quippe ſtillæroris ſunt, q̃ ſtillæ pluuiarum. Quando enim diſpenſatione aliqua prædicationem temperant,quaſi rorem tenerum aſpergunt, ſicut Paulus quum Corinthijs diceret: Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos,niſi Chriſtum Ieſum,& hunc crucifixum. Quando vero ea quæ de ſupernis ſentiunt,virtute,qua ꝓualent, loquuntur,quaſi vbertim manentem pluuiam fundunt,ſicut manabat Apoſtolus,dicens: Os noſtrum patet ad vos, o Corinthij,cor noſtrum dilatatum eſt. Hinc eſt,quod Moyſes,qui & valida fortibus,& tenera infirmis dicturum ſe nouerat,dicebat: Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, & deſcendat ſicut ros verba mea. In Geneſi quoq; dictum eſt: Det tibi deus de rore cœli &c. Eſt autem rationali creaturæ ros cœli non aliud quàm gratia ſpiritus ſancti,quæ peccata remittit, pinguedo autem terræ vel abundantia frumenti,& vini adapertio eſt ſenſus ad intelligenda quæ latẽt in ſcripturis myſteria regni dei. Illic enim latet granum frumenti,quod cadens in terra,mortuum fuit,& multum fructum attulit. & vinum,quod lætificat cor hominis,& oleum in quo facies hilarẽſcit. Et in alio loco ſcriptum eſt: Mane quoque ros iacuit in circuitu caſtrorum. Ros ſpiritum ſanctum ſignificat, de quo in Pſalmo habemus: Sicut vnguentum &cæt. ſicut ros Hermon &cæt. Sic bonum & iocundum eſt habitare fratres in vnum. Quod fit per vnum,& ſolum dilectionis ſpiritum. Aaron quippe qui interpretat Mouranus, Chriſtus eſt, ſicut barba capiti,ſic adhærentes perfecti,& fortes apoſtoli,tũc eiuſdẽ capitis vnguento maduerunt, quando eius,ſctõſpiritu repleti ſunt,& eiuſdem vnguenti ros,id eſt,gratuitũ donum deſcendit in montes Hermon,atque Sion,id eſt,in eccleſiã vtriuſq; populi,gentilis,& Iudaici. Ros ergo qui cũ manna deſcendit,ſpiritũ ſanctum ſignificat, per cuius ſanctificatiõem ad inuocatiõem

ſacerdotis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotis cōficitur corpus Christi. Et scriptum est: Fluat vt ros eloquium meū &c. Ros sine nubibus nocturno frigore concretus, de cælo in terram matutino sereno cadit, sic cæli isti, qui enarrauerunt nobis gloriam dei, quam per solam Dei didicerunt reuelationem. Quod per so-
Rupertus Psal. 64. b lam dei reuelationem acceperunt, quasi rorem nocturnum meditando, atq; contēplando con-
Ibidem gregauerunt, & prædicando, vel etiam scribendo, super læta fidei, vel spei nostræ gramina di-
stillauerunt. Et in libro Canticorū scriptum est: Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Extraneus factus sum quippe fratribus meis, & peregrinis filijs matris meæ, & sicut eius qui foris est, & tectum non habet, caput plenū est rore, & cincinni, siue supremi capilli, pleni sunt guttis noctium: ita opprobria exprobrantium ceciderunt super me, & ab ipsis
d. Dolor factæ sensibus prauis inficiuntur scripturæ, quæ omnes ita mihi, scilicet verbo Dei, sicut cincinni inhærent capiti. Sicut nic extra portas suas, vt crucifigerent, eiecerunt, ita de cordibus suis longe fecerunt, odientes, & me, & patrem meum: & sicut illa nocte sua faciem meam cōspuerāt, ita pertinaciter blasphemijs in caput meum iactitabāt, & cincinnos meos commaculabant, si-
Gregorius miles ipsi rori cadenti, siue cadūcis guttis noctium, quia de gratia dei ceciderunt, dum me Dei dei filium esse blasphemantes, negāt, & scripturas, quæ testimonium perhibent de me, sensu contrario coturbant. Et diuus Gregorius hęc eadē exponens verba, hoc pacto scribit: Quid
2. Cor. 11. a per caput sponsi nisi deus, & quid per rorem in hoc loco, vbi lamentando dicitur, nisi frigus mentium carnalium accipitur? Scriptum est enim: Caput Christi deus. Et de frigore cuiuslibet carnalis mētis iterum scriptum est: Sicut frigidam facit cisterna aquam, sic frigidam fecit malitiam suam. Caput ergo Christi plenum est rore, quia multi in Ecclesia positi, & Deum eū credunt, & tamen frigidi perstitentes, ad ardorem charitatis non accenduntur. Per cincinnos autem eiusdem, populos intelligimus, quos in fide diuinitatis, quasi in capite Christi pendentes, & opprimentes scimus. Sed cincinni pleni esse dicuntur guttis noctium, quia dum in tempore (alias tempore) huius tenebrosę temporalitatis se suspendunt, magis, ac magis stillationibus iniquitatum fluunt. Ad hos accendendos sponsa excitatur, dum spiritalis quilibet pro ædificatione plurimorum, ab ocio ad prælationem Ecclesiæ vocatur. Sed quoniam metuit, ne si ad prælationem venerit, solicitudinibus mundi occupari necesse sit, sicq; dum per occasionem ædificationis plurimorum, temporalibus se inclinauerit, quietem amittat, eamq; sordibus peccatorum efficiat, ideo clamanti sponso respondet, dicens: Expoliaui me tunica mea &c. Et diuus Hieronymus exponens illud Michææ, Et erunt reliquię Iacob in medio populorum multorum quasi ros à domino: Reliquiæ (inquit) Iacob, quos Apostolos intelligimus, & primam de Iudæis ecclesiam, erunt in medio populorum multorum, quasi ros à domino cadens. Ardebant enim ignitis diaboli iaculis corda populorum. Et omnes gentes adulterantes à deo habe-
Dan. 3. c. bant corda quasi clibanus igne succensus. Vnde ros à domino cadens, factus est fanitas infirmorum: Et quod in Anania, Azaria, & Misael legimus, quod spiritus roris sibilantis fornacē ignis extinxerit, hoc de omnibus generaliter sentiamus, quod in medio vniuersarum gentiū doctrina apostolorum, quasi ros à domino sit aspersa. Et exponens illud Aggei, Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra continuit germen suum: Non solum (inquit) cœli pluuiam non dederunt, quibus irrigata huius fruges facit, sed ne rorem quidē matutinum, atq; nocturnum, vt arentes agri saltem humore modico temperarentur. Terra q̄q; deuorauit, agricolis non reddituras sementem, & quæ sponte solet gignere, auaro sinu tenuit. Ego hunc arbitror esse rorem, de quo in benedictione dicitur ad Iacob: Det tibi deus de rore cœli, & rorem Hermon, qui descendit super montem Sion, & descendit, non de aere, in q̄ multiplex volitat aquilarum, & accipitrum, & vulturum numerus, sed de cœlo, vt si cuius anima ardet per turbationibus, & iaculo diaboli vulnerata est, refrigeretur hoc rore, & æstus suos temperet. Quo retento, terra quoque non affert germen suum. Neque enim sine rore Christi potest vlla anima afferre frumenta.

Quid rota mystice significet. Caput VIII.

QVid rota mystice significet, diuus insinuat Gregorius homilia sexta in Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Quumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram, iuxta animalia, habens quatuor facies: Et aspectus rotarū, & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ: Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur, quum ambularent, statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: Quid (inquit) rota, nisi sacram scripturam signat,
Gregor quæ ex omni parte ad auditorum mentes voluitur, & nullo erroris angulo à prædicationis via retinetur? Ex omni autem parte voluitur, quia inter aduersa, & prospera, & recte, & humiliter

& humiliter incedit. Circulus quippe præceptorum illius modo sursum, modo deorsum est: quia quæ perfectioribus spiritaliter dicuntur, infirmis iuxta literā congruunt. Et ipsa quæ paruuli iuxta literam intelligunt, docti viri per spiritalem intelligentiam in altū ducunt. Rota ergo quasi per terrā trahitur, quia paruulis humili sermone concordat, & tamen magnis spiritalia infundens, quasi circulū in altum leuat. Et inde sursum erigitur, vt de terram tangere paulo ante videbatur. Quia vero vndiq; ædificat, quasi per circulū rota currit. Propheta igitur, dum sancta animalia videret, adiunxit: Quumq; aspicerē animalia, apparuit rota vna, &c. Qua in re quærendū est, quū inferius rotæ describantur, cur vna rota prius apparuisse dicitur, nisi quia antiquo populo vetus solummodo testamentum datum est, quod ad erudiendā mentem illius quasi rota volueretur? Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur. Peccanti enim homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Rota ergo super terram apparuit, quia deus omnipotens legem super corda peccantium dedit. Sed quia hæc pennata animalia sanctos euangelistas designāt, quo modo prius animalia, & postmodum rota vna aspicitur, dum ante testamentum vetus fuerit, & postmodū sancti euangelistæ sequuti sint? Sed intelligere in his possumus, q̄ illi prius à propheta visi sint, qui merito transcendunt. Nam quantum sanctum euangelium testamentum vetus præcedit, tanto & prædicatores eius in descriptione prophetica præferri debuerunt. Quamuis sit adhuc aliud, quod in hac descriptione considerari debeat, quia prophetiæ spiritus sic intra semetipm anteriora, & posteriora simul colligit, vt hæc simul prophetæ lingua proferre non possit. Sed ampla, quæ videt de præteritis sermonibus, emanat, & nunc vltima post prima, nunc vero prima post vltima loquitur. Vnde Ezechiel propheta sub figura sanctæ vniuersalis ecclesiæ, & euangelistarum gloriam per quatuor animalium similitudinem videt, & tamen repente illa subiungit, quæ anterioribus temporibus gesta sunt, vt patenter indicet simul se vidisse, quod carnis lingua nō sufficeret simul dicere. Quia vero per quatuor animalia etiam perfectos omnes significare diximus, considerandum quoq; est, quosdam sanctorū & ante legem fuisse, qui naturali lege districte viuerent, & omnipotenti domino placerent. Post animalia ergo rota describitur, quia electorū multi apud omnipotentem dominum perfecti, & ante legem fuerunt. Sin vero animalia solos (vt diximus) euangelistas debemus accipere, est adhuc aliud, q̄d considerare debemus. Videbat enim in spiritu propheta, quia hæc ipsa verba, quæ obscuritatibus obuoluta proferebat, non Iudaico populo, sed gentibus panderētur. Nobis igitur loquēs, prius animalia, & post rotam describere debuit, quia nos ad fidem dño largiente venientes, non per legem euangelium, sed per sanctum euangelium legem didicimus. Vbi vero, vel qualis rota apparuerit, adiungit, quum dicit: Iuxta animalia habens quatuor facies. Vbi adhuc subditur: Et aspectus rotarum, & opus earum &c. Quid est hoc, q̄ quum vna rota diceretur, paulo post adiungitur, quasi si sit rota in medio rotæ, nisi q̄ in testamenti veteris litera testamētum nouum latuit per allegoriam? Vnde & rota eadem, quæ iuxta animalia apparuit, quatuor facies habere describitur, quia scriptura sacra per vtraq; testamenta in quatuor partibus est distincta. Vetus etenim testamentum in lege, & prophetis, nouū vero in euangelijs, atq; apostolorū actibus, & dictis. Scimus aūt quia vbi faciem intendimus, ibi quod necesse est, videmus. Rota ergo quatuor habet facies, q̄a prius resecanda mala in populis vidit per legem, postmodū vidit per prophetas, subtilius vero per euangelium, ad extremū autē per apostolos ea quæ in culpis hominū resecarentur, aspexit. Potest quoq; intelligi, q̄ quatuor facies rota habeat, propter hoc q̄ scriptura sacra per gratiam p̄dicationis extensa, in quatuor mundi partes innotuit. Vnde & bene rota eadem vna prius iuxta animalia apparuisse, & postmodū quatuor facies habuisse describitur, quia nisi lex euangelio concordaret, in quatuor mundi partibus non innotesceret. Sequitur: Et aspectus rotarū, & opus earū quasi &c. Recte sacra eloquia visioni maris similia narrantur, quia in eis magna sunt volumina sententiarū, cumuli sensuum. Nec immerito mari similis scriptura sacra dicitur, quia firmantur in ea sententiæ loquutionis sacramento baptismatis. Vel certe considerandū est, quia nauibus in mare nauigamus, quum ad defideratas terras tēdimus. Nobis aūt quid est in desiderio, nisi illa terra, de qua scriptum est: Portio mea in terra viuentium? Ligno aūt (vt dixi) euehitur qui mare trāsit. Et scimus quia sacra scriptura lignū crucis per legem nobis prænunciat, quum dicit: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Quod de redemptore nostro Paulus attestatur, dicens: Factus pro nobis maledictum. Per prophetas quoq; lignum insinuatur, quum dicitur: Dominus regnabit à ligno. Et rursum: Mittamus lignum in panem eius. Per euangelium vero lignum crucis aperte ostenditur, vbi ipsa domini passio, quæ prophetata est, declaratur. Per Apostolum autem hæc eadem crux etiam in verbis, & operibus tenetur,

Pſal. 141. b
Deute. 21. d
Galat. 3. c
Pſal. 95. c
Hiere. 11. d
Gala. 6. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum Paulus dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et rursus: Mihi autem
Ibidem. absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nobis ergo, qui ad æternam pa-
triam tendimus, scriptura sacra per quatuor suas facies mare est. Quæ crucem annunciat,
Esa.11.b quia nos ad terram viuentium ligno portat. Nisi autem mari scripturam sacram simi-
lem cerneret prophera, minime dixisset: Repleta est terra scientia domini, sicut aquæ ma
ris operientis. Sequitur: Et vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum, & opera,
quasi si sit rota in medio rotæ. Vna similitudo est ipsarum quatuor, quia quod prædicat
lex, hoc etiam prophetæ, quod denunciant prophetæ, hoc exhibet euangelium, quod ex
hibuit euangelium, hoc prædicauerunt apostoli per mundum. Vna ergo est similitudo
ipsarum quatuor, quia diuina eloquia & si temporibus distincta, sunt tamen sensibus vni-
Gene.2.d ta: Et aspectus earum, & opera, &c. Rota intra rotam, est testamentum nouum (sicut di-
Gen.22.a.b ximus) intra testamentum vetus, quia quod designauit testamentum vetus, hoc testamē
tum nouum exhibuit. Vt enim pauca de multis loquar, quid est, ꝙ Adam dormiente,
Eua producitur, nisi quod moriente Christo, ecclesia formatur? Quid est, quod Isaac ad
immolandum ducitur, & ligna portat, aræ superimponitur, & viuit, nisi quod redem-
ptor noster ad passionem ductus, lignum sibi crucis ipse portauit? Et sic in sacrificio pro
nobis ex humanitate est mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate. Quid est,
quod homicida post mortem summi pontificis absolutus ad terram propriam, nisi quod
humanum genus, quod peccādo sibimetipsi mortem intulit, post mortem veri sacerdo-
tis, videlicet redemptoris nostri, peccatorum suorum vinculis soluitur, & in paradisi
Iosue.20.b possessione reparatur? Quid est quod in tabernaculo propitiatorium fieri iubetur, super
quod duo Cherubim, vnum à summitate vna, & alterum à summitate alia, ex auro mun-
dissimo ponuntur expandentes alas, & operientes oraculum? Quid est, quod se mutuo
Exod.25.b respiciunt versis vultibus in propitiatorium, nisi, quod vtraq; testamenta ita sibi in me-
diatorem dei & hominum concordant, vt quod vnum designat, hoc alterum exhibeat?
Quid enim per propitiatorium, nisi ipse redemptor humani generis designatur? De quo
Roma.3.d per Paulum dicitur: Quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.
Quod vero per duo Cherubim, quæ plenitudo scientiæ dicuntur, nisi vtraq; testamenta
signata sunt? Ex quibus vnum à summitate vna propitiatorij, aliud vero à summitate alte
ra stat, quia quod testamentum vetus de incarnatione nostri redemptoris cœpit prophe
tando promittere, hoc testamentum nouum perfecte narrat expletum. Duo autem Che
rubim ex auro mundissimo facta sunt, quia vtraq; testamenta pura, ac simplici veritate
describuntur. Expandunt vero alas, & oraculum operiunt, quia nos, qui omnipotentis
dei oraculum sumus, à culpis imminentibus scripturæ sacræ ædificatione protegimur.
Cuius, dum sententias solicite aspicimus, ab errore ignorantiæ eius alis velamur. Duo er
go Cherubim in se mutuo respiciunt, versis vultibus in propitiatorium, quia vtraq; testa
menta in nullo à se discrepant. Et quasi ad semetipsa vicissim facies tenēt, quia quod vnū
promittit, hoc aliud exhibet, dum inter se positum mediatorem dei & hominum vident.
Facies quippe à semetipsis Cherubim auerterent, si quod vnum testamentum promitte-
ret, aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore dei, & hominum loquuntur, vt vi
cissim se respiciant, in propitiatorium intendunt. Rota ergo in medio rotæ est, quia inest
testamento veteri testamentum nouum. Et (sicut sæpe iam diximus) quod testamentum
vetus promisit, hoc nouum exhibuit, & quod illud occulte annunciat, hoc istud exhibi-
tum aperte clamat. Prophetia ergo testamenti noui, testamentum vetus est, & expositio
testamenti veteris, testamentum nouum.

De eisdem rotis. Cap. IX.

SEquitur: Per quatuor partes earum ibant, & non reuertebantur. Quo alibi diuina elo
quia, nisi ad corda hominum vadunt? Sed per quatuor partes euntes ibant, quia scri
ptura sacra per legem ad corda hominum vadit, signando mysterium. Per prophetas va
dit paulo apertius, prophetando dominum. Per euangelium vadit, exhibendo quod pro
phetauit. Per apostolos vadit, prædicando eum, quem pater in nostra redemptione ex-
hibuit. Habent ergo rotæ facies, & vias, quia ostendunt sacra eloquia notitiam præcepto
rum, cū exhibitione operū. Et per quatuor partes vadunt, quia distinctis (vt p̄diximus)
temporibus, loquuntur, vel certe quia in cunctis mundi regionibus incarnatum dñm prę
dicant. De qbus aperte mox subditur, Et nō reuertebantur, quū ambularēt. Hęc superius
de animalibus dicta sunt, sed nō eadē intelligi de rotis, quæ de animalibus posūnt. Rotis
quippe signari testamēta diximus. Et testamentū vetus ambulauit quidē, quia per p̄dica-
tionem ad mentes hominum venit, sed post ad seipsum reuersum est, quia iuxta literā in

præc

præceptis suis, & sacrificijs vsq; ad finem seruari non potuit. Non enim fine immutatio-
ne permansit, quum in eo spiritalis intelligentia defuit. Sed quum redemptor noster in
mundum venit, hoc spiritaliter fecit intelligi, quod carnaliter inuenit teneri. Itaq; dum
spiritaliter litera eius intelligitur, omnis in eo illa carnalis exhibitio viuificatur. Testamē
tum vero nouum etiam per testamenti veteris paginas testamentum æternum appella-
tum est, quia intellectus illius nunquam mutatur. Bene ergo dicitur ꝙ rotæ euntes ibant,
& non reuertebantur, quum ambularent, quia nouum testamentum nō rescinditur, dum
vetus iam spiritaliter intelligitur. Post se non redeunt, quia vsq; ad finem mundi immuta
bilia persistunt. Ambulant ergo, sed nō reuertuntur, quia sic spiritaliter ad cor nostrum
veniunt, vt eorum præcepta, vel studia vlterius non mutentur. Sequitur, Statura quoq;
erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus. Quid est, ꝙ in scripturæ sacræ eloquijs tria
hæc ineſſe narrantur, vt staturam, altitudinem, & horribilem aspectum, id est, terribilem
habere memorentur? Quærendum nobis magnopere est, quæ diuinæ scripturæ statura,
quæ altitudo, quis horribilis aspectus dicitur. Sciendum ergo est, quia stare, ad vitam cō
gruit bene operantis. Vnde p Paulū dicitur: Qui stat, videat ne cadat. Qui etiam discipu 1.Cor.10.c
lis dicit: Sic state in domino charissimi. Et propheta, qui se vita ac moribus ante dominū Philip.4.a
stare videbat, ait: Viuit dominus, in cuius conspectu sto. Altitudo vero, est cœlestis re- 4.Reg.3.b
gni promissio. Ad quam tunc pertingitur, quando iam mortalis vitæ omnis corruptio
subiugatur. Horribilis vero aspectus est terror gehennæ, quæ sine fine reprobos cruciat,
& semper in cruciatum conseruat. Statura ergo in rectitudine prædicationis, altitudo in
celsitudine supernæ promissionis. Horribilis vero aspectus in minis, atq; terroribus sup-
plicij sequentis. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit, vt
auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curuentur. Altitudinem habet, qa
in cœlesti patria æternæ vitæ gaudia promittit. Horribilem quoq; aspectum habet, quia
omnibus reprobis gehennæ supplicia minatur. Ostendit igitur staturam suam in ædifica
tione morum. Ostendit altitudinem in promissione præmiorū. Ostendit terribilem aspe
ctum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in præceptis, alta in promissionibus, hor
ribilis in minis. Habet staturam, quū per prophetam dicit: Quiescite agere peruerse, dis-
cite bene facere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā. Esa.1.c
Et rursum: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domū tuam. Quū
videris nudum, operi eum, & domesticos seminis tui ne despexeris. Habet altitudinem, Esa.58.c
quum per eundem prophetam dicit: Non erit tibi sol amplius ad lucem dum per diem,
nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tu- Esa.60.d
us, in gloriam tuam. Habet horribilem aspectum, quum infernum describens, dicit: Dies Esai.34.b
vltionis domini annus retributionis iudicij Sion, & conuertentur torrentes eius in picē,
& fumus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentē, die ac nocte non extinguetur
in sempiternum. Quam beatus quoq; Iob describit, dicens: Terram tenebrosam, & oper
tam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed Iob.10.d
sempiternus horror inhabitat. Habet staturam, quum per eum dominus propitius polli- Esa.60.g
cetur, dicens: Sicut cœli noui, & terra noua, quę ego stare facio coram me, dicit dominus
sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Illi enim veraciter coram domino stant, qui
vitam suam in prauitate non dissipant. Habet altitudinem, quū statim subdit: Et erit men
sis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, di
cit dominus. Quid est mensis, nisi perfectio dierum? Et quid est sabbatum, nisi requies,
in qua fieri opus seruile non liceat? Mensis ergo ex mense est, quia qui hic perfecte viuūt,
illuc ad perfectionem gloriæ perducuntur. Sabbatum vero ex sabbato est, quia qui hic
cessant à peruerso opere, illic quiescunt in cœlesti retributione. Habet etiam horribilem
aspectum, quum protinus adiungit: Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui
præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.
Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quàm damnationis vulnera suscipere, Ibidem.
& dolores vulnerum nunquam finire? De hoc horribili aspectu rotarū bene per Sopho-
niam dicitur, quum superuenire duris mentibus dies iudicij denunciatur: Iuxta est dies Sopho.1.b
domini magnus, iuxta, & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Di-
es iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarū,
& caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Sed quia exterioris rotæ dicta
posuimus, restat nunc, vt interioris quoq; staturam, altitudinem & horribilem aspectum
proferre debeamus. Habet quippe rota interior staturam suam, quum per sanctum euan
gelium ad terrena desideria incurvare nos prohibet, redemptoris nostri vocibus dicens: Lucæ.21.f
Attendite vt non grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, aut in curis huius vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ. Habet altitudinem, quum de eodem redemptore promittit, dicens: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid enim hac potestate altius, quid hac altitudine sublimius dici potest, in qua creatus quisq; filius efficitur creatoris? Habet horribilem aspectum, quum de reprobis loquitur, dicens: Ibunt in supplicium Matt. 25. d æternum. Habet staturam, quum veritas discipulos admonet dicens: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos non veterascentes. Habet promissio- Luc. 12. d nis altitudinem, quum dicit: Venient ab oriente & occidente & recumbent cum Abrahã, Matth. 8. b & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Habet horribilem aspectum, quum subdit: Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Quibus rur- Iohan. 8. c sum voce veritatis dicitur: Vos in peccatis vestris moriemini. Habet staturam, quum pri- 2. Petri. 1. b mi pastoris vocibus dicit: Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute aũt scientiam, in scientia aũt abstinentiam, in abstinentia aũt patientiam, in patientia aũt pietatem, in pietate aũt amorem fraternitatis, in amore aũt fraternitatis charitatem. Habet altitudinem, quũ paulo post subdit: Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æterno re- 1. Pet. 5. a gno dñi, & saluatoris nostri Iesu Christi. Qui rursus bonis pastoribus pollicetur, dicẽs: Quũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Habet 2. Pet. 3. c horribilem aspectum, quũ dicit: Aduenient autem dies domini vt fur, in qua cœli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Quum hæc igitur omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum dici dei, per quam cœli ardentes soluentur, elementa vero ignis ardore tabescent? Habet staturam, quũ per Paulum nos à terrenis desiderns erigit, dicens: Coloss. 3. a Mortificate membra vestra, quæ sunt super terrã, fornicationẽ, immunditiã, libidinem, cõcupiscentiam malã, & auaritiam, quæ est idolorũ seruitus. Habet altitudinẽ, quũ promittit, dicens: Vita vestra abscondita est cũ Christo in deo. Quũ enim Christus apparue- Hebr. 10. e rit vita vestra, tunc & vos apparebitis cũ ipso in gloria. Habet horribilẽ aspectum, quum minatur, dicẽs: Terribilis quædã expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Qui rursus ait: Horrendũ est incidere in manus dei viuẽtis. Quæ omnia breui quoq; sentẽtia stringit, dicens: Vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundũ. Lata quippe est charitas, quia & inimicorum dilectionẽ capit, & per eam charitatẽ, qua nos deus omnipotens late diligit, etiam longanimiter portat. Hoc ergo nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis à creatore nostro conspicimus exhiberi. Latitudo itaq; & longitudo ad staturam pertinet quia per amorẽ mores dilatat, vt fraterna mala charitas longanimiter portet. Sublimitas 1. Cor. 2. c aũt est æternorũ illa remuneratio præmiorũ, de cuius immensitate dicitur: Quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ p̃parauit deus diligẽtibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinẽ, quia æterna sanctorũ gaudia nulla nunc p̃ualent cogitatione penetrari. Profundũ quoq; est illa inæstimabilis damnatio supplicior̃, quæ eos, quos susceperit, in imis demergit. In qbus sacra eloquia horriblẽ aspectũ habẽt, quia inæstimabilẽ terrorẽ audientibus incutiunt, quũ supplicia inferis loquunt. Bene ergo dicit Statura quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: Quia scriptura sacra in vtroq; testamento, & admonendo recta est, & promittendo alta, & minando terribilis.

Quid rubigo mystice significet, dictum est supra in dictione, Eruca.

Quid rubus, ac ruga mystice significent. Cap. X.

Exod. 3. a RVbus vero quid mystice significet, diuus infinuat Gregorius, homilia septima sup Ezechielem, hoc pacto scribens: Moses, quum de ardenti rubo vocatus fuisset, accessit propius, vt videret visum, & ecce rubus ardebat, & non consumebatur. Magnũ est hoc miraculum. Si solam in eo historiam requiras, est vnde legentis nutriatur animus, vt videas, q̃ in ligno ignis ardeat, & non consumat. At vero si typicam intelligentiã quæras, quid flamma, nisi legem, de qua scriptum est: In dextera eius ignea lex? Et quid rubus Deut. 33. a ille, nisi Iudaicũ populum designauit, peccatorũ suorũ spinis obsitum? Sed rubus ardens consumi non potuit, quia Iudaicus populus, & ignẽ quidem legis accepit, & tamen peccatorum suorũ spinas non deseruit, nec eius vitia diuini sermonis flamma concremauit. Fortasse in hoc facto alius maiora per typum contemplari desiderat. Huius quia sensus excrescit, eleuantur pariter & rotæ. Inter homines em̃ perfectus homo factus est vnicus dei filius, q̃ peccata nõ habuit, sed spinas nostræ nequitiæ suscepit, atq; vsq; ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, & in semetipso ignẽ tribulationis nostræ suscipere. Sed arsit, & nõ arsit, q̃a ex humanitate est mortuus, & tamen immortalis ex diuinitate permansit.

manfit. Suscepit à nobis vnde sacrificiũ fieret pro nobis, & tamẽ impassibilis, atq; incommutabilis permansit in proprijs, vt nos cõmutaret à nostris. Et diuus Bernardus homil. 2 super, Missus est: Quid (inquit) rubus ille quondã Mosaicus protendebat, flammas quidẽ Exod. 3. a emittens, sed nõ ardens, nisi Mariam parientem, & dolorẽ non sentientem? Et in sermone de beata Maria: Merito (inquit) admiraris Moses sancte, & curiosius desideras intueri. Veruntamen solue calciamẽta de pedibus tuis, & inuolucra pone carnaliũ cogitationum, si accedere concupiscis. Vado (inquit) & videbo visionẽ hanc magnam. Magna pla- Ibidem ne visio rubus ardens sine combustione, magnũ signũ, mulier illæsa manens, amicta sole. Apoc. 12. a Non est rubi natura opertum vndiq; flammis manere nihilominus incombustũ, non mulieris potentia, vt sustineat solis amictũ. Non est virtutis humanæ, sed nec angelicæ quidem, sublimior quædã necessaria est. Spiritus sanctus (inquit) superueniet in te. Et tanq̃ Luc. 1. d respondeat illa, quoniã spiritus est deus, & deus noster ignis consumẽs est. Virtus (ait) nõ Deute. 4. d mea, non tua, sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaq; mirũ, si sub tali obumbraculo talis etiam à muliere sustineatur amictus. Et Rupertus: In beata virgine Maria clarius atq; cõ- Rupertus spicabilius est. Totus em̃ hic ignis nouem in vtero eius menfibus habitauit, & leuẽ carnis vel animæ eius stipulã, siue fœnũ, non solũ non combussit, verumetiã maiore cũ virginitatis honore, gratiaq; formati exinde hominis, quẽ assumpsit, perenniter illustrauit.

Rugæ quid mystice significent, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Et rugæ Iob. 16. b meæ testimoniũ dicunt contra me: Quid per rugas (inquit) nisi duplicitas designatur? Rugæ itaq; sunt sanctæ ecclesiæ omnes qui in ea dupliciter viuunt, qui fidẽ vocibus clamant, operibus denegant. Hi nimirũ pacis tempore, quia huius mundi potestatibus eandẽ fidẽ honori esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur. Sed quũ sanctã ecclesiam subita aduersitatis procella turbauerit, ilico ostendunt qd in perfida mente moliuntur. Has aũt rugas in electis suis sancta ecclesia nõ habet, quia videlicet nesciunt aliud de se foris ostendere, & intus aliud habere. Vnde recte egregius prædicator dixit: Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. Maculam qppe, aut rugam non habet, quæ & turpitudine operis, & duplicitate sermonis caret. Sed quia nunc intra sinũ Ephe. 5. f fidei multos etiam reprobos tenet, quũ tempus p̃secutionis exarserit, ipsos hostes patif, quos p̃dicationis verbis alere ante videbatur. Dicat ergo, Rugæ meæ testimonium dicũt contra me, id est, ipsi me insequendo increpant, qui nunc in meo corpore positi, duplicitatis suæ in se malitiam non emendant.

INCIPIT LIBER SEXTVSDECIMVS, AD MYsticos sacræ scripturæ sensus.

Quid sagitta mystice significet. Cap. I.

SAgittarum nomine (vt diuus prodidit Gregorius, libro Moral. 7. ca. 2. exponens illud Iob, Sagittæ dñi in me sunt) aliquando prædicationis verba designantur, quia in eo, q̃ vitia feriunt, male viuentiũ corda transfigunt, Iob. 6. a iuxta illud: Sagittæ tuæ acutæ potentissime, populi sub te cadent in corde. Psal. 44. b. Et Esaias: Mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes, &c. tenẽtes sagittã. Esa. 66. f Aliquando animaduersionis sententiæ, siue percussio, sicut Ioas regi per 4. Reg. 13. c Helisæum dicitur: Iace sagittam. Quo iacente, ait: Percuties Syriã, donec cõsumas eam. Dicat igitur vir sanctus: Sagittæ domini, &c. Ac si diceret: Ego in exilij damnatione nõ gaudeo, sed sub iudicio positos doleo, quia vim persecutionis agnosco. Pleriq; aũt sunt, quos tormenta cruciant, sed non emendant. Quo contra aperte subiungitur: Quarũ indignatio ebibit spiritũ meũ. Quid enim est spũs hominis, nisi spũs elationis? Sagittæ aũt Iob. 30. b domini spiritum hominis ebibunt, quum supernæ animaduersionis sententiæ afflictam mentem ab elatione compescũt, quando intẽtum exterioribus introrsus trahunt. Et exponens illud Iob, Pharetram enim suã aperuit, & afflixit me: Quid per pharetram (inqt) dei, nisi occultũ consiliũ designatur? Sagittam vero de pharetra dñs eiicit, quãdo de occulto cõsilio apertã sentẽtiã emittit. Quia enim flagellatur quisq;, cognoscimus, sed qua ex causa flagellum veniat, ignoramus. Quum vero post flagella vita correptionis sequitur, etiam ipsa consiliũ virtus aperitur. Sancta itaq; electorũ ecclesia tribulationibus p̃ssa, Psal. 76. d dicat: Pharetrã &c. Et lib. 29. cap. 15. exponẽs illud Psalmistæ, Et enim sagittæ tuæ ptran- Iob, 41. c sierũt: Sagittæ (inqt) pertranseũt quãdo verba p̃dicationis eius ab auribus ad corda descendunt. Et exponens illud Iob: Nõ fugabit eũ vir sagittarius: Quid (inquit) per sagittas nisi verba prædicatorum accipimus? Quæ dum voce bene viuentium distringuntur, audientiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dientiũ corda transfigunt. His sagittis sancta ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat: Vul-
Cantic.2.b Pſal.63.b Pſal.44.b Pſal.37.a nerata charitate ego sum. De his Psalmista ait: Sagittæ paruulorũ factæ sunt plagæ eorũ quia scilicet verba humiliũ penetrauerũt animas superborũ. De his & Psalmista: Sagittæ tuæ acutæ, &c. Et exponens illud Psalmistæ: Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti sup me manũ tuam: Quanto (inqt) quisq; plus cœperit quod amisit, intelligere, tanto plus incipit corruptiõis suæ sententiã, quã subiuit, lugere. Fidelis ergo aia pendens q̃d pdidit, considerans quod inuenit, videns se à paradisi gaudijs venisse ad mi
seriας vitæ p̃sentis, à societate angelorũ transisse ad curas necessitatum, pensat q; subiacet periculis, quæ peccãdo gloriã perdidit æternæ incorruptiõis. Nouit etiam, qa mortem nulla possit ratione euadere, quæ posset, si nõ peccasset, semp vixisse. Has ergo sibi sagittas infixas esse conquerit, quia iam nobis est naturaliter inditũ, quod primo homini fuit pro culpæ vindicta illatũ. Mortalitas & passibilitas sunt sagittæ, quæ nimirũ nobis infixæ sunt, quia q̃diu in p̃senti seculo viuimus, ab eis liberari aliqua ratione nequimus: Et confirmasti super me manũ tuam, id est, miseriarũ frequentiã, & assiduitatem, sicut studiosus magister frequenter verbere puerũ corripit. Possumus etiam per sagittas verba dei intelligere, quæ corda quidem nostra transfodiunt, quum nobis altius infixa, amoris dei nos
Pſal.7.d vulnere cõpungunt. Et Cassiodorus exponẽs illud Psalmistæ, Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit: Hic (inquit) distributio diuinæ legis ostenditur, quia parcum, id est, per vetus & nouum testamentũ & effectus mortis venit, & sagittis ipsius vita præstatur. Egressæ sunt aũt de isto arcu tanquam sagittæ, id est, apostoli, qui ardentibus, hoc est, desiderantibus animis in modũ sagittarum præcepta salutaria transmiserunt, vnde & impij sauciarentur, fidelibus efficax cura proueniret. Et diuus Augustinus: Arcum suum tetendit &c. Arcum istum (inqt) scripturas sacras libenter acceperim, vbi fortitudine noui testamenti quasi neruo quodam, duritia veteris flexa, & edomita est. Hinc tanquam sagittæ emittũtur apostoli, vel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas ardentibus operatus est, id est, qui pcussi diuino amore flagrarent. Qua enim alia sagit-
Canti. 2.b Pſal.119.a ta pcussa est, quæ dicit: Inducite me in domũ vini, constituite me inter vnguenta, cõstipate me inter mella, quoniam vulnerata charitate ego sum? Quibus alijs sagittis accenditur qui redire ad deũ cupiens, & ab ista peregrinatione remeare aduersus dolosas linguas petit auxiliũ, & ei dicitur: Quid detur tibi, aut quid adijciatur tibi aduersus linguã dolosam? Sagittæ potẽtis acutæ, cũ carbonibus vastatorijs, quibus pcussus, atq; inflãmatus tanto amore ardeas regni cœlorũ, vt omniũ resistentiũ, & à proposito reuocare volentiũ, linguas cõtẽnas, & pſecutiões eorũ derideas, dicens: Quis me separabit à charitate
Roma.8.d Christi? Tribulatio, an angustia &c. Latina quædã exẽplaria habent, ardentes. Sed siue ipsæ sagittæ ardeant, siue ardere faciant, quod vtiq; non possunt, nisi & ipsæ ardeant, integer sensus est. Nec mirũ si ijdem Apostoli, & vasa mortis sunt eis, à quibus pſecutionẽ passi sunt, & igneæ sagittæ ad inflammãda corda credentiũ. Apostolus enim dicit: Alijs
Pſal.10.a sumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem. Scriptũ quoq; est: Quoniã ecce pctõres intenderunt arcum, parauerũt sagittas suas in pharetra, &c. Quæ verba enarrans Cassiodorus. hoc modo scribit: Arcũ mandata diuina debemus auuertere, quæ hæreticus tractans, & in sua prauitate ponẽs, ad vulnus aiæ rendit operandũ, vt non ad salutem compungat, sed æterna morte transfodiat. Et bene arcus ponitur in sacratissimis scripturis, quia in vnũ duo testamenta coniungens, aut defensionẽ tribuit, aut ruinã, si-
2.Cor.2.d cut Apostolus dicit: Alijs quidẽ sumus odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitã. Parauerũt sagittas suas in pharetra, vt sagittẽt in absc uro rectos corde. Permanet in cõparatione sagittarũ. Nã sicut iste habet sagittas in pharetra, ita ille gestat in corde verba venenosa. In obscuro vero, siue quũ persecutionibus pturbatur ecclesia, quãdo timore periculi carnales homines credũtur facilius immutari, siue in absc ũdito cõsilio, quum
Pſal.17.b opportunius putant Christianos decipere, quãdo eos iudicant sua consilia non videre. Sed quũ dicit, rectos corde, infidias eorũ ostẽdit inanes & vacuas. Recti em̃ corde non
2.Cor 2.b Pſal.37.b sunt, nisi qui nulla iniqua decipi pſuasione potuerũt. Et diuus Augustinus exponẽs illud Psalmistæ: Et misit sagittas suas, &c. id est, & emisit Euangelistas pennis virtutũ recta ità nera transuolãtes, nõ suis, sed eius à q̃ missi sunt, viribus: Et dispersit eos ad q̃s missi sunt vt alijs eorũ eẽt odor vitæ in vitã, alijs odor mortis i mortẽ. Et exponẽs illud Psalmistæ:
Iob.6.a Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: Ipsam (inqt) pœnã, ipsam vindictã, & forte dolores, quos hic necesse est pati, & animi, & corpis, ipsas dicit sagittas, quas dixit Iob sibi infixas. Solemus tamẽ & verba dei sagittas accipere. Sed nũquid ab his posset iste sic dolere se percuti? Verba dei tanq̃ sagittæ excitant amorem nondũ excitatum, non dolorẽ.

An qa

An quia & ipse amor non potest esse sine dolore? Quicquid enim amamus, & non habemus, necesse est vt doleamus. Inde ecclesia ait: Quoniã vulnerata charitate ego sum. Vul- Canti.2.a
nerata charitate. Amabat enim quiddam, & dolebat, quia nondũ habebat. Sed hoc vulnus ad verã salutem rapiebat. Possumus itaq; etiam sic sagittas infixas accipere, i. verba tua infixa sunt cordi meo, & ex ipsis verbis tuis factum est, vt recordarer sabbati, & ipsa recordatio, & nondum retentio, facit me nondum gaudere. Et dominus Iesus est Esa.49.a
sagitta, iuxta illud: Et posuit me ficut sagittam electam. Et quia ipse est charitas, sunt vtiq; iacula charitatis, quibus vulnerat sese quærentes. Require in dictiõe, Pharetra.

¶Quid sal mystice significet. Cap. II.

QVid sal mystice significet, diuus Insinuat Gregorius, exponens illud Iob: Aut potest comedi insulsum, quod non est sale conditum? In lege sal literæ, est intelligentiæ virtus occultæ. Quisq; ergo obsequẽs carnalibus intẽtus, hãc intelligere spiritaliter voluit, qd aliud quàm insulsum cibum comedit? Sed hoc in cibo sal cognita veritas misit, quũ latere in lege saporem occultæ intelligentiæ docuit, dicẽs: Si crederetis Moysi Iohan.5.g
crederetis vtiq; & mihi. De me em̃ ille scripsit. Et rursum: Habete sal in vobis, & pacẽ habete inter vos. Sed quia ante mediatoris aduentum Iudæa legem carnaliter tenuit, præ- Iohan.5.g
ceptis eius dura iubentibus, gentilitas subdi recusauit. Insulsum ergo cibum comedere Marc.9.g
noluit, quæ priusquam spiritus condimentum percepit, seruare vim literæ expauit. Quisnanq; gentilium hoc quod illic præcipitur, ferret, filiorum carnem pro obsequio religionis incidere, verborum culpas morte resecare? Beatus ergo Iob, quia membrum est sanctæ ecclesiæ, eius etiam loquatur ex voce. Aut poterit comedi insulsum &c. Ipsa quippe ex eruditione legis, ex vnius dei cognitione sal habuit, & cunctas gentes non aliter q̃ animalia bruta despexit. Sed quia societatem gentilium ad semetipsam recipere, præceptis legis erudita, contempserat, qd aliud q̃ insulsum cibum sumere fastidiebat? Diuina qppe sententia proposita morte vetuerat, ne plebs Israelitica fœdus cũ alienigenis iungeret, & vitam sanctæ religionis inqnaret. Et in euangelio clamitant: Omnis em̃ igne saliet, & oĩs victima sale saliet. Bonũ est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete Marc.9.g
in vobis sal, & pacem habete inter vos. Quæ verba Theophylactus enarrans, hoc modo Theophy-
scribit. Omnis em̃ igne saliet, hoc est probabit, id quod & Paulus dicit, q; in igne probabũ lactus
tur oĩa. Et omnis (inqt) victima &c. Hoc aũt ex Leuitico dixit: Ibi em̃ inqt deus: Oĩe do- 1.Cor.3.c
num victimæ vestræ saliet. Bonum igit̃ est, vos sale condire sacrificia vestra, sale dei, hoc Leuit.2. d
est, non offerre victimas infirmas, & pigras, sed vegetas & validas. Sal aũt dit Apostolos Matth.5.b
dñs, & oẽs simpliciter, q; virtutẽ habet conseruandi, & à putredine cohibendi. Nam ficut sal carnẽ prohibet, & non sinit vermes procreare, ita & sermo doctoris, si recens, & mordax fit, carnales homines constringens, non finit in ipsis generari vermẽ irrequetiũ. Si aũt doctor insulsus fuerit, nihil habeat quod constringat, & cohibeat, in quo salietur, hoc est, condietur? Habete igitur in vobis ipsis salem, hoc est, spiritus gratiam, quæ cohibeat, ita vt pacifici sitis. Nam qui constringitur charitate erga proximum, hic salem habet, & pacificus est cum fratre suo. Et exponens illud Matthæi: Vos estis sal terræ &c. Prophetæ Matth.5.b
(inquit) ad vnam gentem missi sunt, vos autem totius terræ sal estis, mordentes & condientes doctrina, & reprehensionibus dissolutos, vt non pariant vermes perpetuos, propterea ne abijciatis mordacitatem reprehensionum, etiam si persecutionem patiamini, & vobis exprobrent, Ideo dicit: Quod si sal &c. salietur, id est, corrigetur. Tunc igitur foris proijcietur à dignitate doctorum, & conculcabitur, id est, despicietur. Et exponens illud Lucæ: Bonum est sal. Si vero sal infatuatum fuerit, per quod condietur? Neq; in ter- Lucæ.14.g
ram, neq; in sterquilinium vtile est, foras proijciunt illud: Christi (inqt) discipulus, sal esse debet, non solum ipse bonus existens, sed & malitiæ non particeps, alijsq; communicans bonitatem. Ita enim se habet sal. Ipsum enim quum maneat, nescium erit corruptionis, & alia seruare valet, ne corrumpantur, quibus suam qualitatem communicat. At si naturam suam sal abiecerit, omnino inutile, neq; terræ, neq; stercori accõmodum. Quod autem dicit, ita se habet. Ego quidem omnem Christianum vtilem, & condire valentẽ esse volo, non solum eum cui concredit docendi donũ, quales sunt doctores, & pastiores, sed etiã exigo vt laici ipsi bonæ frugis, & vtiles sint proximis. Iam si profuturus alijs reprobus fiat, & à Christianorũ ordine ejiciat, neq; prodesse, neq; vtilitatẽ capere poterit. Neq; in terram (inqt) neq; in sterquiliniũ vtile est. Insinuat autẽ per terrã, q; vtilitatẽ capiat p sterquiliniũ aũt, quod profit. Ideo rejicit, & rejiciẽdus est, tanq̃ qui nec profit, nec vtilitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

percipiat. Et quoniã obscurus, parabolicusq; sermo ille fuit, excitans auditores dominus, vt non simpliciter susciпiant dictum de sale, dicit: Qui habet aures ad audiendũ, audiat, hoc est, q habet intellectũ, intelligat. Aures em̃ hoc loco sensitiuã virtutẽ animæ, & ad intelligendũ aptitudinem significant. Omnes itaq; fideles sal sunt, ex diuinis sermonibus, &
Colos. 4. a superna gr̃a qualitatẽ suscipientes. Et q; gr̃a sal fit, audi Paulum dicentem: Sermo vester sit in gr̃a sale conditus. Et si ita fuerit sermo ἄχαρις, hoc est, sine gr̃a, insulsus dicit. Igitur si diuinor̃ eloquior̃ qualitatẽ contempserimus, & non susceperimus eam in nos, stulti, & intellectu carentes efficimur. Et profecto infatuatum est sal nostrũ, si non habuerit su-
Hieronym. pernæ gr̃æ qualitatem. Et D. Hieronymus: Sal appellant Apostoli, q̃a per illos vniuersum hoim conditur genus. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Si doctor errauerit, à quo alio doctore emendabitur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittat foras, & conculcet ab hoibus. Exemplum de agricultura sumptũ est. Sal etem̃ sicut in cibor̃ condimentum,
Iudic. 9. f & ad siccandas carnes necessarium est, ita alium vsum non habet. Certe legimus in scripturis, vrbes quasdam ita victor̃ sale seminatas, vt nullum in ipsis germen oriret. Cauent ergo doctores, & episcopi & videant: Potentes potenter tormenta sustinere, nihilq;
Sap. 6. a Hieronym. esse remedij, sed maior̃ ruinam ad tartarum. Et diuus Hieronymus exponens illud euan-
Marc. 9. d gelicum: Omnis enim &c. Mire dictum est. Quod enim sale conditur, vermis putredinẽ
Leuit. 2. d arcet. Quod vero, id est, asperso sale carnem quæq; consumit, hoc secundum legem in hostijs fiebat, quæ in altari cremabant. Vnde in omni victima, & sacrificio sal offerri præceptum est. Sal, dulcedo sapientiæ, & ignis spũs sancti gratia. Omnis ignis salietur, q̃a oim̃is electus sapientia conditur, vt digna victima dei altaribus efficiatur. Vnde bene addit: Et omnis victima sale salietur: Ille enim vere victima domini est, qui corpus, & animã à vitijs emundando, deo per amorem spiritus sancti consecrat, nec sale aspergitur, sed igne consumitur, quando non peccati tantum contagio pellitur, sed & præsentis vitæ delectatio tollitur, & futuræ conuersationi tota mente suspiratur. Vnde: Nostra conuersatio in
Philip 3. d cœlis est. Et: Obsecro per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra, &c. Altare
Roma. 12. a dei est cor bonorum, hostiæ, & sacrificia, bona operafidelium. In omnibus sacrificijs sal, quia nullum opus bonũ sine sapientia. Ignis sacrificia in altari consumit, de quo ipse nos baptizauit spiritu sancto, & igne. Ignis tribulationes respicit, hoc ad superiora, vbi scandalizantia membra euelli præcepta sunt, quia & hoc est igne saliri, tentationibus exerceri, ob Christi amorem dilectos, & proximos nobis abnegare. Omnis enim victima salietur. Victima domini, est genus humanum, quod hic ratione sapientiæ salietur, dum corruptio sanguinis custodia putredinis, id est, mater vermium consumitur, & illic purgatorio igne examinatur. Bonũ est sal. Quod si sal insulsum fuerit &c. Sal insulsum, qui amat principatum, qui increpare non audet, & confiteri, ne de synagoga eijciatur, diligens gloriam hominum magis quàm dei. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Salsitudinem corectionis, amor proximi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiæ condiat. Et in domo iterum discipuli eius interrogabant eum de eodem. Et hoc propriе iterata scientia verbi, non fastidium, sed esuriem, & sitim præstat, vt est illud Sapientiæ:
Ecci. 24. c Qui me comedunt, adhuc esurient: & qui me bibunt, adhuc sitient. Melliflua sapientiæ eloquia gustata diligentius, multimodũ saporem reddunt. Quando pluit dominus manna ad manducandum sub sole liquescens, vt cæra, reddens mollita dicta, vt est illud: Ful-
Matth. 13. f gebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ad ignem duratur, vt panis cor hominis con-
Lucæ, 9. c firmans. Ad aspera, vt est: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Chrysostomus homilia decimaquinta in Matthæum: Postquam igitur (inquit) prout oportuit, ad virturum studia cohortatus est, rursus eos laudum admixtione permulcet. Quia enim erãt præcepta sublimia, multoq; quam in veteri lege maiora, ne trepidarent, neve turbarentur, ac dicerent: Et quemadmodum hæc
Matth. 5. b implere poterimus? attendite quid dixerit: Vos estis sal terræ. Per quod ostendit, quàm necessarie ista præcipiat. Non enim pro vestra (inquit) salute tantummodo, sed pro vniuerso prorsus orbe hæc vobis doctrina committitur. Non ad duas quippe vrbes, aut decem, aut viginti, neq; ad vnam vos mitto gentem, sicut etiam prophetas, sed ad omnem
Ibidem. terram prorsus, ac mare, totumq; mundum, & hunc varijs criminibus oppressum. Dicendo enim: Vos estis sal terræ, ostendit omnium hoim infatuatam esse naturam, conculcatamq; peccatis, & idcirco illas ab eis maxime virtutes requrit, quæ cunctis necessariæ, atq; vtiles sunt futuræ. Quum em̃ mansuetus aliqs, ac molestus, quum misericors fuerit, & iustus, non in semetipso tantũmodo hæc recte facta concludet, verũ in alior̃ quoq; vtilitatem bonos hos faciet emanare fontes. Sed q mundo corde est, atq; pacificus, & q persecutionẽ pro veritate ppetif, nihilominus in cõmune commodum vitæ suæ statuit exemplũ.

Ne igit

Ne igitur opinemini ad mediocria vos ducendos esse certamina, neq; pro exiguis rebus vobis hunc insonare sermonem: Vos estis sal terræ. Quid igitur? Ipsi ne putrefacta medicati sunt? Nequaquam: Nec enim possibile est, vt ea quæ corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non hoc fecerunt ergo, sed ante se mota, sibiq; tradita, atq; ab illa iam putredine liberata, perfricabant sale, inq; hac nouitate seruabant, quam à domino vtiq; susceperant. Liberare quippe à putredine peccatorum, Christi profecto virtutis est, vt autem non ad illa iterum reuertantur, Apostolorum curæ est, ac laboris. Vides quemadmodum paulatim etiam prophetis eos meliores esse patefecerit? Non enim illos filios veteris testamenti, neq; mediocres ponit magistros, sed sgueros quosdam, atq; terrtribiles. Hoc est enim omnino mirabile, quia non adulantes, neq; palpantes, sed è diuerso salis instar vrentes, fere omnibus se tã desiderabiles reddiderunt. Nolite ergo (inquit) mirari, si alios omittens, vos potissimum doceo, atq; ad pericula tanta succingo. Considerate quippe quantis vrbibus, quantisq; populis vos sim missurus magistros. Propterea non vos tantummodo volo esse sapiẽtes, sed vt tales faciatis & cæteros. Huiusmodi autem magistros in quibus certe tantorum periclitatur salus, maxima decet pollere prudentia, tantasq; illis virtutum adesse diuitias, vt alijs quoq; vtilitatem ędificationis impertiant. Nisi (inquit) fueritis omnino tales, ne vobis quidem ipsis sufficere profecto poteritis. Nolite igitur de difficultate conqueri, quasi qui doctrinã meam molestam esse dicatis. Infatuatis enim, cõculcatisq; populis, per vos ad sapientiam redire possibile est. Si vero id etiam patiamini vosipsi, vobiscum perdetis & reliquos. Itaq; quanto etiam maiorum vobis rerum cura committitur, tanto potiore indigetis & studio. Propter quod intulit: Si autem sal euanuerit &c. Alij em̃ etiam si sæpe delinquant, possunt tamen ad veniam perucnire, si vero hoc magister ipse patiat oim̃i satisfactione priuabitur, & supplicia extrema persoluet. Ne em̃ audientes: Quum exprobrauerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne ma- Matth. 5. a
lum aduersum vos, in medium prodire formident, dicit: Quoniam nisi ad ista fueritis pa- Lucæ, 6. d
rati, frustra etiam proditis in publicum. Non enim vos oportet maledicta hominum timere, sed laudes, quas (si audire cupiatis) tunc vere infatuandi estis atq; calcandi: si vero perseuerabitis, vobismetipsis vndiq; castigantes, & deinde audieritis mala, gaudete. Hoc em̃ est opus salis, laxa quæq; vrere, atq; restringere. Itaq; iam necessaria subsequitur maledictio, nihil vobis prorsus incommodans, imo etiam testimoniũ vestræ perhibens firmitatis. Si vero illa timentes, fortitudinem vobis vtilem deseratis, multo sgiora patiemini, & male. f. audiẽtes, & contẽpti à cunctis, atq; despecti, hoc nãq; est ab oibus conculcari.

¶Quid saliua, salix, mystice significent. Cap. III.

SAliua qd mystice significet, diuus hic ostendit Gregorius lib. Mor. 8. cap. 21. exponẽs illud Iob: Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuã meam? Sali- Gregorius
ua (nqt) in os ex capite labit, ab ore vero ad ventrẽ ducit. Quid ergo saliuæ noïe, nisi Iob. 12. d
sapor intimæ contẽplationis accipit, qui ad os de capite defluit, q̃a de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos, vix gutta reuelationis tangit? Vnde & redẽptor noster veniẽs saliuã luto miscuit, & cæci nati oculos reparauit, q̃a supna gr̃a carnalẽ cogitationẽ Iohan. 9. a
nostrã per admixtionẽ suæ contẽplationis irradiat, & ab originali cæcitate hoïem ad intellectũ reformat. Nam q̃a à paradiſi gaudijs expulsum in hoc iam exilio natura ædidit, quasi à natiuitate homo sine oculis processit. Sed (sicut sanctus vir insinuat) hæc saliua ad os quidem labitur, vt vero ad ventrem vsq; perueniat, non glutitur, q̃a diuinitatis contẽplatio sensum tangit, sed plene mentem non reficit, quoniam perfecte animus conspicere non valet, quod adhuc, q̃a caligo corruptionis præpedit, raptim videt. Et infra: In ore gustus est, in ventre satietas. Saliuam itaq; glutire nõ possumus, q̃a supernæ claritatis bono satiari non permittimur, quod adhuc ex tenuitate gustamus. Recte ergo dicit: Vsquequo &c. ac si aperte diceretur: Tunc homini plene parcis, quum hunc ad perfectionẽ tuę contemplationis admiseris, vt claritatem tuam raptus interius videat, & eum carnis suæ corruptio exterius non repellat, tunc permittis vt saliuam glutiam, quum me sapore tuæ claritatis vsq; ad abundantiam satitatis infuderis, vt nequaquam iam per indigentiam gustu oris esuriam, sed in te solidatus, irrigato mentis ventre, subsistam.

Salices qd mystice significẽt, diuus enarrat Grego. in lib. Mor. 33. cap. 6. exponẽs illud Gregorius
Iob: Circundabũt eũ salices torrẽtis. Infructuosæ qdem (ait) arbores sunt salices, sed tamẽ Iob. 40. a
tantæ viriditatis sunt, vt arescere vel abscisæ radicitus, & proiectæ, vix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine aliquando pro viriditate boni, aliquãdo pro sterilitate reprobi designantur. Nisi enim elector̃ vitam per constantiam suæ viriditatis exprimerẽt,

nequaq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

nequaquam de sanctæ ecclesiæ filijs propheta dixisset; Germinabit inter herbas, sicut sali-
Esa.44.a ces iuxta pterfluẽtes aquas. Sãctæ em̃ ecclesiæ filij inter herbas sicut salices germinant, dum inter arescentem vitã carnalium hominum, & multiplici numerositate, & perpetua mentis viriditate perdurant. Qui bene iuxta præterfluentes aquas germinare perhibentur, quia vnusquisque eorum vbertatem ad fructum percipit ex doctrina sacri eloquij, quæ temporaliter percurrit. Et rursum, nisi per sterilitatem salicum peccantium signare-
Psal.36.a tur, nequaquam ex voce prædicantium contra Babyloniam Psalmista dixisset: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Babylonis qppe in medio salices esse describunt, qa nimi⁹ infructuosi quiq̃, atq; ab amore patriæ cœlestis alieni, totis visceribus cordis in hac seculi confusione radicant. Vnde & prædicatores sancti in istis salicibus nõ exercent organa, sed suspendunt, qa quũ infructuosas, ac reprobas mentes aspiciunt, vim
Psal.109 suæ prædicationis non exhibent, sed potius lugentes silent. Torrens autem est huius mortalis vitæ cursus, iuxta illud: De torrente in via bibit &c. quia videlicet redemptor noster mortalis vitæ pœnam in quodam transitu attigit, & idcirco diu eidem morti, cui sponte succubuit, non inhæsit. Vnde die tertia hoc quod moriendo posuerat, resurgendo caput eleuauit. Bene igit dicit: Circundabunt eum salices torrentis, qa infructuosi quiq̃, dum amori vitæ temporalis inseruiunt, antiquo hosti peruersis moribus familiarius obsequun
Psal.136.a tur. Et Cassiodorus, exponens illud Psal'. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Hic doloris exaggerat acerbitas, quando delectationem suam, qua se populus poterat consolari, velut nõ necessaria suspendebat arboribus. Quid em̃ illic agerent organa dulcia, vbi tpa vitæ amaris erãt lamẽtiõibus occupata? Ver⁹ hic historia ad spũalẽ intelligentiam transferat. Salices sunt arbores supra ripas fluminis pinguissima viriditate gaudentes, quæ frequenter excisis palis, atq; humidæ terræ reconditis, altissima radice mergũ
Esa.44.a tur, & fluentis necari nequeunt, q̃is copiosa irrigatione satient. His comparant sancti, ac fideles hoies, sicut Esaias dicit: Exorient tanq̃ fœnum in medio aquæ, & tanq̃ salix supra effluentem aquam. Talibus ergo viris organa nostra suspendimus, qñ cõicata gr̃a de scripturarum⁹ diuinarum⁹ lectione conferimus. Ipsa sunt em̃ nostra organa, quæ & psalmodiæ gratiam præstant, & alterna nos collatione lætificant. In medio eius: Babyloniæ ciuitatis dicit, non fluminis, qa necesse est in medio mundi sit sanctissimus Chr̃ianus, q̃is ad superna animo videat esse transtatus. Et diuus Augustinus: In salicibus in medio &c. Habent orga-
Augustin⁹. Psal.136.a. na sua ciues Hierusalem, scripturas dei, præcepta dei, promissa dei, meditationẽ quandã futuri seculi, sed quum agunt in medio Babyloniæ, organa sua in salicibus eius suspendũt. Salices ligna sunt infructuosa, & hoc loco ita posita, vt non aliq̃d boni possit intelligi de salicibus. Alibi autem forsitan potest, Modo ligna intelligit sterilia, nascentia super flumina Babylonis. Riganť hæc ligna de fluminibus Babyloniæ, & nullum fructum ferunt. Sicut sunt hoies cupidi, auari, steriles in omni opere bono, ita ciues Babyloniæ, vt etiam ligna sint illius regionionis, ex istis voluptatibus rerum transeuntiũ pascunt, tanq̃ irrigata à fluminibus Babyloniæ. Quæris fructũ, & nusq̃ iuuenies. Qñ tales patimur, versamur cũ eis, q sunt in medio Babylonis. Multũ em̃ interest inter mediũ Babylonis, & exteriora Babyloniæ. Sũt q nõ sunt in medio ei⁹. i. nõ tãta cõcupiscẽtia seculi, & delectatiõibus obruũt. Qui vero (vt aptè dixerim) & breuiter, multũ mali sunt, in medio Babylonis sunt, & ligna sunt sterilia, tanq̃ salices Babylonis. Qñ illos videmus, & tã steriles eos inuenimus, vt difficile nobis appareat in eis aliq̃d vnde possint duci ad fidẽ rectã, vel ad bona opera, vel ad spem futuri seculi, vel ad cõcupiscẽtiã liberatiõis à captiuitate mortalitatis, scripturas nouimus, quas eis dicamus. Sed qa nullũ fructũ in eis inuenimus, vñ incipiamus, auertimus ab ipsis faciẽ, & dicimus: Adhuc isti nõ sapiunt, nõ captiunt, qa quicq̃d illis dixerimus, ministrũ, & aduersum habebũt. Ergo differẽdo circa eos scripturas, suspẽdimus organa nostra in salicibus. Non em̃ dignos habemus q organa nostra portẽt. Non ergo eis organa nostra inserẽdo alligamus, sed differẽdo suspẽdimus. Salices em̃ sunt Babyloniæ ligna infructuosa, pasta in temporalibus voluptatibus, tanq̃ fluminibus Babyloniæ.

¶ Quid sanctuariũ, sanguis, vel sanguisugæ mystice significent. Ca. IIII

Thren.4.a QVid sanctuarium mystice significet, D. insinuat Greg. parte. 2. Pastoralis, ca. 7. exponens illud Threno⁹: Qũo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite oim platea⁹? Quid nãq; auro, quod metallis cæteris præeminet, nisi excellentia sanctitatis? Quid colore optimo, nisi cũctis amabilis reuerentia religionis exprimit? Quid p sanctuarij lapides, nisi sacro⁹ ordinum psonæ figurantur? Quid platearum nomine, nisi præsentis vitæ latitudo signat? Quia enim Græco

Græco eloquio πλάτος latitudo dr̃, profecto à latitudine plateæ sunt vocatę. Per semetipsam vero veritas dicit: Lata, & spaciosa via est, quæ ducit ad pditionẽ. Au⁹ igit obscuratur, quum terrenis actibus sanctitatis⁊ vita polluitur. Color optimus commutat, quum quorundam, q degere religiose credebant, æstimatio anteacta minuitur. Nam quum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato, ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallescit. Sanctuarij quoq; lapides in plateas dispguntur, quum causa⁹ secularium foras lata itinera expetunt, hi q ad ornamentum ecclesiæ internis mysterijs quasi in secretis sanctuarij vacare debuerunt. Ad hoc qppe sanctua- Psal.7.b rij lapides fiebant, vt intra sancta sancto⁹ in vestimento summi sacerdotis apparerent. Quum vero ministri religionis à subditis honorem redemptoris nostri ex merito vitæ non exigunt, sanctuarij lapides in ornamento pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapipes dispersi per plateas iacent, quum personæ sacro⁹ ordinum voluptatum suaꝝ libidini deditæ, terrenis negotijs inhærent. Et notandum, q⁹ non hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit, qa & quum terrena agunt, summi videri appetunt, vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tñ in platea⁹ sint capite ex honore sanctitatis. Nil quoq; obstat, si sanctuarij lapides eosdem ipsos, quibus constructum sanctuarium exist ebat, accipimus, qui dispersi, in platearum capite iacent, quando sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desiderio inseruiũt, ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare videbatur. Secularia itaque negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam vero ex amore requirenda, ne quum mentem diligentis aggrauant, hanc suo victam pondere ad ima de cœlestibus immergant. At contra sunt nonnulli, qui gregis quidem curam suscipiunt, sed sic sibimet vacare ad spiritalia appetuut, vt rebus exterioribus nullatenus occupentur.

Sanguis mystice significat peccatũ, iuxta illud: Sanguis sanguinem tetigit. Solet enim Oſee.4.a (vt inqt Grego. lib. Mor. 13. ca. 10) sanguinis nomine signari peccatũ. Vnde is, q à peccatis liberari desiderat, per pœnam clamat: Libera me de sanguinibus. Sanguis ergo sanguinem tangit, quum culpa culpam cumulauerit. Et exponens illud Iob: Terra ne operias sanguinem meum: Peccanti (inqt) homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Quæ scilicet terra redemptoris nostri sanguinem non abscondit, q a vnusquisq; peccator redemptionis suæ precium sumens, confitetur, ac laudat, & quibus valet proximis, innotescit. Terra etiam sanguinem eius non operuit, quia sancta ecclesia redemptionis eius mysterium in cunctis iam mundi partibus prædicauit. Notandum, q⁹ subditur: Neq; inueni Hebr̃.12.f at in te latendi locum clamor meus. Ipse enim sanguis redemptionis, qui sumitur, clamor Gene.4.b nostri redemptoris est. Vnde etiam Paulus dicit: Et sanguinis asperſionem melius loquẽtem, q̃ Abel. Et de sanguine Abel dictum fuerat: Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra, sed sanguis Iesu melius loqtur, q̃ Abel, qa sanguis Abel mortem fratricidæ fratris petijt, sanguis autem dñi vitam persecutoribus impetrauit. Vt ergo in nobis sacramẽtum dñicæ passionis non sit otiosum, debemus imitari quod sumimus, & prædicare cærte ris quod veneramur. Locum em̃ latendi clamor eius in nobis inuenit, si hoc, quod mens credidit, lingua racet: sed ne in nobis clamor eius lateat, restat, vt vnusquisq; iuxta modulum suum viuificationis suæ mysterium proximis innotescat. Et Origenes, Homil'. 16. in Matthæum, exponens illud euangelicum: Propter quod veniet super eos omnis sanguis Matt.23.d iustus, quem effundunt, per hoc ipsum, quod euertere volunt veritatem scripturaꝝ, quæ recte sanguis, & vita dicit scripturaꝝ, quia omnis scriptura, nisi secundum veritatem intelligatur, mortua est. Effundunt ergo veritatem scripturarum, quasi sanguinem earum, sicut effusus est sanguis Abel. Et non solum tunc vox sanguinis Abel, clamabat ad deum, sed semper veritas scripturarum ab impijs effusa, secundum quod diximus à sanguine Chri, id est, à veritate euangelij cœpta, per omnes scripturas interpellat ad deum, aduersus eos, q auertere eam volunt, & sanguis testamenti, id est, veritas scripturarum prophetica rum, aduersus eos, qui immundam eam æstimauerunt, & noluerunt sanctificari in ea, quasi in sanguine viuo, & sanctificanti. Sic effundunt etiam sanguinem Zachariæ, q interpretatur memoria dei. Omnis enim qui memoriam dei perdere festinat in eis, quos scandalizat, Zachariæ sanguinem videtur effundere filij Barachiæ, qui & ipse interpretatur benedictio dei. Per benedictionem dei memores sumus dei. Si autem nec Abel nomen indiscussum debemus reliquere, dicimus, quoniam Abel luctus interpretatur. Qui Matth.5.a ergo suscipit quod scriptum est: Beati qui lugent, saluat Abel, qui autem non recipit, sanguinem effundit Abel, hoc est, veritatem luctus salutaris. Et homil'. 16. in Numeros, exponens illud Numeroꝝ: Non dormiet, donec comedat prædam, & sanguinẽ vulneratorum Num̃.23.d bibat: In his verbis (inquit) qs ita erit historicæ narrationis cõtẽtiosus adsertor, imo qs sic obrutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

obrutus inuenit, qui non horrescens sonum literæ allegoriæ dulcedinem ipsa necessitate confugiat? Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tam magnificus, de quo tanta præconia sermo dei enumerat, in hoc veniet, vt sanguinem vulneratorum bibat, quum tam validis præceptis cibus sanguinis interdicatur à deo, vt etiam nos, qui ex Gentibus vocati sumus, necessario iubeamur abstinere, sicut ijs, quæ idolis immolantur, ita & à sanguine? Dicant ergo nobis: Quis est iste populus, qui in vsu habet sanguinem biberé? Hæc erant quæ & in euangelio audientes hi, qui ex Iudæis dominum sequebantur, scandalizati sunt, & dixerunt: Quis potest manducare carnem, & sanguinem bibere? Sed ppls Christianus, populus fidelis audit hæc, & amplectitur, & sequitur eum, qui dicit: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, nõ habebitis vitam in vobisipsis, quia caro mea vere cibus est, & sanguis meus vere potus est. Et vtiq; qui hæc dicebat, vulneratus est pro omnibus, ipse vulneratus est pro peccatis nostris, sicut Esaias dicit: Bibere autem dicimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed & quum sermones eius recipimus, in quibus vita consistit, sicut & ipse dicit: Verba quæ locutus sum, spiritus, & vita sunt. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, id est, doctrinæ eius verba suscipimus. Sed & illi nihilominus vulnerati sunt, qui nobis verbum eius prædicauerunt, & ipsorum enim, id est, Apostolorum eius verba, quum legimus, & vitam ex eis consequimur, vulneratorum sanguinem bibimus. Non ergo (inquit) dormiet, donec comedat prædam. Iste enim populus, qui catulo leonis, vel leoni comparatur, non quiescet, nec dormiet, donec rapiat prædam, id est, donec rapiat regnum cœlorum, quia à diebus Iohannis regnum cœlorum vim patitur, & vim facientes, diripiunt illud. Vt autem euidentius cognoscas hæc de nostro populo, qui in sacramentis Christi confœderatus est, scribi, audi quomodo & in alijs Moses similia pronuntiat, dicens: Butyrum boum & lac ouium cum adipe agnorum, & arietum filiorum, thaurorum, & hyrcorum, cum adipe renum, frumenti, & sanguinem vuæ bibent vinum, & hic ergo sanguis, qui nominatur vuæ, illius vuæ est, quæ nascitur ex illa vite, de qua Saluator dicit: Ego sum vitis vera, discipuli vero palmites, Pater autẽ agricola est, qui purgat eos, vt fructum plurimum afferant. Tu ergo es verus populus Israel, qui scis sanguinem bibere, & nosti carnem vere dei comedere, & sanguinem bibere, & vuæ sanguinem illius quæ est ex vera vite, & illis palmitibus, quos pater purgat, haurire. Quorum palmitum fructus, vulneratorum sanguis merito dicitur, quem ex verbis eorum, & doctrina bibimus, si tamen simus vt catuli leonis exurgentes, & vt leo exultantes.

Iohan. 6. f
Ibidem.
Esa. 53. b
Iohan. 6. g
Num. 23. d
Matth. 11. b
Deute. 32. e
Iohan. 15. a

Sanguisugæ quid mystice significent, diuus insinuat Hieronymus, exponens illud Prouerbiorum: Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, affer, affer. Sanguisuga (inquit) diabolus est, qui siti peccandi, ac peccata suadendi incessanter accenditur. Huic duæ sunt filiæ, quia duæ specialiter humani generis illecebræ. Hunc antiqui hostis imitantur ardorem, luxuria videlicet, & philargyria. Nam & luxuriæ, quo liberius frena laxantur, eo noxius delectatur. Et sicut quidam ait poetarum:

Prou. 30. b
Iuuenalis

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

¶Quid sapphirus, sardonyx, ac sartago mystice significent. Ca. V.

Iob. 28. c

QVid sapphirus, sardonyx q; mystice significent, diuus ostendit Gregorius lib. Moral. 18. cap. 30. ac. 31. exponens illud Iob: Nec lapidi sardonico pretiosissimo (nempe conferet, siue comparabitur) vel sapphiro: Sardonicum (inqt) vel sapphirum lapides pretiosos esse, qs nescias? Et dum multi alij pretiosi sint lapides, q longe istos æstimatione magnitudinis antecellant, cur sapphirus, vel sardonycus potissimũ pretiosus nominatus est, quum vterq; lapis iste aliorum lapidum comparatione vilissimus sit, nisi vt eos lapides, q pretiosi describunt, dum pretiosos non esse cognoscimus, in eorum intelligentia aliud exquiramus? Sardonicus qnippe terræ rubræ similitudinem tenet, sapphirus vero aeream habet speciem. Possunt ergo in sardonico per terram rubram homines, in sapphiro autem per aeream visionem angeli designari. Nam quum rubræ terræ speciem lapis sardonicus habeat, non immerito hominem designat, qa & Adam, q primus est conditus, latino sermone terra rubra nominatur. Quid est ergo quod dicitur, qa hæc sapientia lapidi sardonico, vel sapphyro non confertur, nisi quod is, q est dei virtus, & dei sapia mediator. s. dei & hominum Christus Iesus, tanta magnitudine excellat omnia, vt ei nec in terra primi homines, nec in cœlo angeli comparẽtur? Vnde & per Psalmistam dicitur Quis in nubibus æquabitur domino, aut quis similis erit deo inter filios dei? Possunt autem per sardonycum lapidem patres testamenti veteris, per sapphirum vero, prædicatores exprimi testamenti noui. Illi quippe quamuis magnam iustitiæ vitam tenerent carnali

Pfal. 88. b

nali tamen propagini seruiebant. Quia igitur constat, q; quædã terrena agerent, non immerito per sardonicũ lapidẽ, qui terræ rubræ tenet speciem, designantur, per saphiræ vero, qui & aerei coloris testamẽti noui congrue p̃dicatores accipimus, qui carnalis propaginis desideria postponẽtes, cœlestia sola sectati sunt. Vnde propheta admirans, ait: Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Ac si aperte dicat: Nos per terrã gradimur, qui adhuc conjugijs implicamur, & propagandæ soboli opera carnis impẽdimus: isti vero in terra non ambulãt, sed vt nubes volant, qui dũ cœlestia appetũt, de terrenis desiderijs nihil tangũt. Ait ergo: Quia dei sapiẽtia sardonyco vel saphiro lapidi nõ cõferf, ac si patẽter insinuet, dicẽs: Ei qui homo inter homines cernitur, nec in antiquis quisquã, nec in nouis patribus æquatur, quia ex deitate habet, quod in humanitate quemquã similem non habet.

Esa. 60. b

Sartago vero quid mystice significet, Rupertus ostẽdit, exponẽs illud Leuitici, Si oblatio tua fuerit de sartagine similæ cõsperſæ oleo, & absq; fermẽto, diuides eã minutatim & fundes desuper oleũ, hoc est (ait): Et si intus habueris pugnas verboræ à falsis fratribus, pro sacræ studio scripturæ, quã cũ charitatis oleo, & absq; falsitatis tractaueris fermento diuides eam minutatim, id est, diligentissime singula dicta discuties, ne forte quippiã reprehendi iuste possit, & fundes supra oleũ. Similæ iam consperſæ oleo, iteræ minutatim diuisæ superfundes oleũ, id est, scripturæ sanctæ p charitatẽ elucidatæ, iteræ singillatim retractatæ aduersus cõtradictores, nõ amaritudinis zelum, sed ardẽtioris, vt eos lucrifacias, superaddes eiusdem charitatis oleũ. Sartago vas à strepitu soni vocatũ, Sonat enim & strepit, dũ in ea frigitur oleũ. Interdũ ergo significat fraternæ æmulationis incendiũ, id est, interius p̃sonante ac perstrepuente falsoræ fratrum inuidiam. Notandũ, q; si de sartagine est oblatio, minutatim diuidi, & sic oleũ suprafundi iubetur. Nã cõtra falsos frẽs, q sub noie Christiano, veritati insidiant, diligẽtissima diuisione, ac subtili discretionis minutatione opus est. Quippe q sub eisdem nominibus, qbus pro fide vtimur, & ipsi malitiose delitescẽtes, cõtra fidẽ nituntur. Vnde dñs noster: Attendite à falsis prophetis, q veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Nam sicut ipse dñs noster, quũ à Iudæoræ pontificibus, scribis ac pharisæis, tanquã in sartagine stridula sedioso strepitu quæstiunculis obiectis frigeret, subtili cõmemoratione scripturaræ causam iustitiæ suæ tuebatur. Et exponẽs illud Ezechielis: Et tu sume tibi sartaginẽ ferreã, & pones eam in muræ ferreũ inter te, & inter ciuitatẽ, & obfirmabis faciẽ tuam ad eam, & erit in obsidionẽ, & circũdabis eã. Signũ est domui Israel: Hæc (inqt) est ira dei, de qua dictum est: Erit em̃ pressura magna sup terrã, & ira populo huic. Sartago quippe ferrea, quæ & murus ferreus cœlestis iræ nimietatem significat, cuius seueritatem excurrere nõ possit misericordia, vt ad clausos, vel obsessos pueniat. Hæc aũt expositio ex Hieronymo sumpta est, q in cõmentarijs hoc pacto scribit: Sartago ferrea, quæ instar muri inter prophetam, & vrbẽ ponit, grandẽ iram demonstrat dei, quæ nullis p̃cibus fatigetur, nec flectat ad misericordiã. Sicut enim oĩa metalla ferrum domat, nihilq; eo durius est, sic incredibilia scelera Hierusalẽ, deum natura mollem, suo vitio fecerunt eẽ durissimum. Sartago quoq; dicitur medius inter populum, & deum murus oppositus, vt ostendat omnẽ multitudinem in breui esse frangendam, redigendam q; ad nihilum. Obfirmatio autem vultus contra vrbem, seueritatis indiciũ est, iuxta illud quod alibi scriptum legimus: Facies domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorum.

Rupertus Leuit. 2. b

Ezech. 4. a

Pfal. 33. c

Quid scabellum, scabies, scalaq; mystice significent. Cap. VI.

QVid scabellum mystice significet, insinuat Orig. Homil. 23. in Matth. exponens illud Dauidicũ, Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoræ: Non est (inqt) æstimandũ similiter ponere deũ inimicos Christi scabellũ pedũ eius, quẽadmodũ ponuntur inimici sub pedibus regum terrenoræ exterminantiũ proprios inimicos. Nonne illi sine misericordia cõculcant aduersarios proprios? Deus aũt nõ ad perditionem ponit inimicos Christi scabellum pedũ eius, sed ad salutẽ ipsoræ. Scriptũ est em̃: Qũo contenebricauit dominus in ira sua filiam Sion, deiecit de cœlo in terram gloriam Israel, & non fuit memor scabelli pedum suorum? Et illud: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Non ignominiã, sed gloriam significat terræ, quæ de deo modicã aliquã, & nouissimã intelligit partẽ, quæ moraliter appellat pedes eius. Sic & ecclesia sup terrã in initijs quidẽ culturæ dei, & notitiæ dei scabellũ pedũ eius, sicut & pœnitẽtiam agens mulier illa peccatrix ad pedes erat Iesu in principijs pœnitẽtiæ suæ. Nec em̃ poterat vnguẽtum odoris actuũ suoræ bonoræ effundere sup caput Christi. Optabile em̃ erat velut secus pedes dñi stare, & vngere. Et Apostolus in prima ad Corinthios talem inducit sensum scripturæ, vt ad subiectionẽ intelligamus eoræ, qui aliquãdo fuerant

Pfal. 109. a
Threñ. 2. a
Esa. 66. a
Lucæ. 7. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

inimici, fieri eos scabellum pedum Christi, hoc modo dicēs: Quum euacuauerit omnem
1. Cor. 15. d principatū, & potestatem, & virtutem. Oportet enim illū regnare, donec ponat inimicos eius sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius, &c. Vide quomodo in omnibus istis nomen subiectionis ad salutem ponitur subiectorum. Et Cassiodorus: Scabellū ab eo dictū est, q̄ scandatur, id est, ascendatur. Et considera, q̄ hic, Donec, finitum pro infinito sit positū. Quasi vero ad dexteram patris non est ille sessurus, postq̄ inimici ipsius, vt scabellum pedibus eius fuerint inclinati. Vsus enim scripturæ diuinæ est verbum istud & pro breui tempore dicere, vt
Esa. 26. d est illud: Claude ostium tuum pusillum, donec transeat ira domini, & pro ęternitate de-
Psal. 122. a promere, iuxta illud: Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Et in Euangelio: Non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum, &
Matth. 1. d ita hoc in loco: Pedibus autem domini, stabilitas æterna significatur, vbi ille tanquā vestigijs positis omnipotentiæ suæ virtute confisitit. His pedibus constat esse subdendos, q̄ quotidie vitiorum contrarietate derelicta reuertuntur ad dominū, & tanquam scabellū pedibus, ita eius p̄dicationibus inclinantur. O beatum scamnū, quod pedibus sanctis apponitur, supra omnia regna euehitur, cui subiectio tanta præstatur. Nam quum sedenti
Psal. 98. a ad dexterā scabellū subditur, sine dubio de illis inimicis dicitur, qui cōuersi ad dexteram collocantur. Et diuus Hieronymus, exponens illud Psalmistæ: Et adorate scabellū pedū eius, quoniam sanctū est: Multæ (inq̄t) de scabello opiniones sunt, sed hic propheta corpus dominicū dicit, in quo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stat. Sanctum enim eum dici sæpe docuimus. Quōd aūt adorari debeat, eo ascendente Apostoli do-
Luc. 24. g. cuerunt, quum adorantes regressi sunt in Hierusalem. Sed ad crucem dominicam, & ad animam sanctam hæc referenda sunt. Et diuus Augustinus: Et adorate scabellum, &c.
Esai. 66. a Suppedaneum dicitur scabellum, quod dicunt Græci ὑποπόδιον, dixerūt Latini scabellū & alij dixerunt suppedaneum. Alio loco scriptura dicit: Cœlū mihi sedes est, terra autē scabellū pedum meorū: Sine impietate adoratur scabellum pedum eius, & terra, quæ est scabellum pedum est. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Quis est sanctus? In cuius amore adoras scabellum pedum eius. Et Cassiodorus: Quoniam (inquit) beatus Augustinus diligentissimus exquisitor, corp̄ domini, quod de beata Maria virgine sumpsit, scabellum diuinitatis eius asseruit debere
1. Cor. 1. d sentiri propter naturā humanitatis, quam est dignatus assumere, illi enim virtuti eē subPhilip. 2. d iectū atq̄ vnitum, omnibus creaturis constat excelsius. sicut dicit Apostolus: Quod infrā est dei, fortius est hominibus. Et alibi de eodem Christo Iesu Apostolus dicit: Propter quod deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Pedes autem stabilitatem diuinitatis significant, quæ semper in naturæ suæ omnipotenti
Johan. 1. b gloria, tanquam pedum indefecta stabilitas, perseuerat. Huius ergo verbi assumptū corLeuit. 21. d pus, quamuis gloriosum, quamuis magnum, quamuis adorabile, tamen propter humilitatē humanitatis, scabellū pedū cōpetēter accipimus. Et nota, q̄ nō dixit, Qm̄ sanctus est, sed qm̄ sanctum est, scilicet vt corpus à deitate mentis contēplatione discerens, sed ad vnam personā referes, id est, ad verbum, quod caro factū est, & habitauit in nobis.

Quid scabies mystice significet, diuus insinuat Gregō. parte secūda Pastoralis, cap. 11. Iugem (ait) vero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim seruor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria definatur, quia si cordis tentatio vsq̄ ad operationem profilit, nimirum seruor intimus vsq̄ ad cutis scaIcor. 10. c biem prorumpit, & foris iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione voluptas nō reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, quum dicebat: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Ac si aperte diceret: Humanum quidem est tentationem in corde perpeti, Dæmoniacum vero est intētationis certamine in operatione superari.

Scala quid mysticē significet, Rupertus indicat, exponens illud Geneseos, Viditq̄ in
Gene. 28. c somnis scalam stantem super terram, &c. Hunc (inquit) imitantur, quicūq̄ benedictiōe dei patris, & filij eius Iesu Christi, cum gratia spūs sancti missi ad spirituale semen seminandum, depositis seculi oneribus, nudi, & expediti ad destinatum tendunt, vigilantq̄,
1. Cor. 2. a & in omnibus lāborant, & sobrij sunt, nihil se scire iudicantes, nisi Christum Iesum, &
Hebr. 13. c hunc crucifixum, & cum Apostolo dicētes: Non habemus hic ciuitatem permanentem sed futuram inquirimus. Hlis porta cœli aperitur, & ascendentibus scala hæc erigitur, quæ huic apparuit per quam ei ascendentes, & descendentes angeli monstrantur: Non aliud sine dubio descensus ille, & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. Scala vero ipsa erecta, nostra est vita, in hoc seculo, quæ humiliato

miliato corde à domino erigitur ad cœlum. Latera enim eius scalæ dicimus nostrum esse corpus & animam. In q̄ latera diuersos gradus humilitatis, vel disciplinæ euocatio diuina inseruit ascendendos. Veruntamen vt ad rem præsentem, propriamq̄ viatoris attineat personam, dicendum est iuxta allegoriam, quid significet scala hæc sublimitate sua tangens cœlos, portāq̄ apertam habens innixo sibi domino. Hæc plané magna est dignatio supernæ propitiationis, quæ super hunc peregrinum talem vel profugum, viscera sua non continuit, quin properaret ostendere, quam tutum illi & semini eius p̄pararet refugium in altitudine cœli. Quid enim illi est scala hæc tantæ altitudinis, nisi illa seminis series, quam omnes nouimus secundum illū euā
gelicum librum generationis Iesu Christi filij dei? Eius nanq̄ gradus scalæ supremus est, cui & Mat. 1. a.
dominus fuit innixus, non alius quā Ioseph in illa generatione nouissimus, vir Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Nonne scalæ innixus fuit dominus, quum huius paterna ope, & pia vectatione indigens vteretur deus, homo factus de loco ad locum fugiens, Herode persequente, pupillis in hoc mundo, id est, absq̄ carnali patre genitus? Vidit igitur scalam summis suis innixum habentem dominum tangentem cœlos, aperientemq̄ cœli portam, & tali figura p̄uidit innixum dominum generationem suam, id est, de se incarnatum habituram per quam cœlos attingeret, & portam cœli hactenus clausam hominibus introiret. Et hoc somnium rei congruit ac tempori secundum personam, vel negocium eius qui vidit. Tūc em̄ ibat Gen. 28. a
cum benedictione dei, & præcepto patris sui, vt vxorem acciperet de filiabus Laban auunculi sui, cum fide & spe eius quæ ad autum ipsius facta est, repromissionis. Vidit & angelos ascendētes & descendentes per eam. Angeli dei, id est, nuncij, sancti p̄dicatores: sunt veritatis, nuncij, vel testes vtriusq̄, diuinæ pariter & humanæ generationis Iesu Christi. Hi nunq̄ sursum, aut deorsum fixi consistunt, nunquam enim purum deum, aut purum hominem prædicant esse semen Abrahæ Iesum Christum, sed sursum, ac deorsum inoffenso pede currentes, dicunt ascēdentes, quia, In principio erat verbum, dicunt descendentes, quia, Verbum caro. Descendendo deum hominem factum, ascendendo fatentur deo hominem vnitum. Idcirco recte duo ge- Iohan. 1. a
nerationis huius p̄dicatores Matthæus & Lucas ascensum hunc & descensum sibi diuiserunt, Ioha. 1. b
vt ille ab Abraham descenderet vsq̄ ad virginis vterum, hic ab ipso qui putatur filius Ioseph, ascenderetq̄ vsq̄ ad deum: Terram, inquit, in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. Hoc de semine carnis dictum est. Porro q̄ sequitur, Dilataberis ad occidentem, & orientem, & septentrionem & meridiē, de semine fidei dixit. Sic enim conclusit: Et benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Illud ante, hoc post Christi seminis eius aduentum factum est. Nam in duodecim tribubus suis terram in qua dormiebat, tunc illi dedit. In Christo totū mūdum per quatuor partes eius benedixit. Et lib. de gloria trinit. & processione spiritus sancti quinto. Quū q̄ venisset ad quendam locum &c. Deniq̄ magnum hic est filij dei sacramentum, si rite scalā agnoscis, si quid sit dominum scalæ innixum, rite perpendis. Siquidem saluo morali intellectu quo dicere possimus scalam esse vitæ nostræ profectum, & scalæ huius latera nostrum corpus & animam gradus autem eiusdem scalæ diuersarum esse ascensiones virtututum saluo, inquā, hoc morali intellectu generatio domini nostri Iesu Christi per scalam illam debet intelligi, cuius quasi duo latera sunt duo patriarchæ magni scribente Euangelista: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Ad istos nanq̄ patres deus eundem Christum nasci de semine eorum cum iuramento repromisit. Quomodo supremo gradui scalæ dominus innixus fuit? Ita nimirum vt pupillus, id est absque patre secundum carnem natus in hoc seculo, opus haberet adoptiuo patre, & nutritio Ioseph. Igitur angelus qui eruit me (ait Iacob) de cūctis malis, ipse est deus dei filius, ac proinde quia taliter orauit, tertio deum nominans, palam constat, quia sanctam trinitatem inuocauit. Et diuus Aug. lib. xij. contra Faustum, hoc modo scribit: Amen amen dico vobis (inquit) videbitis cœlum apertum & angelos dei ascendentes, & descendentes super filium hominis. Hoc enim Israel viderat, quum illum lapidem ad caput habebat, à terra in cœlum scalas per quas ascendebant & descendebant angeli dei. In quibus significati sunt euangelistæ p̄dicatores Christi, ascendentes vtiq̄ quū ad intelligendā eius supereminētissimā vnitatē excedunt vniuersam creaturam, vt eū inueniant in principio deū apud deū, per quem facta sunt omnia: descendentes autem vt eum inueniant factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. In illo enim scalæ à terra vsq̄ ad cœlum, à carne vsque ad spiritum, quia in illo carnales proficiendo, velut ascendendo spirituales fiunt, ad quos lacte nutriendos, etiā ipsi spirituales descendunt quodāmodo, quū eis nō possunt loq̄ quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Sic & ascendit & descendit super filium hominis, filius em̄ hois sursum in capite nostro, quod est ipse saluator, & filius hominis deorsum in corpore suo, quod est

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia. Ipsum & scalas intelligimus, quia ipse dixit: Ego sum via. Ad ipsum ergo ascenditur, vt in excelsis intelligatur, & ad ipsum descenditur, vt in membris suis paruuli nutriantur. Et per illum ascenditur, & descenditur exemplum quippe eius sequentes prædicatores eius, non solũ se erigunt, vt eum sublimiter expectent (alias spectent) sed etiam humiliant, vt eum temperanter annuncient. Videte Apostolum ascendentem: Siue, inquit, mente excessimus deo. Videte & descendentem: Siue, inquit, temperantes sumus, vobis. Dicat & per quem ascenderit, & descenderit: Charitas enim, inquit, Christi compellit nos, iudicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, iã non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Quid scirpus, scorpio, securis, sedesq; mystice significent. Cap. VII.

SCirpus quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius, lib. Moral. viij. cap. xxvij. expo nens illud Iob, Nunquid viuere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aquã? Scirpi, inquit, vel carecti nomine, hypocryte vitam signat, quæ speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, quæ sterilitate operis arida permanens, solo sanctitatis colore virides cit. Sed neq; sine humore scirpus, neq; sine aqua carectũ proficit, quia hypocritarum vita ad bona opera infusionem quidem superni muneris percipit, sed in cunctis quæ agit, exteriores laudes appetens, à fructu perfectæ infusionis inanescit. Sed quia hanc in vsum propriæ laudis arripiunt, in aqua quidem virides, sed tamen inanes crescunt. Bene autem subditur: Quum adhuc sit in flore, ne carpatur manu, ante oñes herbas arescit. Scirpus in flore, est hypocrita in laude. Acutis vero angulis surgens carectum, manu non carpitur, quia exasperatis per arrogantiam sensibus, de prauitate sua hypocrita corripi dedignatur. In flore suo manum carpentis incidit, quia in laude hypocrita positus, ne hunc quisquam corripere audeat, asperitate sua protinus vitam corripientis secat.

Scorpio quid mystice significet, require in dictione Locusta.

Securis quid mystice significet, diuus insinuat Hieronymus, exponens illud euangelicum, Iam enim securis ad radicem arboris posita est, id est, prædicatio sermonis euangelici, qui exvtraque parte acutus est gladius, securis appellatur, iuxta Hieremiam prophetam, qui verbũ domini securi comparat cædenti petram. Et Theophylactus: Securim vocat iudicium domini, arbores autem, singulos. Igitur qui nõ crediderit, iam stirpitus excinditur, & in gehennam mittitur. Et diuus Gregorius in euangelia, homilia vigesima: Iam enim securis ad radicem arboris posita est. &c. Arbor huius mundi est, vniuersum genus humanum. Securis vero est redemptor noster, qui velut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate. Quæ videlicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia etsi per patientiam expectat, videtur tamen quid factura est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, quia vnusquisq; peruersus paratam citius gehennæ cõcremationem inuenit, qui hic fructum boni operis facere contemnit. Et notandum, q̃ securim non iuxta ramos ponitam, sed ad radicem dicit: Quum enim malorum filij tolluntur, quid aliud q̃ rami infructuosi arboris abscinduntur? Quum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor à radice abscisa est, ne iam remanete, vnde prauæ iterum soboles succrescant. In quibus Iohannis Baptistæ verbis constat, q̃ audientium corda turbata sunt, quum protinus subinfertur, Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

Quid sedes mystice significet, Origenes insinuat homilia prima super Genesim: Carnales, inquit, isti homines, qui intellectum diuinitatis ignorant, ficubi in scripturis de deo legunt: gaudium cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, suspicantur deum tam ingentis esse corporis, vt putent eum sedentem in cœlo, pedesvsque ad terram protendere. Hoc aũt sentiunt, quia non habent illas aures quæ digne possint audire verba dei de deo, quæ per scripturam referuntur. Quod enim dicit, Cœlum mihi sedes est, ita digne de deo intelligitur, vt sciamus, quia in his, quorũ in cœlis conuersatio est, deus requiescit & residet. In his autẽ qui adhuc terrenum propositum gerunt, vltima pars eius prouidentiæ inuenitur, quod in pedum appellatione figuraliter indicatur. Ex quibus si qui forte studium ac desiderium sumpserint fieri cœlestes, perfectione vitæ & intellectus altitudine, efficiuntur etiam ipsi sedes dei, facti prius peritia & conuersatione cœlestes, qui etiam dicunt: Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in cœlestibus. Sed & illi quorum thesaurus in cœlo est, cœlestes dici possunt & sedes dei, q̃niam ibi est cor eorum vbi est thesaurus eorum. Et exponens illud euangelicum: quum venerit filij

rit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit in sede maiestatis suæ &c. Sedes (inquit) eius, aut certe quidam perfectiores dicuntur sanctorum, de quibus scriptum est: Quoniam illic sederunt sedes in iudicio, aut quædam virtutes angelicæ, de quibus dicitur: Siue sedes, siue dominationes. Ergo rex seculorũ deus verbum, qui & in forma factus est hominis, sedebit super huiusmodi sedem gloriæ, & congregabuntur ad eũ omnes gentes &c. De sede autem dei, require in dictione Dextera. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid, hoc modo scribit: Illos quos superius dixit Illuc ascenderunt, ne eos crederes minus fortassis honorandos, dicit: Quia illic sederunt. Illic vtiq;, vbi & ascenderunt, & cum domino iudicabunt. Tantus enim honor sanctis promittit, vt etiã cũ illo cœlesti iudice iudicare mereantur, sicut in euãgelio ipse testatur: Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Honorabilis sessio, dignitas admiranda, per dei gratiam homines iudices fieri, qui fuerant peccatis facientibus rei. Sed quum dominus dicat vtrunq; quod legitur: Ite in ignem æternum: Et: Venite benedicti patris mei, percipite regnum &cæt. quomodo cum domino sancti iudicabunt? Cum ipso reuera iudicabunt, quando iam mente purgati, & in contemplatione perfectissima constituti, hoc sine dubio iudicabunt esse faciendum, quod à domino cognouerint constitutũ. Voluntas enim compar audientium vnum facit esse iudicium, quamuis reliqui tacuisse noscantur. Sederunt autẽ quod dictum est præteritum tempus ponitur pro futuro, quia omnia verba Dei sic firma sunt, vt quamuis credantur esse ventura, stabilitate sui æstimes esse iam facta. Sed perscrutemur quid sit hoc, quod sedes sedisse dicat? Merito, quoniam sancti viri, sedes sunt dei. In ipsis enim sedendo gratia eos suæ maiestatis illuminat, sicut legitur: Sedes sapientiæ anima iusti. Et alibi: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea? Sequitur, In iudicio. Quo scilicet nisi illo futuro de quo legimus: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio? Sed quamuis non posuerit quale iudicium velit intelligi, absoluta tamen ratione cognoscimus illud esse, & vbi & sancti sedebunt, & simul cum domino iudicabunt. Quod in scripturis diuinis frequenter inuenis dictum, vt exprimatur res ipsa, quæ dicitur, sed tamen det hominibus intelligendum quod rationabiliter sentiatur, sicut iam in alio Psalmo dictum est: Quis est homo qui vult vitam? Et in Euangelio dominus: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Non enim dixit: Aeternam, quod est omnimodis sentiendum. Hæc figura dicitur Ecclipsis, & quia illi deest necessarius sermo, defectus vocatur. Sed tamen quæ sint istæ laudes, laudando consequenter exponit, dicens: Sedes super domum Dauid. Super domũ dicit, super familiam Christi, quia clariores ibi erunt aliqui sanctorum à reliquis fidelibus, sicut dicit Apostolus: Stella à stella differt in claritate, sic erit & resurrectio mortuorũ. Nam si alicui seruorum, hic inter consamulos suos de domini sui animo aliquid amplius scire gloriosum est, quanto magis in illa domo CHRISTI potest esse mirabile aliquam contemplationem domini plus habere, vt tanto magis ab alio distet, quanto eum diuinitatem eius cõtingerit amplius intuerit Dauid vero significat Christũ, nomen ex parente carnis assumptũ. Et intuere quẽadmodum ciuitatis illius facta descriptio est, vt diceret quid ibi agendum sit, quemadmodum constituitur, qui illuc ascendat, quid ibi acturi sunt. Quod schema dicitur Charactirismos, quæ latine informatio, vel descriptio nuncupatur. Et diuus Augustinus, Quoniam illic sederunt sedes in iudicio &c. Mirum ænigma, mira quæstio, si non intelligatur. Thronos Græci sellas dicunt, tanquam honorabiles. Non est mirum, si sedeant homines in sedibus, in sellis: vt autem ipsæ sedes sedeant, quomodo possumus intelligere? Deus dixit: Cœlum mihi thronus est, siue sedes est. Isti sunt iusti, in quibus sedet Deus, & de ipsis iudicat. Dictum est alio loco: Anima iusti, thronus sapientiæ. Magna res dicta est: Thronus sapientiæ anima iusti, id est, in anima iusti sedet sapientia, tanquam in sella sua, tanquam in throno suo, & inde iudicat quicquid iudicat. Apostoli ergo erant throni sapientiæ, & ideo dixit illis dominus: Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Sic & ipsi sedebunt super duodecim sedes, & ipsi sunt sedes Dei de quibus dictum est: Ibi sederũt sedes in iudicio, id est, animæ iusti, qui sunt sedes sapientiæ. Sedes super domum Dauid, id est, super familiam Christi, cui dederunt cibaria in tempore.

Mat. 19. d

Esai. 66. a.

1. Cor. 15. c

Quid semen, semita mystice significent. Cap. VIII.

SEmen quid mystice significet, dñs insinuauit in parabola seminãtis, vbi ait, Exijt qui seminat seminare &c. Semẽ (inquit) est verbũ dei. Diuũ aũt Gregorium require & supra in dictione, Noualia. Et diuus Hieronymus, exponens illud Esaiæ Beati qui seminatis super oñes

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquas,immittentes pedem bouis,& asini:Beati (inquit)estis apostoli,cæteriq; doctores,qui seminatis super omnes aquas,id est,super oēs aquas scripturæ sanctæ,in quibus calcat bos,mundum animal propter electionem patrum,& asinus immundus,propter idololatriam quondā gentilium,vt & de circuncisione,& de præputio Ecclesia domini congregetur.

Iob.31.c. Semita quid mystice significet,diuus insinuat Gregorius,exponēs illud Iob. Nunquid semitam sæculorum custodire cupis,quam calcauerunt viri iniqui?Sicut(inquit)semita redemptoris nostri humilitas,ita semita sæculorum superbia est.Seculorum itaq; semitam viri iniqui calcant,quia per huius vitæ desideria in elatione perambulant. Et exponens illud Iob,Nescierunt vias eius,nec reuersi sunt per semitas illius:Angustior(inquit)est semita quam via. Qui autē bona manifestiora agere contemnunt,nequaquam ad subtiliora intelligenda perueniunt.Expectauit autem omnipotens Deus,vt per eius semitas pergerent,sed vtinam per eas,vel reuerti voluissent,vt vitæ itinera,quæ noluerunt per innocentiam,saltem per pœnitentiam tenerent.Et lib.Moral.xxvij.cap.xxiij.exponens illud Iob,Nunquid nosti semitas nubium magnas?Habent(inquit)istæ nubes semitas subtilissimas,scilicet sanctę prædicationis vias. Angusta quippe porta est,quæ ducit ad vitam.Eos ergo per semitas astringunt,qui ab intentionis eorum tramite per lata mundi desideria euagando non exeunt.Arcta enim bene viuendi cura,non est ampla via,sed semita,in qua predicator quisq; studiose constringitur,qui sub preceptorum custodia solicite coangustatur. Annon quasi quædam angustia est itineris,in hoc quidem mundo viuere,sed de huius mundi concupiscentia nihil habere,aliena non appetere,propria non tenere,laudes mundi despicere,& pro Deo opprobria amare,gloriam fugere,despectum sequi,adulantes despicere,despicientes honorare,& mala nocentum ex corde dimittere, & erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Quæ videlicet omnia semitæ sunt,sed magnæ, quia quanto in præsenti vita pro ipsa viuendi custodia angustę sunt,tāto amplius in æterna retributione dilatanť. Et Cassiodorus,exponēs illud Psalmistæ,Deduxit me super semitas iustitię,propter nomen suum:Quartum beneficium memorat,quod est solicitius indagandum.Nam quum iustitiæ semitas ambulare superbiæ sit,cur sanctus vir illuc se gaudet esse perductum,quod dominicis regulis videbatur esse cōtrarium:Sed hic,super,taliter accipiendū est,quēadmodū si dicatur,positus est sup populū corrigēdū,ąs debeat iustitię semitas, edocere sicut & alius propheta dicit: Sup excelsa statuit me,vt vincā in claritate ipsius.Quod autem ait,Propter nomen suum,famulus Christi gaudebat se ad illam scientiā pueniſſe,vt posset dñi iussa vulgare.Semitæ enim iustitiæ,sunt duo præcepta salutaria,in quibus lex, & prophetalis sermo concluditur:Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& proximum tuum,sicut teipsum.Merito ergo super semitas iustitię deductum se esse gaudebat,qui animi contemplatione profecerat.Addidit,propter nomen suū,vt nemo diceret meritis suis collatū,quod diuina gratia probat esse concessum.Et exponēs illud Psalmistæ, Vias tuas dñe notas fac mihi(alias demonstra)& semitas tuas edoce me.Inter vias, & semitas, non parua distantia est.Vias enim dicimus, quas commeantium generaliter licentia peruagatur,quæ dictæ sunt à vehendo. Semitæ vero sunt, quæ angusto calle diriguntur, nec vulgo notæ sunt,sed occultis itineribus ambulantur.Dicta est enim semita quasi semiuia.Quapropt vias dicamus ad vitæ ordinem pertinere,in quo ambulat & doctorum conuersatio & simplicū multitudo.Semitas autem legis intelligentiam debemus accipere,quæ & paucis notæ,& difficultate sui probantur angustæ.Sequitur enim,Edoce me.Qui sermo non ad callem: sed ad legem magis noscitur pertinere.

Psal.17.c

Quid senarius numerus mystice significet. Cap.IX.

Gregor. QVid senarius numerus mystice significet diuus insinuat Greg.lib.Mor.xxxv.cap.xix.& xx.exponēs illud Iob,Et facta sunt ei quatuordecim milia ouiū,& sex milia camelorū &c. Apud sęcularem(inquit)scientiam millenarius numerus,idcirco perfectus habetur,qa denarij numeri quadratum solidum reddit.Decem quippe decies ducta sunt centum,q̄ iam figura q̄drata,sed plana non est.Vt autem in latitudinem surgat & solida fiat,rursus centū decies multiplicātur,& mille sunt.Senarius autem numerus idcirco perfectus est,qa primus in numeris cōpletur partibus suis.i.sexta sui parte,& tertia & dimidia quæ sunt vnum, & duo, & tria. quæ in summam ducta sex fiūt. Nec alius ante senarium numerum reperitur,q in suis partibus,cū diuiditur,tota eius summa compleatur.Sed quia cuncta hæc pſacræ scripturæ celsitudinē ,pficiēdo transcendimus,ibi senariū,ibi septenariū, ibi denarium, ibi millenarium,vnde sit perfectus inuenimus.Senarius quippe numerus in scriptura sacra perfectus est,qa in mundi origine dominus ea quæ primo die cœpit,sexto die opera impleuit.Septenarius in ea perfectus est,qa omne

omne opus bonum septem per spiritum virtutibus agitur,vt & fideles simul & opera cōsummētur.Denarius numerus in ea perfectus est,quia sex in decem præceptis cōcluditur,omnisq; culpa non amplius,quam per decem verba cohibetur,atque enarrante veritate,operatores vineæ denario remunerantur.In denario quippe,tria iunguntur ad septem. Homo autem qui ex anima constat,& corpore, in septem qualitatibus continetur. Nam tribus spiritualiter,& quatuor corporaliter viget.In dilectione etenim Dei tribus qualitatibus spiritaliter excitatur,quum ei per legem dicitur:Diliges dominum tuum ex tota mente tua,& ex tota anima tua,& ex tota virtute tua.Corporaliter vero quatuor qualitatibus continetur,quia videlicet ex materia calida,& frigida,humida,& sicca componitur.Homo ergo qui ex septem qualitatibus constat,denario remunerari dicitur,quia in illa perceptione supernæ patriæ,septem nostra ad tria iungantur æterna,vt homo contemplationem trinitatis accipiat,& de remuneratione operis,quasi quodam denario cōsummatus,viuat.Vel certe,quod septem virtutes sunt, quibus in hac vita laboratur,dumq; eis in remuneratione contemplatio trinitatis redditur,vita laborantium denario remuneratur.Sed perfectus quisq; etiam in hac vita denarium accipit, dum eisdem septem virtutibus,spem, fidem, charitatemque coniungit. Millenarius quoque numerus in sacro eloquio perfectus accipitur, quia appellatione eius vniuersitas designatur. Vnde scriptum est:Verbi quod mandauit in mille generationes.Quum enim nequaquā credendum sit quod ad centum generationes mundus extenditur,quid aliud mille generationibus,nisi vniuersitas generationum figuratur? Beatus igitur Iob quatuordecim milia ouium recepit.Quia enim in sancta ecclesia virtutum perfectio ad vtrunque sexum ducitur,septenarius in ea numerus duplicatur.Et sex milia camelorum,quia plenitudinem in illa operis accipiunt,qui ab illa dudum vitiorum suorum fœditate perierunt. Et homilia tertia in Ezechielē, exponens illud Exodi,Si emeris seruum Hebreum,sex annis seruiet tibi,in septimo egredietur liber gratis.Cum quali veste intrauerit,cum tali exeat.Si habens vxorem,& vxor egrediatur simul.Si autē dederit illi dominus vxorem,& pepererit filios,& filias,mulier,& liberi eius erunt domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit seruus, Diligo dominum meum,& vxorem & liberos, non egrediar liber, offerat eum dominus dns, & applicabitur ad ostium,& postes,perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculū.Paulo latius testimonium dedimus,vt distinctionem seruitutis,atque libertatis in vtraque vita monstremus. Sed onerosum esse non debet,si hoc exponendo exequimur, vnde ista quæ diximus,affirmemus.Hebræus enim,transiens interpretatur. Et seruus Hebræus emitur,quando vnusquisq; qui iam ab hoc seculo mente transit,seruitio omnipotentis domini subditur. Ille etenim vere deo seruire appetit, qui ab hoc seculo mente transire didicerit. Sic Moyses transiuit,vt videret visum. Sic Dauid quum videret impium exaltatum,& eleuatum super cedros Libani, transiuit,& ecce non erat. Quia iniquorum potentias esse magnum aliquid fortasse credimus,nisi ad permanens seculum mente transeamus. Seruus vero Hebræus,emptus sex annis seruire ꝓcapitur,ita vt in septimo liber exeat gratis.Quid eīn per senariū numerū,nisi actiuæ vitę perfectio designatur? Quid per septenarium,nisi contemplatiua exprimitur? Sex ergo annis seruit,& septimo egreditur liber, qui per actiuam vitam,quam perfecte exhibuerit ad contemplatiuæ vitæ libertatem transit. Et notandum,quod gratis liber egreditur, quia hi postquam omnia fecerint,dicūt se inutiles seruos.Eis procul dubio sicut ipsa actiua fuit ex munere,ita erit ex gratia etiam contemplatiua.Quū quali veste &cę.quia omnino necesse est vt vnusquisq; nostrum in hoc q̄d incipit perseueret,atq; vsq; ad finem operis in ea quam inchoauit intentione pduret. Ille qppe ad cōtemplatiuā transit,qui in actiua vita intēctionis suę vestē ad deteriora nō mutauerit.Et sunt nonnulli, qui priusquam omnipotentis dei seruitio in sancta conuersatiōe socientur,iam bona operari diligunt. Sunt vero alij qui bona opera, postquam ad seruitium omnipotentis dei venerint,discunt.Qui ergo operationē bonā & priusquam ad dei seruitutē veniret habere studuit,Hebræus seruus cum vxore emptus est.Et plerunq; is, qui talis est,potest ad cōtēplatiuam vitam transire,& tamen actiuam non deserere. Vnde & illic subditur:Si habens vxorem,& vxor egrediatur simul. Cū eo enim ad libertatem & vxor egreditur,quando is qui ad contemplationem peruenit,etiam foris actionem boni operis, qua prodesse possit alijs,non relinquit.Sin autem dominus dederit illi vxorem,& pepererit filios,& filias,mulier,& liberi eius erunt domini sui,ipse vero exibit cum vestitu suo.Seruo empto dominus dat vxorem,quum prædicatur quisque eum, quem iuri omnipotentis DEI mancipauerit,bonæ actioni coninngit. Nam & prædicatores domini vocantur, sicut Helisæo prophete de prædicatore suo dicitur: Scis, quod dominus tuus tollatur à te? Vxor vero serui emptiī filios,

Exod.21.a

Exodi 3.a Psal.36.g.

4.Reg.2.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

& filias parit quãdo bona actio fortes, vel teneros fructus generat. Sed mulier, quæ à domino data est, eidem domino cum filijs remanet, ipse vero seruus exit cum vestitu suo, quia bona actio, vel eiusdem bonæ actionis fructus, prædicatoris mercede reputantur. Ipse vero in desiderij sui intentione perdurans, per supernam gratiam ad contemplationem liber egreditur. Quod si dixerit seruus, Diligo dominũ meum &c. Seruus dominum suum diligit, quando prædicatoris verba solicita mente custodit. Vxorem quoq; amans, & liberos, liber egredi recusat, qñ actiuam vitam, eiusq; fructus diligens trãsire ad contemplatiuam non vult, quia bona se opera habere in ministerij sui seruitute cõsyderans, ad libertatis quietem recusat secedere. Sed offerat eum dominus dijs, & applicetur ad ostium, & postes, & perforet aurem eius subula, vt sit ei seruus in seculum. Isenim qui in actiua vita disposuit perdurare, à domino dijs offertur, quãdo à prædicatore suo antiquorum patrum dictis imbuitur, qui nobis in via omniporentis domini sacerdotes fuerunt. Attq; ad ostium, & postes tabernaculi ducitur, vt de ingressa cœlestis habitaculi altius aliquid audiat, & tremendi iudicij diem subtiliter agnoscat ne per bona opera quæ facit, placere hominibus appetat. Sicque auris eius subula perforatur, dum mens illius timoris Deisubtilitate percutitur, vt verbi acumine transfixa, per omne quod agit, noverit, ingressum regni semper attendere, & quasi ab ostio, & poste tabernaculi perforatam aurem portare, qui erit seruus in sæculo, vt esse post sæculum liber possit. In sæculo etenim seruus est, qui per actiuam vitam hominibus seruire disposuit, vt post præsens sæculum ad libertatem veram valeat peruenire, de qua per Paulum: Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Tunc enim in nobis vera libertas erit, quũ ad gloriam filiorum Dei adoptio nostra peruenit. Nũc vero nõ solum actiua vita in seruitute est, sed ipsa quoq; contemplatio, qua super nos rapimur, libertatem mẽtis ad huc perfecte obtinet, sed imitatur, quia illa quies intima in ænigmate videtur. Ipsa tamen in quantalibet fit contemplationis angustia, actiua, vita iam valde est latior, atq; sublimior, q̃ ad quandã mentis libertatem transit, temporalia non cogitans, sed æterna.

Rom 8.b.

Septenarius, numerus, & septuagenarius numerus qd significẽt, regre in dictione, Senarius.

Cap. X.

Serpens quid mystice significet.

Ioh 3.b

QVid serpẽs mystice significet, insinuatur Ioannis tertio: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto &c. Quæ verba enarrans Theophylactus, hoc pacto scribit: Postquã dixit de regeneratione per baptismum, nunc dicit de beneficio, quod per crucem nobis factũ est. Crux enim, & mors autor nobis fit gratiæ, quę per baptismum data est. Siquidem dum baptizamur, mortem domini repræsentamus. Non dicit autem manifeste, crucifigendus sum, sed meminit serpentis, & veteris historiæ. Interim discimus vetera cognata nouis, & vnum esse legis latorẽ veteris, & noui testamenti, tametsi Marcion, & Manichæus, & reliqua id genus hæreticorum cohors, reprobent, dicẽtes veterem à malo opifice esse cõditam. Docet item, qd quũ Iudæi videntes æreĩ serpentis imaginem mortem effugerint, multo magis nos ad crucifixum respicientes, & credentes, animæ mortem effugituros. Vide autem (oro) figuram, & confer eã veritate. Illic serpentis similitudo, formam quidem habet bestiæ, venenum autem non habet. Ita & hoc loco homo dominus, sed à peccati veneno liber, in similitudine carnis peccati venit, hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxiæ, quæ minime caro peccati esset, Et tunc quidem videntes, euadebant mortem corporis, nunc autem qui vident mortem animæ, Tũc quidem suspensus, serpentium ictus sanabat, nunc autem spiritualis draconis plagas curat Christus. Exaltatum autem audiens, intellige quidem & suspensum esse, In summo enim suspensus est, vt & aerem sanctificaret, qui terram sanctificarat, in illa ambulãdo. Intellige autem quid sit gloriari. Nam reuera gloria Christi, crux fuit. Per hoc enim quo visus est condemnari, condemnauit huius mundi principem, vt clarius dicam: Adam iuste mortuus est, peccarat enim, dominus iniuste mortuus est, Non enim peccarat. Igitur vsque ad crucifixionem domini iuste præualuit hominibus mors. Quia autem absque peccato inuẽtus est Christus, quid igitur in illo iuris habebat diabolus, vt occideret ipsum, atq; ita, quia iniuste mortuus est vincit eum, à quo occisus, & sic liberauit Adamum à morte, quæ illi iuste inferebatur, vtpote ei, qui peccarat. Et aliter: Duo fuerunt, quæ dominium habebant in humanum genus, voluptas, & tristitia. A duobus autem illis inuictus repertus est dominus. Nam assumpserat quidem illum in montem, tentans per voluptatem, & quum experiretur hac via vinci non posse, maiorem postea machinam tristitiam scilicet, adhibuit, vt saltẽ per illam deuinceret, & propterea cõmouit omnes contra illũ discipulos, vt negarẽt, milites, vt illuderẽt, prætereuntes, vt blasphemarent,

marent, & in summa Iudæos, vt crucifigerent, & sic quoque inuictum comperit. Non enim potuit crucis dolor efficere, vt crucifigentes haberet odio, sed diligebat eos, & pro eis orabat, dicens: Ne statuas illis pater peccatum hoc. Vides quomodo vicerit per hoc ipsum, quo videbatur victus esse. Sic igitur exaltatio, & gloria eius, crux fuit. Et Chrysostomus: Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto (inquit) sic exaltari oportet filium hominis: Hoc quoq; videtur & superioribus alienum, maxime autem consentit. Nam quum incredibilem suam erga humanum genus per baptisma liberalitatem ostendisset, addit huius causam, neq; illa minorẽ, hoc est, per crucem. Quemadmodum igitur Paulus ad Corinthios hæc simul iungit beneficia, inquiens, Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Siquidẽ hæc duo maxime ineffabilem Christi in nos amorem præ se ferunt, & quod pro inimicis passus sit, & mortuus, & per baptismum integram peccatorum veniam largitus. Sed quanam gratia non manifeste se crucifigendum aperuit, sed ad veterem figuram auditores relegauit? Primum quidem vt veterum ad noua cognationem intelligeret, deinde vt intelligas non inuitũ ad passionem venisse, & præterea nullum sibi ex eo damnum, sed multorum salutem secuturã. Ne igitur quispiam diceret, quomodo possunt in crucifixum credentes salui fieri, quum se à morte non liberauerit, veterem in medium adducit historiam. Nam si ad æreĩ serpentis sinulacrum aspicientes Iudæi morte liberabantur, quanto maiori qui in crucifixum credunt, beneficio fruentur? Neq; enim quod crucifixus est, idcirco eum imbecillitatis arguas, neque Iudęos superiores dixeris, sed mundum Deus amauit. Ideoque animale eius templum crucifixum est, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Vides crucis causam, & ex ea salutem? Vides vt figura veritati consentiat? Illuc mortem fugerunt Iudæi, sed temporalem, huc sempiternam fideles. Illic ictus serpentum suspensus serpens sanauit, hic incorporei serpentis plagas Iesus cruci affixus curauit: illic corporeis oculis suscipientes corporis salutem, hic incorporeis omnium peccatorum remissionem consecutisunt. Illic æs suspensum erat in serpentis effigiem, hic dominicum corpus à spiritu formatum. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat: hic mors perdidit, & mors saluum fecit. Ad hæc qui interimebat serpens, veneno sæuiebat, qui liberabat, nullo. Itaq; perdidit mors peccatum, tanquam serpentis venenum habuit, domini mors id omne vt æreus serpens venenum abstulit: Peccatum enim (inquit) non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Hoc est quod significauit Paulus, Expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Quemadmodum enim, quum fortis athleta hostem alte erectum prosternit, clariorem facit victoriam: ita Christus toto orbe spectante, hostiles conatus euertit, & qui in solitudine formidabant, eos ab omnibus feris in cruce suspensus tutatus est. Sed non dixit, suspendi, sed exaltari, vt neq; auditoribus ignominiosum, neq; à figura abhorrens videretur. Et Cyrillus, Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto &c. Quum causam (inquit) attulerit quare ad sublimiora sermo sibi non exit, ad ea descendit, quæ obumbrate à Mose facta fuerunt. Non enim ignorabat potius eum figuris, quam spiritali doctrina ad veritatis vix posse cognitionem deuenire. Oportere autem omnino seipsum asserit modo Mosaici serpentis exaltari, ita historiæ inquisitionem, latentesq; in ea figuras rimari hortatur, ac illud quasi rursus inculcat: Scrutamini scripturas, qa ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Serpentes eñ in Iudæos olim in deserto insiliebãt. Quumq; more spicarũ tempore messis caderent, diuinam opem supplices requirebant. Misericors aũt dominus serpentem ex ære, Mosi exaltari iussit, vt ea in re discerent fide salutem sperare. Morsu enim serpentis laborantibus, vnicum erat remedium, exaltatum cum fide serpentem aspicere. Hæc quidem historia, in qua velut in tabula, totum figuratæ incarnationis mysteriũ obumbratur. Serpens eñ peccatum, quod humanum genus pascebatur, significat, quodq; varijs morsibus venenum hominibus iusundit, quod effugere nullo alio pacto natura humana poterat, nisi auxilio, atq; ope diuina. Verbum igitur dei factum in similitudine carnis peccati, in carne sua peccatũ dãnauit, vt scribitur: Respicientibusq; in eum fide syncera, æternæ salutis largitor ostenditur. Quod autem in sublime serpens exaltatus fuit, in eam cognitionẽ passi onem Christi peruenturã denotabat, vt sicut ipse quoq; prædixerat, nemo sit, qui in cruce passum fuisse ipsum ignoret. Et D. Augustinus tractatu xij. in Ioannem: Et sicut (inquit) Moyses exaltauit serpentẽ in eremo, ita exaltari &c. Magnũ sacramentũ, & qui legerunt, nouerunt. Deinde audiant vel q non legerunt, vel qui forte lectũ, vel auditũ obliti sunt. Prosternebat in eremo populus Israel morsibus serpentũ, fiebat magna strages multarũ mortium, plaga enim dei erat corripientis, & flagellantis, vt erudiret, Demonstratũ est ibi magnũ sacramentum rei futuræ,

Ioh 3.b.

Augustinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

futuræ,ipse dominus testatur in hac lectione,vt nemo possit aliud interpretari,quã quod ipsa veritas de se indicat.Dictum est enim ad Moysem à domino,vt faceret æneum serpentem,& exaltaret in ligno in eremo,& admoneret populum Israel,vt si quis morsus esset à serpente,illũ serpentem in ligno exaltatũ attenderet,& factum est,Mordebantur homines,intuebant,& sanabantur.Quid sunt serpentes mordentes?Peccata de mortalitate carnis.Quis est serpens exaltatus?Mors dñi in cruce. Quia enim à serpente mors,per serpentis effigiem figurata est mors.Morsus serpentũ lætalis,mors domini vitalis.Attendit serpens,vt nihil valeat serpens. Quid est hoc?Attenditur mors,vt nihil valeat mors.Sed cuius mors?Mors vitæ,si dici potest mors vitæ,imo qa dici potest,mirabiliter dicit.Sed nunqd nõ erit dicendũ,qd fuit faciendũ? Ego dubitem dicere,quod dñs pro me dignatus est facere?Nõne vita Chrũs?Et tamen in cruce Christus.Nõne vita Chrũs?Et tamen mortuus est Chrũs,sed in morte Christi mors mortua est,quia vita mortua occidit mortẽ,plenitudine vitæ deglutiuit mortẽ,absorpta est mors in Christi corpore. Sic & nos dicemus in resurrectione, quando iam triumphantes cantabimus:Vbi est mors contentio tua?Vbi est mors aculeus tuus?Interim modo fratres, vt à pctõ sanemur,Christum crucifixum intueamur,quia sicut Moyses(inquit)exaltauit serpentẽ in eremo,ita exaltari oportet &c.Quo qui intuebantur illum serpentẽ non peribant morsibus serpentum,sic qui intuentur fide mortem Christi,sanantur à morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur à morte ad vitam temporalem,hic autem ait:Vt habeant vitam æternam. Hoc enim interest inter figuratam imaginem,&rem ipsam:figura præstabat vitam temporalẽ,res ipsa, cuius illa figura erat,præstat vitam æternam.

1.Cor.10.b Ioha.3.b

Ibidem.

De eodem serpente. Cap.XI.

Rupertus

ET Rupertus:Sicut exaltauit(inquit)Moyses serpẽtem in deserto,sic exaltari & cætera. Serpentem in figuram sui factum fuisse consentit,imo serpentem fieri se præcepisse testatur in figuram sui.Quis enim hoc,& cætera fecit,vel fieri præcepit, nisi deus, nisi verbum dei?Hic autem homo,hic ipse Christus,qui hæc loquitur,verbum domini est,quod ad Moysen & ad omnes sanctos propheras factum est.Ipse idem ergo qui fieri mandauit factum esse testatur in similitudinem sui.Nota historia est.Locutus pcpulus contra Moysen,& dominum, quia tædebat eos itineris,ac laboris:Cur(inquit)eduxisti nos ex Aegypto, vt moreremur in solitudine?Quamobrem immisit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum morsus,& plagas plurimorum,quum clamarent ad Moysen,& ille oraret ad dominum:Fac(inquit dominus)serpentem æneum,& pone eum pro signo,qui percussus aspexerit eum,viuet,quod & factum est.Huius signi sui recordata humilitas,quæ vt nos ad cœlum leuaret,semetip̃s. m ad terram deposuit:Sicut exaltauit,inquit,Moyses serpẽtem &c. Signi ergo eiusdem similitudo, quæ illa nocte Nicodemo prædicta,vel commemorata est,nobis in clara die perspicienda nũc est.Et quidem plura sunt,quæ similitudinem exaltationis huius filij hominis perficiunt. Primum quod contra morsum serpentum signum datum est,deinde quod non qualecunque signum,sed serpentis simulacrum propositum est, tertio quod non lapideum, aut ligneum,sed æneum factum est,quarto quod aspicientibus solo visu remedium conferebat.Hæc enim omnia domini nostri principis,& saluatoris,ad dandam pœnitentiam, & remissionem peccatorum exaltati,quandam similitudinem perficiunt.Morsus enim serpentum peccata sunt,quibus plagatum est humanum genus,ex quo primum hominem per serpentem decepit diabolus,quo contra signum datum est,scilicet ipse,qui hic de seipso loquitur Christus,de quo dixit Simeon,quum teneret eum in vlnis suis:Ecce positus est hic in ruinam,& in resurrectionẽ multorum in Israel,& in signum cui contradicetur.Quomodo autem,vel à quibus huic signo cõtradictum est?Videlicet maxime à Iudæis illi contradictum est,dicentibus illum esse magum, maleficum,seductorem,& hoc inclamando tã diu perstiterunt,donec illum in crucẽ exaltatũ, iuxta quod propheta prædixerat,inter sceleratos deputarent.Ergo serpentis similitudo quæ dã extitit,quia nihil aliud de illo dici,vel æstimari volebãt,nisi magus est,seductor est.Et ipse qdem talis dici,& iudicari potuit,sed quemadmodũ serpẽs ille,forma quidẽ,imo effigie sola,serpens erat,serpentis aũt venenum non habebat:ita ipse in similitudine carnis peccati dãnatus hominum iudicio,& crucifixus est inter peccatores,aut maleficos,sed peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius.Hoc idem intelligendum esset,si ligneus,aut lapideus serpens factus fuisset.Veruntamen hoc ad mysterium amplius valet,quod æneus fieri iussus est,tum qa vttale simulacrum fuerit,non ferro cædente,sed igni conflãte actũ est,tũ quia natura æris valde sonora est,prꝛterea quia diurnum est,&rubigine corrũpi difficillime potest.Nã deus homo non mari-

Ioha.3.b

non maritali opere,sed veri ignis conflatiõe,id est, sancti spiritus operatione conceptus est,& cum hominibus loquens,non vt veri serpẽtes,id est,susurrones, aut detractores occulte aliquid insibilabat,sed tanquam sonoræs clare concrepans,publice prædicabat,sicut ipse de seipso perhibuit:Ego palam locutus sum mundo,& in occulto locutus sum nihil,& caro eius tanquam ænea nulla cuiuslibet vitij rubigine solubilis extitit. Ad summũ, totius perfectio similitudinis in hoc est, quod sicut de illo æneo serpente dictum est, qui percussus aspexerit eum,viuet:ita & hic de filio hominis,vt omnis(inquit)qui credit in ipso non pereat,sed habeat vitã æternã.Hæc similitudo in tantũ valet apud fidelem populum desiderantẽ viuere abolitis spiritualium morsibus serpentũ,vt sicut serpens ille visibiliter pro signo exaltatus est,& corporalibus aspiciebatur oculis:ita corporaliter quoq; ecclesia exaltet signũ huius filij hominis,& mente sequens,atq; explorans absconditum in cœlo,corporeis quoq; oculis inhæreat visibili eius signo.

Iob.18.d

Simila,quid mystice significet,require in dictione, Sartago.
Sinapi,quid mystice significet, require in dictione, Granum.
Siniſtra,quid mystice significet, require in dictione,Dextera.

¶Sinus,solq; quid mystice significent. Cap.XII.

QVid sinus mystice significet,diuus ostendit Gregorius lib.Mor.22.cap.14.exponẽs illud Iob:Et cęlaui in sinu meo iniquitatem meam:Scriptura(inquit)sacra plerũq; sinum ponere pro mente consueuit,sicut voce ecclesiæ de persecutoribus nostris qui nobis natura quidem coniuncti sunt,sed vita disiuncti,per Psalmistam dicitur:Redde vicinis nris septuplũ in sinu eorũ.Ac si aperte diceret:In mẽte sua recipiant hoc,quod in nostris corporibus sæuientes operantur,vt dum nos exterius ex parte puniunt,ipsi interius perfecte puniantur.Quia igitur sinus secretum mentis accipitur,in sinu iniquitatẽ cęlare,est hanc in conscientiæ latibulis occultare,nec per confessionem detegere,sed per defensionem velare.Quo contra Iacobus dicit:Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem,vt saluemini. Salomon quoq; ait:Qui abscõdit scelera sua,non dirigetur,qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur.

Gregorius Iob.31.d

Psal.78.c

Iacobi.5.d Prou.28.b

Sol,quid mystice significet,dictum est in dictione, Luna. Solis appellatione dominus signatur. Vnde scribit diuus Gregorius,libro Moral.8.cap.33.Sæpe(inquit)in sacro eloquio dominus solis appellatione figuratur, sicut per Propheram dicitur:Vobis autem qui timetis nomen domini,orietur sol iustitiæ. Et sicut repulsi in iudicio impij dicere in Sapientiæ libro describuntur:Errauimus à via veritatis,& lumen iustitiæ non luxit nobis,& sol non est ortus nobis.Et libro.34.cap.6.exponens illud Iob: Sub ipso erunt radij solis:In scriptura(inquit)sacra,quum figurate sol ponitur,aliquãdo dominus, aliquando persecutio,aliquando de re qualibet manifestæ visionis ostensio,aliquando autem intelligentia sapientium designatur.Per solem quippe dominus figuratur,iuxta illud:Sol non est ortus nobis.Ac si aperte dicant:Interim nobis luminis radius non refulsit.Vnde Iohannes ait:Mulier amicta sole,& luna sub pedibus eius.In sole vero illustratio veritatis, in luna autem,quæ menstruis suppletionibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur.Sancta autem ecclesia,quia superni luminis splendore protegitur,quasi sole vestitur, quia vero cuncta temporalia despicit,lunam sub pedibus premit. Rursum sole persecutio designatur,sicut in Euangelio veritas dicit,quod nata sine radicibus semina,orto sole aruerunt,quia videlicet verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momentro virentia,superueniente persecutionis ardore siccantur.Rursum sole manifestæ visionis ostensio designatur, sicut Propheta dominum cunctorum oculis apparentem denunciat,dicens:In sole posuit tabernaculum suum. Ac si diceret:Humanitatis assumptæ sacramentum in lumine manifestæ visionis ostendit.Et sicut eidem Prophetæ diuina voce per Nathan dicitur: Tu fecisti in absconditο, ego vero faciam verbum istud in conspectu omnis Israel,& in conspectu solis. Quid enim per conspectum solis,nisi cognitionem insinuat manifestæ visionis?Rursum solis nomine, sapientium intellectus exprimitur,sicut in Apocalypsi scriptum est:Quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu afficere homines,& igni.Phialam videlicet in solem effundere, est persecutionis supplicij viris sapiæ splendore fulgentibus irrogare.Et datum est illi,vt afficeret homines æstu,& igni,quia dum sapientes viri cruciatibus victi,male agendi errore tãgunt,illoꝝ exemplo persuasi infirmi quæq; temporalibus desideriis inardescunt. Ruinæ nanq; fortium augmẽta præstant perditionibus infirmoꝝ.Quia sole acumen sapiæ designatur,per comparationẽ quoq; à Salomone dicit:Sapiens vt sol pmanet,stultus vt luna mutatur

Psalm 58.a 2.Reg.12.c

Apoc.16.b

Gregorius Malac.4.a Sap.5.a

Sap.5.a

Apoc.12.a

Matth.13.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatur. Hoc ergo loco quid per ſolis radios, niſi acumina ſapientium demonſtrant? Quia eñ multi, qui in ſancta eccleſia luce ſapiẽtiæ reſplendere videbant, tunc vel perſua-
Eccl.27.b Iob.41.d ſionibus capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, Leuiathan iſtius ſeditioni ſubijciun-
tur, recte dicit: Sub ipſo erunt radij ſolis. Ac ſi aperte diceret: Hi qui intra ſanctam eccle-
ſiam per acumina ſapientiæ, quaſi radios videbant lucis aſpergere, & per autoritatem re-
ctitudinis deſuper reſplendere poteſtati, Leuiathan iſtius iniqua ſe operatiõe ſubſternũt,
vt non iam recta prædicando deſuper luceant, ſed ei peruerſe obſequendo famulent. So-
lis ergo radij ſub ipſo ſunt, quum nonnulli etiam docti viri ſapiæ ſuæ acumina non libere
agendo ſubleuant, ſed ad veſtigia Leuiathan iſtius, & peruerſitate operis, & blandimen-
to adulationis inclinant, vt intelligentia, quæ illis ſicut ſol deſuper fuit, ex cœleſti munere
antiqui hoſtis pedibus ſubſternatur ex terrena cupiditate. Et in Apocalypſi ſcriptum eſt:
Apoc.12.a Et ſignum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius &c.
quę verba exponens Rupertus, hoc modo ſcribit: Vere magnum, & magnæ rei fuit hoc ſi
gnum. Significabat nanq; mulier illa ſanctam eccleſiam, quam & in multis prophetæ lo
cis ſcripturæ inuenimus appellari mulierem, viro ſuo, id eſt, deo coniunctam, & dilectã,
imo & nonnunquam pro parte præuaricatorum, vitijs, & peccatis idololatriæ ſeruientiũ
redargui velut adulteram, Hæc mulier extunc recte dicit amicta ſole, ex quo Chriſtum,
verum iuſtitiæ ſolem accepit in repromiſſione. Luna ſub pedibus eius, id eſt, temporali-
um bonorum claritas ſub adminiſtratione eius, Luna nanq; pro mutabilitate recte mun-
di huius bona mutabilia ſignificat, quibus ſtultus ſeruit, ſapiens imperat. Hoc ergo laudi
eſt ſanctis patribus, quod diuites quidem fuerunt, ſicut ſacræ hiſtoriæ tradunt, ſed ipſas
diuitias non paſſi ſunt ſuis affectibus dominari, ſed ipſi dominati ſunt diuitijs diſpenſan-
do vt poſcebat vſus priuatus, aut publicus, atq; ita laudabiliter eiuſmodi diuites excuſant,
quia non eſt cenſus in crimine, ſed affectus. At contra quiſquis credit quidem in Chri-
ſtum, ſed affectu inhæret, & ſeruit lucris rerum temporalium, ſeruus eſt, non dominus il-
larum, neq; dici recte poteſt de anima eius, quòd ſit mulier amicta ſole, & luna ſub pedi-
bus eius, ſed nimia peruerſe amiciri luna, ſolemq; nititur habere ſub pedibus (Sequitur: Et
in capite eius corona duodecim ſtellarum conſpicitur, quia in initio naſcentis eccleſiæ
duodecim patriarchæ, itemq; in initio renaſcentis eiuſdem duodecim Apoſtoli notiſſimi
ac ſplendidi dinumerantur. Nunc interim ordinem mirabilium cœleſtium ſecuturi coro
Gen.37.c nam duodecim ſtellarum, numerum intelligimus duodecim filiorum, ſiue tribuum Iſrael.
Nam & Ioſeph ſomnium narrans: Videbam (inquit) ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim
adorare me. Etem̃ pater ipſe propter Chriſtum, quem in promiſſione habebat, quaſi ſol
erat, mater autem quæcunq; illi adoptiua erat (quoniã naturalis mater obierat) luna erat,
pro eiuſdem Chriſti fide lucida, vndecim autem fratres, quibus ſomnium narrabat, vn-
decim ſtellæ futuræ erant, Ioſeph ipſe ſtella erat duodecima. Igitur in capite mulieris co-
rona ſtellarum duodecim, in initio eccleſiæ chorus filiorũ, vel tribuum Iſrael duodecim.
Et in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. Quid erat habere in
vtero, niſi promiſſionis fidem ſeruare in cordis ſecreto? Etenim quando primũ ad Abra-
ham locutus eſt deus, dicens: Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, (quod profe-
Gene.23.d ctò ſemen Chriſtus eſt) ille promittenti credidit, in eandem fidem ſperantibus eius po-
ſteris, extunc mulier in vtero habere cœpit. Erat autem deus qui promiſerat eiuſdem mu
lieris vir, paterq;, & autor illius conceptionis, id eſt, fidei, per quam Chriſtus, qui ventu-
rus erat, iam in patrum credentium cordibus habitabat. Proficiente autem per tempora
credentium multitudine, ſucceſſerunt Moſes & prophetæ, qui fidem, quam ſuſceperant,
loquendo pariter, & ſcribendo, non ſine magna deſiderij intentione ſignificabant. Sequi-
tur ergo: Et clamabat parturiens &c. Quod dixit: Et clamabat parturiens, hoc repetiuit,
imo compleuit, addendo: Et cruciatur, vt pariat. Parum quippe fuiſſet dixiſſe hoc tan-
tum. Et clamabat parturiens. Videretur enim nihil amplius intelligi velle, quàm ac ſi di-
xiſſet, quum pareret, cœpit clamare. At illa priuſquam pareret, priuſquam partum effun-
deret, parturiuit, & clamauit. Parturire nanque eſt ante partum cruciari, quia videlicet
parturire meditatiuum, parere autem perfectum verbum eſt. Igitur quomodo mulier
carnaliter grauida inſtante hora pariendi, tota eſt in meditatione partus ſui, tãdiu in illa
expectatiõe occupata eſt, q̃diu cruciatũ ſuſtinet, donec pariat, ita & illa talis mulier ſpũa-
liter prẽgnãs, Clamabat (inqt) parturiẽs, & cruciat vt pariat. Clamores eius multos ad me
Eſai.53.a diũ proferre poſſemus, ſed exẽpli gr̃a, vnus hic in Eſaia ꝓpheta ſufficit locus: Dñe qs cre
didit auditui nr̃o, & brachiũ dñi cui reuelatũ eſt? Et aſcẽdit ſicut virgultũ corã eo, & ſicut
radix de terra ſitiẽti. Nõ eſt ſpẽs ei, neq; decor. Et vidimus eũ, & nõ erat aſpectus, & deſi-
derauimus eum deſpectum, & nouiſſimũ virorũ, virum dolorũ, & ſcientem infirmitatem.
Et quaſi

Et quaſi abſconditus uultus eius, & deſpectus, unde nec reputauimus eum. Vere languo-
res noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Hæc & his ſimilia dicentes ſancti
prophetæ quum clamarent, & dolerent, nunquid eiuſdem clamoris, uel doloris ſui cau-
ſam euenire, certamue eſſe nolebant? Imo maxime cupiebant, ipſo atteſtante domino,
quum dicit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophe Mat.13.b
tæ, & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & Lucæ 10.d
non audierunt. Nonne in hoc quoq; uera eſt ſimilitudo mulieris parturientis, & parturi-
endo clamantis? Illa nanq; parturiendo quidem clamat, quia dolet, ſed nimirum ſic ma-
uult dolere, quàm ſano utero ſterilis permanere.

Quid ſolium, ſomnusq;, ſomniumq; myſtice ſignificent. Cap. XIII.

SOlium quid myſtice ſignificet, diuus ſcribit Gregorius libro Moral. 16. cap. 13. ex- Iob.3.a
ponens illud Iob, Et ueniam uſq; ad ſolium eius: Quid eſt ſolium (inquit) dei, niſi illi
Angelici ſpiritus, qui ſcriptura teſte, throni uocati ſunt? Qui ergo uſq; ad ſolium dei ue-
nire uult, quid aliud quàm intereſſe angelicis ſpiritibus concupiſcit? Vt nulla iam defecti
ua temporum momenta ſuſtineat, ſed ad permanentem gloriam in contemplatione æ-
ternitatis exurgat. Quæ tamen uerba etiam in hac uita poſitis iuſtis conueniunt. Nam
quum contra uotum ſuum, atq; deſiderium quodlibet agi conſpiciunt, ad occulta dei iu-
dicia recurrunt, ut in eis uideant, quia inordinate intus non diſponitur, quod inordinatũ
foris currere uidetur. Quum enim præſidẽtem Angelicis ſpiritibus creatorem omnium,
fidei oculis contemplantur, ad eius nimirum ſolium ueniunt. Et quia conſiderant, quoni
am is qui mire Angelos regit, iniuſte homines non diſponit, profecto inueniunt cauſa-
ſales rationes quàm iuſtę ſint, dum ipſę cauſæ extrinſecus uideantur iniuſtæ, dumq; id hu
militer faciunt, ſemetipſos ſæpe in ſua uoluptate reprehendunt, ſua in ſe nonnunquàm
uota dijudicant, dum meliora eſſe ea, quæ diſponit conditor, penſant. De ſolio require in
dictione, Nebula, & in dictione, Sedes.

Somnus quid myſtice ſignificet, require in dictiõe, Dormire. Et diuus Gregorius lib.
Moralium octauo, cap. decimo. Dormire (inquit) eſt in peccatis iacere. Si enim ſomni ap-
pellatione culpa deſignata non eſſet, nequaquam Paulus diſcipulus diceret: Euigilate iu
ſti, & nolite peccare. Vnde & auditorem ſuum admonet dicens: Surge qui dormis, & ex- 1. Cor.15.c
urge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et rurſum: Hora eſt iam nos de ſomno ſurge Epheſ.5.d
re. Vnde & Salomon peccantem increpat, dicens: Vſquequo piger dormis? Electus igi- Rom.13.d.
tur quiſq;, quum peccati ſomno premitur, ad iuſtitiæ uigilias exurgere conatur, ſed ſępe, Prou.24.d.
quum ſurrexerit, ipſa ſe extolli uirtutum magnitudine ſentit. Vnde & tentari ſe præſen- & 6.c
tis uitæ aduerſitatibus poſt uirtutes deſiderat, ne peius ex uirtutum confidentia cadat. Si
enim ſeruari ſe melius per tentationem non cognoſceret, nequaq̃ Pſalmiſta diceret: Pro- Pſalm.25.a
ba me domine, & tenta me. Bene ergo nunc dicitur: Si dormiero, dicam: Quando con- Iob.7.a
ſurgam? Et rurſum: Expectabo ueſperam, quia & in peccati ſomno, lumen iuſtitiæ quæ-
ritur, & quum uirtutum proſpera mẽtem eleuant, adiutrix aduerſitas deſideratur, ut pro
fecto animus quum uirtutum ſuarum gaudio pluſquam debet, attollitur, per contrarie-
tatem præſentis uitæ, ædito mœrore ſolidetur.

Somniorum genera enumerat diuus Greg. lib. Mor. 8. cap. 18. Ne quis (inquit) hæc
ſtudeat iuxta literam perſcrutari, exquirendum magnopere eſt quot modis tangant ani
mam imagines ſomniorum. Aliquando enim ſomnia uentris plenitudine, uel inanita-
te, aliquando uero illuſione, aliquando autem cogitatione ſimul, & illuſione, aliquan-
do autem reuelatione generantur. Sed duo, quæ prima diximus, omnes experimento
cognoſcimus, ſubiuncta autem quatuor in ſacræ ſcripturæ paginis inuenimus. Somnia
etenim niſi plerunque ab occulto hoſte per illuſionem fierent, nequaquam hoc uir ſapi- Eccls.34.a
ens indicaret, dicens: Multos errare fecerũt ſomnia, & illuſiones uanę. Vel certe: Non au- Leuit.9.f
gurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Quibus profecto uerbis cuius ſint deteſtationis, o-
ſtẽditur, quæ augurijs cõiunguntur. Rurſum, niſi aliquando ex cogitatione ſimul, & illu- Eccls.5.a
ſione procederent, Salomon minime dixiſſet: Multas curas ſequuntur ſomnia. Et niſi a-
liquando ſomnia ex myſterio reuelationis orirentur, Ioſeph præferendũ ſe fratribus per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat. 1 c somnium non uideret, nec Mariæ sponsum, ut ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium ueritas admoneret. Rursum, nisi aliquando somnia cogitatione simul, & reuelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor uisionem differẽs,
Dani. 2 c à radice cogitationis inchoasset, dicẽs: Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ uẽtura sunt. Et paulo post subiungit, dicens: Videbas, & ecce quasi statua una grandis, statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te &c. Daniel itaq; dum somnium, & implendum reuerẽter insinuat, & ex qua ortũ sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur, qa hoc plerunq; ex cogitatione simul, & reuelatiõe generatur. Sed nimirum quum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis difficilius debet, quanto, & ex quo impulsu ueniant, ita facilius non elucet. Sæpe nanq; malignus spiritus his quos amore uitæ præsentis uigilãtes intercipit, prospera etiam dormientibus promittit, & quos formidare aduersa considerat, eis durius somnij imaginibus intentat, quatenus indiscretam mentem diuersa qualitate afficiãt, eamq; aut spe subleuans, aut deprimens timore confundat. Sæpe autem etiam sanctorũ corda afficere somnijs nititur, ut ab intentione cogitationis solidæ ad tempus saltem, momentumq; deriuentur, quamuis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant. Sed hostis insidians quo eos uigilantes minime superat, eo dormiẽtes grauatos impugnat. Quem tamen hæc maligne agere superna dispensatio benigne permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem à passionis præmio somnus uacet. Bene ergo rectori o-
Iob. 7 c mnium dicitur: Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecũ in stratu meo, terreb is me per somnia, & per uisiones horrore concuties, quia nimirum deus mirabiliter cuncta dispensat, & ipse facit quod malignus spiritus iniuste facere appetit, qui hoc fieri non nisi iuste permittit. Sed quia iustorum uita, & per uigilias tentationum quatitur, & per somnium illusione fatigatur, foris correptionis suæ molestias tolerat, intus apud semetipsam grauiter illicitas cogitatiões portat. Quid est quod faciat, ut pedem cordis à tot scandalorum laqueis euellat? Ecce beate uir, quanta undiq; premeris perturbatione, cognouimus, sed quod consilium contra inuenias, audiamus.

Quid speculum mystice significet. Cap. XIIII.

1.Cor.13 d QVid speculum mystice significet, Anselmus insinuat, exponens illud Apostolicum, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tunc autẽ cognoscã, sicut & cognitus sum: Inde potest uideri (inquit) qm̃ quũ perfectio uenerit, euacuabitur imperfectio, qa nũc, id est caligine pręsentis uitæ, uidemus per speculũ, id est, cognoscimus deũ per imaginẽ suam, sed tũc, id est in futuro seculo manifeste uidebimus. In speculo enim cernitur imago. Et nos q sumus imago dei, conamur utcunq; uidere eum per hãc imaginem suã tanquam per speculũ. Speculũ est anima rationalis, in cuius consideratione aliquo modo uidemus deum, sed obscure: Videmus em̃ per speculũ &c. Aenigma autẽ est nõ omnis, sed obscura allegoria. Nã sicut omnis equus animal est, non autem omne animal equus, ita omne ænigma allegoria est non autẽ o-
1.Cor.9 b mnis allegoria ænigma. Allegoria uero est cum aliud ex alio significatur, id est aliud dicitur, & aliud intelligitur, sicut est, Non alligabis os boui trituranti, id est nõ prohibebis prædicatorem uiuere de prædicatione. Sed ibi solũmodo allegoria est ænigma, ubi difficile patet intellectus. Vbi autẽ facile intelligitur, nõ est ænigma. Quum ergo dicitur: Videmus nunc &c. sicut nomine speculi imago designatur, ita nomine ænigmatis similitudo obscura, & ad perspiciendũ difficilis. Nemo itaq; miretur etiã in hoc uidẽdi modo, qui cõcessus est huic uitę per speculũ scilicet in ænigmate laborare nos, ut quomodocũq; uideamus. Nomen quippe hic non sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. Nunc uidemus per &c. sed tunc quũ uenerit illa perfectio, uidebimus facie ad faciẽ, id est manifeste ad similitudinem duorum, qui se inuicẽ directo uultu, sine aliqua re interposita respiciũt. Facies autẽ dei, manifestatio ei⁹ intelligenda est, facies uero nostra, intẽtio cordis nostri. Videbimus ergo facie ad faciẽ, id est manifestatione dei posita ad nostræ mẽtis intentionem, ut nihil inter nos, & ipsum interfit. In nullo enim membro tam bene cognoscitur quisq; sicut in facie. Et quum facies unius directa est in faciem alterius, tunc sine aliqua ambiguitate

ambiguitate se cognoscunt. Sic uidebimus eum in semetipso manifeste: Modo em̃ nõ uidemus eum in facie, sed in extranea, & multum ab eo diuersa creaturarum similitudine. Et ego etiam ipse, qui tãta scientia præ cæteris donatus sum, nunc cognosco deum ex parte, sed tunc cognoscã eum ita, sicut ab eo cognitus sum, Magna enim est interpositio cordis nostri ad contemplandam sublimitatem dei ipsa infirmitas nostra. Sed tunc ad purum intuebimur eum, à quo nunc subtiliter intuemur, cum hac infirmitate disposita ad contemplationis internæ gratiam uenerimus. Quem cognoscam &c. id est, pure cognoscam, sicut & ipse me nouit, qui tunc non per aliud uidebimus, sed manifeste contemplabimur in illo ipso hoc quod ipse est, sicut ipse hoc quod nos sumus perfecte cognoscit: Vel tunc cognoscam eum, ita sine ambiguitate in manifesta uisione: Sicut olim antequã essem, cognitus sum ab eo, in prædestinatione. Et diuus Augustinus libro de trinitate de
1.Cor.13 d cimoquinto, capitulo nono, hoc pacto scribit: Videmus nunc per speculum in ænigmate: Quãtum (inquit) mihi uidetur, sicut nomine speculi imaginem uoluit intelligi, ita nomine ænigmatis quamuis similitudinem, tamen obscuram, & ad perspiciendum difficilem. Quum igitur speculi, & ænigmatis nomine quæcunq; similitudines, ab Apostolo significatæ intelligi possint, quæ accommodatæ sunt ad intelligendum deum, eo modo quo potest: nihil tamẽ est accommodatius, q̃ id quod imago eius non frustra dicitur. Nemo itaque miretur etiam in isto modo uidendi qui concessus est huic uitæ, per speculum scilicet in ænigmate laborare nos, ut quomodocunque uideamus. Nomen quippe hic non sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. Et hoc est grandius ænigma, ut non uideamus quod non uidere non possumus. Quis enim non uidet cogitationem suam? Quis uidet cogitationem suam, non oculis carnalibus dico, sed ipso interiore conspectu? Quis non eam uidet, & quis eam uidet? quandoquidem cogitatio uisio est animi quædam, siue adsint ea quæ oculis quoque corporalibus uideantur, uel cęteris sentiantur sensibus, siue non adsint, & eorum similitudines cogitatione cernantur, quæ nec corporalia sunt, nec corporaliũ similitudines, sicut uirtutes, & uitia, sicut ipsa denique cogitatio cogitatur, siue illa quæ per disciplinas traduntur, liberalesq; doctrinas, siue istorum omnium causæ superiores, atque rationes in natura immutabili cogitentur, siue etiam mala, & uana, ac falsa cogitemus, uel non consentiente sensu, uel errante consensu. Et Rupertus lib. 2. in Leuiticum, cap. 3. exponens illud Leuitici, Labrum quoq; cum basi sua sanLeuit. 8 b ctificauit oleo: De hoc labro (inquit) ita superius dictum est: Fecit & labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Sic enim locutus fuerat doExod. 38 a minus, dicens: Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauandum, ponesq; illud inter tabernaculum testimonij, & altare. Et missa aqua, lauabũt in ea Aaron, & filij eius manus Exod. 30 c suas, ac pedes, quando ingressuri sunt testimonij tabernaculum, & quãdo accessuri ad altare, ut offerant in eo thymiama dño, ne forte moriatur. Legitimũ sempiternum erit, ipsi & semini eius per successiones. Significat autem hoc labrum, quod Moyses, iubẽte domino, fecit, hãc ipsam scripturam sanctam, quam idem ille deo inspirante scripsit. Nam specula mulierum, unde labrum illud factum est, mystice exempla sanctarũ sunt animarũ, de quibus hæc omnis scriptura condita est. Verbi gratia, Abrahæ, Isaac, & Iacob, & ipsius qui scripsit Moysi, quę uidelicet animæ tanquam mulieres pulchræ, Deum amatorem suum quærentes, excubabant in ostio tabernaculi cœlestis, nondum aperti, quandiu sacerdos magnus Christus nõdum inunctus fuit. Ad quid huiusmodi labrum Moyses fecit? Ad lauandum (inquit) ut missa aqua, lauarent in eo Aaron, & filij eius manus suas, ac pedes, ingressi testimonij tabernaculũ. Hoc nempe expedit, & optimũ est, ut ingressuri cœleste tabernaculũ sacerdotes, lauent manus suas, ac pedes in illis sanctarum animarũ speculis, in fide scilicet, & obedientia Abrahæ, in fide, & patientia Isaac, in fide, & lenitate Iacob, cœterorumq; uirtutibus limpidissimis, manus (inquam) suas, & pedes lauent, id est, per cõpunctionem ex illorum imitatione, operum simul, & cogitationum, quæ tanquam puluis pedibus, ita sensibus mentis adhærẽt, quotidiana peccata emundent. Non solum filij, sed Aaron (inquit) & filij eius lauabũt. Et hoc perspicuum est, quia primus, & prę omnibus Aaron noster, mons fortitudinis, sacerdos, uel pontifex magnus Christus lauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctificauit enim ſemetipſum pro nobis, lauit (inquam) quia ſcripturas omnes impleuit, & quum mundas haberet manus, & pedes cuncta patienter ferendo, ut implerentur ſcripturæ, ſordes omnium noſtrum in ſemetipſo emundauit.

Quid ſphæra, ſiue ſphærula myſtice ſignificet. Cap. XV.

Exodi.25 d

QVid ſphæra myſtice ſignificet, diuus infinuat Gregorius, homilia ſexta ſuper Ezechielem, exponens illud Exodi, Facies & cãdelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, & cyphos, & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia: Quis in candelabro, niſi redemptor humani generis deſignatur? Qui in natura humanitatis infulſit lumẽ diuinitatis, ut mũdi candelabrũ fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in quibus iaceret tenebris, uideret. Qui pro eo q̃ naturã noſtrã ſine culpa ſuſcepit, candelabrum tabernaculi ex auro puriſſimo fieri iubetur. Ductile autem ferieẽdo producitur, qa & redẽptor noſter, qui ex conceptione, & natiuitate perfectus deus, & homo extitit, paſſionum dolores pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam peruenit. Ex auro ergo mundiſſimo ductile candelabrum fuit, quia & peccatũ non habuit, & tamen eius corpus per paſſionis cõtumelias ad immortalitatẽ profecit. Nam iuxta uirtutes animæ quibus percuſſionibus potuiſſet proficere, omnino nõ habuit. In membris autem ſuis (quæ nos ſumus) quotidie percuſſionibs proficit, quia dum nos tundimur, & efficimur ut eius corpus eſſe

Coloſ.2 d

mereamur, ipſe proficit. De eius autem corpore ſcriptũ eſt: Ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum, creſcit in augmẽtum dei. Corpus quippe illius nos omnes ſumus. Per nexus uero, & coniunctiones corpus ligatur, quia dũ capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachijs manus, dum manibus digiti ſunt cõiuncti, ac membra cætera membris inhærent, corpus omne perficitur, ſicut ſancti Apoſtoli, quia redemptori noſtro propinqui ſteterunt, quaſi pectus capiti inhæſit. Quos quia martyres ſunt ſecuti, quaſi coniuncta brachia pectori fuerũt. Quibus dum paſtores, & doctores ſubiuncti ſunt per bona opera, manus brachijs inhæſerunt. Hoc uero omne corpus redemptoris noſtri quotidie per nexum, & coniunctionem ſubminiſtratum eſt in cœlo, quia quum ad eum illuc electæ animæ ducuntur, ei ſua membra colligantur. De quo bene dicitur: Subminiſtratum, & conſtructum, creſcit in augmentum dei, quia deus omni-

Epheſ.4 c

potens redemptor noſter, qui in ſe, quod proficiat, nõ habet, adhuc per membra ſua quotidie augmentũ habet. Vnde rurſum ſcriptum eſt: Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti. Haſtile uero eiuſdem candelabri, ipſa Eccleſia debet intelligi, quæ corpus eius eſt, quia inter tot aduerſa libera ſtat. Calami autem, qui de haſtili procedunt, prędicatores ſunt, qui dulcem ſonũ in mundo ædiderũt, uidelicet cãticum nouum. Cyphi autem uino repleri ſolent. Quid ergo mẽtes auditorum niſi cyphi ſunt, quę ſanctis prædicãtibus uino ſciẽtiæ replẽtur? Sphęrula autẽ qd eſt aliud niſi uolubilitas prædicatiõis? Sphęra autẽ ex omni parte uoluitur. Et prędicatio, quę nec aduerſitate retineri poteſt, nec proſperitatibus eleuatur, ſphęra eſt. Et inter aduerſa fortis, & inter proſpera humilis, nec timoris habet angulũ, nec elationis. In curſu ergo ſuo figi nõ ualet, quia per cuncta ſe uolubiliter trahit. Vt autẽ hoc, quod exẽpli cauſa protulimus, exequamur, bene poſt calamos, cyphos, & ſphęrulas, in cãdelabro lilia deſcribũtur, qa poſt eam, quã diximus, prædicationis gratiam, atq; uolubilitatẽ, illa uirens patria ſequitur, quę animabus ſanctis, id eſt floribus uernat æternis. Sphærulę ergo ad laborẽ pertinent lilia ad retributionẽ. Itaq; ſicut apud Moyſen ſphęrula doctrina prędicationis accipitur, ita hic per rotam ipſa ſacra ſcriptura ſignatur. Et Rupertus: Facies & candelabrum ductile ex auro mũdiſſimo &c. Totam candelabri eque, ut cęterorũ, quę prędicta ſunt fabrefacturã ſcriptura legentium oculis prędentare laborat, ut quia tota diuina, & diuino ſpiritu peracta eſt, rebus ipſis ſecundum materiam permanere non ualentibus, ipſarum ratione permanente, ſit rerum ęterna memoria. Sphęrularum, atq; liliorum in candelabris, quę hodieq; paſſim fiunt, uel habẽtur, pauca ſuperſunt ueſtigia. Nam ſphærulę, id eſt, nodi rotundi in haſtilibus, lilia uero in capitibus cãdelabrorum, paſſim uiſuntur. Cęterum ſcyphi ſi autoritate ſcripturę præſentis fierent, uel ſi uſquam fiunt, profecto intuentium oculis, & ipſi operoſo decore placẽt. Sed iam quia ſunt exemplaria cœleſtiũ, cœleſte

cœleſte ex ipſo ſpeculemur candelabrum, id eſt, Chriſtum incarnatum, cuius ſeptem lucernæ, ſeptem ſpiritus dei ſunt, quorum exemplares ſeptem lucernæ fuerunt, quæ (ſicut ſequentia docent) ſuper illud materiale candelabrum poſitæ ſunt. Facies (inquit) & lucernas ſeptem, ut luceant ex aduerſo. Chriſtus ergo ſuper quem requieuit ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris domini, ipſe eſt candelabrum cœli, candelabrũ, & lux mundi, ſeptem eiuſmodi ſemper lucens inextinguibilibus lucernis. Qui propter incarnationis myſterium per arcam, propter paſſionis, & ſanguinis ſui precium, per propiciatorium, propter corporis, & ſanguinis ſui ſacramẽtum, quod nobis in cibum, & potum tradidit, per menſam, ipſe propter ſeptiformem ſpiritum, qui ſuper eum requieuit, quẽq; gloria, & honore coronatus, & ad dextram patris reſidens, hominibus dedit, per candelabrũ ſeptem lucernarum recte figuratus eſt. Quare autem ſex calami de lateribus candelabri, id eſt maioris haſtilis egrediebantur? Videlicet, quia huius noſtri candelabri prima claritas, quam nouimus, ex eo eſt, quod per illud ſenario dierum numero cuncta fecit deus. Tres ex uno latere, & tres ex altero calami egrediebantur, quia uidelicet tribus primis diebus per uerbum ſuum, mundi fabricam explicuit deus, diebus autem reliquis tribus impleuit illũ creaturis, mobilibus, atque ſenſibilibus. Quare & tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæq; ſimul, & lilium? Videlicet quia & hoc ad claritatem candelabri huius pertinet, quod nos ſcientiæ uino inebriat, ut quæ amamus mundi oblectamenta, obliuiſcamur. Sphærula, quæ ex omni parte uoluitur, uolubilitatem prędicationis, quam accepimus ex quo candelabrum iſtud illuxit, ſignificat, quæ quia nec aduerſitate retineri poteſt, nec proſperitatibus eleuatur, ſphærula eſt. Et bene poſt ſcypos, & ſphærulas in candelabro lilia aſcribuntur, quia poſt hanc prædicationis ebrietatem, atque uolubilitatem, illa uirens patria ſequitur, quæ animabus ſanctis, quaſi æternis uernat floribus. Itaq; ſcyphi, & ſphærulę ad laborem, lilia ad retributionem pertinẽt. Igitur quia & ſex diebus omnia per uerbum facta ſunt, ſeptimus autem dies, in quo requieuit deus, ipſe eſt filius (ſicut in exordio præſentis operis diximus) recte de uno haſtili, id eſt, de uno candelabro, ſex calami egrediebantur, & quia quando uerbum ipſum caro facta eſt, quando egreſſa eſt uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit, requieuit ſuper eum ſeptiformis ſpiritus domini, recte nihilominus ſuper candelabrum ſeptem lucernæ dinumerantur. Vt luceant (inquit) ex aduerſo, id eſt contra menſam. Hoc enim poſtmodum exprimit, dicendo: Et contra menſam candelabrũ pones in latere tabernaculi meridiano. Menſa enim ſtabit in parte aquilonis. Per hoc myſtice innuitur, quia lux candelabri noſtri, id eſt, Euangelica gratia domini noſtri Ieſu CHRISTI filij dei, ab auſtro, id eſt à magna charitate dei patris, nobis effulſit, qui eramus in parte aquilonis, illius uidelicet, de quo diabolus: Sedebo (inquit) in monte teſtamenti in lateribus aquilonis, Nobis (inquam) qui eramus aquilonarij, id eſt, infidelitate frigidi, menſa prædicta præpoſita eſt, & à meridiana charitate dei, cœleſtis ſanctuarij candelabrum Chriſtus effulſit, Omne põdus cãdelabri, cum uniuerſis uaſis ſuis, id eſt cum emũctorijs, & ubi quę emuncta ſunt, extinguantur, habebit (inquit) talentum auri mundiſſimi: Talẽ

Eſaiæ 34 ii

tum maximum centum librarum eſt & uiginti. Magnum pondus, grande ſignificat talẽtum mundi, quod appenſum in libra crucis, appoſitam lancem prægrauando excuſſit, & peccata noſtra in mare proiecit. Quod quia mũdiſſimum aurum eſt, id eſt quia deus ab omni ſorde mũdiſſimus Chriſtus eſt, tota in pondere eius redemptio noſtra peracta eſt. Et quia quum perfectus deus & homo ſit, paſſionum dolores pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam peruenit, recte candelabrum ductile fuit.

Spina quid myſtice ſignificet, require in dictione, Frumẽtum, & in dictione, Rubus. Significat autem & curas, ſiue ſolicitudines, ut nobis expoſuit dominus in Euangelio.

Matt.13 a & Lucæ.8 a

Stare dei, quo pacto intelligatur, require in primo libro, ut in indice &c.

Quid ſtatera myſtice ſignificet. Cap. XVI.

Moral. 21 & cap. 4

QVid ſtatera myſtice ſignificet, diuus infinuat Gregorius, exponens illud Iob, Si ambulaui in uanitate, & feſtinauit in dolo pes meus, appendat me in ſtatera iuſta, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob 31 a sciat deus simplicitatem meam: Scire (inquit) deus dicitur, scire nos facere, usitato nostræ locutionis modo, qui lętum diem dicimus, ex quo contingit, ut lętemur. Hinc est enim Gene. 22 c quod ad Abraham dominus dicit: Nunc cognoui, quod timeas dominum. Neque enim creator temporum quicquam cognouit ex tempore, sed cognoscere eius est, ex cuiuslibet causę emergentis articulo nobis cognitionem prębere. Quis uero staterę nomine, nisi mediator dei, & hominum designatur? In quo ęqua lance omnia merita nostra pensantur, & in cuius pręceptis agnoscimus, quid in nostra uita minus habeamus. In hac autem statera appendimur, quotiens ad uitę eius exempla prouocamur. Hinc nanq; scriptum est: 1. Petr. 2 d Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Qui quum malediceretur, non Hebr. 12 a maledicebat, dum pateretur, non comminabatur. Hinc per Paulum dicitur: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. Ad hoc itaq; dominus apparuit in carne, ut humanam uitam admonendo excitaret, exempla prębendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Quum ergo nullus in se beatus Iob iure redarguenda reperit, ad excedentem omnia redemptoris uitam mentis oculos tendit, ut in illa cognoscat ipse quid minus habeat, quum dicit: Si ambulaui in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appędat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam. Ac si aperte dicat: Si qua unquam leuiter, si qua pernitiose perpetraui, dei, & hominum mediator appareat, ut in eius uita cognoscam, an ego ueraciter simplex fuerim. Qui enim (ut diximus) suorum temporum uires excesserat, mediatorem dei, & hominum quærebat, ut in illo pensatus agnosceret, si uitam simplicem uere tenuisset: Dicat ergo: Appendat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam. Quod est, scire me faciat. Ac si patenter fateatur dicens: Quantum ad humanæ uitę modum nulla in me reprehendenda iam uideo, sed nisi mediator dei, & hominum cum subtilioris uitę prę ceptis appareat, quantum adhuc à uera simplicitate discrepem non cognosco. Rectus uero ordo seruatur, si prius in uanitate, & postmodum pes in dolo festinasse dicatur. Vanitas quippe ad leuitatem, dolus uero ad malitiam pertinet. Et nonnulli plerunq; ad quædam post malitiosa perueniunt, quia prius leuia non declinant.

Quid stella mystice significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moral. 4. cap. 13. expo Iob 3 b nēs illud Iob, obtenebrētur stellę caligine eius: In scriptura sacra stellarū nomine aliquādo iustorū iustitia, quę in huius uitę tenebris lucet, aliquādo uero hypocritarū fictio demōstratur, qui bona, quę faciūt ad percipiendas laudes, hominibus ostēdunt. Si enim rec- Philip. 2 b te uiuētes stellę nō essent, nequaquā Paulus discipulis diceret: In medio nationis prauę, & peruersę, inter quos lucetis, sicut luminaria in mūdo. Rursum, si inter eos qui recta agere uidētur, quidā de actione sua retributionē fauoris humani uō quęrerēt, nequaquā stel- Apoc. 12 b las Ioannes ruere à cœlestibus uideret, dicens: Misit draco caudam, & traxit tertiam partē stellarū. Draconis enim cauda stellarū pars trahitur, qa extrema persuasione antichristi quidam, qui uidentur lucere, rapientur. Stellas nanq; in terram trahere, est eos qui uidētur studio uitę cœlestis inhęrere, ex amore terreno iniquitati aperti erroris inuoluere. Sunt nanq; nōnulli, qui ante humanos oculos, uelut magnis operibus lucent: sed qa hæc ipsa opera à mūdo corde nō prodeūt, capti in occultis cogitationibus noctis huius tenebris obscurantur. Qui sæpe ea quę mundo corde nō faciunt, etiam opera amittunt. Quia ergo nox prędualere permittitur, quādo & inter bona opera cordis intētio minime mundatur, dicat recte: Obscurētur stellę caligine eius, id est eos q ante humanos oculos quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hostis obscurare prævaleat, & hoc quod ante humana iudicia sumpserint, lumen laudis deponant. Caligine quippe noctis obscurantur, quum eorum uita aperto errore confunditur, ut nimirum tales etiam foris in actione appareant, quales apud semetipsos intus diuino parere iudicio non formidant. De stella require & in dictione, Luna, & in dictiōe, Manipulus. Et libro Mora. 27. cap. 4. expo Iob 26 d nēs illud Iob, Qui aufert stellas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitū, Duo in hac uita sunt genera iustorū. Vnum uidelicet bene uiuentium, sed nulla docētium, aliud uero recte

recte uiuentium, & eadem recta docentiū, sicut & in cœli facie aliæ stellæ prodeunt, quas nullæ pluuiæ subsequuntur, aliæ prodeunt, quæ arētem terram magnis imbribus infundunt. Igitur quoties in sancta Ecclesia recte quidam uiuunt, sed tamen prædicare eandē rectitudinem nesciunt, stellæ quidem sunt, sed in ficcitate aeris natæ, quia per exemplum bene uiuendi lucere cæteris possunt, sed per prædicationis uerbum pluere nequeūt. Quū uero in ea quidam & recte uiuunt, & aliis eandem rectitudinem uerbis prędicationis insinuunt, quasi ad proferendas pluuias in cœlum stellæ producuntur, quæ sic uitæ suæ meritis luceant, ut etiā sermone prædicationis pluant. Sed quia terra aresceret, si subductis stellis pluuiæ superna funditus fluenta cessarent, recte dicitur: Qui aufert stellas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum. Nam quum prophetas abstulit, eorum uice dīs Apostolos misit, qui in similitudinem gurgitum pluerēt, postquā subductis antiquis patribus exteriora legis prædicamenta tacuissent. Stellas ergo pluuiæ abscondit, & ad instar gurgitum imbres fudit, quia dum prædicatores legis ad secreta, & intima retulit, per dicta sequentium uberior uis prædicationis emanauit. Possunt quoq; per stellas pluuiæ, sancti Apostoli designari de quibus Iudææ reprobatæ per Hieremiam dicitur: Prohibitæ Hiere. 3 b sunt stellæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Stellas ergo pluuiæ dominus abstraxit, atq; ad instar gurgitum imbres fudit, quia quū de Iudæa prædicantes Apostolos abstulit, doctrina nouæ gratiæ mundum rigauit. Quod utrunq; factum in Ecclesia potest non inconuenienter intelligi, quia quum solutis corporibus ad secretos supernorum finus Apostolorum animas retulit, quasi à cœli facie stellas pluuiæ abscondit. Sed ablatis stellis pluuiæ, in morem gurgitum imbres dedit, quia etiā reductis ad superna Apostolis per expositorum sequentium linguas, diuinæ fluenta scientiæ diu abscondita largioris effusione patescit. Nam quod illi sub breuitate locuti sunt, hoc exponēdo isti multipliciter auxerunt. Vnde & non immerito ipsa expositorum prædicatio gurgitibus compāratur, quia dum multorum precedentiū dicta colligunt, ipsi in eo quod attruunt, profundius dilatantur. Nam dum testimonia testimoniis iungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt. Quorum uerbis, dum quotidie gentilitas docetur, quia peccatoꝝ mēs cœlestem scīētiam accipit, quasi stans in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaquam se eisdem Apostolis expositores in scientia præferant, quum exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debent, per quos eiusdem scientię inuentiones acceperunt.

Quo pacto intelligatur illud Apocalypsis, Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. Cap. XVII.

QVo pacto autem intelligatur illud Apocalypsis, Cauda autem eius trahebat tertiā Apoca. 12 b partem stellarum &c. diuus insinuat Gregorius, lib. Moraliū 32. cap. 14. Cœlum (inquit) est Ecclesia, quæ in hac nocte uitæ prędentis, dum in se innumeras sanctorum uirtutes continet, quasi radiātibus desuper syderibus fulget. Sed draconis cauda in terrā stellas deijcit, quia illa sathanę extremitas per audaciam assumpti hominis erecta quosdam quos uelut electos dei in Ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaq; de cœlo in terram cadere, est relicta nonnullos spe cœlestium, illo duce, ad ambitum gloriæ secularis inhiare. Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loqui- Dani. 8 d tur, dicens: Deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, & usq; ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo abstulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata, & prosternetur ueritas in terra, & faciet, & prosperabitur. De fortitudine quippe & de stellis deijcit, quum nonnullos & luce iustitiæ resplendentes, & uirtute operis robustos frangit. Qui usq; ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum autorem uirtutis extollitur. Iuge uero sacrificium tollit, quia studium conuersationis Ecclesiæ in eis, quos ceperit, interrumpit. Robur uero ei propter peccata contra iuge sacrificium datur, quia nisi pereuntium merita exigerent, eos, qui recti credebantur, obtinere aduersarius nequaquam posset. Veritas in terra prosternitur, qa fides tunc rerum cœlestium ad desiderium uitæ tēporalis inclinatur. Et faciet, & prosperabitur, qui tunc non solum in reproborum mentibus, sed etiā in electoꝝ corporibus crudelitate inæstimabili fine qualibet obiectio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoc.12 b ne graſſatur. Et Rupertus, Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum &c. Stellas cœli filios Iſrael ſignificare iam ſuprà diximus, & duodecim ſtellarum coronam, quam in capite ſuo mulier habebat, duodecim fuiſſe patriarchas, per quos Eccleſia in initio ꝑpagata eſt, iuxta illud ſomnium Ioſeph, dicentis: Videbam ſolem, & lunam, & ſtellas un-
Gen.37 c decim adorare me. Ipſe nanq; Ioſeph, ſtella erat duodecima. Ad omnem quoq; multitu-
Deute.1 b dinem filiorum Iſrael Moſes dicit: Dixiq; uobis illo in tempore: Non poſſum ſolus ſuſti nere uos, quia dominus deus ueſter multiplicauit uos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli plu-
rimi. Quis autem neſciat in illa oppugnatione mulieris, ubicunq; draco illam impugna uit, pleroſq; ex illa gente fouiſſe, atq; adiuuiſſe doloſam nequitiam draconis? Nam exẽ-
1.Macc.1 b pli gratia: Vbi in Antiocho iam dicto draco iſte ſæuire cœpit, ſic ſcriptum eſt: In diebus il lis exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicẽtes: Eamus, & diſponamus teſta-
mentum cum gentibus, quæ circa nos ſunt, quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerũt nos multa mala. Et bonus uiſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de popu-
lo, & abierunt ad regem, & dedit illis poteſtatem, ut facerent iuſtitiam gentium. Et ædifi cauerunt gymnaſium in Hieroſolymis ſecundum leges nationum, & fecerunt ſibi prępu tia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt nationibus, & uenundati ſunt ut fa-
cerent malum. Plura omittimus, quæ proferri poſſent in exemplum ſtellarum eiuſmodi cadentium, de altitudine cœli, de dignitate teſtamenti dei, ita ut etiam adiuuarent partes diaboli, impugnando illos, qui perſeuerabãt in religione paternæ fidei. Cauda ergo dra conis palàm eſt, quia trahebat tertiam partem ſtellarum cœli. Et miſit eos (inquit) in ter ram: Vt uidelicet terrę incumberent, qui cœlo intendere debuerant, terrena tantum cupe
Apoc.8 d rent, qui beatam cœleſtium ſpem expectare iuſſi fuerant. Et exponẽs illud Apocalypſis, Et ſtellæ cœli ceciderunt ſuper terram: Stellis (inquit) ſua æſtimatione ludæi populares
Deute.1 b comparabiles erant, præſertim, quum audirent dicentem Moſen: Dixiq; uobis illo tem-
pore, Non poſſum ſolus ſuſtinere uos, quia dominus deus noſter multiplicauit uos, & e-
ſtis hodie ſicut ſtellæ cœli plurimi. Dominus deus patrum ueſtrorum addat ad hunc nu-
merum multa milia. Ex hoc quoq; Moſes non humana lenitate, ſed pro diuina dixit au
Gene.15 b toritate, Quippe qui dominum nouerat, & ſcripſerat dixiſſe ad Abraham: Suſpice cœlũ, & numera ſtellas, ſi potes. Et rurſum: Sic (inquit) erit ſemen tuum. Et quidem ſecundum
hanc autoritatem ſemen Abrahæ ſtellis cœli comparabile erat, ueruntamen non omni-
no, uel utcunq;, ſed ꝑ parte electoꝝ, id eſt eoꝝ, qui nõ tantũ carnis, ſed promiſſionis ſunt
Rom.9 b filij. Etenim non q filij carnis (inquit Apoſtolus) hi filij dei, ſed q filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. At illi non promiſſionis, ſed tantum carnis filij erant. Quod etiã improperabat illis prophetica ueritas, dicendo: Qui exiſtis de aquis Iuda. Ceciderũt ergo qui uidebantur ſibi eſſe ſtellæ cœli, ceciderunt (inquam) non ut ueræ ſtellæ cœli, ſed ſicut groſſi immaturi fructus fici, magno uento mouente, agitati, id eſt ſpiritu diabolico mul-
tum exagitati. Congrua ſane ſimilitudo ab arbore fici, & groſſis eius caducis, quia uide-
licet illi quoque, qui tunc temporis in Chriſtum crediderant ex Iudæis, & erant quaſi pri
mi fructus crucis Chriſti, exciderunt magno uento mouente, uento inuidiæ, ſcilicet odiẽ-
tes gentium ſalutem, & contra fidem Euangelij ſuam æmulantes plericq; circũciſionem,
Act.15 a ſicut & actus Apoſtolici teſtantur. Itaq; ſponte excidẽtes à gratia Chriſti, recte ceciderũt etiã in ore gladij fere oẽs Iudæi, & qui ſuperfuerũt, captiui in oẽs gentes ducti ſunt, non ſtellis (ut iam dictum eſt) ſed puluери, quem proijcit uentus à facie terrę, comparabiles.

Quid ſtellio, ſterilisq;, myſtice ſignificent. Cap. XVIII.

Prou.30 d QVid ſtellio myſtice ſignificet, diuus inſinuat Gregorius, libro Moralium ſexto cap. quarto exponẽs illud Salomonis, Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regum: Pierunq; (inquit) aues, quas ad uolatum penna ſubleuat, in uepribus reſident, & ſtellio qui ad uolatum pennas non habet, nitens manibus, regni ædificium tenet, quia ni mirum ſæpe ingenioſi quiq;, dum negligentia torpent, in prauis actionibus remanent, & ſimplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinẽda æterni regni mœnia uirtus ope-
rationis leuat. Stellio ergo, dum manibus nititur, in regis ædibus moratur, quia illo ſim-
plex per intentionem recti operis peruenit, quo ingenioſus minime aſcendit. Et diuus
Hieronymus

Hieronymus, Stellio &c. Stellio qui manibus nititur, quia nimirum alas, quibus feratur, non habet, & moratur in ædibus regis, illorum ſignificat humilitatem, qui quum nõ ſint iuxta naturã ingenioſi, ſolertia tamen induſtriæ ſuæ, uel ad diuinarum notitiam ſcriptu rarum, uel ad uirtutum gratiam, quibus ingreſſum regni cœleſtis mereantur, attingunt. Plerunq; etenim aues &c. ut ſuprà in diuo Gregorio.

Sterilis quid myſtice ſignificet, diuus oſtendit Gregorius, lib. Moralium decimoſepti-
mo cap. primo, exponens illud Iob, Pauit enim ſterilem, & quæ non parit: Quæ hoc lo- Iob.24 d
co ſterilis (inquit) niſi caro nominatur? Quæ dum ſola præſentia appetit, bonas gignere cogitationes neſcit. Iniquus ergo ſterilem paſcit, & uiduæ, id eſt animæ, benefacere negli-
git, quia carnis deſiderijs ſeruiens, curam animæ, uitamq; contemnit. Tota nanq; inten-
tione, omniq; ſtudio cogitat, quomodo ſine ullis neceſſitatibus caro moritura ſubſiſtat, & curare animæ uitam deſpicit, quæ uel in morte, uel in beatitudine proculdubio in perpe-
tuum uiuit. Et exponens illud Iob, Egeſtate, & fame ſteriles: Omnes (inquit) hæretici, dũ Iob.30 a
in ſacro eloquio plus ſecreta dei ſtudent perſcrutari, quàm ſapiũt, fame ſua ſteriles fiũt. Neque enim ea quærunt ex quibus ſemetipſos ad humilitatem erudiant, mores in tran-
quillitate diſponant, patientiam ſeruent, longanimitatem exhibeant, ſed ea ſolum-
modo, quæ eos doctos, atq; loquaces demonſtrent, illa ſcire appetunt, ex quibus ſingula riter eruditi uideantur. Et Caſſiodorus exponens illud Pſalmiſtæ, Qui habitare facit ſte- Pſal.112 a
rilem in domo, matrem filiorum lætantem: Eccleſia (inquit) ante aduẽtum ſponſi ſui ſte
rilis fuerat, ſed facta eſt mater læta filiorum, quando prædicationibus Apoſtolorum ex aqua, & ſpiritu ſancto copioſos filios in toto orbe procreauit.

Stratum quid myſtice ſignificet, require in dictione, Lectus.

Stola quid myſtice ſignificet, require in Indice.

Struthio hypocritam, ſiue ſimulatorem ſignat, ut inquit diuus Gregorius libro Mora lium uiceſimo cap. 28. exponens illud Iob, Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum: Iob.30 d
Struthio (inquit) pennas habet & uolatum non habet, quia ſimulatores quique ſpeciem ſanctitatis habent, ſed uirtutem ſanctitatis non habent. Viſio quippe eos bonæ actionis decorat, ſed à terra minime pennæ uirtutis leuat. Require de ſtruhtione in dictione, Ono centaurus, & in dictione, Herodius.

Quid ſudes myſtice ſignificent, diuus inſinuat Gregorius, libro Moralium triceſimo-
tertio cap. undecimo, exponẽs illud Iob. Et in ſudibus perforabis nares eius. Quid aliud Iob.40 d
ſudes, id eſt palos accipimus, qui uidelicet acuuntur, ut figantur, niſi acuta ſanctorum cõ filia? Quæ huius Behemoth nares perforant, dum ſagaciſſimas eius inſidias, & uigilan-
do circumſpiciunt, & ſuperando transfigunt. Per nares uero odor trahitur, & deducto flatu hoc agitur, ut res etiam, quæ lõge eſt poſita, cognoſcatur. Naribus ergo Behemoth callidæ eius inſidiæ deſignantur, per quas ſagaciſſime nititur, & occulta cordis noſtri bo-
na cognoſcere, & hæc peſſima perſuaſione diſſipare. In ſudibus itaq; dominus nares eius perforat, quia callidas eius inſidias acutis ſanctorum ſenſibus penetrãs, eneruat. Et cap. duodecimo. Poſſunt per ſudes acuta ipſius per carmen manifeſtatæ ſapientiæ uerba ſi-
gnari, ut quia naribus odor trahitur, per Behemoth nares illa antiqui hoſtis exploratio figuretur. Qui quum deum incarnatum eſſe dubitaret, hoc experitis miraculis uoluit ten
tando cognoſcere, dicens: Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Quia ergo ſignorũ Mat.4 a
indicijs odorem diuinitatis eius cognoſcere concupiuit, quaſi flatum naribus traxit. Sed dum ei reſpondetur, Non in pane ſolo uiuit homo & cæte. Non tentabis dominum deũ tuum, quia ſententiarum ſuarum acuminibus indagationem antiqui hoſtis ueritas per-
culit, quaſi nares eius ſudibus perforantur.

Sulphur quid myſtice ſignificet, diuus inſinuat Gregorius, lib. Moraliũ decimoquar-
to cap. 10. exponens illud Iob, Aſpergatur in habitaculo eius ſulphur: Sulphur quid a- Iob.28 c
liud q̃ fomentum ignis eſt? Quod tamen ſic ignem nutrit, ut fœtorem grauiſſimum ex-
halet. Quid itaq; in ſulphure, niſi peccatum carnis accipimus? Quod dum peruerſis cogi tationibus, quaſi quibuſdam fœtoribus mentem replet, æterna ei incẽdia præparat, & dũ fœtoris ſui nebulam in mente reproba dilatat, contra eam flãmis ſubſequentibus, quaſi
nutrimẽta

Universidad de Deusto
Biblioteca

nutrimẽta ſubminiſtrat. Nam quia per ſulphur fœtor carnis accipitur, ipſa facri eloquij
Gene.19.c hiſtoria teſtatur, quæ contra Sodomam ignem, & ſulphur pluiſſe dominum narrat. Qui quum carnis eius ſcelera punire decreuiſſet, in ipſa qualitate ultionis notauit macu lam criminis, Sulphur quippe fœtorem habet, ignis ardorẽ. Qui itaq; ad peruerſa deſide ria ex carnis fœtore arſerant, dignum fuit, ut ſimul igne & ſulphure perirẽt, quatenus ex iuſta pœna diſcerent, ex iniuſto deſiderio quid feciſſent. Hoc ergo in tabernaculo iniqui ſulphur aſpergitur, quotiens peruerſa carnis delectatio in eius mente dominatur.

Iob.4.c Suſurrium quid myſtice ſignificet, diuus oſtẽdit Gregorius, lib. Mora. 5. cap. 20. expo nẽs illud Iob, Et quaſi furtiue ſuſcepit auris mea uenas ſuſurrij eius: Venas ſuperni ſuſur rij, auris cordis furtiue ſuſcepit, quia ſubtilitatem locutionis intimæ, afflata mens, & ra ptim, & occulte cognoſcit. Niſi enim ſe ab exterioribus deſiderijs abſcondat, interna non penetrat. Occultatur autem ut audiat, & audit ut occultetur, quia & ſubtracta à uiſibili bus, inuiſibilia conſpicit, & repleta inuiſibilibus, uiſibilia perfecte contemnit. Notandum uero, quod nõ ait: Quaſi furtiue ſuſcepit auris mea ſuſurrium eius, ſed uenas ſuſurrij eius. Suſurrium quippe occulti uerbi, eſt hæc ipſa locutio aſpirationis internæ. Venæ autẽ ſuſurrij dicuntur cauſarum origines, quibus hæc ipſa aſpiratio ad mẽtem ducitur. Quaſi enim uenas ſuſurrij ſui aperit, quum nobis deus latenter infinuat, quibus modis ad no ſtræ intelligentiæ aurem uenit.

Sycomorus quid ſignificet, diuus oſtendit Gregorius libr. Moralium 27. cap. 26. e
Lucæ 19.a narrans illud Euangelicum, Quomodo Zacchæus, quum uidere præ turba ſaluatorem non poſſet, ſycomori arborem aſcendit, ut tranſeuntem dominum cerneret: Sycomorus quippe, ficus fatua dicitur. Puſillus itaq; Zaccheus ſycomorum ſubijt, & dominum uidit, quia qui mundi ſtultitiam humiliter eligunt, ipſi dei ſapientiam ſubtiliter contẽplantur. Puſillitatem nanq; noſtram ad uidendum dominum turba præpedit, quia infirmitatem humanæ mentis, ne lucem ueritatis intendat, curarum ſecularium tumultus premit. Sed prudenter ſycomorum aſcendimus, ſi prouide eam, quæ diuinitus præcipitur, ſtultitiam mente tenemus. Quid enim in hoc mundo ſtultius, quàm amiſſa non quærere, poſſeſſa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere, imo adiunctis alijs patientiam præbere? Quaſi enim ſycomorum nos aſcendere dominus præcepit, quum di
Lucæ.6.e cit: Qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Et rurſum: Si quis te percuſſerit in dexteram ma
Matt.5.f xillam, præbe illi & alteram. Per ſycomorum dominus tranſiens cernitur, quia per hanc ſapientem ſtultitiam & ſi necdum ut eſt ſolide, iam tamen per contemplationis lumẽ dei ſapientia quaſi in tranſitu uidetur. Quam iuxta Heliu uerba uidere nequeunt, qui ſibi ſa pientes eſſe uidentur, quia ad conſpiciendum dominum in elata cogitationum ſuarum turba deprehenſi, adhuc ſycomori arborem non inuenerunt.

INCIPIT LIBER DECIMVSSEPTIMVS
AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid tabernaculum myſtice ſignificet. Cap. I.

Iob.22.c TAbernaculum, noſtram deſignat mentem, iuxta illud Iob, Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula. Quæ uerba diuus Gregorius exponit: Omne peccatum, aut ſola cogitatione committitur, aut cogitatione ſi mul, & opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu, eſt culpa in o pere. Iniuſtitia uero in tabernaculo, iniquitas in mente. Mens qp pe noſtra tabernaculum non incõgrue uocatur, in qua apud noſ metipſos abſcondimur, quum foris in opere non uidemur. Pri us ergo à manu iniquitatem ſubtrahi, & poſt à tabernaculo admonet iniuſtitiam abſcin di, quia quiſquis iam praua à ſe opera exterius reſecat, neceſſe profecto eſt, ut ad ſemetiſ pſum rediens, ſolerter ſeſe in mentis intentione diſcernat, ne culpa, quam iam in mentis intentione

intẽtione diſcernat, ne culpa, quã iam in actione nõ habet, adhuc in cogitatione perdu ret. Et exponens illud Iob, Et ſcias, quod pacem habeat tabernaculum tuum: In ſcriptura
Iob 5.d (inquit) ſacra aliter pax plena dicitur, atq; aliter inchoata. Inchoatam quippe ueritas di
Ioan.14.d ſcipulis dederat, quum dicebat: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Et ple
Lucæ.2.e nam Simeon deſiderauerat, quum exoraret dicens: Nunc dimitte ſeruum tuum domine, ſecundum uerbum tuum in pace. Pax enim noſtra ex deſiderio conditoris inchoatur, ex manifeſta autem uiſione perficitur. Plena quippe tunc erit, quum mens noſtra nec igno rantia cæcatur, nec carnis ſuæ impugnatione concutitur. Sed quia eius exordia tangi mus, quum uel mentem deo, uel carnem menti ſubiugamus, tabernaculum iuſti habere pacem dicitur, quia uidelicet eius corpus, quod mente inhabitatur, à peruerſis deſiderio rum motibus prius inquietatum, nunc ſub iuſtitiæ diſpoſitione refrænatur. Et libro no no cap. quadrageſimoprimo. Et tabernaculum impiorum nõ ſubſiſtet. Tabernaculum quippe cõſtruitur, ut ab æſtu corpus, & frigore defendatur. Quid itaq; hoc loco taberna culi nomine, niſi ædificatio terrenæ felicitatis exprimitur, per quam ſuper ſe reprobi ca ſura multiplicant, ut ſe à præſentis uitæ neceſſitatibus, quaſi ab æſtu, & imbribus, defen dãt? Honoribus nanq; excreſcere ambiunt, ne deſpecti uideantur, terrena aggregãdo ex aggerant, ne inopiæ frigore tabeſcant, contemnunt curare quod ſequitur, & tota intenti one ſatagunt, ne quid in præſentibus deſit, ſtudent nomen dilatare, ne lateant, & ſi cuncta ad deſiderium ſuppetant, munitos ſe in omnibus, & felices putant. Vbi ergo mentis habi tationem conſtruunt, ibi proculdubio tabernacula fixerunt, aduerſa impatienter perfe runt, remiſſe in proſperis lætantur, ſola quæ aſſunt, cogitant, nec ad affectum cœleſtis pa triæ ulla recordatione reſpirant, gaudent ſibi ſuppetere bona, quæ cupiunt, atq; ubi car ne requieſcunt, ibi & mentem extinguendo ſepeliunt, quia ſecularis curæ telo trucida ti, terrenarum rerum aggerem, quem foris exquirendo multiplicant, hunc ſemper inte rius per cogitationem portant. Et libro decimoſexto, capite octauo, exponens illud Iob,
Iob 22.d Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à taberna culo tuo, Fidelem (inquit) populum hæretici à deo diſceſſiſſe exiſtimant, qa eum ſuis pre dicationibus reſiſtentẽ uident. Quem quũ malis præſentibus afflictũ conſpiciunt, quaſi per admonitionem ad conditoris gratiam trahere conãtur, dicẽtes: Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis. Ac ſi aperte dicant: Quia noſtris dogmatibus reſiſtendo à domino receſſiſti, idcirco à iuſtitiæ ædificatione deſtructus es. Tabernaculum uero ali quando accipimus habitaculum corporis, aliquando uero habitaculum cordis. Nam ſi cut anima habitamus in corpore, ita per cogitationes habitamus in mente. Iniquitas er go in tabernaculo mentis, eſt peruerſa intẽtio in ſtudio cogitationis. Iniquitas autem in tabernaculo corporis per expletionem operis actio carnalis. Eliphas itaq; quia amicus beati uiri extitit, quædam uera ſentiens, & tamẽ in his, in quibus à rectitudine deuiat hæ reticorum ſpeciem tenens, beatum Iob ex uirtutibus flagellatum neſciẽs, erraſſe credidit, quem percuſſum uidit, eiq;, ſi reuerſus ad omnipotẽtem fuerit, pollicetur dicẽs: Longe fa cies iniquitatem à tabernaculo tuo, ac ſi patenter dicat, Quiſquis ad deum poſt errata re uertitur, in cogitatione ſimul, & in opere mundatur. Quare autem tabernaculum intus byſſo, cocco, atq; hyacintho, extrà uero pellibus, & cilicijs tegeretur, require in dictione, Pellis, & in dictione, Gleba. Et Rupertus exponẽs illud Apocalypſis, Ecce tabernaculum
Apoca.21.a dei cum hominibus &c. Ecce demonſtrantis aduerbiũ, magnũ eſt magnæ gratulationis indiciũ lætantis ore prolatum, quia quemadmodũ Pſalmiſta dicit, Lætabitur dominus
Pſa.103.d in operibus ſuis. Hoc nempe tabernaculum opus domini eſt, uniuerſa ornamẽta eius ab intus, & de foris pulchra ſunt opera domini, digna præconia demonſtrantis domini, di gna lætitia cordis domini, ut ſicut iam dictum eſt, propheta teſtante, lætetur in illis. Ex quo formato homine primo, coſtam de latere eius tulit, & ædificauit eam in mulierem,
Gen.2.d ex tunc deus hoc tabernaculum ſuum ædificare non deſijt, aut deſinit, donec compleat, & dicat: Ecce tabernaculum Dei. Porro quod addit, Cum hominibus, idem eſt, ac ſi di cat, ex hominibus. Totum nanque hoc tabernaculum ex hominibus ædificatum eſt. Vnde & lapides uiui dicuntur, tunſionibus, preſſuris expoliti, & ſuis quique locis per manum

Universidad de Deusto
Biblioteca

manum artificis dei bene dispositi. Quomodo autem & deus habitabit cum eis, nisi quia
Ioan.1.b uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, deus homo factus secũdum ueritatem na
turæ est, & semper erit unus ex nobis? Et quia per passionem autor salutis nostræ cõsum
matus est, recte dictum est, Et ipsi populus eius erunt. Et quia ipse qui possidet, eorum,
quos possidet, possessio est, addit adhuc, Et ipse deus cum eis erit eorum deus.

De eodem tabernaculo. Cap. II.

ORigenes quoq; homilia 9. in Exodũ, hoc pacto scribit: De tabernaculo multis qui
dem in locis memorant scripturæ diuinæ, & indicare quædam uidentur, quorum
uix capax esse possit humanus auditus. Præcipue tamen Apostolus Paulus de intelligen
tia tabernaculi quædã nobis prodit scientię excelsioris indicia. Sed nescio quo pacto fra
gilitatem fortassis intuens auditorum, claudit quodammodo ipsa quæ pandit. Dicit nan
Heb. 9 a que ad Hebræos scribens, Tabernaculum enim factum est primum, in quo erat candela
brum, & propositio panum, quod dicebatur sancta sanctorum. Post secundum autem ue
lamen, tabernaculum quod dicitur sanctum, habens aureum altare incensi, & arcam te
stamenti, & intra eam duas tabulas, & mannam, & uirgam Aaron, quæ frondauerat. Sed
ijs addidit, de quibus non est modo dicendum per singula. Quod ergo ait, de quibus nõ
est modo dicendum, quidam ad illud tempus referũt, quo Hebræis scribebat epistolam.
Alijs uero uidetur, ꝙ pro mysteriorum magnitudine omne tẽpus præsentis uitæ ad hæc
explananda idoneum neget. Verum nõ usquequaq; tristes nos relinquit Apostolus, sed
ut sibi moris est, aperit pauca de multis, ut clausum sit quidem negligentibus, inueniatur
autem à pulsantibus, & quærentibus aperiatur. Repetit ergo rursum de tabernaculo, &
dicit: Non enim in sancta manu facta ingressus est Iesus exemplaria uerorum, sed in ip
sum cœlum, ut appareat nunc uultui dei per uelamen, id est per carnem suam. Qui ergo
uelamẽ interioris tabernaculi carnem Christi interpretatus est, sancta autem ipsum cœ
lum, uel cœlos, dominum uero Christum pontificem, eumq; dicit introisse semel in san
cta, æterna redemptione inuenta. Ex his paucis sermonibus, si quis intelligere nouit Pau
li sensum, potest aduertere quantum nobis intelligentiæ pelagus patefecerit. Sed qui sa
tis amant literam legis Moysi, spiritum uero eius refugiunt, suspectum habent Apostolum Paulum interpretationes huiusmodi proferentem. Videamus ergo si non etiam ue
terum sanctorum aliqui opinionem tabernaculi longe aliam, quàm isti nunc existimãt,
Psalm.42 b habuere. Dauid eximius prophetarum, quàm magnifice de taberuaculo sentit, auscultа,
Dum dicitur (inquit) mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? Hæc memoratus sum, & ef
fudi in me animam meam, quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usq;
Psalm.14 a ad domum dei. Et iterũ Psalmo 14. inquit: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,
aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã
&c̃. Quis ergo est iste locus tabernaculi admirabilis, ex quo peruenitur usq; ad domum
dei, cuius, quia memor factus est, effusa est in ipso anima eius, & uelut quodam intolera
bili desiderio resolutus est? Ita ne tandem credendum est, quia istud tabernaculum, quod
ex pellibus, & cortinis, atq; operimentis, cilicijs, alijsq; nostri usus materijs constabat, p
pheta desiderans effunderetur animo, ac tota mente corrueret? Vel certe quomodo uerũ
Psal.23 a erit de isto dici tabernaculo, ꝙ non habitet in eo, nisi innocens manibus, & mundo corde
qui non accepit in uano animam suam, quum Regnorum prodat historia habitasse in ta
bernaculo dei sacerdotes pessimos, filios pestilentię, & ipsam quoq; arcam testamenti ab
allophylis captam, apud impios, & prophanos fuisse detentam? Ex quibus omnibus con
stat, longe alio sensu Prophetam sentire de tabernaculo hoc, in quo dicit, ꝙ non habitet
in eo nisi innocens manibus, & mundo corde, & qui nõ accepit in uanum animam suam,
Heb.8.a. nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nõ accepit aduersus proximum suum. Ta
lem ergo oportet esse huius habitatorẽ tabernaculi, quod finxit dominus, & non homo.
Sed ueniamus etiam ad Euangelia, si quid in ipsis dici de tabernaculis inuenimus, ut per
sententiam domini indubitatum possit esse quod quærimus. Inuenimus ergo ipsum
saluatorem Iesum Christum tabernaculum non unum, sed plura memorantem, & non
Lucæ 16 b temporalia, sed æterna, quum dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammona, ut quum
defeceritis

defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Audisti pronunciantem dominum æter
na esse tabernacula, audi nunc & Apostolum dicentem: Tabernaculum nostrum quod 2. Cor. 5 a
de cœlo est, & superindui cupientes, Nondum tibi ex his omnibus iter aperitur, ꝙ dereli
cta terra sequens propheticum, & Apostolicũ sensum & (quod omnium maximũ est) se
quens uerbum Christi tota mente, & toto sensu ascendas in cœlum, atq; ibi æterni taber
naculi magnificẽtiam, quæras, cuius figura per Moysen adumbratur in terris. Deniq; sic Exod. 25 d.
ad eũ etiã dns dicit: Vide (inquit) omnia facito secundũ figurã, quæ tibi ostensa est in mõ
te. Verum humana mens, & nostra præcipue, qui nos minimos, aut etiam nullos in diui
na sapientia nouimus, eousq; fortassis possit accedere, ut sentiat quidem hęc, quæ diuinis
uoluminibus inseruntur, non de terrenis, sed de cœlestibus dici, & formas esse non præsen
tium, sed futurorũ bonorum, nõ corporalium, sed spiritalium rerum. Quomodo autem
horum narratio aptari possit cœlestibus, & æternis, nec nostrę mensurę est dicere, nec ue
strę (ut opinor) capacitatis audire. Pauca tamen, si nos, orantibus uobis, dominus illu
minare dignetur, quę ad Ecclesiæ ædificationem pertineant, aperire tentabimus. Iubetur
ergo uniuersus populus, unusquisq; pro uiribus conferens facere tabernaculum, ut quo
dammodo omnes simul unum sint tabernaculum. Collatio autem ipsa non fit necessita
te, sed sponte. Ait enim dominus ad Moysen, ut unusquisque ficut uisum fuerit cor
di eius, aurum, argẽtum, lapides precioſos, æs, tum prętera byssum, coccum, hyacinthũ,
& purpuram, pelles etiam arietum rubras, & pelles hyacinthinas, sed & ligna imputribi
lia, pilos quoq; caprarum ad constructionem tabernaculi offerat. Mulieres quoq; sapi
entes in arte textrina requiruntur, & fabri, qui aurum, uel argẽtum, uel æs, lapides etiam
aptare nouerint, aurum, & ligna formare. Tum deinde mensurę traduntur atriorũ. Quę
atria extenta tentorijs, columnis erecta, seris stabilita, & funibus distenta firmantur. Fi
unt prętera quædam uelaminibus distincta, quę appellãtur sancta, & alia nihilominus
secundo dirempta uelamine, quę dicuntur sancta sanctorum. Collocatur intrinsecus ar
ca testamenti, supra quam Cherubim extensis alis, seq; inuicem contingentibus statuun
tur, ibiq; ex auro uelut basis eis quędam collocatur, ac sedes, quod appellatur propiciato
rium, sed & altare aureum incensi. Tum prętera in exteriori loco candelabrum ponitur
aureum in parte austri, ut respiciat ad aquilonẽ. In parte uero aquilonis mensa colloca
tur, & propositio panum super eam, necnon & altare holocaustorũ iuxta uelamẽ interius
ponitur. Sed quid ego de his reuoluo per singula? Vix ad hæc tantum enumerãda suffici
mus, uix nobis ipsa rerũ materialium forma, adduci ante oculos potest. Et quomodo qs
latentia in his mysteria expedire sufficiet? Verũtamen causa pro qua fieri deberet taber
naculũ, in superioribus inuenitur prędicta, dicente dño ad Moysen: Facietis (inquit) mihi
sanctificationẽ, & inde uidebor uobis. Vult ergo deus, ut faciamus ei sanctificationẽ. Pro Exod. 25 a
mittit enim, quia si fecerimus ei sanctificationẽ, possit à nobis uideri. Vnde & Apostolus
ad Hebræos dicit: Pacem sequimini, & sanctificationẽ, sine qua nemo uidebit deum. Hæc Heb. 12 d
ergo est sanctificatio, quam iubet dominus fieri, quã & apostolus in uirginibus esse uult, 1. Cor. 7 f
ut sint sanctæ corpore, & spiritu: Sciens sine dubio, quod qui fecerit domino sanctificati
onem per cordis sui, & corporis puritatem, ipse uidebit deum. Faciamus ergo & nos san
ctificationẽ domino, & omnes unam, & unusquisq; per singulos unam, ut omnes sanctifi
cationem Ecclesiam faciamus, quæ est sancta, non habẽs maculam, aut rugam. Hoc mo Epher. 5 f
do si columnas habeat doctores, & ministros suos, de quibus dicit Apostolus: Petrus, Ia Galat. 2 b
cobus, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ so
cietatis. In tabernaculo ergo hoc columnæ seris interiectis iunguntur, dum in Ecclesia
doctores, datis sibi dextris sociantur. Sed columnę istæ inargentatæ sint, & bases earum
inargentatæ. Binæ autem bases columnis singulis deputentur. Vna quę caput dicitur, &
superponitur. Alia quę uere basis appellatur, & columnæ uelut fundamentum subijci
tur. Inargentatæ ergo sunt columnę, idcirco, quia qui uerbum dei prædicant, accipient
per spiritum eloquia domini, quæ sunt eloquia casta, argentum igne probatum. Isti au Psalm. 11 a
tem prædicationis suæ bases prophetas habent. Super fundamentum enim Apostolo
rum, & prophetarum collocantur, quorum testimonijs utẽtes, fidem Christi confirmãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Cor. 11 a
Galat. 2 b

Caput autem colũnarum est ille (ut opinor) de quo dicit Apostolus, quia caput uiri Chri stus est. Seras uero columnarũ, socieratis Apostolicæ datas sibi inuicẽ dextras, supra iam diximus. Tentoria, quæ ansulis assuta, & circulis suspensa, atq; innexa funibus, ad modũ cortinarum uiginti & octo in longum, atq; in latum quatuor cubitis distẽduntur, habe atur reliqua credentium plebs, quę hæret, & pẽdet in funibus fidei. Funis enim triplex nõ rumpitur, quę est trinitatis fides, ex qua dependet, & per quam sustinetur omnis Ecclesia.

Eccls. 4 c

Viginti autem & octo cubitorum, quot in longum distenditur, & in latum quatuor atrij unius mensura, puto q̃ inserta lex Euãgelijs designetur. Septenarius nãq; numerus legẽ significare solet, pro multis septimi numeri sacramẽtis. Si cõsociatur, ad quatuor. Quae ter septem consequẽter uigesimũoctauum numerum faciũt. Decem uero hęc atria fiunt, ut integrum perfectionis numerum teneant, & legis decalogum signẽt. Iam uere cocci, & hyacinthi, byssi, ac purpuræ specie multa, ac diuersa opera explicant. Inde tentoria, inde uelum exterius, & interius, inde tota sacerdotalis, & pontificalis uestis auro, & gemnis ex peditur adiũctis. Sed ne diutius per singularum demoremur species uirtutum, possumus breuiter dicere illa significari per hæc, quibus ornaretur Ecclesia. Fides enim auro cõfer ri potest. Sermo prædicationis eius argento, lapidibus preciosis, æs patientię, lignis impu tribilibus scientia, quæ per lignum uenit, aut incorruptio castitatis, quę nunquam uetes rascit, bysso uirginitas, cocco confessionis gloria, purpuræ charitatis fulgor, hyacintho spes regni cœlorum. Istę sint interim materiæ, ex quibus omne tabernaculum construa tur. Induantur sacerdotes, ornetur & pontifex. Quorum indumenta quę sint, uel qualia, in alio loco pronunciat propheta, & dicit: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Sunt ergo omnia ista indumenta iustitia. Et iterum Paulus Apostolus dicit: Induite uos uiscera mi sericordiæ. Sunt ergo indumenta misericordiæ. Sed & alia nihilominus Apostolus indu menta nobiliora designat, quum dicit: Induite uos dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis ad concupiscentias. Ista sunt ergo indumẽta, quibus ornatur Ecclesia.

De eodem tabernaculo moraliter. Cap. III.

Pfal. 131 b.
Col. 3 b
Rom. 13 d.

POtest autem & unusquisq; nostrũ etiam in semetipso construere tabernaculũ deo. Si enim (ut quidam ante nos quoq; dixerunt) tabernaculum hoc totius mundi tenet fi guram, mundi autẽ etiam singuli quiq; habere imaginẽ possunt, cur nõ & tabernaculi us nusquisq; in semetipso formã possit explere? Has ergo debet colũnas sibi aptare uirtutũ, co lumnas argẽteas, id est patientiã rationabilẽ. Potest eñ esse quidẽ in hoĩe, quæ uideatur patiẽtia, sed quę rationabilis nõ sit. Nam & qui nõ sentit iniuriã, & propterea nõ reddit, patiẽs uidetur, sed nõ est rationabilis ista patiẽtia. Iste ergo habet colũnas, sed nõ sunt ar gentatæ. Qui uero propter uerbũ dei patitur, & fortiter fert, iste colũnis argẽteis decora tus est, & munitus. Potest in se & atria distẽdere, quũ dilatauerit cor suũ secundũ Aposto

2. Cor. 6 c

li uocem, dicẽtis ad Corinthios: Dilatamini & uos. Potest se & seris munire, quũ se unani mitate dilectionis astrinxerit. Potest super argẽteas bases stare, quũ super stabilitatẽ uer bi dei, uerbi prophetici, & Apostolici collocatur. Potest habere in columna deauratũ ca put, si caput aureũ sit ei fides Christi. Omnis nãq; uiri caput Christus est. Decẽ uero atria potest in semetipso distẽdere, quũ nõ in uno tantũ uerbo legis dilatatur, neq; duobus, aut tribus, sed in toto decalago legis spiritalis intelligẽtiæ dilatare amplitudinẽ potest, aut fructũ spiritus gaudium, pacem, patiẽtiam, benignitatem, bonitatẽ, modestiam, fidem, cõ tinentiam, adiecta (quę est mater omniũ) charitate, protulerit, habeat adhuc in se anima ista, quę nõ dederit somnũ oculis suis, nec palpebris suis dormitationẽ, nec requiẽ tẽpori

1. Cor. 11 a
Gal. 5 d

bus suis, donec inueniat locum dño, tabernaculum deo Iacob. Habeat (inquã) in se defi xum & altare, in quo orationũ hostias, & misericordiæ uictimas offerat deo, in quo cõti

Pfal. 131. a.

nentiæ cultro superbiam quasi taurũ immolet, iracũdiã quasi arietem iugulet, luxuriam omnemq; libidinẽ tanquam hircos, & hœdos litet. Sciat tamẽ ex his etiam sacerdotibus separare dextrum brachium, & pectusculum, & maxillas, id est, opera bona, & opera dextra. Nam siniſtrum nihil reseruet. Pectusculum quoq; integrum, quod est cor rectum & mens deo sacrata, & maxillas ad uerbum Dei loquendum. Sciat sibi in sanctis etiam candelabrum luminis collocandum, ut sint ei lucernæ semper ardentes, & lumbi succin cti, &

Luc. 12 d
Mat. 6 c

ĉti, & ipse tãquam seruus, qui expectat dominum suum redire de nuptijs. De his enim lu cernis & dominus dicebat: Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Sed istud candelabrum lucernarum in austro collocet, ut ad aquilonem respiciat. Accenso etenim lumine, id est, uigilanti corde, respicere semper debet ad aquilonem, & obseruare eum, qui ab aquilone est. Sicut & propheta uidere se dicit succẽsum lebetem, uel ollam, & faciem eius à facie a

Hiere. 1 c

quilonis. Ab aquilone enim accẽduntur mala uniuersæ terrę. Vigilans ergo, & solicitus, & ardens intueatur semper astutias diaboli, & semper aspiciat unde sit uentura tentatio, unde hostis irruat, unde inimicus obrepat. Dicit enim & Petrus Apostolus, Quia aduer

1. Pet. 5 b

sarius uester diabolus sicut leo rugiens circuit, quærẽs quem trãsuoret. Mensa quoq; pro positionis habens duodecim panes, in parte collocetur aquilonis, respiciens ad austrum. Panes isti Apostolicus ei tam numero, quàm uirtute sit sermo, quo indefinenter utimur quotidie. Nanq; hos ante dominum iubetur apponere. Rursum respiciat, ad austrum, un de dominus uenit. Dominus enim ex Themã ueniet, ficut scriptũ est, quod est de austro.

Abac. 3 a

Habeat in penetralibus pectoris sui etiam altare incensi, ut ipse dicat, quia Christi bonus

2. Cor. 2 d

odor sumus. Habeat & arcam testamẽti, in qua sint tabulæ legis, ut in lege dei meditetur

Psalm. 1 a

die, ac nocte, & memoria eius arca, & bibliotheca efficiatur librorũ dei. Quia & prophe ta beatos dicit eos, qui memoria tenent mandata eius, ut faciant ea. Sit intra ipsum urna

Psa. 102. d

mannæ reposita, intellectus uerbi dei subtilis, & dulcis. Sit & uigra Aaron intra eum do ctrina sacerdotalis, & florida seueritas disciplinæ. Supra omnem uero gloriam, sit ei pon tificalis ornatus. Potest enim intra se agere pontificatum pars illa, quæ in eo est precio sissima omnium, quod quidam principale cordis appellant, alij rationalem sensum, aut intellectualem substantiam, uel quocunq; modo appellari potest in nobis portio nostri illa, per quam capaces esse possumus dei. Ista ergo pars in nobis uelut quidam pontifex exornetur indumentis, & monilibus preciosis, ac podere byssino. Indumenti hoc genus est, quod usq; ad pedes deducitur, totum contegens corpus. In quo designatur, ut primo omnium totus sit castitate uestitus. Accipiat postmodum & humerale gemmatum, in quo fulgor operum collocatur, ut uidentes homines opera uestra bona, magnificent pa

Matt. 5 d

trem uestrum, qui in cœlis est. Accipiat & logium, quod rationale dici potest, pectori su perpositum, quaterno lapidum ordine distinctum. Sed & aurea lamina in fronte resplen deat, quod petalum appellatur, in quibus utrisq; ueritas, & manifestatio dicitur colloca ta. Ego in his, quæ in pectore locari dicuntur, sermonem Euangelicum sentio, qui qua druplicato ordine, ueritatem fidei nobis, & manifestationem trinitatis exponit, cuncta referens ad caput, ad unius scilicet dei naturam. In his est ergo omnis ueritas, & omnis manifestatio ueritatis. Igitur si recte uis pontificatum gerere deo, Euangelicus sermo, & trinitatis fides semper tibi habeatur in pectore. Cui conuenit etiam Apostolicus sermo tam uirtute, quàm numero, tantum ut nomen dei semper habeatur in capite, & ad unum deum cuncta referantur. Habeat etiam in interioribus pontifex partibus operimẽta sua, habeat pudenda contecta, ut corpore, & spiritu sanctus sit, & cogitationibus, & operibus purus sit, habeat etiam per indumenti circuitum tintinnabula, ut ingrediens (inquit) san cta, det sonitum, & non intret cum silentio. Et hæc tintinnabula, quæ semper sonare de bent, in extremo uestimenti sunt posita, idcirco credo, ut de extremis temporibus, & fine mundi nunquam sileas, sed inde semper sones, inde disputes, & loquaris secundum eum

Eccls. 7 d

qui dicit: Memor esto nouissimorum tuorum, & non peccabis. Ad hunc ergo modum homo noster interior deo pontifex adornetur, ut introire possit, non solum in sancta, sed in sancta sanctorum, ut possit adire propiciatoriũ, ubi sunt Cherubim, & inde appareat ei deus. Sancta possunt esse ea, quæ in præsenti seculo habere sancta conuersatio potest. Sancta uero sanctorum in quę semel tantummodo intratur, ad cœlum esse transitum pu to, ubi est propiciatorium, & Cherubim, ubi & mundis corde apparere poterit deus. Vel

Luc. 17 d

quia dominus dicit: Ecce regnum dei intra uos est. Hæc interim quantum ad præsens in transcursu occurrere sensibus nostris potuit quantumcunq; moderari auribus potuimus auditorum de tabernaculo dicta sint, & unusquisq; nostrum studeat facere intra se taber

Hebr. 11 b

haculum deo. Non enim frustra de patribus refertur, quia in tabernaculis habitauerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego sic intelligo Abraham habitasse in tabernaculis, & Isaac, & Iacob. Construxerunt nanq; isti intra se tabernaculum deo, qui se tantis, ac talibus uirtutum splẽdoribus ador nauerunt. Refulgebat nanq; in eis insigne regium purpura, propter quod dicebatur ad
Genes.23 a Abraham à filijs Heth: A deo rex in nobis tu es. Splẽdebat & coccus, propterea enim ad iugulandum duxit deo unicum, & propterea dextram illius Angelus tenuit. Splendebat
Deut.16 b hyacinthus, quum cœlum semper intuens, cœli dominum sequebatur. Sed & in cæteris similiter ornabatur. Ego sic intelligo & diem festum tabernaculorum, qui mandatur in lege, ut exeat populus certa die anni, & in tabernaculis habitet, habens ramos palmarũ, & frondes salicis, ac populi, & ramos arboris frondosæ. Palma uictoriæ signum est illius belli, quod inter se caro, & spiritus gerit. Arbor autẽ populus, & salix tam uirtute quàm nomine uirgulta sunt castitatis. Quæ si integre conserues, habere potes, & nemorosç, ac
Psal.22 a frondentis arboris ramos, quæ est æterna, ac beata uita, quum te dominus in loco uiridi collocauerit super aquam refectionis.

Tabulæ quid mystice significẽt, reqre in dictione, Bases, & in dictione, Tabernaculũ. Quid talaris tunica, talentumq; mystice significent. Cap. IIII.

TAlaris tunica, actio est cõsummata, ut diuus inquit Gregorius, libro Moralium primo, capite quadragesimoprimo: Quid est (inquit) talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica, talum corporis operit, quum bona actio ante dei oculos usq; ad uitæ nos terminum tegit. Hinc est q; per Moysen caudam hostiæ in altari
Exodi.29 d offerre præcipimur, ut uidelicet omne bonum, quod incipimus, etiam perseueranti fine
Leuit.3 c compleamus. Bene igitur cœpta, cunctis diebus agenda sunt, ut quum malum pugnãdo repellitur, ipsa boni uictoria constantiæ manu teneatur. Et homilia uigesimaquinta, in
Ibidem. Euangelia: Præcepto (inquit) legis cauda hostiæ in scrificio iubetur offerri. In cauda q; pe finis est corporis, & ille bene immolat, qui sacrificium boni operis usq; ad finem debi-
Gen.37 a tæ perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse descri
Mat.10 c & 24 b bitur. Tunica quippe usq; ad talum, est opus bonum usq; ad consummationem. Et uoce ueritatis dicitur: Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.

Talentum autem quid mystice significet diuus ostendit Gregorius homilia nona, in
Matt.25 b Euangelia, Exponens illud Euangelicum, Homo quidam peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij uero unum &c. Quis est (inquit) iste homo, qui peregre proficiscitur, nisi redemptor noster qui in ea carne, quam assumpserat, abijt in cœlum? Carnis enim locus proprius, terra est quę quasi ad peregrina ducitur, dum per redemptorẽ nostrum in cœlo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens, seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem quinq; talenta. Quinq; etenim sunt corporis sensus. Quinq; ergo talentis donum quinq; sensuum, id est, exteriorũ scientia exprimitur. Duobus uero, intellectus, & operatio designatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodo designatur. Sed is qui quinq; talenta acceperat, alia quinq; lucratus est, qa sunt nõnulli, qui & si interna, ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernæ patrię docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus, quę acceperunt, duplum talentum portant. Dumq; se à carnis petulantia, & à terenarũ rerum ambitu, atq; à uisibilium uoluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nõnulli, qui quasi duobus talentis ditati, intellectum, atq; operationẽ percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur, quumq; intelligendo, & operando alijs prædicãt, quasi duplicatum de negocio lucrum reportãt. Bene autem alia quinq;, uel alia duo in lucrum uenisse referuntur, quia dum utriq; sexui prædicatio impẽditur, quasi accepta talenta gemi nantur. Sed is, qui unum talentum acceperat, abiens fodit in terram, & absconditi pecuniam domini sui, id est, acceptũ ingenium terrenis actibus implicauit, lucrum spiritale non quæsiuit, cor à terrenis cogitationibus nunquam leuauit: Sunt nanq; nõnulli, qui donũ intelligentiæ perceperunt, sed tamen sola quæ carnis sunt, sapiunt, de quibus per prophe
Hiere.4 f tam dicitur: Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sed dñs qui talenta contulit, rationem positurus redit, quia is, qui nunc pie spiritualia dona tribuit, districte in

districte in iudicio merita exquirit. Quid quisq; accepit, cõsiderat, & quod lucrum de acceptis reportet, pensat. Seruus qui geminata talenta retulit, à dño laudatur: atq; ad æternã remunerationẽ intromittit, quum ei uoce dominica dicitur, Euge serue bone &c. Paucæ quippe bona sunt omnia præsentis uitæ, quãlibet multa esse uideantur, cõparatione retributionis æternę. Sed tunc fidelis seruus supra multa cõstituitur, quando deuicta omni corruptionis molestia, de æternis gaudijs in illa cœlesti sede gloriatur. Tunc ad dñi sui gaudium perfecte intromittitur, quando in æterna illa patria assumptus, atq; Angelorum cœtibus admixtus, sic interius gaudet de munere, ut nõ fit iam quod exterius doleat de corruptione. Notandũ q; inutilis seruus durum dñm uocat cui tamen ad lucrum deseruire dissimulat, & timuisse se dicit in lucrum talẽtum expẽdere, qui hoc solum timere debuerat, ne hoc fine lucro ad dominũ reportaret. Sũt enim pleriq; intra sanctam Ecclesiam, quorum iste seruus imaginẽ tenet, qui melioris uitæ uias aggredi metuunt, & tamẽ iacere in sui torporis ignauia non pertimescunt. Quumq; se peccatores considerant, sanctitatis uias arripere trepidãt, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Et Orige-
Matt.25 b nes eadem exponẽs uerba: Iste (inquit) qui quasi homo peregre est profectus, uocauit ser-
Psalm.11 a uos suos, & tradidit eis probatam pecuniam suam in eloquijs castis, quoniam eloquia eius, eloquia sunt casta, argentũ ignitum, probabile, purgatum septies. Et uni dedit quinq; talenta &c. Ergo si quando uideris eorum qui acceperunt à Christo dispensationem eloquiorum dei, alios quidẽ habere amplius, & diuinius, & abundãtius, alios autem minus, & (ut ita dicã) neq; in dimidio intelligẽtes rerum negocia, cõparatione eorum, qui multo sunt meliores, alios autem adhuc minus habere, uidebis differentias eorum, qui eloquia dei susceperunt à Christo, quoniam alia fuit uirtus eorum, quibus data sunt quinq; talẽta, alia quibus duo, alia quibus unum, & altera alterius non capiebat mensuram. Et qui accepit talentum unum, accepit quidem datum non contemptibile: Multum est enim & unum talentum talis domini. Tamen tres sunt proprij serui eius, qui peregre profectus est, quasi homo, sicut tria genera sunt eorum qui fructum faciunt. Quorum quidam quidem faciunt centum, quidam autem sexaginta, quidam uero triginta. Sed ibi etiam ille, qui triginta fecit, saluatur: hic autem sermo arguit eum, qui unum acceperat talẽtum, & absconditi in terram. Et quæro, qui quinq; acceperãt talenta, si possunt intelligi perfectiores, qui diuiniorem, & sublimiorem acceperunt sensum scripturę, qui duo autem accepe runt, super literam quidem paulo superius ascenderunt, & non ad magnitudinẽ illam ascẽdere potuerunt, tertij autem qui nihil super literam, quam acceperũt in primis. Est ergo & de numeris omnino, in his quæ loqmur, dignus sermo tali nostro dño saluatore. Dico autem de quinq;, & duobus, & uno. Nos autẽ modici, & talia minus explicare potẽtes, æstimamus, ne forte qui omnia quidẽ sensibilia scripturarũ possunt deducere ad sensus diuiniores, quos Salomon diuinos appellat, & quos dicit Hieremias, sensus cordis, &
Hiere.4 c qui ad Hebræos dicũtur à Paulo sensus exercitati ad discretionẽ boni quoq;, & hi sunt, q
Heb.5 d extra quinq; talenta, alia quinq; sunt lucrati, operãtes in eis, & per doctrinã exercitantes seipsos, & ad maiorẽ scientiã erigẽtes. Cõuersati enim salutariter, & studiose docẽtes, operati sunt, & lucrati sunt alia quinq;, quia nemo facile additamentũ accepit uirtutis alterius, nisi eius, quam habet, utputa sapiẽs in sapientia crescit, fidelis in fide. Aut ita alia ac quisiuit quinq; quoniã unusquisq; quod ipse scit, hoc docet alterum, & quãta ipse scit, tanta alterum docet, non amplius. Propterea quicquid habuerit quis in se, hoc alterum docendo acquirit in altero, faciens eum habere quod habet ipse. Propterea quinq; habuit, & non amplius acquisisse dicitur, nisi quinq;, quę habuit, & qui duo, nõ amplius, nisi duo, quæ habuit. Si autem debemus & de duobus talentis dicere, & de illis dicimus, quoniam qui non permanserunt, in litera, sed quærentes ascendere sensu suo super eam, non potẽtes peruenire super ordinem prædictorũ duorum, hi sunt qui ab eo qui cognoscebat uicem tutem eorum acceperunt talenta duo, corporalem doctrinam edocti. Duo enim uidetur carnalis numerus esse, & super hæc lucrati sunt duo, id est, corporalem æditionem, & aliam paulo eis sublimiorem. Erat autem aliquis seruorum minorum colligens sibi uirtutem, propter quam quasi minus potenti unum talentũ paterfamilias dedit quod accipiẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruus habẽs aliquam terram fodit,& in altitudines posuit eius,quũ debuisset sursum & in mensas id mittere. Quoniam autem proprij serui tres referuntur illius patrisfamilias esse,quæro si possint postquam crediderint,& serui facti sunt eius, quasi potentes negociari. Postea acceperunt à patrefamiliàs pecuniam eius,ut quidam quidẽ & operatus sit, & lucratus,alius autem lucratus,alius uero præ timore non satis fidelis,domini sui info
Rom.10 a. dit &abscõdit pecuniã. Et apparet in ipsa defensione per quam loquitur, ꝙ timuit quidẽ dñm,habens dei timorem,sicut alter zelum dei,non autem secundum scientiam, timens abscondit talentum suum in terra. Tales autẽ sunt,qui neq; mouent,neq; discutiunt quę dicuntur,neq; seipsos ad prolificãdas animas tradunt,sed latere uolunt quæ acceperunt, & crediti sunt &c. Et diuus Chrysostomus homil. 53. in Matthæum: Et tradidit illis bo
Matt.25 b na sua &c. Non inuidens alij plus dedit,alij minus,sed considerans diuersitatem fidei eorum. Qui autem inuidus est,aut parcus,omnibus est parcus, & inuidus, neq; quasi acceptor personarum fecit differentiam gratiarum. Vis scire? Considera quomodo pene æqualiter remunerauit eum qui minus obtulit,& eum qui amplius. Si enim acceptor personarum fuisset,utiq; non tantum in danda gratia,quantũ in reddenda mercede esset æqualis ambobus. Manifestum est,ꝙ in danda gratia non personas aspexit, sed uirtutem uniuscuiusq; considerauit,ne supra uirtutem opus iniungens,ipse occasio offensionis existeret,& non esset reus qui peccauit,si supra uirtutem pondus imposuisset. Volens ergo dominus socios nos habere in regno cœlesti, opera nobis diuersarum iustitiarum commisit,non quia nõ habeat potestatem & sine operibus nos glorificare,sed ideo opus præmisit,quia sicut opera sine præmijs uacua sunt,sic præmia sine operibus sunt ingrata. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat &c. De talento agnitionis Christi acquisiuit unã iustitiam bene uiuendo,de præsbyterio autem ipso acquisiuit iustitiam solicite præsidendo Ecclesiæ,de uerbo acquisiuit iustitiam,uerbum ueritatis synceriter prędicando. De baptismo lucratus est secundum Christi regulam baptizando,& dignos filios cum iudicio Ecclesiæ acquirendo. De sacrificio, acquisiuit iustitiam,tam mundum, & immaculatum sacrificium populo offerendo,& pro peccatis populi exorando. Similiter & ille, qui duo talenta accepit,lucratus est alia duo,id est,duas iustitias,unam bene uiuendo, quam acquisiuit à fide Christi,alteram synceriter ministrando, quam fecit ex ministerio diaconatus. Qui autem unum accepit &c. Primum uideamus,ut quid neque ille,qui duo talenta habuit,abscondisse talenta sua proponitur, quum multi diacones inueniantur inutiles, neq; ille qui accipit quinq;,quum multi doctores inueniantur inutiles,sed ille tãtum qui unum accepit,id est populus? Attende,deus secundum præscientiam suam, licet sciat qui iusti futuri sint,& qui iniusti:tamen omnes uocat ad fidem,dans eis gratiam credendi in Christum,quod est talentum bonis quidem ad salutem,malis autem ad præiudicium, ut inexcusabiles fiant. Diaconibus autem,& doctoribus secundum præuidẽtiam suam illis uidetur deus iniũgere ministerium diaconatus,aut presbyteratus, qui sunt iusti: qui autẽ inueniuntur iniusti,illos homines ordinasse uidentur,nõ deus. Ab exitu ergo rei cognoscitur,qui à deo ordinatus est,& qui ab hominibus. Qui enim ministerium suũ bene consummauerit,apparet,quia ex deo fuerat ordinatus: qui autem ministerium suũ nõ bene cõsummauerit,ex hominib⁹ ordinatus est. Quomodo autẽ quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur,manifeste in libro octauo canonum Apostolorum dicitur. Qui autẽ ex hominibus ordinatus est,quantum ad deum non est diaconus, aut sacerdos. Ergo in sacerdotibus quidem,& diaconibus non est inuentus ut perdat talenta,qui secũdum præscientiam ordinatur à deo. In popularibus autem euenit quomodo etiam qui peccator futurus est,à deo accepit fidei gratiam.

Quid taurus,templumq; mystice significent. Cap. V.

QVid taurus mystice significet,diuus insinuat Gregorius, libr. Moralium 23. cap. 3
Iob 42 b In tauro(inquit)ceruix superbiæ,in ariete autem ducatus gregum sequentium designatur. Quid itaq; est,pro eis tauros,arietesq; mactare, nisi eorum superbum ducatum interficere,ut de se humilia sentiant,& post se corda innocentium iam nõ seducant? Cernuice enim tumenti ab Ecclesiæ uniuersitate resilierant,& infirmos post se populos,quasi sequentes

sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob,id est,reuertantur ad Ecclesiam hæretici septenario sacrificio tauros,& arietes mactandos offerant,quia ut uniuersali Ecclesiæ coniungãtur, humilitate interueniente interficiant, quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant. Require de tauro in dictione,Onocentaurus. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Tauri pingues obsederunt me: Tauri (inquit) pingues Psalm.21 b principes Iudæorum designant, qui in uicem tauri malitiam, superbiamq; suam erectis ceruicibus inflauerunt, & innocentis sanguinem truculentis cornibus effuderunt. Apte uero addidit,Pingues. Tunc enim ipsum animal nimis redditur inquietum,quando pinguedine multa refertum est,& de mansueto ferox efficitur, quum præsumptione luxuriantis corporis animatur.

Templum Salomonis corporis Christi typus fuit,de quo scribitur in libro Regum,ꝙ 3.Reg.6 a quadringentesimo,& octogesimo anno egressionis filiorũ Israel Salomon ædificare cœpit domum,id est templum domino. Hæc domus(inquit Rupertus) aut templum domini,cuius in figuram, uel typum ædificatum fit,non nostra coniectura,sed scripturarũ tradendum est testimonijs. Primus ipse dominus,quum interrogaretur in templo à Iudæis dicentibus,Quod signum ostendis nobis,quia hæc facis,respondit,& dixit:Soluite tem- Ioan.2 d plum hoc,& in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem(inquit Euangelista)dicebat de templo corporis sui. Profecto quum hæc dicit,templum illud manufactum,templi non manufacti,id est,corporis sui fuisse typum,uoluit intelligi. Et idem Euangelista in Apocalypsi dicit:Et templum non uidi in ea,uidelicet ciuitate sancta Hierusalem. Dominus Apoca.21 g enim omnipotens templum illius est,& agnus. Sed & ipse Salomon significans cuius in typum templum illud ædificauerit. Sapientia(inquit)ædificauit sibi domum,excidit co- Prou.9 a lumnas septem &c. Quibus uerbis quid aliud, quàm Christi dei uirtutem,& dei sapientiam, templum sibi ædificasse docet humani corporis, septem fultum, uel ornatum columnis, quæ uniuersa sunt dona septiformis spiritus sancti? Igitur templum illud manufactum sine dubio templi sancti,tẽpli dominici corporis typus fuit,cuius de latere dextro iuxta Ezechiel, aquæ uiuentes, aquæ salubres egressę sunt, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Domus autem quam ædificabat rex Salomon domino, Ezech.47 a habebat sexaginta cubitos &cę. Hæc mensurarum distinctio tam pulchra, quàm mystica est. Nam templi prædicti inhabitator, deus dei filius ipse est, per quem & senario di- Gene.1 a erum numero, cuncta opera sua condidit pater deus, & per quem in monte Sina decem præcepta legis scripsit in tabulis idem deus, uel dei digitus. Ergo templi huius longitu- Deute.9 b do pulchre sexaginta cubitorum est, qui numerus ex senario, denario per latitudinem conficitur, ut erubescat Cherinthus, uel omnis hæreticus, quicunque asserere ausus est, quod templum hoc Maria uirgine non fuerit longius,id est,quod ex Maria sumpsit initium Christus. Porro latitudo uiginti cubitorum habitantem,atq; diffusam in isto templo significat charitatis amplitudinem. Hic nempe numerus, id est,uicenarius in deceno limite binarius est. Dicit autem iste,quia in duobus præceptis,scilicet in dilectione dei,& in dilectione proximi uniuersa lex pendet,& prophetæ. Igitur latitudo hęc templi manu Matt.22 d facti,perfectio est geminæ dilectionis plenariæ, permanentis in illo templo non manufacto dominici corporis. Nam & patrem diligit,& nos, quibus per carnem proximus factus est,& usq; ad mortem dilexit. Siquidem de dilectione dei patris dicit, Sed ut cogno- Ioan.14 d scat mundus,quia diligo patrem,& sicut mãdatum dedit mihi pater,sic facio. De dilectione autem,qua nos diligit,quum dixisset, Hoc est præceptum meum,ut diligatis inuicẽ, Ioan.15 d continuo subiunxit,Sicut dilexi uos. Et quasi quæreremus, quomodo,uel quantum dile- Ioan.15 b xisti nos? Maiorem(ait) hac dilectionem nemo habet, quàm ut animã suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis. Tãdem altitudine cubitorum triginta,quid pulchrius,gloriosius,magnificẽtius? Deniq; tricenarius numerus ipse est in deceno limite ternarius. Et quis fidelium nesciat, qa pulcherrima dominici corporis fabrica,usq; ad præcelsam sanctę trinitatis gl'iam alta est? Siquidẽ dominicus homo una ex tribus,una(inquã) in trinitate persona est. Nec enim quia geminæ gigas substantię,quia deus,& homo est, idcirco etiam duarum personarum Christus est, sed idem deus, & homo una, eademq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

persona est. Igitur altitudo templi triginta cubitorum est, quia dominicus homo in altissima sanctę trinitatis gloria est. Sciendum tamen, quia terna erant in templo laquearia, prima uidelicet post triginta cubitos à pauimento, secunda post cubitos sexaginta contra summitatem porticuum, tertia post cubitos centum uiginti in summitate totius domus. Et porticus erat ante templum uiginti habens cubitos lōgitudinis &c. Porticus ante templum uitam, uel conuersationem designat eiusdem domini nostri, qua uixit, uel cō uersatus est ante passionis suæ sacramentum. Nam quandiu hic uixit, quādiu in terra cōuersatus est, sui qui erant cum eo, qui illum sequebantur, non eum cognoscebāt, nō intelligebāt, nec enim spiritus sanctus datus erat, necdum aperuerat illis sensum, ut intelligerent scripturas, quarum sine lumine nō erat introire, aut uidere templi illius interiora. Ita que uita, uel cōuersatio eius cum hominibus, quasi porticus erat, in qua credentes in se, ad hoc disponebat, ut peracta passione & resurrectiōe sua, tunc demm intromitteret eos ad uidēdū, quale, quā speciosum ipse diuinitatis templū erat. Et porticus uiginti habebat cubitos longitudinis, iuxta mensurā latitudinis templi, per quā uidelicet latitudinē, charitatē eius iam diximus designari. Opus quippe erat, ut ambulans inter homines inuicta charitate patiens esset, & lōganimis tot irrogatis iniurijs, cōtumelijs, terroribus, blasphemijs, & ad ultimū flagellis, & ipsa amaritudine mortis. Hæc lōganimitatis profecto porticus longitudo fuit iuxta mensurā latitudinis templi, iuxta amplas diuitias habitantis in illo supradictæ charitatis, qua non lacessebat, nec inuitus patiebatur. Sed tanquā esuriens saturabatur opprobrijs. Latitudo porticus eiusdem decem cubitorum erat. Ergo porticus ipa latitudine, scilicet templi angustior erat. Quare? Videlicet quia dum adhuc cum hominibus conuersaretur, non ita charitas eius ut nunc actu diffundebatur. Angustiabatur adhuc paulisper, ita ut diceret: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Iam quidem & ante constitutionem mundi tam uoluntate, quàm potestate habebat se extendere usq; ad gentes, sed actu (ut iam dictum est) solas admittebat oues Israel. Itaq; latitudo porticus latitudine templi minor erat, illa uidelicet latitudine, qua dixit: Euntes, docentes omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quare de altitudine porticus nihil scriptura dixit? Vere & in hoc magna subest pulchritudo mysterij. Nam quandiu hic uixit, quandiu mortalis fuit, nullius apud homines erat altitudinis, sed erat despectus, sed erat uirorum nouissimus. Vnde est illa uox eius in Psalm. Ego autem sum uermis, & non homo. Pulchre ergo de altitudine porticus scriptura tacuit, quia dum in hoc mundo militaret sub obedientia patris, tanquam homo mendicus, & pauper nimia humilitate contentus fuit. Fecit & feneſtras obliquas in templo: Templo manufacto necessarium fuit feneſtras fieri, quia uidelicet absque illis non templum uenerandæ uisionis, sed carcer esset tenebrarum, & caliginis. At uero templum hoc non manufactum, templum hominis dominici, non deforis lumen petit, non aliūde poscit claritatem solis, aut diei, quum sit templum luminis, templum ignis æterni. Num ergo nullas esse putādum est feneſtras in hoc templo dei? Imo feneſtras habet plurimas, nō ut de foris lumen accipiat, sed ut toti sanctę ciuitati (cuius templū est) uerum de semetipso lumen effundat, sitq; eiusdem (ut in Apocalypsi scriptum est) ciuitatis lucerna. Quales illæ feneſtræ? Feneſtræ obliquæ, pene occultæ. Nam hinc est quod dicit, quodq; ait habitator templi huius, & templum ipsum deus, & homo Christus: Spūs ubi uult spirat, & uocē eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat. Feneſtræ igitur oblis quæ sunt, id est occultæ uiæ, occultæ diuisiones habitantis in illo gratiæ, & exinde diuidē tis singulis prout uult, qua mensura, quo tempore, quo fine, nouit solus ipse.

Ioan. 7 f
Lucæ. 24 g
Mat. 15 c
Matt. 28 d
Esa. 53 a
Psalm. 21 b
Apoc. 21 g
Ioan. 3 a

De eodem templo. Cap. VI.

ET ædificauit super parietes tēpli tabulata per gyrum in parietibus domus &c. Pulchre sapiēs architectus unam, eandemq; domum triplici ordine sursum ampliauit, & ita capacē magnę multitudinis effecit. Nimirū & in hoc diuinitatis tēplo, in hoc deo, & homine Christo, tria tabulata sunt, & necesse est, ut quisq; in Christo manere desiderās, in quolibet eorū fideliter cōfistat. Quæ nam sunt tabulata hæc? Profecto tres bene uiuendi distinctiones, tres in Christum credentium ordines, quos & ipse mystice discernens,

Duo

Duo (inquit) in agro, duæ molentes in unum, duo in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur. Itidem isti sunt ordines, quos in Ezechiel propheta sub nominibus intelligimus, Iob Noe, & Daniel. Primus, uel infimus ordo est, operantiū in agro, id est, coniugatorū, qualis fuit Iob, qui deo complacuit per fidem, & patiētiam cum coniugio. Hoc plane primum tabulatum est in Christo diuinitatis templo, quinq; habens cubitos, quam per mēsuram recte intelligitur quinq; corporis sensus occupans exteriorum opus, & labor. Medius ordo molentium est, id est, eorum qui bene præsunt, & uerbum dei prædicādo, quasi molendo, circumeunt, qualis fuit Noe, qui gubernando arcam in fluctibus, exemplum præbuit cunctis rectoribus sanctæ Ecclesiæ. Hoc tabulatum secundum est, sex habens cubitos, quæ illorum mensura est mystica, qui laborant in uerbo, & doctrina. Senario nanque dierum numero deus sua perfecit opera, & idcirco recte illorum, qui operantur opus dei latitudo hæc significat statum. Tertius ordo, qui & supremus, quiescentium in lecto est, id est, contemplationi uacantium, qualis fuit Daniel, qui coniugio carens, & quasi in lecto suauissimo solitarius dormiens, clare quasi facie ad faciē uidebat dei uisiones. Hoc nimirum dominici templi tabulatum tertium est, septem habēs cubitos, quo in numero sabbatismus dei est, illam significans requiem animæ, deum suscipientis, de qua ipse quū dixisset: Et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, subsecutus, Et inuenietis (ait) requiem animabus uestris. In hoc tabulato supremo, sancta iam sabbatizat anima, seculo altior, & quum adhuc teneatur in corpore angusto, iam per contemplationis requiē fruitur cœlo, spaciatur inter angelos, assistit deo. Igitur in templo domini tria tabulata sunt, quia manentium in Christo tres legitimi ordines sunt. Ostium (inquit) lateris medij in pariete erat &c. quod est ostium lateris medij, per quod introitur in tabulatum primū, ut ascendatur in medium, & à medio in tertium? Ostium lateris templi, uulnus est in latere lanceato dominici corporis, præter quod non est aditus, non est ostium, uel ianua, qua intret quis, ut in quouis ordine coram deo stare possit. Nam ex illo latere, quum lancea percussum esset, sanguis, & aqua profluxit, quo sacramento deletum est peccatum mūdi, in quo & baptizati sumus, dicente Apostolo: Quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo unum est ostium, unum baptisma, per quod introitur in illud dei templum, quo, quum admissus fuerit, tunc domum ascendere licet, uel à primo in medium, uel à medio in tertium, prout delectauerit quēcunq; ascensus uir tutum, uel celsitudo meritorum. Trabes autem posuit &c. Muris templi hærere, est hoc solum considerare, q; Christus homo est, quod passibilis erat, quod homines impij murę corporis eius clauis, & lancea suffodere potuerunt, ut interficerēt eum. Verum hoc tantū considerare, hoc solum respicere, & pro hoc illum contemnere, Iudæorum est, & hæreticorum, atq; gentilium. Trabes igitur tabulatorum muris templi non hæreant, id est una cunctorum Ecclesiæ ordinum fides, non solum in Christō respiciat carnis naturam, sed ad internam diuinitatis gloriam tendat: Domus autem, quum ędificaretur, lapidibus dolatis, atq; perfectis ædificata est &c. Hoc & pro uniuersitate sanctæ illius supernæ ciuitatis Hierusalem, sic recte intelligi potest, quia lapides uiui, lapides sancti, de quibus illa construitur, hic dolantur, hic in mundo tunsionibus, atq; pressuris expoliūtur: ibi autem in pace per manum artificis locis suis aptantur, ita ut nullus persecutoris malleus, nulla cædentium securis, nullum serrantium ferramentum ulterius audiatur. Verum quia hic non de ciuitatis ædificio, sed de ciuitatis templo sermo est, illud recte intelligitur, quia sine opere humano, sine uirili complexu, conceptus est deus & homo Christus dei filius. Igitur malleus, siue securis, atq; omne ferramentū, non sunt audita in domo, quū ædificaretur, qa nullum affuit opus humanū, ut Christus cōciperetur. Foris dolati sunt lapides, quibus hæc domus ædificata, quia prius patres, uel iusti oēs more naturæ, uel opere humano generati sunt, quorū fide in beatam uirginē coadunata, Christus cōceptus est. Hic ferramentū quodlibet audiri, scelus est, & quicunq; se audisse somniauit, hæreticus est. Aedificauitq; quadraginta cubitorū ad posteriorem partem templi tabulata cedrina &c. Nō solum oraculū, quod erat uiginti cubitorū, sed ipsum, quod præ foribus oraculi quadraginta cubitorum erat, operuit auro purissimo, nihilq; erat in templo, quod non auro tegeretur.

Mat. 24 d
Lucæ 17 g
Ezech. 14 f
Mat. 11 d
Galat. 3 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

regeretur. Sed & totum (inquit) altare oraculi texit auro. Magnum, & mirificum templi manufacti opus, gloriam præfigurabat templi nõ manufacti, id est hominis Christi, quã credimus, quam prædicamus, cuius uisionem desiderantes, expectamus. Quod est enim templi illius aurum, siue aurea claritas, nisi sedentis ad dexteram patris immortalitas, atque impassibilitas? Deniq; anteq̃ passus, uel mortuus resurgeret, templũ quidem erat lapideum, & cedrinis tabulis quasi contextum, sed nondum auro tectum, quia solida quidem, & nullo uitio putribilis in illo nostra erat natura, sed nondum sua fulgebat gloria, qua post passionem mortis coronandus erat. At postquam resurrexit à mortuis, iam nihil in tẽplo est, quod non immortalitatis auro tegatur, semel quippe mortuus, & uiuens
Roma. 6 b deo, iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur. Auro uilior templi substãtia tegitur, non destruitur, quia uidelicet gloria resurrectionis, siue immortalitatis, natura carnis non absorbetur, sed superinduitur. Quod tandem in hoc templo est oraculum, quod dicitur sancta sanctorum? Oraculum in templo, deus est in Christo. Vnde Apostolus di-
2. Cor. 5 d cit: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Oraculum autem & præ foribus oraculi templum, sicut non duo templa, sed unum templum, sic hominẽ, & in homine deũ, non duos Christos, sed unum confitemur Christum. De uocibus, siue responsis huius oraculi, de dispositione uerbi incarnati, illud sacrum corporis templum inhabitantis, nõ soli Apostoli, sed & ipse Christus iugiter secundum hominem pependit, ut nihil à semetipso faceret, aut iudicaret, ita ut (uerbi gratia) gẽtem suam, uel ciuitatem Hierusalem, ruituram flere posset, flendo quum non liberaret. Oraculum illud quantæ longitudinis, tãtæ & latitudinis, tantæ nihilominus erat & altitudinis, quia uidelicet Christi domini nostri diuinitas, quantæ antiquitatis, quæ per longitudinem, quantæ maiestatis, quæ per altitudinem, tantæ omnino charitatis est, quæ intelligitur per latitudinem. Fecit in oraculo duo Cherubim de lignis oliuarũ decem cubitorum altitudinis: In tabernaculo Moysi, duo Cherubim obumbrantia propitiatorium, mystice duo testamenta sunt, mediatori
Exod. 25 b dei, & hominum Christo, concorditer perhibentia testimonium, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. In his itidem, quæ fecit Salomon, ipsum intelligimus mysteriũ. Et il
1. Ioan. 2 a le intra uelũ, & hic intra tabulatũ, quo distinguebatur à tẽplo propiciatoriũ, posuit Cherubim. Plane saluo mysterio poterat posuisse in tẽplo extra propitiatoriũ, quia uidelicet tẽplum diuinitatis homo Christus utrunq; memoriter capiebat testamentum, & ab utroq; tam diuinitatis, q̃ humanitatis suæ uerũ habet testimoniũ. Sed hoc sciendũ, necessario recondita hæc fuisse, tam nunc intra oraculum, q̃ tunc intra uelum, uidelicet ne populus instabilis, & idololatriæ nimius appetitor, pulchras effigies miratus, pro deo ado-
4. Reg. 18 a raret, ficq; uerum, & uiuum offenderet deum. Deniq; in hoc libro regum scriptum est, Cõfregitq; Ezechias serpentem æneum, quem fecerat Moyses, siquidem usq; ad illud tẽpus incensum adolebant ei filij Israel. Si non tantum aureum uitulum, sed & serpẽtem populus ille pro deo adorare poterat æneum, quantomagis Cherubim adoraret spectabiliũ, imo & quasi cœlestium mirator specierum? Ergo necessario hæc (ut prædictum est) recõ-
Num. 17 g dita sunt, ut sola sacerdotalis maturitas, ea certis temporibus intueretur, ita dicente dño per Moysen: Quia si quis externus accesserit, morte moriatur. Veruntamẽ & mystice idcirco testamentum utrunq; intrinsecus recondatur, ut scripturarum arcana nullus attrectare audeat prophanus, ne dum uerba spiritus sancti discutit alieno spiritu, fiat hæreticus, atq; ita iuxta sententiam legis diuinæ, morte moriatur: De lignis (inquit) oliuæ fe-
Eccl. 44 b cit eos. Ligna oliuarum uiri sunt misericordiarum, de qualibus scriptum est: Hi sunt uiri misericordiæ, quorum iustitiæ obliuionẽ non acceperũt. Cum semine eorũ permanẽt bona, hæreditas sancta nepotes eorũ, & in testamentis stetit semen ipsorũ. Tales quippe uiros utrunq; conditũ est testamentũ, qui quasi ligna oliuæ, id est uasa misericordiæ fuerunt, eorumq; fides, & merita utriusq; Cherubim materia sunt. Extendebant alas suas Cherubim, & tangebat ala una parietem, & ala Cherub secundi tangebat parietem alterum. Alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant à pariete usq; ad parietẽ alterũ, quicquid erat oraculi obumbrabãt: Cherubim, q̃ uidelicet quicqd est de uerbo dei, quicquid sciri, uel prædicari oportet, de incarnatione, de uera diuinitate & humanitate

humanitate filij dei duobus ita continetur testamentis, ut extra hæc nihil sit quod annunciari debet, aut credi. Totum in his cõprehenditur cœleste oraculũ, quod tam firmiter scire debemus, ut extra hæc audire nec hominẽ nobis liceat, nec Angelũ: Texit quoq; Cherubim auro, Vt uidelicet omnis literæ utilitas splẽdeat spiritalis intelligẽtiæ fulgore diuino: Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarũ. Ostiola, quæ claudãtur, & aperiantur, sanctorũ sunt expositiones eloquiorũ, quæ pro diuersa capacitate audientium aliis claudendæ, aliis aperiendæ sunt, quẽadmodum dicit: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni
Lucæ. 8 b dei, cæteris autẽ in parabolis. Potest (inquit) angulorũ quinq; &c. Factura hęc pentagoni speciẽ exprimit, maxime clausis ostiolis, ut uidelicet illis pręcipue claudi debeant secreta cœlestis oraculi, quorũ capacitas quinq; sensuum facultatẽ nõ excedit, adeo ut spiritualium comparatione non tam homines, quam iumenta possint æstimari. Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species: In ostijs, & in parietibus cum Cherubim palmarum quoq; species pinguntur, quia scientiam dei fideliter suscipiẽtibus, & pro illa certantibus uictoriæ de cœlo promittuntur. Fecit & introitu templi postes &c. Itaq; quatuor erant ostia, quoniam utrũq; ostium duplex erat. Plane in introitu templi non manufacti quatuor ostia sunt, quia notitiam quatuor Euãgelistarum, narratione incarnationis dominicæ accipimus. Hæc ostia se inuicem tenentia aperiuntur, quia profecto summa euangelistarum concordia est, seq; inuicem tenent, & in nullo à se illos discrepare sentit, & credit quisquis pio spectat intuitu.

Quid tenebræ mystice significent. Cap. VII.

QVid tenebræ mystice significent, diuus insinuat Gregorius, libr. Moralium 4. cap. 19. exponens illud Iob, Obscurent eũ tenebræ, & umbra mortis: Diem (inquit) tenebræ obscurant, quando delectationem mentis inflicta pœnitentiæ lamenta transuerberant. Possunt etiam per tenebras occulta iudicia designari. In luce nanq; quod uidemus, agnoscimus: in tenebris uero aut oñino nihil cernimus, aut incerto uisu caligamus. Occulta nanq; iudicia quasi quædam ante nostros oculos tenebrę sunt, qa perscrutari nequaquam possunt. Vnde & de deo scriptum est, Posuit tenebras latibulum suum. Et quia absolui nõ meremur, agnoscimus, sed præueniẽte nos diuina gratia, per eius occulta iudicia liberamur. Diem igitur tenebræ obscurant, quũ flendũ nostræ delectationis gaudiũ, ab illo iustæ animaduersionis radio, inscrutabilia eius iudicia misericorditer occultant. Pſal. 17 b
Vnde & apte subiungitur, Et umbra mortis. Et libro 9. cap. 46. exponẽs illud Iob, Terram miseriæ, & tenebrarum: Miseria (inquit) ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatẽ. Iob 10 d
Ea ergo quæ à cõspectu districti iudicis expulsos tenet, miseriæ, & tenebrarum terra perhibetur, qa foris dolor cruciat, quos diuisos à uero lumine, intus cæcitas obscurat. Quãuis miseriæ, & tenebrarum terra intelligi & aliter potest. Nam hęc quoq; terra in qua nascimur, est quidem miseriæ, sed tenebrarum non est, quia multa hic corruptionis nostræ mala patimur, sed tamẽ adhuc in ea per conuersionis gratiam ad lucem redimus, ueritate suadente, quæ ait: Ambulate dum lucem habetis, ne uos tenebræ comprehendant. Illa Ioan. 12 f
uero simul miseriæ, & tenebrarum terra est, quia quisquis ad tolleranda eius mala descẽderit, nequaquã ulterius ad lucem redit. Et lib. 11. cap. 11. exponens illud Iob. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis: Quum (inquit) quæq; mystica de occultis prophetarum uerbis à credentibus agnoscũtur, quid aliud, quàm profunda de tenebris reuelãtur? Vnde ipa quoq; ueritas discipulis in parabolis loquens, ait: Iob. 12 d
Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine. Quum enim mysticos allegoriarũ nodos Mat. 10 c
per explanationẽ soluimus, in lumine dicimus, quod in tenebris audiuimus. Vmbra autẽ mortis, erat legis duritia, quę unumquenq; peccantem morte corporis puniri sanciebat. Sed postquam redemptor noster asperitatem legalis sanctionis per mansuetudinem tẽperauit, nec iam pro culpa mortem carnis inferri constituit, sed mortem spiritus, quantũ timenda esset, indicauit, in lucem proculdubio umbram mortis produxit. Et libro 17. cap. 14. exponens illud Iob Terminum circundedit aquis, usq; dum finiantur lux, & tenebræ: Quia (inquit) plerunq; in sacro eloquio (ut supradiximus) aquarum nomine populi designantur, aquas dñs termino circũdat, qa humani generis ita scientiam moderatur, ut
Iob 26 d

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,ut quouſq; uiciſſitudines alternantium temporum tranſeant,perfecte ad cognitionẽ
claritatis intimæ non pertingat. Sin uero lucis nomine iuſtos accipimus,tenebrarum ue-
ro appellatione peccatores. Vnde & Paulus dicit: Eratis aliquando tenebræ,nunc autem
Ephes.5 b lux in domino,hoc ipſum quod diximus,ſentiri nihil obſtat,qa perfecta æternitatis ſciẽ
tia nulli tribuitur,quouſq; curſus iuſtus iuſtorũ, iniuſtorumq; finiatur. Et lib. 25. cap.
Iob.24.c 4. exponens illud Iob,Non ſunt tenebræ,& non eſt umbra mortis, ut abſcondantur ibi,
qui operantur iniquitatem: Quid per tenebras(inquit)niſi ignoratiam, & quid per um-
bram mortis,niſi obliuionem ſtuduit deſignare? De quorundam quippe ignorantia dici
Ephes.4 e tur: Tenebris obſcuratum habentes intellectum. Et rurſum de obliuione, quæ in morte
Pſal.145 a contingit,ſcriptum eſt: In illa die peribunt omnes cogitationes eorũ. Quia ergo per mor
tem funditus obliuioni traditur quicquid uiuẽdo cogitatur,quaſi quædam umbra mor
tis obliuio eſt. Sicut enim agit mors interueniens non eſſe quod fuit in uita,ita interueni
ens agit obliuio non eſſe quod fuit in memoria. Recte itaq; umbra eius dicitur, quia ue-
lut de ipſa exprimitur,dum uim illius ſopiendo ſenſus imitatur. Deus autem quia mala
hominum nec cogitata ignorat,nec perpetrata obliuiſcitur, niſi ab eius oculis pœniten-
do deleantur,congrue dictum eſt: Non ſunt tenebræ,& non eſt umbra mortis, ut abſcõ-
dantur ibi qui operantur iniquitatem. Ac ſi diceret: Idcirco eius iudicio nullus abſcondi-
tur,quia nullatenus poteſt aut non uidere quod facimus, aut obliuiſci quod uidet. Quã-
uis intelligi tenebræ,uel umbra mortis aliter poſſunt. Omnis nanque immutatio, uelut
quædam mortis imitatio eſt. Id enim quod mutat,quaſi ab eo quod erat interficit,ut de-
ſinat eſſe quod fuit,& incipiat eſſe quod non fuit. Lumen igitur uerum, creator uidelicet
noſter,quia nulla mutabilitatis uiciſſitudine tenebreſcit, nullis naturæ ſuæ defectibus
obumbratur,ſed eius eſſe ſine mutabilitate fulgere eſt, tenebræ, uel umbra mortis dici-
Iaco.1 c tur ei non ineſſe. Vnde aliàs ſcriptum eſt: Apud quem non eſt tranſmutatio,nec uiciſſitu-
2.Tim.2 c dinis obumbratio. Et unde rurſus Paulus Apoſtolus dicit: Qui ſolus habet immorta-
litatem,& lucem habitat inacceſſibilem.

Quid terra myſtice ſignificet. Cap. VIII.

Iob 1 d QVid terra myſtice ſignificet,diuus inſinuat Gregorius,libro Moralium 2.cap.29.
& 30. exponens illud Iob,Et tonſo capite corruẽs in terram adorauit: Quid per
Exec.5 a deciſos capillos,niſi ſacramentorum ſubtilitas,quid per caput,niſi ſumma ſacerdotij de-
ſignatur? Vnde & ad Ezechielem prophetam dicitur: Tu fili hominis ſume tibi gladium
acutum,radentem pilos,& aſſumes eum,& duces per caput tuum,& barbam, ut uidelicet
prophetæ facto iudicium redemptoris exprimatur,qui in carne apparens,caput raſit, qa
à Iudaico ſacerdotio præceptorum ſuorum ſacramẽta abſtulit. Barbam raſit,quia regnũ
Iſraeliticum deſerens,decorem uirtutis eius amputauit. Quid uero hoc loco per terram,
niſi homo peccator exprimitur? Primo quippe peccanti homini dictum eſt: Terra es, &
Gen.3 d in terram ibis. Terræ ergo nomine peccatrix gentilitas deſignatur. Nam quum iuſtam Iu
dæa ſe crederet,conſtat,quàm reproba de gentilitate ſentiret, Paulo atteſtante, qui ait:
Gal.2 e Nos natura Iudæi,& non ex gentibus peccatores. Mediator igitur noſter quaſi detonſo
capite in terram corruit,quia Iudæam deſerens, dum ſacramenta ſua ab eius ſacerdotio
abſtulit,ad notitiam gentilium uenit. Capillos enim à capite raſit,quia ſacramenta legis
ab illo ſuo primo ſacerdotio ſuſtulit,& in terram corruit,quia ſaluandis ſe peccatoribus
dedit,dumq; eos qui ſibi iuſti uidebantur deſeruit,hos qui ſe iniuſtos & fatebantur,&no
Gene.1 b uerant,aſſumpſit. Et lib. 19.cap.29. exponens illud Geneſis,Germinet terra herbam ui
rentem,& facientem ſemen &c. Quod ſic eſt ueraciter factum,ut ſignificaret aliquid ue-
raciter faciendum. Per terram quippe figuratur Eccleſia,quæ & uerbi pabulo nos reficit
& patrocinij umbraculo cuſtodit,quæ & loquendo paſcit,& opitulando protegit, ut nõ
ſolum herbam refectionis proferat,ſed & cum fructu operis,arborem protectionis. Et
Iob.31 d lib. Mora. 22.cap.23. exponens illud Iob,Si aduerſum me terra mea clamat, & cum i-
pſa ſulci eius deflent,ſi fructus eius comedi abſq; pecunia, & animam agricolarum eius
afflixi,pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina. Quid eſt clamare ter-
ram, deflere ſulcos, & fructus proprios emendo comedere? Cui unquam neceſſe eſt ſua
emere?

emere? Quis clamantem audiuit terram? Quis ſulcos deflentes uidit? Et quum ſulci ter-
ræ ſemper ex terra ſint,quid eſt,qp pronũciatione diſtincta,& clamaſſe terram,& ſulci ei-
us cum ea deflere denegantur? Quum enim nihil ſit aliud ſulcus terræ,quàm terra,ma-
gnę diſtinctionis ratione non caret,dum ſubiungit,Et cum ea ſulci eius deflent. Qua ui-
delicet in re qa ordo hiſtoriæ deficit,ſeſe nobis intellectus myſticus quaſi apertis iam fo-
ribus oſtendit. Ac ſi patenter clamet: Quia rationem literæ defeciſſe cognoſcitis,nimirũ
reſtat,ut ad me ſine dubitatione redeatis. Omnis enim qui uel priuato iure domeſticam
familiam regit,uel pro utilitate cõmuni fidelibus plebibus præeſt,in hoc qp iura regimi-
nis in cõmiſſis ſibi fidelibus poſſidet, quid aliud, quàm terram incolẽdam tenet? Ad hoc
quippe diuina diſpenſatione cęteris unuſquiſq; pręponitur, ut ſubiectorum animus qua
ſi ſubacta terra prędicationis illius ſemine fœcundetur. Sed terra contra poſſeſſorem cla
mat,ſi contra eum,qui ſibi præeſt,aliquid iniuſtum,uel priuata domus,uel ſancta Eccle-
ſia murmurat. Clamare quippe terrã,eſt contra regentis iniuſtitiam rationabiliter ſubie
ctos dolere. Vbi recte ſubiungitur: Et cum ea ſulci eius deflent. Terra enim etiam nullis
operibus exculta,plerunq; ad uſum hominis aliquod alimentũ profert,exarata uero fru
ges ad ſatietatem parit, Et ſunt nõnulli,qui nullo lectionis nullo exhortationis uomere
præſciſſi,quędam bona,quamuis minima,tamen ex ſemetipſis proferunt,quaſi terra nec
dum exarata. Sunt uero nonnulli,qui ad audiendũ ſemper, atq; ad retinendũ ſanctis prę
dicationibus,ac meditationibus intenti, à priori mẽtis duricia quaſi quodã linguæ uome
re ſciſſi,ſemina exhortationis accipiũt,& fruges boni operis per ſulcos uoluntariæ affli-
ctionis reddunt. Sæpe uero contingit, ut hi qui pręſunt,iniuſta aliqua faciant,fitq; ut ipſi
ſubiectis noceant,qui prodeſſe debuerãt. Quæ dum rudes quiq; conſpiciunt,cõmoti con
tra rectorem murmurant,nec tamen ualde proximis per compaſſionẽ dolent. Quum ue
ro hi qui iam aratro lectionis attriti ſunt, atq; ad fugem boni operis exculti,grauari uel
in minimis innocentes aſpiciunt, per compaſſionem protinus ad lamenta uertuntur,qa
uelut ſua plangunt ea quæ proximi iniuſte patiũtur. Perfecti nanq;,quum ſemper de ſpi
ritualibus moueantur,tanto ſciunt de alienis corporalibus dãnis ingemiſcere,quãto iam
edocti ſunt,non dolere de ſuis. Omnis ergo qui præeſt ſi peruerſa in ſubditis exercet,cõ-
tra hũc terra clamat,& ſulci deflent,quia contra eius iniuſtitiã rudes quidẽ ex populo in
murmurationis uocibus erumpunt,ſed perfecti quiq; pro prauo eius opere ſe in fletibus
affligunt,quod imperiti clamant, & non deflent hoc probatioris uitæ ſubiecti deflent,&
tacent. Quum clamãte ergo terra ſulcos plangere, eſt per hoc unde multitudo fidelium
iuſte contra rectorem queritur,uberiores uitæ homines ad lamẽta peruenire. Sulci itaq;
& ex terra ſunt,& tamẽ à terræ uocabulo diſtinguntur, quia hi,qui in ſancta Eccleſia mẽ
tem ſuam labore ſanctæ meditationis excolũt,cęteris fidelibus tanto meliores ſunt,quã
to per accepta ſemina fœcundiores operum fruges reddunt. Et ſunt nõnulli, qui ſanctis
plebibus prełati,uitæ quidem ſtipendia ex Eccleſiaſtica largitate cõſequuntur,ſed exhor
tationis miniſteria debita non impendunt. Contra quos adhuc exemplum ſancti uiri re-
cte ſubiungitur,quum ab eo protinus ſubinferturi Si fructus eius comedi &c. Et libro no
no,capite uicesimoprimo,exponens illud Iob, Terra data eſt in manus impij,uultum iu- Iob 9 c
dicum eius operit: Terræ(inquit)nomine caro exprimitur,impij uero diabolus. Manus
huius impij fuerunt hi,qui in redemptoris noſtri morte craſſati ſunt. Terra itaq; data eſt
in manus impij,quia antiquus hoſtis redemptoris mentẽ corrũpere per ſe tentando non
ualuit,ſed eius carnem per ſuos ſatellites ad triduum permiſſus extinxit,& diſpenſationẽ
ſuperne pietatis neſciens,ex hac ipſa permiſſione ſeruiuit. Tribus enim redemptorem no
ſtrum tentationibus pulſans,cor dei temerare non ualuit. Sed Iudæ mentem ad mortem
carnis eius excitauit,cumq; ei cohortem, atq; à pontificibus,& phariſæis miniſtros tradi-
dit,nimirum iſte impius manus ad terram tetẽdit. Huius terræ iudices,ſacerdotes,& prin
cipes, Pilatus, atq; illuſores milites fuerunt. Iſte itaq; impius uultum iudicum eius ope-
ruit,quia corda perſequentium, ne autorem ſuum cognoſcerent,malitiæ nubilo uelauit.
Vnde & per Paulum dicitur: Vſq; in hodiernum diem, quum legitur Moyſes,uel amen 2.Cor.3 d
eſt poſitum ſuper cor eorum. Qui rurſum ait: Si enim cognouiſſent, nunquam domi- 1.Cor.2 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

num gloriæ crucifixissent. Vultus ergo iudicum opertus extitit, quia mens perfequentium eum, quem carne tenere potuit, deum nec per miracula agnouit. Quia uero antiquus hostis cum iniquis omnibus una persona est, sic plerunq; scriptura sacra de iniquorum capite, id est, diabolo loquitur, ut repente ad eius corpus, id est, ad sequaces illius deriuetur. Potest ergo nomine impij, infidelis, ac persecutor populus designari, cui & hoc congruit omnino quod subditur, Quod si non ille est, quis ergo est? Ac si aperte diceretur: Quis unquam impius esse putandus est, si ille populus, qui ipsam pietatem persecutus est, impius non est? Sed cõsiderata uir sanctus ludaicæ plebis perfidia, ad semetipsum mentis oculos reuocat, dolet quod uidere nequeat, quem amat, mœrore afficitur, quia ex præsenti mundo ante subtrahitur, quàm salus mũdi reueletur. Terra, animam designat iusti, ut habes in dictione, Fundamentum. Terra quoque uerbum dei signat, ut diuus ait Gregorius, libro Moralium tricesimoprimo, capite duodecimo. Terra (inquit) uerbum dei, quam quanto labor inquirentis exigit, tanto largius fructum reddit. Debet ergo intellectus sacri eloquij multiplici inquisitione uentilari, quia & terra, quæ sæpius arando uertitur, ad frugem uberius aptatur.

Testa, thalamus, thesaurusq;, quid mystice significent. Cap. IX.

Iob 2 c

TEsta quid mystice significet, diuus infinuat Greg. lib. Moral. 3. cap. 14. exponens illud Iob, Testa saniem radebat: Quid (inqt) aliud in manu domini testa est, nisi caro ex nostræ substantię luto sumpta? Etenim testa igne solidatur: Caro autem dñi eo ex passione sua robustior extitit, quo per infirmitatem moriens, à morte fine infirmitate surrexit. Vnde recte etiam per prophetam dicitur, Exaruit uelut testa uirtus mea. Sicut testa enim eius uirtus exaruit, qui susceptæ carnis infirmitatem, passionis suę igne roborauit. Quid uero per saniẽ, nisi peccatũ debet intelligi? Per carnẽ quippe, & sanguinẽ, solẽt carnis peccata designari. Vnde per psalmistam dicitur: Libera me de sanguinibus. Sanies itaq; putredo sanguinis est. Quid uero accipimus saniẽ, nisi carnis peccata ex longa uetustate peiora? Vulnus itaq; in saniẽ uertitur, quũ neglecta culpa, usu deteriꝰ grauatur. Mediator itaq; dei & hominũ homo Christus Iesus, corpus suum manibus persequentiũ tradens, saniem testa rasit, quia peccatum carne deleuit. Venit enim (sicut scriptum est) in similitudinẽ carnis peccati, ut de peccato dãnaret peccatũ, dumq; hosti obijcit innocẽtiam carnis suæ, extersit cõtagia carnis nostræ, & ex qua nos captiuos inimicos tenuit, per illam nos liberos expiauit, qa quam nos instrumentũ fecimus culpæ, hęc nobis per media torem uersa est in arma iustitię. Testa ergo sanies raditur, quum carne culpa superatur.

Psal. 21 d

Psalm. 50 c

Rom. 8 a

Thalamus quid mystice significet, diuus infinuat Gregorius, homilia 15. super Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Et thalamum uno calamo in lõgum, & uno calamo in latum: Consideremus (inquit) quid agi in thalamo soleat, atq; exinde hoc, quod in sancta Ecclesia agitur, colligamus. In thalamo quippe sponsus, & sponsa fœderantur, sibiq; in amore iunguntur. Qui ergo sunt in Ecclesia thalami, nisi eorum corda, in quibus animæ per amorẽ sponso inuisibili iunguntur, ut eius desiderio mens ardeat, nulla iam, quæ in mundo sunt, concupiscat, pręsentis uitę longitudinem pœnam deputet, exitę festinet, & amoris amplexu in cœlestis sponsi uisione requiescere? Mens itaq;, quæ iam talis est, nullam præsentis seculi consolationem recipit, sed ad illam, quam diligit medullitus suspirat, feruet, anhelat, anxiatur. Vilis ei fit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est uulnere amoris. Vnde & in Cãticis dicit: Vulnerata charitate ego sum. Et infrà: Pẽsemus (inquit) qualis thalamus Pauli mẽs fuerit, qui dicebat: Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Omnipotenti deo inquantum se amore cõiunxerat, qui sibi uitam Christum tantummodo, & mori lucrum esse deputabat? Hinc est quod iterum dicit: Desiderium habẽs dissolui, & cum Christo esse, multo magis melius. Sed ecce qui dissolui desiderat, quo amore langueat, uideamus. Quia interim differri te conspicimus, fulciri (quæso) floribus non requiris? Quærit plane. Nam sequitur: Permanere autem in carne necessarium propter uos. Et proficiẽtibus discipulis dicit: Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne uos ante dominum nostrum Iesum Christum? Hinc est, quod idem thalamus uno calamo in longo, & uno calamo in lato dicitur mensus. Longitudo quippe ad

Ezech. 40 b

Cant. 2 b

Philip. 1 c

Ibidem

2. Thes. 2 d

pe ad longanimitatem expectationis pertinet, & latitudo ad amplitudinẽ charitatis. Tãtum ergo unusquisq; thalamus habet in longitudinem, quantum & in latitudinem habere potuerit, quia mens cœlesti desiderio succensa, quantum amorem habuerit ad colligẽdum proximum, tantum ad longanimitatem exhibet ad expectandum deum, & patienter portat moras lõgitudinis, quia se in profectu proximi dilatat amplitudo charitatis. Potest etiam ipsa lõgitudo longanimitatẽ patientiæ, quę exhibetur proximo, designare. Et quia latitudo charitatem signat, quæ sinum mentis aperit, & amicos simul, atq; inimicos in amorem recipit, tanta est longitudo thalami, quanta latitudo, quia quantum lata mens fuerit per amorem, tantum erit & patiens per longanimitatẽ. Nam tantum quisq; portat proximum, quantum amat. Si enim amas, portas, si desistis amare, desistis tolerare. Quem enim minus diligimus, minus etiam toleramus, quia irruente fastidio, citius facta proximi adducuntur in grauedinem ponderis, quæ nobis non leuat pẽna charitatis.

Thesaurus qnid mystice significet, Origenes ostẽdit lib. 2. in epistolam ad Romanos, exponens illud, Thesaurizas tibijpsi iram in die iræ: Thesaurus (inquit) appellatur, quo diuersi generis opes, & diuitiæ congregantur. Huius in scripturis significãtiam triplicem legimus. Dicitur enim in Euangelio, thesaurus esse quidem in terris, in quo prohibet dominus thesaurizari, & alius thesaurus in cœlo, in quo iubet fideles quosq; opes suas recõdere, & hinc nunc Apostolus dicit irę thesauros. Omnes ergo homines per hæc quę agũt in hoc mundo, in uno aliquo ex istis tribus congregant thesauros. Aut enim infidelis est quis, & iniquus, & per duritiã cordis, & cor impœnitens in thesauro iræ actus suos recondit. Aut terrenus est, & terrena sapit, ac de terra loquitur, & quũ ei attulerit ager fructus uberes, destruit horrea sua, & maiora ædificat, & thesaurizat in terra. Et ille quidem diues, hic autem stultus appellatur. Dicitur enim ad eum: Stulte hac nocte repetent à te animam tuam, & ea quæ parasti cuius erunt? Aut sapiens est in deum diues, & in terris ambulans, cõuersationem habet in cœlis, atq; omnia quæ agit digna sunt regno cœlorum. Iste talis diuitiarum suarum thesauros cõdit in cœlis. Ita ergo uniuscuiusq; thesauri possessor, & cõditor potest alius quidẽ carnalis, alius uero animalis homo, alius autem spiritalis appellari. Et diuus Gregorius, libro Moralium 1. cap. 38. exponẽs illud Hieremię, Decem autem uiri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro frumenti, & ordei, & olei, & mellis, & non occidit eos: Thesaurus (inquit) in agro, est spes in pœnitentia: Quæ quia non cernitur, quasi in terra cordis suffossa cõtinetur. Qui ergo thesauros in agro habuere, seruati sunt, quia post in cautelę suæ uitium, ad lamenta pœnitentię suę redeunt, nec capti moriũtur. Et libro 5. cap. 3. exponẽs illud Iob, Quasi effodientes thesaurum: Omnes (inquit) qui fodiendo thesaurum quærunt, quum fodere altius cœperint, ad laborem instantius inardescũt, quia quo se thesauro abscondito iam iamq; appropinquare æstimant, eo in effodiendo enixius laborant. Qui igitur plene mortificationem suam appetunt, quasi effodientes thesaurum quærunt, quia quanto fiunt uiciniores ad uitam, tanto se exhibent ardentiores in opere. Laborando ergo non deficiunt, sed magis ad usum laboris crescunt, quia quo iam præmia propinquiora considerant, eo in opere delectabilius exudãt. Vnde bene Paulus quibusdam absconditum æternę patriæ thesaurum quęrentibus dicit: Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto uideritis appropinquare diem. Laborare quippe, consolari est, pariter in labore persistere, quia subleuatio est laboris, uisio collaborãtis, sicut quum in itinere comes iungitur, uia quidem non abstrahitur, sed tamẽ de societate comitis leuatur labor itineris. Dum itaq; Paulus consolantes se in laboribus quæreret, adiunxit, dicens: Tanto magis, quanto uideritis appropinquãtem diem. Ac si diceret: Eo labor crescat, quo iam præmia laboris appropinquant, uelut si aperte dicat: Thesaurum quæritis, sed eo fodere ardentius debetis, quo iam iuxta quæsitum aurum fodiendo peruenistis.

Rom. 2 a

Matt. 6 c

Ibidem

Lucæ 12 d

Hiere. 42 b

Iob. 3 d

Hebr. 10 c

De eodem thesauro, thorace, throno, thure, tigride. Cap. X.

DIuus autem Ambrosius lib. 1. de spiritu sancto, cap. 20. hoc pacto scribit: Doce nos domine Iesu, doce sicut docuisti Apostolos tuos, dicens: Nolite thesaurizare uobis

Mat. 6 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

thesauros in terra,ubi erugo,& tinea exterminat,& ubi fures effodiunt,& furantur. Furē uidelicet immūdum spiritum esse significat, qui in bonorum operum luce gradientibus non posset obrepere. In tenebris autem secularium cupiditatum, & inter oblectamenta terrestrium si quem ceperit uoluptatum,omni uirtutis æternę flore dispoliat. Et ideo do
Matt.6 c minus dicit: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi neq; erugo, neq; tinea exterminat,& ubi fures non effodiunt,& furantur. Vbi enim fuerit thesaurus tuus,ibi erit & cor tuum. Erugo nostra,lasciuia est. Erugo nostra,libido est. Erugo nostra luxuria est,quæ flagitiorum sordibus aciem mentis obducunt. Tinea rursus nostra, Arrius est. Tinea nostra,Fotinus est, qui sanctum Ecclesiæ uestimentum impietate sua scindunt, & unitatem diuinæ potestatis indiuiduam separare cupiētes,sacrilego morsu precioſum fidei uelamē obrodūt. Funditur aqua,si Arrius dentem impresserit. Et Ambrosius sermone 8. in psalmum 118. exponens illum uersum,Portio mea domine &c. Nolite thesaurū uobis condere in terra,sed thesaurum(inquit)uobis condite in cœlo. Sed hoc diuites audire nō possunt. Clausas aures habent,& sono æris obtusas, nummus magit illis resonas,quàm uerba diuina. Deniq; accessit diues quidam ad dominum,qui portionem dominum non habebat. Habebat enim multas possessiones, sed dominus non inter multa numeratur,nō enim dignatur habere cum seculo consortium. Quæ enim portio iustitiæ cum iniquita-
Luc 18 d te? Dicit ergo hic diues: Quid faciens uitam æternam possidebo? Respondit ei dominus: Mandata nosti: Non homicidium facies, non adulterabis, non falsum testimonium dices,ostendens uitam æternam in his esse mandatis. At ille iustificare se uolens,dicit: Hæc omnia feci,quid mihi restat? Ad quem dominus ait, uolēs ei dominum fieri portionem, non pecuniam,nō possessiones, sed utiq; uerum deum: Si uis perfectus esse,uende omnia quæ habes,& da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Verum ille,cui portio aurum, atq; argentum erat, sine quibus esse non poterat, contristatus est. Vnde dominus pronunciauit impossibile esse, ut diues intret in regnum cœlorum. Sed quod impossibile per humanas cupiditates, hoc per diuinam gratiam solam posse esse possibile. De thesauro, require in dictione, Nix, & in dictione, Grando.

Thorax quid mystice significet, require in dictione, Hasta.

Thronus quid mystice significet, require in dictione, Sedes.

Thus,& thuribulum quid mystice significent, require in dictione, Incensum.

Tigris quid mystice significet,diuus ostendit Gregorius, exponēs illud Iob, Tigris pe
Iob 4 b rijt,eo q; non haberet prædā, & catuli leonum dissipati sunt. Quem enim nomine tigridis,nisi beatū Iob nota uarietatis signat,uel aspersum maculis simulationis? Omnis nanque simulator in eo q; uideri rectus appetit, mūdum se per omnia non ostēdit, quia dum uirtutes quasdam per hypocrisim assumit, & occulte semetipsum uitijs subijcit, quędam latenter uitia repente in faciem erumpunt,& superductæ similitudines,quasi uisionis corruinæ ex admixtione sua uarium ostēdunt, ut plerūq; fit mirū, quur homo,qui tantis uirtutibus pollere cernitur,etiam tam reprobis actibus inquinetur. Sed nimiæ omnis hypocrita tigris est,qa dum mundus color de simulatione ducitur,uitiorū nigredine interrum pēte uariatur. Sæpe enim dū de castitatis mūditia extollitur,sorde auaritiæ fœdatur. Sæpe dū de uirtute largitatis speciosus ostēditur,luxuriæ maculis inquinatur. Sępe,dū castitatis atq; largitatis decore uestitur,uelut ex cœlo iustitię crudelitatis atrocitate fuscatur. Sæpe largitate,castitate,pietate ex pulchra uisione induitur, sed interfusa obscuritate superbię notaē, ficq; fit ut intermixtis uitijs, dū mundā in se speciē hypocrita nō ostēdit, qua si unū colorē tigris habere nequaquā possit. Quę uidelicet tigris rapit prædā, qa humani sibi fauoris usurpat gloriā. Quia enim rapta laude extollitur, quasi præda satiatur. Bene autem hypocritarū laus præda dicitur. Præda quippe est, quū aliena uiolēter auferūtur. Omnis autem hypocrita, qa uitā iustitiæ simulans, iustoꝝ sibi laudem arripit, alienū profecto est, quod tollit. Eliphas itaq; qa beatum Iob incolumitatis suæ tempore laudanda egisse cognouit, percussione subsequente, illum hæc tenuisse per hypocrisim credidit, dicens: Tigris perijt,eo q; non haberet prædam. Ac si aperte dicat: Varietas tuæ simulationis extincta est, quia & adulatio laudis ablata est, etiam tua hypocrisis prædā non habet, quia

quia percussa diuinitus, humanis fauoribus caret. Translatione autem septuaginta interpretum nequaquam dicitur tigris, sed Myrmicaleon perijt, eo q; non haberet prædam. Myrmicaleon quippe paruum ualde est animal, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit,& formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Myrmicaleō autem latine dicitur uel formicarum leo, uel certe expressius, formica pariter,& leo. Recte autem formica,& leo nominatur, quia siue uolatilibus, seu quibuslibet alijs minutis animalibus formica est, ipsis autem formicis leo. Has enim quasi leo deuorat, sed ab illis quasi formica deuoratur. Cum igitur Eliphas dicit, Myrmicaleon perijt, quid in beato Iob sub myrmicaleonis nomine, nisi pauorem,& audaciam reprehendit? Ac si aperte dicat: Non iniuste percussus es, quia contra erectos timidus, contra subditos audax fuisti. Ac si apertius dicat: Contra astutos formido te pressit, cōtra simplices temeritas inflauit. Sed iam myrmicaleon prædam non habet, quia tumida tua elatio, dum uerberibus premitur, ab aliena læsione prohibetur. Sed quia amicos beati Iob tenere hæreticorum speciem diximus, urget necessario, ut hæc eadem Eliphas uerba, quomodo etiam typice sentienda sint, intimemus. Et infrà cap. 17. Tigris perijt, eo quod non haberet prædam, & catuli leonum dissipati sunt. Hunc uocabulo tigridis repetit, quem leonis appellatione signauit. Sathā quippe & propter sæuitiam leo dicitur, & propter multiformis astutię uarietatem, non incongrue tigris uocatur. Modo enim se sicut est perditus humanis sensibus obijcit, modo quasi Angelum lucis ostendit, modo stultorum mentibus blandiendo persuadet, modo per culpam terrēdo pertrahit, modo suadere uitia aperte nititur, modo suis in suggestionibus sub uirtutis specie palliatur. Hæc itaq; belua, quæ tanta uarietate respergitur, iure tigris uocatur, quæ apud septuaginta interpretes (ut præfati sumus) Myrmicaleon dicitur. Quod uidelicet animal abscōsum puluere, formicas (ut diximus) frumenta gestantes interficit, quia nimirum apostata Angelus in terram de cœlo proiectus iustorum mentes, quæ bonorum sibi operum refectionem præparant, in ipso actionis itinere obsidet, quumq; eas per insidias superat, quasi formicas frumenta gestātes improuisas necat. Recte autem myrmicaleon, id est, leo, & formica dicitur, formicis enim (ut diximus) leo est, uolatilibus formica, quia nimirum antiquus hostis sicut contra consentientes fortis est, ita contra resistētes debilis. Si enim eius suggestionibus assensus præbetur, quasi leo tolerari nequaquam potest: si autem resistitur, quasi formica auertitur. Alijs ergo leo est, alijs formica, quia crudelitatem illius carnales mentes uix tolerāt: spirituales uero infirmitatem illius pede uirtutis calcāt. Hæretici igitur, quia de sanctitatis præsumptione superbiunt, quasi exultantes dicunt: Myrmicaleon, Vel recte, Tigris perijt, eo quod non haberet prædam. Ac si aperte dicant: Vetustus aduersarius in nobis prędam non habet, quia quantum ad nostra studia iam uictus iacet. Idcirco autem myrmicaleonis appellatione, uel tigridis repetitur, quia iam contritus leonis rugitus fuerat designatus, quia quicquid per gaudium dicitur, sæpe replicatur. Voces quippe ingeminat animus, quum exultat. Vnde & ueraci lætitia Psalmista crebro repetit hoc, quod se exaudituṁ esse recognouit, dicens: Exaudiuit dominus uocem fletus mei, exaudiuit dominus
Psalm. 6 c deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit.

Quid tinea, tintinnabula, tonitruumq; mystice significent. Cap. XI.

QVid tinea mystice significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 5. cap. 27. & 28. exponēs illud Iob,& in Angelis suis reperit prauitatem: Ex quorū (inquit) compa-
Iob. 4 d ratione bene casus infirmitatis humanæ cōsiderationem colligit, quum ilico subnectit: Quantomagis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur uelut à tinea? Luteas quippe domos habitamus, qa in corporibus terrenis subsistimus. Quæ bene Paulus cōsiderans, ait: Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus.
2. Cor. 4 d Et rursum: Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q; ædi-
2. Cor. 5 a ficationem ex deo habemus domum nō manu factam. Terrenum quoq; fundamētum, est substātia carnis. Quod in se solicite Psalmista conspexerat, quum dicit: Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ. Ti-
Psal. 138 b neā autem de ueste nascitur, & eandem uestem de qua oritur, oriendo corrumpit. Quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam uero uestis animæ caro est, sed hæc nimirum uestis habet tineam suam, qa ab ipsa carnalis tentatio oritur, ex qua laceratur. Quasi enim quadã sua tinea uestis nostra consumitur, quum caro corruptibilis tentationem gignit, & per hanc ad interitum peruenit. Velut à tinea homo consumitur, quum de se oritur unde cõteratur. Ac si aperte dicat: Si illi spiritus esse ex se incommutabiles nequeunt, qui nulla carnis infirmitate deprimuntur, qua temeritate se homines in bono permanere cõstanter existimant, quos in eo quod intellectus ad summa euehit, carnalis infirmitas aggrauans præpedit, ut per corruptionis uitiũ in semetipsis habeant, unde ab intima nouitate ueterascant? Possunt quoq; per Angelos sancti doctores intelligi, sicut per prophetam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt sciẽtiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituum est. Malac.2 b
Qui quantalibet uirtute fulgeant, esse omnino sine culpa nequeunt, quum iter præsentis illecebrosum uitæ gradiuntur, quia eorum nimirum gressus tangitur, aut luto illiciti operis, aut puluere cogitationis. Domos autem luteas habitant, qui de illecebrosa hac uita carnis exultant. Hanc domum luteam Paulus contempserat habitare, quum dicebat: Philip.3 d
Nostra autem cõuersatio in cœlis est. Dicat ergo: Ecce qui seruiũt illi, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consumentur uelut à tinea? Ac si aperte dicat: Si præsentis uitæ uiam illi sine contagione transire nequeunt, qui æterna cogitantes se contra temporalia accingũt, quę detrimẽta illi sustinẽt, qui esse se in carnalis habitationis uoluptatibus gaudent? Qui enim seruiunt ei, nõ sunt stabiles, quia quũ mens ad alta nititur, carnis suæ cogitatione dissipatur, ita ut sæpe animus dum intimis inhiat, dum sola cœlestia expectat, subita carnali delectatione perculsus, à semetipso sciissus iaceat, & qui se infirmitatis suæ molestias superasse gaudebat, repẽtino uulnere prostratus gemat. Prauitas ergo & in Angelis reperitur, dum ipsos quoq; qui ueritatem nunciant, nonnunquã surreptio uitæ fallacis grauat: Si ergo hi etiam mundi huius iniquitate feriuntur, quos contra eum sancta intentio erigit: quibus ictibus illi penetrantur, quos ante eius iacula, ipsa infirmitatis suæ delectatio sternit? Qui bene uelut à tinea consumi describuntur. Tinea quippe damnum facit, & sonitum non facit: ita iniquorum mẽtes, quia damna sua cõsiderare negligunt integritatẽ quasi nescientes perdunt. Amittunt nanq; à corde innocẽtiam, ab ore ueritatem, à carne continẽtiam, & per accessum temporis ab ætate uitam (alias æternam uitam). Sed hęc se indesinenter amittere nequaquam conspiciunt, dum toto desiderio curis temporalibus occupãtur. Quasi ergo à tinea consumũtur, quia fine sonitu, culpę morsum tolerant, dum quanta detrimenta uitæ, & innocentiæ patiantur, ignorant. Et libro
Iob 27 c 18. cap. 9. exponens illud Iob, Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum: Tinea sibi domum corrumpendo ædificat, Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonstrari, qui locum suæ perfidię non nisi in mẽtibus, quas corruperit, facit, qui etiam sequaces suos ab æterno igne liberos esse pollicetur. Spondet quippe eis refrigerium quietis æternę, sed uerba eius soliditatem non habent, quia plenitudine ueritatis carent. Vnde subiungitur: Et sicut custos fecit umbraculum. Vmbraculum nanq; custodis nullo fundamẽto solidatur, sed tempore mox transeũte destruitur. Et promissa ab hæreticis requies cum tempore destruitur, quæ post hanc uitã nullatenus inuenitur.

Tintinnabula quid mystice significent, diuus ostendit Greg. epistola ad Ioannem episcopum Constantinopolitanum, Eulogio Alexandrino, cap. 24. Moysi (inquit) præcipitur, ut tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur, ut uidelicet uoces prędicationis habeat, ne superni speculatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus, quando ingreditur, uel egreditur sanctuarium in conspectu do
Exod.28 mini, & non moriatur. Sacerdos nanq; ingrediens uel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. Apte autem tintinnabula uestimentis eius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis, quid aliud quàm recta opera debemus accipere, Propheta attestante, qui ait:
Psal.131 b. Sacerdotes tui induantur iustitiam? Vestimentis itaq; illius tintinnabula inhærent, ut uitæ uiam cum linguæ sonitu, ipsa quoq; opera sacerdotis clament.

Tonitruum

Tonitruum quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moralium 29. cap. 16. exponens illud Iob, Et uiam sonantis tonitrui: Quid (inquit) per tonitruum, nisi
Iob 38 c prædicatio superni terroris accipitur? Quem terrorem dum percipiunt humana corda, quatiuntur. Aliquando uero in tonitruo ipse incarnatus dominus figuratur, qui ex antiquorum patrum conueniente prophetia ad notitiam nostram, quasi ex nubium cõcussione, prolatus est. Qui inter nos uisibiliter apparens, ea quæ super nos erant, terribiliter sonuit. Vnde & ipsi sancti Apostoli de eius gratia generati, boanerges, id est, filij tonitrui sunt uocati. Aliquando autem (sicut dictum est) tonitruus, ipsa eius prædicatio accipitur, per quam supernorum iudicioꝝ terror auditur. Sed quia quilibet prædicator uerba dare auribus potest, corda uero aperire non potest, & nisi per internam gratiam solus omnipotens deus prædicantium uerbis ad corda audientium inuisibiliter aditum pręster incassum prædicatio aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima corde surdo prohibetur, se dñs uiam sonantis tonitrui dare asserit, qui quũ prædicationis uerba præbuit, per terrorem corda compungit. Hanc uiã Paulus prædicator egregius, dum superna mysteria terribiliter intonaret, se à se habere non posse conspiciens, discipulos admonebat, dicens, Orantes simul, & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium uerbi ad loquendum Col.4 a mysterium Christi. Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysterijs à domino aperiri ostium precabatur, habebat quidem iam tonitruum, sed dari ei uiam desuper quærebat. Hanc uiam nequaquam se Ioannes dare posse cognouerat, qui 1. Ioan.2 c dicebat: Non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed unctio eius docet uos de oñibus. Hanc uiam rursum Paulus quis daret intimabat, dicens: Neq; qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Accepta igitur uia, quid iste imber, ac tonitruus agat, audiamus, & cætera. 1.Cor.3 b

Topazius quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius, libr. Moralium 18. cap. 34. exponens illud Iob, Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia: Quid (inquit) per
Iob 28 c Aethiopiam, nisi præsentem mundum accipimus? Quæ coloris nigredine denat peccatorum populum, fœditatemq; meritorum. Aliquando uero Aethiopiæ nomine speciali ter gentilitas designari solet, infidelitatis prius nigra peccatis. Quam ueniente domino, Abacuc propheta uidit timore perterritam, & ait: Tabernacula Aethiopum expauescẽt, Abac.3 d tabernacula terræ Madian. Dauid quoq; propheta uidens, ꝙ ad Iudæam redimendam ueniret dominus, sed ante gentilitas crederet, & postmodum Iudæa sequeretur, sicut scriRoma.11 e ptum est: Donec plenitudo gentiũ introiret, & sic omnis Israel saluus fieret, dicit: Aethio Psalm.47 g pia præueniet manus eius deo, id est priusquam Iudæa credat, saluandam se offert omnipotenti domino peccatis nigra gẽtilitas. Topazium uero preciosus lapis est, & quia Grẽca lingua πᾶν pan omne dicitur, pro eo quod omni colore resplendet, topazium, quasi topandium uocatur. Dum uero in deum conuersa gentilitas credidit, ex ea multi sunt ita dono spiritus locupletati, ut quasi multis coloribus, sic multis uirtutibus luceant. Sed ne acceptis quisquam uirtutibus extollatur, à sancto uiro nunc dicitur: Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia. Ac si aperte dicat: Nullus sanctorum quibuslibet uirtutibus plenus, ex ista tamen nigredine mundi collectus æquari ei potest, de quo scriptum est: Quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Nos quippe & si sancti efficimur, non Luc.1 d tamen sancti nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut cũ propheta dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me Psal.50.a. mater mea. Ille autem solus ueraciter natus est sanctus, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis uinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Huic se sapientiæ quasi quidam topazius de Aethiopia æquari uoluit, quum quidam hæresiarches dixit: Non inuideo Christo deo facto, quoniam si uolo, & ipse possum fieri. Qui Iesum Christum dominum nostrum non per mysterium conceptionis, sed per profectum gratiæ deum putauit, peruersa allegatione astruens eum purum hominem natum, sed ut deus esset, per meritum profeciſſe, atque ob hoc æstimans & se, & quoslibet alios posse ei coęquari, qui filij dei per gratiam fiunt, non intelligens, non attendens, quia non adæquabitur ei topazius de Aethiopia. Aliud est enim natos homines gratiam adoptionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipere, aliud unum singulariter per diuinitatis potentiam deum ex ipso conceptu prodijsse. Nec æquari potest gloria unigeniti habita per naturam, alijs accepta per gratiam.

Torrens quid mystice significet, require in dictione, Coruus. Et diuus Gregorius homilia 25. in Euangelia, exponens illud Psalmistæ, De torrēte in uia bibit, propterea exaltabit caput: In humano (inquit) genere ab ipso mundi initio torrēs mortis effluxerat, sed de hoc torrente dñs in uia bibit, qa mortem in tranfitu gustauit, atq; ideo exaltauit caput, quia hoc, quod moriendo in sepulchro posuit, resurgendo super Angelos eleuauit. Require in dictione, Mel, siue Butyrum, & in dictione, Salix, & in Lapide caliginis. Psal. 109 a

Trecentenarius numerus quid mystice significet, require in dictione, Genu.

Tricenarius numerus quid mystice significet, require in dictione, Fructus tricesimus.

Triticum quid mystice significet, require in dictione, Frumentum.

Quid tuba mystice significet. Cap. XII.

TVba quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Moralium 31. cap. 25. exponens illud Iob, Feruēs, & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem: Primo (inquit) peccanti homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Tubæ autem clangunt, quum huius seculi potestates loqui sanctos terribiliter prohibēt. Quia igitur prædicator zelo sancti spiritus inflammatus, uel inter supplicia positus, quoslibet peccatores ad se trahere non desistit, feruens proculdubio terram sorbet, quia uero persecutorum minas minime formidat, clangorem tubæ sonare non reputat. Tuba enim, quæ discrimen belli denunciat, quid est aliud, q̄ uox secularium potestatum, quæ contēpta resistentibus mortis certamen parat? Hæc à principibus sacerdotum tuba sonuerat, quū flagellatos Apostolos de deo loqui prohibebant, ficut scriptum est, Cæsis denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Iesu. Sed uideamus quomodo equum dei clangor tubæ non terreat. Ait Petrus: Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Qui alijs quoq; persequentibus dicit, Non enim possumus quæ uidimus, & audiuimus non loqui. Equus ergo clangorem tubæ non metuit, quia prædicator egregius despectis potestatibus seculi, nullos minarū sonitus pertimescit. Et Origenes homil. 7. super Iesum Naue, hoc pacto scribit: Hiericho tubis subruitur sacerdotum. Statim enim ut tubarum clangor increpuit, muro rum deiectus est ambitus. Dixeramus iam & prius, q̄ Hiericho formam præsentis seculi obtineat, cuius robur, & munimenta sacerdotalibus tubis uidemus esse destructa. Firmitas nanq;, & munimenta, quibus uelut muris mundus iste nitebatur, idolorum cultus erat, diuinationum fallacia arte dæmonum ministrata, augurum, atq; aruspicum, magorumq; cōmenta, quibus omnibus uelut muris ualidissimis ambiebatur hic mundus. Insuper etiam diuersis philosophorum dogmatibus, & eminentissimis assertionibus, ac disputationibus, uelut proceris quibusdam, & robustis turribus firmabatur. Veniens uero dñs noster Iesus Christus, cuius ille prior filius Naue designabat aduentum, mittit sacerdotes Apostolos suos, portantes tubas ductiles, prædicationis magnificam, cœlestemq; doctrinam. Sacerdotali tuba primus in Euangelio suo increpuit, Marcus quoq; Lucas, & Ioannes suis singuli tubis sacerdotalibus cecinerunt. Petrus etiam duabus epistolarum suarū personat tubis. Iacobus quoq; & Iudas. Addidit nihilominus adhuc & Ioannes tuba canere per epistolas suas, & Apocalypsim, & Lucas Apostolorum gesta describens. Nouissime autem ille ueniens, qui dixit: Puto autem nos deus nouissimos Apostolos ostēdit, & in quatuordecim epistolarum suarum fulminans tubis, muros Hiericho, & omnes idolatriæ machinas, & philosophorum dogmata usq; ad fundamenta deiecit. Mouet me sane etiam illud quod historia refert, quia non solum sacerdotes tubis cecinerunt, ut caderent muri Hiericho, sed & audita uoce tubæ, dicitur uniuersus populus ululasse ululatu magno, uel sicut in alijs exemplaribus habetur, iubilasse iubilo magno. Et quamuis iste sermo improprie tralatus esse uideatur, ἀλαλαγμὸς enim in Græco scriptum est, quod neq; iubilum, neq; ululatum proprie significat, sed illam magis ostēdit uocem, qua belli tempore exercitus clamorem consonum tollens, unanimiter sese cohortari ad prælium solet, tamen hic sermo in scripturis iubilatio, magis q̄ ululatio consueuit inscribi, ut ibi, Iubilate domino omnis terra. Et iterum: Beatus populus qui scit iubilationem. Quod etiā me permouet

Iob. 19 c
Gene. 3 d
Act. 5 g
Ibidem e
Act. 4 d
1. Cor. 4 b
Psal. 65 a
Psal. 88 c.

permouet dictum, quia istud tantum fit operis, quod beatum populum faciat, Nō dixit. Quia beatus populus, qui operatur iustitiam, uel beatus populus, qui scit mysteria, uel q̄ scit cœli, ac terræ, & syderum rationem. Mihi uidetur iubilatio indicare quendam cōcordiæ, & unanimitatis affectum, qui incidat in duos uel tres Christi discipulos. Oīa quęcunq; petierint in nomine saluatoris, præstat ei pater cœlestis. Et diuus Gregorius, libro Moral. 31. cap. 30. exponens illud Iob, Feruens, & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem: Contra equū (inquit) clangor tubæ insonat, quando electi mētem in eo quod agit fortiter, e uicino quædam posita culpa terribiliter tentat. Sed feruēs & fremēs sorbet terrā, quia nimio ardore semetipsum discutit, & quicquid in se terrenū reperit, quotidie proficiendo consumit. Et clangorem tubæ sonare non reputat, quia cō fideratione forti omne uitium quod de uirtutis gloria nascitur, solicitus declinat. Sonare enim clangorem tubæ reputaret, si fortasse propter aliud quod praue suborit, alia agere recta metueret. Quia ergo ad agenda fortia ante insonantia tentamenta non trepidat, in feruore suo positus, clangorem tubæ minime formidat. Sæpe autem dum prosperari se uirtutibus conspicit, ne ipsa illum uirtutum prosperitas eleuet, pulsari se tentationibus gaudet. Vnde & apte subiungitur: Vbi audierit buccinam, dicit: Vah. Multos enim peius sua felicitas strauit, multos diuturna pax inertes reddidit, eoq; illos inopinatus hostis grauius perculit, quo longo quietis usu negligentes inuenit. Vnde sancti uiri, quum multa se proficere uirtutum prosperitate considerant, quodam dispensationis supernæ moderamine, exerceri se etiam tentationibus exultant, quia tanto robustius acceptā uirtutum gloriam custodiunt, quanto tentationis impulsu concussi, infirmitatem suam humilius cognoscunt. Equus ergo audita buccina, Vah dicit, quia uidelicet præliator dei, quum uim tentationis incumbere conspicit, utilitatem supernæ dispensationis considerans, ex ipsa ualidius aduersitate confidit. Cuius aduersitatis certamina idcirco illum nō superant, quia nunquam improuisa tētant. Longe quippe prænotat ex unaquaq; re cuius uitijs pugna succrescat. Et Origenes homilia 30. in Matthæum, exponēs illud Euangelicum, Mittet angelos suos cum tuba magna &c. Qui (inquit) mittuntur Angeli à salua tore ad congregandum electos eius, congregabunt eos, non cum uoce qualicunque, sed cum tuba, quæ uocatur magna, non uocem dante incertam, sed certam & manifestam, & qui audierint, & didicerint, parent se ad uiam perfectionis, quæ ducit ad filium dei. Quoniam autē uolumus intelligere quid est tuba magna, debemus spiritalibus spiritalia comparare. Age nunc & de tubis inquantum capere possumus, breuiter exponamus, si tamen possumus ex congregatione, & admonitione istoq; exemplorum intellige re, & magnam Angelorum tubam. Scriptum est enim in Numeris: Et locutus est dñs ad Moysen, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas. Ductiles facies eas, & erunt tibi ad congregandam synagogam, & erunt tibi ad promouenda castra, & tubabis in eis, & congregabitur ad te omnis synagoga ad ostium tabernaculi testimonij. Si autem in una tuba uenerint ad te omnes principes milium Israel, tubabis significationem primam, & promouebunt castra qui consistunt ad orientem. Et tubabis significationem secundam, & promouebunt castra, qui consistunt ad austrum. Et tubabis significationem tertiam, & promouebunt castra, qui consistunt secūdum mare. Et tubabis significationem quartam, & tollent castra qui consistunt ad aquilonem. Ergo tubabunt tuba in promotione eorum. Et quando congregatis congregationem, tubare, & non significatione. Et filij Aaron sacerdotes tubabūt tubis, & erit uobis legitimum sempiternum in generationibus uestris. Si autem exieritis ad bellum in terra uestra contra aduersarios, tubabitis tubis, & remorabimini in conspectu dei uestri, & saluabimini ex inimicis uestris, & in diebus lætitię uestræ, & in festiuitatibus, & neomenijs uestris, tubabitis tubis, & in holocaustis uestris, & in sacrificijs salutarium uestrorum, & erit memoria uestri in conspectu dei uestri. Ego dñs deus uester. Vide etiam in istis, quoniā in prima significatione tubæ pmouent castra quæ sunt secundum orientē, in secunda autē promouent castra, quæ sunt secundū austrū, & ut breuiter dicam, ex quatuor uentis congregant sacerdotes tubantes eos qui sunt ex castris Israel, & secundum comparationem sacerdotum tubantium, Angeli Christi

cum

Matt. 24 c
Iob. 39. c
Num. 10 a

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum tuba magna congregabunt electos eius,à quatuor uentis. Sed in Numeris quidem hæc facta ſcribuntur in terris,in Euangelijs autem à ſummo terræ uſq; ad ſummum cœli. Poſt hæc autem à ſummis cœlorum,uſq; ad ſumma eorum. Et forſitan lex umbram habet futurorum bonorum,& in Numeris quoq; quod poſitum eſt de tubis,& ordinib⁹ Iſrael,umbra eſt futurorum. Ne forte ergo argenteæ tubæ,quoniam argentum in multis locis pro uerbo ſuſcipitur,magna uox uerbi intelligitur tuba argentea cõgregans unumquẽq; in ordine. Secundum umbram quidem ſicut Moyſes nominauit,ſecundũ my
1.Cor.14 b ſterium autẽ,ſecundum quod dicit Paulus in epiſtola ad Corinthios prima. Primum autem cum tubis rationabilibus promouẽt caſtra. Ita legiſlatio fit de his rebus,quæ ad bellum pertinent Iſrael memorantis per illam ſignificationem tubarum bellicas res. Quæ tubæ ferunt eos, qui commemorantur per eas ſignificationes tubarum ad ſaluandum eos ab inimicis eorum. Voces autem argentearum, & productilium tubarum in diebus
Col.2 b lætitiæ Iſrael,quæ aſſumuntur in neomenijs ipſorum, erant umbræ futurarum neomeniarum,de quibus dicit Apoſtol⁹:Nemo uos iudicet in eſca,aut in potu, aut in parte diei feſti,aut neomeniæ,aut ſabbatorum,quæ ſunt umbra futurorum. Aſſumuntur autẽ & in holocauſtis,& in ſacrificijs ſalutarium Iſrael. Quas ſignificatiões tubarum exemplo, & umbra cœleſtis culturæ,quaſi alicuius cœleſtis,& cõuerſationem habentis in cœlũ exponere conuenit. Hæc autẽ exẽpla accepimus,ut uel ex parte intelligere ualeamus quod
Mat.24 c ſcriptum eſt:Mittet Angelos ſuos cum tuba magna,& congregabunt electos eius. Euan
1.Thel.4 d gelicas autem tubas oſtendit & in prima ad Teſſalonicenſes Apoſtolus,dicens:Hoc autem uobis dicimus in uerbo domini,quoniam nos qui uiuimus,qui remanebimus in aduentu domini,non prçueniemus eos qui dormierunt,quoniam ipſe dominus in iuſſu,&
1.Cor.15 g in uoce Archangeli,& in tuba dei deſcendet de cœlo. Item ad Corinthios prima: Omnes quidem dormiemus,non autem omnes immutabimur,in mõmento,in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Tubabit enim,& mortui reſurgẽt incorrupti,& nos immutabimur. Eſt autem & aliqua ſecundum legem,& tubarum feſtiuitas,neomenia ſeptimi menſis,forſitan myſterium alicuius ueræ feſtiuitatis,& tubæ alicuius ſpiritalis,& magniloquij.

De eiſdem tubis. Cap. XIII.

RVpertus quoq; lib. primo in Numeros,cap. 25. Iuxta(inquit)ſenſum ſpiritualẽ,clãgor tubarum,uox eſt prædicatorũ,ſine quibus utiq;,quamuis pulchra, quãlibet ordinata caſtrorum acies,terribilis non eſt. Nam quod prædicationem,uel peccatoꝝ increpationem tubarũ clangor ſignificet,in prophetis tacitũ non eſt,& cur duæ potius q̃ tres, aut quatuor fieri debuerint,itidem in prophetis ſignificatum, & in Chriſto reuelatũ eſt. Quid enim aliud nunciat tuba prædicationis,niſi futurum diem tremendi iudicij,quem-
Ioel.2 a admodum & in propheta Ioel paulo ante dictum eſt,Quia prope eſt dies domini. Porro iudicis eiuſdem,nõ unus tantũ,ſed duo aduẽtus ſunt. Vnus quo iam uenit iudicandus,alter quo ueniet iudicaturus. Vterq; terribilis,præſertim illis, apud quos, uel contra quos præcipue ſcriptura prophetica clangit. Vterq;(inquã)terribilis aduentus illis,uterq; ad-
Ioan.9 g uentus iudicij. Nam de primo aduentu dicit:In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut q non uident,uideant,& qui uident,cæci fiant. De ſecundo aduentu an ſit terribilis, ſuperfluum eſt quærere,uel probare teſtimonijs. Igitur quia duo ſunt aduentus tremendi iudicis,circa quos omnis ſcriptura diuinitus inſpirata,omnis ſcriptura legalis,prophetica,atq; Euangelica omnẽ operam ſuã,totum ſpiritum,& omne conamen ſuum expendit, recte non tres,aut quatuor,nõ(inquam)plures,aut pauciores, ſed duas tantũ tubas iubet dñs facere Moyſi. Quæ in hoc argenteæ ſunt,quia prædicatoꝝ uerba lucis nitore parent, &
Pſalm.11 a auditorum mentẽ nulla ſui obſcuritate cõfundunt. Nam,Eloquia dñi(inquit Pſalmiſta) eloquia caſta,argentum igne examinatum. Idcirco autẽ ductiles,q; neceſſe eſt ut prædicatores,qui ſecũdum ueritatem ſcripturaꝝ ambulant,tribulationũ tunſionibus creſcãt.
Apoc.8 b Si ſemel clanxeris,uenient ad te principes &c. Summopere hæc tenenda diſtinctio eſt ſeptem Angelis ſtãtibus in cõſpectu dei,quibus datæ ſunt ſeptẽ tubæ,qui parauerunt ſe, ut tuba canerent,id eſt omnibus prædicatoribus,in Eccleſia dei præminẽtibus,quibuſcũq; datum eſt,deſuper doctrinæ donum perfectum, quicunq; impoſitum ſibi ſanctæ prædicationis

cationis officium ſuſceperunt. Nam in figura quidem,uel ſignificatione,duæ(ut ſupradictum eſt)tubæ fieri iuſſæ ſunt,ſed in re,& ueritate Euangelica,ſicut multi prædicatores, ſic & multa ſecundum diuiſionem gratiarum data ſunt,quorum uniuerſitas per ſeptenarium Angelorum,atq; tubarum recte intelligitur numerum. Hæc (inquam) diſtinctio, uel diſcretio ſolerter obſeruanda eſt,ut quando congregandus eſt populus, ſimplex tubarum ſit clangor,& non conciſſe ululans:quando autem exeundum ad bellum prolixior,atq; conciſus clangor,ſiue ululans increpet:quando uero uocantur principes, uel capita multitudinis,clangant ſemel,id eſt quum primum auditores uocantur ad fidem, terribiliter,& grauiter futurum illis annuncietur iudicium: quando autem iam habẽtibus ſermo porrigitur,tẽperate excitentur ad bellum cõtra phalanges uitioꝝ: quãdo uero cũ illis agitur,qui iam bene inſtituti ſunt,& ſpiritualiter uiuũt, ſuauiter cum illis habeatur colloquiũ. Hunc diſcretionis modum,Paulus tuba canentium optimus, diſpenſare ſciẽs
Rom.1 b Romanis,qui adhuc in fide tam rudes erant,ut non intelligerent dei ſe gratia, & nõ ſuis meritis eſſe ſaluatos,& ob hoc contra Iudæos conflictarent,ita grauiſſime loquitur, dicens:Reuelatur enim ira dei ſuper omnem impietatem,& iniuſtitiam hominum eorum, qui ueritatem dei in iniuſtitia detinent,quia quod notum eſt dei,manifeſtum eſt illis &c. in quibus uitia gentilitatis priora cõmemorans,ſimplici utiq; quaſi tubaꝝ clangore per ſonat, & non conciſſe ululat, ad hoc tendens, ut congreget populum, ut diſcordes paciſicet animos duorum populorum. Porro ad Corinthios iam ſecundam ſcribens epiſto-
2.Cor.6 d lam,nec iam de fide,uel gratia,ſed de pugna agens uitiorum,quaſi clangorẽ cõcidens tẽperatum,& per arma(inquit)iuſtitiæ à dextris,& à ſiniſtris,per gloriã,& ignobilitatẽ,per infamiã,& bonam famã. Vt ſeductores,& ueraces. Sicut q ignoti,& cogniti. Quaſi morientes,& ecce uiuimus. Vt caſtigati,& nõ mortificati. Quaſi triſtes,ſemper autẽ gauden-
2.Cor.12 f tes. Sicut egẽtes,multos autẽ locupletãtes. Tanq; nihil habẽtes,& omnia poſſidẽtes. Tandem poſt plurima huiuſmodi item quaſi cũ conciſo ululatu dicit:Rogaui Titum, & miſi cum eo fratrẽ:Nunquid Titus uos circũuenit? Nõne eodẽ ſpiritu ambulauimus? Nonne eiſdem ueſtigijs? Olim putatis,q; excuſemus nos apud uos? Corã deo in Chriſto loquimur. Omnia autẽ chariſſimi, ppter ueſtrã ædificationẽ. Timeo eñ ne forte, quũ uenero, non quales uolo,inueniã uos,& ego inueniar à uobis qualẽ non uultis,ne forte contentiones,æmulationes,animoſitates,diſſenſiones,detractiones,ſcurrilitates,ſuſurrationes, inflationes,ſeditiões,ſint inter uos,ne iterum,quũ uenero,humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his,qui ante peccauerũt,& nõ egerũt pœnitentiã. Vbi uero quodammodo ſolos uocat principes,& in uno diſcipulo bene inſtituto cunctos cõmonet, q ſunt capita multitudinis Iſrael,quaſi tuba clangit ſemel,id eſt ſummiſſe loquitur, qa uidelicet ſapienti ſemel dixiſſe,ſatis eſt. Propter quam cauſam admoneo te,ut reſuſcites gratiam
2.Tim.1 b dei,quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris,ſed uirtutis,& dilectionis,& ſobrietatis. Noli itaq; erubeſcere teſtimonium domini noſtri,& cætera,quæ omnia ſummiſſe,& pene cõmuni loquitur ſermone.

Tunica quid deſigner,require in dictione,Pedes.

Turris qd myſtice ſignificet, require in dictione,Turris,ſiue,Murus. Et diuus Gregorius exponens illud Canticorum,Sicut turris Dauid collum tuum,quæ ædificata eſt cum
Cant.4 b propugnaculis:Collum(inquit)extẽdimus,quando lõgius proſpicere uolumus. Propter aliud ergo ſancti prædicatores oculi,dentes,genæq;,& collum,cõueniẽter uocantur. Collum ſanctæ Eccleſiæ prædicatores dicũtur,quia ſancti prædicatores procul ueniẽtes hoſtes ſanctæ Eccleſiæ ſpeculãtur,& fortiter reſiſtunt,ſi qui in Eccleſia lædere conãtur,& libere terrena deſpiciẽtes,cœleſtia contẽplantur. Collum ergo ,ppter hoſtium ſpeculationem,turris uero dicuntur,,ppter fortitudinẽ,& ,ppter excelſam cœleſtium gaudioꝝ contemplationẽ. Quę turris recte Dauid eſſe dicitur,quia Dauid,manu fortis interpretatur, per quod Chriſtus ſignificat,cuius eſt qcquid forte,& excelſum operãtur: Cũ propugnaculis turris Dauid ædificata dicitur,qa ſancti prædicatores cõtra aduerſarios hoſtes,ſi neceſſe ſit,miraculis armãtur. Contra uitia autem ſe clypeis muniunt, quia ne ſpiritalibus hoſtibus ſuccũbant,uirtutibus ſe defendunt. In quibus omnis armatura fortium pendet,

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia quisquis hostium cuneis fortiter resistere uult, in eis exempla uidet, quibus armatus hostes strenue ualet superare. Mille autem hic pro perfectione ponitur, quia in millenario numero omnes numeri perfecti complentur. Et exponens illud Canticorum, Collū
Cant. 7 b tuum sicut turris eburnea: Collum (inquit) sponsæ sicut turris eburnea dicitur, quia prædicatores Ecclesiæ, & alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & precioſi per diuinam sapientiam habentur. Et paulo inferius dicitur, Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum: In naso odoris (inquit) discretio habetur. Per nasum ergo discretio prædicatorum designatur, quia per eos nobis uirtutū odores, & uitiorum fœtores demonstrantur. Sed nasus sicut turris Libani exiſtit, quia dū semel prædicatores aqua baptismatis lauantur, & quotidianis lachrymis à peccatis, quæ contra deum commiserunt, dealbātur, digni fiunt, ut ad altiora magis, ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra Damascū respicit, quia peccatoribus semper sanctus quilibet prædicator contradicit. Damascus quippe, sanguineus interpretatur, & pec-
Esa. 1 d catrici genti dicitur: Manus tuæ plenæ sunt sanguine.
Cant. 2 c Turtur quid designet, require in dictione, Columba. Et in Canticis scriptum est, Vox turturis audita est in terra nostra: Quid per turturem (inquit Gregorius) nisi Ecclesia, qd per terram sponsi, nisi uita illa beata designatur? Sed uox turturis in terra spōsi audita esse dicitur, quia dum pro desiderio suo sancta Ecclesia deprecatur, à Christo in cœlo clemētissime exauditur. Et diuus Bernardus sermone 59. super Cantica, Vox turturis &c. Hoc indicium est transactæ hyemis, tempus nihilominus putationis adesse denuncians. Id iuxta literam. Aliàs turturis uox nō dulce admodum sonat, sed signat dulcia. Ipsa auicula si emis, non magni, si discutis, non parui precij est. Et uox quidem gementi, quàm canenti similior, peregrinationis nostræ nos admonet. Illius doctoris libenter audio uocē, qui non sibi plausum, sed mihi planctum moueat. Vere turturem exhibes, si gemere doceas. Et si persuadere uis, gemendo id magis, quàm declamando studeas, oportebit. Exēplum sanctum in aliis multis, tum uel maxime hoc in negocio uerbo efficacius est: Dabis
Psal. 67 g uoci tuæ uocem uirtutis, si quod suades, prius tibi illud cognoſceris persuasisse. Validior operis, quàm oris uox. Vox turturis &c. Vbi regni cœlorum promissio facta est, tunc in-
Heb. 11 c tellexerunt homines se nō habere hic ciuitatem manentē, sed futuram inquirere tota auiditate cœperunt, & tunc primum manifeste sonuit in terra uox turturis. Nam dum sancta quæq; iam anima Christi præsentiam suspiraret, regni dilationem moleste ferret, desideratam patriam gemitibus, & suspirijs à longe salutaret, nonne tibi uidetur uice fungi gemebundæ, ac castissimæ turturis quæcunq; anima in terra ita fecisset? Hoc quip-
Matt. 9 b pe est, quod ipse aiebat: Nunquid possunt (inquit) filij sponsi lugere quādiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc lugebunt. Ac si diceret: Et tunc uox turturis audietur. Ita est Iesu bone, uenerunt dies illi. Nam & ipsa creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc, reuelationem filiorum dei expectās. Non solum autem illa, sed & nos ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Hoc scientes, quia quandiu sumus in corpore hoc, peregrinamur à domino. Nec uacui gemitus, quibus e cœlo tam misericorditer respondetur. Pro-
Psal. 11 b pter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Et infrà: Deniq; compare uno turtur cōtenta est, quo amisso, alterum iam non admittit, numerositatem in hominibus nuptiarum redarguens. Nam & si forsitan culpa propter incontinentiam, uenialis est, ipsa tamen tanta incontinentia turpis est. Pudet ad negocium honesti rationem nō posse in homine, quod natura possit in uolucre. Cernere enim est turturem tempore suæ uiduitatis sanctæ uiduitatis opus strenue, atq; infatigabiliter exequē tem. Videas ubiq; singularem, ubiq; gementem audias, nec unquam in uiridi ramo residentem prospicies, ut tu ab eo discas uoluptatum uirentia uelut uirulēta uitare. Adde q̄ in iugis montium, & in summitatibus arborum frequentior illi conuersatio est, ut quod uel maxime propositum pudicitiæ decet, doceat nos terrena despicere, & amare cœlestia. Ex quibus colligitur, q̄ uox sit turturis etiam prædicatio castitatis. Neq; enim à principio uox ista in terris audita fuit, sed magis illa, Crescite, & multiplicamini, & replete ter-
Gen. 1 c ram.

ram. In cassum profecto uox illa pudicitiæ sonuisset, necdum propalata resurgētium patria, in qua longe felicius homines neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut Angeli dei
Mat. 22 c in cœlis. Tu ne uoci illi tempus fuisse dicas, quum maledicto omnis subiacebat sterilis in
Lucæ 20 f Israel, quum patriarchæ ipsi plures simul haberent uxores, quum frater fratris absq; liberis defuncti semen suscitare ex lege compellebatur? At ubi insonuit ex ore cœlestis turturis commendatio illa spadonum, qui se castrauerunt propter regnum dei, & item alteri-
Matt. 19 b us cuiusdam castissimæ turturis consilium de uirginibus ubiq; inualuit, tunc primum di-
1. Cor. 7 f ci ueraciter potuit, quia uox turturis audita est in terra nostra.

Tympanum quid mystice significet, diuus insinuat Augustinus, exponens illud Psalmistæ, Accipite psalmum, & date tympanum: Tympanum (inquit) quod de corio fit, ad
Psalm. 80. a carnem pertinet, psalmus ad spiritum. Psalmus ergo spiritualis est, tympanum carnale. Ergo plebs dei accipite psalmum, & date tympanū, id est accipite spiritualia, & date carnalia, Hæc enim quæ extrahuntur ad tempus ad recipienda corpora, uel uiuorū, uel mortuorum, necessaria sunt, sed tempore prætereunti. Nunquid post iudicium dei istas fabricas in cœlum leuabimus? Sine his tamen hoc tempore agere quæ ad possidendum cœlū pertinent, non poterimus. Si ergo auidi estis in spiritualibus accipiendis, deuoti estote in carnalibus erogandis. Et exponens illud Psalmistæ, In tympano, & psalterio psallāt ei:
Psal. 149 a. Vt non sola uox (inquit) laudet, sed & opera, quando sumitur tympanum, & psalterium, manus concinunt uoci, sic & tu quando Alleluia cantas, porrigas, & panem esurienti, uestias nudum, suscipias peregrinum. Et ipsum mysteriū tympani, & psalterij non est tacendum. In tympano coriū extenditur, in psalterio chordæ extēduntur, in utroq; organo, caro crucifigitur. Quàm bene psallebat in tympano, & psalterio, qui dicebat: Mihi mundus
Gal. 6 d crucifixus est, & ego mundo. Ipsum psalterium uelut tympanū tollere te uult, qui amat canticum nouum, qui te docet, quando tibi dicit: Qui uult meus esse discipulus, abneget
Lucæ. 9 c semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non dimittat psalterium suum, non dimittat tympanum, extendatur in ligno, & figatur à concupiscentia carnis. Nerui quanto plus fuerint extenti, tanto acutius sonant. Vt ergo acute sonaret Pauli Apostoli psalterium, quid dixit? Quæ retro oblitus, in ea, quæ ante sunt extentus, sequor ad palmam supernæ uocationis. Extendit se ipse, tetigit Christus, & sonuit dulcedo ueritatis. Et exponens illud Psalmistę, Laudate eum in tympano & choro: Tym-
Psal. 150 a. panum (inquit) laudat deum, quum iam in carne mutata, & morata nulla est terrenæ corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tympanum exiccato, atq; firmato. Chorus
1. Re. 18 b. laudat deum, quando laudat eum pacata societas. Et diuus Hieronymus, exponens titulum psalmi 31. Tympanizabat (inquit) ad portam ciuitatis: Tympanū de corio extēditur, Et dominus extendit manus suas in cruce. Porta ciuitatis, initium fidei nostræ intelligitur, quādo credimus incarnationem Christi. Per saliuam infirmitatē carnis, quam dignatus est suscipere. Illa barba, fortitudo diuinitatis. Et exponens illud psalmistæ, In tympano, & psalterio psallant ei: Crucifigamus (inquit) corpora nostra deo. Tympanū non habet carnē, sed pellē. Et nos quandiu carnei sumus, non sumus tympanū. Tympanum non est, nisi quod tenditur: Tympanum non potest esse contractum, sed extensum. Et nos peccata non contrahant, sed iustitia dilatet. Et in epistola ad Dardanum: Tympanum (inquit) paucis uerbis explicari potest, quæ minima res est, eo q̄ in manu mulieris
Exodi. 15 c portari possit, sicut scriptum est in Exodo: Sumpsit autem Maria prophetes soror Aarō tympanum in manu sua, & est minima sapientia legis ueteris in manu ludæorum. Et Rupertus libr. 3. in Exodum, cap. 38. exponēs illud Exodi, Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua &c. Pulchre (inquit) sumpsisse dicitur tympanū quod modulationis instrumentum corium est in ligno extētum, significatq; carnis mortificationem, sine qua nulla potest anima probam se exhibere cantatricem. Egressę sunt (inquit) omnes mulieres post eam. Mulier à mollicie dicta est. Sed oportet ab ipsa mollicie sua fidelem animam parumper egredi, quatenus uir os imitari, & digne deo canē possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT LIBER DECIMVSOCTAVVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid uacca & ubera myſtice ſignificent. Cap. I.

2.Reg.6 b

VAcca quid myſtice ſignificet ſecundum Gregorium, require in dictione, Hyſſopus. Vaccæ quoq; ſignificant prædicatores, iuxta illud: Tollentes duas uaccas &c. uſq; Neq; ad ſiniſtram, ubi Ruper tus hoc pacto ſcribit: Quid enim uaccæ, niſi fideles quoſq; in Eccleſia ſignant, qui dum ſacri eloquij præcepta conſiderant, quaſi ſuper impoſitam domini arcam portãt? De quibus hoc etiam notandum, q̃ fuiſſe fœtæ memorantur, quia ſunt pleriq; qui in uia dei intrinſecus poſiti, foris carnalibus affectibus ligantur. Sed nõ declinant à recto itinere: quia arcam dei portant in mente. Ecce enim uaccę Bethſamis pergunt, Bethſamis quippe domus ſolis interpretatur. Et prophe

Malac.4 a

ta ait: Vobis autem qui timetis dominum, orietur ſol iuſtitiæ. Si igitur ad æterni ſolis habitationem tendimus, dignum profecto eſt, ut de itinere pro carnalibus affectibus nõ declinemus. Tota enim uirtute penſandum eſt, q̃ uaccæ dei plauſtro ſuppoſitæ, pergunt, & gemunt. Dant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non retorquent greſſus. Amorem quidem per compaſſionem ſentiunt, ſed colla poſterius non deflectunt. Sic nimirũ prædicatores ſancti, ſic fideles quiq; eſſe debent intra ſanctam Eccleſiam, ut cõpatiantur proximis per charitatem, & tamẽ de uia dei non exorbitent per compaſſionem. Arcam q̃ppe uaccis ſuperpoſitan Bethſamis pergere, eſt cum ſuperna ſcientia, ad internæ lucis habitaculum propinquare. Sed tunc uere Bethſamis tẽdimus, quum uiam rectitudinis gradientes, ad uicina erroris latera, nec pro affectu pignorum declinamus. Sic nanque fic neceſſe eſt, ut incedere debeant, qui ſacræ legis iugo ſuppoſiti, iam per internam ſcientiam arcã domini portant, quatenus per hoc quod propinquorum neceſſitatibus condolent, à cœpto rectitudinis itinere non declinent. Quorum nimirum gratia, mentem noſtram tenere debet, ſed reflectere non debet, ne hæc eadem mens, aut ſi affectu non tangitur, dura ſit, aut plus tacta, ſi inflectitur, remiſſa.

Quid ubera myſtice ſignificent, diuus inſinuat Gregorius, exponens illud Canticoꝝ,

Cant.1 a

Meliora ſunt ubera tua uino &c. Vbera (inquit) ſponſi, dilectio dei & proximi. Ex his uberibus ſponſam ſuam lacte pietatis nutrit, & inter tentationũ turbines his eam fouet, & nutrit: & ut perſiſtat, reficit. Quid autem per uinum, niſi cura tẽporalis exprimitur, à qua mens ſecularis cuiuſlibet inebriatur, ut ad inuiſibilia cognoſcenda, aut ex toto, aut pene inſenſibilis reddatur? Sed ubera ſponſi uino meliora exiſtũt: quia illud necat, hæc nutriunt. Illud oculos mentis turbat, hæc acuunt. Illud apoſtatare facit etiã ſapientes, hęc ipſos

Eccl.19 a

idiotas utiq; ſapientiſſimos faciunt. Quæ quot uicibus ſpõſa cũ dilectionis ubertate ſugit, tot ſententias ſapientiæ ſibi in uẽtrem memoriæ trahit. Charitas enim ſancta cor pacificat, mentem in tẽtationibus roborat, & ut ſedes ſapiẽtiæ ſit anima iuſti, quietẽ tribuit,

Sap.7 d

& locũ præparat. Hæc itaq; uerba unguentis optimis fragrant: quia odorem ſuauitatis per ſapientiæ uerba, & ſanctitatis exẽpla ſecum portant. Quicunq; eñ ſancta charitate noxæ ubertate proximos quoſq; ad interiora guſtanda ſecũ trahit, & ut in amorẽ diuinũ cõualeſcant, iſtis uberibus nutrit. Et exponens illud, Exultabimus & lætabimur in te, memores uberum tuoꝝ ſuper uinũ: Sancta (inquit) anima ſpõſa Chriſti in ſponſi ſui delitijs exultat, dum corporalia reſpuit, & in ſpiritalibus ſe occultat. Eundemq; ſpõſum delitias ſuas facit, in cuius reſpectu mundana omnia non curat. Sed hæc in memoria ubeꝝ agit: quia dum recolit quanta charitate Chriſtus eam dilexerit, q̃ ſanguine ſuo eam moriẽs in cruce redemit, & quotidie eam in ſinu Eccleſiæ matris eiuſdẽ ſanguinis lacte nutrit, proculdubio magis, ac magis in eius dilectionem intẽdit. Quod lac bene ſuper uinum dulce eſſe

eſſe dicitur: quia per ſanguinem Chriſti miſericorditer educamur, qui per legis literam ſeuere prius conſtringebamur. Et exponẽs illud, Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreę gemelli &c. Per duo ubera (inquit) duo prædicatorum ordines, unus in circunciſione, alius in præputio deſignantur. Qui bene ſicut duo hinnuli capreæ dicuntur: quia & filij ſynagogæ exiſtunt, & in montibus contemplationum paſcuntur. Gemelli uero ideo dicti ſunt, quia concorditer prædicant, & concorditer ſapiunt. In lilijs uero paſcuntur, donec aſpiret dies & inclinentur umbræ: quia mundiciam infatigabiliter ſectantur, donec in die iudicij præmia recipiant, quæ in labore noctis aſſidue contemplantur. Et exponẽs illud, Et erunt ubera tua ſicut botri uineæ: Vere (inquit) per crucem ubera ſponſæ ſicut botri uineæ exiſtunt: quia in morte Chriſti duo præcepta charitatis ſenſus animæ ſuſceperunt, quibus paſta anima debrietur, debriata poſteriora obliuiſcatur, & in anteriora extendatur. His uberibus etiam proximos quoſq; nutrit, ac roboratos ſecum ad ea quæ concupiſcit, perducit. Vnde ſcriptum eſt: Qui audit, dicat ueni. Et exponens illud, Ibi dabo tibi ubera mea: In malis punicis dat ſponſo ſponſa ubera: quia in perfectis uiuit charitas gemina, ex qua, dum infirma membra in Eccleſia nutriunt, quaſi Chriſtum lactant, quem in minimis ſuis eſſe præſentem cognoſcunt. Et exponens illud, Soror noſtra parua eſt, & ubera non habet. Sororem Chriſtus Eccleſiam uocat, quia de ipſis Apoſtolis dicebat: Ite, dicite fratribus meis. Soror autem paruula, ubera non habebat, quãdo in ſolis Apoſtolis Eccleſia erat, in quibus ſeipſam, uel alios nutrire lacte prædicationis non poterat. Quid enim Petrus alijs prædicaret, quum ſeipſum diſcipulum Chriſti in unius ancillæ uoce deteſtando, & iurando negaret? Prima (aliàs parua) ergo Eccleſia ubera nõ habebat, quia poſt reſurrectionem in una domo incluſa, inter perſecutores ſuos non dico prædicare, ſed & uideri timebat. Illud autem Canticorum: Ego murus, & ubera mea ſicut turris, require in dictione, Murus. Illud autem: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, require in dictione, Faſciculus.

Cant.4 b

Cant.7 c

Philip. 3 c

Apoca. 22 d

Cant.7 d

Cant.8 c

Matt.28 c

Cant.1 d

De eiſdem uberibus. Cap. II.

DIuus autem Bernardus, exponens illud Canticorum, Quia meliora ſunt ubera tua uino, hoc pacto ſcribit: Duo ſponſi ubera, duo in ipſo ſunt ingenitæ mãſuetudinis argumenta, quod & patienter expectat delinquentem, & clementer recipit pœnitentem. Gemina (inquam) dulcedo ſuauitatis exuberat in pectore domini Ieſu: longanimitas ui delicet in expectando, & in donando facilitas. Et audi quia non ſit hoc inuẽtum meum. Legis profecto de longanimitate: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Item: An ignoras quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Ad hoc ſiquidem diu ſuſpendit ſententiam ultionis in cõtemnente, ut quandoque exhibeat gratiam remiſſionis in pœnitente. Non uult enim mortem peccatoris: ſed ut cõuertatur, & uiuat. Ponamus exempla, & de altero ubere, quod dictum eſt remittendi facilitas. Legis & de ipſa: Quacunq; hora ingemuerit peccator, peccatum ſuum remittetur ei. Legis: Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum, & miſerebitur eius, & ad deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcẽdum. Pulchre Dauid paucis comprehendit utrunq;, dicens: Longanimis, & multum miſericors. Huius ergo geminæ bonitatis experimento in eam ſe fiduciam excreuiſſe fatetur ſponſa ut auderet petere oſculum: Quid mirum (dicens) ſi ſic præſumo de te o ſponſe, quę de tuis uberibus tantam ſum experta abundantiam ſuauitatis? Ergo ad audendum me prouocat dulcedo uberum tuorum: non meorum confidentia meritorum. Quod autem dicit, Meliora ſunt ubera tua uino, hoc eſt, Pinguedo gratiæ, quæ de tuis uberibus fluit, efficacior mihi eſt ad ſpiritualem profectum, quàm mordax increpatio prælatorum. Nec ſolum meliora uino, ſed & fragrantia unguentis optimis: quia non modo, internæ dulcedinis lacte præſentes alis: ſed bonæ quoq; opinionis grato odore reſpergis abſentes, bonũ habens teſtimonium & ab his qui intus, & ab his qui foris ſunt. Habes (inquam) lac intus, & foris unguenta: quoniam quidem non eſſent quos lacte reficeres, ſi non prius odo

Cãt.1 a

Rom.2 a

Ibidem

Ezech.18 a

Ibidem.f

Eſa.55 b

Pſal.102 b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re attraheres. Sane de his unguentis, si quid dignum cõsideratione contineant, uidebitur
Cant. 1 a post hæc, quum eo uentum fuerit, ubi dicit in consequentibus: In odore unguentorum
tuorum curremus. Nunc iuxta promissum nostrum hæc ipsa uerba, quæ spõsæ data sunt,
an & sponso congruant, uideamus. Sponsa loquente de sponso, repente (ut dixeram) ad-
est ille, annuit uoto, dat osculum, impletq; in ea sermonem, qui scriptus est: Desiderium cor
Psalm. 20 a dis eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quod & probat ex
eius uberum repletione. Tantæ nempe efficaciæ osculum sanctum est, ut ex ipso mox,
quum acceperit illud sponsa, concipiat: tumescentibus nimirum uberibus, & lacte quasi
pinguescentibus in testimonium. Quibus studium est orare frequẽter, experti sunt quod
dico. Sæpe corde tepido, & arido accedimus ad altare, orationi incumbimus. Perstitenti
bus autem, repente infunditur gratia pinguescit pectus, replet uiscera inundatio pietatis,
& si sit qui premat, lac conceptæ dulcedinis ubertim fundere non tardabunt. Dicat er-
go: Habes sponsa quod petisti, & hoc tibi signum, quia meliora facta sunt ubera tua uis-
no. Hinc te scilicet noueris osculum accepisse, quod te concepisse sentis. Vnde & ubera
tibi intumuerunt facta in ubertate lactis meliora uino scientiæ secularis, quæ quidem
inebriat, sed curiositate, non charitate, implens, non nutriens, inflans, non ædificans,
ingurgitans, non confortans. Sed demus & fodalibus ista depromere: Iniuste (inquiũt)
murmuras aduersus sponsum: quia id plus ualet quod ille iam dedit, quàm quod tu pe-
tis. Quod enim postulas, te quidem delectat, sed ubera quibus paruulos alis, quos &
paris, meliora, hoc est, necessariora sunt uino contemplationis. Aliud siquidem est
quod unius lætificat cor hominis, & aliud quod ædificat multos. Nam & si Rachel for-
mosior, sed Lia fœcundior est. Noli ergo nimis insistere osculis contemplationis, quia
meliora sunt ubera prædicationis. Ocurrit & alius sensus, quem quidem non proposue
ram: sed minime præteribo. Vt quid enim uerba hæc non magis conuenire eis ipsis dis-
camus, quibus præest in solicitudine tanquam paruulis mater, aut nutrix? Nec enim
æquanimiter ferunt iuuenculæ, & teneræ adhuc animæ, illam uacare quieti, cuius ple-
nius eruditi doctrina, & exemplis informari desiderant. An non denique talium in sub-
sequenti compescitur inquietudo, ubi sub graui contestatione prohibentur suscitare di-
lectam, quousque ipsa uelit? Hæ itaq; sentientes osculis inhiare sponsam, secretum quæ-
rere sibi, fugitare publicum, declinare turbas, & curæ ipsarum, propriam præferre quietẽ,
Noli (inquiunt) noli, quia maior in uberibus, quàm in amplexibus fructus existit. Per ea
1. Pet. 2 b siquidem nos uendicas à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, eripis
mundo, & acquiris deo. Hoc ergo est quod aiunt, quia meliora sunt ubera tua uino.
Carnis (inquiunt) uoluptatem, qua paulo ante tanquam uino ebriæ tenebamur, uin-
cunt hæ quas tua nobis ubera stillant delitiæ spirituales. Et pulchre uino comparat car-
nalem affectum. Vt enim uua semel expressa non habet iam quod denuo fundat, sed
perpetua ariditate damnatur: sic caro in pressura mortis, ab omni prorsus sua delecta-
Esaiæ. 40 b. tione siccatur; nec ultrà reuiresci ad libidines. Vnde propheta: Omnis caro fœnum, &
omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Et Apo-
Galat. 6 b stolus: Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Et rursum: Esca uentri,
2. Cor. 6 c & uenter escis, deus autem & hunc, & has destruet. Vide autem, ne non carni tantum,
sed & mundo forte competat ista proportio. Siquidem & ipse transit, & concupiscen-
tia eius. Et quum omnia quæ in mundo sunt, finem habeant, finis eorum non erit finis.
Verum ubera non sic. Hæc enim quum exhausta fuerint, rursum de fonte materni pecto-
ris sumunt, quod propinent sugentibus. Merito proinde meliora carnis, seculiue amore
asseruntur ubera sponsæ, quę nullo unquam lactentiũ numero arefiunt: sed semper abũ
dant de uisceribus charitatis, ut iterum fluant. Flumina siquidem fluunt de uentre eius,
Ioan. 7 f fitq; in ea fons aquæ salientis in uitam æternam. Cumulatur deinde laus uberum, fra-
grantia unguentorũ, ꝙ non solum uerborũ sapore pascant: sed & factorũ opinione redo-
leant. Et sermone 10. Sed redeamus ad ubera spõsæ, ac pro diuersitate uberũ, diuersas &
lactis species proponamus. Nam cõgratulatio quidẽ exhortationis, cõpassio uero cõso-
lationis lac fundit. Porro utrãq; speciẽ ubertim cœlitus irrorari pio pectori suo spiritalis
mater

mater totiens sentit, quotiens osculum sumit. Videas eam mox plenis uberibus paruu-
lis incubare lactandis, & ex uno quidem consolatoria, ex altero uero exhortatoria ube-
rius ministrare, prout singulis conuenire uidebit. Verbi causa: Si quem forte ex his,
quos genuit in Euangelio deprehenderit forti aliqua tentatione concussum, & inde tur-
batum, ac tristem, pusillanimemq; factum, non posse iam ferre uim tentationis, quomo
do condolet, quomodo mulcet, quomodo plangit, quomodo consolatur, quot argumẽ
ta pietatis mox reperit, quibus erigat desolatum? Econtrà, si promptum, si alacrem, si be-
ne proficientem cognouerit, exultat, aggreditur salutaribus monitis, accendit amplius,
instruit de quibus potest, ut perseueret, utq; in melius semper proficiat, exhortatur. Om-
nibus se conformat, omnium in se transfert affectus, matrem se deniq; probat, nõ minus
deficientium, quàm proficientium. Quanti hodie secus affectos se ostendunt, de his dico
qui animas regere susceperunt? Quod enim fine miserabili gemitu dicendum non est,
Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hęc omnia in for
nace auaritiæ conflant, & profligant in acquisitionem turpis quæstus, & precium uniuer
sitatis, suis marsupijs includere festinant. Hoc solo sane à luda Scariotis differentes, ꝙ il-
le horum omne emolumentum, denario numero compensauit, isti uoraciori ingluuie,
lucrorum infinitas exigunt pecunias.

Quid uellus, uenterq;, mystice significent. Cap. III.

QVid uellus mystice significet, diuus infinuat Bernardus, homilia secunda super Mis
sus est, hoc pacto scribens: Quid illud Gedeonis uellus significat, quod utique de Iudic. 6 g
carne tonsum, sed sine uulnere carnis, in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc uero a-
rea rore perfunditur, nisi carnem assumptam de carne uirginis, & absque detrimento uir
ginitatis? Cui utique distillantibus cœlis, tota se infudit plenitudo diuinitatis, adeo ut ex
hac plenitudine omnes acceperimus, qui uere fine illa non aliud, quàm terra arida fu-
mus. Huic quoque Gedeonico facto propheticum dictum pulchre satis conuenire uide-
tur, ubi loquitur: Descẽdet sicut pluuia in uellus. Nam per hoc quod sequitur: Et sicut stil- Psalm. 71 a
licidia stillantia super terram, idem datur intelligi quod per inuentam rore madidam a-
ream. Pluuia quippe uoluntaria, quam segregauit deus hæreditati suæ, placide prius, &
absque strepitu operationis humanæ suo se quietissimo illapsu uirgineum demisit in ute
rum, postmodum uero ubique terrarum diffusa est per ora prædicatorum, non iam sicut
pluuia in uellus, sed sicut stillicidia stillantia super terram, cum quodam utique strepitu
uerborum, ac sonitu miraculorum. Siquidem recordatæ sunt nubes illæ, quæ porta-
bant pluuiam, præceptum sibi fuisse, quum mitterentur: Quod dico uobis in tenebris, di Mat. 10 b
cite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quod & fecerunt. Etenim
in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Et Chryso- Psal. 18 a.
stomus homilia secunda, in Psalmum quinquagesimum: Descendit sicut pluuia in uel-
lus. Quoniam aduenit filius dei, non cum fulgure aut tonitruo, neque cum strepitu, neq;
cum exercitu angelorum, neque nuda deitate. Si enim sic ueniisset, uniuersa interisset crea
tura, quod non montes, nec colles portarent. Quippe qui respicit super terram, & facit Psal. 103 d.
eam tremere: qui tangit montes, & fumigant: Nam si nudam substantiam ostendisset, sol
utiq; extingueretur, luna non appareret, mare exiccaretur. Propterea silentio, & tacite ue
niens, nemine sciente, neq; ipso diabolo: sed uenit silentio in uterum uirginalem. O noua
res, & ineffabilis, & miranda rerum mysteria: lapides consumuntur, & mater nil læditur:
mõtes tabescũt, & uirginis uterus deum intrinsecus gestat. Quid dicam, aut quid loquar,
quo digno sermone pronunciem? O amentia hæreticorum: dicite mihi, quomodo ancil-
la deum portabat? quomodo creatura creatorem? Qui interrogas, quæ sursum sunt, di-
cito quæ deorsum sunt. Qui ubique erat, quomodo in matris utero erat, & in throno ma
iestatis suæ sedebat? Si me interrogas, nescio, fide credo, non comprehendo cogitatio-
ne. Et quia silentio erat uenturus, non terrens, non conturbans, Descendit (inquit) sicut
pluuia in uellus. In terram enim descendens pluuia sonum reddet: super lanam autem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in uellus descendens, nullum sonitum dabit. Mollicies lanæ soluit sonum pluuiæ de-
scendentis: & ut dicas, quoniam silentio uenit, non terrens, non conturbans, non perdēs,
non exterminans: Descendens (inquit) sicut pluuia in uellus. Et Ambrosius libro de ui-
Psal.71 a duis: Descēdet (inquit) sicut pluuia in uellus &c. In quo ueteris mysterium referatur histo-
riæ, quo sanctus Gedeon mystici certaminis præliator, futuræ capiens insigne uictoriæ,
spiritale sacramentū uigore mentis agnouit, pluuiam illam, uerbi rorem esse diuini, quæ
primo pluit in uellus, quum terra omnis perpetuis siccitatibus æstuaret. Secundo uero
indicio uniuersam terram fuso imbre madefecit, quum siccitas esset in uellere. Aduertit
enim uir præsagus futuræ Ecclesiæ crescentis insigne. Nam primo intra Iudæam diuini
Psalm. 71 a cœpit ros sermonis humescere. Notus enim in Iudæa deus, quum arido fidei totius or-
bis uniuersa torrerent. Sed ubi Ioseph greges deum negare cœperunt, & ausu nefario im-
manium delictorum contrahere diuinitatis offensam, tunc per omnes terras fuso imbris
rore cœlestis, populus Iudæorum æstu perfidiæ suæ cœpit arescere, quum Ecclesiam san
ctam ex omnibus terrarum partibus congregatam, propheticæ nubes, & salutaris im-
ber apostolicus irrigarent. Hæc est illa pluuia, non terrarum humido, non nebuloso con
creta montium, sed cœlestium scripturarum salubri per totum imbre diffusa. Ostendis
tur exemplo igitur, non omnium esse diuinę mereri miracula potestatis, sed eorum qui-
bus religiosæ deuotionis studia suffragentur. Et diuini eos fructu operis abdicari, qui
bus religiosæ deuotionis studia suffragentur. Et diuini eos fructu operis abdicari, qui
reuerentiæ cœlestis sunt exortes. Ostenditur etiam in mysterio, quod ad instaurandam
Ecclesiam dei filius humani corporis sacramenta susceperit, abdicato populo Iudæorū,
quibus consiliarius, & propheta, beneficiorumq; adempta sunt miracula diuinorum, eo
quod ciuico quodam inuidiæ næuo in dei filium credere noluerunt. Et Hieronymus in
sermone assumptionis beatæ Mariæ, ad Paulam, & Eustochium: Descendet sicut pluuia
in uellus. Vellus itaque, quum sit de corpore, nescit corporis passionem. Sic & uirginis
tas, quum sit in carne, nescit uitia carnis. Cœlestis plane imber in uirginum uellus, pla-
cido se infudit illapsu: & tota diuinitatis unda se contulit in carnem, quando uerbum
Ioan.1. b caro factum est: ac deinde per crucis patibulum expressum, terris omnibus salutis pluuia-
am effudit, & stillicidia gratiæ, humanis præstitit mentibus. Et Augustinus eadem Psal-
mistæ uerba, sic exponit: Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut guttæ stillantes super
terram. Recoluit, & admonuit illud quod factum est per iudicem Gedeon, de Christo id
Iudic. 6 g habere in finem. Petijt quippe ille signum à domino, ut in area positum solum uellus cō-
plueretur, & ficca esset area: & rursum solum uellus siccum esset, & complueretur area, &
ita factum est. Quod significauit, tanquam in area in toto orbe terrarum, siccum uellus,
fuisse priorem populum Israel. Idem ipse ergo Christus descendit sicut pluuia in uellus,
Mat.15 c quū adhuc area ficca esset. Vnde etiam dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierant
domus Israel. Ibi matrem de qua formam serui acciperet, in qua hominibus appareret,
elegit: Ibi discipulos quibus hoc idem præcepit, dicens: In uiā gentium ne abieritis, & in
Mat.10 a ciuitates Samaritanorum ne introieritis. Ite primum ad oues, quæ perierunt domus Is-
rael. Quum dicit, Ite primum ad illas, ostendit & postea, quum iam esset area comple-
Ioan.10 c enda, ituros eos etiam ad alias oues, quæ nō essent ex ueteri populo Israel, de quibus di-
cit: Habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas abducere, ut fit u-
Roma.15 b nus grex, & unus pastor. Hinc & Apostolus: Dico enim (inqt) Christum ministrum fu-
isse circuncisionis, propter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Sic plu
uia descendit super uellus, ficca adhuc area. Sed quoniam sequitur, Gentes autem super
misericordia glorificare deum, ut accedente tēpore compleretur quod per prophetam di
Psal.17 g cit: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi: uide-
mus iam gratia Christi ficcam remansisse gentem Iudæorum, totumq; orbem terrarum
in omnibus gentibus Christianæ gratiæ plenis nubibus complui. Alio quippe uerbo e-
andem pluuiam significauit, dicens: Guttæ stillantes, non iam super uellus, sed super ter-
ram. Quid est enim aliud pluuia, quàm guttæ stillantes? Ideo autem illam gentem, uel-
leris nomine significari puto, uel quia expolianda fuerat autoritate doctrinæ ficut ouis
expoliatur uellere: uel quia in abdito eandē pluuiam detinebat, quam nolebat præputio
prædicari

prædicari, id est in circuncisis gentibus reuelari. Et Cassiodorus: Et descendet sicut plu-
uia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hic ipsum mysterium gloriose ex- Psal.71 a
ponitur. Nam dominus ille uirtutum, ante cuius faciem terra tremefacta, concutitur, o-
mnis creatura turbatur, quum non potest ullatenus sustineri, quando se mauult manife
sta potestate cognosci, uoluit leniter in utero uirginali, sine aliquo strepitu, tāquam plu-
uia in uellus agnæ descendere, ut uirtutem suam hinc magis ostenderet, si illam ineffabi-
lem potentiam temperasset, sicut dicit Apostolus. Qui quum in forma dei esset, non rapi Philip. 2 a
nam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipi-
ens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Sed consideremus tan
tæ rei, qualis similitudo sit posita. Vellera lanæ sunt ouium, quæ sic aquam recipiunt, ut
nulla diuisione rumpantur, & iterum sic reddunt, ut in suis integritatibus perseuerent.
Audite si qui adhuc estis increduli, & pudeat hoc de summa diuinitate non credere quod
uidetis minimas creaturas indicare. Sequitur: Et sicut stillicidia stillantia super terram:
scilicet quæ in modum roris summa lenitate descendunt. Hæc si pura mente consideres,
hæsitationem de partu uirginis non habebis. Illud enim ingēs miraculum, ut sine aliqua
dubitatione credi possit, exemplo duplici comprobauit. Hinc Ambrosianus ille, quędam
Ecclesiæ candela mirabilem lampauit, dicens: Veni redemptor gentium, ostende partū
uirginis, miretur omne seculum: talis decet partus deū. Vnde etiam beatissimi papę Leo
nis, corusco similis sermone resplenduit. Ait enim: Conceptus quippe est de spiritu san-
cto, intra uterum uirginis matris, quæ illum ita salua uirginitate edidit, quemadmodum
salua uirginitate concepit. Digni patres, & pontificatus arce pollentes, quorum suauissi-
ma doctrina sermonum, tantum ualuit declarare miraculum. Et Rupertus exponens il- Iudic. 6 g.
lud Iudicum, Dixitq; Gedeon ad dominum. Si saluum facis per manum meam Israel, si-
cut locutus es, ponam uellus hoc lanæ in area. Si ros in solo uellere fuerit, & in omni ter
ra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factumq; est
ita &c. Iuxta sensum mysticum (inquit) utrunq; hoc uelleris signum, futurorū præsagiū
est. Quandiu ros in uellere, tandiu in omni terra fuit siccitas, Itemq; econtrà, ubi omnis
terra rore maduit, solum uellus siccum fuit. Sic profecto, quādiu in Iudæa notus erat de- Psalm.75 a
us, quandiu in Israel magnum erat nomen eius, totus mundus, siccitate, id est ignorantia
dei marcebat, & econtrà nunc, ubi in tota multitudine & latitudine mundi spiritus sancti
dona diffusa sunt, Iudæa Christum non habens, omnimoda supernæ gratiæ squalet ino-
pia. Quod respiciens Psalmista, domino canit, domino patri, de filio eius Christo dicit: Psalm.71 a
Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, id est, prius ue-
niet in cognitionem Iudæorum, & descendet deinde super terram, id est in cognitionem
gentium, Ideo autem per uellus populus Iudæorum intelligitur, quia sicut uellus sine cor
ruptione, & dolore agni succiditur, ita Iudaicus populus primum deo adhærens, à fide
Christi sine damno ipsius domini est separatus. Quamuis recte & aliter debeat intelligi.
Nam descendet sicut pluuia in uellus, id est, sicut pluuia in uellus descendit sine omni cor-
ruptione & dolore ipsius uelleris: ita ipse rex nascetur de uirgine, sine omni corruptione
uirginis, & postea descendet sicut stillicidia stillantia super terram, id est in cognitionem
omnium hominum.

Venter siue uterus mentem designat, ut dictum est in dictione, Lucerna.

Quid uentus, uermis, uespera, & uestibulum, uestigiumq;, mystice significent. Cap. IIII.

VEntus (ut diuus ait Gregorius) tentationem significat. Vnde scriptum est: Vēt⁹ ue- Iob.1 d
hemens irruit à regione deserti &c. Regio (inquit) deserti est immundorum spiritu-
um multitudo derelicta, quæ dum conditoris sui beatitudinem deseruit, quasi manū cul-
toris amisit, à qua uentus uehemens uenit, & domum subruit: quia ab immundis spirita-
libus fortis tentatio surrepit, & à tranquillitatis suę statu conscięti am euertit. In quatuor
uero angulis domus ista consistit: quia nimirum solidum mentis nostrę ædificium, prudē
tia, temperantia, fortitudo, iustitia, sustinet. In quatuor ergo angulis domus ista subsistit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia in his quatuor uirtutibus, tota boni operis structura consurgit. Vnde & quatuor paradisi flumina terram irrigant: quia dum his quatuor uirtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium æstu temperatur. Sed nonnunquam, dum menti ignauia surrepit, prudentia frigescit: nam quum fessa torpet, uentura non prouidet. Nonnunquam dum nonnulla menti delectatio surrepit, temperantia nostra marcessit. Inquantum enim ad delectationem præsentium ducimur, intantum minus ab illicitis temperamur. Nonnunquam se timor cordi insinuat, & uires nostræ fortitudinis turbat, & eo minores contra aduersa existimus, quo quædam perdere immoderatius dilecta formidamus. Nonnunquam uero amor suus se menti ingerit, eamq; latenti motu à rectitudine iustitiæ diuertit, & quo se totam autori reddere negligit, eo in se iustitiæ uiri contradicit. Ventus ergo uehemens quatuor angulos domus concutit, dum fortis tentatio occultis motibus quatuor uirtutes quatit, & quasi quassatis angulis domus obruitur, dum pulsatis uirtutibus conscientia turbatur. Intra hos autem quatuor domus angulos filij conuiuantur: quia intra arcana mentis, quæ principaliter his quatuor uirtutibus ad summæ rectitudinis culmen erigitur, uirtutes cæteræq; quasi quædam cordis soboles se inuicem pascunt. Donum quippe spiritus, quod in subiecta mente, ante alia prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam format: eandem mentem ut contra singula quæque tentamenta erudiat, in septem mox uirtutibus temperat, ut contra stultitiam, sapientiam: contra hebetudinem, intellectum: contra præcipitationem, consilium: contra timorem, fortitudinem: contra ignorantiam, scientiam: contra duritiam, pietatem: contra superbiam, det timorem. Sed nonnunquam, dum mens nostra tanti muneris plenitudine, atque ubertate fulcitur, si continua in his securitate perfruitur, à quo sibi hæc sint, obliuiscitur: seq; habere à se putat, quod nunquam sibi abesse considerat. Et libro, decimooctauo, capite undecimo, exponens illud Iob, Tollit eum uentus urens, & aufert. Quis (ait) hoc loco uentus urens, nisi malignus spiritus uocatur, qui desideriorum flammas in corde excitat, ut ad æternitatem suppliciorum trahat? Per uersum ergo quemlibet uentus urens tollere dicitur, quia insidiator malignus spiritus, qui uiuentem quemque accendit ad uitia, morientem trahit ad tormenta. Nam quia uentus urens immundus spiritus solet intelligi, qui malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succendit, Hieremias testatur, dicens: Ollam succensam ego uideo, & facie eius à facie Aquilonis. Olla nanque succensa, est cor humanum secularium curarum ardoribus, desideriorumq; anxietatibus feruens, quæ à facie Aquilonis succenditur, id est, diaboli suggestionibus infamatur. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ: Qui producit uentos de thesauris suis: Ventos (inquit) non improbe ponimus Apostolos, quorum prædicatio totum mundum tanquam uētus celerrimus percucurrit, de quibus alio loco scriptum est: Sagittas suas ardentibus effecit. Nam ipsis quoque uentis, pennæ per discursus celeritatē tribuuntur: Ait enim: Et ascendit super Cherubim, & uolauit, uolauit super pennas uentorum. De thesauris suis, unde reuera spirituales poterant prodire diuitiæ.

Iob 27 d
Hiere. 1 a
Psal. 134 b.
Psalm. 7 d
Psal. 17 b

Vermis quid mystice significet, require in Indice.

Vespera quid mystice significet, require in dictione, Mane, & in dictione, Somnus, siue Dormire. Potest quoq; uesperæ nomine etiam peccati tētatio designari (ut diuus ait Gregorius, libro Moralium octauo, capite decimo,) quæ sæpe tanto acrius mentem lacessit, quanto eandem mentem spiritus ad superna altius euehit. Quod Moyses quoq; spiritualiter innuit, quum ait: Factum est uespere. Creator quippe omnium humanæ culpæ prescius tunc expressit in tempore, quod nunc uersatur in mente. Lux quippe ad uesperum ducitur, quia nimirum lucem rectitudinis umbra sequitur tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, nequaq; nox, sed uespera facta perhibetur, quia nimirum sæpe in corde electorum lumen iustitiæ abscōdit, sed non interimit, quia si ad pallorem trepidationis pertrahit, sed funditus non extinguit. De uespera multa habes in expositione primi capitis Geneseos. Perquire in indice.

Gene. 1 a

Vestibu-

Vestibulum quid designet, require in dictione, Porta, & in dictione, Limen. Et diuus Gregorius, homilia 20. super Ezechielem, hoc modo scribit: Plana sunt uestibula, quia humilia sunt corda bonorum auditorum. Et notandum quia postquam portarum uestibula superius alia dicta sunt, postmodum uestibulum quod quinq; cubitis habet latitudinem, exterius respicere dicitur: quia nimirum sunt auditores alij qui intellectum interioris uitæ magnis uirtutibus proficiendo penetrant, & sunt quidam simplices qui bene quidem, sed iuxta sensus corporeos uiuunt. Vnde & exterius respicere dicuntur. Quasi enim extra respiciunt, quia iuxta sensus corporeos uiuūt. Sed tamen, & exterius respicientes intus sunt, quia & si sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt, fidem tamē atq; charitatem, & humilitatem tenent. Et intus ergo sunt in spirituali ædificio per amorem, & quasi foris respiciunt per simplicitatem. Potest per uestibulum quod exterius respicit, fides inchoantium designari, & per uestibulum quod est interius, fides perfectorū, qui iam per eam in uirtutibus micant. Possunt etiam per uestibulum interius præcepta altiora, per uestibulum uero quod respicit exterius, præcepta adhuc minima figurari. Per uestibulum quippe itur ad gradus, & ad portam, quia per præcepta prædicationis pertingitur ad uirtutes atq; ad aditum gratiæ cœlestis. Quum uero iubet alijs in cogitatione sua æterna meditari, cœlestia sapere, eisq; in Psalmis & hymnis & canticis spiritalibus uiuere: quasi interius uestibulum ostenditur, quod quinquaginta cubitis longitudine, & uiginti quinq; latitudine mensuratur.

Vestigium quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Fortitan uestigia dei comprehendes &c. Quid dei uestigia nisi benignitatem illius uisitationis uocat? Quibus nimirum progredi ad superna prouocamur, quum eius spiritus afflatu tangimur, & extra carnis angustias subleuati per amorem, agnoscimus contemplandam autoris nostri speciem, quam sequamur. Nam, quum mētem nostram spiritalis patriæ amor inflammat, quasi sequentibus iter insinuat, & subiecto cordi uelut quoddam uestigium dei gradiētis imprimitur, ut ab eo rectis cogitationum gressibus uia uitæ teneatur. Quem enim necdum cernimus, restat, necesse est, ut per uestigia sui amoris indagemus: quatenus usq; ad cōtemplationis speciem quandoq; mens ueniat, quam nunc quasi à tergo subsequens, per sancta desideria explorat. Hæc Psalmista autoris nostri uestigia bene sequi nouerat, quum dicebat: Adhęsit anima mea post te. Quem reperire quoq; usq; ad uisionem suæ celsitudinis satagebat, quum dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fontē uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem dei? Tunc quippe cognitione manifesta omnipotens deus reperitur, quum mortalitatis nostræ funditus corruptione calcata ab assumptis nobis in diuinitatis suæ claritate conspicitur. Nunc autem à carnali cogitatione animum infusione spiritus gratia subleuat, & in contemptum rerū transeuntium exaltat, totumq; mens quod appetebat in infimis, despicit, atq; ad superna desideria ignescit, & contemplationis suæ ui extra carnem tollitur, quæ corruptionis suæ pondere adhuc in carne retinetur. Incircunscripti luminis iubar intueri conatur, & nō ualet, quod infirmitate pressus animus, & nequaquam penetrat, & tamen repulsus amat, iam nanq; de se conditor per quod ametur, ostendit, sed uisionis suæ speciem amantibus subtrahit. Sola ergo eius uestigia conspicientes gradimur, qui hunc per donorum suorum signa sequimur, quem necdum uidemus. Quæ nimirum uestigia comprehendi nequeunt: quia unde, ubi, quibusue modis ueniant eius spiritus dona, nesciuntur: ueritate attestante, quæ ait: Spiritus ubi uult, spirat: & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat. In retributionis autem culmine reperiri omnipotens per contemplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum non potest: quia & si hunc in claritate sua quandoque conspicimus, non tamen eius essentiam plene contuemur. Angelica etenim uel humana mens quum ad circunscriptum lumen inhiat, eo ipso se quo est creatura, coangustat, & super se quidem per prouectum tendit, sed tamen eius fulgorem comprehendere nec dilatata sufficit, qui & transcendendo, & portando omnia, & implendo concludit. Et exponens illud Iob, Et uestigia pedum meorum considerasti: Et uestigia (inquit) pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum, quàm recte ponātur, examinat: ne & hoc quod

Iob 12 b
Psalm. 62. c
Psal. 41 a.
Ioan. 3. b
Iob. 13 d

bonum

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum agitur,non eecto defiderio agatur. Poſſunt quoq; per pedum ueſtigia, quædam male acta ſignari. Nam pes in corpore,eſt ueſtigium in uia. Et plerunque,dum quædam praua agimus,intuentibus hoc fratribus, exemplum malum præbemus:& quaſi inflexo extra uiam pede,ſequẽtibus ueſtigia diſtorta relinquimus,dum per noſtra opera ad ſcãdalum aliena corda prouocamus. Valde autem laborioſum eſt cuſtodire, ne mala homo facere audeat, ne in bonis actibus per intẽtionem titubet, & inter recta opera finiſtra eum cogitatio illudat. Quæ tamen cuncta omnipotens deus ſubtiliter examinat,atq; in
Pſal.76 d iudicio ſingula repenſat. Et Caſſiodorus exponens illud Pſalmiſtæ,In mari uia tua,& ſemitę tuæ in aquis multis,& ueſtigia tua non cognoſcentur: Si ad literam hoc uelis accipere,in mari fuit uia eius, quando ſuper dorſa pelagi uiſualiter ambulans, Petrum apoſtolum,ut ad ſe ueniret,euocauit. Siue magis illud intelligendum eſt: In mari uiæ tuæ,in cogitationibus hominum, quę uelut mare perfidum fluctuant:ubi tamẽ ille uias habet, quando eos ſibi larga pietate ſubdiderit, Aquę multę,conuerſorum eſt turba gentilium, ubi ſunt ſemitæ domini,id eſt,uiæ ipſius, dum ad eos uenire dignatur. Sequitur:Et ueſtigia tua non cognoſcentur. Hoc cum imputatione legendum eſt:ut quum palam uenerit tantisq; ſe demonſtrauerit miraculis, non ſit tamen cognitus ab infidelibus ludæis. Merito ergo illis exprobrat,qui tantæ maieſtati,& tam pręſentibus beneficijs credere noluerunt. Veſtigia ſiquidem, ſignificant, pręſentiam corporalem. Nam ueſtigium eſt plantæ ſignum, quod facimus ambulantes.

Quid ueſtis,ſiue ueſtimentum myſtiċe ſignificet. Cap. V.

Iob.7 d VEſtis,ſiue ueſtimentum opera noſtra ſignificat,ut diuus ait Gregorius libro Moralium ſecundo,capite triceſimooctauo,exponens illud Iob,Scidit ueſtimenta ſua:Veſtimenta(inquit)ſcindimus, quum diſcernendo opera noſtra retractamus. Si enim nos apud deum opera noſtra quaſi ueſtimenta non tegerent, nequaquam uoce angelica dice
Apoc.16 c retur:Beatus qui uigilat,& cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet,& uideãt turpitudinem eius. Turpitudo enim noſtra tunc cernitur, quum uita reprehenſibilis ante iuſtorum oculos in iudicio, nequaquam ſubſequentis boni operis tegmine uelatur. Prẽterea
Iob 9 d ueſtimentum corpus ſignificet terrenum,iuxta illud Iob, Et abominabuntur me ueſtimẽta mea. Quid enim(inquit Gregorius)ueſtimẽti nomine,niſi hoc terrenum corpus exprimitur,quo induta anima tegitur, ne in ſubtilitatis ſuę ſubſtantia nuda uideatur? Hinc e-
Eccis.9 b tenim Salomon ait:Omni tempore ſint ueſtimenta tua candida,id eſt membra corporis
Eſaiæ 9 a à ſordidis actibus munda. Hinc Eſaias ait: Veſtimentum mixtum ſanguine erit in com-
Pſal.50 c. buſtionem. Sanguine quippe ueſtimentum miſcere,eſt deſiderijs carnalibus corpus inq-
Apoc.3 a nare. Quibus nimirum ſe pollui Pſalmiſta formidauerat,quũ dicebat:Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ. Hinc uoce angeli ad Ioannem dicitur: Habes pauca nomina in Sardis,quę non inquinauerunt ueſtimenta ſua. More autem ſacri eloquij,ueſtimenta noſtra nos abominari referuntur, quia abominabiles reddunt,quia nimirum,dũ contra mentem membra ſuperbiunt,dum ſancti deſiderij ſtudia,tentationum ſuarum tumultibus interrũpunt,in ipſo ſuo certamine poſita anima agnoſcit, quãtum adhuc à diuinitate deſpicitur,quæ corruptionem ſuam plene appetens tranſire,ſed non ualens, fœ-
Rom.7 d do puluere cogitationis inquinatur. Hanc ueſtimentorum abominationem ſenſerat, qui dicebat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi meæ,& captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Veſtimentum quoque fidelium
Iob.30 c] dicitur uita,iuxta illud Iob,In multitudine eorum conſumitur ueſtimentum meum. Si hi ſtoriæ intendimus(inquit Gregorius)quid aliud ueſtimentum beati Iob,quàm eius corpus accipimus? Cuius uidelicet ueſtimentum conſumitur, dum caro cruciatur. Iuxta alle-
Epheſ.5 f goriæ uero myſterium, ueſtimentum eſt ſanctæ Eccleſiæ, fidelium uita. Nam ſicut tota ſimul Eccleſia ueſtimentum Chriſti,ita fideles quique eiuſdem Eccleſiæ ueſtimenta depu tantur. Si enim ſancta Eccleſia ueſtimentum Chriſti non eſſet,Paulus profecto non dicere:Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiã,non habentem maculam, neq; rugam,id eſt,nec per pec

per peccatum habentem maculã,nec per duplicitatem rugam,quæ & per iuſtitiam munda eſt,& per ſimplicem intentionem tenſa. Quæ igitur abluta eſt, ne habeat maculam, tenſa eſt, ne habeat rugam, utique ueſtis eſt de qua propheta ait: Viuo ego, quia omnibus his uelut ornamento ueſtieris. Dicat ergo: In multitudine & cętera, quia dum multi ſunt qui cruciant, deſtruuntur plurimi, qui ei connexione amoris inhærebant. Et exponens illud Iob, Nonne ueſtimenta tua calida ſunt, quum perflata fuerit terra auſtro? Iob.37.c Sæpe(inquit diuus Gregorius) beatum Iob figuram ſanctæ Eccleſię tenere diximus. Veſtimenta uero Eccleſiæ ſunt omnes qui ei fidei adunatione iunguntur, per auſtrum uero, qui nimirum calidus uẽtus eſt, non immerito ſpiritus ſanctus deſignatur, ut dictum eſt in dictione,Auſter. Et infrà:Natura ueſtimentorũ eſt,ut p ſemetipſa calere non poſſint,ſed adiuncta uiuenti corpori, dum exhalantes membrorum poros contegunt,emanantem ab intimis calorem premunt, quo nimirum calore hæc eadem ueſtimenta caleſiunt,ſed calefacta calorem, quem acceperint, retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per ueſtimenta uiuenti corpori adhærentia, niſi diſcipulorum uita, magiſtris bene uiuentibus,coniuncta ſignatur? Quę quaſi per poros calorem accipit,quia ad amorem dei & exemplo actionis, & impulſu exhortationis igneſcit. Quæ uelut frigus proprium expellit,dum à priſtina iniquitate diſcedit, calorem,quem accepit,retinet, quia in eo,quem prædicando ſumpſerit,feruore conualeſcit. Doctores autem ſancti,dum auditores ſuos in amorem dei proficere ſentiunt, ipſi amplius in doctrinæ uirtute feruеſcunt, & quia eos ad ſumma inardeſcere,& feruеſcere conſpiciunt, ad prædicanda bona cœleſtis patriæ ualidius ſuccenduntur. Dicat ergo: Nonne ueſtimenta & cæt. quia nimirum tunc auditores, qui iam bene uiuentibus doctoribus inhærent, calorem ſuperni amoris accipiunt, quum p afflatũ ſancti ſpiritus excitantur. Et in explanatione ſeptem pſalmoꝝ pœnitentialium,exponens illud Pſalmiſtæ,Et omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent:Veſtimẽta(inquit)ſanctorum,ſunt corpora eorum. Vnde de quibuſdam ſcriptum eſt:Iſti ſunt Apoc.3 a qui nõ inquinauerunt ueſtimenta ſua. Et iterum:Lauerunt ſtolas ſuas,& dealbauerunt Apoc.22 c eas in ſanguine agni. Quæ profecto ueſtimenta tunc ueteraſcunt, quum animabus eorum ad cœlum tendentibus, ipſa eorum corpora in terræ eſſentiam deducuntur. Et infrà: Sicut enim homini nihil eſt uicinius, quàm ueſtis, ita deo nihil eſt uicinius ſanctis. Sicut enim ueſtimentis ſuis homo circundatur,ita ſanctis ſuis ueſtitur. Hinc nanq; per Prophetam ſcriptum eſt: Omnibus his uelut ueſtimẽto ueſtieris. Et per Pſalmiſtam dicitur: Eſa. 49 c Myrrha, & gutta, & caſia à ueſtimentis tuis. Quia enim omnium uirtutum odoramenta à ſanctis prodeunt,recte dicitur,quia e ueſtimentis dei myrrha,&gutta,& caſia proce- Pſalm. 44 b dunt. Hinc nanque Apoſtolus ait: Chriſti bonus odor ſumus deo. Veſtimenta ergo dei 2.Cor.2 b mutantur, quia ſancti poſt mortem corporis, in felicitatem tranſeunt uitæ cœleſtis. Et libro octauo Moralium, capite triceſimonono, exponens illud Deuteronomij, Non in- Deut.22 a dues ueſtem ex lana, linoq; contextam: Per lanam (inquit) ſimplicitas, per linum uero ſubtilitas deſignatur. Et nimirum ueſtis,quæ ex lana, linoq; conficitur, linum interius celat,lanam in ſuperficie demonſtrat. Veſtem ergo ex lana,linoq; contextam induit,qui in locutione, uel actione qua utitur, intus ſubtilitatem malitiæ operit, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit. Quia enim ſub puritatis imagine deprehendi calliditas non ualet, quaſi ſub lanæ groſſitudine linum latet. Et eodem capite ſcriptum eſt in Deuteronomio: Non induetur mulier ueſte uirili, nec uir utetur ueſte fœminea. Abominabilis eſt enim apud deum qui facit hęc. Mulier(inquit Rupertus)ueſte uirili induitur,quando is qui ſuæ neſcit moderamina uitę tenere, iudex fieri audet alienę,& poſſe pręſumit,q nõdum ſubeſſe didicit. Econtrario uir utitur ueſte fœminea, quando is qui iam ſpiritualia percepit chariſmata,ſcilicet prophetiam,aut ſapientiæ,ſiue ſcientiæ ſermonem,aut genera linguarum, aut quippiam horum, propter quod uir iure dici poterat, & tanquam uir præeſt in domo dei,quæ eſt Eccleſia, fluxa tamen ſequitur uitia, & pro contemptibili uita meretur,ut ſi qua eſt prædicatio eius,ipſa quoq; recte deſpiciatur.

De eiſdem ueſtimentis. Cap. VI.

Scriptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCriptum quoque est, Faciesq; uestem sanctam fratri tuo in gloriam, & decorem & cęte-
Exod.28 a tera. Quæ uerba Rupertus enarrans libro quarto in Exodum, capite uicesimotertio, hoc pacto scribit: Vnum pōtificem magnum Iesum Christum, pontificem cœlestem,
1. Pet.2 b & uerum intueamur, cuius in habitu cœlesti, hæc esse completa non dubitamus, quem & imitari oporteat nos, ut simus regale sacerdotium, & gens sancta. Fœminalia linea sacerdotis magni, decus significant incarnationis sanctæ Christi filij Dei, qua præornata
Gene.3 b est natura nostra ignobilis, & plaga peccati originalis foliis ficus in Adam infeliciter contecta, in ipso exclusa est. Non enim de ulcerosa libidine, ut nos, ita & ille conceptus est, sed de munda, & simplici uirgine. Byssum retortam, id est, candidi & incoinquinati corporis decorem induit & fortitudinem. Vnde & corporis sui (quod est Ecclesia) uerecundiam, scilicet originale peccatum, operuit. De hoc uestimento eius Ioannes in Apocalypsi scribit: Et habet in uestimēto, & in femore suo scriptum: Rex regum, & dominus
Apoc.19 c dominantium. Tunica deinde linea stricta, id est, subucula, quā uulgo camisiam uocāt, noua est eiusdem cœlestis hominis uita, quia uidelicet sicut nouo hæc inusitato ordine conceptus, & natus, sic noua, & ueteri uitæ contraria pulchritudine inter homines conuersatus est. Baltheus circa renes, fortitudo diuinitatis est, per quam commoueri non po-
Psalm.15 b tuit. Vnde & in Psalmo, quum dixisset: Insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei, continuo subiunxit: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Et enim sic ille cognouit figmentum nostrum, & ita usque ad noctem, id est, usque ad mortis tribulationem sui renes, increpuerunt eum, ut experimento sciret id quod nullo unquam passibili modo titilatus est, non ex ipsa carnis natura, sed ex diuinitate esse, quæ à dextris erat. Vnde uerissime Apostolus dicit: Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, quoties tentamur à renibus nostris, quia sicut aliis infirmitatibus tētatus est, sic & tentatione peccati
Heb.4 d tentatus fuisset, si non esset deus, quod non sumus nos. Tunica hyacinthina cum tintinnabulis, & malis punicis, uita uel conuersatio gloriosa est eiusdem pontificis nostri domini Iesu Christi à baptismo Ioannis. Extūc enim tintinnabulis cœpit perstrepere, id est, aperta & publica prædicatione personare, malis punicis intermicantibus, id est, miracu-
Cant.5 d lorum operibus per singula pene uerba concurrentibus. Ipse color tunicæ hyacinthinæ, cœlestem eorundem operum eius exprimit dignitatem. Vnde & dicitur in Canticis: Manus eius tornatiles, aureæ plenæ hyacinthinis. Illic in manibus, hic in uestitu, secundum hyacinthi colorem aereum eius (ut dictum est) opera designantur, qui non de terra est, neque de terra loquitur, sed de cœlo uenit, & super omnes est. Et bene per tunicæ circuitum deorsum ad pedes mala rubent, & tintinnabula concrepant in ingressu sanctuarij, quia uidelicet maxime in fine uitæ mortalis operosa claruit dilectio, uel doctrina redem-
Ioan.3 d ptoris. Quum enim (inquit Euangelista) dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem quoque dilexit eos. Tintinnabula, id est, dilectionis præcepta, quibus in illa cœna perso-
Ioan.13 a nuit, totus mundus audiuit, & mala rubētia, scilicet uitæ æternę fructum, de illo ingressu eius in cœleste sanctuarium, totus orbis consecutus est. Superhumerale huius pontificis, obedientia charitatis est, quia idem Christus filius dei portandis, imo tellendis peccatis nostris humeros suos suppossuit, & cum illis in crucem ascendit. Nam dominus (inquit
Esaiæ.53 b. Propheta) posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Et bene ex quatuor coloribus supradictis, qui quatuor respondent elementis mundi, auro quoque intextum superhumerale fieri debuit, quia ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi, non coacta, sed spōtanea charitate, quæ cæteris uirtu-
1. Ioan.2 tibus ita prœeminet, ut cęteris metallis aurum præpollet. Duæ orę iunctæ, & in singulis humerum singuli lapides onychini nominibus duodecim filiorum Israel inscripti, duo sunt populi, temporibus quidem diuisi, sed causa uel sacramento coniuncti, quorum Christus peccata in corpore suo pertulit. Neuter quippe aliter, nisi per Christi gratiā saluari potuit, & uterque uno, eodemq; peccatorum portitore Christo indiguit. Et recte lapides onychini, quæ speciem gemmæ siue lapidis colorem habet unguis humani. Vnde & uocabulum sortitum est (Græci nanq; unguem onychen dicūt) recte (inquam) quia pro

homini

hominibus deus homo factus, peccatorum superhumerali oneratus est. Lapides eiusmodi nominibus filiorum Israel, i, electorum omnium inscripti sunt: Ipse enim cunctos nouit ex nomine, quorū super se peccata tulit. Vnde & appropinquans articulo passionis, Ego (inquit) scio
Iohan.13.b quos elegerim: Iuxta ordinem (inquit) natiuitatis eorum sculpes eos. Ergo cuncti maiores in uno, cuncti minores natu scripti sunt in lapide altero. Maiores filij Israel sunt, qui ante minores, qui post aduentum humeroſi huius portatoris peccatorum conscripti sunt. Maiores (inq̄) qui ex Iudæis, minores qui ex gentibus sunt. Nam de illo populo loquitur deus ad Pharaonē,
Psal.84.b Filius meus primogenitus Israel. Rationale igitur iūgitur superhumerali, quia misericordia & ueritas obuiauerunt sibi. Misericordia in superhumerali, ueritas intelligitur in rationali. Vnde & dicitur rationale iudicij, doctrina quoq;, & ueritas inscribitur illi. Qui enim in misericordia redemit, idem ipse in ueritate iudicabit. Vnde non uno, aut duobus lapidibus onychinis in rationali, sicut & in superhumerali cuncta filiorū Israel nomina, sed singulis lapidibus singula inscripta sunt. Nam una quidem gratia cunctos Christus redemit, & cunctorum super humeros suos peccata tulit, sed in iudicio reddet unicuiq; secundum opera sua. Et electorū quoq; non omnium eadem erunt præmia, sed pro diuersis differentia meritis. Multæ enim sunt (in-
Ioh.14.a quit) mansiones in domo patris mei. Multitudinē mansionū cœlestiū multiplex & distinctus
Ezec.28. designat ordo lapidum preciosorum. Etenim apud Ezechielem contra principem Tyri nouē ordines angelorum, per nouem designantur nomina lapidum. Notandum quod in superhumerali nō solum catenulæ, sed & uncini sunt, qui rationale iudicij cōstringant, quia uidelicet in misericordia redemptorum nostræ spei anchoræ sunt, ut semper misericordia superexaltet iudicium. Hoc in pectore suo portat pōtifex, nā in ꝑsentia sua scriptos habet omnes, omniūq; condignas meritis ab origine mundi parauit mānsiones. Cydarim quoq; sup caput pōtifex accipit, ne Cherintus, uel Arrius, seu quilibet alius hæreticus, Iesu Christi filij dei caput, i. initiū se uidisse arbitretur. Non enim sicut nos, ita & ille à carne existēdi initiū habuit, iuxta blasphemiam Cherinti, qui illū ante Mariā extitisse negauit, sed diuinum caput, q̄d erat in principio, & ante secula, ibi abscondit. Cydaris ergo caput regit pontificis quia uidelicet incomprehensibilis est antiqtas, uel origo diuinitatis Christi. Lamina aurea fronti imminens, corona est gloriæ, & honoris in capite redēptoris. Gloria (inquit) & honore coronasti eum, & constituisti eū
Psal.8.b super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Et Apostolus, quum dixisset: Christus factus est pro nobis obediēs patri usq; ad mortem, mortem autem crucis, continuo subiunxit: Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Huius rei mysterium scilicet nominis, quod est super omne nomen, in eo est, quod laminæ sanctum domini insculptum est. i. nomen domini tetragrammaton, quod ineffabile dicunt. Scribitur enim quatuor literis, Iod, He, Vau, He, quæ in syllabam aut uocem articulatam comprehendi nequeunt. Arcanum scripturæ hactenus latet, nisi quia ex interpretatione elementorum colligi potest, quod euangelicam fidem non minime delectat. Interpretatur enim Iod principium, He, iste, Vau, & He, iste. Estq; continuus literarum sensus, principium iste, &
Iohn.2.c iste, Hoc (inquam) iure nos delectet, quia principium iste pater, & principium iste filius est. Patrem esse principium uidens ultro consentit. Principium se quoq; esse filius defendit, qui interrogantibus Iudæis, Tu quis es, principium, ait, qui & loquor uobis. Hoc nomen profecto super omne nomen est, qui super principium nihil esse potest. Igitur octauum pontificis decus est, aurea lamina est, insculptum habens ineffabile nomen, quod dicitur sanctum domini, quia uidelicet Christo pontifici propter passionem mortis, octaua sua, id est, resurrectionis gloria coronato, nomen quod est super omne nomen pater donauit, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Via quid mystice significet. Cap. VII.

VIa q̄d mystice significet, D. infinuat Greg. lib. Mor. xv. cap. xx. exponens illud Iob, Scię-
Gregor. Iob.12.b tiam uiarū tuarum nolumus: Via (inquit) dei pax, via dei humilitas, via dei patientia est. Sed quia hæc omnia iniqui despiciunt, dicunt: Scientiam uiarū tuarū nolumus. Dum enim in presenti uita superbiunt, dum honoribus inflantur, dum etiam si non habent, appetūt, uias dei in sua cogitatione contēnunt. Quia em̄ uia dei in hac uita humilitas fuit, ipse hic deus redemptor noster ad probra, ad contumelias, ad passionem uenit, & aduersa huius mundi æquanimiter pertulit, prospera fortiter uitauit, ut & ꝑspera doceret æternæ uitæ appeti, & aduersa ꝑsentis uitæ nō formidari. Sed quia iniqui gloriā uitæ præsentis appetūt, ignominiā fugiūt, dicere memorantur, Scientiā uiarū &c. Scire quippe nolunt, quod facere contēnunt. De uīs rur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus scriptum est: Oculi enim eius sunt in vijs illius. Vias em̃ suas (inquit diuus Greg.) peccator intuetur: quia sola cogitare, sola cernere nititur, quæ sibi ad cõmodum tẽporale suffragentur. Hinc etenim Paulus dicit: Omnes quæ sua sunt, quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Via nanq; elati, superbia: via raptoris, auaritia: via est lubrici, concupiscentia carnalis. In vijs ergo suis iniquus quisq; oculos deprimit: quia solis vitijs, vt per hæc animo satisfaciat, intendit. Vnde per Salomonẽ dicitur: Oculi stultorũ in finibus terræ, quia hoc solũ tota cordis intentione cõspiciunt, per quod ad finem terreni desiderij perducantur. Nequaquam vero suæ cõsiderationis obtutum in terra peccator figeret, si ad sancta sui redemptoris itinera mentis oculos leuaret. Vnde Eccle. 2.b per Salomonem rursum dicit: Oculi sapientis in capite eius: quia videlicet sapiens quisq; illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat. Has nanq; humanæ cõuersationis vias videre contẽpserat, qui dicebat, In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. Ac si aperte spondeat, dicens: Quæ mea sunt, iam videre refugio: quia per imitationis tuæ viam, pergere conuersionis gressibus inardesco. Qui enim præsenti iam mundo contradicit, amoris exercitatione continua, redẽptoris sui vias cordis oculis obijcit, vt mens prospera fugiat, ad aduersa præparetur, nihil quod demulcet, appetat, nihil quod deterrere creditur, pti mescat, mœrorem gaudium deputet, præsentis vitæ gaudia, dãna mœroris putet, abiectionis detrimenta non timeat, sed per hæc manentis gloriæ locũ quærat. Has etenim vias sequentiũ Ioha. 12.d monstrabat oculis veritas, quum dicebat: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Ad has vias tumẽ Mat. 20.c tia discipulorũ corda reuocabat, quum locũ iã gloriæ quærerent, sed eiusdẽ gloriæ iter ignorarent dicens: Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum? Confessionis quippe illius celsitudinem à dextris, siniſtrisq; quæsierãt, sed quanta ad hanc esset itineris angustia, nõ videbant. Vnde & eorum mox oculis imitãdus passionis calix obijcitur, vt videlicet si ad sublimitatis gaudia tenderent, prius viam humilitatis inuenirent. Quia igitur considerare peccator vias dei negligit, sed solis in quibus carnaliter delectetur, intendit, recte nunc dicitur: Oculi enim eius sunt in vijs illius. Viæ quoq; actiones designant, vt habes in dictione, Gressus. Et libr. Moral. xxvi. cap. viij, exponens illud Sapientiæ, In vijs ostendit se illis hilariter, & omni prouidentia occurrit illis. Viæ quippe ad creatorem sunt, opera considerata creatoris. Quæ dum facta cernimus, potentiã factoris miramur. In istis vijs à sapientia omni nobis prouidentia occurritur: quia factoris nobis virtus inquirenda proponitur in omne quod mirabiliter factum videtur: & quocunq; se verterit anima, si vigilanter intendit, in ijsdem ipsis deum inuenit, per quæ reliquit, eiusq; potentiam ex eorum rursus consideratione cognoscit, quorum amore deseuit: & per quæ peruerse cecidit, per hæc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incumbimus, vt resurgamus, & quasi ibi surgendo manum considerationis figimus, vbi pede amoris lubrici corruentes, negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per visibilia cecidimus, dignũ est, vt ad inuisibilia ipsis rursum visibilibus innitamur: vt quo casu anima venit ad infima, eo gra Cassiodo. du reuertatur ad summa: atq; eisdem quibus corruit passibus surgat, dum (sicut dictum est) illa nos ad deum bene considerata reuocant, quæ nos ab eo male electa diuiserunt. Et Cassiodorus, exponens illud Psalmistæ, Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas, requirentibus Psal. 24.b testamentum eius, & testimonia eius: Dum sint incomprehensibiles viæ domini, aptissime eas sub breuitate colligit. Quis enim opera eius enarrare sufficeret, quanta potentia cœlestia, terrenaq; moderetur? Sed quum illæ non potuissent enumerari sufficienter comprehensum est, Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. Misericordia: quia præuenit cuncta bonitate. Veritas: quia omnia sub integritate dijudicat. Sed ne hoc putares communiter conferendum, sequitur quibus possint talia conuenire: scilicet requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Quando singulari numero dicitur testamentum, aut vetus significatur, aut nouum. Hic ergo testamentum, nouum debemus accipere: testimonia vero præcedentium dicta prophetarum. Testes enim fuerunt sacrarum promissionum, quas dominus aduentus sui manifestatione compleuit. Et diuus Augusti. Vniuersæ viæ &c. Docebit mansuetos vias suas. Quas Augustinus autem vias docebit eos, nisi misericordiam, qua placabilis est, & veritatem, qua incorruptus est? Quorum vnum præbuit donando peccata, alterum merita dijudicando. Et ideo vniuersę vię domini, duo aduentus filij dei, vnus miserantis, alter iudicantis. Peruenit ergo ad eum tenens vias eius, qui nullis meritis suis se liberatum videns, deponit superbiam, & deinceps canet examinantis seueritatem, qui clementiam subuenientis expertus est. Requirentibus &c. Intelligunt enim dominum misericordem primo aduentu, & secundo iudicem, qui mites & mansueti requirunt testamentum eius, quum sanguine suo nos in nouam vitam redemit, & in prophetis, atq; euangelistis testimonia eius. Et diuus Thomas: Quolibet in opere Dei miseri-

cordiam

cordiam, hoc est, defectus remotionem, & veritatẽ inueniri, necesse est. Sigdem nihil deus facere potest, quod suæ nõ congruat sapientiæ, atq; bonitati, quo pacto debitũ deo quippiã dicitur. Propterea quicquid rebus à se conditis ꝓbet, cõuenienti ordine, ac ꝓportione, in quo eius consistit iustitia, dilargitur, atq; distribuit. Sed opus diuinæ iustitiæ, eius misericordiã præsuppo nit, & in ea fundatur, vt prima eius radix. Nam qcquid creaturæ tribuit, ex illius duntaxat bonitate proficiscitur. Et sic in q̃libet dei opere & iustitia & misericordia reperit. Verum nõnulla opera diuinæ tribuuntur iustitiæ, quædam vero misericordiæ, quod in nonnullis eius magis appareat iustitia, vel misericordia. Siquidem in impiorũ dãnatione eius magis cõspicit iustitia, quam misericordia, quoniã illius misericordia eorũ pœnam nõ penitus relaxat, quanquam aliquo pacto alleuiat, dum illos punit citra condignũ deus. Ediuerso aũt in impiorum iustificatione diuina magis conspicitur misericordia, quæ illorũ culpas remittit, non tamen citra iustitiam. Nam ob dilectionem, quã tamen illis sua misericordia dilargit, peccata condonat, dicente ipso dño: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Origenes autẽ, homilia tertia, super exodum, exponens illud Exodi, Viam trium dierum ibimus in eremo, & ibi immolabimus dño deo nostro: Quæ est (inquit) via tria dierũ, quæ nobis incedenda est, vt exeuntes ex Aegypto puenire possimus ad locũ, in quo immolare debeamus? Ego viam illum intelligo, qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Hæc via triduo nobis incedenda est. Qui em̃ con- Ioh. 14.a fessus fuerit in ore suo dominũ Iesum, & crediderit in corde suo, q̃d deus suscitauit illũ à mortuis tertia die, saluus erit. Hæc ergo est tridui via, per quam peruenitur in locum, in quo domino immoletur, & reddatur sacrificium laudis. Hæc quantum ad mysticũ pertinet intellectũ. Si vero etiã moralẽ, qui nobis perutilis est, requirimus locũ, iter tridui de Aegypto proficiscimur, si ita nos ab omni inquinamento animæ, & corporis, ac spũs conseruemus, vt quẽadmodũ dicit Apostolus, Integer spiritus noster, & anima, & corpus in die Iesu Christi seruet. Tridui iter proficiscimur de Aegypto, si rationalẽ, naturalẽ, moralẽ sapientiã de rebus mũdialibus auferentes, ad statuta diuina cõuertimus. Tridui iter de Aegypto proficiscimur, si purificauerimus in nobis dicta, facta, vel cogitata. Tria sunt enim hæc per quæ peccare homines possunt. Efficiamur mundi corde, vt possimus deum videre. Vis aũt videre, quod huiusmodi sunt, quæ inscripturis indicat spiritus sanctus? Pharao hic, qui est princeps Aegypti, vbi se videt vehementius perurgeri, vt dimittat populum Dei, secundo loco hoc cupit impetrare, ne longius abeant, ne totum triduum proficiscantur, & dicit: Non longe abeatis. Non vult longe à se fieri populum Dei, vult eum si non in facto, vel in sermone peccare, si non in sermone, vel in cogitatione delinquere. Non vult vt totum à se triduum proficiscantur. Vult in nobis vel vnum diem suum habere, in alijs duos, in alijs totum triduum ipse possidet. Sed illi beati qui integrum ab eo triduum secedunt, & nullam in eis suam possidet diem. Et homil. v. super Exodum: Audi prophetam quid dicat: Refuscitabit nos Deus post biduum, & in die tertia resurgemus, & viuemus in Osee. 6.a conspectu eius. Prima dies nobis passio saluatoris est, & secunda qua descendit in infernum, tertia autem resurrectionis est dies. Hoc ergo erat triduum ad quod festinabat Moyses, & cõtradicebat Pharao.

Quid vinea, vinumq; mystice significet. Cap. VIII.

VIneæ scripturæ sacræ latitudinem signat, & vniuersam Ecclesiam, vt inquit diuus Gregorius, libro Moral. xvi. cap. xxiij. exponens illud Iob, Vineam eius, quem vi oppresserãt, vindemiant: Vineæ (inquit) appellatione scriptura sacra exprimitur, quia per veritatis sententias botros virtutum profert. Cuius vineæ dominum, id est scripturæ sactæ conditorem, quasi vi opprimunt, quia eius sensum in verbis sacri eloquij inflectere violenter conantur, qui dicit: Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Et eandẽ vineam vindemiant, qui ex ea sententiarum botros, pro suæ intelligentiæ intentione coaceruãt. Potest agri vel vineæ nomine, vniuersa Ecclesia designari, quam peruersi prędicatores demetunt, & autorem eius in membris suis opprimendo, vindemiant: quia creatoris nostri gratiam persequentes, dum quosdam de illa, qui recti videbantur, rapiunt: quid aliud, quam spicas, vel botros animarum tollunt? Et in libro Canticorum scriptum est: Vinea fuit pacifico in ea quę habet populos &c. Quę verba diuus enarrans Gregorius, hoc pacto scribit: Ipse vero pacifi- Gregor. cus noster esse dicitur, quia per ipsum deo omne genus humanum reconciliatum est. Huic pacifico vinea fuit, quia in labore prędicatorum carnalium synagogam plantauit, de qua dicitur, Vinea domini sabaoth domus Israel est. Quę vinea in ea quę habet populos extitit, quia in lege posita est, quę multos populos ad se collegit. De qbus populis dicitur: Populi meditati sunt mania. Hanc vineam custodibus tradidit, quia synagogam Moysi, & cęteris patribus custodi

endam

endã subiecit. De qua bene subditur: Vir affert pro fructu eius mille argenteos. Hec vinea fructũ protulit, quia ex synagoga botrus ille magnus, qui de terra promissionis allatus, est Christus videlicet Iesus, per humanitatem processit. De quo fructu pater ad Dauid ait: De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam. Vnde & Apostolus scribit: Quorum patres sunt, & ex quibus Christus. Per argẽteos vero in hoc loco omnem terrenam substantiã intelliginus, de qua Petrus eleemosynam petenti claudo dicebat: Argentum & aurũ non est mihi. Pro fructu ergo vineæ vir mille argenteos affert, quia quisquis viriliter in fide, quam suscepit, se habet, libẽti mente, & perfecte omnia terrena dimittit, vt Christum veraciter habeat. Mille enim Actu. 3. d perfectus est numerus, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argenteos in primitiua Ecclesia illi ferebant, de quibus in actibus Apostolorum scriptum est: Quotquot aũt possessores agrorum, aut domorum erant, vendebant, & afferentes, ponebant ad pedes Apostolorum precia eorum quæ vendebant. Isti congregati aliam vineam, videlicet sanctam Ecclesiam ex seipsis costruxerunt, & vt boni agricolæ, sanguine suo propagauerunt, & prædicationibus vsq; ad fines terræ dilatauerunt, vt iam mundum pene vniuersum impleat, & fructum gratũ locata agricolis suis tẽporibus reddat. Vnde in Euangelio dicitur: Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. De qua vinea iam bonis locata ipse pacificus dicit: Vinea mea coram me est. Corã ipso vinea sua exitit, quia pdi tis malis agricolis, sanctam Ecclesiã p bonos doctores respectu benigno erudit. Et diuus Bernardus sermone xxx. in Cantica exponens illud Canticorum, Posuerunt me custodem in vi- Bernardus neis, vineam meam nõ custodiui. Si spirituali (inquit) sensu vineas Ecclesias, id est fideles interpretemur populos, iuxta prophetæ sensum, dicentis: Vinea domini sabaoth domus Israel est, incipiet fortassis elucere nobis, quomodo spõse minime indignum sit, fieri custodem in vineis. Puto quidem, quod & non parua insuper & in hoc ipso apparebit prærogatiua, si quis diligentius curet aduertere, quantum vbiq; per orbem in huiusmodi vineas dilatauerit terminos suos à die illa, qua Hierosolymis à filijs matris suæ expugnata est, & exturbata vna cum prima illa sua nouella plantatione, multitudinem dico credentium, quorum legitur fuisse cor vnum, & anima vna. Et ipsa est, quam modo fatetur se minime custodisse, sed non ad insipientiã sibi. Neqeũ ita inde euulsa in persecutione fuit, vt nõ alibi plãtaretur, atq; alijs locaret agricolis, q reddant fructus eius temporibus suis. Non prorsus non periit, sed migrauit etiam, creuit, & di- Psal. 79. b latata est, tanquam cui benedicit dominus. Deniq; leua oculos tuos, & vide, si non operuit mõtes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. Si non extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumen propagines eius. Nec mirum: Dei enim ædificatio est, dei agricultura est. Ipse fœcũdat, ipse propagat, ipse putat, & purgat eam, vt fructum plus afferat. Quando nempe sua destituerat cura, vel opera, quam plantauit dextera eius? Non plane habenda neglectui, in qua Iohan. 15. c Apostoli, palmites, dominus, vitis, & pater eius, agricola est. In fide plantata, in charitate mittit radices, defossa sarculo disciplinæ, stercorata pœnitentium lachrymis, rigata prædicantium verbis, & sic sane exuberans vino, in quo est lætitia, sed non luxuria, vino totius suauitatis, nullius libidinis. Hoc certe vinum lætificat cor hominis, hoc constat, & angelos viuere cum lætitia. Ergo ex illa vna vinea, quam sæuæ persecutionis visa est deleuisse tempestas, quantæ in vniuersa terra propagatæ refloruerunt? Et in his omnibus custos posita sponsa est, vt non contristetur, quod primam vineam non custodiuit. Et infra: Quid adhuc vnius vineæ plangis damnum, quod tanto tibi fœnore compensatum est? Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non fuit qui per te transiret, ponam te (inquit) in superbiam seculorum gaudium in generatione, & generationem, & suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. & scies, quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Tali itaq; modo dicit se sponsa positam custodem in vineis, & quia vineam suam non custodiuit. Vineas quoq; animas interpretor, fidẽ vitem, virtutes palmites, botrum opus, deuotionem vinum. Siquidem nec palmes absque vite, nec virtus sine fide aliquid est. Sine fide enim impossibile est placere Deo, fortasse & displicere necesse erit. Denique, omne quod non est ex fide, peccatum est. Et sermone sexagesimo tertio, exponens illud Canticorum, Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: Nam vinea nostra floruit: Viro (inquit) sapienti sua vita, vinea est, sua mens sua conscientia. Nil quippe incultum, desertumve in se sapiens derelinquet. Et infra: Soli (inquit) conuenit sapienti habere, vel potius esse vineam, qui vitam habet. Bona vinea iustus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum testimonium conscientiæ, cui lingua torcular expressionis. Denique gloria nostra hæc est (inquit) testimonium conscientiæ nostræ. Vides apud sapientem vacare nihil? Sermo, cogitatio, conuersatio, & si quid aliud est, ex eo quid, ni totum dei agricultura, dei ædificatio est, &

catio est, & vinea dñi sabaoth? Quid deniq; illi de se perire possit, qñ & foliũ eius non defluet? Cæterũ tali vineæ nunq̃ infestationes, nunq̃ insidiæ deerunt. Nempe vbi multæ opes, multi sunt & qui comedunt eas. Sapiens erit solicitus seruare vineã suã, non minus q̃ excolere: nec sinet eam vorari à vulpibus. Pessima vulpis occultus detractor, sed nõ minus nec̃ adulator blandus. Cauebit sapiens ab his. Dabit operam sane ep in ipso est, capere illos qui talia agunt: sed capere beneficijs, atq; obsequijs, monitisq; salutaribus, & orationibus „ pro his ad Deũ. Nõ cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici: & itẽ sup adulatoris, cuiusq; (si fieri potest) & illi inuidiam, & isti simulationem de corde tollat, faciens mandatũ sponsi, dicentis: 2. Cor. 1. c. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.

Vinum quid mystice significet, require in dictione, Calix, & in dictione, Hidria. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistę, Potasti nos vino compũctionis: Vino (inquit) comparata est virtus, quæ in bonum propositum studium nostræ voluntatis immutat, & facit recta sapere, postquam se inde meruerint homines diuina largitate complere. Cõtra hoc humanum poculum sanitatem mentis excutiens intromittit verba vanitatis. Sed potus ille non oris, sed mentis est, nec humana industria præparatur, sed diuina inspiratione conceditur, sicut superius dictũ est: Et poculum tuum inebrians, quam præclarum est. Nam quid sit istud poculum pulchre, Can. 1. d breuiterq; definitum est, id est, vinum, in quo non est vitiorum copia, sed cõpunctionis vbertas. Et exponens illud Psalmistæ, Et vinum letificat cor hominis: Vinum (inquit) lætificat cor hominis, quum sacratum fuerit in sanguinem domini Iesu Christi. Hinc nos inebriari licet, sicut dictum est, Et poculum tuum inebrians, quam preclarum est. Ipsum est enim reuera merũ Psal. 22. a quod lætificat mentem, non ad quod reatum, vitiaq; perducit. Ebrietas sobria, satietas felix, q̃ merito lętificare dicitur, quia nihil ibi culpabile reperitur. Et diuus Hieronimus, exponẽs illud Prouerbiorum, Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo: Siceram (inquit) & vinum hoc loco supernam diuinæ sapientiæ consolationem dicit, quæ illis est exhibenda cordibus, quę in infimis consolari refugiunt, & quicquid occurrit in presenti, amaro suscipiunt animo: solis quæ nondum vident gaudijs cœlestibus, tota mente inhęrentes, iuxta eum qui dicit: Negauit consolari anima mea: memor fui Dei & delectatus sum. Item, Date siceram mœrentibus & vinum bibere his qui amaro sunt animo. His qui pro pœnitudine actuum pristinorum mœrore, atq; tristitia deprimuntur, spiritualis scientiæ velut vinum, quod lætificat cor hominis, affluẽter infundite, eosq; salutaris verbi crapula refouete: ne forte iugitate mœroris de tali desperatione demersi, abundantiore tristitia absorbeantur qui eiusmodi sunt. De vino quoque require in dictione, Guttur, & in dictione, Vbera, &, Fauus, &, Mel, & in dictione, Mustum &, malogranatum.

Quid vipera, virga, mystice significent. Cap. IX.

VIpera quid mystice signet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium decimoquinto, capite septimo, exponens illud Iob, Caput aspidum suget, & occidit eum lingua vipęre: Aspis Gregorius Iob. 10. c (inquit) paruus est serpens, vipera vero prolixioris est corporis: & aspides oua gignunt, atq; ex ouis eorum filij procreantur: viperæ autem, quum conceperint, filij earum in ventre sæuiunt, qui ruptis lateribus matrũ, ex earum ventribus procedunt. Vnde & vipera, eo quod vi pariat, nominatur. Vipera itaq; sic nascitur, vt violenter exeat, & cum matris sue extinctione producatur. Quid ergo per aspides paruos, nisi latentes suggestiones immundorum spirituum figurantur, qui cordibus hominum parua prius persuasione surrepunt? Quid vero per linguam viperæ, nisi violenta diaboli tentatio designatur? Prius enim leniter surrepit, post modũ vero etiam violenter trahit. Caput itaq; aspidum fugit: quia initium suggestionis occultę paruum prius in corde nascitur, sed occidit eum lingua viperæ: quia postmodum capta mens veneno violentæ tentationis necatur. Primum subtilibus consilijs, ad cor hominis immundi spiritus loquuntur, qui dum leniter persuadent, quasi venenum aspidum fundunt. Vnde scriptum est: Qua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de ouis eorum, morietur, & quod confotum est erumpet in regulum. Et infra, cap. viij. Sed fortasse hæc ipsa intelligere etiã p contrariã interpretationem valemus. Nam qa veneno suo aspis concite, vipera aũt tardius occidit, per aspidẽ violẽta & subita, p viperã vero lenis & diuturna tẽtatio designatur. Vnde & illi mors in suctione capitis, viperę aũt in lingua esse perhibetur: quia repẽtina tẽtatio sæpe inopinatã mentẽ mox vt fugit, interficit: longa vero tentatio, quia praua diutius persuadendo suggerit, velut ex lingua vipera occidit.

Virga qd mystice significet, require in dictione Baculus, & in dictione Flos, & in dictione Radix. Scribit autem diuus Greg. libro Moral. xiiij. cap. xxix. exponens illud Nugneri Et Io-

Et iij quarus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quutus est dominus ad Moysen,dicens:Loquere &c. Quum Aron sacerdotium,qui de tribu Leui fuerat,despiceret,nec digna tribus,quę offerret holocausta,crederetur, duodecim virgę, iuxta duodecim tribus, in tabernaculo poni præceptæ sunt,& ecce virga Leui viruit, & quic quid virtutis in munere Aarō haberet,ostendit. Quo videlicet signo quid innuitur,nisi quod omnes qui vsq; ad finem mundi iacemus in morte, quasi virgæ reliquæ in ariditate remanemus? Sed cunctis virgis in ariditate remanentibus,virga Leui ad florem redijt,quia corpus domini,veri scilicet sacerdotis nostri in mortis ariditate positum,in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse cognoscitur,quia hac resurrectionis gloria redēptor noster,qui de tribu Iuda,ac Leui ortus est,intercessor pro nobis esse monstratur. Ecce ergo iam virga Aaron post ariditatem floret,sed virgæ duodecim tribuum in ariditate remanent, quia iam quidem corpus domini post mortem viuit,sed nostra adhuc corpora vsq; ad finem mundi à resurrectionis gloria differuntur. Vnde caute hanc eandem dilationē Iob intulit dicēs: Et in nouissimo dei de terra surrecturus sum. Et Rupertus de virgine exponit, citans illud Esaiæ, Iob,10.d Et egreditur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet &c. Quid(inquit)virga illa,quę neq; plantata,neq; rigata germinat,floret q;,& fructum facit,nisi virgo regia Dauidicæ stirpis, quæ iuxta fidem Euāgelij,sine virili semine Christum nobis protulit verum florem, verumq; decus generis humani,in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis? In illa virga speciosæ nouitatis vetus Euæ genus reuiruit,in illo flore,quem peperit,cōmis,nostræ sylua refloruit,in illa nuce quassa,vel fracta per lignum crucis,anima nostra nucleum vitæ inuenit:anima(inquam)nostra esuriens inde refecta est,vitamq; recipit. Et illa quidem virga tūc litem diremit,querimoniasq; filiorum Israel remouit,qui contra Moysen murmurabāt,& Aaron,tanquam ille sacerdotium traxisset magis fraterno amore,quā arbitrio cœlesti. Hæc aūt virga regia,hic flos virginitatis,hic fructus virginei ventris Iudaicam superbiam compescuit,percussa gente,deiecta gloria templi manufacti,palamq; fecit,quia non carnale,sed spirituale sacerdotium deo curæ est,quia solus Christus sacerdos in æternum est,non cedum taurorum, aut hircorum cædes,sed secundum ordinem Melchisedech. Et diuus Bernardus homilia secunda,super Bernardus Missus est:Quid(rogo)virga Aaron florida,nec humectata,nisi ipsam concipientē,quāuis virum non cognoscentem? Huius magni miraculi maius mysteriū Esaias edisserit, dicēs; Egredietur virga de radice Iesse,& flos de radice eius ascendet,virgam virginem,florem virginis partum intelligens. Sed tibi quod nunc in flore Christus intelligi dicitur,superiori videtur aduersari sententiæ,qua non virgæ flore,sed floris fructu designari dicebatur. Noueris in eadē Aaronica virga,quæ non solum floruit,sed & fronduit,& fructum emisit,non solum flore vel fructu, sed ipsius etiam frondibus eundem significari. Noueris & apud Moysem,nec fructu virgę,nec flore,sed ipsa virga domonstrari,illa vtiq; virga,qua feriente,aqua vel diuiditur transituris,vel de petra excutitur bibituris. Nullū autē inconueniens est diuersis rebus,diuersis ex causis Christum figurari:& in virga quidem potentiam,in flore vero fragrantiam, in fructu aūt saporis dulcedinem,in frondibus quoq; sedulam eius intelligi protectionē,qua videlicet paruulos ad se confugientes sub vmbra alarum suarum protegere non definit,siue ab æstu carnaliū desiderium,siue à facie impiorū,qui eos afflixerunt. Bona, & desiderabilis vmbra, sub alis Iesu, vbi tutum est refugium fugientibus, gratum fessis refrigerium. Miserere mei domine Iesu,miserere mei,quoniam in te confidit anima mea,& in vmbra alarum tuarum sperabo,donec transeat iniquitas. In hoc tamen Esaiæ testimonio florem filium,virgam intellige matrem,quoniam & virga floruit absq; germine,& virgo concepit non ex homine. Nec virgæ virorem floris læsit emissio,nec virginis pudorem sacri partus æditio.

Quid vitta,vitis, vitrum,& vitulus,& vlmus,& vmbilicus,& vmbra mystice significent. Cap. X.

QVid vitta mystice significet,require in dictione Labia.

Vitis quid mystice significet,require in dictione,Vinea,& in dictione,Palmes.

Vitrū quid mystice designet. D.ostendit Greg.lib.Mor.xvij.cap.xxx. exponēs illud Iob, Nō adæquabitur ei aurum,vel vitrum: Auri(inquit) metallū nouimus potiori metallis oībus claritate fulgere: vitri quoq; natura est,vt extrinsecus visu pura,intrinsecus perspicuitate perluceat. In alio metallo quicquid intrinsecus continet,abscondit: in vitro vero quilibet liquor qualis cōtinet interius,talis exterius demonstrat. atq;(vt ita dixerim)ois liquor in vitreo vasculo clausus pater. Quid ergo aliud in auro,vel vitro accipimus,nisi illa supernā patriā,illā beatorū ciuiū societatem,quorū corda sibi inuicē & claritate fulgent,& puritate translucent? Quā Iohānes in Apocalypsi cōspexerat,quū dicebat: Et erat structura muri eius ex lapide,iaspide,ipsa vero

vero ciuitas aurum mundum,similis vitro mundo. Quia enim sancti omnes summa in ea beatitudinis claritate fulgebunt,instructa auro dicitur. Et qm̄ ipsa eorum claritas vicissim sibi in alternis cordibus patet,& quum vniuscuiusq; vultus attenditur,simul & conscientia penetratur,hoc ipsum aurum vitro mundo simile esse memoratur. Ibi quippe vniuscuiusq; mentē ab alterius oculis,membrorum corpulentia non abscondet,sed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia,sic q; vnusquisq; tunc erit conspicabilis alteri,sicut nūc esse non potest conspicabilis sibi.

Vitulus populum signat Iudæorum,iuxta illud psalmistę: Circundederunt me vituli multi, Psal.21.a id est,populi Iudæorum,qui ignorato Dei iugo,inconsiderata procacitate lasciuiunt, simul petulantes,& fatui,qui gressus suos nulla moderatione distinguūt,sed vagi,& pēduli,ad iniqua cō filia quibusdam saltibus efferuntur. Et in alio Psalmo, Tunc imponent super altare tuum vitulos. Vitulos(inquit Cassiodorus)posuit,aut pro innocentibus adultis,quorum ætas prima est, & a iugo peccati ceruix probatur aliena,& ideo in tali verbo permanst,vt actum illum prætæritæ legis indicaret fuisse rerum imaginem futurarum. Siue illos prædicatores Euangelij promittit,quorum imaginem in vituli figura Lucas Euangelista suscipit, qui non mugitibus aera verberarēt, sed orbem terrarum dominicæ fidei prædicatione complerent. Siue illos magis vitulos debemus aduertere,qui animas suas in hostiam suauitatis sacris altaribus obtulerunt. Nā & pater Augustinus,quum de figuris illis Euangelicis ageretur,quodam loco ipsum dominum vitulū dicit,qui se hostiam obtulit pro salute cunctorum. Quapropter,siue de adolescentibus, siue de prędicatoribus,siue de martyribus sentiatur:tales tamen propheta vitulos altaribus domini potuit promittere,quos Christianæ religioni nouerat conuenire. Et in alio Psalmo scriptum est: Et placebit Deo super vitulum nouellum,cornua producentem,& vngulas. Hic Psalmodię virtus exponitur,quia multo acceptior est laus puro corde fusa Deo, quam potest pecudum placere mactatio. Iste enim prioris oblationis mos fuit,vt pro peccatis offerretur nouellus vitulus. Significabat enim hæc victima innocentis, ac nouæ vitæ munera secutura, quę defensionem haberet in cornibus: pedum vero munimen in vngulis,p quas sæculi istius asperā,conuersatione sanctissima calcaremus. Cornua producentem. Quod ait,cornua, illud significat,quia Christianorum populus per dies singulos virtute domini semper augetur. Augustinus

Vlmus quid mystice significet,diuus insinuat Gregorius,homil.xx.in Euāgelia,exponēs illud Esaiæ, Ponam in deserto abietem,& vlmum,& buxum simul: Quid per abietem(ait)quę valde crescēdo ad aeris alta sustollitur,nisi hi designati sunt,qui intra sanctam Ecclesiā adhuc in terrenis corporibus positi,iam cœlestia contēplantur? Et quamuis nascendo de terra exierūt, contemplando tamen iam iuxta æthera verticem mentis extollunt. Et quid p vlmū,nisi secularium mentes expressæ sunt? Quæ dum terrenis adhuc curis inseruiunt,nullum virtutum spiritalium fructū ferunt. Sed & si fructum proprium vlmus non habet portare tñ vitē cū fructu solet,quia & seculares viri intra sanctam Ecclesiam,quamuis spiritalium virtutum dona non habeant,dum tamen sanctos viros donis spiritalibus plenos sua largitate sustentant,quid aliud q; vitem cum botris portant? Buxus autem quos alios designat,quę in altum non proficit & q;uis fructum non habeat,viriditatem tamen habet,nisi eos,qui intra sanctam Ecclesiam adhuc ex ætatis infirmitate bona opera ferre non valent,sed tamen parentum fideliū credulitatē sequentes,fidem perpetuæ viriditatis tenent?

Vmbilicus quid mystice significet,diuus insinuat Gregorius,exponens illud Cāticorū,Vmbilicus tuus crater tornatilis,nunquā indigens poculis: Vmbilicus(inquit)sanctorum prædicatorū ordo est qui bene crater esse dicitur, quia dum per eos populus eruditē,vino spiritali ipsorum officio debriatur. Qui bene tornatilis nuncupatur,qui iuxta mores hominum vniuersos necesse est,vt lingua prædicatoris voluatur. Qui poculis non indiget,quia ꝙ alijs propinat,necesse est,vt abundantius cœteris bibat,& plenius quod dat,contineat. Et Rupertus de virgine, Vmbilicus &c. Hoc est: O Sunamitis,o filia principis,corde,& corpore casta es,mente,& carne integra,& incorrupta,cogitatione,& opere munda. Hoc em̄ verticulo appetitus carnalis cogitationis denegatur,q si inesset,nunquam veraciter diceretur vmbilicus sic præcisus, imo & circumcisus,vt crater tornatilis,neq; adderetur adhuc,nunq; indigens poculis. Quid nā est vmbilico non indigere poculis,nisi nō vri,vel fieri e per aperturū libidinis? Et Ambros.in epistola ad Irenęum. Vmbilicus animæ,ac venter subtilis est illius,quæ ascendit ad Christū,ideoq; laudatur voce sponsi dicentis. Vmbilicus tuus &c. Et enim in omni doctrina tornatus,& potus spiritalis non deficiens plenitudine & cœlestium secretorum cognitione. Gregorius Rupertus Ambrosius

Vmbra quid mystice significet,require in dictione, Obūbrare,siue obūbratio. Vmbra autē

Universidad de Deusto
BibliotecaCC

mortis quid mystice significet require in dictione, Mors. Et diuus Greg. lib. Mor. iiij. cap. ix. Gregorius exponens illud Iob, Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis: Per vmbram (inquit) mortis obliuio debet intelligi, quia sicut mors interimit vitam, ita obliuio extinguit memoriam. Dicatur igitur: Obscurent eum &c. id est, sic eum erroris sui cæcitas obruat, vt nequaquam vlterius ad lucem pœnitentiæ per diuini respectus memoriam resurgat. Require & in dictione, Tenebræ. Et lib. Mor. iiij. cap. xx. exponens illud Iob. Et vmbra mortis: In scriptura (inquit) sacra vmbra mortis aliqñ obliuio mētis accipitur, aliqñ imitatio diaboli, alquādo mors carnis. Iob.3.a Vmbra eñ mortis, obliuio mētis accipitur, qa vt & superius diximus, sicut mors hoc q̄ interficit, agit vt non sit in vita: ita & obliuio hoc q̄ intercipit, ait, vt non sit in memoria. Vnde & recte quia Ioannes Hebræorum populo eū cuius obliti fuerant Deum p̄dicare veniebat, per Zachariā dicitur: Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. In vmbra eñ mortis sedere, est à diuini amoris notitia in obliuione lacescere. Vmbra mortis imitatio antiqui hostis accipit. Ipse eñ qa mortē intulit mors vocatur, Ioanne attestante, q̄ ait: Et nomē illi mors. Per vmbram igitur mortis, eius imitatio designatur, quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimuntur. Vnde & recte Esaias, quum gentiles populos ab antiqui hostis cerneret imitatione defeciſſe, eosq̄ ad veri solis ortum resurgere, quæ certo futura considerat, quasi ex p̄teritis narrat, dicens: Sedentibus in tenebris, & vmbra mortis, lux orta est eis. Vmbra eñ mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est qua anima separatur à Deo: ita vmbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Vnde recte voce martyrum per ppheтā dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos vmbra mortis. Quos eñ cōstat non spiritu, sed sola carne mori nequaq̄ se vera morte, sed vmbra mortis dicunt operiri. Quid est ergo quod beatus Iob, ad obscurandū diē prauæ delectationis, postulat vmbram mortis, nisi quod ad delenda peccata ante dei oculos, Dei & hoim mediatorem requirit, qui solam pro nobis mortem carnis susciperet, & veram mortem delinquentium per vmbrā suæ mortis deleret? Ad nos quippe venit, qui in morte spiritus carnisq̄ tenebamur, vnā ad nos suā mortē detulit, & duas nostras, quas reperit, soluit. Si eñ ipse vtrāq̄ susciperet, nos à nulla liberaret. Sed vnā misericorditer accepit, & iuste vtranq̄ damnauit. Simplam suam duplæ nostræ contulit, & duplam nostram moriens subegit. Vnde & nō immerito vno die in sepulchro & duabus noctibus iacuit, quia videlicet lucē suæ simplæ mortis, tenebris duplę nostrę mortis adiunxit. Qui ergo solā p nobis mortē carnis suscepit, vmbrā mortis pertulit, & à dei oculis culpā, q̄ fecimus, abscondit. Dicatur igitur recte: Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Ac si aperte diceretur: Ille veniat, qui vt à morte carnis, & spiritus debitores eripiat, mortem carnis non debens soluat.

Quid vnguentū mystice significet. Cap. XI.

Greg. QVid vnguētū mystice significet, D. ostēdit Greg. exponēs illud Cāticorū, Et odor vnguētorū tuorū super oia aromata: Per vnguenta (inquit) ipsæ virtutes, q̄ ex charitate oriuntur, intelliguntur. Habent qppe etiā reprobi aliqñ aromata, q̄bus redolent, qa virtutes quasdā possident, & bona opera ppetrant. Sed qa sine charitate viuunt, in conspectu Dei, nulla q̄ faciunt, placent. Vnde in iudicio, quum dicent: Dñe in noie tuo prophetauimus, & in noie tuo virtutes multas fecimus, respondebitur eis: Nunq̄ noui vos. Discedite à me oēs operarij iniqtatis. Mat.7.c. Bene ergo vnguenta Ecclesiæ sup oia aromata redolere dicuntur, quia & si operarę reproborum aliqñ hominibus placent hæc, quæ sancta Ecclesia ex charitate conficit, in diuinis naribus sine cessatione redolent. Et exponens illud Canticorum, Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula, & cinanomum cum vniuersis lignis libani, myrrha, & aloe cū omnibus primis vnguentis: Quid (inquit) per has diuersas aromatum species designatur, nisi sanctorum virtutum odor, & profectus, qui in sanctis habetur? Ex his quippe speciebus regalia vnguenta cōficiunt, ex his corpoꝛ sanitates inueniunt. Bene igit virtutes animarū designāt qbus congregatis, & confectis, & bonus odor opinionis egreditur, & ægris animabus competens sanitas reparatur. Et diuus Bernardus Bernā. sermone x. super Cantica: Est vnguentū (inquit) contritionis, & est vnguentū deuotionis, est & pietatis. Primū pūgitiuū, dolorē faciens. Secūdū rēperatiuum, dolorem leniēs. Tertiū sanatiuū, etiā morbū expellēs. Est ergo vnguētū, q̄ sibi cōficit aīa multis irretita criminibus, si quum incipit cogitare vias suas, colligat, congerat, conteratq̄ in mortariolo conscientiæ multas ac varias species peccatorum suorum, & intra æstuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam pœnitentiæ & doloris, vt possit dicere cum propheta: Cocaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ecce hoc vnū ē vnguentum, quo anima peccatrix suæ conuersionis primordia condire debet, plagisque suis recentibus adhibere. Primum nanq̄ sacrificium deo, spiritus contribulatus. Quandiu ergo non habet, tanquam pauper

per & inops, vnde sibi melius, ac speciosius componat vnguentū, non negligat parare interim istud, licet de vilibus speciebus: quia cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Tanto aūt minus vile, diuinis apparebit conspectibus, quanto plus sibi illa viluerit in recordatione peccatorum suorum. Tñ si illo visibili, quo visibiliter vncti à peccatrice corporei pedes Dei referuntur in euangelio, inuisibile hoc, & spūale fuisse dicimus figuratū, nō omnino vile reputare poterimus. Quid enim de illo legitur? Et domus (inquit) impleta est ex odore vnguenti. Iob.12.a Peccatricis manibus distillabatur, & extremis mēbris corporibus i. pedibus fundebatur, & tñ vsq̄adeo contemptibile, aut vile fuit, quin totam domum vis aromatum, & suauitas repleret odoris. Quod si attendamus quanta in vnius pctōris conuersione fragrantia respergatur eccle sia, & q̄tis fiat odor vitę ad vitam quiuis pœnitens, si publice pfecteq̄ pœniteat, pfecto & de hoc æque indubitanē pronunciabimus, qa domus impleta est ex odore vnguenti. Deniq̄ & supernas beatorū mansiōes attingit pœnitentię odor, ita vt (teste ipsa veritate) magnū gaudiū sit inter angelos dei sup vno pctore pœnitentiā agente. Caudete pœnitentes, pusillanimes cō fortamini, vobis dico, q̄s nuper conuersos de sęculo, & à vijs vestris prauis excedentes, excepit mox amaritudo, & confusio animi pœnitentis, ac velut recentiū adhuc vulnerū dolor nimius excrutiat, & pturbat. Secure manus vestræ distillēt myrrhæ amaritudinē, in salubrē hāc vnctionem, quia cor contritū & humiliatū deus non despiciet. Non est omnino spernēda, nec vilis ęsti Psal.50.d manda huiusce modi vnctio, cuius odor non solū hoies prouocat ad correctionē, sed & angelos ad exultationem inuitat. Sed est vnguentū tanto isto profecto ꝑciosius, q̄to de melioribus cō positum speciebus. Huius siquidē species, ne longe q̄rantur, penes nos, & absq̄ difficultate reperimus, ac de nostris hortilis talū perfacile copiā tollimus, quoties cunq̄ necessitas poscit. Quis enim non satis de proprio, quū vult, ad manus habet iniquitates, & pctā, si non dissimulat? Hę aūt sunt (sicut recognoscitis) species vnguenti primi, quod iā descripsimus. At vero secundi huius aromata, terra nostra nequaq̄ profert, sed procul, & de vltimis finibus ea nobis conquirimus. Nempe omne datū optimum, & omne donū perfectū, desursum est, descendens à patre luminum. Fit eñ vnguentum istud de diuinis collatis huano gñi beneficijs. Felix qui ipsa sibi studiosi colligere, & ante mentis suæ oculos digna cum gratiaꝝ actione reducere curat. Profecto quū fuerint in vasculo pectoris pistillo crebræ meditationis contusa, atq̄ contrita, deindeq̄ igne sancti desiderij simul decocta omnia, & demum impinguata oleo lætitiæ, erit vnctio longe ꝑciosior, excellentioꝛq̄ priore. Sufficit ad probandum eius testimoniū, qui ait: Sacrificiū laudis honorificabit me. Nec dubium, quin excitet ad laudandū bñficiorum recordatio. Porro quum scriptura hoc solum testet de illo alio, quia nequaq̄ despicit, liquet amplius esse commēdatum quod & honorificat. Deniq̄ illud pedibus apponitur, hoc capiti. Si enim in Christo i.Cor.11.a caput ad diuinitatem referendū est, dicente Paulo: Caput Christi deus, Proculdubio caput vngit, qui gratias agit, qñ Deum tangit, non hoiem. Non quia non sit homo, qui deus est, siquidem deus & hō vnus est Christus, sed quia omne bonū à deo, non ab hoie est, etiā ipsum quod per hoiem ministratur. Profecto eñ spūs est, qui ipsum viuificat, caro nō prodest quicq̄, propterea & maledictus qui spē suā ponit in hoie, qñ & si spes nostra tota merito pendet ex hoie meo, non tñ quia hō, sed quia deus est. Itaq̄ illud pedibus, hoc capiti exhibet, qñ & humiliatio cōtriti cordis, humilitati congruit carnis, & maiestatē decet glorificatio. En quale vnguentum proposui vobis, quo se nimis tangit caput illud tremendum principatibus, nō ducit indignū, imo & honoris insigne iudicat, dicens: Sacrificium laudis honorificabit me. Quamobrem nō Psal.49.a est pauperis, & inopis seu pusilli cordis animæ conficere istiusmodi vnctionem nēpe cuius aromata, & species sola confidentia possidet, quæ tñ de libertate spūs, & cordis puritate dēscēdat. Quæ enim pusillanimis est, & modicæ fidei mens, rei suæ familiaris tenuitate cōstringitur, nec valet p̄ inopia ociari ad vacandam diuinis laudibus, seu his quæ laudes pariunt intuendis bñficijs. Et si qñ certe conatur assurgere, confestim domesticarum necessitatū curis vrgentibus reuocatur ad sua, & in se comprimi propria egestate compellitur. Et sermone xŋ. Sed & vnguentum quod ambobus longe antecellit, & hoc appellauerim pietatis, eo q̄ fiat de necessitatibus pauperum, de anxietatibus oppressorum, de perturbationibus tristium, de culpis delinquentium & postremo de omnibus quorumlibet miserorum ærūnis, etiam si fuerint inimici. Despicabiles videnē species istæ, sed est sup omnia aromata vnguentū quod ex eis conficitur. Sanatiuum est. Beati enim misericordes, qñ ipsi misericordiā consequentur. Igitur mulæ misericę collectæ, atq̄ oculo pietatis conspectæ, ipsæ sunt species ex quibus vnguenta optima componunē, sponsæ digna vberibus, sponsi sensibus grata. Felix mens, quæ talū collectione aromatū sese ditare, & impinguare curauit, infundens ea oleo misericordiæ, & ardore decoquens charita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis. Quisputas est, iocũ dus hõ qui miseretur & cõmodat pronus cõpati subuenire promptus,
Actu.20.g dare q̃ accipere beatius iudicans, ignoscere facilis, irasci difficilis, vlcisci penitus non acquiescẽs,
& p omnia proximorũ æque vt proprias respiciẽs necessitates? O quęcũq; es anima sic affecta,
sic imbuta rore misericordiæ, sic affluens pietatis visceribus, sic te oĩbus omnia faciens, sic facta
ipsa tibi tanq̃ vas ꝓditum, vt cæteris præsto vbiq; sp occurras, atq; succurras, sic deniq; mor-
tua tibi, vt viuas oĩbus, tu plane tertiũ, optimumq; vnguentum felix possides, & manus tuæ
distillauerunt totius suauitatis liquorẽ. Non exiecabitur in tẽpore malo, nec feruor ꝓsecutiõis
ebibet illum, sed sp Deus memor erit omnis sacrificii tui, & holocaustum pingue fiet. Sunt viri
3.Cor.2.d diuitiarum in ciuitate dñi vir tutũ, quæro, an apud aliquos hæc vnguenta inueniantur. Et pri-
mus occurrit (sicut vbiq; solet) mihi Paulus vas electiõis, reuera vas aromaticũ, vas odorũ ferũ,
& refertum omni puluere pigmentario. Christi ẽm erat bonus odor deo in omni loco. Mul-
tæ profecto suauitatis fragrantiam longe, lateq; spargebat pectus illud, q̃d sic affecerat solicitu
1.Cor.11.g do omniũ ecclesiarũ. Vide enim quales species, & qualia aromata coacernauerat sibi. Quotidiẽ
(inquit) morior propter vestram gloriã. Et rursum: Quis infirmatur, & ego non infirmor?
Quis scandalizatur, & ego non vror? Et multis talibus, quæ vobis bñ nota sunt, abundabat di
ues iste in cõponendis vnguentis optimis. Decebat nãq; primis, & purissimis aromatibus re-
dolere vbera, quæ Christi membra lactarent, quorum Paulus mater erat. pro certo parturiens
semel & iterum, donec Christus formaretur in eis, ac membra capiti suo reformarentur. Audi
Iob.29.c & de illo diuite, qũo ad manum habebat electas species, de quibus optima vnguenta confice-
ret. Foris (inquit) nõ mansit peregrinus. Ostium meum viatori patuit. Item: Oculus fui cæco,
& pes claudo. Pater eram pauperum, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebã
ꝑdam. Si negabam quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi bur
cellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Si despexi ꝑtereuntem eo q̃ nõ haberet in-
dumentum & absq; operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de vel-
leribus ouium mearum calefactus est. Quanto putamus vir iste odore terrã respersurat in his
operibus? Singula opera, singula aromata. His propriam repleuerat cõscientiam, vt fetorem
putridæ carnis internæ suauitatis exhalatione sibi temperaret. Ioseph postquam vniuersam
Aegyptum post se fecit currere in odore vnguentorum suorum, etiam suis venditoribus eã
dem demum fragrãtiam propinauit. Equidem increpatoria verba vultu proferebat irato, sed
erumpebant lachrymæ de pinguedine cordis, nõ iræ indices, sed gratiæ proditrices: Samuel lu
gebat Saul, qui se quærebat occidere, & ad ignem charitatis, incalescente pectore liquefactus,
intus pietatis adeps foras emanabat p oculos. Oh bonum deniq;, quem circũquaq; diffuderat
suæ opinionis odorem, refert de eo scriptura, quia cognouerunt omnes à Dan vsq; Bersabee,
q̃ fidelis Samuel propheta esset dñi. Et infra: Sed recurramus ad euangeliũ, atq; aliqd q̃ forte
spectet, & ad hęc vnguẽta recurramus. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerũt
aromata, vt venientes vngerent Iesum. Quænam ista vnguenta tam ꝑciosa, vt Christi corpo
Mat.26.a ri parentur, & comparentur, tam copiosa vt toti sufficiant? Neutrum quippe duorum ꝑceden
tium aut emptũ, aut factum specialiter ad opus domini, aut toto in corpore legitur fuisse diffu
sum, sed de subito introducitur mulier, vno quidem in loco osculans pedes, & vnguento vn-
gens: in altero vero vel ipsa, vel altera habens alabastrum vnguenti, & illud mittens in caput.
Cæterum nunc emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Emunt non vnguenta, sed
aromata, & vnctio in obsequium domini non facta assumitur, sed noua conficitur, nec ad vn-
gendam tantum aliquam corporis partem, verbi gratia, pedes aut caput: sed sicut scriptũ est,
vt venientes vngerent Iesum, quod est totius complexio. non partis distinctio.

Gregor. Iob.39.c
Quid vngula, siue vnguis, vnicornis, volatilis, volumen, vrbs, vterus, & vulpes mystice significent. Caput XII.

VNgula qd mystice significet, require in dictione Equus. Et D. Greg. exponẽs illud Iob,
Terra vngula fodit: Vngula (inqt) terram fodere, est districta abstinẽtia carnẽ edomare.
Quo aũt plus caro ꝑmitur, eo de cœlesti spe animus securius lætat. Vñ effossa terra, apte subne
ctitur. Exultat audacter. Qui enim valent reprimit, q̃d impugnat audacter exultat de his quę
in æterna pace desiderat, tantoq; mẽs melius ad supna appetenda cõponitur, q̃to ab illicitis ar
ctius corpus edomat. Vñ recte p Salomonẽ dicitur: Diligenter exerce agrũ tuũ, vt postea ædi
fices domũ tuã. Ille quippe bñ mentis domũ ædificat, q̃ prius agrũ corporis à spinis vitiorum
purgat, ne si desideriorũ sentes in carnis agro ꝓficiant, intus tota virtutũ fabrica, fama boni
operis crescente, destruatur. In ipso aũt quisq; belli certamine positus, tanto subtilius fraudẽ ho
stium conspicit, quanto & districtius corpus ꝓprium, quasi quendã hostiũ adiutorẽ ꝑmit. Et in
Deutero-

Deuteronomio scriptum est: Si ingressus fueris &c. circuncidet vngues &c. vbi Rupertus hoc Deut.21.b
modo scribit: Iuxta sensum mysticum hoc ita facere debet ecclesiasticus vir. Mulier pulchra in
numero captiuorũ siue inimicorũ, sancta scriptura est in tractatibus hæreticorũ. Nam & ple-
rique hæretici, siue hæresiarchæ in cathedra Moysi, imo & in apostolico culmine sederunt, &
quanq̃ de diuinitate male sentientes, de moribus tñ, & allegorica subtilitate vtiliter multa di-
xerunt. Si ergo egressus fueris (inqt) ad pugnandũ contra inimicos tuos, i. si sct̃m habueris ze-
lum contra fidei Christianæ hostes hæreticos, & tradiderit eos dñs Deus tuus in manu tua, vt
palmam veritatis obtineas potenti fide, & sana doctrina, non tibi illa legis imponit necessitas,
vt nullã, quamlibet pulchrã mulierẽ apud illos inuentam adamare nõ audeas. i. vt nullam quã li
bet vtilẽ scripturarũ expositionẽ ab illis cõscriptam legere, vel audire non debeas sed oĩbus
probatis, q̃ bonũ est, tenere & à sola specie mala tibi abstinere licebit. Nam hoc est q̃d nũc di
citur: Quæ radet cæsariem, & circuncidit vngues & deponet vestem in qua capta est, & po-
stea intrabis ad eam, dormies q; cũ illa, & erit vxor tua. Cæsariẽ nanq; radere, vngues circũci-
dere, vestemq; pulchrę mulieris mutare, est omne quod prauũ omne quod supfluum est sacrę
lectioni amputare, oẽm deniq; speciem malam. i. sensum hæreticum, caute ac diligẽter aufe-
re, vt vxorem habeas idoneam, iuxta illud: Dixi sapientię, Soror mea es, & prudentiam vocaui
amicam meam. Sinautẽ postea nõ sederit in animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere po
teris pecunia. nec opprimere p potentiam, quia humiliasti eam: Iuxta literã manifesta est equi
tas, iuxta anagogen vero iudicij lectorũ inhibetur mutabilitas, videlicet qualẽ in Theophilo,
Alexandrinæ ciuitatis episcopo ecclesiastica reprehẽdit relatio. Qui quũ Ioannis Cõstantino
politani, qui Chrysostomus appellatur, esset inimicus, lectionẽ Originis, cui libenter incumbe
bat, zelo eiusdem Ioannis damnauit, tandemq; damnato Ioanne, quia se à lectiõe Originis nõ
cohibuit, rursus ipse lectioni Origenis eiusdem incubuit. Qui dum ab aliquo fuisset interroga
tus, qũo ea quæ abdicauerat, rursus amplecteretur, ita respondit: Origenis libri similes sunt pra
to floribus pleno. Quicquid ergo bonum in eis inuenero, decerpo: si quid mihi spinosum oc-
currerit, hoc quasi si pungat, omitto. Igitur si postea (inquit) non sederit in animo tuo, dimit-
tes liberam, id est, si quamlibet circuncisam semel damnaueris, pro experimento tuo lectiõem
capriuam, non eandem rursus mutara sententia, ad tuã retrahes scholam, quia humiliasti, id est,
damnasti eamine non tam per rationem damnasse videaris, quàm per inuidentiam.

Vnicornis quid mystice significet, require in dictione Cornu.

Volatilis quid mystice significet, require in dictione Auis.

Volumen quid mystice significet, require in dictione Plumbum.

Vrbs quid mystice figaificet, require in dictione Ciuitas.

Vterus quid mystice significet, require in dictione Venter.

Vulpes quid mystice significet, D. insinuat Greg. li. Mor. xix. ca. I. exponẽs illud Eugelicũ, Gregorius
Vulpeas fones habẽt: Vulpes (inqt) valde fraudulenta sunt animalia, q̃ in fossis, vel specubus se
abi cõdũt quũq; apparuerint, nunq̃ rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currũt. Noie er-
go vulpiũ dolosa, atq; fraudulẽta dęmonia designant. Ac si dicat: Fraudulẽta dæmonia in cor-
de vestro. i. in cogitatione superbiæ inueniunt habitationẽ suam: filius autẽ hominis vbi caput
suum reclinet, non habet. i. humilitas mea requiem in superba mente vestra nõ inuenit: Et ex-
ponẽs illud Canticorũ, Capite nobis vulpes paruulas, q̃ demoliuntur vineas: Per vulpes (inqt)
hæretici, per vineas singulæ ecclesiæ designantur. Sed vulpes vineas demoliunt, quia p hæreti
cos ecclesiæ à rectæ fidei viriditate exiccantur. Quæ bñ paruulæ dicuntur, quia quamuis contra
veritatem intus superbiant, exterius tñ in verbis humilitatem p simulationem sectantur. Quæ
tunc à sanctis ꝑdicatoribus capiuntur, quãdo instante altercatione sententijs veritatis conuin-
cuntur. Prædicatores quippe sancti aliquando canes per similitudinem dicuntur, quia prædica
tionibus assiduis, quasi latratibus importunis aduersarios quosq; à grege ouium arcere nitun-
tur. Isti canes vulpes Christo capiunt, quia ducem suum, dum fideliter diligunt, pro eius amore
laborantes tergiuersantes hæreticos ab inuolutionibus quæstionum, quasi à tenebrosis caueis
ad lucem veritatis educunt. Et diuus Ambrosius sermone xi. in Psalmũ cxviij. citans illud Eu- Ambrosius
angelicũ de persecutoribus, Ite dicite vulpi illi, id est, Herodi. Et alibi, quũ se frudulenter inter
rogari aduerteret, dixit: Vulpes foueas habent &c. eo quod fraudulenter in terrestrium passio
num quibusdam latibulis demorent. Inde etiã Samson binas vulpes sibi nexuit, ad quarũ cau
das alligauit faces, & dimisit eas per messes allophylorum, per hanc figuramã significans, q̃
improbi ac fraudulenti homines, & maxime hæretici liberam linguã habẽt ad latrãdum, sed
exitus impeditos, aut religiosa principia, finẽ vero fraudis suæ incendio deputatũ. Ideoq; & tre
centas

Universidad de Deusto
Biblioteca

centas vulpes dimisit, eo q̃ perfidi crucis quidē se p̃dicatione cōmendare desiderant, sed mysterium eius tenere non possunt, qui hac p̃dicatione composita & falsa, atq; simulata vrere magis fructus conantur alienos, quum vtiq; vera crux dñi non exurat aliena merita, sed fœcūdet: meritoq; scriptū est in Canticis Cantic. Prendite nobis vulpes pusillas exterminātes vineas, vt vineæ nostræ floreant. Quo ostendit, q̃ vel dñs Iesus, vel ecclesia fraudulentos⁊ dolos à vineis suis exterminandos esse p̃cipiant, ne pusillulis vineis nocrant, quia adultis iam vitibus nocere nō possunt. Hæreticus enī imperfectū tentare potest, p̃fectum supplātare nō potest. Et lib. ij. de spūsancto: Rursus (inquit) hic alia oboriūt mysteria, q̃ vxor eius (nempe Sāsonis) auferf, & ideo vulpes incendunt manipulos alienigenar⁊. Eos enim q aduersus diuina sacramenta contendant, decipere sua consueuit astutia. Vnde dicit in Canticis Cantico. Prendite nobis vulpes
Cant. 2.d pusillas &cæt. Bene pusillas vulpes dixit, quia maiores vineas exterminare non poterant.

De eisdem vulpibus. Caput XIII.

Bernardus ET diuus Bernar. Capite nobis vulpes paruulas &c. Pessima vulpis occultus detractor, sed nō minus nequā adulator bland'. Cauebit sane sapiens ab his, dabit operā sane q̃d in ipso est, capere illos q talia agunt, sed capere bñficijs, atq; obsequijs, monitisq; salutaribus, & orationibus. Et infra: Locus moralis est, & iuxta mor⁊ disciplinam iam ostendimus spiritales has vineas nō nisi spūales viros esse, ideoq; prouidens capi sibi iubet insidiantes vulpeculas, ne nouellos fructus ipsæ p̃ripiant. Et sermone lxiij. Vulpes tentationes sunt. Necesse est vt veniāt tentatiōes. Quis enim coronabit, nisi qui legitime certauerit? Aut qūo certabunt, si desit q impugnet? Tu ergo accedens ad seruitutem dei, sta in timore, & p̃para animam tuā ad tentationē. Certus, oēs qui pie volunt viuere in Christo persecutionem passuros. Porro tentationes diuersæ sunt. Vidi ego hoiem currentem bñ, & ecce cogitatio. Quid ni vulpecula fuit? Quātis, inquit, bonum ꝗ̃solus fruor, si essem in patria, possem vtiq; impartiri fratribus, & cognatis, notis & amicis. Amant me, & facile acquiescerent suadenti. Vtqd perditio hæc? Vado illuc, & sal
a. Petri. 2.d uo multos ex illis, & me pariter. Nec verendū in loci mutatiōe. Etenim dū benefaciā, quid interest vbi, nisi q̃d illic proculdubio satius, vbi fructuosius degam? Quid plura? It & perit miser, non tā exul à patria, q̃ canis reuersus ad vomitū. Et se p̃didit infelix, & suorum acquisiuit nemi nem. Et vna vulpecula ista, videlicet frustratoria spes, quam habuit in acquisitiōe suor⁊. Interdum bñ proficientis cuiuspiam, quū sibi profusius aliquid supernæ gratiæ senserit irrorari subrit animum desideriū p̃dicandi, non quidem ad parentes, ac propinquos, sed quasi purius, fructuosius, fortius⁊q; passim ad extraneos, & ad oēs. Caute omnino. Sane timet propheticū incur
rere maledictum si quæ in absconditο accepit frumēta, abscondat in populis, & contra Euan
Mat. 10.b geliū facere, nisi q̃ in aure audiuit, p̃dicauerit sup tecta. Vulpes est, atq; illa prior, eo nociuior, quo occultior veniens. Sed capio tibi eā. Primus Moyses dicit: Non arabis in primo genito bouis. Hoc Paulus interpretans. Non neophytum (inqt) ne in superbiam elatus, incidat in iudiciū diaboli. Et rursum: Neq; quisquā sumit sibi honorē, sed q vocaf à deo tanq̃ Aaron. Item quō p̃dicabunt (ait) nisi mittantur? Et scimus monachi officium esse non docere, sed lugere. Ex his, similibus⁊q; collectis, mihi texo rete, & capio vulpem, ne demoliatur vineam. Aspice & aliam. Quantos ex monasterijs spū feruentes eremi solitudo suscepit, & aut tepefactos euomuit, aut tenuit cōtra eremi legē, nō modo remissos, sed etiam dissolutos, sicq; apparuit vulpeculā affuisse, vbi tanta facta est vastatio vineæ. i. vitæ, & conscientiæ hois detrimentū. Cogitabat si solus degeret, nullo se copiosiores fructus percepturum. Quippe qui in cōmuni vita trā spūalis gratiæ fuisset expertus. Et bona visa est ista cogitatio sibi, sed rei exitus indicauit magis eādem illi cogitationem vulpē demolientē fuisse. Et infra: Nunc intendamus his quæ à se posο dicunt sup pusillis, & astutis his animalibus demolientibus vineas. Pusillis dixerim, nō malitia, sed subtilitate. Astutum siquidē natura hoc genus est animantis, promptum q; admodum ad nocendum in occulto, & videtur mihi congruentissime designare subtilissima q̃dam vitia specie palliata virtutum. Sunt aūt cogitationes hoim aut vanæ, aut factæ immissiones p angelos malos, angelos sathanæ q se transfigurant in angelos lucis, parantes sagittas suas in pharetra. i. in oc
Psal. 76.c. culto. Vnde pusillas eas propter hoc reor dici, q̃ quū cætera vitia quadam quasi corpulētia sui manifesta se p̃beant, hoc genus pro sui subtilitate haud facile agnosci, & ideo nec caueri possit, nisi duntaxat à perfectis, & exercitatis, & q habeant illuminatos oculos cordis ad discretionē boni & mali, qui cum Apostolo possint dicere, quia nō ignoramus astutias eius, neq; cogitationes eius, & vide ne forte ob hoc à sponso iubeantur non quidē exterminari, vel abigi, vel occidi, sed capi, q̃ videlicet huiusmodi spirituales, dolosas⁊q; bestiolas omni vigilantia, & cautela obseruari oporteat, & examinari, & sic capi, id est, cōprehendi in astutia sua. Ergo quum proditur dolus,

dolus, quum fraus aperitur, quum conuincitur falsitas, rectissime tunc dicitur capta vulpis pusilla, quæ demoliebatur vineas. Et infra: Vel ideo paruulæ describuntur, vt nascētia vitia in ipso ortu, donec vtiq; paruula sunt, vigilanter obseruans, illico comprehendas, nec crescentia plus noceant, & difficilius capiantur. Et si iuxta allegoriam Ecclesias vineas, vulpes hæreses, vel potius hæreticos intelligamus, simplex est sensus, vt hæretici capiantur potius, quam effugentur. Capiantur (dico) non armis, sed argumentis, quibus refellantur errores eorum, ipsi vero (si fieri pōt) reconcilientur catholicæ Ecclesiæ, reuocentur ad veram fidem. Hæc est enim voluntas eius, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hoc deniq; velle seperhibet qui non simpliciter, Capite vulpes, sed capite (inquit) nobis vulpes paruulas. Sibi ergo, & spōsæ suæ, id est, catholicæ, iubet acquiri has vulpes. Et diuus Augustinus in enarratione augustinus
psalmi lxxx. Samson (inquit) caudas vulpium colligauit. Vulpes (inquit) infidiosas, maximeque hæreticos significant dolosos, fraudulentos, cauernosis anfractibus latentes, & decipientes, odore etiam tetro putentes, de quibus dicitur: Capite nobis vulpes pusillas exterminātes vineas, id est conuincite nobis. Capis enim eum, quem de falsitate conuincis. Contradicentibus denique vulpeculis domino, & dicentibus: In qua potestate ista facis, resp̃odete mihi & vos (inqt) vnū Cap. 2.d.
sermonem: Baptismus Iohannis vnde est, de cœlo, an ex hominibus? Vulpes autem solent habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, & ex alia parte exeant. Ad vtrunq; foramen captor vulpium retia posuit. Dicite mihi, de cœlo est, an ex hominibus? Sentiunt illi eum ex vtraque parte tetendisse vnde caperet, & aiunt apud se: Si dixerimus (inquiunt) de cœlo, dicturus est nobis, Quare ergo non credidistis? Ille enī testimonium Christo perhibuit: Si dixerimus de terra, lapidabit nos populus, quia vt prophetam eum habent. Sentientes ergo hac, atq; hac esse vnde caperentur, respondernnt, Nescimus. Et dominus: Nec ego vobis dico in qua potestate ista facio. Vos dicitis, vos nescire quod scitis, ego vobis non dico quod quærit, quia ex nulla parte exire ausi estis, in vestris tenebris remansistis. Obtemperemus ergo & nos si possumus dicē
ti verbo dei, Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas: Videamus si & nos quasdam Can. 2.d
vulpeculas capere possumus. Proponamus ad foramen vtrunq;, vt vnde vulpes exire voluerit, capiatur, verbi gratia: Manichæo facienti sibi deum recentē, & in corde suo ponenti, quod non est, dicamus & interrogemus eum: Substantia Dei corruptibilis est, an incorruptibilis? Elige quod vis: Exi qua vis, sed non effugies. Si dixeris, corruptibilis, non à populo, sed à teipso lapidaberis. Si autem dixeris, incorruptibilem Deum, incorruptibilis quomodo timuit gentem tenebrarum? Quid factura erat incorruptibili gens corruptionis? Quid restat, nisi, vt dicatur, nescimus?

Vultus quid mystice significet, require in dictione, Facies.

Quid vxor mystice significet. Cap. XIIII.

SCriptum est in Deuteronomio: Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam &c. Spiritualiter (vt ait Rupertus) hanc partem legis mediator dei & hominum Rupertus
Christus Iesus adimpleuit. Nam hic ille homo est, qui duas vxores habuit, vnam dilectam, scilicet synagogam propter patres charissimam, alteram odiosam, scilicet gentilitatem, cui loquitur per ESAIAM: Quia vt mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectā. Verum hæc abiecta, hæc odiosa prior peperit. Primum enim sponsi sui filij dei aduentum recepit, illa autem nunc sterilis permanens, secundū eius aduentum receptura est. Quum enim plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Igitur filius odiosæ primogenitus est, & ex lege non potest homo filium dilectæ facere primogenitū, & præferre populo Christiano filio huius odiosæ, quemadmodum dicit Ioha. 5.d
Non possum ego à me meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudiciū meum verū est. Quid enī hō iste factus ex muliere, factus sub lege, qd (inquā) quū hæc diceret, audiebat homo iste, nisi legē iustitiæ, auditor, & factor legis sanctę & iustę, & bonę? Quamuis illā diligeret, quis sup illā dilectā, flere q̃q; pro carnis affectu potuisset, non tā sic iniustus esse potuit, vt non filiū odiosæ agnosceret primogenitum, magis diuinitatis rationem, quam carnis sequens affectū. Dedit ergo huic primogenito de his, quæ habuerat cuncta duplicia. Nam apud illam quondam dilectam, sola remanente litera, filius huius non iam odiosæ, scilicet populus Christianus, sic sanctam possidet scripturam, vt cum historica spiritualia quoq; obtineat mysteria. Iste enim est principium liberorum eius, quia primus credidit in aduentu eius, & huic debentur primogenita. Vnde in Psalmo gratulatur idem primogenitorum possessor, & dicit: Elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit. Speciem Iacob (inquit) quia videlicet quē admodum Iacob ille secundum nomē suum, fratrem suum Esau supplātauit: sic iste filius odio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæ illi filio dilectæ supernæ benedictionis primogenita præripuit. Et Cassiod. exponens illud Psalmistæ, Vxor tua sicut vitis abūdans &c. Simili modo (inqt) intellectus ad literā & hic q̄q; virandus est. Nā quū plures sanctissimos viros vxorē, & filios pspiciąs nō habere, & iterū scelerātos hæc omnia possidere, qūo in istā partē beatitudinis applicabis, quæ subtracta plerunq; bonis, & iniqs potius attributa cognoscis? Vxor eñ dicta est quasi vt soror. Qua propter vxorē hic beati viri sapientiā debemus accipere, sicut Salomon dicit: Et quæsiui eā misi sponsam assumere. Et alibi: Ama illā, & amplexabit̄ te: circūda illā, & seruabit te. Ipsa ergo vxor est iustorū, quę casto amplexu cōplectitur maritū. Vitis vero mater est vuarū, quę dulcia vina profundens, corda nostra recreat. Sic & ista vxor, i. sapientia, fructus inferens iocundos, suaui nos delectatione lætificat. Domus aūt nostra recte dicit̄ ,ppria cogitatio, quando in eandē defixi, q̄si in quibusdā ædibus cōmoramur. Istius aūt domus parietes, duo sunt testamenta, in qbus mens sancta velut quibusdā lateribus firmata solidatur. Sequit̄: Filij tui sicut nouellæ oliuarū in circuitu mensæ tuæ. De vxore sapientia, merito dicunt̄ filij nati esse, nō filiæ. Per sexū eñ virilem plerunq; mentis firmitas indicat̄. Siue qa hic sexus nominatus, vtrunq; cōplectitur, sicut & alibi dicit: Beatus vir qui timet dñm. Nō eñ solū vir beatus est qui timet dñm, sed & mulier beata est, quę dñm timet. Ipsi ergo circundant mensam spiritualē, hoc est, altare dñi, quando cœlesti panc saginant̄. Sed ideo, Tua, dictū est, vt honor pōtificis clarius appareret. Sic eñ de ipsis dicimus: Præsidet Ecclesię suę. Redi ad Ecclesiā tuā, q̄d verbū in vsu cōstat esse cunctorū. Illud quoq; discutiendū est, q̄d filios beatorū oliuis nouellis cōparare maluerit. Ipsæ eñ viridiores, ac fortiores sunt, & ex omni parte firmissimæ, fructū quoq; copiosius inferentes, de q̄ fructu & cibus condit̄, & lumen accenditur, & fesso corpori subuenitur. Nec putes incassum oliuam, atq; vitem his cōparationibus fuisse sociatā. Nā ille qui à latronibus in Euangelio vulneratus fuerat, infuso vino & oleo legit̄ esse curatus, quoniā hęc duo vitę nostrę mystica pfidia subministrant. In vino austeritas iustitiæ est, in oleo lenitas misericordię. Illud ad vetus, istud ad nouum potest respicere testamentū. Nā quod vxori vitē, filijs similauit oliuas. parabolę figura esse dinoscitur, quoniā res sibi genere dissimiles cōparauit. Ecce sic bñdicetur homo qui timet dñm. Secuta est beati illius, qui timet dñm, pfecta cōclusio. Nā quū dicit: Sic benedicet̄, significat sicut superius cōstat expositū. Sic eñ meretur benedici, qui suū timet autorē, quis formidare desinit inania, qui casto dñi timore cōpletur. Et vide ordinē dictorū. Ait eñ prius: Ecce sic benedicetur omnis homo. Et ne sibi hanc benedictionē vsurparent cōtumaces, ac fatui, addidit: Qui timet dñm. Benedicat te dominus ex Sion & videas quę bona sunt in Hierusalē, omnibus diebꝰ vitæ tuæ. Venit ad secundū membrū, vbi pietate sanctissima illos postulat benedici, q ad oñe bonū studiū dñi timore flāmantur: vt agnoscamus quā sit timor iste proficuus, cui benedictio sancta geminatur. Dicit eñ: Benedicat te dñs ex Sion. i. dominus Chrūs, qui in hoc monte hominibus apparere dignatus est, & pro nominis sui qualitate, tanquā pastori optimo, semp̄ aſcribitur. Sion eñ interpretatur speculatio. Sequtur: Et videas quæ bona sunt in Hierusalē. Necesse nobis est ista verba frequenter exponere, qa positi sensus, ex ipsis maxime pendere noscunt̄. Hierusalē indicatur visio pacis. Pax hic inuisibilis res est, quæ tunc videbitur, quando autor pacis Chrūs dñs beata mente cōspicietur. Optat ergo vt in Hierusalem videat cuncta quę bona sunt. Aspicitur eñ illic ipse dominus, qui & ipsos intuentes æternos facit, & se iugi ꝑpetuitate demōstrat. Hoc ergo prophetiæ spiritu sanctis optatur, quod eis euenire cognoscitur. Sed ne crederes hoc tēporale, additū est: Omnibus diebus vitæ tuæ, vt ineffabili dono æternitatis cumulus adderetur. Et videas filios filiorū tuorū pacē sup Israel. Adiecit & hūc versum benedictionibus suis, vt ille, qui hic timet dominū, videat in illa beatitudine filios filiorū suorū, quod etiā & spadonibus accidere posse nō dubiū est. Filij sunt, sicut iā dictū est, qui spirituali doctrina generātur. Sed minus gaudij fuerat filios acquisisse spirituales, nisi etiā & ipsi, qui docti sunt, alios filios generasse viderentur. Filios enim filiorū, significat nepotes, quod vtiq; beatis viris contingere potest, qui prædicationibus sanctis populos instruere cōsueuerūt. Et intuere, quod inter summa gaudia, memorat hoc videndum. Necesse est enim, vt acquisitus fidelis, magnum gaudiū pariat acquirenti, quia magna inde probatur mercede cumulandus. Ad quod illud talentū respicit quod paterfamilias duplicatū lætus inuenit. Sequtur sententia quæ beatitudinis illius culmen, suauitatemq; declarat, vt supra illā beatā Hierusalē, pax. i. dominus salvator insideat, & cūcta beata faciat quæcunq; maiestatis suæ virtute cōplectitur. Hoc est quod superius dixit: Videas quæ bona sunt in Hierusalē. Ista eñ pax est, quā omnis desiderat deuotus, cui suspirat, cui gemit, pro qua ipsam animam libenter effundit.

Psal. 4. a

Psal. 96. a

Luc. 10. f.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca